Apter quintum scilicet propter scriptorum ydoneitatem quibus destinatur, addit Johannes servis suis, ac si diceret tacite quomodo posset fieri quibus per Johannem fuit ista revelacio palam facta. Respondetur ipsemet dominus servis suis fidelibus humilibus non Judeis, nec phariseis superbis Math. xi dicit Confiteor tibi pater quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ideo autem facta fuit servis Christi ista revelacio quia oportebat eos pati tribulaciones in hoc mundo secundum glo. Et ideo ut ex[empl]o Christi et apostolorum levius ferrent pondus tribulacionum facta fuit eis ista revelacio, et ut eos magis ferret laetaturos essent promissa. Capitulum quintum autem scilicet propter gestorum utilitatem per quam apocalypsis subdit Johannes. de hiis que oportet fieri cito. Et sic construe apocalypsis id est revelacio facta de hiis que oportet fieri cito id est de tribulacionibus quas oportet servos dei pati, et de premiis que acceptum sunt pro tribulacionibus. et de penis eternis infernalibus quas passuri sunt persecutores eorum. Revera hec omnia tunc oportebat fieri. et cito fieri oportebat quia erat necesse ut venirent scandala Math. xviii. Iterum oportebat quia utile erat servis dei quod sunt eis tribulaciones via ad celum act. xiiii per multas tribulaciones oportet intrare in regnum celorum. Iste quod per eas accelleraverit ad celum, nam pro multiplicitate sunt infinitas eorum propterea accelleraverit. Iterum quia sunt eis premium quo emerit celum et celi regnum Math. v beati qui persecutionem paciuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Iterum quia purgaverit eos ab omni rubigine peccati sicut purgatur aurum in fornace. ut dicere id quod psalmista igne me examinasti etc. Oportuit ergo ista fieri. tum quia fuit necessarium quia fuit ab eterno promissa et quia fuit valde utile servis dei. et oportuit ea fieri cito quia tribulaciones certe iam transierunt, vel dicit cito quia omnia que in hoc mundo futura sunt cito debent esse, omnia enim que transeunt quasi nihil sunt respectu eternitatis, de isto autem est maior pars scripture. Capitulum sextum autem propter nuncii sanctitatem per quam apportatur, addit Johannes. et significavit. id est signo hanc visionem ostendit secundum glo. Erat scilicet deus trinitas mente Christo homine et Michaele archangelo, vel significavit scilicet Jesus Christus mittens per angelum suum scilicet Michaelem cum Christus hoc primo revelat. Capitulum septimum scilicet propter scriptoris fidelitatem per quem promulgatur subdit ipsemet Johannes servo suo Johanni, Christus enim per istum angelum fuit locutus premittens verba hec scripture propter servo suo scilicet beato Johanni quod speciali amore quam aliis servis suis manifestat. Christus enim rex per angelum regine Johanni regum hanc visionem misit. qui scilicet Johannes testimonium perhibuit verbo dei id est Christo secundum quod est deus. vel verbo dei id est Christo quod esset verus deus ab eterno quod quasi testimonium perhibuit in principio sui evangelii dicens. In principio erat verbum etc. Et testimonium Jesu Christo id est testimonium perhibuit de Jesu Christo quod esset verus homo quod quasi perhibuit evangelium dicens verbum caro factum est etc. Et ne aliquis putaret quod ipse perhibuisset testimonium solum de auditu respondeo omnibus quod eius testimonium erat validum dicens quecumque vidit id est testimonium perhibuit de Christi deitate et humanitate non solum de auditu sed eciam de visis aliud enim quod ipse testificatus fuit de Christi divinitate vidit oculo intellectuali Joh. xix qui vidit testimonium perhibuit. Que autem testificatus fuit de Christi humanitate vidit oculo ad litteram oculis carnalibus. dicit enim sic primo sue canonice i° c°, quod fuit ab inicio quod vidimus

- rondo – In margin: "id est" [marginal note beside line 3]
- In margin: "vi[a]"; "via ad celum sunt tribulaciones"
- In margin: 7, 6, 1, 11

et audiuit et mag(is) vite contrectauerit de v(er)bo vite &c. S(ecundu)m Com(mentatorem) istud qd hic
dicit de Johe q(uod) testimoniu(m) p(er)hibuit obiicitur q(uia) Johs p(ri)us scripsit apocali(psim)
q(ua)m ewangelium. Dicendum q(uod) Johes p(ri)us p(re)dicavit ewangelium q(ua)m ip(su)m vel apocali(psim) scripsit
et tunc testimonium p(er)hibuit x(rist)o. Notandum etiam sup(er) illo v(er)bo p(er) angelum
suum q(uod) hic angelus qui erat p(ro)p(ri)us creatura aliqu(an)do loquitur in p(er)sona dei
sicut infra eod(em) c(apitulo). Cum dicit Ego sum alpha et o. Aliqu(an)do aut(em) in p(er)sona p(ro)p(ri)a
sicut infra vltio vide ne feceris conservus enim tuus sum &c. Notandu(m)
etiam q(uod) iste scriptor s(cilicet) Johannes nisi(?) hic co(m)mendat p(ri)mo a sinceritate
co(n)sc(ienci)e cum d(icit) Johs. qd interp(re)tatur in quo est gr(aci)a. 2o ab humilitate obe-
dientie cum d(icit) s(er)vus dei. 3o a fidelitate amicitie cum d(icit) Qui testimoniu(m)
p(er)hibuit v(er)bo dei. Propter octavum et vltimu(m) s(cilicet) p(ro)pt(er) finis vtilitate(m) ad qua(m)
hec ordinat(ur) scriptura subiungit Johs. Beatus qui legit s(cilicet) p(er) se ip(su)m studendo
et qui audit ab alio s(cilicet) recipiendo v(er)ba p(ro)phetie huius et s(er)vat ea q(ue) in
ea scripta sunt s(cilicet) memorit(er) retinendo et op(er)e adimplendo. Talis s(cilicet) nu(n)c est
beatus in spe et tunc erit in re. Et recita(n)s v(er)ba ista p(ro)phetie sunt legen-
da audienda et s(er)vanda rationem subiungit dicens. Tempus n(am) p(ro)pe est q(uo)
s(cilicet) servilatores(?) fruentur et p(re)mia reddetur s(cilicet) tempus mortis vni(us)cuiusq(ue)
et tempus iudicii extremi. Jacobi v(o) Ecce iudex an(te) ianua(m) assistit. Et
Sophonie p(ri)mo Iux(ta) est dies domini. Et tempus q(uo)d p(ro)pe est q(uia) ut d(icit) glo(sa)
hic longa est laboris mora et p(re)mia sunt vicina. Notandu(m) aut(em) q(uod) in
hoc q(uod) ista scriptura dicitur p(ro)phetia d(atu)r intelligi q(uod) est a deo originaliter inspi-
rata. D(icitu)r enim in p(ro)logo psalterii q(uod) p(ro)phetia est diuina inspiratio re(rum) eventuum(?)
[marg.: quid sit prophetia] (im)mobili(?) veritate(?) futura denuncians. Alii q(uod) est sublimium denunciatio. P(ro)phetia n(am)
est hic vel humanas conjecturas p(re)nuncians futura. Aut Aug(ustinus) lib(ro) xiii contra
Faustum: P(ro)pheta q(uod) est occultorum revelatio. P(ro)pheta n(am) d(icitu)r non solu(m) q(ui) p(re)di-
cit futura s(ed) etiam q(ui) pandit occulta. S(ecundu)m Greg(orium) omel(ia) p(ri)ma sup(er) Ezech(ielem).
Aliter q(uod) est salubrium instructio. P(ro)phete n(am) locuti s(un)t suadendo bona et
p(ro)hibendo mala, terrentes de futuris penis et consolantes de p(re)miis. D(icit) Greg(orius)
sup(er) Ezech(ielem) lib(ro) ii omel(ia) xviii. De p(ro)phetis d(icitu)r ii Pet(ri) p(ri)mo q(uod) sp(irit)u s(an)cto inspi-
rati locuti sunt s(an)cti dei homines. De ista aut(em) p(ro)phetia potuit dicere Johs
illud Eccl(esiast)ici xxiiii: Doctrinam q(uasi) p(ro)phetiam effundam &c. Notandu(m) insup(er)
s(ecundu)m q(uod) d(icit) beatus Dionisius lex sacratissima divinitatis infima p(er) media
reducit in supr(e)ma. Vnde deus q(ui) summus est s(upe)r omnia. Homines q(ui) est infimus
in ordine creaturarum intellectualium p(er) angelos tanq(uam) p(er) q(uan)dam directiva
media reducit in se ip(su)m p(er) salutifera(m) s(cilicet) cognitionem. A quo ip(su)m abdu-
cunt demones p(er) deceptionem. Homines n(am) q(ui) sunt infimi p(er) hostes adversantes
a deo abducuntur deceptoru(m), p(er) angelum aut(em) ministrante(m) ad deum reducunt(ur)
q(ua)dam directione p(er) ip(su)m vero deum gubernator p(er)ficiuntur sua benigna p(ro)uisione.
Quod notatur cum hic in l(ite)ra d(icitu)r Significavit deus que oportet fieri cito loquens p(er)
angelum s(er)vo suo Johanni. In quo v(er)bis ostendit beatus Johs. p(ri)mo su(m)mi
p(ro)uisoris benevolentia(m) diuina(m) notationem(?) cum ip(su)m vocat deum. Deus n(am) s(ecundu)m
Damascenum d(icitu)r a theaste qd est considerare, vel ab ethim qd est ardere,
vel a then qd est fovere. In quibus tribus notatur summa dei benevolentia qua(m)
ad homines h(abe)t. Ip(s)e n(am) inq(uam) considerat ip(s)or(um) defectum et indigentiam. Ip(s)e
inquit compescit et q(uia) consumit hostium maliciam ne tunc hominibus noceat

cognitio vellent. Est enim ipse ignis consumens sicut dicitur de utroque iiij. Ipse inflammando fovet et nutrit corpora hominum imbecillitatem et impotentiam. Unde ergo dicit apostolus prime ad Thimotheum ij. Deo salvatore nostro qui ipse vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Et ad propositum Eccli. xvij. Deus in unaquaque gente rectores posuit, scilicet angelos. Secundo sunt medii reductores sufficiam in angelica locutione cum addit. Loquens per angelum suum servo suo Johanni et in ipso omnibus hominibus universis. Constat enim quod angelus inter omnes creaturas de lege communi primatum optinet in omni conditione sufficientiam existit. Est enim angelus secundum Dyonisium Ymago dei manifestatio occulti luminis, speculum clarissimum totam si fas est dicere suscipiens in se claritatem dei. De istis autem angelis patet de Dyonisio innumeris sacre scripture quod ipsi tamquam medii reducunt homines in deum et loquntur ipsis in persona dei, suggerunt ipsis ea que necessaria sunt ad salutem, patet de angelis qui apparuerunt Abrahe et Loth in Genesi, patet de angelo Thobie. De angelo etiam qui apparuit Ysaie. De angelo etiam qui apparuit Ezechieli Danieli Zacharie prophete. De angelo etiam qui apparuit Marie matri Christi. Et de isto angelo per quem Christus fuit locutus Johanni quem putant aliqui fuisse Michaelem. Isti autem angeli qui sunt inter nos et deum medii et qui sunt sufficientiores omni creatura, defendunt nos ab hostibus, et in deum nos reducunt, dicit enim propheta in psalmo loquens cuilibet homini, Angelis suis deus mandavit de te ut custodiat te in omnibus viis tuis. Tercio sunt infimi viatoris indigentiam et necessitatem in vita presenti cum subdit: que oportet fieri cito. Ista enim que tunc oportebant fieri erant necessaria hominibus ad sciendum ut videlicet

hii qui eos ferirent (?) tantum essent premunita. Ista autem homines etiam non nescierunt (?) prefectissimi propter se scire non potuerunt, quia erant futura. Propter quod fuit necesse ut Christus per suum angelum significaret eis, ne imparati et incauti perirent subsequentibus periculis divini arcus et per impatientiam spiritualiter morerentur. Unde propheta dixit in psalmo: Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus. Et certe sic angelus iste significavit Johanni et in ipso omnibus christianis, unde ut habetur infra iiij°. Iste angelus dixit Johanni: Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri post hec. Illa autem que tunc oportebat fieri erant tribulationes quas sancti homines erant passuri et premia que propterea erant recepturi, et illa oportebat fieri, tum quia erant inevitabilia, tum quia scitu erant ad salutem utilia. Oportebat autem ea fieri cito quia quecumque sunt in hoc mundo futura quasi nichil sunt respectu eternitatis, ut expositum est supra.

V. Utrum omnes libri biblie nostre quo ad omnes suas assertiones in sensu literali sint divina revelatione conscripti

Et quod non. Videtur quod non omnes libri nostre biblie sunt de canone librorum divinorum. Arguitur per beatum Jheronimum, qui ubi fuit translator in prologo libri Regum ubi ponens librorum veteris testamenti cathalogum distinguit eos in tres ordines, scilicet in legem, prophetas et agiographa. Et postea concludit: quod hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum convenire potest, ut scire valeamus quicquid extra hos est, inter apocrifa esse ponendum. Et statim post hoc dicit quod liber Sapientie et Ecclesiasticus qui est Jhesu filii Syrach liber Judith et Thobias non sunt

in canone et machabeorum primum librum hebraicum reperi .2us grecus est Item
in prologo librorum sapiencium dicit et sicut judith et thobie et machabeorum
libros legit quidem eos ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit sic et hec
duo volumina scilicet librum sapiencie et ecclesiastici legat ad edificacionem plebis non ad
auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam / Conclusio Quod multe assertiones
nostre biblie quo ad vetus testamentum discrepant in sensu literali ab he:
braica veritate seu a scripturis hebreorum ex quibus sunt translate Igitur quo falsa
tria. Quia nunc vera dissonant vero sed posterius consequens patet Et antecedens quia nulla est translacio
scripture hebraice apud latinos quin multipliciter discrepat ab illa scriptura
cuius signum est, quia et translaciones latinorum multipliciter discrepant inter se
ut patet per postillatores nostre biblie qui sepe dicunt et ondunt quo et ubi
discrepant LXX interpretes a caldaica translacione, et quo Iheronimus secundum
discrepat ab illis et ab aliis etc / Confirmatur Iheronimus dicit se correxisse
LXX addendo que obmiserunt et delendo superflua in hec sequens modum
Origenis prout innuit in 2o prologo Biblie, et Augustinus XVIIIo
de civitate dei c. Ino dicit quod in eis apparuit signum divinitatis. et
quod spiritu sancto inspirati scripserunt. et quod circa X tot homines ancti ab helea:
zaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum neminem indicat presentis
Igitur Iheronimus videtur errasse in illis passibus ubi eos volebat corrigere
Conclusio ex dicto Iheronimus transtulit post Biblia hebrayca fuit suspecta de
corrupcione a Judeis et hereticis Igitur sua translacio non videtur secura, Tercio
non omnis assertio librorum nostre biblie sunt in sensu literali vere et hec
quia nos scimus falsitas revelatus est a deo, sed antecedens patet ad literam de Salo:
mone dicitur primum paralipomenon XXVIII et finabo regnum eius in eternum, quod con
stat non esse nec fuisse verum et similiter illud psalmi LXXI et dominabitur
a mari usque ad mare etc, ad literam intellectum de ipso et tamen nunquam
habuit tantum dominium, et multi scripture passus consimiles inveniuntur igitur etc
Oppositum dicit beatus ysidorus hyspalensis episcopus in libro prohemiorum de librorum
veteris ac novi testamenti plenitudine quam in canone catholica recepit
ecclesia iuxta vetustam priorum tradicionem, ubi enumerat per ordinem omnes libros
veteris et novi testamenti quos in nostra biblia continentur concludit sic dicens
Sunt igitur in ordine utriusque testamenti libri LXXII, hec sunt enim nova et
vetera que de thesauro dei proferuntur et cuncta quibus sacramentorum mysteria
revelantur, hii sunt duo Seraphim qui in confessione sancte trinitatis utique
decantant quatuor animalium hymnum excipiunt, hec litere sacre. hii libri integri
numero et auctoritate. aliud cum istis nil est comparandum. quecumque extra hos fuerint
inter hec sancta et divina nullatenus est recipienda etc / Ulterius quod beatus
ysidorus hyspalensis in 3a parte pallegata libri sui enumerat libros veteris
legis cum auctoribus suis concludit dicens, hos autem omnes libros Esdras
propheta post incensam legem a caldeis dum judei regressi fuissent iherusalem, di
vino afflatus spiritu, cunctorum quoque prophetarum volumina que fuerant a gentibus
corrupta correxit, Et postea dicit quod prima post Esdram meditacionem
de hebreis septuaginta interpretes ediderunt, hec fuit prima interpretacio vera
sub ptolomeo Egiptiorum rege successore alexandri qui in legendo stu:
diosus fuit, omnes quoque gencium libros congregavit. Iste enim heleasaro qui erat

princeps sacerdotum multa dona mittens ad templum petiuit ut de 12 senes de tribubus israel mitterent qui interpretarentur omnes libros. Hec fuit prima interpretatio ... hos libros ... grecum omnes ecclesie receperunt, eos quos de greco in latinum interpretati primi ecclesiarum prepositi tradiderunt. Post hanc secundam editionem Aquila, tertiam et quartam Theodotion et Simmachus ediderunt, ambo iudei proseliti. Quintam vero et sextam Origenes repperit et cum ceteris supradictis editionibus comparavit. Hii sunt itaque tantum qui scripturas sacras de hebreo in grecum verterunt, quorum ecclesie enumerantur. Nam latinorum interpretum, qui de greco in nostrum eloquium transtulerunt, ut meminit Augustinus, infinitus est numerus. Sic enim ... primis fidei temporibus ad manus venit ~~ad manus venit~~ ut codex grecus atque aliquantulum sibi utriusque lingue peritiam sensit, ausus est statim interpretari. Atque inde accidit tam innumerabiles apud latinos extitisse interpretes. Consimilem sententiam explicat Jeronimus in suis prologis super Josue, Paralipomenon et Esdre. Et subdit Ysidorus: De hebreo autem eloquio in latinum Jeronimus presbyter scripturas sacras convertit. Cuius editione generaliter omnes ecclesie usquequaque utuntur, pro eo quod veracior sit in sententiis et clarior in verbis. Concordat Ysidorus 6to ethymologiarum c. 4 ubi etiam dicit de prima vulgari interpretatione cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur. Secundo sciendum quod duo requiruntur ad perfecte et complete interpretandum scripturam aliquam transferendo eam de lingua in linguam. Primo quod sit qui explanet et transferat eam secundum omnem sensum ad quem potest ista scriptura exponi secundum regulas et modos utendi terminis et construendi orationes et dictiones secundum ydioma istius scripture. 2o sit quod eam transferat in aliam linguam et explanet quo ad omnem sensum eius quem auctor istius scripture principaliter intendebat. Primum non requiritur ad perfectum interpretem eo quod non est aliqua epistola ita parva quin preter sensum principalem vel sensus principales multi possint eius sensus assignari, qui inde intentionem auctoris ad nullum finem bonum deserviunt. Alias frustra fieret translacio secundum tales sensus. Sufficit igitur 2us modus transferendi. Conclusio prima: veritate testante quo ad omnes sensus suos a spiritu sancto intentos pro utilitate ecclesie dandos per Christum et facta eius et suorum et ecclesie processio plene et perfecte est explicata. Patet quia Christus qui est veritas que mentiri non potest, met testatus est se venisse ad plene aperiendum scripturas, prout patet in sancto evangelio Mt 5o ... et omnibus ... ubi Christus dixit: Nolite putare quod veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere sed adimplere. Et ut se hic ostendet perfecte facturum quo ad omnes sensus pro utilitate ecclesie intentos subiunxit: Amen dico vobis donec transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Apex unus est super literam quod est quasi summitas litere ad eius ornatum. In hoc ergo quod dicit quod nec unus apex preterit a lege prius, dedit intelligere quod nec aliquod mandatum legale nec etiam preceptum mandati vitaretur ex toto sed singula implerentur. Illa enim que levissima et superficiosa videbantur non vacabant a sacramentis spiritualibus et ideo omnia manent adhuc vel quantum ad sensum literalem ut moralia, vel quantum ad spiritualem ut figuralia. Lex igitur evangelica per Christum data moralia consummat adiciendo, figuralia evacuat adimplendo, iudicialia temperat auferendo. Alias Luce ultimo discipulis euntibus in Emaus ... aperuit scripturas et dixit eis quoniam sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et ... De hoc etiam tractat Augustinus xviii de civitate dei c. ... hic etiam ...

[illegible]

2a

9a

et diffuse ostendit apostolus in lege xpistianissima in epistolis quas scripsit ad Ro. Cor:
Gal. hebre. et declarant quomodo velamen legis euacuatum est in xo et abla:
tum per ipsum et exponens clare passus difficiliores veteris testamenti Sic tamen ipse
quam eciam alii iudei seu pauci qui tunc essent in scripturis hebraicis et lingua
peritissimi et donis sancti spiritus afflati ad fundandam fidem nostram extraxerunt
ab illis scripturis omnem veritatem pro vtilitate xpiane ecclesie et eius fundacioni
diuinitus olim reuelatam sunt. Antecedens quod ad istam partem de apostolis satis patet ex hiis
et predicacionibus suis de quibus dicitur in actibus apostolorum Sed quo ad alios patet
ex hoc quod in ecclesia primitiua erant prophete et doctores ut dicitur actuum xiii
per doctores autem ibi intelliguntur postillatores per dona sapientie et sciencie et
interpretatores sermonum scripturam sacram exponentes Et eciam actuum xi dicitur
In hiis diebus superuenerunt a Jerosolimis prophete antiochiam vbi primo credentes
in xpm ceperunt vocari xpiani Sed ex isto sequitur quod sicut nouum testamentum
erat contentum in antiquo quodammodo a priori velate et obscure. Sic modo
vetus quam a priori per nouum clare intelligitur et perfecte, patet ex [illegible] et eius
probacione Secundo sequitur hoc esse in omnibus hiis quos doctores hebraici ante
aduentum xi scripture dederunt, sed solum esse in istos qui nouo testamento
sunt conformes erat ipsam scripturam transferendam et proprie loco de scripture
respicientibus statum xpiane ecclesie, patet satis ex precedentibus. Ex quo patet ulterius
quod non est mirum si nostra translacio in pluribus sensibus passuum veteris testamenti
discreparet ab exposicionibus iudeorum Tercio sequitur quod non oportuit sanctos patres
et prelatos ecclesie de libris veteris testamenti recipiendis in canone nostre biblie
iudeorum se iudicio conformare, patet quod ipsi tanquam veris ex doctrina testamenti
poterant iudicare vtrum extiterint. Contra hoc omnia arguitur quod euangelia et
alie scripture noui testamenti nec plene nec absque corrupcione peruenerunt
ad ecclesiam vt vult Ricardus. Igitur tamen correccio scripturarum veteris testamenti pro nouo
propter vtilitatem ecclesie. Si ergo ad ecclesiam non integre et perfecte venissent sermones
breui tempore talis correccio facta fuisset sed antecedens probatur quod omnia xo acciderunt
et omnia que circa ipsum fiebant nostra fuit instruccio. Sed non omnia xi facta
peruenerunt ad ecclesiam vt Johannis vltimo. vbi dicitur. Sunt autem et alia multa que
fecit ihesus que si scribantur per omnia nec ipsum arbitror mundum capere eos qui
scribendi sunt libros. Igitur sequitur quod diuinitus habeamus ewangelium xi. Tamen quod
ewangelium non est aliud quam historia continens doctrinam xpi et acta eius ab
eius incarnacione vsque ad eius ascensionem, Secundo quod perfidia Judeorum et pseu:
do apostolorum et hereticorum visa est depriuare historias ewangelicas circa pre:
[illegible] eas apostolos conscribere, Et propter hoc Beatus Jeronimus in prologo epistolarum
canonicarum dicit se ewangelicas ad veritatem lineam correxisse. Igitur difficile
videtur quod ecclesia obtinuerit scripturas originales noui testamenti et [illegible]
veteris testamenti inde preuaricatas inter tot callidissimorum hominum versucias
et insidias Sic nec lucas nec marcus videntur quasi sacramentum et facta xi
non erat ad scribendum de hac historia ydonei tamen cum historia non
dictat scribi nisi ab hiis qui fuerunt et viderunt Sic Marcus scripsit xv
anno post natiuitatem xpi et matheus xxxviii quando iam non erat perfecta
recordatio sermonum et factorum xpi, Ad primum nego antecedens, Ad primam
racionem quando dicitur omnia xo accidentia quorum gestorum vel eciam [illegible], Capitula
efficiunt et fructum quemque debebat vno tempore sed [illegible], et quedam ad sui peticionem

et quedam velut pertinentia ad utilitatem et statum ecclesie. Ad primum hic dicitur quod non oportuit omnia ita scribi
que pro aliquo certo tempore debebant effectum sortiri sed solum ista que ad ecclesie statum pro
omni tempore pertinebant. Et tamen tunc hic omnia gesta per ipsum erant quocumque tempore in ea
sunt instructiva vel formaliter vel virtualiter, quia cum nichil ab eo fuerit factum vel gestum ad-
minus quolibet ab eo gestum aliquem effectum sortitum est in aliquo membro ecclesie
vel extra et in ecclesia tota. quia sic deus temperavit corpus ut si patitur unum membrum
compatiuntur omnia membra. sive glorificatur unum membrum congaudent omnia membra
I Cor. xii. ubi apostolus hic adducit de ecclesia et quolibet eius membro. Ad secundam ra-
tionem etc. pertinet autem de discordia videtur etc. dico quod secundo bene quod fuit difficile
tunc tamen septuaginta indepravatus sed tamen hic fuit possibile. et tamen hic necessarium est ita
factum esse cum Christus promisit legem implere ut prius est tactum et apostolis mittere
spiritum sanctum qui eos doceret omnem veritatem Johannis xvi et constat quod hic non fuit
solum ad utilitatem apostolorum sed totius ecclesie que super ipsorum ministerio et doctrinis
apostolorum est fundata et ergo idem spiritus sanctus qui septuaginta dictavit casus a
depravatione reservare valuit ne contra eas porte inferi prevalerent et itaque
veritas sic Christi promisso fulciretur. Secundo dico quod exemplo spiritu sancto dictante que ex spiritus
concordie conscripta sunt evangelia. quare ergo plurimum discordat in verbis et
materia et ordine narrationis, omnimoda enim concordia fuisset maius argumentum
quod uno spiritu dictante omnes quatuor scripserunt et uno instinctu, potest dici quod
factum est ne emuli fidei Christi dicerent evangelistas inter se fecisse colludium
vel fictum esse, si diceretur a Romanis quod scripsissent in diversis regionibus et per …
sunt hic non convenissent quare fuit conveniens quod eandem veritatem historialiter
quilibet eorum tangeret licet aliis et aliis verbis. et modo loquendi vario quandoque et
ordine sine tamen contradictione, et quod quandoque unus omitteret aliqua que alter ad supplendum
reservabant. Hic in maiori apparet quatuor fuisse. et unanimiter eandem intendisse
veritatem. De hoc vide Augustinum de concordia evangelistarum. Ad 2m dicitur quod Lucas et
Marcus fuerunt discipuli eorum qui viderunt a quibus sufficienter didicerunt sic Marcus a beato
Petro, et Lucas erat ab eodem, cuius socius fuit discipulus, et Paulo quem finaliter
est secutus qui hic convenit per revelationem Jhesu Christi Gal. 1. Ad 3m dicitur quod histo-
ria ecclesie tunc illa nota erat fidelibus ecclesie credentibus quia istam necessitatem apostoli
predicabant. Et ultra hic ad eam perfecte elucidandam vero erant specialiter ad hoc
a spiritu sancto illuminati fuerunt. et ante ad hoc promissi et in prophetis prefigurati. Ratione
ergo gestorum verorum ac sermonum Christi utilium futuro statui ecclesie omissum esse est
verissimum. Cum ergo novum testamentum sit finis et consummatio veteris legis non est dubium
scriptores novi testamenti habundancius suscepisse spiritum veritatis et eo dictante
scripsisse, quam scriptores veteris testamenti. Ad Ultra Concedo quod inter omnes translationes
veteris testamenti. translatio beati Jheronimi est simpliciter preferenda, quia talis translatio
suscepta est ab ecclesia sufficienter instituta per Christum et apostolos et eorum successores
in omnibus veritatibus istius scripture ad novam legem et ecclesie Romane decursum
pertinentibus tamquam conformis hebraico textui nichil falsi et superflui continens et
nichil de pertinentibus et utilibus ecclesie Romane obmittens, nichil superflui continens … Item (?)
Jheronimus erat peritissimus interpres, cui iam constabant perfecte misteria fidei Romane
et qui linguam hebraicam novit et septuaginta intellexit et zelum Romane fidei
verum et perfectum habuit ad veritatem explanandam, et vite sanctitate preclarus fuit
prout notorium est in ecclesia Romana etc. unde etiam Isidorus vi ethimologiarum c. iii dicit
quod eius interpretatio merito ceteris antefertur. quia est et verborum tenacior et perspicu-
itate sententie clarior. atque utpote Romane interpretatio verior. Item ipse de seipso dicit

intrepide. circa finem prologi super Job: Si apud Grecos post lxx edicionem iam Christi
ewangelio coruscante Judeus Aquila et Simmachus Theodocion iudaizantes heretici
sunt recepti qui multa misteria salvatoris subdola interpretacione celarunt et tamen
in exaplis habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris. quanto magis ego cri-
stianus de parentibus christianis natus et vexillum crucis in mea fronte portans
cuius studium fuit omissa repetere depravata corrigere sacramenta ecclesie puro
et fideli aperire sermone. Tercio translacio Jeronimi complecius continet sentencias he-
braycas quam omnem aliam ad quas spiritus sanctus eas intelligi voluit in toto de-
cursu ecclesie plane. patet quia ipse transtulit eas sufficienter quam omnes alias quos Christus
ipse et suos apostolos et alios prophetas et doctores ecclesie plane. et ecclesia ab ipsa
incepit circa in concilys generalibus aperuit, ita contra glosam primam et eius
probacionem. et antea et dictis in probacione glose 2e racio quia cum esset clarissimus
interpres clare novi testamenti veritates quibus toto nisu innitebatur sufficiens
transferre potuit. et quia ecclesie hec continua in se fuit, facere potuit. sequitur porcionem
ymo nulli debet esse dubium quin spiritu sancto dirigente cuius auxilium non so-
lum ipse sed et per alios diligenter implorat omnia transtulit que ad utilitatem
ecclesie plane quo ad eius totum decursum sunt adeo ordinata. Sicut ipse
manifeste ostendit in 2o prologo biblie quod contrarium et apparendo ~~[illegible]~~ antequam
inita prevulgantur de veteri testamento que in codicibus quos tunc habuit circa
non invenimus. ut est illud: Ex egipto vocavi filium meum et plura alia
que clare invenit in sua translacione eo quod ipse innixus novi testamenti veri-
tatibus intravit veteris testamenti clarius quam alii licet et absque divinacionum
corrupcione aliqua transtulit. 2o sequitur quod si translacio sancti Jeronimi in pluribus
passibus quam quos Judei veteris testamentum exponunt ab eis discrepat non propter
hoc esse debet in aliqua sui parte suspecta. patet quia ipsi in multis perverse exponunt
scripturas quas vel intelligere nolunt de Christo et de misterio trinitatis sicut vel nesciunt
teste apostolo quod usque in hodiernum diem manet velamen in lectione veteris
testamenti 2 Cor 3o. Et propter oppositum fuit de beato Jeronimo ut iam declaratum
est licet. Tercio sequitur quod si multe scripture divine et libri variorum
salutaris doctrine habebantur apud hebreos que in nostra biblia non po-
nuntur. non propter hoc ipsa in aliquo est defectuosa reputanda. patet quia
sufficit ut in nostra biblia perfecte habeantur ea de lege veteri que ad uti-
litatem ecclesie plane fuerunt a spiritu sancto ordinata. et si preter hec ipsi habebant
constituciones et decretales seu scripturas alias doctrinas solum pertinentes ad
statum istius populi non fuit opus etiam nostris scripturis aggregari. Contra
conclusionem et eius correlaria. eruditis in lingua ebraica consimilibus perfecta non
sufficit humano intellectui ad explicandum misteria novi testamenti que continentur in ob-
scuritatibus et figuris scripture hebraice divinitus revelate. sed beatus Jeronimus solum
quam excellencia humane erudicionis in linguis et scripturis sermocinalibus videtur transtulisse
scripturas. licet ingeniose et diminute et forsitan non absque errore. alias non con-
firmandam ingenium non sufficit ad intelligendum et per consequens nec ad explicandum de-
tales veritates divinitus revelatas prout notum est de se. Probatur quod Jeronimus met
dicit in 2o prologo biblie: aliud est esse vatem et interpretem. ibi spiritus ventura
predicit. hic erudicio et verborum copia ea que intelligit transfert. Cum igitur ipse
interpres fuit et non vates. sequitur quod non spiritus illustracione sed humane
intencione erudicionis scripturas transtulit. Sicut et ipse [illegible] hebraice scripture

de quo generaliter aliqui tractant, videlicet primo ..., et per Nicolaum de Lira in questione de hoc
et talem modo loqui de eo non continet latina biblia nec greca quia non concordat
cum hebraico textu. Contra in primitiva ecclesia fuit multa contrarietas in dicta scriptura
et translata, et multa discrepantie vel errore suspecta. Item non est omnino certum
an sit sicut in grecis translatum ab aliis eodem modo. Igitur quod tunc in primitiva ecclesia
fides fundabatur et erat continua prius quam tunc hebreis et iudeis. Si igitur spiritus sanctus
tunc permisit fieri ecclesie errores septuaginta per ecclesiam. Item a fortiori videtur permi-
sisse errare eadem ... per beatum Ieronimum prius allegatum. Sic cui primus fi-
dei tractoribus ad magistrum venit quod ex greco aliquantulum sibi utriusque lingue
peritiam sensit aliquis est statim interpretatus. Et Ieronimus in prologo Josue dicit
quod apud latinos fuerunt tot exemplaria quot codices et unusquisque pro arbitrio suo
vel addidit vel subtraxit et utique non possunt esse vera quod dissonant etc. Et
similiter in prologo Paralipomenon et Esdre. Contra ecclesia non approbat translationem Ieronimi
igitur non est nobis certitudo etc. Contra translatio Ieronimi non est preferenda
translationi lxx. Item ... maioris ... per Augustinum xviii de civitate dei ...
Ubi dicit quod Ieronimus homo doctissimus et omnium trium linguarum peritus non ex gre-
co sed hebreo in latinum eloquium convertit scripturas. Sed cuius tam litteratum laborem
quamvis iudei fateantur esse veracem, lxx vero interpretes in multis errasse con-
tendant, tamen ecclesia Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc pontifice ad
hoc tantum opus electorum neminem iudicat preferendum. Contra Augustinus ibidem et xlii: Ubi dicit
singuli separatim sederint ita ut eorum fide Ptholomeo placuit comprobare
et ita scripserunt quod in nullo verbo quod idem sonaret et tantundem valeret vel in verborum
ordine alter ab altero discreparet, sed tanquam unus esset interpres. Ita quod
omnes interpretati sunt unum erat. Quia revera spiritus erat unus in omnibus. Ieronimus
vero dicit hoc esse mendacium videlicet in 2o prologo biblie. Quid ergo sentiendum
est credendum. Respondeo ad primum istorum negando. Ad primum dicendum quod ex dicto suo
non sequitur eum solum fuisse interpretem et non vatem. Accipiendo vatem pro omni
illo qui spiritu sancto specialiter illustratus secreta et precipue divina cognoscit
et revelat. Quod omnino videtur verisimile quod in tanto opere quod esse de-
buit ad totius ecclesie statum et fundationem spiritus sanctus sibi non defecerit
auxilium speciale. Contra dato quod humano modo se habuerunt ut interpretes interpre-
tando, adhuc non sequitur quod non spiritus sancti illustratione sed proprie humane intelli-
gencie eruditione septuaginta transtulerunt. Eo quod adveniente septuaginta novi testa-
menti divinitus revelatam et informandis aliis ecclesia hec sufficienter habuit
et ita non proprie humane intelligencie innixi fuerunt. Respondeo ad secundum dicendum quod sic
sed spiritus sanctus docet non omnem sensum exprimi in latino qui exprimi potuit ex
hebraico omnimodo quod ibi potuit haberi. Et hec in quibusdam partibus scripture, sed illud
vel illos quem vel quos spiritus sanctus per eorum partem exprimi voluit ecclesie. Cum
quamvis aliud veritate exprimi voluit ecclesie, non tamen oportuit hoc fieri
per illud primum passum scripture: In principio creavit deus celum et terram.
Et hoc eo modo quo in hebraico sic per hanc dictionem heloim. Nec latina
lingua sibi correspondentem in plurali ubi nos habemus deus in singulari. Quod
adhuc per eandem propositionem exprimunt personarum pluralitatem, et essencie unitatem videlicet per
nomen hoc ... quod vero ... Sed si solum exprimeretur plura-
litas, ne statim ex principio scripture crederent esse duos deos. Postmodum tamen
... personarum in aliis eius scripture passibus sufficienter exprimitur, ut hic
possit. Et sicut declarat magister lombardus. Respondeo ad 3m negatur ad oppositum credendo

per ...

Marginalia: ad 3; differunt; ad 2; ad 1; xl iij; Vbi dicit; ad 6; Contra ad ... opus; ad 1; ad 2; Rom.; ad 3

Q tūc fides fundabat̄ ut et q̄n inferat̄ q̄ i.ª a fortiori ut hēc gā. q̄ q̄n res mi
pit fieri et crescē. nondum plene separatū est purū ab impuro. sic cū t'ritō
crescunt zizania, de quo c'tē habet̄ in parabola saluatoris math. xiii. Sʒ q̄n
iam est ad p'fectum deducta. tūc c'tē constituit̄ in centro sue puritatis
Sic c'tē in proposito ut, Vn̄ ad depuranda eccl'am ab erroribꝫ. q̄ tūc intrauere:
runt pugne hereticorū nō impediunt. sʒ promouent. vtʒ p̄ augm̄ sup̄ illo
ps l iiij Coinquinauerūt testamentū eius. diuisi sunt ab ira vultus eius
et appropinq't cor illius, vbi dt q̄ multa latebant in scripturis. et cū p̄cisi
essent heretici. questionibꝫ agitauerūt eccl'am dei, et tūc aperta sūt q̄ late-
bant, et intellecta est voluntas dei, Et post. ibidē enodauit multas
q̄os difficiles scripturarū iam enucleatas, subdit q̄ illi q̄ nouerūt
hec tractare atque dissolue' ne perirent infirmi, sollicitati questionibꝫ impiorum,
sermonibꝫ suis et stilo legis in publicum deduxerūt. ergo illi diuisi sūt
p'pter ira vultꝫ eius et nobis appropinquant ad intell'm cor istius. h̄ augus'.
Ad Quartum rn̄r ad'm q̄ eccl'a recepit et recipit eam in sinodis et generalibꝫ ut
ad probandū fidem. reprobandꝫ hereses et confutandꝫ errores, hec aut̄ est ea
approbac' ut dixi, q̄ p' istam alia scripturaʒ ut diuinam habet̄ fieri
fundamentaliter, et sic tamq'ʒ p'cipaliter eccl'a dicit doctorū. hec est ad maio:
rem declaracōem. nō ad efficacē probacōem contra hereticos, Patet ex hec q̄
xp̄us assumpsit scripturas contra iudeos Joh xv. luc. xxiiij et vltim̄o. p'
q̄ sunt diuine et canonice Sʒ aliquis p'ʒ q̄ eccl'a ita recepit translacōem Jhe:
ronimi. p'ʒ q̄ multis generalibꝫ celebrat, post istam translacōem in q̄bꝫ eccl'a
non est vsa suo arbitrio. sʒ scripturis, q̄ ut dt dn̄s audeo nō est ut
Et nō vider' q̄ alij translacōni biblie innixa tūc fuit q̄ Theod'i. Sed dr'
q̄ innitebatur illi translacōni in hiis q̄ certa erat, Non̄ si ad esse ibi
falsum tota reddetur de falsitate suspecta. q̄ est vna regula ut q̄s
dt augus' in ep'la p'ma ad Jeronimū. q̄ si aliq̄d falsum vel suspectum esset
ibi. s' in scripturis, nō fieret efficax probacō ex eis. Vn̄ augus' in lib̄o
ex dictis Basilij et ponit̄ in decretis. di. ix. Multum reputat ista
approbata que seruat ritus eccl'e. Ad Quintum rn̄r ad'm, ad probacōem
dico q̄ forte tūc temp̄s translacōis Jeronimi nō fuit tam sufficienter examinata
p' eccl'am ut tunc de ea constabat sicut nunc, Ad Sextum dicit
quidam expositor prologorum q̄ forte opinio Jeronimi p'ualeat. tamen q̄ concordare
videtur Josephus. et c'tē Ysidorus, Et forte possent sic concordari q̄ licet
cellulas distinctas habuerint, tamen in horis ad vnam basilicam conuene:
runt, int' se conferentes. et concordantes, Et ita licet diuinitus inspirati quo
ad donum interpretacōis seu prophecie gratiam acceperunt. p'ut vult accipere
Augus', opus suum facerent. nō tamen quo ad donum prophecie stricte accepte
p'ut distinguit' q̄ ad dona. p'ut vult accepisse Jheron' Qui c'tē dicit
in dicto prologo q̄ int'pretes pene vltimum locum optinet. Ad septimū dato
q̄ in hac parte discordauerint, nō est in hec magis vis. tamen de hec
certitudine nō habent. n' ex relatis et verisimilibꝫ coniecturis. Sed contra
ad propositum p'rimum constet p' sufficiens examen eccl'e Jeronimum in transferendo
nō errasse, p'ut c'tē Judei sibi contestati sunt. Rn̄ augus'm in loco
p'allegato sup' xviij de ci. dei c. l iiij°. Conclo 3ª Omnes libri
nr̄e biblie translati sunt diuini seu diuina reuelacōe conscripti, p'z q̄ oēs libros
nr̄e biblie tamq'ʒ diuinos eccl'a katholica recipit in canone vt p'ʒ. Ambr

1417

auctoritate ysidori post oppositum allegati. Confirmat quod si non maxime videtur
otium de libris Sapientie, Ecclesiastici etc. de quibus prius est dictum in opposito scilicet
per ysidorum ubi dicitur Judith et Thobiam et Judith secundum machabeorum hebrei
non recipiunt. Ecclesia tamen eos inter canonicas scripturas enumerat. Et
paulo post. Duo quoque illi egregii et sancte institutionis libelli Sapientiam dico
et alium qui vocatur Ecclesiasticus quod dum dicuntur a Jhesu filio Sirach editi.
tamen propter quandam eloquii similitudinem salomonis titulo sunt prenotati. qui tamen
in ecclesia pari tamen reliquis librorum canonicorum tenore noscuntur auctoritate, Et de
libro machabeorum idem scilicet et tali dicit augustinus xviii° de civitate dei c. xxxvi,
concordat ysi. vi ethimologiarum c. primo et ibidem ca. 2. dicit. de Ecclesiastico quod ipse
de totius ecclesie disciplina religiose conversationis magna cura et ratione sit
editus. Item ysidorus vero scilicet in libro prohemiorum parte ii dicit de libro
sapientie quod adventum qui est sapientia dei patris passionem quoque eius aperta
manifestatione denuntiat. Ecclesiasticus vero moribus pene omnium disciplinarum
et sancte religionis conversationem affatim copiose conscripsit. Eorum licet
predicti libri non fuerint de canone hebreorum. Nam tamen non inter apocrifas
sed inter agiographas sunt scripturas computandi. patet ex dictis. quod ecclesia christiana
tales libros recepit ut divinos. quamvis iudei eos non receperint. Et ratio
quia utique ex predictis ipsi scilicet ecclesia clarius iudicare potuit de talibus libris
et sensibus eorum quam iudei. igitur non est mirum quod ipsa fuit de eorum aucte:
ticitate certificata. et non iudei. Et per hoc patet solutio prime rationis ante
oppositum adducte quoniam. Contra contrarium etc. epistole canonice sunt vel apo:
crife patet. auctoritas in decretis di. xvi. ubi dicit Gelasius papa. quod apo:
stolorum canones. qui per clementem Romanum pontificem sunt quedam asseruntur di:
citur esse translati sunt. licet hos non recipiendos sed inter apocrifa deputatos
ysidorus scribit dicens, Canones qui dicuntur apostolorum. seu quia eosdem nec sedes
apostolica recepit. nec sancti patres illis consensum prebuerunt. pro eo quod ab hereticis sub
nomine apostolorum compositi dinoscuntur. quamvis in eis inveniantur utilia. Ab
auctoritate tamen apostolica atque canonica eorum gesta constat esse remota. et inter
apocrifa deputata. Item Sanctus Jheronymus videtur distinxisse scripturas librorum
veteris testamenti quos transtulit asterisco et obelo ut apparet. ubi enim
aliquid additum translationi lxx vel sublatum. vel ubi enim aliquid positum quod
in hebreo omnino non habebatur. igitur tales libri etiam si sunt non habentes non vi:
dentur esse securi. et per consequens non tamquam divini reputandi. auctoritas. hester x
ubi Jheronymus met dicit se aliqua addidisse que in hebreo non reperit. sed in
editione vulgata. Et subdit Et tandem post finem libri hic capitulum ferebatur
ut iuxta consuetudinem nostram obelo id est veru prenotavimus. dixit quod mardocheus etc.
Ex quo patet quod ipse habuit consuetudinem utendi talibus signis. Ad primum istorum
nec tamen. ad probandum quod per canones apostolorum non intelligitur epistole ca:
nonice. sed alia statuta. seu doctores apostolice. quod bene est apparet. per
numerum talium canonum. utique in eadem distinctione scilicet xvi approbant tamen libri etiam
lxxxv. sed omnes epistole canonice non habent tot talia. Item dato quod centum
epistole canonice tamen. esset per id quod in eadem distinctione subditur de sexta
Sinodo ca. 2°. ubi post alia determinatio posterior talis. placuit huic sancte
Sinodo ut a modo confirmata et rata sint canonum apostolorum lxxxv. talia

Et statim subditur epistola ysidori talis. Ysidorus famulus xpi lectori suo conservo
ppt eorum auctorem veteris consilys pponimus canones qui dicuntur aplorum. licet a
quibusdam apocrifi dicantur quoniam plures eos recipiunt. et sancti patres eorum sentencias sino
dali auctoritate roboraverunt. et inter canonicas posuerunt constitutiones. et de hoc
plura sequuntur ibidem. Ad 2m cum dicitur Bernardus theomius etc. possumus dicere necdum
habens lodo de libro istius translacionis. quam nos habemus quia ut ipsemet videtur
innuere in prologo Job. et patet ibidem dicitur expositorem prologi. ipse duas fecit
translaciones. primam de Greco in latinum scilicet translacionem lxx utitur, tunc quoque
addidit ubi aliquid ei deerat de veritate hebrayca. et ibi posuit asteriscum.
ubi autem aliquid invenit superfluum. obelo iugulavit. in hoc secutus studium
Origenis. De hac autem 2 translacione dicitur ibidem quod ipsa tantum de veteribus
sequitur in hebraice. sed ex ipso hebraeo arabico quod sermone et interdum syro. nunc va-
riis sensibus. nunc simul utrisque respondit. et ut dicitur expositor. Iste tres
lingwe sunt affines. unde et ibidem ante dicit theodo. / distant quoque obtrecta-
tores mei attrahere in toto. scilicet in ista translacione que completa est. quod in partibus
susceperunt. scilicet ab aliis. et a me eciam priorius. Et statim comparando priorem
translacionem quod ista. dicitur. aliquid scilicet distant interpretacionem meam cum asteriscus suis
radere. i. delere. etc. Ei noluit recipere istam / nullus recepit illam. Item
dato autem quod ad istam translacionem. adhuc nec gratia. quia dato quod opus fuit
talibus signis in principio. non tamen iam. eo quod per novum testamentum iam certa
sufficienter demonstrata est de veritatibus antiquis. Et eciam Bernardus theodo. tam in prologo
sed eciam in libro de hoc sufficienter nos instruxit. quando aliquid addidit quod in
hebraeo non invenit. Sic Hester de hiis que addita sunt. que habentur in hebraeo plena
fide expressi. haec autem que sequuntur scripta reperi in edicione wlgata etc. Et Da-
nielis xii hucusque daniel in hebraeo volumine legitur. cetera que sequuntur
usque ad finem libri de theodocionis translacione sunt edicione etc. Contra secundum
conclusionem esset via. sequitur quod omnes veritates librorum Biblie essent eorum auctoribus aut
scriptoribus supernaliter revelate. tamen de se. sed falsitas sequitur patet. quia in illis libris
narrantur multe veritates. tam speculative quam practice. 2m principia cognita naturaliter
humani intellectus ignoti omnibus note. similiter et plurime veritates historice
et alie quas homines cognoscere poterant via naturali. igitur videtur quod tales non fuerunt
eis specialiter revelate. quia deus vult quod homo faciat humana via secundum dili-
genciam suam in cognoscendo ea que sunt sue saluti opportuna. et ubi non potest se
hac via iuvare tunc deus vult eum superna illuminare. et dirigere. Ergo in
facere esset temptare deum etc. Ad istud dicitur autorem vel autores biblie cognitu
omnium talium veritatum supernaliter a deo fuisse motos. vel habuisse revelacionem.
videtur esse occasio dicendi naturales septicas ab infidelibus. igitur hoc non
est dicendum. gratia non. sed arguitur quia infideles audientes nos dicere quod tales
veritates quibus longe alciores et profundiores philosophi docuerunt. quales multe
sunt in naturalibus sepcialis sunt divinitus revelate. unde habent nos deridere
de credulitate quod in illis quorum et eciam revelacionum. que nota sunt vel esse
possunt omnibus ratione. aliquale volentibus diligenciam ad habendam earum
cognitionem adhibere. Ad istud invincta non sunt sequitur concedenda sed veritate vel
experiente ostenditur. igitur eciam veritatum cognitio non est attribuenda revelacioni

[illegible]

que fit hominum via naturali. Attamen quia tamen cavendum est ne quis dicatur mendaciose agere vel egisse ubi non sit egit. contrarium nec ab ipso mendaciose egisse vel agere ubi egit vel agit. et quis non vult extolli pro felicitate vel prosperitate prudens est et advertens ne nimis extendant dicti maculam. nec nimis restringantur.

Item ex nullo autore videtur hominum quanta fuerit moti omnibus autoribus rebus omnibus veritatis nostre biblie igitur etc. Et apostolus paulus qui maxime divinitus erat edoctus in humana doctrina sua acquisita quamquam docuit homines sicut patet per corinthios ubi dixit. Nam ceteris ego dico non dominus si quis frater habet uxorem etc. Igitur non omnia per nostram eruditionem conscripta revelationi supernaturali sunt ascribenda etc.

Pro istis dictis nondum quod sunt materies veritatum scripturarum videlicet in scriptura hymno in quolibet libro canonico biblie. Prima est earum veritatum quas auctores eorum humanitus perscrutando sciverunt vel per experientias vel ex revelationibus sensorum propriorum et hominum quae non fuerunt revelate aliter specialiter. ut in quibusdam precedentibus. et multe etiam tales videntur posite in dictis libris. ut sanctus paulus apostolus posuit versus aliquos quos poete posuerunt videlicet actuum xvii quos non oportuit ipsum magis per supernaturalem revelationem cognoscere quam poetas. cum esset doctus homo et instructus humana scientia. et ita multi alii autores canonicorum librorum biblie fuerunt. Secunda materies est earum veritatum quas potuerunt colligere et concludere ex studio et cogitatione scripturarum et historiarum precedentium divinitus conscriptarum. et sic videntur autores psalmorum scilicet david et alii multos passus earum scripturarum quas habebat populus israel posuisse in psalmis suis. et plures quas ex illis scripturis elicuerunt. Et sic etiam moyses videtur fecisse scribendo genesim. videtur enim omnino verisimile quod adam cui constabat modus creationis mundi et multa alia de divinis et humanis non solum verbo notificavit. sed etiam hominibus in scriptis reliquit filiis suis. et quod sic aliqui libri historiales conscripti fuerunt usque ad noe. abraham. et moysen, imperfecti tamen. quos moyses divina revelatione corrigere complevit. Et ex quo sequitur

Secundo theologiam non solum precedere philosophiam dignitate. sed etiam precessisse tempore antiquitate patet. quia scientia ab adam incepisse. et quia etiam pro scientes preter precedentibus philosophis. de quibus unquam fuit aliqua fama nobilis ad nos pervenisse videlicet ex iam dictis. patet etiam hoc per beatum augustinum xviii de civitate dei capitulo xxxvii veteres theologos et prophetas precessisse philosophos. et declarat hoc ibidem de moyse et abraham. et post hoc capitulo xxxviii de noe adhuc priore illo et etiam de enoch qui septimus erat ab adam. de quo ibidem dicit. Nonne et iste in canonica epistola apostoli iude prophetasse probatur, quorum scripta ut apud iudeos et apud nos in auctoritate non essent. nimia fecit antiquitas. Et paulo post idem declarat de historia regum iuda et regum israel. que res gestas continet. de quibus eius scripture canonice credimus. ubi commemorantur plurima que ibi non explicantur. et in libris dicuntur aliis inveniri quos prophete scripserunt. et aliquando eorum quoque prophetarum nomina non tacentur, nec inveniuntur tamen in canone quem recipit populus dei. Et subdit. Sed vere fateor causa me latet. nisi quod existimo etiam ipsos scripsisse quibus ea que in auctoritate religionis esse deberent sanctus utique spiritus revelabat. Et ex hoc beatus augustinus ibidem capitulo xxxix et de consequenti infert dicens. Nulla igitur gens de antiquitate sue scientie super patriarchas et prophetas nostros quibus inerat divina sapientia ulla se vanitate iactavat. et probat hoc de egipto. de qua maxime videtur. et tamen non precessit eorum sapientia nostrorum patriarcharum sapientiam ut dicit. Sed non per egiptus inveniuntur que solent false et inaniter [illegible]

de scilicet aliarum doctrinarum antiquitate gloriam consequitur sapientia sua preter aliarum nostrarum tempore prefuisse sapientiam. Tercia maxima est veritatum quas auctores biblie immediate per revelationem receperunt tunc quando libros vel epistolas dictaverunt. Juxta illud dictum Mathei x. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Ubi videtur quod spiritus sanctus eos monet pro tempore quo se aplicuerint actualiter ad predicandum vel dictandum. Aliquos etiam esse potuit quod deus quosque aliqua una vice inspiravit et illuminavit perfecte de omnibus que post volunt predicare vel scribere. et quod talem ista propria suo spiritu dictante conscripserunt.

Juxta dictum quod est xiij modo dicitur ad dubium quod tangit Jones. Primo quod canonici libri solum ad veritates in eis positas que sunt de necessitate salutis humane et quibus homo directe obligatur ad ultimum finem suum scilicet deum. tam de agibilibus quam credibilibus sunt divinitus revelati. et tamen libri totales dicuntur divini. quia denominacio fit a parte principaliori. et quoniam multe veritates revelate. utputa de illis de futuro propria fuit experimentaliter visa. et etiam conscripte. tamen inventum fuit a deo preminitate supernaturaliter divinitus revelate. Secundo modo dicitur esse quod illi libri dicuntur conscripti specialiter a spiritu sancto seu per divinam inspirationem ex eo quod specialiter premissi est a deo moventem specialiter ad hoc auctorem quod quilibet talium librorum scriberet. licet non movet eum supernaturaliter ad qualemcumque propositionem quam in eis scripsit. Et tamen propter hoc quartum modum concordat in hoc quod non omnes dictas veritates esse conscriptas per specialem revelationem seu inspirationem specialiter earum. Quod et sic persuaderi. quia multas veritates gentes omnium hominum videntur scripsisse. Verisimile enim videtur quod historiographi gentilium tempore Josue et generaliter judicum et regum israel conscripserunt etiam facta mirabilia et historias bellorum que erant inter israel et gentiles. et quod scribendo hodie multas veritates de illis conscripserunt cum expressione eisdem circumstanciis in eodem modo loquendi sicut nos habemus in biblia nostra et tamen non videntur supernaturaliter gentiles moti ad scribendum libros cronicarum istarum. nec revelatione cognoverunt singularium veritatum talium. Igitur videtur derisio et quedam levitas apud infideles Romanos dicere auctores historiarum biblie fuisse supernaturaliter inspiratos etc. tamen talia veritates continentes in illis. Tercio modo dicitur esse quod omnes veritates in libris canonicis scripte speciali motione spiritus sancti conscripte sunt. quod sic persuadetur. quia de tali modo et stilo et cum talibus circumstanciis scripte sunt quod humanus modus non sufficeret ad hoc lumine ingenij naturalis etc. et huic videtur consonare dictum beati augustini quarto de doctrina christiana capitulo vi ubi dicit quod auctoribus sacre scripture non solum nihil sapiencius verum etiam nihil eloquencius mihi videri potest. et audeo dicere omnes qui recte intelligunt quod illi loquuntur simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Et hoc declarat subdens. Sicut enim est quedam eloquentia que etatem juveniliorem decet. est que senilem. nec iam dicenda est eloquentia si persone non congruat eloquentis. Ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos plane quasi divinos decet. Et subdit. hac illi locuti sunt. Nec ipsos decet alia nec alios ipsa. Ex quo clare sequitur quod licet veritates notas aliquas scilicet gentilibus etc. conscripserunt. illi tamen scilicet gentiles etc. ad stilum scribendi quem ipsi scilicet nostri doctores habebant pertingere non potuerunt.

Item ipsorum stilo fuit tam in vite fundanda solidior quam in instruenda tota vita hominis fructuosior quam eciam in vo ornatu rethorico venustior quolibet stilo sive codicem in humana habita etc. Unde augustinus ubi supra dicit de eloquencia scripturarum sepius quanto verba meliora tanto aliqua non re..testitate sed soliditate ad eos transcendit et propter paucitatem posse quibus si careret omnibus venustatis et eloquentie ornamenta de quibus inflantur isti qui linguam suam nostrorum auctorum lingue non magnitudine sed tumore preponunt. Unde in istorum libris sacris quibus nos erudiendos et ab hoc seculo pravo in meliorem seculum transferendos divina providencia providit. Ex quo satis patet propositum. Item omnes vites in sacris libris scripte continuitque plures earum sunt hystorice et fuerunt per experienciam note. Ex speciali tamen dei providencia taliter sunt redacte in scriptis autentice per spiritum dei edite ut modo quodam sublimiori quam humano esset ad erudicionem cuiuslibet populi dei etc. Unde apostolus ad corinthios ubi breviter tractans multas hystorias de populo ysrahelitico concludit dicens hec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram in quos fines seculorum devenerunt. Item quod omnes vites supernaturali revelabantur populo israel racionabile videtur primo quia apud illum populum non erat studium humane investigacionis sed erant homines simplices laici et rudes et illuminatores ex eis scilicet prophete erant pastores ovium. Ideo oportuit eis speciali revelacione et precipue circa veritatem que excedat instinctum studii laicorum. Secundo ex hoc ut humiliandi vites magis crederent auctoritate dei quam evidencia racionis. Ex hoc enim magis movebantur ad honorificandum deum ad obediendum preceptis suis. Unde augustinus c. v. de concordia veteris et novi testamenti similiter dicit quod data est lex ut et que sciebantur prius auctoritatem haberent et que latere ceperant confusione peccandi et errandi manifestarentur et auctoritate dei non nature tenerentur et ita eciam crederent vites morales et alie que tamen supernaturali lumine erant note etc. Item tercio tres modos dictos vel si aliqui alios omni..: :ret iudicio quolibet quod verisimilia et contrarium hic conludeat ad eos sciendos verba racionis prime et eciam ista que tanguntur in 2º modo non sunt quam duos modos primum et contrarium. Et deinde modus contrarium finaliter solvuntur ea que dicta sunt in probacione et declaracione istius tercii modi quia licet multe eciam vites sunt naturaliter note non tamen tales scribendi stilo cum talibus circumstanciis etc. Eciam non sic nos ducerent ad honorandum deum sed si tenerentur evidencia racionis sicut quod tenentur auctoritate dei prout est prius tactum. Hugo eciam concordat dicens ubi li. 1º q. 3 prologi ubi loquitur de sacro theologo dicit quod si eadem historia de pharaone scripsit moyses in exodo et aliquis egipcius in cronicis egipciorum subiectum subiectum historie moysi esset deus de quo dicitur ibi quod gubernacio hominum ministravit liberando ebreos oppressos iuste puniendo egipcios oppressores sapienter ordinando festum liberacionis eorum etc. Ad hoc ut populus liberatus lege conservaretur et crederet potest tota series sibi faciendo. Primum vero subiectum historiographi esset regnum vel rex vel populus egipcius cuius actus et casus circa ipsum orientes intendit scribere ita quod intendebat esse sibi quod deus fecit sed potius que quod gens fecerit vel fecisset. Proinde moyses quod deus ~~intendit scribere ita quod intendebat esse sibi quod deus fecit~~ egerit vel permiserit hec intendens scribere etc. quam materiam hic contingeret etc. Sic eciam suo modo ..eta poeta puta ponendo dea similium hystoriarum quarum vana scripta est a gentilibus

Historie ... alia ... Passa

alia vero ab auctore alicuius scripture. Contra quintum arguitur sic. Non est verum quod auctoritas dictorum
ad locum eius oppositum adducta. patet quod sit contra dictum. preterea illud quod fuit de Sa-
lomone. de quo dicitur firmabo regnum eius etc. post quod addit eius conditionem
dicens. si perseveraverit facere precepta mea et iudicia. Et tamen eam conditionem
postea transgressus est. Unde in Bazaritius de conditione armenorum libro [illegible]
dicit. utique dictum scripturam esse intelligendam de Salomone ad literam. quod patet
per illud primi paralippomenon xxii. dixit quod David ad Salomonem fili mi voluntas
mea fuit ut edificarem domum nomini domini dei mei. Sed factus est sermo domini
ad me dicens. multum sanguinem effudisti etc. Et filius qui nascetur tibi. ipse
edificabit domum nomini meo. ipse erit mihi in filium. et ego ero illi in patrem.
firmaboque solium eius super israel in eternum etc. Et capitulo xxviii sic scribitur. Sed et
de filiis meis. multos enim filios dedit mihi dominus. elegit Salomonem filium meum
etc. dixitque mihi Salomon filius tuus edificabit domum meam et altaria mea.
ipsum enim elegi mihi in filium. et ego ero ei in patrem. et firmabo regnum eius
usque in eternum etc. Quod etiam aliquis doctor patet. quia quod dicitur de Salomone. hec
vero filiorum David. Sensus autem allegoricus sive spiritualis est de christo. quod auctore
apostolo putatur esse sensus istius scripture. non autem ex circumstantiis ipsius loci. Et hoc
dicit Nicolaus de lira super primo ad hebreos ego ero illi in patrem
etc. dicens quod ita scriptura. quia allegat apostolus. licet loquatur de Salomone
tamen hoc est prout fuit figura christi. et ideo de christo intelligitur. Est autem res que
est signum explicans aliam rem. ut res tantum. Res ut signum tantum. Et res
ut res et signum simul. Sic dictum est de Salomone. quia aliquid convenit sibi secundum se
et talia exponenda sunt ad literam de ipso. et non de christo. ut quod depravatus
est per mulieres. factus est idolatra etc. Aliquid autem prout fuit figura christi tamen.
et talia sunt exponenda de solo christo ad literam. Sicut illud psalmi lxxi. Et dominabitur
a mari usque ad mare. et cetera que sequuntur. Quod non potest verificari de Sa-
lomone. cuius regnum fuit satis parvum. sed tamen de regno christi. qui est lapis
abscissus sine manibus. et implevit universam terram. Aliquid tamen dicitur in scriptura
de Salomone utroque modo. scilicet secundum se. et ut fuit figura christi. et talia sunt
illa que impleta sunt in utroque ad literam. perfectius tamen in christo. et ideo
exponenda de utroque. sicut est ista auctoritas. ego ero illi in patrem etc. quod
Salomon fuit filius dei adoptivus. saltem per gratiam in principio regni sui.
propter quod Nathan propheta vocavit eum amabilem domino. christus autem filius est
dei. naturalis. que est filiatio perfectior. Quintum dicit tamen dominus. dato quod hec auctoritas
non possit exponi ad literam de christo. sed tantum secundum sensum mysticum. tamen eam bene
induxit apostolus ad suum propositum. licet enim argumentum efficax non habeatur de
scriptura per sensum mysticum solum. tamen si prius habeatur auctoritas in sensu literali ad
probandum propositum. tamen potest auctoritas adduci in sensu mystico ad eius declarationem
de gradu. Et ad hoc inducit Augustinus in epistola ad vincentium. dicens. Quis
autem non impudentissime velit interpretari aliquid in allegoria positum per se adducere
tentet. nisi habeat et manifesta testimonia. quorum lumine illustrentur
obscura etc.

De. Iste sole veritates scripture. que sint katholice
et de necessitate salutis credende. que vero explicite

in Canone Biblie asseruntur vel ex eis in consequentia necessa-
ria et formali inferri possunt. Nota quinque sunt genera veritatum
quantum pertinet ad presens propositum. Primum est earum que in sacra scriptura continentur vel
ex eis argumento necessario possunt inferri. Secundum est earum que ab ipsis apostolis ad nos
per successorum relationem vel scripturas fidelium pervenerunt licet in scripturis sacris non
inveniantur inserta nec ex eis solis possint necessario argumento concludi. Tertium est
earum que in fidedignis cronicis et historiis relacionibus fidelium invenimus. Quartum
est earum que ex veritatibus primi generis et secundi tantum vel ex eis vel alterius ea-
rum una cum veritatibus tertii generis possunt manifeste concludi. Quintum est earum
quas deus preter veritates apostolis revelatas aliis revelavit vel etiam inspiravit et
si opus foret noviter revelaret vel etiam inspiraret que revelatio vel inspiratio
ad universalem ecclesiam absque dubitatione pervenit. Conclusio prima. Quinque genera ve-
ritatum predicta sic videntur esse catholica quod eis non licet christianis dissentire.
Hec conclusio quantum ad primum genus veritatum patet ex dictis. Sed quantum ad alia genera
sic probatur quia si non sequitur quod ecclesia catholica in hiis que sunt ad salutem necessaria non
esset secure fundata. Consequens falsitas patet per dictum Christi Mathei xvi super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Cui concordat apostolus prima Corinthiorum iii dicens fundamentum aliud
nemo ponere potest preter id quod positum est quod est Jhesus Christus vel fides Christi secundum glossam. Sed quia patet
quod non solum primi generis sed etiam aliorum quatuor generum veritates recipit ecclesia et catholicos
credere obsecrat vel quia licet christianis aliquibus earum dissentire vel non. Si non
habetur intentum. Si sic tunc in aliqua parte vacillat auctoritas ecclesie et per consequens tota redditur
suspecta quare nec fides catholica quam continet recepit ecclesia secure videtur
fundata. Immo et de facto genere veritatum liceret christianis dubitare quia beatus dicit
Augustinus non crederem ewangelio nisi me ecclesie auctoritas commoveret. Ambrosius autem scit quod ecclesia dicta
genera veritatum recipit et credere catholicis obsecrat. Probatur secundo quo ad genus secundum per
illud Innocentii tertii Extra de id quod habetur extra de celebratione misse capitulo Cum Marthe
ubi dicit multa tamen de verbis quam de factis dominicis invenimus ab ewangelistis obmissa
que apostoli vel supplesse vel facto expressisse leguntur. Et infra ibidem Credimus quod
formam verborum sicut in canone reperitur et a Christo apostoli et ab ipsis eorum acceperunt succe-
ssores. Ex quibus verbis colligitur quod licet forma conficiendi sacramentum eukaristie non re-
periatur tota in scriptura credendum est tamen illam Christum tradidisse apostolis
et ab ipsis ad ecclesiam pervenisse. Et ideo etiam doctores generaliter tenent quod talis forma
sit observanda et nulli licet aliquid de ea mutare vel addere vel diminuere. De hoc
etiam potest dictum Augustini in decretis di xi c. dicit. Si attendamus quare etiam ecclesie
non per scripturas a patribus traditas nisi estimamus quantum religio detrimenti sit latura
intentionis insufficientibus lege constabit. Et propterea declarat hoc de signis et orationibus que
fiunt in canone et de verbis consecrationis in quibus multa sunt addita per ecclesiam que nec
in ewangelio invenimus nec ab apostolis didicimus. Declarat hoc etiam de benedictione fontis
baptismatis et quod tercio oleo unguimus quos baptisamus verbis abrenunciare sathana
ne et angelis eius informamus. Confirmatur quia sicut Johannis xvi dicit Christus dixit apostolis
adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille
spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Ex quo patet quod ex promisso Christi apostolis
erant revelande veritates alique catholice que in scripturis non erant expresse. Nec ex
eisdem forte sequebantur. Et constat quod non solum preter ipsos sed preter etiam usque in
finem mundi duraturam. Quo ad tertium genus patet quia verbis ecclesia tenet et docet
apostolos simbolum condidisse beatum Petrum Romanum pontificem fuisse sedem beati Petri
de Anthiochia Romam fuisse translatam Romanos pontifices beato Petro successisse

et multa alia que in cronicis fidedignis inveniuntur de gestis ecclesie et
sanctorum · non tamen in scripturis biblie continentur · nec ex eis solis formaliter sequuntur
licet enim de primatu beati petri scriptura expresse loquitur · quod tamen beatus petrus
Romanam rexit ecclesiam in eadem scriptura minime reperitur · et ita eciam de primatu
ecclesie romane · et tamen firmiter tenere debemus · quod romana ecclesia principatum habet super
omnes ecclesias universas · Unde Nicolaus papa di. xxii c. i° dicit · Qui autem romane
ecclesie privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur ·
hic procul dubio in heresim labitur · et parum post · hic dubius est hereticus · De
isto eciam genere videtur esse Cronice euzebii et cesariensis · ecclesiastice historie
liber · de quibus habetur in decretis di. xv c. Sancta romana ecclesia · De quarto
et Quinto generibus patet · quia multa sanctorum statuta et facta · creduntur esse
autentica · quorum aliqua sunt de veritatibus quarti generis · et aliqua de veritatibus quinti
et alia de veritatibus utriusque · multa namque talia ex veritatibus primi generis et ii
tercio · vel alterius eorum · una cum veritatibus 2i generis · que narrant facta et gesta tam
manifesta quod negari non possunt racione · in statutis patrum · et multis ecclesie
sanctionibus sunt conclusa · et ubi ad concludendum predicta non sufficiebat · deus pa
tribus in dubiis veritatem revelat iuxta promissum veritatis dicentis · Ego vobiscum
sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi · math. ultimo · Contra dicitur proverbiorum xxx
omnis sermo dei ignitus clipeus est omnibus sperantibus in se · ne addas quicquam
verbis illius et arguaris inveniarisque mendax · Ex quo sequitur quod veritatibus divinis
que in divina scriptura continentur nichil penitus sit addendum · quod tamquam catholicum sit
tenendum · patet hoc eciam deuteronomii iiii ubi dicitur · Non addetis ad verbum quod vobis
loquor · neque auferetis ab eo · Et apocalipsis ultimo · Si quis apposuerit ad hec
apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto · et si quis diminuerit
de verbis prophecie libri huius · auferat deus partem eius de libro vite · Responsio · dicendum
quod iste auctoritates intelligende sunt vel per glosas ut nichil addendum est scripturis
divinis · quod aliquo sit eis dissonum · vel quod non sit consonum · alienum vero sensui
scripture · quod eciam vel quo in se · vel quo ad hoc quod ipsum sit credendum esse katolicum
in scripturis divinis nullo modo sit fundatum · Contra augustinus in quadam epistola ad
Iheronimum et recitatur in decretis di. ix · ait · Ego solis scripturarum libris qui
iam canonici appellantur · didici hunc amorem honoremque deferre ut eorum
nullum scribendo aliquid errasse firmissime credam · alios autem ita lego ut
quantalibet sanctitate quantaque doctrina polleant · non ideo verum puto quod ipsi
ita senserint · sed quia per istos canonicos auctores · vel probabiles raciones quod
a vero non aberrent · mihi persuadere potuerunt · Ex quo patet quod soli scripturis ca
nonicis que in biblia continentur · necesse est fidem certissimam adhibere · et non asser
cionibus doctorum · Item augustinus in libro de unico baptismo et recitatur ix di. c.
Quis nesciat · contra donatistas · Quis nesciat sanctam scripturam canonicam · tam veteris
quam novi testamenti · certis suis terminis contineri eamque posterioribus omnibus episcoporum literis
ita preponi · ut de ea omnino dubitari et disceptari non possit · utrum verum
vel rectum sit quicquid in ea scriptum esse constiterit · Episcoporum autem literas que post confir
matum canonem vel scripte sunt vel scribuntur · et per sermonem forte sapienciorem
cuiuslibet in ea re peritioris · et per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctioremque
prudenciam et per concilia reprehendi licere · si quid in eis forte a
veritate est deviatum · Ex quibus verbis colligitur quod de sola scriptura veteris

et novi testamenti est illicitum dubitare, utrum sit verum aliquid quod in ea scriptum esse constiterit; de omnibus vero scripturis ceteris quibuslibet conciliorum generalium et particularium et quorumcumque doctorum expositorum scripture divine ac etiam Romanorum pontificum quorumlibet historiographorum per canonem confirmatum editum non est illicitum dubitare et disceptare an a veritate exorbitent aliqua scripture veteris et novi testamenti consone dicentes. Ad eandem sententiam sunt multa alia dicta Augustini, quorum aliqua in eadem distinctione ix, alia distinctione viij recitantur. Et propter hoc dicunt quidam: postquam extra istam scripturam nulla catholica veritas invenitur, in qua omnis veritas ad salutem utilis continetur et omnis falsitas inimica saluti reprobatur, sed scriptura veteris et novi testamenti est huiusmodi, teste Augustino, quod probatur per Augustinum 2° de doctrina christiana circa ultimum dicentem: quicquid homo extra didicerit, si noxium est ibi dampnatur, si utile ibi invenitur etc. Secundo sic: non minus pro fidelibus christianis est novum testamentum una cum veteri quam fuit solummodo vetus testamentum pro hebreis, sed tota fides ad quam astringebantur hebrei fuit expressa in testamento veteri; igitur tota fides ad quam tenentur christiani expressa est in utroque. Et per consequens de necessitate salutis non tenentur aliquid credere quod nec in biblia continetur nec ex solis contentis in ea potest necessario et manifeste inferri. Tertio: illud quod eadem facilitate contemnitur qua probatur ad fidem catholicam minime spectat, etiam esto quod sic, non est inter veritates catholicas numerandum. Extra de iureiurando [illegible]; sed de scripturis autenticis non habemus eadem facilitate contemnuntur qua probantur, et loquitur ibi de sacris scripturis duorum testamentorum [illegible]. Ergo ad auctoritatem Augustini concedo primam partem eius sententie et etiam 2am, et nego quod ex ea sequitur quod solum scripturis canonicis que in biblia continentur necesse sit fidem certissimam adhibere et non assertionibus doctorum, quia licet dicta doctorum non ideo credenda sint esse vera quia a talibus sunt asserta, tamen multa dicta eorum credenda sunt tanquam vera et catholica, sed propterea quod vel ratio convincit ea esse vera vel quod ad credendum ea esse vera movet et ligat auctoritas ecclesie. Per idem patet ad aliam auctoritatem Augustini et ad omnes consimiles. Ad Rationem primam concedo quod quando infertur sic quod extra scripturam divinam nulla veritas ad salutem necessaria inveniatur, accipiendo sic extra quod nec in ea exprimitur nec ex ea formaliter sequitur, licet in ea principaliter fundetur. Ulla enim veritas de qua pertractant quicumque catholici sic est extra scripturas divinas quin aliquo modo in eis sit fundata, utputa ex probationibus generalibus quo ad istam partem quod [illegible] quod Christus promisit apostolis multas veritates catholicas revelandas pro futuro etc. Per idem dictum Beati Augustini videtur posse esse intelligendum de hiis que ad mores pertinentia in aliis scripturis canonicis invenimus, non autem de illis que per speciales ceremonias ad divinum cultum pertinentes exprimuntur. Ad secundam cum dicitur "non minus" etc., hec distinctio: et si fuerit accipiendo tales omnes veritates catholice a christianis credende ita plene et expresse continentur in novo testamento una cum veteri sicut omnes veritates credende ab hebreis continebantur in solo veteri, possunt pro negatione ita dicere quod licet ipsi fuerint sub umbris, et pauca sufficiebant eis; nunc autem lux venit illuminans Christi fideles ad contemplacionem divinorum et mirabilium dei non solum per ea que in scripta lege continentur, sed etiam per alios modos varios in nobili [illegible] expressos. Et hoc etiam Christus promisit [illegible]. Etiam [illegible] Romanus dicit forte non est verum, quia verisimile est quod sancti patres veteris testamenti tenebantur multa credere que non fuerint expressa in illo testamento nec posse ex contentis in illo inferri poterant, sed que habebant vel per revelationem vel per alium modum aliquem vel aliquo [illegible] [illegible]

ad 3m 2m

Ad 2am 2oni gressa arore et eius autem rediuum sit 1a3. Nō seq² ad com
posita. Concl. 11 q² aliq est vitatis q̄ nō ponit expresse in Biblia. nec ex
solis gtetis in ea seq² formaliter. et tn̄ aucte ē3 d' sc̄ptur̄ Biblie robur.

Concl. 2

Conclo 2ª seqūs est p'ma. Concilia gnalia eccle et omnes determinatōs et sen
tentias seu ecc̄ summorum pontificu determinatōs p eccam approbate int' veritates
katholicas sūt nūerande. ex q nō est credendu eccam vl̄am aliqd determinasse
p veritate katholica. vel aliud tanq̄ tale determinatu recepisse n' in pdictis cont'
veritatū gnibus se fundauit vel in aliquo vel aliquibus eorundem. 1ª gclo ṗa. qa id
ex gclon pcedenti. et antis pz ex eiusd gclo[~~ante~~] pbaon. et eius ex hoc
q eccia sp̄ūsc̄to regit' ista gclo gnitu ad gsilia gnalia pz di xv ca
Rona et c sic. et d' sanctitatibus summorum pontificu pz di xix c si. Romanorum.

Corr. 1

Corrgm lz quīq3 plati vel officiati ecc̄e errēt in sermando vel iudicande.
no tn̄ ppt hoc gcedi ē eccam errare in his q̄ sūt fidei xpiane. p'a pz
pz q talés plati et sūt homines q̄ falle pñt et falli err. Cha pz
pz q eccia nil seteriat in his q̄ sūt fidei ~~nisi~~ n' fundet se i pdict
veritatū gnibus et vt p'9 et. cās n falsificari possit dicit xp' q̄ dixit
petro Ego rogaui p te vt nō deficiat fides tua. Luce xxij.

Concl. 3

Ista gclo
lz omnes vites librorū sctorū doctorū p eccam approbate sint int' ve
ritates katholicas nūerande. nō tn̄ omnib3 sing'is que inveniunt' i sctorum
opusculis iam p eccam diuulgatis est d' necte salutis adhendū. p'ma
ps pz ex hoc. q omnes ecc̄e determinatōs sūt p katholicis veritatib3 tenende vlz
ex gclone pcedenti. ipa at eccia multa sctorum opuscula et dicta approbauit
vlz in decretis di viij. Sa vo ps pz p c nolī et c negari et c ego
et c neq3. In quibus mai te affirmit aug'. q in opusculis suis et3 ceterorum aliquorum
sctorū doctorū multa inueniunt' q̄ p'nt iusto iudicio et absq3 vlla temeri
tate culpari. ad h' idem hic ide p' 2one multi sancti asserere gns. sz sc̄ti in
suis opusculis ia p eccam diuulgatis int' se inueniunt' cōtrarii in his q̄ ad
fide et doctrina aplica ptinere nō sūt. Na ut habet' in decretis di xxvi. circa
doctrinam bti pauli dicent q̄ oz epm ee vnius vxoris virū et nō plurium.
Ieronimus et aug' suas sñias ptulerunt et in glo. di pacta c. l. al. male
sentit hieronimus du aug' eū corrigit in prohemio ad gal. vj. Sunt
paulus et petrū pcc̄m fuisse reprehensibilē. et de glo q̄ gra scribebat
Cipriani de baptismo hereticorū q negat ee sacramētum. redargutus est p btm
aug'm vlz de conse di iiij c. quod etc. sz d. Si hoc ess3 tūm seq' q in
sctorum libris et dictis nil auctēs remaneret. falsitas pz ex p'a pte gclonis et
ex gnu' vsu ecc̄e. sz gñr. q quicq3 scriptum in pte inuenit' mendose. vl a
vite deficere. in toto reputatr'. vel saltē suspecte redditur. Vn et d' scripturis
sacris dicit aug'. et recitat' di ix c si ad scripturas sacras. q si ad eas
admissa fuerit vel officiosa mendacia. nil auctēs in eis remanebit. Quid
go approbantur opuscula sctorū. int' q̄ ecc̄e opuscula Cipriani et auggi et hie:
ronimi nominantur di xv c. Sancta Romana. ad pbem gcedit' id dictum
auggi. et p hoc bn̄ p' q opuscula sctorū aute. migni ētia nō hnt aucte
Ro n oz q eo ipo q aliq̄s scriptus opinatus ē aliqd vel opinat' esse credendu,
q ppt hoc fidelibus sit sufficiens auctas ad credēdu vl approbandu id. Vbi ut
sup in gone 2e ptis gonis. Et go hō omnia sctorū opuscula sz q° ad oia

sunt per ecclesiam approbata. omnes tamen libri sanctorum de quibus in .di. predicta xv fit mencio approbantur quo ad omnia. que non per auctorem. non per alios sunt correcta. Sed tamen ea que circa predicta sufficienti examine approbat. ubi inter medosium non aliquo per ea possunt reddi suspecta. Ergo .d. eodem licet libros hereticorum approbare quo ad omnia. que per katholicos minime sunt correcta. Sed tamen non videtur licitum esse approbare. Preterea nota quod non est esse de libris hereticorum et de libris sanctorum. Et quod in libris hereticorum falsa plurima ponuntur et asseruntur. pauca autem vera interminuntur inserta. In libris vero sanctorum vera plurima intendunt et pauca reperiuntur contraria veritati. et ideo propter pauca inutilia. non sunt tamen multa reiicienda utilia. Ergo huius omnes veritates in libris sanctorum invente sunt katholice tenende. Preterea quod sancti aliqui tamquam certa quedam vero tamquam non necessaria ad fidem spectancia. nonnulla vero tamquam probabilia tradiderunt. Hec manifeste patet ex auctoritatibus angustini que ponuntur di. ix. c. noli et c. negari et c. neque. Concordat anshelmus li. pro cur deus homo dicens. Eo pacto omnia que dico sic volo accipi. videlicet ut si quid dixero quod maior non confirmat auctoritas. quamvis id racione probare videar. non alia certitudine accipiatur. nisi quod interim michi videtur. donec deus melius revelet. Ex quibus verbis colligitur quod anshelmus nonnulla probabilia solucione intendebat. Conclusio iiij. Omnis omnes veritates katholice credende. ordinent credentes ad salutem. non tamen faciunt hoc equaliter. Prima pars patet per id ad Ro. x. Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Secunda pars probatur quod quedam sunt de deo. et certe de christo secundum humanitatem. ex quibus plurime dependent nostra salus sicut quod unus est deus. et tres sunt persone. et quod christus est verus deus et verus homo. et quod est passus mortuus et resurrexit etc. Alie sunt veritates quarum districta fides non ita primo requiritur ad salutem. nec per eas ita plurime ordinantur homo ad salutem. et tamen ex eas firma fide tenere explicite vel implicite. quod ex dei revelacione vel approbacione. quibus nisi katholicus debet dissentire. ad ortodoxa etiam pervenerit. Quedam veritates sunt expluime in canone confirmato. Unde quod certe multa habentur de creaturis et de infidelibus hominibus. que non dirette sed indirecte quodammodo ad salutem humanam gentibus pertinent. non scientibus sicut pharao madianite chananei. et alii infideles quamplurimi. multas terras occupaverunt. et filios israel multum afflixerunt. Corollarium articuli fidei nostre secundum veritates plurimi que predicti sunt distinguendi. etiam secundum veritates aliqui. patet quod articuli fidei sunt de illis. que directe nos ordinant ad salutem. Et consideracio certe patet per sanctum thomam in iij. se. q. i. ar. vj. in responsione ad primum articulum. ubi dicit quod aliqua sunt credibilia de quibus est fides secundum se et principaliter. ut sunt ea que videnda speramus in patria. iuxta id hebre. xi. Fides est substantia sperandarum rerum. Et per se ad fidem pertinent ista que directe nos ordinant ad vitam eternam. Sicut sunt tres persone. omnipotencia dei. misterium incarnacionis et huiusmodi. et secundum ista distinguuntur articuli fidei. Alia vero sunt credibilia de quibus non est fides secundum se sed in ordine ad alia que certe in sacra scriptura proponuntur credenda. non quod principaliter intenta. sed ad manifestacionem predictorum. ut quod abraham habuit duos filios. et quod ad tactum ossium helisei suscitatus est mortuus. et alia huiusmodi que narrantur in sacra scriptura in ordine ad manifestacionem divine maiestatis. vel incarnacionis. ut dicit. Et secundum talia non oportet articulos distinguere. Et sic declarata est distinccio in veritatibus plurimi generibus. sic certe in aliis generibus suos deus genuit. districta est habenda. Conclusio Quinta

Licz omnes veritates katholice fundate sint in canone biblie non tamen oportet tales
explicite contineri in biblia nec ex solis contentis in ea formaliter inferri possunt
Prima pars patet quia dato quocumque veritatum katholicarum ad hoc quod sint katholice requiritur
quod explicite contineatur in canone biblie vel quod ex contentis in eo formaliter sequi
possunt vel quod ut tales habeant autoritatem ecclesie sed prima pars vera ergo ex hoc quod
tam veritates in biblia expresse quam formaliter ex eis inferibiles sufficienter in ea fun:
date sunt Cum et autoritas ecclesie in ipsa sufficienter fundata est ut hic presupponitur igitur
veritates que tenentur ex autoritate ecclesie sufficienter in ipsa sunt fundate Et sic patet prima pars Secunda autem
notum est dicere saltem catholice Secunda pars probatur quia preter veritates que explicite
continentur in biblia vel ex solis contentis in ea inferri possunt multe sunt
alie veritates quas oportet credere fide katholica ut ex premissis patet et eius probatione Et
sic patet conclusio nona ad questionem motam In principiis librorum
solent ista requiri Quis sit autor quae materia quae forma
sive modus agendi quis finis sive utilitas et cui intitulatur Autor ut noveris
non scriptoris utrum ethnicus sit an fidelis vel katholicus an hereticus fuit Materia
ut scias utrum de bellis an de nuptiis vel de quibus rebus tractet Intencio ut co
gnoscas utrum rem de qua tractat suadeat an dissuadeat vel liber lectus quid uti
litatis conferat Et hec omnia fere designantur in prologo qui premittitur huic libro Et
dividitur in quatuor partes In prima parte tangitur materia libri que est status ecclesie presentis preteriti
et futurus que Christus revelavit Johanni per angelum et per ipsum ecclesie episcopis ut
eos animaret ad paciendum tribulaciones que cito transeunt et ad premium perdu
cunt eternum Actuum xiiii per multas tribulaciones oportet nos intrare regnum dei Et
ii^a ad Cor iiii^o hoc quod momentaneum est in presenti et leve tribulacionis nostre supra modum
in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis Et hoc declaratur in principio
prologi pluribus autoritatibus apostoli sapientis et beati Job et consolacio adiungitur in fine
eorum ibi ne autem fideles in hiis deficiant In secunda parte prologi presentis operis
commendatur a prophecia que prefertur aliis prophetis propter auctoris intellectus differentias
et recipientis per quod auditores benivoli reddantur Et hec pars incipit ibi Sed
liber iste etc In tercia parte determinatur quo genere visionis vidit ista Johannes
utrum scilicet corporali vel spirituali vel intellectuali Et hec pars incipit ibi Cum autem
Johannes In quarta redditur ratio ubi quare quando et quibus vidit et scripsit istas
visiones Johannes Et hec pars incipit ibi Vidit autem Johannes In quinta quasi recapi
tulando breviter tangitur quis autor que materia quis modus agendi quis finis Et
hec pars incipit ibi Scribit autem Johannes vii ecclesiis Apocalipsis quorum omnium mysteriorum Ostendit
quod beatus Johannes celestium misteriorum theologus quem Christus de nupciis revocavit
apostolum et evangelistam constituit ac quem privilegio dilectionis amoris supra Petrum domini
familiaritatis in cena recubuit cum Christus in terra misterium commendat post divisionem
apostolorum in orbe universum divina disponente providencia in Asia minori
parte fidei verbum post beatum Paulum sicut legitur predicat Est autem Asia septem
civitates Ephesum Smyrna Pergamum Thiatira Sardim Philadelfia
Laodicia Inter quas Ephesus est metropolis earum Ordinatis itaque
episcopis in predictis civitatibus cum archiepiscopo ipse sanctus Johannes vacabat
predicacioni Et dum Ephesi predicaret a Proconsule captus et ut dyis
ymolaret invitatur Qui dum renuit in carcerem mittitur et ad Domicianum
epistola destinatur in qua magus deorum contemptor et excusari Christi (?) amisatur (?)

Prologus in Apo. bti Joh. apti. Gilberti porretani

Omēs qui pie viuē volūt in xpō dic̄ ait aptus .j. 2e thy 3o persecutionē patietur Juxta illud sc3 Eccī 2o. ffili accedens ad s'uitutē dei sta in iusticia et timore. et p'para aīam tuā ad temptacōm Temptacō namq3 est vita hōis sup terram Job 7 Ne aūt fideles in hijs deficiat consolatur eos dominus atq3 cfirmat dicēs mat 4 vltio. Vobiscū sum vsq3 ad cōsummacōm seculi Et sc3 luce xij Nolite timere pusillus grex. Propterea videns deus pr̄ tribulaciones quas passura erat ecclīa ab aptis fundata supra petram xpm. vt minus timeant. Disposuit vna cum filio et spiritu sancto eas reuelare Reuelauit aūt tota trinitas xpō in humanitatem Xpus vero Johanni per angelum Johannes ecclē de qua reuelacōne hunc librum composuit Vn et liber iste Apocalipsis vocitur .i. reuelacio. Qa hic cōtinetur que deus reuelauit Johanni. et Johs ecclē. quanta scilicet ecclīa passa sit tpe primitiuo et nūc patiatur et in nouissimis tpibus antixpi passura sit. quando tanta tribulacio erit vt si fieri pt etiam moueantur electi. et que pro hijs tunc et in futuro pmia sit acceptura. Vt quos denunciata supplicia terrent. pmissa pmia letificet

Ideo iste liber [illegible] [illegible] 5 folio

Adeo iussu impii scilicet domiciani roma deducitur et omnibus capillis per derisionem
de capite praecisis ante portam urbis que latina dicitur in ferventis
olei dolium igne desubter ardente eius iussu mittitur et tamen inde
illesus exivisset in pathmos insula que in mari egeo sita est in
exilio relegatur et diu ibi detinetur propter negligentiam pastorum in ecclesiis
asie quedam vicia pullulaverunt et hereses ad quorum emendationem et praesenti
ac futuro statui ecclesie utilis visionem sibi a domino revelatam scripsit et suis
ecclesiis legenda misit Ex quo patet quis sit autor sive causa efficiens quod Iohannes
Causa materialis status ecclesie quamvis continetur quod monet ad paciam tribulationum
et eliminat errores qui in eius absencia in asia subvenerunt Utilitas
est prognoscere persecutores et tolerationes inevitabiles pie vivientibus affirmans
Dicit ergo Omnes qui pie Ubi primo tangitur dux causa efficiens primo monens
nil inducens secundo operans et exequens quibus revelat dicit prima in terris quod au
tor primo permittit tribulationem esse exteriorem ut persecutor secundo consolationem interiorem
ne deficiat ibi ne dicit fideles tertio vero revelationem ne timor seducebat
ibi postea videns Revertitur ad primum dicit Omnis qui pie volunt vivere etc quia [illegible]
evidenter Notandum quod secundum beatum augustinum x de civitate dei pietas proprie dei cultus
michi solet quam greci eusebiam vocant Secundum vero tullium in sua rethorica pie
tas est per quam sanguine iunctis patrie que benivolis officium et diligens ti
betur cultus hic autem ita determinat beatus thomas in secunda secunde q c l dum
homo efficitur aliis debitor diversimode secundum eorum diversam excellentiam et
diversa beneficia ab eis suscepta in utroque autem deus summum locum optinet qui
et excellentissimus est et est nobis essendi et gubernationis primum principium Secundario
vero nostri esse et gubernationis principium sunt parentes et patria a quibus et in qua
et nati et nutriti sumus Et ideo post deum homo maxime debitor est parentibus
et patrie unde sicut ad religionem pertinet cultum deo exhibere ita secundo gradu ad
pietatem pertinet exhibere cultum parentibus et patrie In cultu autem parentum in
cluditur cultus omnium consanguineorum quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur
quod ex eisdem parentibus processerunt ut dicit ethicorum viii In cultu vero patrie intelligitur
cultus concivium et omnium patrie amicorum et ideo ad hos principaliter se pie
tas extendit Et quia in maiori includitur minus Ideo cultus qui deo debetur
includit in se cultum qui detur parentibus sicut dicitur de parte etc unde dicit malachie
primo Si ego pater ubi honor meus Et ideo nomen pietatis etiam ad divinum
cultum refertur Causa vero deus longe excellentiori modo est principium essendi et
gubernationis quam pater vel patria et ideo alia virtus est religio que cultum deo
exhibet a pietate que cultum exhibet parentibus et patrie Sed ea que sunt crea
turarum per quandam excellentiam et causalitatem transferuntur in deum ut dicit dio
nisius in libro de divinis nominibus unde per excellentiam pietas cultus dei nominatur
sicut et deus excellenter dicitur pater noster Sed ut dicit augustinus x de civitate dei more vulgi nomen
pietatis etiam in operibus misericordie frequentatur Quod ideo arbitror scilicet augustinus evenisse
quia hec fieri precipue mandat deus ea quod sibi vel pro sacrificiis placere testatur Ex
qua consuetudine factum est ut deus ipse pius dicatur Et secundum hoc est sensus littere
Omnes qui pie volunt vivere in christo id est religiose sequendo vitam christi cultum dei
tenendo et proximis compaciendo sicut dicit apostolus i ad thimotheum iiii persecutionem patientur

Efficiens
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Explanatio prologi p.

pietas

Unde sup psalmo lxix dicit idem augustinus Si est in vobis caritas que dicat Quis infirmatur
et ego non infirmor quis scandalisatur et ego non uror nullus seruus dei est
sine persecucione quod diffusius pertractat idem augustinus in prologo libri de conflictu viciorum
dicens apostolica vox clamat per orbem atque in principio fidei potitis ne securitate
torpeat dicit / Omnis qui pie volunt viuere in xpo persecucionem paciuntur et certe ideo
quia deerant in sui principiis iam religiosa iamque fidelis est desunt pie
viuentibus in xpo ihesu vincula verbera flagella carceres aculei cruces et
si que sunt genera tormentorum diuersa / Quomodo ergo verum erit quod per apostolum sonuit vt
omnes pie viuentes persecucionem paciantur an forte nemo putet esse qui pie
viuere in xpo ihesu / et ideo desunt ista Quis hec despiciens dixit / In hac ergo
apostoli sententia non specialis quorundam sed generalis omnium persecucio designatur / Eisdem
sunt multi inter sinum sancte matris ecclesie constituti qui pie viuentes in xpo ihesu
contumeliis afficiuntur obprobriis derisionibus lacessuntur / Ista nec est illa
generalis persecucio quam apostolus omnes pie viuentes pati constrepsit / non facile di-
xerim Cum sint quidam religiosi quibus propugnantibus nemo audeat in facie arro-
gare / alia ergo interna est que immanior et magis noxia est quia non mala
intorquet seueritas sed viciorum gignit adulsitas / dum id quod humilitas superbia
contra dei timorem inanis gloria / contra veram religionem simulacio / contra subiectionem
corrupit contentio / dum contra serenam congratulacionem inuidia / contra dileccionem odium
contra libertatem iuste correptionis detractio / contra pacienciam ira / contra mansuetudinem
proteruia / contra satisfactionem tumor / contra spirituale gaudium seculi tristicia / contra
virtutis exercitium torpor vel ignauia / contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio
contra spei fiduciam desperatio / contra mundi contemptum cupiditas / contra miseri-
cordiam obduratio / contra innocenciam fraus et furtum / contra veritatem fallacia
atque mendacium / contra ciborum parsimoniam ventris ingluuies / contra modestum
merorem inepta leticia / contra discretam taciturnitatem multiloquium / contra carnis
integritatem immundicia atque luxuria / contra cordis mundiciam spiritualis fornicacio / contra
amorem patrie celestis affectus seculi presentis oppugnans semetipsum immergit
Unde aliud quam eruderet pie viuencium persecucio / aduersus conglobatas virtutum invi-
ctarum acies deseuit / Idem ibi / Nemo ergo dicit apostolus / nullus putandum est deesse
temporibus / quia ut dicit idem augustinus libro xviii de ciuitate dei / cum ab eis qui foris sunt
non seuientibus videtur esse tranquillitas / non tamen deest imme multi sunt intus qui
corda pie viuencium suis prauis moribus cruciant / per quos blasfematur christianum
et catholicum nomen / quod quanto carius est eis qui volunt pie viuere in xpo tanto
magis dolent quia per malos intus positos fit ut minus quam piorum mentes
desiderant diligatur / Hereticus quoque cum cogitantur habere nomen et sacramenta christiana
et scripturas et professionem / magnum dolorem faciunt cordibus piorum / quia et multi
volentes esse christiani propter eorum dissensiones coguntur hesitare / multi etiam ma-
ledici in his inveniunt materiam blasfemandi nomen christianum / quia et ipsi quodammodo
christiani appellantur / his atque huiusmodi prauis moribus et erroribus hominum persequ-
cionem paciuntur qui volunt in xpo pie viuere / etiam nullo infestante neque ve-
xante corpus eorum / paciuntur quippe hanc persecucionem non in corporibus sed in
cordibus / secundum id psalmiste / Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo

facit:

No aut in corpore. Et ideo sequitur in lra prox illud Ecclesiastici 2o fili accedens ad
s[er]vi[tu]tem dei sta in iusticia et timore. et p[re]para a[n]i[m]am tuam ad temptacionem. Et ideo sequitur. Sta in iusticia id est in fortitudine et firmitate p[ro]po-
siti contra temptaciones immobilis. Et timore scilicet ut nil negligas de faciendis. Eccles[iastes] vii.
qui timet deum nil negligit. Vel sic. Sta in iusticia id est p[er]severa in opere boni
et timore id est declinacione mali. prov. xiiii. timor domini fons vite ut declinet
id est declinare faciat a ruina mortis id est peccati mortalis. Et prepara a[n]i[m]am tuam id est
voluntatem ad temptacionem s[cilicet] sustinendam. q.d. ut sic parata sit voluntas sustine-
re. Unde Aug[ustinus]. Si non pateris villani p[ro]pter xo p[er]secucionem nondum incepisti in xo
vivere. Cum autem inceperis ingressus es torcular. para te ad p[re]ssuram. Rad. q[ue]r[itur]
pro hoc quod subditur in lra. Temptacio namque est vita hominis super terram. Job vii. Rem[igius]
ad literam. q.d. ad hoc positus est homo super terram ut sit miles strenuus fortis
et in temptacionibus. Et revera vita p[rese]ntis p[er] temptaciones dicitur s[an]c[t]e milicia. Unde
sequitur secundum lra nra. quia ex parte in exercitu in expedicione in arena terra s[im]ilitudine
et contra tribulaciones et temptaciones intr[in]secus laborare et continue militare
probatur. ubi certe modicis stipendiis premiatur et pluribus periculis subiugatur. Milicia
ergo est vita hominis super terram. quia sicut miles dum est in acie. ut plurimum p[ri]mo est
in periculo. 2o in tedio. 3o in labore. 4o in quiete. Sic homo dum est
in hac vita. Primo sicut miles qui est in acie sp[eci]aliter actu et intendit
ad exitum pugne. laudem victorie. ad ad regressum patrie. Sic homo dum est
in vita presenti debet spiritualiter actum tendens ad exitum mortis et ad laudem finalis
victorie ~~et ad regressum patrie~~. et ad quietem. atque ad premium salutis eterne.
Unde sperabat ille qui dicebat Job xiiii. Cunctis diebus quibus nunc milito exspe-
cto donec veniat immutacio mea. Non tamen sicut milites. quidam non bene se
habent in prelio. sic quidam non solent attingere ad triumphum nec quietem. sed ponuntur ad mi-
seriam et laborem. sicut ponunt historiographi de militibus romanis. qui a bello
Karthaginensi aliis stantibus et morientibus fugerunt. Quapropter dampnati fuerunt a
Senatu ne urbem ingrederentur. sed traditi in Sicilia extra patriam milita-
rent. quousque hostis Hanibal qui tunc vincebat ab ytalo pelleretur. De hiis autem
ceteris militibus Romanis legitur. quod quia male se habuerunt in conflictu. taliter dampnati
sunt. quod aliis militibus recipientibus triticum in stipendio. ipsi ordeum receperunt. et
quod aliis prandentibus et comedentibus in sedendo. ipsi stando comederent. quousque
ignominiam suam sequentibus virtutibus et p[re]mia sequentis milicie purgaverunt. Sic
in milicia huius vite. multi sunt qui magis demerentur quam merentur. et magis atque
vituperium quam triumphum. magis quam merentur mittuntur ordeo quam tritico. magis quam stando
et laborando quam sedendo et quiescendo. Sed quia magis talis milicia tamen ad
consummacionem perpetui laboris. sed ad triumphum perpetue laudis vel honoris. Act. xxi
erat non parua turbacio inter milites. Unde tamen quidam sunt qui virtute premie. Sicut
p[ost] lapsum militant quod victores suum dyabolum superant. et quod per sacra strenua
Beatitudinis premia purgant. et celeste regnum paradisi et p[re]mium parata recuperant quam
perdiderant. ut sic tales dicuntur id est ii Cor. x. Non enim carnaliter militamus
sed secundum spiritum. Arma enim milicie nostre non sunt carnalia sed potencia deo ad
destructionem municionum. Et hec est milicia virtualis. scilicet qui homo militat deo virtuose
vivendo. bonitatem sectando. virtutibus insistendo. contra carnem. mundum. et dyabolum
bellando &c. [...] Ne autem fideles deficiant ac premissa tribulacione

= sine =

Ecce exhortor ut confirmat Subiungit consolacionem maiorem ne desperat dicens Nec aut
fideles. In hiis scilicet tribulacionibus confirmat Consola eos dominus scilicet ut hilares reddat
et confirmat scilicet ut stabiles efficiat dominus scilicet mathei ultimo vobiscum sum usque ad con
summacionem seculi scilicet ad tuendum et erudiendum. Et scilicet luce xii. Nolite timere pusillus
grex. Cum igitur cogitantur immutabilia diuina promissa et quod ait apostolus. Nouit dominus
qui sunt eius. et quod quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui.
ex eis perire nullus potest / consolaciones dei letificat animas fidelium. Unde ut dicit augustinus
xviii libro de ciuitate dei. dolor qui fit in cordibus piorum quos persequuntur mores ma
lorum sine flore vanorum. prodest dolentibus. quibus de caritate condescendit. quia
eos perire nolunt. nec impedire eorum salutem Denique magne consolaciones fiunt
eis de correccionibus eorum. quod piorum animas tanta iocunditate perfundunt. quanta
doloribus de sua perdicione cruciauerant huius Unde procedit secundum principale scilicet utrumque
reuelacionem ne timore succumbat. cum dicitur postea quod sit ex parte. vel quod
semper consolatur et confirmat fideles videns quod per tribulaciones quas passura erat
ecclesia ab apostolis fundata supra firmam petram scilicet xpm mathei xvi Super hanc
petram edificabo ecclesiam i cor x petra autem erat xpc mathei vii fundata
enim erat super firmam petram. ut numquam timeat persecuciones. disposuit una cum
filio et spiritu sancto eas reuelare scilicet Iohanni et per Iohannem aliis Tunc ibi

Revelat autem ut angelus hic enim tam effectus huius reuelacionis scilicet deus trinitas.
Cristus. angelus. Iohannes. unde dicit. Reuelat autem tota trinitas. scilicet unus deus.
Cristus scilicet secundum humanitatem. Cristus Iohanni per angelum. Iohannes ecclesie scilicet Asye specialiter
et uniuerse generaliter. de qua reuelacione hunc librum composuit scilicet Iohannes Et hic tangitur
causa materialis huius libri unde et liber ille apocalipsis dicitur. id est reuelacio. quod hic
continetur que reuelata sunt Iohanni. et Iohannes ecclesie enunciata scilicet ecclesia passa sit
tempore primitiue id est in principio sue fundacionis. et nunc patiatur scilicet tempore medio.
et nouissimis temporibus scilicet antixpi passura sit etc. et que per hiis scilicet tribula
cionibus et nunc id est in presenti gratia ad dona gratie. et in futuro scilicet gratia
ad dona glorie. premia sit susceptura. de quibus infra xxi. et xxii. ut
quos etc. quod secundum Gregorium consideracio premii minuit vim flagelli

Notandum quod sicut dicit apostolus hebreorum x pacientia est nobis necessaria. qua fa
cilius habemus. si tribulaciones futuras ante quam perueniant cognoscamus secundum quod dicit Gregorius omelia
xxxv minus enim iacula feriunt que preuidentur. et nos tolerabilius mundi mala
suscipimus si contra hec prouidencie clipeo munimur. Iohannes vero quia ut dictum
est in hoc libro perscripte describit tribulaciones ecclesie futuras a suo tempore usque ad
finem mundi secundum catholicos doctores. ut contra ipsas pacientie clipeo nos muniat
supra quod dicitur infra i c i scribe ergo que vidisti et que sunt et que oportet fieri post hec. Glossa.
Scribe in hoc libro que vidisti id est reuelaciones diuinitus tibi factas Et que sunt
quod tribulaciones ecclesie iam ceperant. que oportet fieri. secundum diuinam ordinacionem ad pacientie
fidelium probacionem. post hec. nam licet a primo nascentis ecclesie surrexerunt tri
bulaciones contra fideles utputa in actibus apostolorum. tamen maiores surget circa
finem mundi tempore antixpi Denique ecclesia dei a primo passa est persecuciones a iudeis
Deinde a paganis. primo ab hereticis. iterum a falsis fratribus. ultimo autem
patietur ab antixpo et eius ministris. ut sit per has persecuciones ecclesia ipsa perfect
purgata. infra. cuius uentilabrum in manu eius. et permundabit aream suam. Super quo
loco dicit Cris. Area est ecclesia horreum autem regnum celeste ager vero

hic modus. Sic ergo pater familias mittens messores metit festucas de agro et
et comportat eas in area ut illic trituret et ventilet, et discernat triticum a
paleis. Sic et deus mittens apostolos doctores et predicatores sive doctores quasi
messores. metit omne genus de mundo. et in area ecclesie congregat. hic ergo tri:
turandi sumus. hic ventilandi. Sic autem granum tritici inclusum in palea foras non
egreditur nisi fuerit trituratum. Sic et homo de impedimentis mundialibus et de rebus
carnalibus qui in palea involutus difficile egreditur nisi fuerit aliqua tribulacione
vexatus. Nam sicut plenum grande granum mox ut leviter percussum fuerit de palea sua
excidit foras. Si autem subtile fuerit tardius egreditur. Quod si fuerit vacuum foras
iactatur. Sic omnes isti homines in rebus carnalibus delectantur. sicut granum in pa
lea. Sed qui fidelis est et boni cordis habens medullam. mox ut leviter tribulatus
fuerit. negligens que sunt carnalia. exit ad dominum. Si autem modico infidelior fuerit
cum grandi tribulacione vix recedit. et vadit ad deum. Qui autem est infidelis et
vacuus quantumvis contritus fuerit sicut granum vacuum de palea non egreditur. Sic et
ille a carnalibus rebus et de impedimentis mundialibus numquam egreditur. nec transit ad
deum. sed illic in malis constitutus conteritur. ut cum infidelibus qui cum paleis fo:
ras proiciatur. Et sic tritum primum quod trituratur. et cum triturati fuerint. iam
cum paleis in uno loco confuso. postea autem ventilabitur. ut quasi fuerant iam
distincta corporibus. separentur et locis. Sic et populus in ecclesia. alii motibus
conteritur carnalium passionum. animam sepe urgentium. alii castigacionibus corporalibus
que sunt lege commenda. alii genuflexionibus, vigiliis et suspiriis. quibus talibus velud vimentorum
ut distinguantur fideles ab infidelibus per diversas presentes contritiones. Cum autem distincti fuerint
ab invicem actibus. adhuc conveniunt in ecclesia mixti. Sed deo orante persecucione quasi venti
ut ventilabro vel iactantur. quia iam distincti erant actibus. separentur et locis. Videsne
quod temptacio non perdit. sed manifestat eos. qui in pace non apparebant. Tempestas
aut tribulacionum sunt multe. Tentantur enim homines. alii in infirmitatibus. alii in dampnis
rerum suarum. alii in mortibus carorum suorum. sicut Job et Thobias. alii in
cogitacionibus pravis. alii in desideriis. alii in diffidenciis. Sic dicit propheta. Proba me domine
et tempta me. ure renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos
meos est. et complacui in veritate tua. Alii in persecucionibus. dicente propheta ex persona
martirum. Quoniam probasti nos deus igne nos examinasti. Unde sapiens sciens
quomodo servos dei oportet temptari. ammonet dicens. Fili accedens ad servitutem dei sta
ut in lyra. Et Gregorius super evangelium. Quod omnis adversitas que nobis sit in nostra occasione
tribulat in hoc mundo. baptismus est et ignis. quem si magnanimiter sustinueris
nil inveniabis tecum dampni. Imputatur tibi illa tribulatio afflictiois pro peccato quod
commisisti. Si autem non peccasti quod est difficile. et ignis in tribulacione cum animam non
invenit sordes peccati quas comedat. ipsam animam tuam facit splendidiorem. et quanto
amplior fuerit tribulacio. tanto magis facit animam clarescere. et in aqua quam sepe bap:
tisamur. in igne autem sunt diversi. Sic enim vita nostra in hoc mundo numquam mundi
est a peccato. alii enim videndo. alii audiendo. alii loquendo. alii cogitando. quod non expedit. semper
aliquid sordidatur. Sic numquam ignis tribulacionis recedere potest. Et vere optabile est rex sa:
pientibus. quomodo scriptum est. Beatus homo quem deus arguit super terram. et Jacobus primo.
Beatus vir qui suffert tribulacionem. quoniam cum probatus fuerit. accipiet coronam vite quam
repromisit deus diligentibus se. Gregorius dicit. Nonne melius erat ut deus ab inicio electos
homines de hac vita tolleret ut non ventilarentur ecclesia. sed magis in pace consisteret

Item idem dns Nunq tu poteris cu sit messis tua in agro, tritici a paleis
separare etsi temptaveris ut paleas a tritico separes et triticu simul cu pa
leis pdis. Sic no poterat fieri. vt d iudeis dei a gentibus ia electos di
scinderet sin tetacon et voraret. qm q no cognoscat xpm a virtute eius. si
errat a peccat. no apparet. vtz ppt malu suu pposito peccat. a ppt ignor
antia. Si at cognovit xpm et iusticia eius et exacavit. a peccavit
tuc manifestum est. q no io errat a peccat q nescit qs sit d9. a que
volutas eius. sz q no diligit volutatem dei. h sn tetacon quo fieri
punit. Ecce n si palma pposita no sit in stadio. athleta nolete lu
ctari. culpari no poterit qi infirmu incertu n e. vtz io luctari no vult
q infirmus e. a q no videt ppositam palmam. q si palmam vidit et lu
ctari noluit. manifestum e. q ppt desidia sua no vult luctari. Sic et gentilis
q premia resurrectionis nescit. nec futurum esse iudicium credit. no pt cognosci
vtrum io no facit iusticiam. q no amat iusticiam. a q nullam mercedem sperat
d ea. Si vo fidelis fuit xpianus. et cognovit futurum ee iudicium. tuc peccans
manifestus e io peccare. q no amat qd bonu e etc. Et Moralia Gregorii super Job
Greg. vnd moralia q vita hois no temptatio sup terra dr. sz ipa temptacio
vita sup terra phibetur. Sponte quippe a statu conditionis lapsa. et corruptionis sue
putredini subdita dei. s ex semetipsa molestias gignit hc est ia scta
qd tolerat. Qua n statu mentis intemerata deseruit. quid i se n motum
varietatis invenit. vnn nc. etsi ad summa appetenda se erigit mutabilitatis
lubrico pcinus a semetipsa cadit. vult in contemplatione stare. sz no valet. cogita
tionis gressu figere intuitum. sz infirmitatis sue lapsibus enervatur. Que nimirum sue
mutabilitatis onera q volens expertus nolens portat. Certi qui possidere carnem
potuit. si bn ab auctore conditus possidere voluisset. Cumq se erigere contra
conditorem studuit. in semetipso pcinus contumelia carnis invenit. Cz q cum
culpa simul ab origine etiam pena propagatur. infirmitate simul et vicio nascimur.
et cu nobiscum hoste ducimus. que cu labore superamus. ipsa igitur hois vita te
tacio e. cui ex semetipsa nascitur vn perimatur. qe etsi ex virtute sumendit
qd ex infirmitate generat. q tn ex infirmitate generat q ex virtute succidat.
Fit itaq xpiana vita temptacio. ut si ia ab iniquitatis perfectione compescitur
in ipsis tn bonis operibus, mo malorum memoria. mo seductionis caligine.
mo intencionis sue interuptione fuscetur. Aliud namq a luxuria ia carne
restrictat. sz tn adhuc luxurie fantasia tolerat. q q potest facere. hoc
invitus meminit. et pena sustinet. qua voluptatem putat. Quia vo
ad contracta corpora reiecti metuit. vetere abstinencie vigore constringit. voluit
q ex abstinencia pallescit. Cumq in facie pallor apparuit. reverenda
ab omnibus vita laudatur. mox q inanis gloria ad abstinencie animi cu viribus
favoris venit. qua gravissima mens du subigere nd vz. cuiusq pque veneratur
tempore a facie pallore querit. Sic q fit vt infirmitatis nexibus ligata. aut
pallore abstinencie fugiens. itm p alimenta subdi luxurie metuat. a
impulsu luxurie p abstinencia superans. pallore suu inanis glorie pertime
scat militarem. Et si aliquis amore conditoris sui caritatis a terrenis cogitacionibus

mentem curat assidua oratione suspendere atque hanc in secreta intime quietis se-
curitate collocare. Sed in ipso sepe orationis ascensu dum elevari ab infimis
nititur infimorum fantasie reverberatur atque ad intuendam lucem mentis oculus
tendit. Sed ex corporeo usu surgentibus vanarum rerum imaginibus obfuscatur.
Unde plerumque fit ut intendentis animus ipsa sua infirmitate fatigatus ab oratione
defensus desidia torpeat. Et si diu in oratione permanserit tamen eius oculos
occultarum imaginum caligo densescat. Unde quod est temptatio est
vita hominis super terram. Quia ibi quoque reatum descensionis invenit ubi se profe-
ctus comprehendere ascensionis putavit. Et inde mens confunditur unde se
a confusione nitebatur. Et per hoc ad semetipsam dubia redeat per quod semel
ipsam iam collectam et coadunatam transcendit. Hic ibi et plura. Sed pro
consolatione nostra subditur ibidem. Sicut mercenarii dies eius. Sicut
cervus desiderat umbram. Et sicut mercenarius prestolatur finem operis sui. Super
quo dicit Gregorius ubi supra. Mercenarius etiam cum faciendo opera conspicit mentem
primo ex longitudine ex pondere laboris adicit. Atque vero lassescere
animum ad considerationem operis premium revocat. Vigore mox animi ad exer-
citium laboris reformat. Et quod grave perpendit ex opere leve existimat ex re-
muneratione. Sic electi quoque cum in mundo huius adversa patiuntur, cum in inhonestatibus
contumeliis rerum dampna tribulationes corporis tolerant, esse gravia que extrinsecus pensant,
sed cum mentis oculos ad eterne patrie considerationem tendunt, ex comparatione premii
sit leve quod patiuntur inveniunt. Quod enim valde esse importabile ex dolore omni,
consideratione provida ex remuneratione levigatur. Sic et Paulus qui de seipso ro-
bustior contra adversa erigitur quia mercedem sui operis finem sic mercenarius presto-
latur. Grave namque quod sustinuit estimat, sed leve hoc per premium consideratum pensat.
Ipse quoque grave quod sit grave quod patitur indicat, quia in carceribus abundantius, in
plagis supra modum, in mortibus frequenter se fuisse testatur. Quia a Iudeis
quinquies quadragenas una minus accepit, quia ter virgis cesus, semel lapidatus, ter
naufragium passus, nocte ac die in profundo maris fuit, quia periculis flu-
minum et latronum, ex genere, ex gentibus, in civitate, in solitudine, in mari,
in falsis fratribus perculit, quia in labore et erumpna, in vigiliis multis, in fame
et siti, in frigore et nuditate laboravit. Quia foris pugnis, intus laboris sustinuit
[illegible] se asserit dum [illegible] quam sunt super virtute
ita ut tederet nos etiam vivere. Sed quas remunerationis [illegible] sudore tanti la-
boris expectat, ipse denunciat dicens: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam que revelabitur in nobis. Finem itaque operis quasi mercenarius prestolatur,
qui dum effectum remunerationis considerat, vile existimat quod pene deficiens
laboravit. Hic ille. Sed enim quoque remuneraturus quasi mercenarius sollicitate curat impere
ne unquam dies vacuus labatur ab opere, et expectatus finis temporis ne inanis
veniat ad remunerationem laboris. In laboris namque studio conspicit quod
prope in tempore remunerationis possit. Illa cum opus [illegible] primus fiducia presentat.
Cum vero opus torpuerit, spes a remuneratione lassescit. Unde et electi
quoque vita sua quasi mercenarii pensabant, tanto fiducius spe tendunt ad premia
quanto robustius perducunt ad laborem instanciam. Quod fit decessus per tempus operis
pensat, dies cum operibus dimetitur, ne a labore vacua transeat vite momenta
formidat. Adversis gaudens passione consistit, merore fovetur quod subsequitur

[illegible]

vite premis tanto se monerat largius offerat quanto p amore illius cottidia
nis se mortibus verius impedit. hinc itaque est quod auctor superne patrie conditor
eius qui [?] ... dicit. propter te morti afficimur tota die et apostolus paulus
ait. Cottidie morior propter vestram gloriam fratres. Sicut igitur viri qui celebo
rem nunc vitam cumendates exhibent tot iam confirmationes sue prigra
nit spei cubiculum clausa tenent. unde et hoc sequitur in prologo. Ne autem fideles
in hiis desperent consolatur eos dicens atque confirmat dominus Math. ulti. vobiscum
sum usque ad consummationem seculi. Beda in omelia dicit Quod dicit vobiscum
sum cum alibi dixisse legatur vado ad eum qui misit me. Sciendum
est alia sunt que humanitati assignantur alia que divinitati. Vadit ad
patrem per humanitatem manet autem cum discipulis in forma qua est
patri equalis. Quod autem dicit usque ad consummationem seculi finitum pro infinito
ponitur. Nam qui in presenti seculo manet cum electis eos protegendo ipse post finem
cum eis manebit eos remunerando. Augustinus Qui ergo usque ad consummationem seculi
cum discipulis se esse promittit et illos ostendit semper esse victuros et se numquam
a credentibus recessurum. Leo papa in sermone de passione. Qui ut ascendit in ce
los non deserit adoptatos et ipse confortat ad paciam qui sursum invitat
ad gloriam. Rabanus ex hoc intelligitur quod usque ad finem seculi non sint defuturi
in mundo qui divina mansione et inhabitatione sint digni. Crisostomus Rememo
rat eis et consummationem ut eos magis attrahat et ne presencia solum inspi
ciant. sed et futura bona et sine fine mansura. q. d. Ista que sustinebi
tis simul cum presenti vita dissolventur cum et totum seculum in consummationem deve
niat. Bona aut[em] vestra [?] perhennia sed in eternum mansura. Ne ergo dicatis diffi
cile esse iniunctum negocium. ego sum vobiscum qui omnia facio levia.
Non autem cum discipulis solum dixit se futurum esse sed et cum illis omnibus qui post
illos credunt. Non enim usque ad consummationem seculi apostoli mansuri erant sed
sicut uni corpori fidelibus loquitur. Est quoque nobiscum in mirabili sacra
mento propter quod haurietis aquas de fontibus salvatoris Ysaie xii. Est in nobis per
virtutem fidei secundum illud apostoli ad Ephesios 3o. Credens christum per fidem habitare
in cordibus nostris. Ideo omnia que respuit abraham et que elegit peregrinus
est et exinde moyses dicitur grandis fide Hebre xi. Est in medio nostrum
quadam dignativa familiaritate. cum aliquot de ipso tractamus secundum illud Math xviii
Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum sum.
Non de eius plenitudine omnes accepimus quod verbum de illo exit in obsolutum
Est etiam nobiscum sua assistentia speciali cum quando per ipsius nomine patimur
secundum illud Psalmi Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum. Quos confidam
ergo ipse vincit quod et nos ipso iuvante omnia vincemus secundum illud Psalmi dominus
michi adiutor non timebo quid faciat michi homo. propter quod et hoc subditur in prologo
Nolite timere pusillus grex. Luce xii. Grex propter fidei obedienciam. Ezech.
xxxiiii vos greges mei greges pascue mee omnes estis et ego deus
vester. pusillus propter humilitatis devocionem Math. xviii. Nisi conversi fueritis
et efficiamini sicut parvuli etc. Nolite inquam timere quia complacuit patri vestro
dare vobis regnum. Beda de regno non diffidat qui patrem complacita
bonitate dabit vobis non meritis vestris. Bonum aquinus diffide de aliquo re

hnda vel ppt puritate (sue) fcie gdiconis vt qui est de huiusmodi plebe vel ppt imbe
cillitate sue virtutis vt qui e debilis corpore vel ppt displicenciaz possesso(rum)
vt qui no placz dno dei vel ppt magnitudine possessionis vt qui dete e
mag pcy / Diffidencia gohis qtuor dmouet xpc a discipulis suis dicens
Nolite timere et si pusilli humiles et si grex imbecillitate qr gplacuit
pri sua caritate vobis dare regnum imperiabile / et in cor celo xpc dixit
Dico vob amicis meis ne terreamini ab his q corpus occidunt et post hec
no hnt amplius qd faciat Gregorius quo dicit dt / Omnia mala operatur timor
mortis oia bona extinguit mortis (Seneca) epistola xj Qs tu ut timeas ab
homine mortali Seneca mors exilium luctus dolor no sunt supplicia
sz tributa vivendi qd debeo patz sum solvere vbi me fenerator appellat
Item multi cum dequunt vt solvat petunt induciam cum statim posset solvere
Crisostomus / Si grātis pro modicum moritui sumus qre no et ante modicum
in causa dei cum gloria morimur vt fiat voluntarium qd futurum est necessarium
Et .j. Si mutuo accepis bovem asinum equum oportet instanter et
dicis forte cras tollet a me qre no hec facis et in corpore Illud
egrie fit et bn dt ab his q occidunt corpus no animam qr et corpus
suum e insensibile et anima invisibilis Vnde no est in ptate eorum sz dei dum
illud Sapie iij Iustorum aie in manu dei sunt unde eis nocere no possunt
Crisostomus / Corpus est vestitus aie Sicut ergo si quis scindit vestimentum alicuius ille
qde iniuriam sentit dampnum no patitur in natura Sic aia occisionem sentit
dolore sz dampnum no patitur in natura Nec isti persecutores ut dt glosa possunt
efficere qui deus animam reddat corpori et qui ipsum corpus resuscitet Gregorius
ptea videns deus pre tribulatores qd passura erat ecclesia Vnde dum Boetius
Omne futurum dumquam perierit intuitus et ad presentiam ppe cognitionis retorquet
Omne .n. iudicium dum sui naturam q sibi subiecta sunt comprehendit Est aut
deo semper eternus ac presentarius status Scientia quoque eius omnem temporis supergressa
motum in sua manet simplicitate presentie infinita quoque preteriti ac futuri
spacia gplectens omnia qr iam gerantur in sua simplici cognitione
considerat Gregorius vt nunquam timeat nunquam .n. afficere q presciuit Ita subiti
casus etiam fortissimos quosque obruere solent dum Remigius in omelia quada
Gregorius ~~vt nunquam timeat~~ Disposuit vna cum filio et spu sancto eas revelare
Revelavit autem tota trinitas xpo dum humanitatem Glosa d. Vt aia xpi ab instanti
gceptionis sue cognoscebat oia q sibi relucent in diuina essentia qr fiunt sunt
vel aliquando erunt qr omnis virtus cognoscit oia ad ipm pertinencia Glosa oia
ia dictum pertinet aliquo ad xpm cum ipse est dum humanam naturam sit dominus et
iudex omnium Vel tota trinitas humani xpo tribulatores pro revelat Dominus qr vnum e
Glosa ideo dicitur trinitas xpo humani revelasse qr xpc homo h statuit a seta trinite
Glosa .i.o Iohannis vij Doctrina mea no e mea sz eius qui misit me patris
Gregorius in omelia penthecostes Sicut frēs qr ipse qui loquitur vnigenitus filius vni
e patris et ideo sermone quem loquitur filius no e filius sz patris qr ipse filius vni
e patris Glosa d. eadem ratione dicitur qr deus pater hec revelat filio et filius
spu sancto qr gcepit scit filius scit a patre ita gcepit scit spus sanctus scit a filio
In .i.o d. mico accipiet ut Dominus ho e simile qr filius et spus
sanctus omnia sciunt ex se licz no a se sz xpc ho no a se nec ex se scit oia
Glosa a trinitate qui illi no per naturam sz per gratiam dedit omne scientiam

Revelat tota trinitas

Ideo liber iste inter reliquos scripturas novi testamenti prophetie nomine censetur

Hic enim legis observancias sic hic propheta excellit ceteros a longe propheta[s] ventura

que aliis est excellencior prophetis. Licet enim novo testamento prestat veteri etiam legi ita hec prophetia prophetis veteris testamenti. quia de Christo et de ecclesia magna ex parte iam adimpleta fuit certa denunciat. Vel etiam ideo quia tamen aliis universalia. Isti trifaria data est prophetia scilicet de preterito et presenti et futuro. Quod eius confirmandam auctoritatem occurrit auctoribus mittentis deferentis et accipientis. Mittens scilicet christus et deferens scilicet angeli et accipientis scilicet ~~angeli~~ Johannes. Causa vero principalis huius prologi in qua presens opus commendatur a prophetia que preferetur aliis prophetis propter multa vel in littera Pro cuius intellectu Notandum quod sicut dictum est supra vetus et novum testamentum adinvicem concordet. Nam se habent sicut rota in medio rote Ezechielis primo. Et hoc patet per libros utriusque. In veteri enim testamento sunt libri legales historiales sapienciales et prophetales. In novo vero testamento legalibus concordant evangelia libris historialibus actus apostolorum. Sapiencialibus epistole pauli cum septem canonicis. prophetalibus autem apocalipsis. Sed ut dicit haymo distancia est inter hanc prophetiam et eam que revelata est ante adventum domini quanta distancia est inter servum et dominum inter legem et evangelium inter deum et hominem. quia quod illi canebant a longe futurum hic iste iam et ex maxima parte factum et in presenti faciendum ostendit. Nam sicut liber iohannis capitulo ideo maior habetur omnibus prophetis. quia quem illi predixerunt iste digitto demonstrat. ita et hec prophetia maior est omnibus. quia ea que antiqua prophetia revelanda predixit hec revelata ostendit ut dicit littera [illegible]. Sed dicit [illegible] super primum danielis dicit Jheronimus quod nullus propheta tam aperte scripsit de christo sicut daniel. quia tempus adventus notat et annos et reges per ordinem numerat. et signa manifesta predicat. Alibi in prologo super ysaiam dicit Jheronimus quod ysaias non tamen propheta quam evangelista dicendus est. quia ita liquide de christo et ecclesia loquitur ut magis narrare preterita quam predicere futura videatur. Alibi in prologo super psalterium dicit quod david sit eximius prophetarum. Alibi super Zacharia dicit quedam glosa quod zacharias dicitur eximius prophetarum. Item super illud mathei xviii. Si quis fuerit inter vos maior etc. dicit glosa moyses omnibus prophetis maior est. Solucio. Quilibet istorum potest dici eximius sive precipuus diversis respectibus. Helias quo ad vite austeritatem et libri mereponem [illegible]. David vero quo ad regiam dignitatem et mentis humilitatem et christi de ipso nascituri promissionem. Ysaias quo ad vocacionem gencium et incarnacionis et passionis. Daniel autem quo ad temporis incarnacionis et passionis christi determinacionem. Moyses quo ad dei familiaritatem et preceptorum dei eximium prouulgatorem. Zacharias quo ad templi edificacionem ad quam populum sollempne invitavit. Johannes vero continuum ad visionum profunditatem et prophetie multiplicitatem et generalitatem. quia alii prophete licet prophetaverint de pluribus populis et gentibus ut in libris eorum intueri. tamen prophetaverunt tamen uni populo sive genti scilicet iudeorum. Jona tamen excepto qui fuit missus ad populum ninivitis. ceteri vero ad populum iudeorum. Johannes vero prophetavit in hoc libro omnibus gentibus et populis. quia prophetavit ubi est ex omnibus populis gentibus et linguis constitutis in [illegible]. Sed te iterum prophetare populis et gentibus propterea quod de ipso potest dici id ysaie lv. Ecce testem populis dedi eum ducem et preceptorem gentibus. Dicit testem quia protestatus fuit ubi esse de futuris revelacionibus ducem et preceptorem gentibus. ut per eius vitam et doctrinam omnibus gentibus si sequuntur ipsum ad celestem gloriam deducantur. Item est autem propter mittentem et deferentem et suscipientem auctoritas vel in litteram.

2 helias dicitur maximus prophetarum

Pro cuius evidencia clariori et eorum que sequuntur intelligencia videndum est primo de
gradibus et revelacionibus prophetica. 2o de condicionibus prophecie. 3o de vario tactu mentis
prophete per spiritum sanctum. Circa primum sciendum quod prophecia secundum nominis interpretacionem dicitur quasi
procul fans quia denunciat ea que sunt procul seu remota a nostra cognicione humana
et ideo de talibus est prophetia. Cuiusmodi vero sunt in triplici gradu. Et quedam sunt remota
propter condicionem rei cognoscende et alia ex cognoscentis condicione. et aliqua propter
modum cognoscendi. Primum adhuc est in triplici gradu. primus est propter rei cognoscende super
eminenciam. cuiusmodi sunt divina. maxime circa personarum trinitatem. Unde de talibus facte
sunt revelaciones prophetice. ysaye vi. per seraphyn ter sanctus clamancia. et
clarius in novo testamento ut habetur i Joh v. Tres sunt qui testimonium
dant in celo. pater. verbum. et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. 2us gradus est
propter rei cognoscende latenciam. cuiusmodi sunt cordium secreta. soli deo cognita.
Unde et cogitacio Symonis magi per revelacionem fuit cognita petro. Act viii.
unde dixit ei in felle amaritudinis video te esse. Cogitabat enim Symon
spiritus sancti graciam vendere. 3us gradus est propter rei cognoscende distanciam. quam distanciam
duo accipitur ex parte loci. et hoc modo helizeus per spiritum propheticum distans per
magnum spacium vidit Gezi accipientem munera a naaman. ut habetur
iiii Reg v. Secundo accipitur distancia ex parte temporis. scilicet preteriti vel futuri. presens
enim tempus non distat a nobis. De distantibus vero quantum ad preteritum facta fuit re:
velacio moysi. qui prophetavit de creacione mundi. ut dicit Beda super Genesim super exechielem
De distantibus autem quantum ad futurum fuit communiter revelacio prophetie, videlicet in tota
sacra scriptura. et propter quod prophecia diffinitur a cassiodoro sic. prophetia est divina
inspiracio rerum eventus inmobili veritate denuncians. 2o autem quedam sunt remota a
cognicione nostra propter condicionem cognoscentis. et hoc propter aliquem cognoscentis defectum. qui
suppletur per spiritum propheticum. et hoc modo Abias sylonites cognovit uxorem
Jeroboam domum suam ingredientem. cum tamen cecus esset, ut habetur iii Reg xiiii.
Tercio autem quedam sunt remota a cognicione humana propter cognoscendi modum. Sicut Salomon
habuit noticiam animalium et plantarum. ut habetur iii Reg iiii. non per exercicium
studii. sed per inspiracionem Spiritus sancti. Circa 2um considerandum. quod ad propheciam requiritur
et requiritur intelligencia. 2um quod habetur Daniel x. Intelligencia opus est in visione
et ideo sine actu intelligere aliquid ad propheciam pertinet. absque tamen illa intelligencia. non
dicitur prophetia. nisi forte valde large et improprie. quod contingit 2bus modis. Primo in visione
Sicut pharao vidit spicas. Gen xli. et Balthasar manum scribentem in pa:
riete. Daniel v. quorum dormiens iste vigilans, neuter tamen eorum fuit propheta.
quia visionem non intellexit. 2o hoc contingit in locucione. Sicut Cayphas Joh xi
dixit quod prophetice dictum est. expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo. et non
tota gens pereat. Intendebat enim solum dare consilium de morte Christi. quod esset
expediens. cum tamen esset innocens. ne occasione eius venirent Romani et tolle:
rent locum et gentem. Sed a spiritu sancto factum est. quod hoc consilium sic protulit. quod
mors Christi futura foret pro salute spirituali totius mundi ipso Cayapha hoc
ignorante. et propter hoc non fuit propheta proprie loquendo. Sicut nec asina Ba:
laam fuit animal racionale. cum tamen per linguam eius fuerint prolata verba racionale.
Angelo linguam eius movente. absque tamen cognicione asine. 3o hoc contingit
in operacione. Sed quando spiritus sanctus impellit aliquem ad aliquid ~~loquendum~~ agendum
quod tamen ipse pro futuro eventu. cum tamen homo sic motus hoc intelligeret. Sicut Judic xi dicitur
de Jephte quod irruit Spiritus domini super ipsum scilicet ad pugnandum contra filios Amon

prophetia
nota de

[illegible marginal annotations]

Tamen non fuit ibi revelata victoria. Et propter hoc non dicitur prophetia. Et talis motus
vocatur instinctus Spiritus Sancti qui est gradus prophetiae secundum doctores, vel aliquo distinctus
a ratione prophetiae. Et talis motus similis est motui quorundam bene fortunatorum, qui
moventur ad aliquid bene agendum sine tamen ratione et cognitione propria, ut habetur libro de bona
fortuna. Differt tamen, quia motus bene fortunati est a causa naturali, scilicet ab influentia corporum
vel interna motiva, vel ab utroque. Motus autem Iepthe et consimilium est a causa
supernaturali, scilicet ex motione Spiritus divini. Iste tamen instinctus magis attingit ad
rationem prophetiae, ut videtur, quam duo alii modi praedicti. Secundo quia ad rationem vere prophetiae
requiritur intellectiva, ut dictum est. Ideo secundum varietatem intellectivae accipiuntur gradus
prophetiae. Et ille gradus est excellentior ubi ceteris paribus est intellectiva clarior,
dum tamen prophetiae limites non transcendat. Primus igitur gradus est quando cum visione alicuius
imaginata datur visionis intelligentia, sicut Ieremias vidit ollam succensam et fa-
ciem eius a facie aquilonis, ut habetur primo capitulo, et instruitur per hoc futuri exer-
citus regis Babilonis venturi ad conterendam civitatem Ierusalem. Secundus gradus est
quando non fit talis visio seu apparitio, sed auditur vox instruens de aliquo super-
naturali, sicut primi Regum iii°. Samuel audivit vocem domini loquentis, nec tamen vidit
aliquam effigiem ibi apparentem, quod patet ex hoc quod credidit eam vocem Heli ipsum
vocantis, ut habetur ibidem. Et iste gradus prophetiae ¶ est excellentior praedicto, quia
voces sunt signa magis expressiva veritatis quam figurae praedictae. Tertius gradus est
quando non solum auditur vox instruens, sed etiam cum hoc apparet persona aliqua
loquens. Patet quod iste gradus est excellentior praedictis duobus. Iste tamen gradus tertius
variatur, quia persona sic instruens et apparens in aliqua effigie aliquando est homo, sicut
habetur ii Machabeorum xv, quod Onias iam defunctus apparuit Iude Machabeo
dicens ei de Ieremia sic apparente: Hic est qui multum orat pro populo et universa
sancta civitate Ierusalem. Aliquando est angelus, de quo non oportet exempla ponere, quia revelationes
veteris ac novi testamenti ut plurimum sequuntur sic fieri. Aliquando autem est effigies
representans ipsum dominum, sicut Ysaie vi dicitur: Vidi dominum sedentem super solium excelsum
et elevatum. Et sequitur ibidem: Et audivi vocem domini dicentis: quem mittam. Et iste tertius
gradus prophetiae est excellentior secundo, et tertius post sic dictus est excellentior angelo (?)
angelus homine. Considerandum autem quod omnes praedicti gradus prophetiae vere dupliciter variantur,
quia tales apparitiones aliquando fiunt in somno, et tunc vocantur revelationes per
somnia; aliquando autem in vigilia, et tunc proprie vocantur visiones. Et iste secundus
modus quo vocatur visio est excellentior altero, quia requirit illustrationem mentis maiorem, ad
hoc quod ipsa distracta per operationes sensuum exteriorum in vigilia capiat intelligibi-
lem veritatem de supernaturalibus quam in somnio, in quo sensibus exterioribus quietatis
est anima magis disposita ad capiendum huiusmodi veritatem. Cognitio autem est in cognitione
accepta via naturali, quia amplius per vias sensuum, memoriae et experimenti, ut dicitur
primo metaphysicae. Et ideo talis cognitio non potest accipi in somno. Ad illum autem modum prophe-
tiae qui fit in somno reducitur ille qui fit in raptu vel extasi, quia per illum
non est usus sensuum exteriorum, sicut nec in somno. Extra autem gradus prophetiae praedi-
ctos est quando sine apparitione alicuius figurae vel signi sensibilis capit veritatis intelli-
gibilis de occultis per divinam revelationem. Et hoc modo fuit facta revelatio
ipsi David, ut habetur in principio glose super psalterium: Alii prophetae per quasdam rerum
imagines atque verborum tegumenta prophetaverunt; David autem solius Spiritus sancti instinctu
sine omni exteriori adminiculo suam edidit prophetiam. Et iste gradus prophetiae est excelle-
ntior praedictis. Sicut ille dicitur melioris ingenii et clarioris qui capit veritatem
conclusionum geometricalium sine descriptione figurarum sensibilium quam ille qui capere non potest
absque tali descriptione, sic in cognitione prophetica illa mens videtur excellentior
divinitus illustrata quae veritatem intelligibilem capit absque sensibilibus signis. [illegible] sit

[illegible]

figure et voces sensibiles ut patet supradicte quam illa que capit sub talibus signis sensibilibus et sic patet 2um
principale scilicet varietas eiusdem prophetie. Circa 3m sciendum quod spiritus sanctus aliquando ta
git mentem prophete de presenti tantum et non de futuro neque de preterito. Sic actus x de
visione Cornelii dixit spiritus sanctus Petro ecce viri tres querunt te et hec facta
est revelatio ei de presenti non tamen de preterita visione Cornelii qui vidit angelum
secundum dicentem mitte viros in Joppen et accersi Symonem etc. Quam visionem Petrus
postea cognovit per revelationem Cornelii sic habetur ibidem. Similiter nec de descensu
spiritus sancti futuro super Cornelium et eius amicos verba Petri audituros propter
quod Petrus hoc videns valde fuit admiratus quod non fuisset sibi hoc precognovisset.
Aliquando vero spiritus sanctus tangit mentem prophete tantum de preterito sic Moysi facta
fuit revelatio creationis mundi cum dixit In principio creavit deus celum et terram.
Aliquando vero tangit tantum de futuro sic Gen. xxvii. Ysaac benedicens filio suo
Jacob cognovit ea que circa eum erant futura in ipsum presentem non cognovit quia
credebat ipsum esse Esau. Nec cognovit consilium Rebecce preteritum quod dederat ipsi
Jacob pro petitione benedictionis paterne. Aliquando autem tangit de presenti et futuro sicut
sic Gen. xlviii Jacob qui pre senectute videre non poterat Manassen
et Effraym presentes per spiritum propheticum cognovit propter quod cancellatis manibus
dexteram super minorem posuit et quod eius filium vero fratri preponeret. Aliquando
vero tangit de presenti preterito et futuro sic Luce i dicitur quod Elizabeth ad saluta-
tionem Marie repleta est spiritu sancto et exclamavit voce magna et dixit Benedicta
tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Ex quo patet quod cognovit per spiritum
eam habere in utero presentialiter dei filium. Sequitur ibidem Et beata que credidisti
scilicet angelo nuntianti tibi conceptum Christi. Ex quo patet quod fuit illustrata de modo
conceptionis preterito. Similiter fuit facta de futuro unde subdit perficientur ea
que dicta sunt tibi a domino. Spiritus enim sanctus operatur in mentibus hominum prout
vult et ideo non solum modo predictis sed et aliis potest eas tangere. Tamen ille
tactus qui est de presenti preterito et futuro est perfectior quam ille qui est de duobus
tantum et ille qui est de duobus quam de uno solo et inter illos qui sunt de uno
solo ille qui est de futuris contingentibus videtur perfectior quia futura magis sunt remota
a cognitione nostra quam presentia vel preterita que possunt aliqua via naturali cognosci licet
non illo modo quo spiritu prophetico cognoscuntur. Ex his predictis patet prophetiam beati
Johannis in hoc libro continentem esse excellentiorem aliis prophetiis multipliciter.
Primo quia prophete novi testamenti cuiusmodi fuerunt apostoli fuerunt de secretis divinis
magis illuminati et in maiori plenitudine receperunt gratiam spiritus sancti
ut habetur ii Cor. iii ubi inter cetera dicit. Nos omnes revelata facie gloriam
domini speculantes in eandem ymaginem transformamur a claritate in claritatem
tamquam a domini spiritu. Et ista tangitur in littera cum dicitur Sic novi testamenti
tum prestat veteri. Alie excellentie patent in littera etc.

Cum autem Johanni hec in visione fuerit revelatum et tria sint genera visionum
sub quo genere contineatur videndum est. Est enim visio alia corporalis videlicet cum corporalibus
oculis aliquid videmus. Alia spiritualis seu ymaginaria cum videlicet dormientes et etiam
vigilantes ymagines rerum cernimus quibus aliquid aliud significatur. Sic vidit pharao spi-
ritualis et Moyses rubum ardentem ille dormiens ille vigilans. Alia est intelle-
ctualis cum videlicet spiritu sancto revelante intellectum mentis veritatem misteriorum sicut est
capit. Quam vidit Johannes que in libro isto conscribuntur non enim figuras tantum spirituales vidit sed earum
significata mente intellexit.

Gen. xli, etc. — Aug. xii super Gen. ad litteram

scilicet beatus Johannes non intellexit — Exodi iii — pharao — Moyses — Gen. xl — servatus

Terra pz principalis prologi in quo determinat quo genere visionis viderit ista Johannes
que in hoc libro describuntur. utrum corporali vel spirituali sive ymaginaria vel in-
tellectuali. Et dicit quod intellectuali. Nota tria genera visionum preter nostri (?) videre
dixerunt. Primum scilicet corporale: sicut videmus per oculos corporis celum et terram, solem
et lunam. cetera que singuli aspectus corporum ministrant et hoc est infimum. Secundum spi-
rituale quod fit in extasi id est in excessu mentis sive vigilantibus sive dormientibus
id est quando non res corporales sed similitudines rerum corporalium intuentes futura ibi
significant mistica. Quod genus visionis generale est multis iustis et reprobis
Sic Nabuchodonosor vidit lapidem precisum de monte sine manibus Dan. ii.
Et sic Pharao septem boves crassas. Septem quoque spicas plenas etc. Sed verum
quod viderat non intellexit. unde et alii Daniel et isti Joseph insinuare visionem
revelasset. Nec mirum si reprobi in huius obscuritatibus solutionem indigeat. cum etiam
Daniel non intelliges quod starent quatuor venti qui pugnabant in mari magno affectus (?)
ad unum de astantibus et quesivit ab eo de hiis omnibus. Tertium genus est intellectua-
le quod non fit per corporales res neque per similitudines sed ipsa veritas in mente
manifestatur videntibus quod prestantius et clarius est. Tali modo locuti sunt prophete. Unde dicitur,
bant videbant id est intelligebant. Unde et videntes appellabantur. Unde quod libri
Regum historia narrat dicens. Qui nunc propheta dicitur hodie. olim appellabatur videns
Unde propheta quia ab ipsis prophetis videbantur visiones divine. Unde est visio Ysaye prophete
visio Amos et ceterorum. Et quia ista intellectualis est. ideo usque subalter-
aliis precurrit. hoc genere visionis locutus est beatus Johannes cum sit divinus in me-
tamta omnia sunt sacramenta. Perfecta est autem hec ipsa revelatio per angelum. sed spe-
angelus signum non tenuit quo loquebatur per illum. Sic et ille qui olim in-
loquebatur. Unde idem Moyses aliquando dicit dominum ad se locutum fuisse. aliquando vero an-
gelum. Sed in hac autem revelatione misterium historicum est amplexus. Quod ipsa ve-
si subalit inspiratur. doce pravant. Neque in hoc patet ut est multis paruit
ditamque quod vidit varios equites in visione scilicet corporali. quorum ascensores
haberent loricas igneas et iacinctinas et sulfureas etc. Nota quantum
qua visione vidit beatus Johannes ea que scripsit in hoc libro. distinguit enim
Augustinus xii super Genesim ad litteram et ad Orosium similiter dicit tria genera visionum
dicens quod est visio corporalis qua videtur celum et terra. et ea que in eis con-
spicua sunt oculis nostris. Et est visio spiritualis scilicet cum ymagines corum
que videmus in memoria condimus. Et est visio intellectualis cum intuitu discer-
nimus. Dicit ergo quod visione vidit beatus Johannes non corporali quia illa
est infima. Non spirituali vel ymaginaria. quia et illa est magis nobilis intelle-
ctuali visione. Sed etiam intellectuali visione. quia illa est carum rerum que
nullam corporis gerunt similitudinem. sicut deus et mens hominis et intelligentia
ut dicit Augustinus xii super Genesim ad litteram. Verbi gratia. Sed beatus Johannes
vidit hic ea quorum sunt similitudines utique ergo non vidit intellectuali visione
Respondeo. est ad hoc. Sicut dicitur in prologo quod beatus Johannes vidit intellectuali
visione. quia que est cum spirituali intimate agit videlicet aliquid misticum
Unde et Johannes non vidit ista realiter. sed divino flamine inspirante que mea (?)
sunt designavit. intellectum suum consignavit. Hic ibi. Et potest esse duplex intellectus
huius visionis. Prima quod non vidit ista corporaliter id est visione corporali qua videntur
corpora. Vel potest esse alius intellectus. quod non vidit realiter id est sub sim-
ilitudinibus corporalibus. sed omnia vidit spirituali visione. et huic consignat sunt

siue similitudines. dicitur tamen in fine alterius prologi quod iohannes ymagines in mente
vidit. et in eius veritate intellexit. et ad oblationem. quod licet intellectualis
visio sit certa rerum quam nullas gerit corporum similitudines rerum in veritate. tamen
possunt consignari similitudines. Tunc autem spiritus vel effigies. vel dicitur est potius
dicere ut ait augustinus ad ieronimum visio intellectualis est modo cum ea que corporaliter
videmus et ymaginabiliter in memoria tenemus intuitu discernimus. et in spirituali
visione et certissima ac limpidissima vidit beatus iohannes contenta in hoc libro
unde hanc sic distinguens tria genera visionum modo dicto. ait rerum genus est intelle-
ctuale quod non sunt corporales res intuetur. De multiplici autem visione augustinus
xii super genesim ad literam et in glosa .2. ad Cor. xii. Scio hominem raptum usque
et hic in prologis. unde ait hic in primo prologo quod intellectualis visio est cum spiri-
tu sancto revelante intuitu mentis veritatem misteriorum sicut est capitulum quo
vidit iohannes que in hoc libro continentur referuntur. Non tamen signans tamen vidit spiritu
sed ea sublata mente intellexit hic ubi. de hac etiam visione dicitur in libro de
spiritu et anima c xxii quod iohannes evangelista et apostoli in spiritu non in corpore vi-
siones viderunt. de hac etiam visione Richardus distinguens quatuor genera
visionum quorum due sunt corporales. et due spirituales. una enim est visio
corporalis qua res exteriores videntur visu corporali absque significatione mistica.
et hec est infima. alia est visio corporalis qua res videtur in qua latet significatio
mistica sicut moyses vidit rubum ardentem exodi iii. tertia est visio
spiritualis sed non oculis carnis sed oculis cordis. qua animus per spiritum sanctum
illuminatus corporalium rerum visibilium similitudinibus et ymaginibus premo-
stratis sive presentatis ad invisibilium cognitionem ducitur. Qua visione vidit
iohannes in hoc libro. et similiter ezechiel. Quartus modus est cum spiritus
humanus per internam inspirationem subtiliter tactus nullis mediantibus rerum visi-
bilium formis ad celestium contemplationem erigitur. Sic vidit daniel propheta
et de hiis duobus ultimis modis. Dicit dionisius in libro angelice ie-
rarchie et de hoc ibi richardus multum et bene et helinandus quod idem

vidit autem iohannes et scripsit in pathmos insula relegatus a do-
miciano in exilio cesare impiissimo. hac enim ad conscribendum com-
pellente causa. quod dum exilio teneretur a domiciano in pathmos insula
in ecclesia quam fundaverat multa pullulabant atque molverunt vitia atque diverse
hereses. Erat enim quedam heretici ibi. dicentes christum non fuisse ante mariam quod
corporaliter de ea natus erat. Quos redarguens iohannes in principio evangelii sui redarguit
dicens. In principio erat verbum. et in hoc libro tamen dicit alpha et o. idest
principium et finis. Dicebant etiam quedam etiam pondus tribulationum ante
fine seculi desituram et pro labore non premium eternum suscepturam. horum
ergo errores volens destruere iohannes. ostendit christum esse principium et finem. unde
ysaias ante me non est formatus deus. et post me non erit. Et etiam per
exitum tribulationum non desinere sed persistere. et pro hiis bravium eternum recipere.
Tertia pars prologi in qua tangitur causa finalis. Et redditur ratio ubi. quare. et
quando et quibus iohannes vidit et scripsit istas visiones. Legitur enim in ecclesiastica hystoria
beatum iohannem a domiciano cesare impiissimo in pathmos insula que sita

secret mar
nota ut

e. in mari Egeo relegatum exilio deportatum metallo dampnatum ob in-
superabilem eius predicacionem, ut ibi forsitan secta marmorum vel terram
foderet, a quibus similibus preceptis destruetur imperialibus. Sic legitur etiam in
passionibus beatorum martirum, ubi quantoque putabatur vinciri custodia hu-
mana, tantoque metas transcendebat humanas. Meruit videre celestia et
cui negabatur etiam terrarum spacia excedere, secreta sunt ingressa penetrare cele-
stia. Et quantoque destitutus est humano solacio, tanto ei affluit divini-
tus, quod meruit videre hanc prophetiam de statu presentis et future ecclesie, quam inter re-
liquos novi testamenti libros prophetia nominatur ut dictum est, et in sequentibus
dicitur: Beatus qui legit verba prophetie huius. Sic igitur patet ubi scripsit. Ego Johannes
qui et cetera. Patet in littera quod hec eum ad conscribendum compulit tamen secundo rele-
gatus aut fuerat exilio Johannes quod Christum deum esse dicebat. Licet enim Romani
omnia ydola pro diis susciperet, Christum tamen pro deo suscipere recusabat. Tum
ex eo quod auctoritate senatus deificatus non fuit cum tale statutum ab eis edi-
tum fuisset. Tum ex eo quod Christus despectum mundi predicabat, et ipsi Romani
avari et ambiciosi erant. Tum quod dicebat Christum esse invidum et superbum
ex eo quod nullum alium deum volebat habere consortem. Tum ex eo quod Christus omnium
deorum culturam evacuabat, per quos rempublicam dirigi credebant. Quia
igitur Johannes Christum deum esse constantissime predicavit, ideo exilio deputatus fuit

Scribit autem Johannes septem ecclesiis Asie et earum septem episcopis de predictis instruens
et per eas totam generalem ecclesiam docens. Est itaque materia Johannis in hac epistola
ecclesie status specialiter Asiane ecclesie et totius, videlicet quam in presenti paciatur et
in futuro receptura sit. Intencio vero eius movere ad paciendam quam suadet
tum quod brevis labor, tum quod premium magnum. Modus tractandi talis
primo premittit prologum et salutacionem, ubi reddit auditores benivolos
et attentos. Quo premisso accedit ad narracionem, ante narracionem vero
ostendit Christum esse ab eterno sine principio et sic inducens ipsum loquentem
Ego sum alpha et o, id est principium et finis. Postea accedens ad narracionem
distinguit septem visiones, quibus terminatur iste liber consummaliter. Primitus
autem prologum dicens Apocalipsis Jhesu Christi, subaudis hec est. Sic in aliis
visio Ysaie hec est, et parabole Salomonis et cetera. Quinta et ultima pars
prologi in qua recapitulando breviter ostendit quis auctor et materia, quis modus
agendi et quis finis, patet in littera. Dubitatur quis debeat dici scripture autor
seu editor. Et hoc tamen in toto quam in parte sumitur, utrum quod Moysen dicimus
autorem penthatheum, an eciam eundem cum libris pluribus eorundem librorum auto-
rem debeamus affirmare. Similiter Johannem autorem Apocalipsis. Et videtur
quod tunc Moyses inveniretur autor mendacii et fraudis, quod Genesis in scribitur
a serpente dictum Eve: Nequaquam moriemini et cetera. Esset expresse mendacium et
fraus. Et ita de multis aliis que sepius invenimus in scriptura. Similiter infra
2° tertio Genesis dictum per angelum episcopo Laodicie: quod esset dives et locuples
et nullius egeret, et tamen fuit falsum, quod fuit miser miserabilis pauper cecus
et nudus ut dicitur ibidem. Ad oppositum arguitur: quod si non esset ille autor totius libri

no bs

Prologus

et cuiuslibet partis eius ipse tamen tactam in ... tam generales quam in sin-
gulis partibus librorum singulorum ubi diversi referuntur diversa
fecisse aut dixisse diversos esse autores. Quod apte dici non videtur
vel sequitur aliqua talia dicta omnino carere autore. quod dici non potest de
aliqua parte scripture. Videt Hermitanus de questione armenorum libro 1 c. 2o
4 3 potest intelligi quis autor alicuius scripture. vel quia est ipsius assertor. vel quia
est ipsius editor seu recitator. sive copulator. Que sunt utrobique non z c accipitur
autor proprie. Secundum hic pono propositiones aliquas conformiter ad intentionem dicti
doctoris. Prima. Eorum que sunt mediata in penthatheuco Moyses
non est autor primo vel secundo modo, patet, quia istorum Moyses non est assertor. sed
horum potest fieri sine auxilio divine gratie. Nam per peccatum nos incurrimus
offensam dei deformitatem nostre et reatum dampnationis eterne Baruch 3°
Quid est israel quod in terra inimicorum es inveterasti coinquinatus es cum mortuis
deputatus es cum descendentibus in infernum Et dat causam dicens
Quia dereliquisti fontem sapientie Sed ab hiis aut non potest homo resurgere vel re-
paretur ad ea que per peccatum perdidit nisi per divinam gratiam per quam
remittitur dei offensa condonatur pena et reformatur natura Osee xiii° Per-
dicio tua ex te israel tantummodo auxilium tuum ex me Dicit aut
Augustinus in libro de natura et gratia. Sicut oculus corporis sanus etiam non potest
nisi candore lucis adiutus Sic homo plene iustificatus non potest
recte vivere in operatione elicita aut imperata nec in ea perseverare nisi luce
eterne divine gratie perfundatur. Deus enim operatur in nobis velle et perficere Ad Phi-
lippenses 2° Et quia finis nostre salutis consistit in adeptione vite eterne
que capacitatem excedit humanam, Nec actus nostros producentes nos
ad illum finem esse illi proportionatos quod non fit nisi per gratiam potest
per quam efficimur meritorii vite eterne in virtute spiritus sancti qui datur
nobis in et cum ipsa gratia. Quia datum optimum et donum perfectum de-
scendens a patre luminum Iacobi primo. et illa nos perducens ad illud
perfecte Sepius tuis bonis dedicaret me in terram tuam. Sed per gratiam
suam Quia ut dicit apostolus ad Romanos vi Gratia dei vita eterna. Sic igitur
illud gra in nobis operatur istis per eam natura sanatur sanata vult bonum illud
efficaciter operatur in illo perseverat et salutem consequitur eternam Optat
igitur beatus Iohannes esse et nobis eius membris gratiam incipientem que
conversionem eius faciat graciosam, gratiam proficientem que vitam eius fa-
ciat fructuosam et gratiam perficientem que consumatorem eius faciat glo-
riosam Unde Bernhardus in sermone de assumptione Marie Tertia
plene divitiis accipiunt gratiam unam qua convertimur, tertiam quam in
temptationibus perstant et in bono perficimus. Tertiam qua perhibent remu-
neramur Prima nos initiat per dei beneplacitum 2a provehit per
meritum 3a consumat per premium Ipsa enim gra data meretur augeri
in via. Ut aucta mereatur perfici in patria a deo qui dat gratiam
et gloriam qua 2m eum et ipsi cuius credimus est Ipse inlominus

i gra
eterna

etiam dat et pacem eam quam quotidie petit ecclesia dicens Da pacem domine in
diebus nostris. De qua quidem pace istam pono conclusionem. Etsi deus noster
Jhesus Christus multipliciter contulit pacem suis cultoribus, civibus tamen pax
non potest comitari in congruitatibus temporis virtutibus. Multipliciter pacem tamen
omnimodam que requiritur ad salutis assecucionem quam Christus venit querere
deductus sit conclusio. Ex quo enim Christus ex se ipso et ex nobis omnibus quos
adoptavit constituit unam indissolubilem unitatem, ita quod se ipsum constituit in
caput et nos in membra. Ex ipso nos univit, ordinavit, pacificavit
et confortavit. Univit quidem ut omnes uno spiritu agamur. Ordinavit
ut omnes nos mutuis cooperacionibus relevaremus. Pacificavit ut nos
omnes invicem diligeremus. Confortavit ut nos ad pacem finaliter ingredi-
bata [illegible]. Quadore Christus dicit. Ex quibus omnibus per se patet
reconciliati eidem corporis sortiti sumus. Sicut unum in celo corpore, non quia
corporaliter nos miscemur, sed sint omnium animi sociati, sint mentes
reconciliate, sint omnes unum in caritativa dilectione. Ut quod solidari
sic curvamus ut comprehendamus. Et glossa super xii capitulo [illegible] dicit pace
et concordia unitum Christi corpus adunatur, regitur et stabilitur, sic quod contentiosus
noluit in pace existere, careat in Christi corpore societate. Ex quo ergo ut
dicit divus Dionisius conformes facti sumus divinitus, et sic unice
dimissi non sunt. Et non dicit Dionisius divisi, quia in ecclesia diversitas
est ministeriorum virtutum et operacionum. Sed qua diversitate ille se ab unitate
dividit qui contra alios sentit de fide, contra alios spiritu agitur [illegible] in con-
versatione, contra quem alios ut se ipsum non diligit, contra qui gratiam parat acceptam
in contemptum per administracionem non impedit, contra quem usu bonorum, contra adversa
malorum in assecucionem beatitudinis non dirigit. Ex hinc [illegible]
[illegible] primo [illegible]. Ex quo pax a Christo data non est mundialis, non
corporalis, non temporalis, sed est altioris condicionis. Non mundialis quia mundus
in maligno positus non potest [illegible] quo arguuntur filii
patris [illegible] corporalis. Prudentia enim carnis est inimica deo. Et
qui in carne sunt deo placere non possunt. Nec est temporalis quia illa est
caduca, flexibilis et sic incerta, quia [illegible] si videtur non tamen [illegible]
et semper est plena periculis, secundum Augustinum. Prima autem pax Christi est cordis
et incipit a peccatorum remissione. Quam Johannes apostolus vo-
cat pacem dicens Gratia vobis et pax [illegible]. Ex gratia est peccatorum
remissio, que est pax ad deum. Pax autem est deo quam Christus effecit
quia nos lavit a peccatis nostris in sanguine suo ut ibi dicitur. Multa
includit [illegible] pacem cum angelis et cum omnibus creaturis que pro
deo pugnabunt contra insensatos, Sapientie v°. Et hec pax multiplicatur
cum ex remissione culparum homo devenit ad voluntatis et conscientie
conversionem, que pax dicitur [illegible]. Fiat pax in virtute tua. Non
statim namque [illegible] peccatorum remissionem homo devenit ad concordiam vo-
luntatis et conscientie. Opus est enim post remissionem peccatorum magna dei
virtute ut contra voluntatem [illegible] vincat [illegible] ex sua libertate fecerit
in peccatis. Et sequitur in psalmo Et abundancia in turribus tuis. Turres
significant anime [illegible] altitudinis sunt illarum virium racionalis, concupiscibilis et
irascibilis munitiones. In quibus dum est virtutum abundancia, sequitur
pax conscientie imperantis et voluntatis obedientis. Ut conscientia movet
bellum [illegible]. Propter quod beatus Bernhardus in sermone quodam
de dedicatione ecclesie dicit: Porro studeat unusquisque ne dissiliat a se ipso

Quoniam omne regnum in se divisum desolabitur et domus supra domum ca-
det. Nec introibit Christus sub cuius parietes fuerit inclinati et materie
depulse. Caveat igitur anima ne a semetipsa dissideat membra eius scilicet
ratio voluntas et memoria. Sit ergo ratio sine errore, talem enim vo-
luntas amat. Sit et voluntas sine inquietudine quia ratio tale approbat.
Sit memoria sine sorde et nullum in ea peccatum maneat quod non di-
gnis penitentie fluctibus deleatur; alioquin cisternam in qua peccatum latet et
voluntas odit et ratio execratur. Bonum proinde habitaculum deo parat cuius
nec ratio decepta nec voluntas perversa nec memoria fuit inquinata.
Hec ille. Amplius hec pax intenditur cum huiusmodi concordia in affe-
ctum [illegible] tranquillitate coniungitur. De qua apostolus ad Philippenses iiii dicit: pax dei
que exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra et intelligentias
vestras. Et hec scilicet tranquillitas mentis [illegible] sua suavitate [illegible]
[illegible] omne illud quod sensus ingerunt ad virium turbationem et [illegible] vestras
intelligentias in contemplatione et delectatione boni [illegible] et in [illegible]
consistit pax in seipso. Ad quam etiam sequitur tendentia ad sedationem illius
belli quod est inter carnem et spiritum. Que etiam pax [illegible] dicitur ex eo quod per
[illegible] inter se [illegible]. Et glossa super
animam et carnem [illegible], inter pugne inter se [illegible]
illo [illegible] pacem et [illegible] eam dicit et si pax [illegible]
ne non possit haberi quia semper caro concupiscit adversus spiritum [illegible]
tamen querenda est quia si [illegible] non [illegible], in futuro [illegible] non possumus.
Cum itaque cum deo et in nobis pacificati sumus, [illegible] ad alios [illegible]
[illegible] pax [illegible] que dicitur pax [illegible]. [illegible] est quod [illegible]
[illegible] pax [illegible] est pax civitatis eterne que est [illegible]
concordia fruendi deo et invicem in deo. [illegible] cum nos in [illegible]
concordia fruendi deo et invicem in deo. [illegible] in bonis habite
[illegible] deo in nobis et in proximis ~~et in bonis~~ operatur invicem
que deus in nobis et in proximis operatur; quia in hoc
delectamur, [illegible] dicimur esse in pace eternitatis. [illegible] pacis
illius pacis eterne dulcedinem degustamus. [illegible] pacis [illegible] et est
[illegible] dicitur pax temporis sub alia significatione [illegible] et est
[illegible] sive sint prospera sive adversa, sive turbulentia sive [illegible]
[illegible] sive accommoda sive periculosa, in pace suscepta animi
[illegible] tranquillitate nullatenus violata. Quam Christus habuit cum [illegible]
ad [illegible] patris admisit quam [illegible] dicens: In patientia vestra
possidebitis animas vestras Luce xxi. [illegible] Gregorius
[illegible] dicit: [illegible] possessio anime in virtute patientie ponitur, quia
radix omnium custosque virtutum patientia est. Per patientiam vero possi-
demus animas vestras quia dum nobismetipsis dominari [illegible]
[illegible] quod sumus. Patientia vero est [illegible]
[illegible] possidere discimus quod sumus. Patientia vero est [illegible]
aliena mala [illegible]. [illegible] cum [illegible] qui mala [illegible] nullo do-
lore invideri. [illegible] qui sic proximi mala portat ut tamen tacitus
doleat et tempus digne retributionis querat, patientiam non exhibet
[illegible] ostendit. Scriptum namque est I ad Corinthios xiii: Caritas patiens est.
Benigna est. Patiens namque est ut aliena mala toleret. Benigna
est ut et ipsos quos portat amet. Hinc namque per semetipsam ve-
ritas dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos,
et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Mathei v. [illegible]
namque est coram hominibus adversarios tolerare, sed virtus coram deo
diligere quia hoc solum deus sacrificium acceptat quod ante oculos in altari

invidie

boni operis flama caritatis incendit. Et ille habet virtute(m) verbi david
dicentis: Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus. Et apostolus ad
eam omnes hortatur ... Quantum in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes
Quibus sequitur tercio: Quod in istis condicionibus pacis includitur omnis virtutum
requisitio ad adquisicionem salutis: patet quia in unitate caritatis bonorum
omnium includitur plenitudo. Ubi enim quod homo non habet in se ipso, capit
ex alio, Secundum illud psalmi: particeps ego sum omnium timencium te et
custodiencium mandata tua. Qui patientiam includit quod fert
secum sustinenciam, constanciam, perseveranciam et alias virtutes multas.
... Remissio peccatorum sine fide spe et caritate
non est ... includit restitucionem deperditarum virtutum. Quanta
bonorum abundancia requiritur in viribus anime antequam voluntas
consciencie subiciatur. Quante requiruntur virtutes ad hoc ut interiora sine per-
turbacione in suis delectacionibus valeat conservari. Revera ubi hee
differencie pacis. ibi fides et pax in credendo. Ubi spes et conformitas
in sperando. Ubi caritas et ... in amando ... ubi ... ibi
necessario sequitur unitas legis. et omnium sine discrepancia concordia in
agendo. Si ex fide spe et caritate secundum legem vivimus, adest timor sancta
et intellectus. Si de bonis divinis que in proximis sunt delectamur,
adest pietas consilium et sapiencia. Prius ... subordinacio voluntate
ad rationem ... fortitudinem et iusticiam. et subordinacio virium ... honor et
abundanciam ut multo ex hiis sequitur ... qui dicit ...
pax ... non potest generari nisi ... condiciones pacis. Sunt autem con-
formitates pacis tres quarum quelibet sufficit ad prius. Prima est conformitas
racionum voluntatum ad divina. Secunda est generalis iusticia. Tercia est
virtutum plenitudo. Congruum enim est ut hii qui in omnibus sequentes
dei voluntati sunt conformes. qui secundum generalem iusticiam format
suos mores. et qui virtutum plenitudinem habent, sint efficaces pacis
... quia ubicumque hee fuerint, ibi puritas innocencia et san-
ctitas. ibi ... pax et omne bonum sine defectu. Et hec latius
satis late declarat. Ex quibus sequitur conclusione quod licet filiis pacis ...
... pax ... debeatur. multa tamen occurrunt impedimenta quod
ea frui non possunt ... debetur ... quia ad ea que dicta
sunt ordine debito sequitur. Quid enim possunt aliud intelligere quod illi qui
pacem habent cum deo cum proximis in se ipsis cum angelis cum aliis
creaturis qui in se omnem repugnanciam comprimunt et omnia ... pa-
cifice susceperunt. ... debent ... tranquillitate. Sapiunt cum
tales huiusmodi tranquillitatem habent in affectu ... intelligunt
eam esse in ... dei. Nec eam ... quia est occasio
multorum bonorum. Nec eam violant quia est evasio multorum
malorum. Et si sciat quod huiusmodi pax est ... bonis indiviutibus
... cum eis adest ... eam ... divinam voluntatem. Nam
sicut non apponunt cor cum eis affluunt divicie. sic tempore pacis ocio
non torpescunt ... non solvuntur. et sicut ... terrenas ...
... terrenas. Augustinus dicit ... habent impedimenta
multa ne huiusmodi pace perfruantur. Et sunt tria secundum augustinum
xx libro de civitate dei c. xiiii. Primum est superbia ... et puni-
cionum. Secundum est libertas peccandi ... Tercium est excessiva delectatio

et ...
...

in bonis temporalibus Et hec impedimenta [illegible] si remota fuerit habita pace
xpi. tunc [illegible] singularitas [illegible] de [illegible] ex eo [illegible] talibus [illegible]
cum deus Et Johannes eam ecce optat dicens Gratia vobis et pax
[illegible] tamen pro avisamento et [illegible] Et hec pax sit communi:
data quinque letales hostes [illegible] Iniusticiam turbidam [illegible]:
sam Avariciam cupidam et malitiosam Invidiam lividam et rancorosam:
Iracundiam fervidam et fictiosam Superbiam tumidam et am-
bitiosam. De primo dicit augustinus super psalmo lxxxiiii In expo-
sitione illius versiculi quia a virtus obviaverit sibi Iusticia et pax
osculate sunt. Due inquit amice sunt pax et iusticia. Tu forte
unam vis et alteram non facis Nemo est inquit qui non velit pacem
sed non omnes volunt operari iusticiam Interroga omnem hominem vis pacem
uno ore respondet genus humanum opto cupio volo amo. Ama
inquit et iusticiam. quia due amice sunt iusticia et pax Et subdit pa-
rabola Dicit inquit tibi pax [illegible] me [illegible] Amica sum iusticie
[illegible] invenero amicam meam [illegible] ad illum attendo. vis
ergo venire ad pacem. fac iusticiam. Ex quibus verbis beati Augustini ergo
sic arguo. pax est amica iusticie. ergo iniusticia est hostis pacis
De aliis quatuor hostibus pacis loquitur laureatus [illegible] pe-
trarcha libro primo de remediis utriusque fortune [illegible] ubi
[illegible] mundano colloquium et dicit Spero pacem. Ratio [illegible]
[illegible] quod mox assequeris in tua situm manu est Ratio
inquit sunt qui pacem non [illegible] si bona fide velle reperit Sed
hinc ipsis quibus dulce nomen pacis pax amara est Pacem inquit
petentes pati frequenter obstitit Et subdit ad propositum Quatuor
inquit nobilissimi [illegible] pacis hostes. Avaricia invidia ira superbia
hos ecrum in exilium pellite et pax eterna erit. Hec ille. Ecce
quinque pacis hostes de quibus singulariter et [illegible] dico
primo quod hostis pacis esse est iniusticia turbida et iniuriosa. [illegible]
figuratur in illa meretrice iniustissima dalida que ut iudicum xvi
[illegible] Sampsonem fraudulenter vendidit pro pecunia et scisma
fuit inter israel et philisteos Iniusticia enim nedum est mors [illegible]
[illegible] et ipsa est scismatum et discordiarum [illegible] et
[illegible] in [illegible] in libro de sompno scipionis commentho
primo de iusticia venit innocencia amicicia concordia pietas religio
ita effecto contrario de iniusticia [illegible] nocencia inimicicia discordia
impietas et irreligio. Et quemadmodum iusticia firmat tronus [illegible]
ita regnum a gente in gentem transfertur propter iniusticias Ecclesiastici x.
[illegible] et ut dicit [illegible] Augustinus [illegible] de civitate dei [illegible] Ubi enim iusticia non est quid
sunt regna nisi magna latrocinia Unde [illegible] in ecclesia tanta latrocinia completa
et [illegible] et tot scismata insurrexerunt nisi propter absentiam clarissime
iusticie que ut hesperus solebat lucere [illegible] ubi nunc et [illegible]
[illegible] iusticia refulget Certe obnubilata est et in terris constituta
[illegible] sunt eius filie
iuste [illegible] et iusti [illegible] Verum due meretrices [illegible]
litigantes de infante mortuo a temporalibus bonis. de quibus [illegible]
figuraliter [illegible] Tertio Regum 3o Homine [illegible] artibus est et iusti-
[illegible] pro [illegible] dare et [illegible] pro temporalibus
[illegible] gestis unde ut Regum quinto [illegible] de [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Nonne etiam inepta et iniusta est distributio beneficiorum ecclesiasticorum cum
in ea conspicitur non spiritualis sed carnalis, non habilis sed nobilis, non virtus
sed amicitia. Non dignus sed propinquus, non scientia sed pecunia. Qui sic be-
neficia confert non est iustitie zelator sed cuius iudex pessimus venditor et
proprie loquendo personarum acceptor. Ut pulchre declarat Egidius Romanus
super illud Ro. 2o Non enim est personarum acceptio apud deum.
In distribuendo etiam ministrorum [illegible] sepe inducitur ulterior quod dator
valentior qui in dando vigilantior. De quo scribit Marcus Tullius
Cicero miles et consul Romanus libro 2o de officiis versus fine libri 2o
Quid est qui in opibus et optimis viri causa non anteponat in opera
danda gratiam fortunati et potentis. Q. d. quilibet iudex sic anteponit.
Sed quid dicam de iniusta commutatione et distributione prelatorum et virorum
ecclesiasticorum quam temporibus istis commutant cum deo. Videamus qui
retribuunt domino pro omnibus que retribuit ipsis. Certe comparamus
pro humilitate ingratitudinem, pro benignitate indevocionem, pro honore
Paucos heu videmus de prelatis et clericis devote orare, ieiunare,
celebrare, elemosinas dare et exempla bona [illegible] prebere.
Immo magis videmus ipsos otiari, comessari, vanagloriari, solaciari
et spaciari. Et plus querere ut placeant hominibus utriusque sexus
quam deo. Cum tamen deberent alios suis exemplis emendare. [illegible]
eos intersequitur [illegible] et quod agitur a prelatis facile a
subditis trahitur in exemplum. De quo et de [illegible] Mathie devocionis
Tobie glossa allegat [illegible] commune proverbium quod dicitur Componitur orbis regis
ad exemplum. Iniusta est et inique commutatio eorum qui commutaverunt
veritatem dei in mendacium Ro. 1. et coluerunt et servierunt creature
potius quam creatori qui est benedictus. Dominus conqueritur per prophetam dicens Glo-
riam eorum in ignominiam commutabo Osee 4. De iniustitia autem
distributionis prelatorum dicit: Nescio quid dicam. Invenitur quod
archidiaconus beati Sixti pape Laurentius thesauros ecclesie dispersit et
dedit pauperibus. Nunc vero patrimonium ihesu xpisti et ecclesie thesaurum
distribuunt potius mulieribus quam pauperibus, carnalibus quam spiritualibus,
histrionibus [illegible] quam pauperibus religiosis. Ita ut de quolibet talium
posse dici potest illud [illegible] 2o Siccaverunt quod [illegible] erat [illegible]
census distribuit. Ex huiusmodi iniustis distributionibus et commutationibus
[illegible] scismata in ecclesia germinantur et vera pax ecclesie
sublata. Unde beatus Johannes in Apocalipsi 6 dicit: Cum aperuisset sigillum
secundum exivit equus rufus et qui sedebat super eum datum est
ei ut sumeret pacem de terra et ut invicem se interficiant. Super
quo dicit Haymo. De [illegible] i. de terrenis hominibus exivit
dyabolus pacis [illegible] quia eos discordes et zizaniorum [illegible] fecit
inter ipsos. Agitur ut sit pax in ecclesia dei faciendum esse. Contra hanc
[illegible] xvii consulentes [illegible] accedere ad communem
et avertere ab iniustitia [illegible] exercitium scilicet iniusticie
et custodire iustitias et iudicia dei et stare in forti [illegible]
[illegible] altissimi. Sic quod possit expelli ab ecclesia dei. Prima inimica
pacis ecclesie que est ut dixi iniustitia stulta et iniuriosa [illegible]
Dixi 2o hostis pacis [illegible] est avaritia cupida

avaricia cupida et maliciosa

et maliciosa. Que ut dicit canon est principium litis, quia quam sepe
odia et discrepationes in ecclesia dei constituit. Hec est illa avarissima
et impiissima Jezabel, que non contenta regno Israel vineam
pauperis Naboth Jezrahelite grupiunt, et ut obtineret ipsam per
falsos testes occidit. 3 Reg xxi. Ita sepe in ecclesia dei avari et
habundantes beneficiis pauperibus clericis eorum beneficia aufert dum pacunt
admissa illius divitis relictum oves hulus, qui pauperi unica abstulit
ovicullam hunc ut lectur in dictione 2 Reg xii. Ut de hiis ve-
rificetur dictum Tulii in de paradoxis stoycorum dicentis Nullus avarorum
divitum adhuc inventus est, cui quod haberet esset satis. Et que ab
hoc vicio avaricie immixtum esse dictum tum scriptura dicat Jeremie vi
a minore usque ad maiorem omnes avaricie studet. Et Ysaie lvi
Omnes in viam suam declinaverunt unusquisque ad avariciam suam
a summo usque ad novissimum. Quia que innumera tot in ecclesia insurrexe-
runt scismata contenciones et lites que in scriptura et usque ad
tempora nostra non fiunt. Hinc optat beatus Bernhardus in epistola
ad Eugenium papam. Quis michi det ut videam antequam moriar ecclesiam
dei sicut in diebus antiquis qui apostoli laxabant recia sua in capturam
non argenti et auri et argenti sed animarum. Unde dominus increpans avaritiam
non solum sed ecclesie prelatum modernis temporibus ad aliquos eorum, qui sine avaricia etiam
... sermone dicit ipsum alloquitur per Jeremiam xxii dicens Pater tuus
... bonis ... Nunquid non comedit et bibit et fecit iudi-
cium et iusticiam tunc cum bene erat ei. Iudicavit causam pauperis et
egeni in bonum suum. Nunquid non ideo quia cognovit me dicit dominus. Tui
vero oculi et cor ad avariciam ad sanguinem innocentem fundendum,
ad calumpniam et ad cursum mali operis. Propterea hec dicit dominus
Non plangent eum ve frater et ve soror, non concrepabunt ei ve domine
et ve inclite, sepultura asini sepelietur, putrefactus et proiectus extra
portas Jerusalem. Et Ysaie lvii de eodem avaro prelato dicit dominus
propter iniquitatem avaricie eius iratus sum et percussi eum et abscondi
a te faciem meam. Et indignatus sum. Ne cum ipsum hec dicta ... contingat. Et ut
pax in ecclesia reformetur, pie hortandum capitibus ecclesie ... caveant
ab omni avaricia Luce xii. Avaricia ut homines in vos. Ad
Hebreos xiii. Sint mores vestri sine avaricia. Ad hebr 13 Tales
episcopi ... Sunt mores vestri sine avaricia ... qui sint sine avaricia
in pastores et rectores ecclesiarum instituere qui sint sine avaricia
paribus unita ... consilium Jethro sacerdotis Madianitarum generi
Moysi dicens Exodi xviii Provide de omni plebe viros de eis statue
viros potentes ... viribus et virtutibus et timentes deum in quibus
sit veritas et qui oderint avariciam, et constitue ex eis tribunos et
centuriones et decanos, qui iudicent populum omni tempore. Et de electione
prelatorum ... ne eligatis in prelatum a curatum ... aliquem avarum. Quia avaro
nichil est scelestius Eccli x. Conturbat enim domum suam qui se-
ctatur avariciam Prov xv. Sic ergo ut dictum est expellenda ab ecclesia
... discordia unita seu hostis pacis que est avaricia cupida et maliciosa.
Tercio quia hostis pacis ecclesie est invidia fraudulenta et insidiosa.
Hec est illa fera pessima que devoravit Joseph, cui ipsum fratres
invidentes eo quod a patre cunctis fratribus plus amaretur, invidie-
bant eo quod non poterat ei quicquam pacifice loqui Genesis xxxvii
Hec est illa pacis inimica que inter primos fratres Abel et Cayn

cupida / fraudu... / et mali- / ciosa

[P]repetrit fratricidium Gen. 4°. Et inter gemellos geminos Jacob et Esau
concitavit iram et litigium Gen. xxvii. Insuper Rachelem et Lyam
sorores caritatem debilitat. Genesis enim Rachel quod infecunda esset
invidet sorori sue Gen. xxx. Hec est que irreconciliabile scisma
inter dyabolum et totum genus humanum exigit quod seminavit dicente
domino ad ipsum inimicicias ponam et punita inter te et mulierem. Ipse
est genus humanum et eciam inter semen tuum et semen illius Gen. 3.
Unde dicit Augustinus xvi q. 2 c. 1. Dyabolus condemnatus a principio divine fue
rit cele veritate respondere. Doluit satis et erubescit caritate qua in celo
veruit hic homines constitutos ex lutea materia in terra tenere. Magis
enim est quod dyabolus ipsum timeat quando gaudium caritate et pace
ut pulchre deducit beatus Gregorius super Ezechielem omelia viii. Et venerabilis
Hugo super regulam beati Augustini prope principium. Sed vere de nullo tantum
contentatur sicut de invidia caritatis et pacis inimica. Caritas enim benigna est
congaudens veritati 1 Cor. 13. Invidia vero malignus est dolens de bono
proximi. Est invidia est egritudo suscepta propter alterius res secundas ut dicit
Tullius prope principium iiii libri questionum Tusculanarum. Ordinate enim
gaudere hic ordo est: primum quod nulli noceat, deinde etc. quod potest tu
potitus, inquit beatus Augustinus xix de civitate dei c. 12. Invidus autem
aliis non prodest et sibi ipsi nocet. Unde Augustinus in sermone Innocentium
enim alium persequitur tortore, plus ipse persecutor patitur in corde suo per
invidiam. Hinc est quod dicit Salomon Proverbiorum 24. Sicut
tinea vestimento et vermis ligno ita tristicia viri et invidia nocet
cordi. Heu quot plures sibi ipsis sic nocent qui licet divites sint temporalibus
[illegible] invident tamen pauperibus si aliqui fideles
eis aliqua bona donentur vel si de eis habentes bona loquuntur. Plus
etiam ceterorum perfectibus quam defectibus invidentes. Et qui invidie
aliquid cedant, ad defectum alicuius vel intendit inerrantes ipsi vita
bonorum detractum est pessimum ut dicit Augustinus in sermone xlviii
ut bonum ceterarum virtutum beati Theodori dicit epistola xlv de statu sancte
pape. Omnes virtutes sequitur invidia. Fervet quod summos fulgurat
montes. Et ut generaliter loquar: Prelato invidet prelato si ille habuit
dignius episcopium. Beneficiatus beneficiato si videt alium pinguius
beneficium. Graduatus graduato si ille melius excessit suum gradus
officium. Aliquis religioso si quid illi donatur. Religiosus religioso si
plus se comeditur. Medicus medico si magis alter lucratur. Clericus
clerico si amplius proficitur. Unde Beda super Lucam exponens illud
Luce 4to Nemo propheta acceptus est in patria sua ipse medium inquit
Natale est civibus civibus invidere. Hinc invidentes non attendunt
quod Salomon dicat Proverbiorum 28. Vir qui festinat ditari et aliis
invidet ignorat quod egestas superveniet ei. Et hec omnia proveniunt
ex tepiditate caritatis que non emulatur et non invidet 1 Cor. xiii.
Si enim unusquisque diligeret proximum sicut seipsum omnis tolleretur invidia
et esset in ecclesia dei pax et gaudium. Romani enim quando credebant
unum et non fuit inter eos invidia neque zelus. Item habebant et amici-
ticiam cum aliis affectibus ut habetur 1 Mathei viii. Ergo ut
in ecclesia conformetur pax et unio non sunt inmittendi non in-
vicem invidentes ad Galathas v°. Sed magis sunt deponentes omnem

Quid est invidia

malitiam et omnem dolum et simulacionem et invidias. 1 pet. ii°. Deus
vincemus hostem pacis qui est ut 2° dixi invidia livida et insidi-
osa. Dixi etc. 3us hostis pacis est. est iracundia fervida et furiosa
Hec est illa athalia mater ochosie regis mulier furiosissima, que in
ira sua interfecit omne semen regium et omnem stirpem regiam ut patet
4 Regum xi et 2 paralipomenon 22. Et subditur ibidem c. 23 quod do-
mum domini destruxit pacem fregit. scisma atque litem in isto attendit
quod dicit Sapiens eccli 28. homo iracundus incendit litem. Et
Salomon proverbiorum xxix. vir iracundus provocat et suscitat rixas
Per istas autem litus Gregorius v. moralium super illud Job v° virum
stultum interficit iracundia. probat quod per iram concordia rumpitur
et gratia amittitur vite socialis. Unde est ergo ut pacis et unitatis
conformatores careant ira. Et si qui ex complexione naturae vel alias
sunt iracundi et furiosi. studeant seipsos virtute mansuetudinis
superare. quia ut dicit lactancius libro 1° de falsa religione c. 9. Non
fortior putandus est qui leonem quam qui violentam in seipso inclu-
sam feram superat iracundiam. Et valerius maximus libro 4° c. 1.
multo speciosius est seipsum quam hostem superare. Superatur autem iracun-
dia virtute mansuetudinis. quia sicut fortitudo moralis reprimit timores
et moderat audacias. sic mansuetudo reprimit iras et moderat ira-
scibilitates ut deducit egidius libro de regimine principum parte 2 c. 2°
Hinc dicit apostolus ad Ephesios etc. Obsecro vos ut digne ambuletis
cum omni humilitate et mansuetudine cum paciencia supportantes
invicem. Unus alteri furiose non loquatur neque rideat. Et sicut patet
Job supplicat dominus Iudicate supplico absque contencione Job vi. Omnem
ostendentes mansuetudinem ad omnes homines ad Thit. 3°. Sapiens
etiam quemlibet virum alloquitur adhortatorie dicens. Unde patiens in
mansuetudine eccli etc. Nam responsio mollis frangit iram. sermo
durus suscitat furorem prov. 15. Sed et expellamus etc. pacis
iram que est ut dixi iracundia fervida et furiosa. Dixi
quinto et ultimo quod hostis pacis est. est superbia tumida et am-
biciosa. Hec est vasthi regina superbissima que viro suo assuero
contempsit obedire. propter quod divorcium inter se et regem factum est
ipsa quod repudiata regnum illius datum est meliori. Hest. 1°. Superbia
enim ambiciosa pacis mortalis inimica, primum scisma fecit in empireo
celo. Propter quod factum est prelium magnum in celo michael et angeli
eius preliabantur cum dracone. et draco pugnabat et angeli eius. et
non prevaluerunt. neque locus inventus est eorum amplius in celo. apoc. xii
Hunc superbum angelum qui equalitatem dei appetivit imitantur
omnes superbi et ambiciosi. qui ex parte illius sunt Sapie 2°. Un-
de beatus Gregorius libro 2x moralium c. ultimo super 10 Job 2x. Et dicit
regi apostata deum vincisse ~~regem~~ superbus rector totiens ad culpam
apostasie delabitur. quociens esse hominibus delectatur. honoribus vere sin-
gularitate letatur. Sub quo enim est non desiderat. et quod ceteris su-
per non sit ceteris exultat. Unde inquit hec vitiorum radix pullulat in
corde reproborum. ut ex imitatione illius qui despectis angelorum
societatibus dixit. Ascendam super altitudinem nubium. et similis ero ysaie 14
altissimo hec Gregorius. Augustinus ergo superbum dyabolum omnes quod

iracundia fervida et furiosa

superbia tumida et ambiciosa

quarumcumque dignitate ecclesiastica ambiunt ad hoc ut presint et dominentur gentibus clericorum dicit dominus de vitiis scilicet tumentes superbia ascendisti in monte scilicet prelature et dignitatis. Quo non obstante quidam superbi forte sunt in ecclesia cum humilibus mixti, qui si permitterentur etiam spiritualia impetrarent ad modum Jasonis qui summum sacerdotium ambiebat et adito rege promittens ei plura auri et argenti talenta illud simoniace obtinuit et impetravit ut patet 2º machabeorum x. Qui hunc superbum et ambitiosum imitantur non cogitant quod nihil est in hac vita, et maxime hoc tempore difficilius laboriosius periculosius episcopi presbiteri et dyaconi officio, ut dicit beatus augustinus ad valerium epistola 1ª. Et habetur in canone ut dicit Anomma. Unde etiam laureatus poeta Franciscus ~~poeta~~ petrarcha libro 1 de remediis utriusque fortune c. ~~...~~ Ubi gaudio gloriantis et dicenti ad summum pontificatum veni, ratio respondet: Et tempestate in portum fugi solet, tu e portu in tempestatem sponte fugis insanus nauta, Et subdit paulum: nec difficilis parum felicis unquam onera tibi videbantur, nisi omnium curas in te omnium atque omnium sarcinas transtulisses, fortes humeri an fortis ambitio eo animos tollens ubi malum sibi futurum sentit. Hec ille. Et quamvis ut subdit beatus augustinus ubi supra nichil beatius sit quam hoc et recte presse si eo modo militetur, quo noster imperator scilicet christus iubet. Nec vellum omnipotenti deo tale sit sacrificium quale est zelus animarum ut dicit beatus ~~augustinus~~ Gregorius super ezechielem omelia xiiª. Tamen nemo debet curam animarum ambire. Unde beatus augustinus xix de civitate dei c. xix. Et habetur in canone 8 q. 1 Episcopatum ~~...~~ locus superior sine quo regi non potest et si ita teneatur atque administretur ut decet, tamen indecenter appetitur. De hoc quod qui talem locum superbe ambiunt dolent conqueritur prallegatus poeta libro 2º immediate allegato: Ubi gaudio gloriantis et dicenti summum pontificatum adeptum teneo, Ratio respondet: Solebat primo ex hoc statu ad martirium pergi, nunc ad delicias vocari credunt. Ideo inquit statum hunc loca appetitur et ad hunc omnia fere mortalium vota suspirant. Quis inquit ut Romanum et quemcumque pontificatum aliquem cupit ob causam nisi quo potentior et ditior fiat, bonum instare preceptum, fecisse quod ne prodesse, Quodque sacrilegum pudendum quod ut dictum est magis sepe muneribus quam meritis et suffragiis precibus emitur prelatorum pinguibus. O vertigo morum pessima ad quod olim hi spreverant et debebant cogi hiantes unde liceat, nec premunt, et tam perspicue fuit ambitio quod ne saltem pudor ac modestia videatur sed ardor et inertia paganorum, qua in hunc diem tantam fuisse videmus ut de Julio cesare sit lectum quod pontificatum maximum peciit et obtinuit. Hec ille. Contra hoc vitium superbie et ambitionis emulemur et amplectamur caritatem, que ut dicit apostolus 1 cor. xiii Non est ambitiosa, nec querit que sua sunt. Et in cuius virtute dicta quinque quam hostium ecclesie expugnemus et pax eterna refulgebit, sicut ceteris ad instar filiorum israel, qui quinque reges seu principes madianitarum occiderunt Nu. 32. Et quemadmodum strenuissimus dux Iosue quinque reges pugnantes contra filios israel hostes calcari fecit pedibus principum et suspendi in stipitibus Iosue x°.

2108

· primum ·

Ita tractaremus Nathan cum regibus suis s*ed* viciis dict*is* et contrariis vir-
tutibus i*n* seb matrimus. Confidamus in domino q*uod* nob*is* dabit vir-
tutem pu*g*nandi viriliter q*uod* est gr*aci*a. et triumphandi nobiliter que est
pax. Et hec optat ut dixi Johannes ecclesiis cum eam salutando dicit
Gr*aci*a vob*is* et pax. Jheronimo. Gr*aci*a dicitur gratis data. s*ed* non meritis
reddita s*ed* venia gratis collata. Que gr*aci*a in hoc est specialiter ampli*ss*ima
q*uod* sine meritis homini misit deus filium suum. q*ui* nob*is* sanguine suo re-
demit et ad filiacionem suam perduxit. Vnde subditur et pax. q*uia* v*er*o
ipse per suam passionem genus humanum deo patri pacificavit. Et non*dum*
q*uod* non dicitur pax et gr*aci*a. s*ed* primitus gr*aci*a. ac deinde subiungitur
pax. q*uia* nullus ad patrem reconciliatus veniens potest nisi hunc gr*aci*a
misericordie precessit. q*uia* ut ad patrem dei venire possimus. ad dei
gr*aci*a vocati sumus. th*omas* ille. Gr*aci*a q*uod* per peccatorum remissio. Et pax
r*espectu* ad bonum conciliando. vel gr*aci*a per sacro*rum* statutum. et pax per sing*u*laritas
meritis et quietis a viciis. vel gr*aci*a per operans. reparans. et consumans.
vel preveniens coadiuvans et perficiens. Et pax tres peccatorum eminentes
vel tradis omnibus operibus. Sequitur. Ab eo qui est et qui
erat et qui venturus est. Quod dupliciter exponitur. Primo ut
predictum est. a deo eterno. cuius eternitate non apprehendimus nisi per
opera*ci*onem. ad quos cuius dicte sunt tria presens preteritum et futurum s*ed* est erat
et erit. Vide beatus Bernhardus super Cantica sermone 32 circa
illud Indica michi quem diligit anima mea. Et dicit deus est. nec vltra
capit ex eo quod est fuit vel erit mutacionem. Tolle namque fuit et
erit. Vnde tam transmutacio et vicissitudinis obumbracio. a que
veniens ex eo quod fuit. non cessat tendere in id quod erit. transitu sane
s*ed* per est. s*ed* omnino non est quod nunquam in eodem statu permanet
Solum porro inde vere est quod ut assunt preditus nitis abscidit expugnat a fuit
S*ed* solum atque inexpugnabile remanet ei est. et manet quod est
Nec fuit sane tollit illi esse ab eterno. ut erit esse metrum. at per
hoc sibi vendicat verum esse. scilicet mutabile immutabile invariabile th*omas* ille.
Vnde secundi 3° domini ad Moysen dixit ego sum qui sum Sic
dices filiis Israel q*ui* est misit me ad vos. Vnde Hilarius esse
non est accidens deo. s*ed* subsistens veritas et manens causa et naturalis generis
proprietas. Ex quo patet q*uod* esse ut qui est. est nomen dei. nec simpliciter
et absolute. s*ed* cum precisione a nullo addito. q*uia* in solo deo esse
non cointelligitur sine determinatione per aliquod additum. q*uia* totum quod in
ipso est. est esse suum purissimum. Tamen aliis non convenit aliter est. Vnde dicitur
Petrus de Tarantasia in scripto primi 8. vere. vere at
semper dicitur esse. cuius essentia non novit preteritum ut futurum. Vnde
Jheronimus ad Marcellam scribens ait. Deus solus qui exordium
non habet vere essentie nomen tenuit. q*uia* in eius comparacione qui vere
est. q*uia* incommutabilis est. quasi non sunt que mutabilia sunt. De
quo enim dicitur fuit. non est. et de quo dicitur erit. nondum est. Deus autem
tantum est. qui non novit fuisse ut futurum esse. Solus igitur deus vere
est cuius essencie comparatum nostrum esse non est. S*ed* contra hoc videtur
videtur scriptum q*uod* non possit dici de deo fuit vel erit. s*ed* tantum est. cum
de eo scripturam fecerint Jeronimus fuit ab eterno fuit semper et erit
in secula et huiusmodi. Vnde videtur q*uod* non est tantum verum de deo tantum
fuit vel est vel erit. Si enim diceretur tantum fuit putaretur q*uod* desierit esse
Si diceretur tantum est. putaretur q*uod* non semper fuit. s*ed* esse receperit

· Ca · [illegible] ·

Si tamen dicetur deus aut inputaretur non esse modo, dicitur ergo quia semper fuit est
et erit ut intelligatur quia nec cepit nec desiit nec desinet esse. De hoc
Augustinus super Johannem ~~ita ait~~ xvj capitulo ita ait: Cum de sempi
terna re esse dicitur est enim nobis bene dicitur fuit et erit. Quia fuit et
numquam defuit. Erit quia numquam deerit. Est quia semper est. Non preteriit quasi
quod non maneat, non oritur quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio per tempora variatur, de deo vere dicuntur verba singulis temporis
qui nullo tempore defuit vel deest vel deerit. Et ideo non mirum
si de spiritu veritatis veritas loquens dixit per futurum: Quecumque audiet loquetur
videlicet scilicet ab eo a quo procedit. Audire illius est scire. Idem est etiam
esse. A quo ergo est illi essentia, ab illo audientia scilicet scientia, que non est
aliud quam essentia. Audiet ergo dixit de eo quod audivit et audit et quod
sciunt scit et sciet etc. Hic dicit Augustinus verba singulis temporibus dici de
deo, scilicet est et fuit. Illud ergo quod Jheronimus dicit: Ista intelligendum est
non habuisse fuisse vel futurum esse sed tantum esse, verum cum dicitur de deo quod
fuit vel erit, non est intelligendum quod preterierit vel futurus sit, sed quod
consistat simpliciter sine aliquo temporali motu; licet enim verba substantiva dum soli
deo de deo dicuntur, ut fuit erit est, non tamen temporales motus tamen
distinguunt scilicet preteritum vel futurum, vel preteritum imperfectum vel preteritum perfectum
vel preteritum plusquamperfectum, sed essentiam sive existentiam divinitatis simpliciter
insinuat. Deus quod solus proprie dicitur essentia vel esse unde hilarius [illegible]
dei etiam solius essentia proprie incommutabilis dicitur quia nec mutatur
nec mutari potest. Unde Augustinus viio libro de trinitate capitulo v. Alie inquit
essentie vel substantie capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna vel quanta
cumque mutatio. Deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest. Et ideo sola
substantia vel essentia que est deus incommutabilis est, cui profecto maxime
ac verissime competit esse. Quod enim mutatur non servat ipsum esse
et quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quod fuerat non esse. Ideoque
illud solum quod non tantum non mutatur, verum etiam omnino mutari non
potest, verissime dicitur esse essentia patris et filii et spiritus sancti. Unde et
apostolus de eo loquens ait: Qui solus habet inmortalitatem. Glosa: id est
vera inmortalitas est incommutabilitas, quam nulla potest habere creatura
qui solus creator est. Unde Jacobus ait in canonica sua, c. j:
apud quem non est transmutatio etc. Aliter exponitur ista littera: ab
eo qui est etc. secundum Glossam et forte magis ad intellectum huius salutationis
ita quod beatus Johannes hic optet salutationem ecclesiis a Christo de eius
divinitate primo sententiam eius dicit: ab eo qui est scilicet eternaliter. Et hic
dicit contra Judeos qui dicunt ipsum iam mortuum. Deinde subdit de eius
eternitate cum dicit: Et qui erat scilicet ab eterno apud patrem, contra impugnatores
eternitatis, contra Arrianos, Ebyonitas, Cherintum et Marchionem qui di
cebant ipsum non fuisse ab eterno nec ante mariam. Tertio de eius potestate
cum dicit: Qui venturus est, scilicet ad iudicium, contra quosdam heretici-
cos qui dicunt iudicium iam factum vel contra Saduceos qui dicunt
animas perire cum corpore et non fieri iudicium. Quarto de eius
dignitate contra quosdam cum dicit: Et a septem spiritibus qui in conspectu
throni eius sunt, id est ab universitate angelorum qui assistunt ei,
ut ministri eius. Thobie xijo: Ego sum Raphael angelus unus
de septem spiritibus qui astamus ante deum. Danielis vijo:
milia millium ministrabant ei, et decies millies centena milia
assistebant ei. Et cum hic non est quod ipse non fiat hic mentio

de patre tantum solum oportet eius salutem a xpo de trinitate divinitate premisit. Et
propterea subiungitur de eius humanitate tantum dicitur et a ihesu xpo qui est testis
fidelis etc. Unde sic dicit haymo Audiendum est in hoc loco quia in dono
dato patre nominato filio et spiritusancto persona patris demonstratur / Nam cum
dicit ab eo qui est et qui erat et qui venturus est / filium in hoc verbo
ostendit. Quod maxime ex hoc probat cum subiungit et qui venturus
est scilicet ad iudicium ut reddat unicuique iuxta opera sua / Pater enim non
iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio Iohannis quinto Cum solum
solus tantum patre et spiritusancto habet esse quia immutabilis est. Un psalmista
mutabis eos et mutabuntur tu autem idem ipse es Sunt etiam angeli
quia mutabilitate passi sunt quorum unus cornium motus per superbiam cecidit
Sunt homines quia mutabiles sunt primus homo mutatus est et ex iusto
factus est iniustus ex bono impius / ex immortali mortalis / Omnis enim
creatura mutabilis comparata creatori quasi non est Ideo specialiter
esse hoc dicitur / cui semper idem est / Erat vero quia antequam de beata
virgine nasceretur / cuncta cum patre fecit tempora iuxta illud In
principio erat verbum / et omnia per ipsum facta sunt. Venturus est ad
iudicium iuxta illud angelorum premissum Sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in celum actuum j Cum itaque hec / non nisi soli filio
congruere videantur / et hanc gratiam etiam nostrum a patre filio atque spiritu
sancto percepit / quia quorum inseparabilis est unitas / inseparabilis est etiam
operatio Et illud sibi vult hoc quod plurimo in tenore filii ut spiritus
Sed verum est / dicit ipse etiam nobis est sacre scripture ut ubi unius
fit mentio persone de trinitate / tota simul trinitas intelligatur / Ergo
tot personarum filii fidelibus gratiam tribuere legentes audivimus Sunt
in ipsa datorem patrem et filium et spiritumsanctum intelligere debemus
Item Orientem Cum sit unus spiritus qui replet orbem terrarum Vero
Cur Iohannes in hac revelatione septem spiritus introducit. Ideo
Numerum per septenarium ac multipliciter eius operationem Bene itaque
est spiritus sanctus. Multiplex vero distributione gratiarum Unde Salomon
dicit eundem spiritum unicum et multiplicem Sapientie vij° · Est enim
in illa spiritus intelligentie sanctus unicus multiplex / Unicus formaliter
et etiam effective / quia nos unit deo per fidem et caritatem · et etiam
proximo ad ephesios iiij° Solliciti servare unitatem spiritus in vinculo
pacis · Est etiam multiplex per effectum ut per multiplicia dona que prestat
ysaye xj / Requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie et intellectus
spiritus consilii et fortitudinis spiritus scientie et pietatis et replebit eum
spiritus timoris domini quod et hic subditur / Et a septem spiritibus
qui in conspectu throni eius sunt / Summo throni dei. Sunt an-
geli sancti et homines iusti in quorum mentibus per fidem requiescit
Iuxta illud anima iusti sedes est sapientie Vel tunc throni conspectu spiritus
sanctus est / quia in salutarium memoria requiescit ut dictum est et illos
possidet eorum corda disponit / et ad amorem dei et proximorum dilectionem
accendit / ad quem etiam specialiter pertinet remissio peccatorum / quod fit in ba
ptismate ore christi / Unde dicit apostolus Iohannis xx / Accipite
spiritumsanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Sit igitur gratia a
spiritusancto quorum remissio est a spiritusancto / ymmo generaliter omnia que a deo
percepimus · sive in fide sive in opere in abstinentia / in ieiunio · et
in ceteris / etiam a deo nobis tribuuntur ut sola ipsius virtute / Sequitur
Et ab ihesu xpo / Iam de xpo plura locutus erat / item repetit eius
personam dicens / et ab ihesu xpo / qui est testis fidelis / Unde prius sequitur
exponi primo qui fidele testimonium perhibuit de mundo de patre de se ipso

Johannis xviii°. ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati.
Testimonium etiam perhibuit de patre dicens judeis, pater in me manens
ipse facit opera. et hec est vita eterna ut cognoscant te. Item de se Johannis
3° Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret. et ego
a me ipso non veni, et multa hiis similia. 2° sic qui est testis fidelis
quia veritatem quam verbis docuit, operibus approbavit. Johannis 10
Opera que ego facio testimonium perhibent de me. 3° sic. qui est testis
fidelis, quia sine acceptione personarum viam dei in veritate docuit. Mathei 22
Magister scimus quia verax es et viam dei etc. Item est testis fidelis, quia
in die judicii erit testimonium contra quibus dabit. Jeremie xxix. Ego sum iudex
et testis dicit dominus. Testis in celo fidelis. Vide ergo ut habeas bonam conscientiam
quia testis ille non poterit muneribus corrumpi, nec commoveri nec
minis perterreri. Proverbiorum vi. furor et zelus viri non parcet in die vin-
dicte. nec acquiescet cuiusquam precibus nec suscipiet pro redemptione dona
plurima. Vel sic filius est testis fidelis quia celi est pater et spiritus sanctus
Dicit enim pater de filio testimonium illi perhibens Mathei 3°. hic est fi-
lius meus dilectus in quo michi complacui. Ipse quoque filius de spiritu perhibet
testimonium cum dicit Spiritus ubi vult spirat Johannis 3°. Et spiritus est
qui vivificat. eiusdem vi°. et paraclitus ipse vos docebit omnia. ibidem 14°
Spiritus quoque sanctus de filio testimonium dicit quod sit veritas. unde dicit beatus
Johannes in canonica Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas.
Et ipse filius dicit Ille testimonium perhibebit de me. Johannis 15. unum est
... sic hii tres unum sunt. Et eorum testimonium unitum est. quia unum
alterius testimonio alterius insinuetur. Specialiter autem filius testis vocatur
quia pro testimonio veritatis usque ad mortem pervenit carnis. Unde
cum omnes etiam in predicatoribus testimonium perhibeant, illi specialiter testes
vocantur qui pro Christi testimonio moriuntur. Sequitur Primogenitus
mortuorum, hoc est in terra. Primus homo factus est ea conditione
ut nisi peccasset immortalis mansisset. Sed quia peccavit mortuus est et
rediit in matrem suam, hoc est in terram de qua factus est dicente
sibi domino Genesis 3°. Terra es et in terram reverteris de qua sumptus es.
Terra formatus ex limo terre in animam viventem, qui ex matris utero
virginis processit. postquam autem factus est ille mortalis, genuit filios mor-
tales et peccatores qui omnes mortui in matrem suam redibunt. Re-
deuns ergo dominus in carne eadem lege mortuus est. alias in utero matris
sepultus. Sed quia tertia die a mortuis iam victor in eternum resurrexit
et mors illi ultra non dominabitur. ad Romanos vi. Ideo merito primogenitus
mortuorum debuit appellari, quia primus inter mortuos ad immortalitatem
resurgens, non tempore sed causalitate et dignitate. Similiter etsi quidam
ante ipsum suscitati sunt a morte, sicut lazarus et plures alii per
heliam et heliseum, tamen non surrexerunt in eternum victuri, quia iterum
mortui debitum carnis solverunt. Unde non proprie surrexisse sed revixisse
reputandi sunt. Ille vero primogenitus recte vocatur, quia sic surrexit
immortalis ut ultra non moreretur. Similiter aliquis tenet de illis
qui cum domino surrexerunt quod una cum eo fuit resurrectio, nec iterum
obierunt, sed in corpore et in anima cum Christo ascenderunt. non tamen surrexerunt
in die parasceves ut videtur Mathei xxvii ubi dicitur Et multa
corpora sanctorum que dormierant surrexerunt. Sed hoc dictum est per
anticipationem, quia primo in dominica die surrexit cum Christo. Unde eidem
statim subditur Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt
in sanctam civitatem et apparuerunt multis. Vel dicitur primogenitus
mortuorum quia pro omnibus moriens mortem destruxit. Ideo quia mortem

primogenitus mortuorum

alius primogenitus mortuorum

cum resurgunt quodammodo regenerantur ad immortalitatem. Et etiam aliter intelligi potest quod
electi qui se mortificant cum viciis et concupiscentiis et peccatis et voluptatibus
carnis in se occidunt, mortui sunt peccato et vivunt deo. Quorum prima resurrectio
dicitur vocari Christus, quia peccatum non facit et mortificationem vite carnalis ostendit.
Secundum resurrectio est separatio a morte in vitam. Dupliciter autem aliquis
eripitur a morte. Uno modo a morte solum in actu, ut scilicet aliquis vivere
incipiat quantumcumque postquam mortuus fuerat. Alio ut aliquis liberetur non so-
lum a morte, sed etiam a necessitate et quod plus est a possibilitate moriendi.
Et hec est vera et perfecta resurrectio, quia quamdiu aliquis vivit subiectus necessitati
moriendi quodammodo mors ei dicitur Ro. 8. Corpus quidem mor-
tuum est propter peccatum. Atque quia illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actu
alicuius mortis est resurrectio imperfecta, loquendo proprie de resurrectione perfecta, Christus
est primogenitus mortuorum id est primus resurgentium. Primo ad Cor. 15. Christus
resurrexit a mortuis primicie dormientium, quia ipse resurgendo primo pervenit
ad vitam penitus immortalem. Sed resurrectionem imperfectam quidam alii surre-
xerunt ante Christum ad primositatem qui in signum resurrectionis ipsius et
illi qui suscitati sunt in veteri testamento per heliam et helyseum. Ro.
id ad Hebr. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter
et illi tres qui suscitati sunt a Christo, sic redierunt ad vitam ut iterum more-
rentur et imperfecte resurrexerunt. Sed de illis qui resurrexerunt cum Christo
duplex est opinio. Quidam autem asserunt quod redierunt ad vitam tamquam non iterum
morituri quia maius illis esset tormentum si iterum morerentur quam si non resur-
gerent. Et secundum hoc intelligendum erit sicut Jeronimus dicit super Matheum quod non
ante resurrexerunt quam resurgeret dominus. Unde et ewangelista dicit quod exeuntes de
monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem et appar-
uerunt multis. Attamen cum Christus adhuc dicitur primogenitus mortuorum, quia
prius tempore et dignitate surrexit ut dicit glossa primo ad Cor. 15 super illo Christus
resurrexit primicie dormientium. Sed Augustinus in epistola ad Euodium, quamvis
multas habeat opiniones dicit: Certe quibusdam videri per mortem domini Christi
iam talem resurrectionem prestitam iustis qualis nobis in fine promittitur
quasi si non iterum depositis corporibus dormierunt videndum est quomodo intelligatur
Christus primogenitus ex mortuis, si tamen in illam resurrectionem tot precesserunt.
Quod si videtur hoc dictum esse per anticipationem quod monumenta illo
terre motu aperta intelligantur cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem
iustorum corpora non tunc sed cum ille prior resurrexisset. Sed adhuc restat
quod moveat quomodo petrus non de david sed de Christo asseruit fuisse predi-
ctum carnem eius non vidisse corruptionem per hoc quod apud eos esset
monumentum david et sic illos non convincebat si corpus david ibi iam non
erat, quia si ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset
corruptionem, posset monumentum illud manere. Durum autem videtur ut david non
fuit in illa resurrectione iustorum, si ei iam etiam donata est, cuius Christus
ex semine commendatur. Periclitabitur etiam id quod ad Hebr. 11 de iustis antiquis
dicitur ne sine nobis perficerentur, si ante iam in illa resurrectione incorruptionem
constituti sunt que nobis perficiendis in fine promittitur. Sic igitur Augustinus satis
videtur quod resurrexerunt iterum morituri, ad quod etiam videtur pertinere quod Jeronimus
dicit super Matheum et sicut lazarus resurrexit sic et multa corpora sanctorum
resurrexerunt ut dominum ostenderent resurgentem. Quamvis hoc in sermone de assu-
mptione sub dubio relinquit. Rationes tamen Augustini multo videntur efficaciores.
Secundum ad Hebr. 11 dicit apostolus de iustis antiquis patribus et hii omnes
testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem deo pro nobis aliquid
melius disponente, ne sine nobis consummarentur. Ubi vult quod anime electorum
veteris testamenti non acceperunt repromissam hereditatem celestem patrie, propter quod

Huius hereditate receperunt anime sanctorum novi testamenti / Anima enim latronis
qui passus est cum xpo eque cito recepit huiusmodi hereditatem sed sanctorum patrum
veteris testamenti / unde glosa illi patres non acceperunt statim repromissionem id est re-
promissam vitam usque ad xpm deo providente pro nobis id est melius quod ut
maiorem gratiam assumeret et gloriosius eos nobiscum exaltaret · Unde addit
ut non consumarentur sine nobis in requie et visione dei fruentes / et si illi
tenuerunt fidem qui tamdiu expectaverunt requiem · multo magis nos te-
neamur qui statim accipimus / S. d. Sed xpus per suam resurrectionem
est causa nostre resurrectionis ita per suam gratiam est causa nostre gratie / Iuxta illud
Iohannis primo / De plenitudine eius nos omnes accepimus / Sed alii prius tempore
gratiam habuerunt quam xpus / sicut omnes patres veteris testamenti ergo et aliqui
prius ad resurrectionem corporalem venerunt quam xpus / Dicendum quod sicut ea que
precesserunt adventum xpi fuerunt preparatoria ad xpm / Ita gratia est dispositio ad
gloriam · et ideo ea que sunt glorie sive quantum ad animam sicut perfecta dei
fruitio · sive quantum ad corpus sicut resurrectio gloriosa / prius debuit esse
in xpo sicut in auctore glorie / Gratiam vero conveniebat prius esse in hiis
qui ordinabantur ad xpm etc. / Sequitur **Et princeps regum**
terre · id est dominus rerum potestatum sive dignitatum · quia cui vult donat
ea / I Reg. 2° Dominus pauperem facit et ditat · Sed reperiuntur in terra
ex eius vocatione et permissione · permittit enim huiusmodi malos dominari ad bo-
norum utilitatem potest eos ratione ut dicit glosa de quo regimine re-
dditurus sunt rationem · et qui modo iudicat alios / ab eodem in futuro
iudicabuntur · Sapientie vi · Audite reges et intelligite · discite iudices
finium terre / Prebete aures qui continetis multitudines et placetis vobis
in turbis nationum quoniam data est a domino potestas vobis et virtus ab altissimo qui
interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur / quoniam cum essetis ministri regni
illius non recte iudicastis / nec custodistis legem iustitie / Vel enim hanc
reges hic appellantur omnes electi qui vitiorum tyrannidem in se conculca-
verunt / qui tales sunt servi peccati regere
non sinunt sed eis iure dominantur / quia tales sunt · et prelati · qui dum corda car-
pere at de regibus terre specialiter intelligi reformatores / qui dum corda car-
nalium a pravitate restringunt super sanctam hec reges imperant / ceterum bo-
nis et spiritualibus viris in nullo se preferunt / hinc est quod petrus cornelio
se coequalem fatetur · Ananiam vero atque saphiram gladio verbi punivit / Regum enim af-
fectus et veritates et potestates carnalibus ita dominari appetunt · quibus et
exhibeant · Eorum itaque princeps
transgressionum et vitiis rectitudinem exhibeant · Eorum itaque princeps
xpus qui est rex regum et dominus dominantium vocatur merito / Deo gratias
Sequitur hic **Qui dilexit nos** Quo enim amore filius dei
nos dilexit passiones eius ostendunt quas pro nobis pertulit / Nam qui dirupit
nos dilexit passiones eius ostendunt quas pro nobis pertulit · obser-
vare conira sex xpi in dictis suis sustinuit contradictores et in factis obser-
vatores / et in tormentis illusores / et in morte exprobratores / Ere
quo dilexit addere / hanc dilectionem non reddidit / sed addidit / Nam quibus
prior dedit illi et retribuet ei Ro xi / sed ut sanctus Iohannes ait in canonica
sua / non quia nos dilexerimus deum sed quoniam ipse prior dilexit nos · I Ioh. 4°
Denique dilexit et non existentes / sed dilexit et resistentes diligere Iuxta
apostoli testimonium dicentis Ro v̄ · Cum inimici adhuc essemus reconciliati
sumus deo per mortem filii eius / aliquin nisi dilexisset inimicos
nec dominum possedisset amicos / sicut nec dominum quos sic diliget essent / si non
dilexisset / quia non essent / dilexit autem dulciter sapienter fortiter · dulce
nempe dixerim quod carnem induit · cautum quod culpam cavit · forte
quod mortem sustinuit / Illa quos sancte in carne visitat / carnaliter tamen
nequaquam amavit / sed in prudentia spiritus / Spiritus ante faciem nostram xpus dominus

emulans vos dei emulacione, non hominis, et certe saniori est primus ada
evam suam utique quos in carne coniunxit dilexit in spiritu, redemit in
virtute. Repletum profecto omni dulcedinis suavitate vide hominem hominis re-
ditorem, at divinum nature prudenter elegit a culpa, et potenter repulit morte
a natura. In carnis assumpcione condescendit nobis, in culpe vitacione consu-
luit nobis, in mortis susceptione satisfecit patri. amicus dulcis, consiliarius
prudens, adiutor fortis. Huic servi nos committimus qui salvare nos vo-
luit, novit et potuit. Quos consulit nos et vocavit per graciam suam numquam
venientes eiciet foras. Sed nec vim nec fraudem metuamus, cum nullam
per nos utique de manu eius possit aliquis eruere, qui et vincere omnia cum
vicit mortem et seductorem universitatis spectem. arte utique sanctiore delusit,
isto prudencior, illa potencior. Carnis siquidem assumpsit virtutem, in peccati
similitudine, dulcem se ipsum in illa exhibens consolacionem infirmo, et in
hac prudenter abscondens decipientis laqueum dyabolo, porro ut patri nos
reconciliet, mortem fortiter subiit et subegit, fundens precium nostre redempcionis
sanguinem suum. De hac dileccione apostolus ait: Cristus dilexit ecclesiam et
tradidit semetipsum pro ea. Ad cuius et dileccionem imitacionem hortatur fideles
dicens: ambulate in dileccione sicut et Cristus dilexit nos, et tradidit semet
ipsum pro nobis. Disciamus igitur christiani a Cristo, qualiter Cristum diligere
debeamus. Discamus amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. dulciter
ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppressi ab amore domini
avertamur, nec mundi gloria seu carnis voluptatibus abducamur. dulce-
scat nobis pre hiis sapiencia Cristus ne seducamur. sapiencia mendacii et erroris
illuescat nobis virtus Cristus ne adversitatibus fatigemur. Conforter nos
virtus dei Christus. zelum nostrum inflamet caritas, informet sciencia, firmet con-
stancia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus, nec tepore habeat,
nec careat discrecione, nec timidus sit. Et hoc est forte diligere deum
ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute. Amor quippe cordis ad zelum
quendam pertinet affectionis, anime vero amor ad industriam seu iudicium
racionis, virtutis at dileccio ad animi potest referri constanciam vel vigorem.
Dilige ergo dominum deum tuum toto et pleno cordis affectu. tota dilige
racionis vigilancia et circumspeccione, dilige et tota virtute ut nec mori
pro eius amore pertimescas, quoniam fortis est ut mors dileccio, dura sic-
ut infernus emulacio. Cantica viii. Sit suavis et dulcis affectui nostro
dominus Ihesus Cristus male dulcedini vite carnalis illecebras et vincat dulcedo
dulcedinem, quemadmodum clavum clavus expellit. Sit nichilominus intellectui
prima lux et dux racioni. non solum ob cavendas heretice fraudis decipulas
et fidei puritatem ab eorum versuciis custodiendam, verum et ut curiositatem
nimiam et indiscretam vehemenciam in nostra conversacione vitare. Sit certe
fortis et constans amor noster nec cedens terroribus nec succumbens laboribus.
Ergo amemus affectuose circumspecte et valide, scientes amorem cordis, qui
et affectuosus dicimus absque eo qui racionis est anime dulcem quidem sed seducibilem
et illum vero absque illo qui virtutis est racionabilem esse sed fragilem. Sed ut evi-
dencius appareat, audiamus exemplum. Cum egressurus esset discipulis quod de ascensuri
ingentem descensum ab eodem ipso audiebant, audierunt: Si diligeretis me gau-
deretis utique quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et tamen ego non
diligebant. Sed tunc discessum dolebant, sed diligebat quodammodo et non dili-
gebant. diligebant dulciter sed minus prudenter, diligebant carnaliter sed
non racionabiliter, denique diligebant toto corde sed non tota anima. Dileccio
eorum contra salutem eorum. Unde et aiebat: expedit vobis ut ego vadam
culpans consilium non affectum. locuti item de morte sua futura

Ca

obiurat irritatem petrum qui eum tenere diligebat, cum imprudenter compescuit, quod in eo aliud quam imprudenciam comprehendit. Postremo quid est non sapis que dei sunt, et non sapiunt diligens humanum sapiens affectum, non divinum concilium. Et vocavit sathanam, eo quod salutis etsi nesciens adversarius qui salvatorem mori prohibebat. Unde et correptus, corrigente post modum triste vivum numne iam mori vetuit, sed sese commoriturum esse promisit, non autem implevit, quia necdum ad tantum pervenerat gradum, in quo tota virtute diligeret. Erat tota anima doctus diligere, sed adhuc infirmus, bene instructus sed parum adiutus, non ignarus misterii sed martirii pavidus, non plane illius fortis ut mors dileccio. Fuit, sed morti succubuit. Sunt autem postea cum ex promissione ihesu christi indutus virtute ex alto, tanta tandem cepit virtute diligere, ut in consilio prohibitus predicare nomen sanctum constanter prohibentibus responderet: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Tunc demum tota virtute dilexit cum nec vite sue pepercit pro dilecto. Maiorem siquidem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, quam et si nundum tunc posuit, illam tamen exposuit. Ergo nec ab ducit blandiciis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi, est toto corde tota anima tota virtute diligere. Bernardus. Exemplum Christi qui nos ita dilexit, pulcher fedos, pius impios, sine peccato peccatores, nec qualis eramus nos dilexit, sed quales ipsa dileccio nos fecit. Unde et subditur: **Et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.**

Iste est amor ineffabilis et incomprehensibilis, quia cum pro iusto vix aliquis moriatur, Christus secundum tempus mortuus est pro impiis, ut nos offerret deo. Christus vivus pro iniustis et cum essemus maculati delictis lavit nos sanguine suo. Vere exhibet sibi eciam non habentem maculam, et rugam aut aliquid huiusmodi. Cum eciam sanguine sue passionis voluit nos in misterium ablucionis, ut in fide mortis baptisati ab omnibus mundemur peccatis. Hinc apostolus dicit: Quicumque baptisati sumus in Christo, in morte ipsius baptisati sumus. Bernardus. Super omnia hoc est quod me plus monet, plus accendit ad te diligendum, calix quem bibisti, opus nostre redempcionis, hoc divino amore nostrum facile vendicat totum sibi. Hic inquam reddet amabilem te in ihesu bone. Hoc est quod nostram devocionem et blandimentis allicit et iustius exigit et arcius stringit et vehemencius afficit. Multum quippe in eo laboravit salvator. Nec in cunctis fabrica mundi tantum fatigatus. Aliter assumpsit. Ille denique dixit et facta sunt, mandat et creata sunt. Hic vero semetipsum exinanivit usque ad carnem ad mortem ad crucem. Bernardus sermone xi. Cuius digne pensari gratie fuit humiliter et descendens dominus maiestatis carne indui, multari, morte, turpitudinem crucis. Sed dicit aliquis: Non valuit opus suum reparare tantum absque illa difficultate. Valuit quidem, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum vicium ingratitudinis occasionem ulterius reperiret in homine. Bene multum fatigatus assumpsit, quo multe dileccionis hominem debitorem teneret. Commoveret quia ad gratiarum actionem difficultas redempcionis, quem minus esse devotum fecerat facilitas condicionis. Quid enim dicebat homo creatus et in gratus: Gratis quidem conditus sum, sed nullo auctoris gravamine ut labore. Siquidem dixit et facti sunt omnia quemadmodum et universa. Quid magnum est tum gratis magnum in verbi facilitate donanti. Sic beneficium attenuans creacionis humana impietas ingratitudinis materiam inde sumebat. Unde amor tamen habere debuit ideo quia ad excusandas excusaciones in peccatis. Sed obstructum est os loquencium iniqua. Luce clarius patet, quanti ipso homo constetit, dispendium factus de domino servus, de divite pauper, caro de verbo, et de dei filio hominis filius. Memineris nunc, meminisse illum te, et si ex nichilo factum, non tamen de nichilo redemptum

Sex diebus condidit omnia et te mit omnia. At vero per totos triginta annos
operatus est salutem tuam in medio terre. O quantum laboravit sustinens
carnis necessitates, hostis temptationes. Nonne sibi crucis associavit ignominiam
mortis cumulavit horrorem. Necessario quidem per homines et iumenta
salvabis domine quemadmodum multiplicasti miseriam tuam deus. Hec ille
Et ecce multiplicatio. Nam quod christus pro nobis patiendo sanguinem suum fudit et
animam suam posuit, fuit maxime misericordie et maximum signum dilectionis
Ratio beati thome in quolibet de quolibet ubi quodlibet vi. Illud quod est potissimum
in uno quoque genere mensura est omnium eorum que sunt illius generis ut patet per philosophum
x methaphisice. potissimum autem in genere amoris homini est amor quo quis amat
seipsum et ideo ex hoc amore sumitur est mensura amoris omnis amoris quo
quis alium amat. Unde in ix ethicorum philosophus dicit quod amicabilia que sunt
ad alterum sunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorem
quo quis amat seipsum ut velit sibi bonum. Unde tanto aliquis alium magis
amare probatur quanto maius bonum quod sibi vult propter amicum postmittit. Unde
illud proverbiorum xii Qui negligit dampnum propter amicum iustus est. Vult
autem homo sibi triplex bonum potissimum scilicet anime et corporis. Et rerum exteriorum
est igitur aliquod signum amoris quod in rebus exterioribus propter eum aliquod
detrimentum patiatur. Maius autem est amoris signum si etiam corpore
detrimentum patiatur propter eum ut labores vel verbera pro amico sustinendo
Maximum autem signum dilectionis si etiam animam ponere velit pro amico
moriendo. Et ergo christus pro nobis patiendo animam suam posuit fuit
maximum signum dilectionis. Et autem corpus suum dedit in cibum sub sacramento
ad nullum detrimentum ipsius pertinet. Unde patet quod primum est maius signum dile:
ctionis. Unde et hoc sacramentum est memoriale quodammodo et figura passionis christi
Veritas autem preeminet figure et res memoriali. Ex hoc d. Caritas patris christi
est quam caritas vie. Et sufficit illud quod nobis contulit corpus suum dans
nobis in cibum, magis assimilatur caritati patrie in qua plene fruemur deo.
Passio autem quam pro nobis sustinuit magis assimilatur caritati vie in qua nobis
pro christo imminet patiendum. Ergo maius est signum dilectionis quod corpus suum nobis
christus tradidit in cibum quam quod passus est pro nobis. Unde cum exhibicio cor
poris christi quidem figuram contulit caritatis qua diligit nos deus in patria. Sed
passio eius pertinet ad ipsam eius dilectionem nos a perditione ad patriam revo:
cantem. Dilectio autem dei non est maior in patria quam sit in presenti. Sed
Queritur utrum alia passio christi suffecisset ad redemptionem generis humani sine
eius morte et sanguinis effusione. Et videtur quod non quia dicit apostolus ad galathios
Si ex lege est iustitia ergo christus mortuus est gratis. Christus in nihilo est sine causa
Sed si alia passio suffecisset christus gratis mortuus esset. Sed hoc dicit apostolus
pro inconvenienti ergo alia passio christi non suffecisset ad redemptionem generis humani [illegible]
Probatur Illud enim dicitur quod iusto precio compensatur. Sed sufficiens precium pro
peccato primi parentis quo venditum est in servitutem genus humanum non potest
esse aliud quam vita christi que valet omnem hominum vitam qua per illud peccatum
privatur. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes introivit ut dicitur ad
romanos v. Ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionem christi absque
morte et sanguinis effusione. Sed contra Iniuria vel passio aliqua irrogata
mensuram habet ex dignitate persone. Maiore enim iniuriam patitur rex si percutiatur
in faciem quam alia privata persona. Sed dignitas persone christi est infinita quia
est persona divina. Ergo quelibet passio eius quantumcumque sit minima est infinita
crudelibus ergo passio eius sufficisset ad redemptionem generis humani etiam
sine morte. Unde bernhardus dicit Et minima gutta sanguinis christi sufficisset
ad redemptionem potuisset autem aliqua gutta sanguinis effundi sine morte. Ergo
etiam

[illegible marginal note]

Sine morte potuisset humanum genus per aliquam passionem redimere. Respondeo
Ad emptionem duo requiruntur. Scilicet sufficientia precii et deputatio eius ad ali-
quid emendum. Si enim aliquis dat precium non equivalens ad rem aliquam acquirendam
non dicitur esse simplex emptio sed partim emptio partim donatio. puta si quis
emat librum qui valet viginti libras pro x libris, partim emet librum
et partim sibi dabitur. Rursus si daret etiam maius precium et non deputaret
ad emendum, non diceretur emere librum. Si ergo loquimur de redemptione generis
humani quantum ad sufficientiam precii, sic quelibet passio Christi sine morte sufficeret
ad redemptionem generis humani propter infinitam dignitatem persone. Et sic procedunt
due ultime rationes. Si autem loquimur quantum ad deputationem precii, sic dicendum
quod non sunt deputate ad redemptionem humani generis a deo patre et Christo
alie passiones Christi absque morte et sanguinis effusione. Et hoc tribus rationibus. Primo
quidem ut precium redemptionis humani generis non solum esset infiniti valoris sed
etiam esset eiusdem generis, ut scilicet nos de morte per mortem redimeret. 2o ut
mors Christi non solum esset precium redemptionis sed etiam exemplum virtutis, ut scilicet homines
non timerent pro virtute mori. Et has duas rationes assignat apostolus ad Hebr. 2o
dicens ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est dyabolum
ad primum. et liberaret eos qui timore mortis per totum vitam obnoxii
erant servituti, quantum ad 2m. Tercio ut mors Christi esset et sacramentum salutis
dum nos virtute mortis Christi morimur peccato et carnalibus concupiscentiis
et proprio affectui. Et hanc rationem assignatur 1 Petri 3o Christus semel pro peccatis
nostris mortuus est iustus pro iniustis ut nos offerret deo mortificatos
quidem carne, vivificatos autem spiritu. Et ideo genus humanum non est re-
demptum per aliam passionem absque morte Christi et sanguinis effusione.
Quamvis ergo minor passio sufficere potuisset, non tamen sine causa deputata est
mors Christi ad redemptionem generis humani. Per hoc solvuntur primum argumentum
ad oppositum. Ad 2m dicendum quod Christus non solum exhibendo vitam suam sed
etiam quamcumque passionem patiendo sufficiens precium exsolvisset pro redemptione
generis humani, si minor passio divinitus ad hoc deputata fuisset. Et hoc propter
infinitam dignitatem persone Christi. Quod ergo beatus Gregorius ix moralium dicit: Nisi
Christus mortem indebitam suscepisset, nequaquam nos a morte debita libe-
rasset, hoc dicit ideo. Quia alie passiones Christi non fuerunt ad hoc deputate quod per
eas absque morte Christi redimeretur genus humanum propter dictas rationes. Rursus quia
post multas passiones scilicet esuriem sitim labores, sputa, flagellationes, quas ante
mortem sustinuit, obtulit se hostiam deo pro peccatis nostris. ad Ephes. vo.
Non est factum propter hoc quod ille passiones non sufficerent, sed quia non fuerunt
deputate etc. Qui dilexit nos et lavit nos. a. p. u. in fin.
In hiis verbis duo describuntur. Ineffabilitas amoris quo ad redemptionem
humani generis inducebatur. Et incomprehensibilitas doloris quo in passione in-
nimis affligebatur ibi. In sanguine suo. De primo dicit apostolus ad Ephes. 2o. propter
nimiam caritatem suam qua dilexit nos deus convivificavit nos Christo. Quod
Bernhardus exponit sic: Vere nimiam, quia etiam inestimabilem excedit
modum superat, plane supereminens universis. Maiorem inquit caritatem nemo habet
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Tu domine maiorem habuisti
ponens eam et pro inimicis. Cum enim inimici essemus per mortem tuam reconciliati
sumus. Quam excessivus iste amor fuit videtur ille sanguinem per totum
corpus erumpere. signum inestimabili prestans. Et licet plena ratio naturalis reddi
non possit de tam inestimabilis signo transcendentis dileccionis. Possumus
tamen dicere quod aliqualiter dispositive timor et amor quo ad sensitivum in
corde bellantes, fuerunt in causa talis sudoris. quia quo ad partem superiorem ...

et ne
esset
mortuus
peccatis
pro viam

de sudore
sanguineo

Semper fuit in continuo actu sublimitatis omnium virtutum. Sed dum attenderet
tam inestimabile supplicium sibi imminere, timor aliqualis arripuit sensitivam. Ex
quo humor sanguineus fuit ad interiora reductus. Superveniente timorem
remedium fortissimus et inestimabilis amor, tanquam nimie intensitatis vallem
reperiens et ipsum excludens, omnes poros corporis sui et venas relaxasse
videtur, ut sic toto corpore fluerent gutte sanguinis decurrentes in terram. [illegible]
Quod etiam dominus Augustinus: Signum fuit quod de toto corpore suo, quod est etiam
emanatione cari martirum passiones. O quali ardore quanto quoque fervore
fornax cordis nostri redemptoris erat accensa, que sic pro nobis carnem suam
totam in sudorem resolvebat. Hoc amore nos etiam ardeamus, amorem amore
rependentes, ne de tanto amore ingrati reperiamur. [illegible] quam pro ovibus
suis gemissis animam ponere propenderet. Ubi Augustinus: Refertus debet esse noster
timor ad Christum, ut si necesse fuerit pro illius amore moriamur, qui pro amore
amoris nostri mori dignatus est. Tertio inestimabilitas summi amoris quo ad
redemptionem humani generis inducebatur. Videamus qualiter de ineffabilitate
summi doloris quo in passione nimis affligebatur. Fuit enim sua passio ma-
xima passionum, aggregans in se omnes circumstantias dolorum. Sustinuit in
carne omnibus partibus corporis affligentes, inestimabiles in anima angustias et mate-
rias dolorum innumerabilium sibi occurrentes. Consummate sunt enim in suo
corpore omnes angustie, omnes derisiones, omnes irrisiones, omnes despectiones, pene-
trationes, lassitudines, fames, sites, vigilie, flagella, spine, sputa, lacrime
supplices. Erat etiam in corpore Christi fossio pedum, terebratio manuum, dilaceratio
laterum, flagellatio cutis, tensio [illegible], dinumeratio ossium, extensio corde,
spinatio capitis, et per totum corpus, ut dictum est, sanguineus sudor. Et tamen
quodlibet membrum suum accepit passionis supplicium, in amaro gustu abhomi-
nabilis potus lingua non fuit immunis, ut sic omnia eius membra in sa-
tisfactione pro nobis consummata sint [illegible]. Et de ipso dici poterat illud
Ysaie primo: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Et hec de
doloribus ex parte corporis. Dolorum autem et impietatum cordis eius immensitas
[illegible] sit incomprehensibilis, tamen quantum ad tantam [illegible] dolorum
immensitas ex solis videtur aliqualiter [illegible], primo ex multitudine et magnitudine
[illegible], que in oratione [illegible] anime se offerebat.
Secundo ex vivacitate potentiarum tam intellective quam sensitive, que illos
dolores sustinebat. Tertio ex plenitudine dominii seu libertatis tenendi
potentias et vires suppositas in plena et iugi [illegible] obiectorum.
Quarto quod [illegible] iustitie et dolores sibi [illegible], fuerunt omnia peccata
omnium hominum preterita, presentia et futura, que simul ipse vidit plenius et clarius
ac magis distincte quam aliquis mens humana possit intelligere aliquid singulare.
Eorum peccatorum quodlibet quinque dolores [illegible] excessivos sibi faciebat,
et tam tanto excessu quod nullus intellectus [illegible] suo posset metum mensurare.
Erat enim quodlibet peccatum mortale sicut furca quinque dentium, que uno
ictu quinque vulnera facit [illegible]. Cum quodlibet peccatum mortale primo
est dei iniuriativum, secundo divine [illegible] et vindicte provocativum, tertio
horribilissime macule [illegible] anime inflictivum, quarto totius regni
gratie et glorie destructivum, quinto eterne pene et acerbissime infernalis
acquisitivum. Si ergo nequimus omnes homines qui sunt, fuerunt et erunt nu-
merare, minus quoque dinumerare peccata singulorum, cum quodlibet peccatum predictas
quinque plagas dolorum mentalibus sibi ferret, quos [illegible] eius assumptas
comprehendere temptat. Magna igitur velud mare contritio eius. Treno. 2o.
Habuit enim dominus naturam passibilem ista detestari et de istis dolere quantum
requirebat regula perfecte iustitie que in ipso erat, ita quod de istis tantum
dolebat quantum iustus erat, et ita dominus naturam passibilem excessus dolore

· Ca ·

Excessum rectitudinis indebat. In eo nempe fuerunt quinque tocius nobiles quibus ex quibus fuit huius doloris excessus. Fuit namque dei filius. Sponsus. Regni gratie et glorie restitutor. Pacis mediator. Animarum omnium salvandarum redemptor. Quantum igitur amavit ut dei filius deitatis gloriam, tantum doluit de dedecus peccati et ipsius in deum iniuriam. Quantum diligebat ut sponsus sponsam animae sponse sue, tantum doluit de turpitudine sue macule. Quantum diligebat ut restaurator regni gratie et glorie, tantum doluit eius destructionem ex gravitate offense. Quantum dilexit ut mediator pacem inter deum et creaturam, tantum doluit de iniuria et ira per peccatum causata. Quantum amabat ut redemptor ceterorum donalis ne in suo actore summe bono, tantum dolebat cruciatum eius eternum et separatum eius a deo in igne gehenne. Et isti dolores fuerunt in Christo ex rectitudine sue gratie infinitum erat homo perfectissime diligens deum et proximum, tam existentiam tante perfectionis, quia erat homo deus et deus homo hec etiam detestans omne malum infinitum erat detestabile. Et ita videtur quod isti dolores acciperant [illegible] in expressus ex gratia unionis et singularis persone in natura passibili. Tercium doloris excessum videtur accipere ex ratione gratie unionis capitis quo factus est redemptor et emendator omnis mali quod erat inflictum per peccatum. Quia mala accepit in se lamentanda et deploranda ac ad satisfaciendum efficacie. Ita quod ipse omnium personam nostram induens pro omnibus ut caput se exposuit, que non rapuerat tunc exsolvendo. Vide igitur et considera et si potes dolores tam cumulatim [illegible] quoniam languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit Ysa. 53. Adhuc omnes isti dolores Christi possunt compleri ex ratione ad ingratitudinem redemptorum. Quantum scilicet ipse considerabat ipsorum ingratitudinem qui post cognitam et receptam tam dolorosam redemptionem iterum non verebantur [illegible] ad Hebr. 6. crucifigentes in seipsis filium dei et ostentui habentes. Qui non timent post tam penosam satisfactionem iterum infinite maiestatis iniuriam iterare. Qui non timent post tam angustiosam et sumptuosam ablutionem macule, in qua sponsus totum suum sanguinem effundens, se ipsum totum reliquit in lavacrum, iterum faciem anime sponso Christo dilectissimo iterati fetoris horrore turpare. Qui non timent post tanta difficultate impetrationis gratie et acquisitionis glorie eterne, iterum eam vilissime repellere et pro fetidissima delectatione quasi nichil computare. Qui non timent post tam laboriosam amicitiam et pacem reformatam iterum pene pietatis [illegible] provocare. Qui non timent post tam inestimabilem solutionem pene pro redimendo infernalibus penis debitis offensionibus [illegible] peccatorum, denuo voluntarie tantas penas velle incurrere. Et peccatum [illegible] complevit. Quis omnia quantum augmentaverit dolorem in corde Ihesu Christi solus potest sic sicut equaliter mensurare. Unde poterat dicere: Circumdederunt me dolores mortis et pericula inferni invenerunt me. Ps. cxiiii. Hec descendit ad excessivum obiectum dolorum Christi angustiosissima circula, que ratione omnium peccatorum de seipso vidit continue intuitu vestra perversre. Unde fiebat quod omnes dolores virginis matris filii gemine sagittabant intimum. Et novam crucem dilecto unigenito crux [illegible] dolorum parvet. Et ulterius hec super dolore vulnerum predictorum addebamus omnia martiria que unquam fuerunt et omnes labores et dolores et pene quorumque fuit, que unquam fuerunt vel erunt in omnibus electis, que omnia in corde suo plenissime recepit multo plus quam aliquis potuit recipere ex cordiali compassione angustias mortis sue. Hec et cuncta non solum in generali respectu in corde suo recepit, sed singulatim singula, multo distinctius quam ille cui per suo nomine facta fuerat. Novissime una alia magna materia doloris eius fuit quod [illegible]

in eo vero quod in omnibus suis doloribus nulla pura creatura possit sufficienter
condolere nec recognoscere beneficium sic infinitae infinitum quod ipse per gra:
tuite impendebat indignis. Ex quibus potest aliqualiter apparere dolor Christi tria:
ximus ex parte boni sue menti se obicientium quibus pro nobis usque ad
mortem affligebatur dicens Christus est anima mea usque ad mortem Math. 26.
Unde dicere poterat illud Act. 20 Nec facio animam meam pretiosiore
quam me dummodo consummem cursum meum et ministerium quod accepi. Secundo
ex parte potentiarum et virium anime Christi fuit dolor eius immensurabilis nobis
et multiplicatus plus quam possimus intelligere augmentatus. Ratio intellectus eius
plene et expressime cognoscebat peccatorum omnium enormitatem affectus vero
sive voluntas efficacissime detestatus est omnium peccatorum malignitatem sic eorum
enormitatem intellectus voluntati plenissime presentabat et ex voluntate satisfa:
ciendi plene suscepit quantum potuit et debuit omnium peccatorum arbitrium. Tertio
ex parte liberi arbitrii quod habuit dominium liberum et potestatem reddendi omnes suas
potentias fixas in adherentia superiorum omni bono obiectionum dolorum et
iustitiae institutionarum absque aliqua resistentia ut condictum et hoc quantum requirebat
rigor divine iustitie et rectitudo virtutum mentis sue et rationis in te culpe et
quantum erat expediens ad attrahendum gelida corda nostra quidam amore suam
violentia ad se diligendum totis viribus et ad peccata detestandum Et ideo in
omnibus apud ipsum fuit infinita nostra redemptio nostri et redemptio dei redemptoris dei copiosa
Ita dilexit nos et lavit nos. Ex quibus omnibus patet quod tam ex interna:
libus affectibus quam extrinsecis actibus sue totius peregrinationis et mortis con:
summatus sit omnibus motibus amoris et doloris. Hoc iam non tot hominis
sic obstinatus demonibus illius censeatur impiissime mentis que tot signis inestima:
bilis amoris et inefficax doloris in pectore recepti non se vellet in amore
liberaliter transformare beneficium eum amando et hoc in istis petrinum in pa:
ssione sua suspensarum saltem sibi compatiendo. Corollarium cum loquendo de pa:
ssione Christi qua in fuit ab hac vita sua passio tam naturalis in corpo:
re quam in anima fuit acerbissima passionum. Sic quod numquam aliquis homo ta:
lem similem passionem expertus est nec umquam experietur in hac vita. Patet. Illa
passio est acerbissima ubi plures tales et ostensiones doloris concurrunt Sed
passio Christi est huiusmodi ex dictis. Unde Bernhardus recitans illud Trenorum
O vos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est dolor sicut
dolor meus ait: Quadrum fugite et tendite et videte si est dolor sicut
dolor eius discipuli fugiunt noti et amici eius recedunt Petrus
negat synagoga spinis coronat milites crucifigunt et Iudei blasfemant
Iudas prodit. Patet. Quanto complexio est nobilior
tanto passio lesiva est acrior sicut ex pluribus flagellationibus patitur homo
quam equus vel asinus eo quod homo sit melioris complexionis ceteris animalibus
Sed Christus fuit nobilissime complexionis inter omnes homines quia corpus eius ex
purissimo sanguine virgineo virtute spiritus sancti formatum fuit. Corollarium
Recordis pensando divinam maiestatem que fuit in Christo minima pena pro
nostra libertate sufficeret tam per hoc etiam signum dilectionis homini libertatis
sic mirificum ad suam dilectionem sic mirum non etiam
potest non ordinasset et pronus hominem ad suam dilectionem sic mirum non tam
imitasset. Corollarium xiii^o. Magna debuit esse pena quia multa fuit offensa
Patet quia Christus non veniebat hominem liberare per potentiam sed potius per
iustitiam et ideo magna debuit esse pena illius indebitus hominis quia multa
fuit offensa totius humanitatis. Corollarium. In Christo Ihesu rege do:
lore acerbissime passionis simul fuit gaudium beatissime fruitionis. Patet quia fide
tenemus quod Christus fuit verus comprehensor et numquam a beata fruitione destitit

et tamen fuit verus viator et acerbissimam mortem sustinuit ¶ Et si dolor et gau-
dium sumantur tamen diversas anime potencias / tunc nullius doctorum ponit hoc
in dubium quin in domino ihesu xpo simul fuit maximus dolor et maximum
gaudium / puta dolor in parte sensitiva / et gaudium in parte intellectiva
quia contraria se mutuo non expellunt nisi circa idem subiectum ¶ Si vero sumantur
circa eandem potentiam anime / tunc adhuc dico quod aliquo modo in eadem potentia anime
xpi fuit dolor passionis et gaudium fruicionis / quia omnis potentia ipsius erat
fundata in natura seu essencia que ratione patitur / ergo quod patitur ¶ Ex toto natura
anime patiebatur propter dissolutionem armonie corporis / licet tota natura anime
fuit perfecta ... / ergo porcio superior non obstante gaudio sue fruicionis
... patiebatur racione nature patientis / in qua fundabatur tanquam in subiecto ...
¶ Et ista videtur esse intencio augustini super illo verbo psalmi / Repleta est
malis anima mea / Ubi dicit augustinus Non viciis et peccatis sed humanis
malis et doloribus repleta fuit anima xpi / quibus ipsa compatiebatur carni
¶ Non enim dolor corporis potest esse sine anima / dolet autem anima eciam non dolente
corpore potest / Ut dicit damascenus libro 3° c. 23 / Ideo xpus habuit mesticiam interiorem
ergo non solum in parte sensitiva sicut aliqui volunt fuit dolor / et tristicia
xpi ¶ Et sic dicit / ... timore naturali / timet anima separari a corpore propter nimiam
familiaritatem et legem positam a conditore / sed anima que separatur est in-
tellectiva ... / ¶ Quartum vero Cristus per suam benedictam passionem
dispositive causavit omnium peccatorum delecionem / hoc addo pro tanto quia tota tri-
nitas unus deus delet culpam principaliter / sacramenta instrumentaliter / Cristus
per suam passionem dispositive ¶ Nam tanta caritas xpi qua nos dilexit magis
patuit in sua sanctissima passione / Ideo per hanc nos maxime ad sui
dileccionem incitat / et per consequens ad culpe detestacionem ¶ Ideo dicitur in libro quod dilexit
nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo / ¶ Et ad hebr. ix dicit apostolus
¶ Si sanguis hircorum et taurorum ... sanguis xpi emundabit consciencias nostras ab
operibus mortuis / ¶ Et hec est intencio magistri in 3° di. xix / dicit quod passio
xpi quicquid culparum erat delevit / ¶ Nam beatus iohannes inferius dicit
agnum fuisse occisum ab origine mundi / primitive scilicet / et acceptative
a deo / licet nondum corporaliter exhibitive / quia ut ipsis antiquis erat salus in
in fide consultum tamen implicita et generali mediatoris et capitis ecclesie xpi tunc
futuri / quibus erat necessarium credere saltem istud simbolum / quod deus est / et
hoc est remunerator in se credencium ¶ Quartum sextum / Cuiusvis passio xpi
sufficiens erat omnes homines liberare ab omni pena tam temporali quam eterna
debita pro peccatis tam actualibus quam et originali / de facto tamen non efficaciter
non sunt omnes homines liberati / Prima pars patet / quia vita xpi qui fuit deus
et homo quam ipse pro nobis obtulit deo patri pro peccatis nostris fuit adeo
nobilis et perfecta oblacio tam in se quam ex parte ... sufficientis
... hominis oblacionem quod talis oblacio sufficienter pena
debita peccatis / non solum omnium hominum qui sunt erunt et fuerunt ¶ Concurrere
pro infinitis adhuc aliis hominibus si fuerint / Ro. 1° / 1. Iohannis 2° / Ipse est
propiciacio pro peccatis nostris / non autem pro nostris tantum sed eciam pro totius mundi
¶ Unde dicit augustinus / Cristus sua simpla morte destruxit nostram duplam
¶ Quod intelligendum est efficaciter quo ad eternam mortem eorum qui fide
formata credunt in xpm / et exemplariter quo ad temporalem / quia in sua san-
ctissima resurreccione / dedit nobis exemplum et certam spem future nostre resurrectionis
et immortalitatis / ¶ 2a pars patet / Nam xpus tanquam caput omnium satisfecit pro
omnibus hominibus tanquam suis membris / Ideo quicunque in sua pertinacia
perdurantes / nolunt esse membra xpi / talibus non prodest passio xpi / ¶ Sic enim
influencia descendens a capite non prodest membro preciso a toto sub illo

capite exiuit. Hec vtus passionis non liberat eos qui per vivam fide non
copulantur xpo. nec est de facto tollet ab hominibus omne pena tpeale.
Quia sepe dimittit malos esse in multis tribulacionibus et afflictionibus ppt
maliciam eorum et similiter bonos ppt augmentum in pnti virtutum et incre-
mentorum et in futuro premiorum. Concilium viii. Omnis deo cui nil est impossibile
modus alius fuit possibilis redemptionis humane. Nullus tamen fuit ita
congruus sanande nre miserie quam per xpi passionem. Patet per btm augu-
stinum qui et dicit quod homo debuit satisfacere et non poterat. Deus potuit sed
non debuit. Cum igitur congruum sit vt ille satisfaciat qui potest et tene-
tur. ergo congruum erat vt prius deus et homo satisfaceret qui vt homo erat
satisfacere debet et deus satisfacere posset. Congruum etiam erat vt satisfactio
pro omnibus humane nature defectibus per talem penam fieret que omnem
penam tpalem contineret. talis autem est pena mortis quia omnium terribilium terribi-
lissimum seu finis est mors 3º ethicorum 4. Ille demum modus liberationis nre est gre-
metior quo magis afficimur ad dei dilectionem. magis inducimur ad vir-
tutum perfectionem et cautiores reddimur contra omne malicie temptationem.
Sed iste modus est huiusmodi. Primam partem minoris tangit apostolus ad Ro. v. dicens
Comendat suam caritatem deus in nobis quia cum inimici essemus xpc pro nobis
mortuus est. Secundam tangit btus petrus in pa sua canonica c. 2. Cristus
passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Tertiam
ponit apostolus i. Cor. vi. Empti estis precio magno glorificate et portate deum
in corpore vro. Ca. d. apostolus. Corpus vrm non est amplius est sed in precio
quia redempti estis precioso thesauro a dno ihu xpo quia sanguine suo non corru-
ptibilibus auro vel argento. Ex quo quidem sanguine pro nobis effuso in cru-
cis patibulo sacramenta nove legis sunt efficacia. ita glo. ad romanos v. Unde
cum de latere xpi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta per que salvata est ecclesia
Et augustinus xv de Civitate dei c. xvi. Ostium in latere arche profecto est
vulnus quo latus saluatoris vulneratum est lancea. hoc quippe ingrediuntur venientes
quia inde sacramenta manarunt quibus credentes vivunt. Ideo hic dicitur. Lavit
nos a peccatis nris in sanguine suo etc. Ex hiis vis nra redemptio per xpi
passionem divinitus procurata. declaratur esse preciosa dolorosa amorosa graciosa copiosa
quia inter omnes creaturas corporales homo est preciosior quia ad similitudinem et ima-
ginem trinitatis creatus est. Ysaye xiiiº. Preciosior est vir auro et homo mundo
obrizo. Et ideo ex institutione divina homo omnibus bestiis preponitur ad regen-
dum vt dominus. Jacobi 3º. Omnis natura bestiarum et volucrum et serpentium et ceterorum
domatur et domita est a natura humana. Et ideo pro effusione sanguinis humani
non bestialis mors inflicta fuit pena. Gen. ix. Quicumque effuderit
sanguinem humanum fundetur sanguis illius. ad imaginem quippe dei factus est homo.
Unde apostolus in epistola ad allexandrum. Cave iniuste effundere sanguinem humanum
quia hoc soli deo convenit. Fuit ergo nra redemptio preciosa facta per xpi
humanitatem ad Thit. 3. Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nri dei.
Augustinus in libro de virginitate. Inspicite vulnera pendentis sanguinem
morientis precium redimentis cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad
osculandum. cor apertum ad diligendum. brachia extensa ad amplexandum.
totum corpus expositum ad redimendum. Hec quanta sint cogitate. hec in statera
cordis appendite. vt totus vobis figatur in corde. qui totus pro vobis fixus
fuit in cruce. Est igitur nra redemptio preciosa. quia per humanum sanguinem
et patet ymaginando. numquam fuit humanus sanguis ita pie et pure effusus
nisi in xpo qui dilexit etc. homo enim peccando recedit ab humana
natura et fit bestia. Vt patet per psalmistam. homo cum in honore esset non
intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis

corp^e 1

mors
xpi
f. 4
preciosa

Et Boecius 4to de Consolacione philosophie prosa 3a circa finem. Quicquid a bono de-
ficit esse desinit. Quo fit ut mali desinant esse quod fuerant, sed fuisse homines
adhuc ipsa corporis reliqua species ostendit. Quare versi in maliciam humanam
quoque amisere naturam. Cum enim ultra homines quemque provehere sola probitas
possit, necesse est ut quos ab humana condicione deiecit, infra hominis meritum
detrudat improbitas etc. Post peccatum quod primi parentis corruptus est san-
guis ille quem filius corpori primi hominis fuit creatus, nec unquam sanguis fuit
donec veniretur ad Christum de mundissimis sanguinibus purissime virginis
in utero sanctificate procreatum opere spiritus sancti. Unde ille secundus Adam
sanguinem habuit humanum in illa puritate quam vis requirit humana.
Et ideo proprie loquendo nunquam fuit sanguis humanus effusus nisi ille. Et ideo
sicut dicit apostolus ad Hebreos ix: Christus assistens pontifex futurorum
bonorum, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem
introivit in sancta eterna redempcione inventa. Et sic dicit Augustinus
contra quinque hereses: Effusus est sanguis medici ut esset medicamentum fre-
netici. Omnis peccator frenetico comparatur, quia quanto fuerit infirmatus, tanto
se putat saniorem, ridet cum flere deberet, et gaudet cum infirmatur, et non custodi-
tur nisi vinculatus. Iste non peccator quanto peior tanto minus se reputat
peccatorem. Unde Proverbiorum xviii: Impius cum in profundum venerit peccatorum
contempnit, sed sequitur eum ignominia et opprobrium. Ridet cum flere deberet.

Unde Christus videns civitatem flevit super illam dicens: Quia si cognovisses
et tu, sed fleres. Luce xix. Unde eciam sancti viri gaudentibus impiis
flere solent propter compassionem quam habent de perdicione eorum. Unde legitur
in vita sancte Pelagie de sancto Nonno episcopo: Qui cum vidisset or-
natum curiosum cuiusdam tunc fatue mulieris, flens dixit: Ignoscite mihi
omnipotens Deus, quia unius diei ornatus huius mulieris superavit totius
vite mee industria ornamenta. Interrogatus ergo tamen dixit flens: Duę
res me movent, una de illius perdicione, alia de mea remissione, quia non
habeo tantum studium placendi deo quantum habet illa ad placendum hominibus malis
et dyabolo. Sic frenetici gaudent de propria infirmitate. Et multi turpissimi pecca-
tores iactant se de sceleribus suis. Proverbiorum 2o: letantur cum male fecerint
et exultant in rebus pessimis. Isti salvari non possunt nisi vinculentur
infirmitatibus immissis a deo, que sunt vincula salutaria peccatorum. Psalmus:
Cum occideret eos, querebant eum et revertebantur. Item: multiplicate sunt
infirmitates eorum postea acceleraverunt. Vincula eciam quibus peccatores
debent ligari sunt certe catenula, precipue tres partes penitencie, scilicet contricio, con-
fessio et satisfaccio. Ecclesiastici vi: Vincula illius alligatura salutaris. Ista vin-
cula salutem operantur virtute sanguinis Christi, quia fusus est sanguis medici
et factus est medicamentum frenetici, ut merito Christo regratiando dicamus
illud Sapiencie xi: humanum sanguinem dedisti iniustis. Secundo innuitur
redempcio nostra dolorosa, quia in sanguine suo. Sanguis enim de corpore sano
non exit sine dolore. Dolor autem Christi maximus fuit, unde ipse patitur.
Trenorum 1o: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte
si est dolor similis sicut dolor meus. Sanguis autem humanus habet talem naturam
quod fecundat lignum aridum, sanat corpus languidum, causat cre-
mentum solidum. Primo fecundat lignum aridum. Dicunt naturales
quod si fuerit lignum arefactum optimum remedium est statim in principio
arefaccionis apponere radici sanguinem humanum. Narrat eciam Hermes egipcius
quod rosarium plantatum in terra commixta cum sanguine ad colorem medium

: cuiusdam :

de culpa

ignis omni tempore anni producit rosas. Sic moraliter homo est quasi arbor Marci viii Video homines quasi arbores ambulantes. Videtur arescere per peccatum quando scilicet homo de deo non cogitat ut deberet. nec habet devocionem. non sapit delectabiliter que dei sunt Nehemie primo Ligna agri aruerunt quia confusum est gaudium a filiis hominum. In isto casu non est melius remedium quam ad radicem cordis talis persone apponere sanguinem Christi calidum per devotam meditacionem. Ista meditacio statim accendit amorem qui est calor naturalis arbore vel hominis. Sed cum amor dei numquam est ociosus. sed operatur magna si est. secundum Gregorium in omelia penthecostes. Et ideo ad istum sanguinem sequitur fructus bonorum operum Et ideo dicit Bernardus super Cantica sermone xx Super omnia reddit te michi amabilem etc. Et ideo sicut dicit apostolus ad hebreos ix omnia pene secundum legem in sanguine mundantur. et sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Secundo sanguis humanus Sanat corpus languidum unde Constantinum legimus Constantinus quod balnearetur in sanguine calido puerorum et curaretur. Est infirmitas quam pueri quandoque sustinent. et vocatur cenigles periculosa valde nisi per remedium aliquod succurratur Et est remedium tale quod puer ungatur sanguine hominis qui prius morbum istum passus fuit Vide Isidorum Corpus nostrum mobilitas est mirabilis infirmitas quia continue morimur in senectutem Ista infirmitas que quasi fiebamus mortales Curari non potuit nisi per illius sanguinem qui sponte tenuam mortalitatem in sua passione curavit Vide Bernardum in quodam sermone O bone ihesu Quid tibi et morti. Nos deliquimus et tu solvis. nos peccavimus et tu luis opus sine exemplo gracia sine merito Caritas sine modo. Tercio sanguis facit cementum solidum. Dicitur quod antiqui volentes facere edificia perpetua Cementum humano sanguine miscuerunt. Unde etiam de Vortigerne Rege Britanie legitur in historia Britonum Cum enim edificaret turrim in monte excelso in Wallia Lapides cementarii de die operabantur. tellus alio die absorbuit. Consuluerunt ergo magi dicto Regi quod Iuvenem quendam inquiri faceret qui patrem terrenum non haberet. cuius sanguine lapides et cementum aspersi construeret solidum fundamentum. Moraliter ante Christi passionem erat sic in mundo Cum quisque edificaverat Cuticulam bonum edificaret moraliter bene vivendo. totum in morte absorbebatur nec stare potuit edificium a terra Ca. Omnis in puteum inferni descenderet. Ideo invenimus quem patrem non habet in terra mitorum donec aspersi essent sanguine invenimus qui patrem non habet in terra ad hebr. xii accessistis ad mediatorem novi testamenti ihesum et sanguinis aspersionem. melius loquentem quam abel Isto ergo sanguine cementi celeste conglutinati et solidati ut deo indissolubili amore hereamus Qui prius procul in regione dissimilitudinis distabamus ad Ephe. 2o Nunc autem in Christo ihesu vos qui aliquando eratis longe. facti estis prope in sanguine Christi Tercio innuitur nostra redempcio fuisse amorosa Non enim per precedencia merita vel futura Christus nos redemit sed sola sua ineffabili caritate Ad Thit. 2o Dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate Et Iohannis 3o Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret De isto ineffabili amore loquitur augustinus in quodam sermone de natali domini homo inquit factus est hominis factor. ut sugeret ubera. reges sidera et esuriret panis. sitiret fons. dormiret lux. ab itinere via fatigaretur a falsis testibus veritas accusaretur Iudex vivorum et mortuorum a iudice mortali iudicaretur. ab iniustis iusticia dampnaretur Corripiens baculo castigaretur Virtus infirmaretur Salvans vulneraretur. vita moreretur Quarto fuit nostra redempcio generosa quia non solum fuit facta pro amicis hominis et iustis Sed pro inimicis iniustis et peccatoribus 1 pet. 3o Christus semel pro peccatis nostris mortuus est Iustus pro iniustis Sed quod similius est. non solum pro iniustis dabatur

Quartum continue datur ministris in sacramento altaris. Tercia iniusti sunt qui peccando tanto beneficio sunt ingrati. Augustinus in quodam sermone de die sabbati: Tu me sepultura cunctis tuorum culpe quam illa in qua quondam pependeram affixisti. Gravior enim est michi crux criminum tuorum in qua invitus pendeo quam ista in qua quondam mortem tuam occisurus tui misertus volens ascendi. Hec ille. Quapropter Bernhardus in quodam sermone loquens in persona domini devote sic dicit: O homo vide quid pro te patior. Non est dolor similis sicut dolor quo crucior. Ad te clamo qui pro te morior. Vide penas quibus afficior. Vide clavos quibus confodior. Cum sit dolor tantus exterior, intus est planctus gravior cum te tam ingratum experior.

Dilexit nos. Nota dilectionem suam ad nos Christus quatuor modis magnificat et commendat. Prevenit tarditatem nostre benivolencie. Abluit feditatem iniquitatis conscientie. Superat quantitatem nostre sufficiencie. Excitat ad voluptatem plurime affluentie. Primo dico quod Christus suam ad nos dilectionem ondit in hoc quod prevenit tarditatem nostre benivolentie. 1. Johannis 4to: In hoc est caritas dei in nobis, non quasi dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Unde Bernhardus: Dulcis Jhesus primus est in accessu et ultimus in recessu, et ideo convenienter cor humanum exigit. Proverbiorum xxiii: Prebe fili cor tuum michi. Sic enim ipse est primus in accessu preveniendo velimus ut ad eum convertatur, et ultimus in recessu, quia prius naturale et temporale homo recedit a deo per peccatum quam deus eum relinquat subtrahendo gratiam. Ita cor humanum primum est inter partes corporis quod vivificatur et ultimum quod moritur. In cuius figuram dicitur Exodi xiii: Sanctifica michi omne primogenitum etc. Hoc est cor humanum quod inter membra corporis primogenitum dicitur. Et hoc est quod preceptum Mathei xxii: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. Secundo Christus ondit ad nos suam dilectionem in hoc quod abluit feditatem iniquitatis conscientie. Delevit enim peccatum originale per suam sanguinis effusionem. Delet peccatum actuale per sacramentale penitencie locum. Et hoc commendat nobis hic beatus Johannes dicens: Dilexit nos et lavit etc. Sanguis designat et causat amorem. Unde sanguinee complexionis sunt naturaliter amativi et iuvenes sunt magis amativi quam senes propter sanguinis habundantiam ampliorem. Narrat Jheronimus contra Jovinianum libro 1. allegans Zenofontem hoc scripsisse de infantia Cyri maioris. Erbit inquit Hieronimus Zenofon occiso Abradato et viro quem Pantheon uxor nimio amore dilexerat collocasse se iuxta corpus lacerum et confosso pectore sanguinem suum mariti vulneribus infudisse. Istomodo moraliter anime devote sponse fideles Christi videant contemplando maritum suum occisum et non casualiter sed pro eadem amore sponte defunctum, collocet se iuxta corpus lacerum crucifixi et illud tam voluntate quam intellectu quasi duobus brachiis amplectantur. Confodiatur pectus suum gladio doloris contritionis et compassionis. Et inde sanguis amore excitatur, et in vulnera salvatoris transfundatur. Ad Hebr. ix: Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Et hoc est quod suadet apostolus ad Ephesios v°: Ambulate in dilectione sicut et Christus dilexit vos et tradidit semetipsum pro vobis. Tercio Christus ondit ad nos suam dilectionem maximam in hoc quod superat quantitatem nostre sufficiencie. Plus enim nos dilexit quam possumus intelligere vel desiderare sciamus, ut sufficienter suum amorem recompensare. Unde apostolus ad Ephesios 2° vocat caritatem Christi nimiam, propter nimiam inquit caritatem suam qua dilexit nos. Sic enim dicit Crisostomus de reparatione lapsi: Nemo amicorum carnalium tam sicut in hoc supramodum insanientes ita exardescere ut in amore dilecte sue sicut deus effunditur in amore animarum nostrarum

Quatuor enim defectus in dilectione hominum contingit reperire, a quibus amor divinus totaliter est alienus. Sunt enim aliqui qui aliis amentur, non tamen redamant. Ecclesiasticus dicit Proverbiorum viii Ego diligentes me diligo. Sunt alii qui diligunt sed propter propriam utilitatem. Audistis enim amicorum [illegible] quos Seneca in quadam epistola: Negociatio est amicicia que ad commodum attendit. Et in Aristotelem viii ethicorum: Cum sit amicicia propter utile et propter delectabile et propter honestum, diligentes propter utile sunt minime amici. Hoc etiam plangit Ovidius 2o de Ponto: Sit turpe quidem, sed nisi me vana fatemur vulgus amicicias utilitate probat. Per oppositum deus non diligit nos propter suam utilitatem, quia bonis nostris non indiget, sed diligit nos ad felicitatem nostram. Ad Ephesios i: Gratificavit nos in dilecto filio suo. Et gratos nos sibi fecit. Osee xiiii: Sanabo contritiones eorum et diligam eos spontanee. Tercii sunt qui diligunt homines non nisi in prosperitate et felicitate, de quibus loquitur Boecius illud Boecius 2o de consolatione: Quem felicitas amicum fecit, infortunium inimicum faciet. Unde dixit quidam: exemplis didici quod veritatis amici res amplectuntur non nos sed nostra, secuntur. Et idem metrice dicitur: Non sunt persone sed prosperitatis amici, quos fortuna tenet dulcis amara fugat. Per oppositum Christus est qui maxime diligit eum qui hoc deserit. Unde per psalmistam dicit: Cum a mundo et a malis hominibus agitur, unde per psalmistam dicit. Cum ipso sum in tribulatione. Quarti, in mundanis amicis inveniuntur defectus. Multi diligunt vivere sed mortuum persequitur et odiunt. Quidam sunt filii uxor servus et executor. Cum enim fuerit defunctus, tunc illi qui de bonis suis eum magis iuvare deberent spoliant et predantur et sibi appropriant. Unde metrice dicitur: Post mortis morsum vertitur dilectio quorsum. Unde metrice dicitur. Per oppositum Christus facit. Dorsum, finita vita finit et eius amor. Per oppositum Christus facit, quia satis diligit viatorem dum vivit sed longe amplius post mortem. Iohannis xiii: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, hoc est in perpetuum eos dilexit. Ieremie 31: In caritate perpetua dilexi te. Quarto deus ondit ad nos suam dilectionem in hoc quod nobis preparat ad voluptate plurima affluet. 2 ad Thessalonicenses 2o: Dilexit nos et dedit consolationem eternam. Que quanta sit, sancti nituntur exponere et non possunt. Augustinus de moribus ecclesie et manichei: Quanta est pulchritudo iusticie, quanta iocunditas lucis eterne, hec est immutabilis veritatis atque sapientie. Ut etiam si non liceret in ea amplius manere quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni divitiis et circumfluentia bonorum temporalium recte merito contempnerentur. Et Crisostomus de reparatione lapsi: Et continue cotidie tormenta perferre, sed et ipsam gehennam parvo tempore tolerare pro eo ut Christum possemus videre in gloria venientem et numero sanctorum sociari. Nonne erat dignum pati omne quod est triste, modo tot tanti boni tante quam glorie participes habeamur. Lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Apocalipsis. Bernhardus in sermone de septuagesima dicit: Sicut ipso teridimus vinum siccitatis quod in primo homine peccavimus omnes et in ipso cecidimus, unde iacebamus. Cecidimus sane in carcerem luto pariter et lapidibus plenum. Unde iacebamus captivi inquinati conquassati, donec veniret desideratus cunctis gentibus qui nos redimeret, ablueret, adiuvaret. Hec ille. Ex quibus verbis patet triplex defectus quem habebat homo ante Christi adventum. Erat namque captivatus kathenatus sub hostibus impiis, maculatus, defedatus ex squalore vario, deputatus et dampnatus penali supplicio. Per adventum autem Salvatoris nostri Ihesu Christi redempcio a captivitate quod nos captivare dura tenebat vilis angustia. Preciosa mundacia sanguinea, ex natura nos solvit Christi sanguis.

Primus defectus

29

Tercius

39

29

nota ...

[illegible] in mystica

Criminosa a lesura qua humanam plasmaturam fedata curavit. Preciosa nos tinctura Christi valens quia lotura sanguinis emundavit. Dolosa a tortura nos nimium nociturus, Iam vere quia Christi nos tutavit linitura affluens per membra pura vocata sanguis Christi. Dominus per Zachariam ix. In sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de domo captivitatis. Nam revera homo in principio institutus liber, nexibus per peccatum inobediencie vinculatus est, et ita constitutus quasi quibusdam clausuris et cathenis. Nam lapsus a statu gracie in calcem inferis atque eius principis servituti est addictus. Cuius instabilis servitutis statum deplorans Alanus in Anticlaudiano metrice sic inquit: O quibus eventus casus miser: omnia pestis. Nam servit qui liber erat, mendicat habundans. Cui fuit exilium patria, qui prius in aula sedebat patitur penas a rege sedibus. Ibi casu fit gemma lutum, fit purpura saccus, lux tenebre, spes confusio, gloria casus, risus et tinea, requies labor, alga carinetus. Hec ille. Sic igitur humana natura ab origine letaliter lesa et subacta ad statum pristinum reformari non potuit nisi per mediatorem Christum suo sanguine solventem, compulsis detentis servitute. Unde namque canit ecclesia sancta: Te ergo quesumus famulis tuis subveni quos precioso sanguine redemisti. Et alibi: O crux gloriosa et cetera, per quam diabolus est victus et mundus Christi sanguine redemptus. Unde Bernhardus in quodam sermone de passione domini: Quid est inquit per quod homo a miserabili servitute et eterna morte est redemptus nisi preciosus sanguis Christi qui est fructuosus et utilis transgressori gloriosus. Hec ille. Nam revera non est hominis maior restauracio quam mors Christi et sanguinis eius effusio. Et dicit Ysidorus: Ipse sancta Petri primo: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversacione paterne tradicionis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Ihesu Christi. Unde docet medici quod sanguis dum est in venis nichil nutrit. Residat ergo per venas in fontes vel in loca grava in corpore ubi actione naturalis caloris sanguis decoquitur. Sic nimirum ex Christo Christi sanguis prout extra in venis nichil nobis profuit. Beda in [illegible] Nichil enim nasci profuit nisi redimi profuisset. Sed vero ex calore immense caritatis consudabat in fontes quinque vulnerum cepit nobis ad salutem prodesse, et esse dignum nostre redempcionis precium. Unde Ambrosius in libro de [illegible] Spatarcharum lancea militis apertum latus emisit aquam et sanguinem, aquam ad lavacrum et sanguinem ad precium. Hec ille. Qui vult nos filios dei facere unitus filius dei venit et [illegible] sanguine suo precioso. Redemit nos ipse reprobatus, redemit nos ipse venditus, honorificat nos iniuriatus, vivificat nos occisus. Dicit Augustinus in de verbis domini. Cuius figura satis congrua precessit Exodi xii. Nam dum omnium filios Israel de vinculo et iugo servitute egipciace liberaret de agni sanguine utrumque postem liniri precepit et superliminare. Sic nimirum omnium homo de servitute dyabolica redimetur utrumque postis, tam anima quam corpus sanguine agni immaculati intro liniri habebat. Unde Glossa super illud ad Hebreos ix: Sine sanguinis effusione non fit remissio, dicit: hoc sine sanguinis redempti sumus, sed ex sanguine precioso quia vere emundato, et dei irritato vere, sine sanguine nulla est. Huius sanguinis largam effusionem atque mortis precie destructionem commemorans Alanus in Anticlaudiano sic ait: Nam pedites in bella ruunt iam sanguinis ardent fundere primicias iam libamenta cruoris prima dare affectat premera quam vulnera belli, pulveris insurgit velud novus imber [illegible] inundat. In terris dum tela pluit dum pulvere imber

Funditur et telum telorum et nubila velint. Surgat adversas igitur partes invadit et ipsis hostibus occurrens vagina liberat ensem. Nec tonat ille nimis sed solus fulminat ense efferto sicta probat ut vero dissipat viro. Verberibus multis quibus modis concluditur hostis. Excipit a re: liquens illi que prima furoris causa fuit que prima dedit fomenta malorum. Haurit igitur mucrone petens a corpore vitam. Extorquet consuit quibus mori quibus vivere mundo. Hostis erat et mundi morte mors longi repensat. Ex quibus patet quod corpus christi nitens mundi redemptiua in cruce facta sanguine est tirtorum excessiua que sunt sub celi cardine patet per illud apostoli i ad cor ix Empti estis precio magno scilicet sanguine agni illius de quo dicitur apocalypsis v Redemisti nos deo in sanguine tuo. Unde canit ecclesia O admirabile precium cuius pondere redempta est mundi captiuitas tartarea confracta sunt claustra inferni aperta est nobis ianua regni. Secunda vero et sic patet prima pars principalis scilicet tediosa a scriptura etc. Secunda pars principalis scilicet quod clamosa a lesura etc. patet Nam ille in quo sunt omnes thezauri sapientie et scientie absconditi ad colossenses 2o per se dixit hic est sanguis meus qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum Mathei xxvi et luce 22 Nam revera post peccatum prothoplasti cuius tha: bes in omnes transiit ipse tota natura humana et tota posteritas ade peccatorum leprosa spurcitie est inquinata quasi labe fetide pruriginis infecta. Cuius horrendi sceleris miseriam deplangens Ganfredus in (?) .... Cur sua poeta sic inquit O malum miser mali mirabile malum. Cur ... culpam flemus ade fuit hec tetigit te gustus ade etc. ... in nos tam ferus hostis ... gustatio mali publica ... pat in nos tam ferus hostis de tanta luce rerum non esse ... de diuite pauper de felice miser de tanta luce ... cuius ... sub ... tenebras ubi nunc paradisus et illa voluptas ... deformitate in quam tibi ... potissima rerum ... aut ... nullus liquor aliud valebat nisi liquor sanguinis homo sic dilapsus fuit ... ihesu xpi Nam sanguis ihesu christi filii dei emundauit ... opus mortuus ad hebreos ix Unde beatus ambrosius libro 1o de iacob et vita beata. Venit dominus ihesus qui iras passiones ... sive afficeret peccata donaret In cuius morte iustificati sumus ut totus mundus eius mundaretur. ... sanguine ... Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum fusus est ... ut ipsius etiam peccatum posset delere ... sive fusus est ... in libro de fuga seculi ... Cui alludit sanctus ambrosius in libro de fuga ... abel ... ille enim vindictam ... Christus ... loquitur in sanguine suo quam abel ... ille peccatum fratris accusat ... indulgentiam ... ille ... effusus est enim mundi ... ille ... hic ... sanguis medici et factum est medicamentum freneticis ... libro ... sanguis ... legimus ... figura ... leuitici ... ubi dicitur ... hinc est etiam ... et eam in sanguine ... omnia legalia sanctuarium ... aaron et filios eius tabernacula et omnia legalia ... Leuit viiio et ix ... et xvii ego dedi vobis sanguinem ut sit altari meo expietis pro animabus vestris et sanguis pro anime ... sit. Omnia ... in figura ... ut ait apostolus ii ad cor x ... enim sanguis hircorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis ... sanguis christi ad hebr ix. Unde beatus augustinus in libro de baptismate paruulorum ... per ... libro ... di xix effusa sanguine sine culpa ... delicta sunt

Quibus homines a dyabolo tenebantur. Cui alludit Gaufredus in sua poetria dicens: Aggressus dampnis illum dampnare ab illo / Morte tulit damnum dampniferumque tulit / in talem iras non parcas maculas. Qui crimina nostra luebat et que non rapuit tunc exsolvebat. At ipse mors non evasit dum sic invadet illum. Que dum sorbebat hominem deitatis ab hamo intercepta fuit et sit absorbta. Putavit vincere sed stupuit vinci et spolis eius tartara iure suo spoliavit et eius amicis olim committit tenebras luctus in gaudia lucis. Hec ille. Ad quorum omnium fulcimentum inseritur tale documentum. Intuentes confitentes crucifixum et crucifixum cuspidis acumine hii mundantur et purgantur a peccatis perpetratis sanguinis influente, patet ex premissis. Clarius tamen per Magistrum Gwarinum libro 3 d. 19 sic dicentem: Ut olim aspicientes in serpentem eneum in ligno erectum a morsibus serpentium sanabantur, sic modo cum recte fidei intuitu in ligno crucis pendentem intuentes a vinculis dyaboli solvuntur, id est a peccatis et ita a dyabolo liberantur, ut nec post hanc vitam in nobis inveniat quod puniat. Hec ille. Et sic patet 2a pars premissa, scilicet quod criminosa a lesura quam humana plasmatura etc. Tertia vero pars etiam patet premissis, patet ad Coloss. 2°: Cum essemus mortui peccatis convivificavit nos Christo in quo habemus redemptionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum, ut dicitur ad Ephes. 2°. Que proposuit Deus propitiatorem per fidem et sanguinem ipsius, scilicet per passionis fidem, ad Rom. 3. Et tertio per Magistrum Gwarinum libro 3 d. 19. Unde Crisostomus in tractatu de passione sic inquit: Christus in sua passione mutavit legem in gratiam, severitatem in mansuetudinem, asperitatem in levitatem, umbram in veritatem, iudicium in misericordiam; novus rex, nova lex, novus dux, nova lux. Hec ille. Quod attendens venerabilis presbiter Sedulius in carmine suo paschali libro 5° metrice sic dicit: Lugeat ad tempus patulo iam frigida ligno / Quis tea pendebat adhuc furor arma ministrat / Cuspide perfossum violat latus eque patenti / Vulnere purpureus cruor et simul unda cucurrit. Hec ille. Sint quippe sacre pro religionis honore corpus sanguis aqua. Ita vite munera lavacrum fonte renascentibus membris et vulnere Christi redemimus. Atque ideo sanguinem deitatis habemus. Unde Iohannis vi: Qui bibit sanguinem meum etc. et habet vitam eternam. Animus rei etc. Scribitur Levitici xvii°: Nam in vita hominis anima carnis in sanguine est. Nam secundum medicos et naturales sanguis est vite custos et conservator. Nutrit enim membra, custodit et conservat et deperdita restaurat. Unde Ysidorus xi libro ethymologiarum: Sanguis ex greca ethymologia nomen duxit eo quod sustentat, vegetat et curat et vitam conservat. Sic revera sanguis Christi est conservator vite spiritualis et productor ad statum vite eternalis. Unde dicitur Iohannis vi: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Et qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam gratie spiritualis, scilicet in presenti et glorie in futuro. Unde dicit Augustinus x libro Confessionum: Quo nos amasti pater bone, qui filio tuo unico non pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti. Qui pro nobis tibi factus est victor et victima. Eiusdem autem huius declarat magister sententiarum libro 3 distinctione xix dicens: Numquid invenit dyabolus in Christo ut moreretur? Sed pro voluntate patris Christus mori voluit, non hinc causam mortis de peccato, sed de obediencia et iusticia mortem gustavit per quam nos redemit a servitute dyaboli. Et subdit: Quid fecit redemptor captivatori nostro? Tetendit muscipulam crucem suam, posuit ibi quasi escam sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod recessit a debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum fudit ut peccata nostra deleret. Unde quo nos dyabolus tenebat, deletum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis peccatorum nostrorum. Iste enim erant pene captivorum

Marginalia: 3a pars probatur: dilectiosa a lesura; amasti

Vanni ille alligavit fortem vinculis passionis sue. Intravit domum eius scilicet in corda eorum ubi ipse habitabat, et vasa eius scilicet nos eripuit que ille imple-verat amaritudine sua. Deus autem nostra vasa eius eripiens et sua faciens effudit amaritudinem et implevit dulcedine per mortem suam aperiens redimens et adoptionem filiorum glorie satisfiens. Post quod hic in littera subditur

Et fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo. Fecit enim nos regnum deo ut qui prius eramus regnum dyaboli essemus postea regnum dei scilicet possessores regni dei et qui prius [illegible] regnum dei intra vos est. Et fecit nos sa-cerdotes deo id est sacrificantes tam quam homini et patri suo tam quam deus. Ut qui prius immolabamus demonibus et hic deo vivo [illegible] sacrificemus nos et offe-ramus ipsi deo prout obsecrat apostolus ad Ro. xii. Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem deo placentem. Ipse enim ait Haymo Christus ipse caput fidelium rex et sacerdos est, congruenter membra capitis et reges et sacer-dotes vocantur. I. Pet. 2°. Vos estis genus electum regale sacerdotium. Et deo. Cum deus et pater non sint diversa et copulatio debet esse inter diversa videtur quod ingreme et ibi cadet copulativa coniunctio. Dicendum quod non notatur per copulativam coniunctionem quod deus et pater sint diversa sed quod dicatur de eodem secundum aliam et aliam nationem. Est enim deus ihesu christo tam quam homini et est eius pater tamen quam deus. Vel ergo glo. Vide Haymo. Qui autem dicitur deo et patri non due nec tres persone sed una ostenditur. Ubi et persona spiritus sancti intelligitur. Nota tamen 15 [illegible] Bonum bono. Reges non a regendo sed a recte regendo vocati sunt. Ideoque recte faciendo regis nomen tenetur, sed errando amittitur. Recte ergo illi reges sunt qui tam semetipsos quam sibi subiectos bene regere noverunt. Regimine quidem a sin-ceritate assumpsit exordium postea is bene posset alios regere qui non nisi ipse fitto novit primitus imperare et se virtuti subdere et legibus racionis et discipline. Unde Seneca in proverbiis inquit. Vis regnum dabo tibi magnum rege temetipsum. Apud enim antiquos in regem non ditior nec fortior, non maior sed melior eligebatur. Ideo quod illarum gentium erat summa felicitas ubi non poterat esse po-tentior nisi qui melior. Si vis omnia tibi subiicere te primum subiice racioni. Multos reges si illa te rexerit. Ab ea discretus quid et quemadmodum regere debeas. Sic neque mirabiliter condita sunt ut deus [illegible] et anima corpus possidebat. Vis ergo homine a corporis possessione expellitur si non prius anima a racione possi-detur. Unde Bernardus [illegible] est velud lux et vis superior in anima que cognoscit et dirigit. Cognoscit quidem bonum et malum et dirigit cui indicat bonum debere fugi et malum penitus declinari. Cum autem quod indicavit appetit liberum arbitrium nominatur. Hinc quidem due sunt partes superior una et inferior altera prima divinis et eternis intendit. Secunda de temporalibus et transitoriis indicat et disponit. Rursus superior evidencias accipit per leges divinas ut dei preceptis asserat. Sed inferior per humanas disciplinas ut sibi alibi providat. Unde tamen se semper ad bonum movet et provocat. Econtra vero malum abhorret et [illegible] recusat. Hec est quod in [illegible] im-perciosus. Totius regiminis obtinet principatum et semper ad optima dirigitur. Quociens enim homo sine racione audet leditur. Quociens vero cum racione perficit. Ea omnia recta iusta honesta bona et sancta semper sunt conscientia racioni. Maximum certo munus est animi racione bene uti. Unde Tullius de [illegible] in [illegible]. Enim adhibita racio tenuit quid optimum sit, neglecta vero multis impli-catur erroribus. Postea nil rectum sine racione fieri potest. Nam hec est tamquam summi regis mercatura, pars divini spiritus in corporibus humanis mersa. Renuit prohibita respuit mentem ream, accusat crimine lesam conscientiam. Stimulat in offensis ac inhonestis actibus semper sua condicione contristat. Et sic cuncti nefariis repugnat, sic quoque iusta approbat, recta desiderat

Equa sortpit et hominem tenuiqz racina in omnibus regulat et reformat. Her
est lux, que in rege quolibz dz maxime relucere. Cum em regnu sit de:
bitus ordo adhibendus in rebus, Non erit vtiqz rectum regime sine debito
ordine, nec vtiqz debitus ordo poterit ee sine recta rone. Cum omnia re:
galia iura, statuta, edicta atqz decreta sunt leges vel semitas, no sunt n
seve tirannides, qm videtur a recto rationis tramite deviare. Non igr regibus
vmbribus grevint principatus, sz solum hys qui rone et sapia plustrantur
Quod dz resprit arestoteles pe politicis dicens: Qz in cuctis ualet est princeps
qui pt mente et rone puide. Pulcrum naqz est nom regni et illustre
Sz officia difficillima si recte gerantur, alioqn periculosa prsus atqz mor:
tifera. Sola naqz virtus romb et probitas fuit que primitus hoies regia
nobilitate dotauit. Cum em oes homines eiusde ceant generis, nichil
eos fecrob duob et distinxit. Et si decet principem cum mebrorum vigere
et sensuu viribus, Multomagis conuenit eum rone sapia et animi
pollere virtutibus, cum etia ipe animus locum principatus atqz recti re:
giminis in nob obtineat, qz dux atqz imperator vite mortalium anima est
Verumtamen regem illum principatus glorificat, que no fortuna a lubrica
volgi favor vel indocta multitudo, sed ro et sapia plustrat. Vnde
nichil est quod lumine clariori refulgeat qz ro et animi clara virtus
in principe. Sic dicit arestoteles i° politicorum, dub qz multorum sunt natalit
domini, qui seipsis ronabiliter et virtuose prinutur. Mondum et facere stripte
sua regnum invenit in xpi dna, qd diuiso tramite solz inquiri, sz regnu
extum et fidelit imorandu. Regnu intimu et vere amplexandu, regnu
supmu et summe exoptandum. Primu est valde fructuosu, qsistes in si:
delium vnitate, de quo scribit mat v° Qui fecit et docuit, magnus
vocabitur in regno celorum. 2m est ve affectuosum qsistens in fide et virtutu
varietate, de quo dicit vitas luce xvii° Regnum dei intra vos est
Terciu est summe deliciosum refulgens in eterna claritate, de quo mat 13°
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Hoc revera est regnu dei
qd meritu ronabilium finis est atqz perfectissima btitudo, ad qua nullus
homo conscende valet nisi prius in regno exteriori sz in certa sita katholica
licime triumphauit, atqz regno interius virtutu sz varietate fuit adornatus
Vt testatur btus augus li° 2° de ciuitate dei dicens, Hec est gla summi
dei sz regnu celorum, q nulli negabitur digno, nulli confertur indigno
Sz ut ad eam ambiet nullus indignus vbi nullus pmittitur nisi dignus
Et subdit Ipsa etem gla ei pmittitur virtuti erit, qui virtute dedit, hinc
est qd omnis nra affectio maxime circa virtutes versari dz, qm virtus est ars
vita optre cum sit disposicio perfecti ad optimu respm. Sine qua nulla
racionalis creatura pt ee moraliter bn regulata, Vt declarat bo° vetula in
suo bruiloquio pte v c 2. Que omnia qsiderantes attente, et festinemus
virtutes acquirere vt demu possimus veraciter in virtutibus pficere, Et tandem
glosus fine virtutum valeamus apprehende sz regnu celorum, ad quod
acquirendum et possidendu finaliter creati sumus Iuxta sentam anselmi
li° 2° di. 1. Ecca qd mito possz qri Quis est medus accedendi ad vir:
tutum fundamentu. 1° ex quo est gradus remedii ad ipam incinentu,
3° quale nung simandi est ad virtutum qplemetum vt sic habeatur forma
virtutes adgredi, et gratia nona in virtutibus pficiendi, ac demu bravium
pcipiendi in regno dei. Ad qd quis dubium dicit p zeb gentes Quarum
prima est ista Primaria inchoatio vite pfectorum est vera renuntiatio
facis viciorum qz ex intetern rethus crissiani q in li° collationum prim

In collacionibus Moysi abbatis sic dicitur Prima ad virtutum fastigia conscen-
dimus · cum mundi voluptates · mores et vicia · affectus quoque pessimos animi
carnis que evocamus · Unde et beatus Ambrosius dicit Cum concupiscencia mysticali
sed vitiorum · statim concipitur virtus · Egressus enim malicie virtutis efficitur
ingressum · eodem quoque studio quo nunc excluditur innocentia copulatur
Cherille · Unde Zacheus dimittens avaricie Christum meruit accipere · Luce 19 ·
latro in penis recognoscens redemptorem · et de suis malis hic dolorem
promeruit innocentie restitucionem · Luce 23 · Et magdalene dimissa sunt
peccata multa · quia dilexit multum · Luce 7 · Eodem modo enim Ambrosium
eodem momento quo vitium in anima recipitur homo a deo excidit et a demon
possidetur · Et probat hoc de Juda quem Sathanas ingressus est quando recessit
a Christo · propter quod ei dixit Quod facis fac cicius · Johannis 13 · Hoc enim eo
dixit · Alii quia sathanas in eum intraverat · cicius expellitur et extenditur
ut abiret a Christo · quia cum duo esse non poterit · quia iam integrat esse cum diabolo
Ex quibus patet quod eliminacio vitiorum est primus aditus ad virtutum ascensum
Ex [illegible] · quia expulsio culpe et infusio gratie que est forma virtutum · sunt
una simul mutacio · sicut declarat Doctor subtilis [illegible] di xvi [illegible]
Sicut enim oculus pulvere tumore et lesione humore alienis et
similiter [illegible] · Sic enim oculus pulveris tumoris et lesionis humore alienis et
ab omni vicio [illegible] visionem impediente purgatus · claritatem lucis acceptat
et sine errore et vicio iudicat · ut declaratur in tractatu de oculo medico [illegible]
Sic anima mens devota a pulvere viciorum purgata et ab omni vicio
vanarum operacionum aliena · mox in se virtutis claritatem acceptat · ut testatur
Vencrabilis Iacoppus in libro Ephymaticum dicens · Cedunt virtutis vanarum obstacula
rerum · Sic igitur prius sunt vicia extirpanda et deinde sunt virtutes inserende
Quod confirmat poeta Normanus
dicit de Simeo bono libro [illegible] · Quod confirmat poeta Normanus
In suo flore [illegible] dicit Cunctis notis de mente tua quas commotis
Insere virtutum semen que sunt tibi fructum · Et cetera · Cum corde [illegible] sal:
veris et anxilieris · longa sit vestis sorpis sorie honesti · Sic ergo liquet
quod premia inchoacio vite perfectorum · est prima eliminacio fecis viciorum
Et consummacio declaratur · et constituto dicto finali perfecte pro tempore
doctrinali · Sic ad virtutum fastigia nititur anhelare · malorum hic
consorcia debet evitare quod ex primissis · Clamans tamen ex doctrina Johannis Crisostomi
super Matheum dicitur · Oportet unum nam sic est · ut quotiens bonus malo coniungitur
a bono malus melioratur · sed ex malo bonus contaminatur · Dum scilicet non unum
nunquam et hic gerendum · et multos solvitur nephanda societas · Unde
Secundum loquitur beatus Gregorius in vita sancti [illegible] super Ezechielem · dicens ·
tamen est pro quo vitari societas malorum debet · ut si fortasse corrigi non
valent · saltem bonos ad sui imitacionem non trahant · Et cum ipsi a sua
malicia non mutantur · eos saltem qui boni inventi fuerint bonos non pervertant
Hinc quoque Moyses filiis Israel ex mandato domini precepit ut recedant
malorum fugient dicens Recedite a thabernaculis impiorum et nolite tangere
que ad eos pertinent · ne involvamini peccatis eorum · Numeri 16 · Sed mirum
Vellem etenim ex uno pecore societas bonorum · Sicut ex una ove vim:
versus grex inficitur · Item sicut tanto morbo emortua · si abscisa non
fuerit · salutem reliquorum tamen putredinis sue contagione corrumpit Ita
qui morbo viciorum proficit · si morbus declinat in bonorum societate per:
maneant eos exemplo sue pravitatis inficiunt · Propter hoc in thobia dicitur
Contemne plaude bonis fuge perversorum consorcia · saltem · Ex parte grata
genetur ergo minimus · Sic igitur patet quod ad virtutum fastigia nititur anhe:
lare · malorum hic consorcia debet evitare · Conclusio · Profectus in virtutibus

a quoque nunc habet nisi ei spiritus caritate cooperetur / patet quia secundum hugonem de barnetis libro primo parte 6 c. 16 virtutes a quibusdam dicuntur secundum nomen sed et etiam virtutes dicuntur nichil aliud est quam affectus mentis secundum rationem ordinatus / Sed affectus ordinati secundum naturam sunt virtutes naturales / que etsi laudabiles sunt / quia bone sunt et a natura / non tamen sunt digne illo merito quod est supra naturam · Et subdit / affectus autem ordinati per gratiam reparati / sunt virtutes gratuite / In hiis virtutibus primo spiritus sanctus bona voluntate operatur deinde bone voluntati movenci se et operanti cooperatur / primo bonam voluntatem aspirat ut sit / deinde bone voluntati movendo se inspirat / ut moveatur et operetur ut vana non sit / primo operatur eam / deinde operatur per eam Bona voluntas est instrumentum / Spiritus est artifex · Ex hiis verbis luculenter patet quod nullus est profectus meritorie operacionis qui non a spiritu sancto fontaliter derivetur / Nec mirum / Sic enim lux primaria est fons productionum naturalium et principium actionum / ut testatur thomas bragwardi in sua perspectiva parte 3 c. 1 conclusione 14 Sic ipse septiformis spiritus qui est generalis lux et universale lumen / a patre filio que procedens / est fons et origo omnis productionis virtuosarum operacionum in statu affectiva et hoc per diffusionem illius calefactivum radii scilicet caritatis dileccionis / que necessitate legali menti in virtutibus proficere volenti / est necessaria / ut testatur alexander in suo disputato de gratia primo q. 4 art. 2 conclusione 8 Ex create namque caritatis gratia est viatori necessaria secundum legem evangelicam in ardoribus amoris radicata Hoc dilet dubium Nam nichil est virtutis quod non bonus amor ille venustat / hoc absente bono nullus bona celica gustat / dicit petrus riga in aurora de statu mentis id canticum 4 3o · Odor unguentorum tuorum super omnia aromata Ex quibus sic deductis sequitur correlarium Ex bonis naturalibus proficere non sufficimus in virtutum splendorem Sed ex donis supernaturalibus id solum obtinebimus ab eterno amore / patet ex premissis et sufficienter ex hoc quod illa forma per quam redditur anima deo grata / et per quam homo de virtute in virtutem meritorie proficit est quedam habitualis dileccio que non ex puris naturalibus generatur / ut ex amore naturalis amicicie acquiritur sed potius creatur et infunditur ab ipsa forma prima et increata scilicet ab ipso spiritu sancto / a quo effective et originaliter procedit gracia affectus meritorius in virtuosa operatione Quod attestatus Cassiodorus super psalmum ... dicit · Caritas dei quedam venat est pluvia virtutum / quia et bona voluntas virtutes continet / et operacionem sanctam in virtutibus proficiendo fructificat Sic igitur patet quod ex bonis naturalibus proficere non sufficimus in virtutum splendorem · sed ex donis supernaturalibus id solum obtinebimus ab eterno amore quod fuit tercium ¶ Conclusio 3a Premium inportabile exterius virtuati / est regnum permanabile gaudii eternalis / patet quod verbis Senece epistola xvii ad lucilium per dictis / Sola virtus prestat gaudium sempiternum securum hoc magis gaudium in quo gloria est omnibus / sed eius Alij dixere intercom alam in anticlaudiano dixit · Gaudia plena viget nullo respersa dolore hic risus sine fletu sine nube serenum / Delicie sine defectu sine fine voluptas Est requies tranquilla nimis quam sine termino fortune casus in mobila ... nescit / Hoc enim gaudium quod vere ipse deus est erit premium virtutum Nec mirum / Sic enim exigit iusta operacio equissimi dispensatoris reddentis unicuique secundum exigentiam suorum meritorum Sic profecto exigit equa retribucio et virtuosa productio / ut ipse deus gloriosus qui talem fecit rationalem creaturam ipse se sibi quam capacitate / quod secundum unum indite ymaginis beatissime trinitatis grandem rationalem creaturam que sibi in iustis per omnia servivit

in similitudine sue imaginis nullo enim seipso propinquat. Sic igitur in ista corporea
zone existente ipso premio virtuti cedet honor deiformitas gloriose atque gaudium
sempiternum in quo mens beate glorie et decoratur. Nec ipsa gloria eterna alicui de
habetur nisi habuit propter eum legem dei ordinatum nisi ex merito virtutis quia virtus
perpetuat in anima esse glorie per felicitatem. Dicit Nicolaus de Lira super ipsa verba:
Ecclesiasticum. Ex quo sequitur colligere licet hic disparia sunt virtutum opera ipso fi-
ne tamen assequuntur paria eterna Christi munera licet inter quosdam quis tollegat magis
Ideo dicitur quod multe mansiones in una vita erunt secundum varie preemineunt
dignitates. Sed ubi deus erit omnia in omnibus erit eterna in dispari claritate
par gaudium ut quod habebunt singuli omne sit omnibus. Ex qua enim gloria
capitis omnium erit per vinculum caritatis. Ex quibus datur intelligi eam in gloriam
eandem et par gaudium omnes habebunt et si disparem habeant cognitionis claritatem.
Sic igitur electorum diversa sunt opera merces vero una. Quod enim intelligendum
est de merede ac premio beatifico obiectivo quod utique omnibus beatis erit una merces
et unus deus una beatitudo unum donum non autem de nunc seu premio subiectivo quod
utique eam diversitate operum in eterna beatitudine diversum erit. Ut vult beatus Gregorius
eo dyalogorum atque doctores sua omnium doctorum [illegible] devoti ad inveniendum
virtutis doctorum edocta et in amnibus virtutum exercitata ipsius primatum gloriam
virtutis [illegible] sine [illegible] sed gloria
consequitur in regno celorum eam bona [illegible]
substantialem consubstantialem et accidentalem. Hec autem triplex gloria consistit in triplici premio
substantiali consubstantiali et accidentali. Quoniam ipsa merces habebit ex premio substantiali gloriam
substantialem visionis. Ex premio consubstantiali gloriam consubstantialem [illegible]
inestimabile [illegible] supradicitur. Ex quo premio
ex premio accidentali gloriam inexplicabile [illegible] deo unitur
ipsa merces beata tota efficitur deiformis tota et deo consignata tota deo unitur
et tota in deo requiescit per que in statu omnium bonorum aggregatione perfecto
constituta et eternaliter unicus [illegible] et eternaliter [illegible] regno dei iocunditatis
et [illegible] regni principes nos efficiat ipse Christus Ihesus qui nos fecit regnum et
sacerdotes deo et patri suo ut dicit Lira. Ipso quoque nomine et in sacerdote
nove legis [illegible] secundum dignitatis sublimitatis potestatis immensitatis
et [illegible] Que [illegible] in sacerdote nove legis [illegible] sanctitate
[illegible] de eodem constituit deus gloria et honore coronasti eum [illegible]
[illegible] super opera manuum tuarum. Gloria dicit propter eius dignitatis sublimi-
[illegible] honore propter eius potestatis immensitatis [illegible] propter eius [illegible]
[illegible] primum sacerdos dicitur [illegible] ipse enim ad hoc
a deo dignificatus est ut ducat [illegible]
regni celestis propter eam sacerdos dicitur [illegible] nove legis et doctor divine
potestatis sibi [illegible] distributor est sacramentorum nove legis [illegible] Nam ipse est [illegible]
legis propter eam dicitur sacerdos [illegible] domini [illegible]
[illegible] altissimi sacerdotalis autem dignitatis [illegible] propter [illegible] et sub-
deus sacerdotes nove legis dignificavit primo in [illegible] et [illegible] huius seculi
[illegible] Extulit enim eos deus omnibus regibus et principibus huius seculi
eo quod ipsi sunt eorum [illegible] et per eos [illegible] et dignitores
in reges inunguntur. Et non solum principibus et regibus huius seculi
[illegible] principibus celestis regni sed angelis eos extulit. Sacerdos enim
maior est et dignior angelis in tribus. Primo in animarum commissione
Nam deus non sacerdoti non angelo animas [illegible] precioso sanguine redemit
ad regendum ad custodiendum et ad pascendum commisit. Ut habetur Iohannis
[illegible] Secundo in peccatorum absolucione. Angelus enim [illegible] digne
ultimo [illegible] sacerdoti et non
nullum hominem a peccatis absolvere potest sed sacerdos. Nam
angelo hec auctoritas est concessa. Tercio in [illegible] Nam nullus
angelorum est tam potens et tam dominus [illegible] donatus quod corpus
[illegible] possit [illegible] sacerdos. Cum igitur sacerdotes sua sublimi dignitate [illegible]
[illegible] celestis principes [illegible] Cui assimilabimus eos nisi ex
celestissime

virginis genitrix dei Nam sicut ipsa sancti spus obumbracione per quinque verba
concepit filium dei qui dixit fiat michi secundum verbum tuum Ita sacerdos dicens quinque
verba conficit verum corpus xpi Quam dignitatis excellenciam admirans beatus
augustinus ait O veneranda dignitas sacerdotum in quorum manibus filius
dei velud in utero virginis incarnatur Cui intra celum alludens Bernhardus
in tractatu de dignitate sacerdotali dicit In hoc sacrificio celum miratur
obstupet terra horrescit infernus contremiscit Reveretur plurimum angelica
celsitudo Secundo dignitatis sacerdotalis sublimitas attenditur in possessionis
donacione Propter enim eorum excellentem dignitatem donavit eis deus suum terrestre
patrimonium et hereditatem scilicet decimas ceteras et oblaciones tanquam dijs alterius
et filijs hereditarijs Ipsi enim sunt dij et filij excelsi omnes ps lxxxj hij
sunt enim quibus dictum est deutron xviij Non habebitis partem inter
eos ego enim pars et hereditas vestra Tercio attenditur eorum sublimitas in tu-
tela et proteccione Ipse enim eorum specialis tutor est et protector Nam tuetur
eos et protegit et sub pena dampnacionis eterne precepit per prophetam nequis illos
eos audeat offendere vel molestare dicens Nolite tangere xpos meos et in
prophetis meis nolite malignari Ubi glo Qui tangit vulnerando sacerdotem
similis est iudeis qui xpm plagis affligentes vulneraverunt In hijs et in
alijs compluribus hec veneranda sacerdotalis dignitas attenditur Que ea sacer-
dotes considerantes primo deum honoret se humiliando Secundo eum
ament sibi gracias reddendo Tercio eum timeat peccata fugiendo Et hec de primo
sacerdotalis autem potestatis immensitas patet ex multis Primo quia habent potestatem
corpus xpi conficere Nam dictum est eis voce veritatis Luce xxij Hoc facite
in meam commemoracionem Solis enim sacerdotibus hec maxima auctoritas collata
est Solis ingenij quia nec angelis nec alicui homini preter solos sacerdotes Et dixi
maxima auctoritas Magnum quidem est ex aliquo aliquid aliud facere Maior
est ex nichilo aliquid facere Maxima ex creatura creatorem conficere Secundo quia habent
potestatem peccata hominum dimittere quia dictum est eis Johannis xx Quorum remi-
seritis peccata remittuntur eis In quo tanta habent potestatem quod nec deus omnipotens sic
omnipotens remittit ut velit remittere peccata hominum sine sacerdote Excepto articulo mortis
In quo scilicet non potest haberi copia sacerdotis Tercio habent potestatem aperire celum Ipsi
enim sunt clavigeri regni celestis Nam eis collate sunt claves regni celorum Math
xvj Quarto demones ab obsessis effugare Math x Dedit eis potestatem
spirituum immundorum ut eicerent eos Quinto langwores corporales similiter Marci
ultimo Super egros manus imponent et bene habebunt Math x Dedit eis potestatem
ut curarent omnem langworem et infirmitatem Sexto habent potestatem graciam spus
sancti subditis instillare donare act viij Tunc imponebant manus super
eos et accipiebant spiritum sanctum Ex hijs et alijs potestatibus laude dignis clare patet
quante excellencie et immensitatis sit potestas sacerdotalis Tercio dicitur puritas pre-
ciositas patet ex hoc quia ipsi sunt genus electum regale sacerdocium gens sancta Ipsos
enim elegit deus in mundi constitucione ut essent sancti secundum apostolum Ideo
quilibet de se potest dicere Custodi animam meam quoniam sanctus sum Ideo quod eciam
de quolibet possit dici illud Jeremie primo Priusquam te formarem in utero novi
te et antequam exires de vulva sanctificavi te Propter quam sanctitatem reges et
principes ceteri et simplices cum aliquod beneficium accipere sacerdotum ab
eis recipere volunt genua sua terram eis humiliter flectunt Et quia sunt
ergo utiles Nam utiles sunt deo angelis hominibus et animabus in pur-
gatorio Deo quia eum glorificant angelis quia eos letificant hominibus
quia eis a deo graciam impetrant iram et vindictam dei mitigando animabus
in purgatorio quia eos de penis liberant Propter quod dicit Beda Sacerdos
existens sine peccato et in bonis propositis non celebrans privat sanctam trinitatem
gloria angelos et sanctos in celesti ierarchia leticia homines in ecclesia

militate laborantes consilio et gratia animas in purgatorio degentes liberando et
venia. Et hec omnia vos sacerdotalem dignitatem potestatem et sanctitatem animad:
vertens concilium etiam Cartaginense statuit quod episcopus in quocumque loco residens
stare presbiterum non permittit videlicet non paratus. Nam et Christus dominus noster summus pontifex
apostolos ymmo quos sacerdotes fecit non servos sed amicos appellavit Iohannis xv.
Quapropter quilibet sacerdos propter eius excellentem dignitatem debet honorari. propter
eius immensam potestatem debet amari. propter vite sanctitatem debet timeri et
venerari. Sed modernis temporibus propter primum sed dignitatem non honorantur
et non mirum. Quia enim modernis temporibus ad dignitates et maxime ad beneficia
non promovetur nisi pueri ydiote et indocti consanguinei servi:
cium curati promoventur nisi pueri ydiote et indocti consanguinei servi:
tores ambitiosi mundane conversationis secularibus se negociis implicantes
et tedii vite abhominabiles. Et non solum promoventur sed et violenter intruduntur
Quibus enim fere promovetur nisi malis operibus veniunt aut per sanguinem aut per fa:
vorem aut per subordinacionem aut per corrupcionem aut intrusionem aut in missio
sunt digni honore. propter secundum vero sed immensam potestatem non amatur. Et cum
eam saltem fideliter valde rarus administrat. Teste Gregorio super illud Luce
x°. Messis quidem multa operarii autem pauci dicens. Iam messis multa sed
operarii pauci. quod sine gravi merore loqui non possumus quia etsi sunt qui
bona audiant desunt qui dicant. Ecce mundus plenus sacerdotibus est sed
tamen in messe dei valde rarus invenitur operator, quia officium quidem sacer:
dotale suscepimus sed opus officii non implemus. Hec ille. Et ecce non imple:
mus. Nam quis mirum quidem plerumque et indoctus qui plus docere debet quam
docere. Sed novem ubi sunt, quomodo ergo tales insufficientes amare potest. propter
terciam sed vite sanctitatem non habetur in reverencia. Cum enim vite sancti:
tatem sed vite sanctitatem non habetur in reverencia. Tunc enim vite sancti
tas. Que modernis temporibus in sacerdotibus honestas impletur illud prophete
Osee xv. Et erit sicut populus sic et sacerdos. Et utinam non pejor. Et non
mirum. Nam ubi regnat habundancia panis et ocium, que fuerunt occasiones
peccandi Sodome et Gomorre. ibi regnant multa mala. Sed in sacerdotibus
modernis temporibus regnant predicta. habundant enim in bonis temporalibus. Et quod super est
non dant pauperibus propter quod habundantes facti sunt. Ergo dediti sunt. Ita
non querunt que dei sunt sed que sua. Et habundancia superbiunt et lasciviunt
et ideo ad omne malum proni sunt. Ideo si ergo sacerdotes volunt honorari si
amari si et timeri dignitatem addeant debitam potestatem exerceant et in
sanctitate ambulent honorifice. Nam propter dignitatem qua nostram regimus ancola
regimus propter potestatem qua subditis sacramenta ministraverit ancola confessorum
propter sanctitatem quam fratres multa sustinuerit ancola martirum in regno
sempiterno regnabimus. Fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo.

In hoc verbo ostenditur Christum esse regem mirabilem cuius honoris. Ipse enim est qui
ut in psalmo dicitur facit mirabilia magna solus, qui etiam suos deducit in via
mirabiliter. Ecc. v. De ipso dicitur in psalmo. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus
super omnes deos. hos ac potius eius re et cum propter primus est altissimus omni
potens et rex metuendus nimis super thronum sedens et dominans. Cuius
regnum apparet mirabile. primo ex hoc, quia omnia que subiecta sunt ei sunt
ordinate ideo quod omnia sunt in numero pondere et mensura. Sapiencie xi. Hoc enim
Regina Saba in regno Salomonis dixit esse mirabile quod omnes servi
ordinatissime serviebant ei. iii Regum x. Secundo apparet ex hoc esse
mirabile quia licet omnia que sibi subiecta sunt habent qualitates et naturales operaciones
tamen operantur ut in omnibus eius obediant voluntati. Et ideo
in psalmo dicitur Ordinacione tua perseverant dies quoniam omnia serviunt tibi. Unde
licet sol ex natura habet moveri semper tamen quandoque stetit paratus voluntati divine
Iosue x°. Aqua ex natura habet defluere tamen stabat quasi murus ad dexteram
et ad sinistram Iudeis per mare transeuntibus obediendo. Exodi xiiii°.

ut de alijs multis. Secundo regnum eius apparet mirabile quia in rebus corruptibilibus immutabiliter preservat. Sol enim oritur et occidit, oritur homo nascitur et moritur omnia per successionem continuam rerum defluunt, et tamen super hijs omnibus regnum domini manet in eternum potestas enim eius potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur Daniel vij. Dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum psalmo lxxi. Est quo regnum dei regit omnium. Regit enim in celo in mundo in inferno. Imperat angelis. Precipit hominibus, et demonum potestatem palmo concludit. Unde ad apostolus dicit ad philippenses 2°. Quia ei flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum. Tertio excellit dominus deus dicitur rex hominum, quorum est rex racione gubernationis et conservationis. Licet enim omnia causat, tamen hominem excellencius. Licet omnia gubernat, tamen hominem de bonis maioribus providet. Licet omnia conservat et sustentat verbo virtutis sue ad hebreos i, tamen hominem conservat ad potiora bona consequenda. Est enim homo finis omnium rerum. Omnia namque que creavit deus in hominem redeunt ut in finem. Deus autem facit seipsum ultimum finem hominis. Et homo utendo omnibus istis que ad ipsum ordinata sunt venire possit ad hoc ut finaliter assequatur deum et fruatur eo. Et propter hoc, quia homo debet ad finem tendere nobiliorem quam quevis alia creatura, ideo deus providet ei de bonis potioribus quam contingunt aliis creaturis, ut de cognitione de dilectione de donis. Unde et providit homini custodiam angelorum, providit ei reges huius mundi protectionem et tutelam. Quia ut dicit augustinus. Non homines propter reges fecit deus, sed reges propter homines fieri admisit. Licet credendum sit hoc esse ex aliquo defectu hominis quia deus vult homines regi per angelos et reges, ideo quia eos per seipsum regere non possit. Sed venit ex hoc secundum augustinum libro de civitate dei ut angeli et reges ac alii rectores perciperent consolationem ex hominibus beneficiendo eis hoc quod essent cooperatores salutis ipsorum. Voluit tamen deus quod filium suum mitteret in carne in hominibus disponere sibi specialem regnum ad quod innuens dicit hic sanctus Johannes. Et fecit nos regnum. Quia enim deus latuit in homine fuit enim ipsi deo humanato vincendi dyabolum et auferendi eius in hominibus regnum. Nisi enim caro obumbraret dyabolus eum non aggrederetur. Unde glosa super Canticum Egredimini filie syon et videte regem salomonem in dyademate quo coronavit eum mater sua, id est humanitate quam habuit a matre. Et sicut dicit apostolus Si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Aggressus est autem demon dominum, sed succubuit et regnum amisit. Et hic ergo tangit que Christus pugnavit cum dyabolo, quia in hijs consistit regnum suum et dominium in hominibus. Nam licet non dicitur christi Johannis xviij Regnum eius non est ex hoc mundo, quia non est visibile neque mundanum neque corporale, tamen est in hoc mundo. Super nos enim qui sumus in hoc mundo regnat salvator mundi. Primo aggressus est eum dyabolus tunc cum persecutionem iudeorum tempore sue nativitatis contra eum excitavit. Tunc enim deus erat innocens, humilis pauper et tamen incepit austeritatem vite. Tunc pastores cognoverunt ipsum esse regem angelorum et hominum. Et hoc divulgaverunt luce 2. Tunc gentiles visa stella cognoverunt ipsum esse regem hominibus deputatum. Unde venientes iherusalem quesierunt dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente et venimus adorare eum mathei 2. Tunc Symeon palam eum fuisse lumen promissum gentibus et missum hic ad gloriam plebis israel ostendens ipsum fuisse dominum messiam promissum in lege et prophetis. Ideo dyabolus excitavit contra eum herodem qui stratagema erat et omnis iherusalem cum illo. Et deus fugit in egyptum et credendo conservavit ea quibus fiende dyabolus severabat videlicet innocentia paupertate humilitatem austeritate et fide

illam quam exiguus puerulus plantaverat in cordibus multorum. Et hec in
incepit per victoria pro qua pecuniam que deus debebat sui dominii in hominibus
reparare, quia hec et in processu temporis et in sermonibus et in operibus dilatabat.
Secundo aggressus est eum in deserto ubi volebat eum percutere peccato
gule et tibi delectationem sicut primum hominem decepit. Tertio pecunia elationis
et superbie, videlicet quod ipse met de celo est electus. Tertium pecunia avaritie quo to:
tum fere mundum solet involvere. Hec autem omnia deus decepit, ad innuendum
quod ei subiecti debent vivere in sobrietate et paritate in humilitate et subiectione. Secundo
paupertate voluntaria, et quod pro hiis virtutibus obtinendis contra illa vitia debent
bellare, quia hec vitia sunt fontes ex quibus profluit universitas vitiorum. Dicit
enim Iohannes in canonica 1 Iohannis 2. Omne quod est in mundo aut est concupi
scentia carnis aut oculorum aut superbia vite. Tertio dyabolus aggressus est
eum tempore quo cepit predicare, videlicet exacerbare ceco et facere miracula. Stimulum
concitavit tunc contra Christum aliquos qui contradicerent suis doctrinis, et aliquos qui
impugnaret fama sanctitatis eius, et alios qui miracula calumpniarentur. Vo:
lens per hoc Christi fidem et eius ministerium et rebus in fontibus annullare,
sed dominus hec omnia decepit ad ostendendum quod credentes doctrina militat zelo
... et quod ... suo domino volens
... imitatoris sue vite, contra est multum ... et ... obstantibus quibuscumque talem
... et in doctrina et imitatione debere firmus ... ... si deus carne
... Ambrosius in libro de fide ... ... ostendisset
suscepta solam quam ... ... summo ... immobilem ostendisset
... suscepta carne temptatus est et ... ... passus ... ut
sciret quemadmodum temptatus vincerem, quemadmodum passus evaderem. Vicit
per continentiam ... ... infirmam
... ... est ... est ... ... querens salutem
... ... in humanitate assumpta
... ... Solum ... et
... suis ... omnibus adversitatibus ... ... putatur quod deus et rex ...
... ... et domino sunt ... ... adhuc sunt ...
et legifer solum hab ... ... Sathanas aggressus est
operatus est salutem in medio terre. Iudeos etiam illos quibus bene fecerat
dominum tempore passionis quia omnis iudeos ... ... liberati sumus ligatus
... eum ... unde detectus est, quia ... ... deturpa
est, qua ligatura soluti sumus, detextus est multipliciter ... qua vilificatione
... nos ornati sumus. Vilificatus est ... qua vilificatione nos ... sumus
honestati sumus. Vexatus est ... ... vexatione nos ... ... ad ... capitis
vulneratus est a planta pedis per totum corpus usque ad ... capitis ... sumus
quibus vulneribus sanati sumus. ... affixus est ... crucifixione ... sumus
... est ... morte vivificati sumus. Lanceatus est et de eius latere
exivit sanguis et aqua quibus abluimur et redempti sumus. Sic ...
hec ... pro nobis passus est deus ... ... sine quibus remanere
... in intellectibus. Unde Bernhardus dicit in libro de stimulo amoris
domine sine morte tua morior. Sine vulneribus tuis vulneror. Sine
... tuis ... Sine tuis flagellis ... non ... ...
flagellor. Hec ille. Non ergo Christi passio et mors erat quid infirmum, sed po:
tentissimum aliquid quia ... eidem. Cum ligatus est vincula ...
dirupit, cum ... ... potentissime ligatur. Moriendo mortem destruxit
In sepultura infernum spoliavit. Tertio ... ... regno in hominibus
... enim ... ... a mortuis resurrexit, dans nobis omnibus ...
... ... in talibus omnibus si quis nobis eveniret quod ipse passus
est, cum imitatorem credentes ad hoc ut semper in novitate vite am:
bulaverimus et partem spiritualem habeamus. Unde Gregorius in registro

Epistola cc xxix comprehendit ex hoc quod xpus incarnatus in carne sua exsoluit. Secundo
ex hoc, quia ex toto orbe unum gregem adduxit seu congregavit. Tertio ex hoc
quia omnes qui in grege sunt in uno ovili esse voluit. Quarto ex hoc quod sub
se uno pastore pascua [illegible] constituit. Ergo solliciti simus unitatem spiritus
in vinculo pacis. Nulle sint amplius inter nos et deum inimicitie, quibus
peccatis comparemus. Nulle sint inter nos discordie quibus a grege domini
separemur. Nulle sint inter nos secte quibus ovile scindemus. Ad nullas
defectiones aspiremus, non quod nobis a xpo rege nostro relicte sunt, quia non in solo
pane vivit homo sed in omni verbo quod etc. [illegible] Gregorius 34 moralium
ponit differentiam inter dyabolum et eius regnum et xpm et eius regnum. Dyabolus
est rex super omnes filios superbie. Cristus autem est rex omnium humilium et
illorum qui mites sunt et mansueti. Alia ergo precepta dyabolus dat suis
servitoribus et alia xpus. Primo dyabolus dicit: Super astra celi exaltabo solium
meum, ut omnes sui ad exaltacionem anhelarent. Sed xpus omnibus
qui a paradisi gaudiis expulsi sunt dicit: Ecce ego venio et habito in
medio tui. Dyabolus dicit: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis.
Cristus autem dicit: Ego sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio
plebis. Dyabolus dicit: Ascendam super altitudinem nubium. Xpus autem cum in forma
dei esset exinanivit semetipsum formam servi accipiens. Dyabolus dicit: Videbis omnia
regna mundi, tibi dabo potestatem hanc et gloriam eorum, quia mihi tradita sunt et cui
volo do illa. Cristus autem dicit: Non possum ego a me facere quicquam, sed
pater in me manens ipse facit opera. [illegible] quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram
vel ad sinistram non est meum dare vobis. Dyabolus dicit: Eritis sicut dii scientes
bonum et malum. Cristus vero loquitur: Non est vestrum nosse tempora vel momenta que
pater posuit in sua potestate. Dyabolus ut persuadet hominibus divina despicere
[illegible] dicit: Cur precepit vobis deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?
Scit enim quod in quocumque die comederitis aperientur oculi vestri et eritis sicut dii.
Sed xpus ut persuadet subiectionem et obedientiam et voluntatem divinam loquitur:
Non sicut ego volo, voluntatem meam [illegible]. Dyabolus per membra sua loquitur: Nullum pratum
sit quod non pertranseat luxuria nostra. Coronemus nos rosis, ubique relinquamus signa
leticie. Sed xpus in suis membris pronunciat dicens: Plorabitis et flebitis vos, mundus
autem gaudebit, vos autem contristabimini. Dyabolus incitat sibi subditos [illegible]
[illegible] cupiditatem, metus, timore [illegible] societate cum elatis [illegible]
potentum [illegible] se erigere et semper culmine celsitudinis appetere. De eis
dicitur: In profundo [illegible] in affectu cordis. Cogitaverunt et locuti sunt
nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt. Sed xpus venies ad
sputa, ad alapas, ad colaphos, ad spineam coronam, ad crucem, ad lanceam
et ad mortem membra sua amovet dicens: Si quis vult venire post me ab-
neget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Si enim mihi ministrat me
sequatur. Cum ergo dominus et redemptor corda regat humilium, [illegible] est ut
qualibet volens esse sub regno suo, [illegible] sit humilis. Quilibet enim quendam
titulum portat [illegible] quo ostendit sub cuius sit potestate. [illegible] hec ibi Gregorius.
Regnum igitur xpi consistit in virtutibus, et fidem, spem ac caritatem habet et firmiter
[illegible]. Lex eius regni iustissima, gloria fidelissima, premissiones que
bonos [illegible] sunt immense beatitudinis. Conminationes que malos terrent
sunt eterne punitionis. Qualia dona accipiunt [illegible] in illo regno? Certe
dona [illegible]. Quibus virtutes [illegible], quia beatitudinibus. Quales
fructus percipiunt qui beatificantur, quia fructus spiritus qui sunt caritas, pax et gau-
dium in spiritu sancto. O quam gloriosum est hoc regnum, quod est regnum omnium seculorum.
Nullum enim fuit seculum, aut etas in qua non viguisset istud regnum, nec fine
umquam accipiet. [illegible] luce, quoniam regni eius non erit finis. [illegible]
a gente in gentem propter enormitatem hominum [illegible] transfertur a nobis

regnum et dabitur genti facienti fructum eius. Videte quod hoc regnum fuit prius in
parentibus ut in abel enoch et aliis et translatum est in domum et familiam
noe quem vidit deus iustum esse ex omnibus gentibus. Hinc inde venit in
gentem licet parvulam quia in personam abrahe cui deus fecit promissiones
multas et legem dedit ei circumcisionis. Et ad tempus illud regnum multiplica-
tum est in hominibus quia et lex data est per moysen de faciendis et non fa-
ciendis de iudicandis et vindicandis et de pluribus sacrificiis. Sed transla-
tum est hoc regnum de antiquum in novum iuxta illud apostoli translato sa-
cerdotio necesse est ut et legis translatio fiat. Nam christo domino cessantibus figuris
[illegible] successerunt mandata nova sacramenta efficatiora. Quod
quidem regnum christi morte liberatum est. Iohannis 8. Si filius vos
liberavit vere liberi eritis et veritatem cognoscetis et veritas liberabit vos.
Et resurrectione roboratum. Si enim christus non resurrexisset inanis fuisset
fides nostra. Ait apostolus 1 ad Corinthios 14. Et ascensione sublimatum. Iuxta illud ad
Colossenses 3. Que sursum sunt querite non que super terram ubi christus est in
dextera dei sedens. Que sursum sunt sapite. Et spiritus sancti gratiis infusionem
[illegible] Iohannis [illegible]. Cum venerit paraclitus ille vos docebit omnia et suggeret vobis
Et per apostolorum predicationem dilatatum. Nam in omnem terram exivit sonus
eorum et in fines orbis terre verba eorum. Item et hoc regnum translatum
est a iudeis in gentes. Iuxta illud. Ea repulistis verbum dei et iudicastis vos
indignos vite eterne. Ecce convertimur ad gentes. Actuum xiii. Videte quod
regnum hoc stare non potest. Dividunt se homines quotiens volunt a fide
per heresis. Dividunt se ab unitate fidei per sectas. A mutua dilectione
caritatis per scandala. Ab unitate legis suas iustitias volentes statuere.
Dividunt se a spe eternorum gaudentes in suis mediatoribus nullos cessare.
Unde fidei regnum illud diu laboratum est pro extinctione huius regni. Navi-
cula quomodo quatiebatur fluctibus. Sed nunquam subversa est. Et quoties unum
credebant eius regnum delevisse. Toties refloruit et pervenit ad augmentum.
Ps. augustinus. Iuxta illud psalmi. Sepe expugnaverunt me a iuventute mea
Et ad senectutem non potuerunt. Nunquid deo eorum [illegible] pervenit ad senectu-
tem. Nunquid delere potuerunt. Quia expugnare non cessaverunt. Et quidam mitto
sanctus dicit. Expugnando exercuerunt me et non offendere valuerunt. Qui sic ipse de
[illegible] quilibet ab illo rege
[illegible] tulit non in timorem [illegible] boni et
[illegible] per [illegible]. Sed enim in hoc regno mixti boni et
mali. Et in malis gentibus [illegible] quo [illegible] christo non colligit dispergit
[illegible] hoc regnum quo ad [illegible] persona desolatum est [illegible] tam desolari non
potest [illegible] divisionem in se [illegible] et [illegible] inter dispersatores ut
[illegible] fidei [illegible]. Christus enim
fidelis quis inveniatur. Et si invenitur non [illegible] mercede sua. Christus enim
rex [illegible] bono et fidelis [illegible] in quibus
homine est [illegible] regni regis id est rex [illegible] lex est sapientia [illegible]
amor. [illegible] sunt [illegible] inferiores. [illegible] lex dei [illegible]
ponit omnia [illegible] omnia ordinat et moderatur lege di-
vine sapientie qui omnia pondat ut sunt. Et nulli [illegible] amor inordinato affici-
[illegible] bonitatis eius [illegible] bona minora ad maiora maiora
ad eterna. Talis namque homo [illegible] inferiores pati sunt [illegible]
obedire. Et [illegible] quilibet talis rex dicitur [illegible] ut dicit augustinus. Omnia [illegible]
omnia corrigit. Et sub rege celesti omnia confert ad divina. Et ad ea
que sunt eterna. Talis ergo quilibet rex [illegible] quia sedendo in solio regis
sui dissipat omne malum intuitu suo. Non enim permittit aliquid peccatum
regnare in corpore suo. Non admittit sensualitatem obedire carnalitatibus.
Nichil permittit fieri quod prius esse precepit. Non exhibet membra ad malum
iniquitatem

Unde dicit Augustinus super Johannem sermone [illegible] Si insurgit ira non
dat linguam ad maledicendum non dat manum ad feriendum
Non admittit iram irrationalem venire in membra immo etiam omnia
membra ne moveantur in ministerium frenentur peccati Cuius rationem subiungit
dicens Ira sub maiori imperatore est cuius domator est sui Et ideo frenat
iram et cohibet gruppam Talibus regibus dicitur in psalmo Et nunc reges
intelligite erudimini qui iudicatis terram Servite domino in timore et exul-
tate ei cum tremore Apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta Et
utilitas talis unde dicitur rex quia habet in se regnum illud de quo Matthei vi
Adveniat regnum tuum Tunc enim in nobis dicitur regnum dei Unde Augustinus li-
bro de civitate dei quamdiu adversus dyabolum militamus tamdiu donec ipse Christus ponat
inimicos suos sub pedibus suis Tunc regnum Christi est in nobis tunc sic vivimus
ut illo regno in quo perpetua pax est digni simus Cum vero homo rationem
non intuetur regulas divine sapientie sed eam flectit ad interiorem miseriam
tantum semper ipsius affectus et amor incidit in consuetudinem quanto plus
afficitur cupiditate [illegible] quam debet affici quia aliquid plus amat quam sua bo-
nitas requirit quia in aliis rebus delectationem quesivit et eam non refert
ubi debet referre tunc meretur nomen regis amittere Unde Isidorus ubi supra

Refert nobis regnum et sacerdotes etc. Cuius supra dictum Salvatore talis
regnum regnum dominus non sit ex hoc mundo quia non est visibile neque mun-
danum neque corporale actum est in hoc mundo Super nos enim quamvis in hoc
mundo simus et in nobis regnat Salvator mundi Et pro istius regni dispositione
et conciliatione duas habet in hoc mundo potestates unam regalem aliam sacerdotalem
Regalem quidem Unde Gregorius in registro in epistola quam regi Francorum
destinavit orator regis describit dicens Quam quam divinitas accepisti
Solicitam mente custodi Sanctam fidem in populis tibi subditis extende
Zelum tue rectitudinis in eorum gubernatione multiplica subditorum mentes
exhortando terrendo blandiendo corrigendo et exempla boni operis ostendendo
edifica ut illum retributorem invenias in celis cuius cognitionem et nomen
dilatavimus in terris Ex qua auctoritate colligitur Quod reges vicarii et ministri
regis Christi in hominibus constituuntur Regis enim est ut idem dicit epistola xi a
providere quatenus ad dei cultum quatenus ad ecclesiastica regimina quatenus ad honorem
sacerdotum dinoscitur pertinere etc. Similiter officium sacerdotale constitutum est per
conservationem regni Christi in hominibus Ipsi enim ut Gregorius in registro dicunt
lapsos in peccata erigere Reconciliandi veniam requirendi omnem communionem
peccatores ad gratiam revocare Ipsi dicunt ad dominica festa apparere ut in
peccatores ad gratiam revocare Ipsi dicunt ad dominica festa apparere ut inde
diripiendum lucrorum debitum relinquere Ipsi eos quibus presunt dicunt hortari et
inducere ut deum cui serviunt agnoscant ut in eo totum spem ponant
ut eum toto corde tota mente et omnibus viribus diligant ut ei omnibus
modis studiose obediant. Dati sunt sacerdotes in officium ministerii ad con-
summationem sanctorum in edificationem corporis Christi ad hoc ut eradicet vicia
ut seminent doctrinam semina ut plantarent virtutes ut putaret a
virtutibus hominibus superfluitates ut eos semper deducerent ad renovationem
ad reparationem et ad reflorendum Data namque sunt eis sarmenta in di-
spensationem ad hec omnia pagenda et grumandum Revera magnum hoc offi-
cium Ipsi enim illos qui seipsos obliviscuntur in memoria dicunt hec ne-
gligentes impulsare torpentes stimulare amoris inflammare ut seipsos ex seipso
non curat impendere sicut recte quod dicit inpulsatum Gregorius hinc inde
in epistolis suis registro Hoc dicit Jeronimus contra Jorge Quod sacerdotes quod officio dicuntur
intendere predicatori vero quod quam predicandi preceptum est Levitici id xl et ysaie Cla-
ma ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam Non apostolis et aliis in eis pre-
cepit predicare et testificari quia ipse est a deo constitutus iudex vivorum et mor-
tuorum Actus x°

Dixi Marci ultimo. Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creature. Et
Sapie xiii. Dicitur omnes vani esse in quibus non est scientia dei. Vani dicuntur
quia vanitatibus intendunt et non hiis que sunt in laudem dei et salutem animarum.
Et Augustinus dicit libro i de civitate dei. Nos pro officio competit predicare religiosa preferre
celesti magisterium docere et pro diviniis legibus obsequi, et diversis diversa impe:
dire incrementa. Nam sicut eadem caritas sic et eadem predicatio quosdam
parturit, cum aliis infirmatur, alios curat edificare, alios contremiscit offendere
ad alios se inclinat, ad alios se erigit, aliis blanda, aliis severa, nulli
inimica et omnibus mater. In ea duo continentur. Lux id apostoli. Per evangelium
ego vos genui, per eam ablactamur. Primo Petri ii. Quasi modo geniti lac
concupiscite ut in eo crescatis in salutem. Per eam nutrimur et vivimus. Quia
non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Math. iiii.
Et ut dicit Glosa super illo Osee iiii. Conticuit populus, quia non habuit sacerdotem
ubi non fit doctrina silent homines a laude dei a gratiarum actione a peccatorum
confessione. Dei legem repellunt et sacerdotum impetum annittunt. Et allegat id
prophete. Quia tu repulisti scientiam, repellam et ego te ne sacerdotio fungaris in
[illegible]. Ut non habeas sacerdotes qui te doceant cultum dei. Unde dicitur Trenorum ii.
Repellit dominus altare suum, maledixit sanctificationi sue et tradidit in manus inimici
regem et sacerdotem. Ex quo sequitur quod sacerdos non excusatur a vitio si
sit ignarus in dei verbo quia sic non predicat et transgreditur divinum preceptum quod
est officium sui, videlicet ex dictis. Et ideo dicit Gulielmus in eruditione. Cum predicare
nesciunt, nomen sacerdotis non usurpent. Ex quo non sit eum ex quo inde
nesciunt sacerdotes ignorantes et tunc habent officium sacerdotale. Unde Glosa super
illo Osee iiii. Quia tu repulisti scientiam etc. Quia tales non funguntur sacerdotio
legitime, quia non ad utilitatem populi nec ad honorem dei. Et allegat Augustinum.
Dicitur ignorantia sacerdotis est mors plebis. Unde de rigore iustitie re:
pelli debent ne officio fungantur, ex quo nesciunt satisfacere subditis de ne:
cessariis ad salutem. Dicitur in prima Petri iii. Parati ad satisfactionem omni po:
scenti vos rationem de ea que in vobis est fide, quia nisi sint tales non sufficiunt
ad regimen populi. Et cum ne tamen hic videatur nimis durius est ad:
vertendum quod sacerdotes ad diversa officia deputantur. Nam aliqui deputantur
tantum ad missam legendam, videlicet in multis religiosis, et hii tenentur scire continentiam
ut ipse proferat, ut debite attentet et adminus teneatur intelligere quod legit.
Aliqui autem deputantur ad administrationem sacramentorum et talibus ultra illa tenentur
scire quod sit debita materia sacramentorum, que debita forma verborum cuiuslibet sacramenti. Et quis
debitus ritus sacramenta dispensandi, aliqui autem deputantur ad docendum alios
ut sunt predicatores et hii tenentur esse experti in doctrina fidei et legis et in
hiis que pertinent ad correctionem exhortationem admonitionem et in aliis que officium
predicantis continent. Et quia in hiis gradus differunt, ideo excessus eveniunt. Unde Thomas
super tertia, aliis autem ad curam plebis deputantur et isti ultra illa omnia tenentur
scire discernere inter lepram et lepram, tenentur scire circumstantias circa interrogationes
peccatorum et eorum circumstantias. Et debent habere discretionem circa iniunctiones sa:
tisfactionum ut sciant que pena est iniungenda pro capitalibus, que pro aliis
mortalibus, et que pro venialibus. Valde ergo debent esse experti in scientia divina et etiam
in scientia practica negotiorum. Ex quo non solum debent providere subditis de spiritualibus
sed etiam de corporalibus alimentis. Et si nesciunt solvere questiones difficiles que ad
scientiam pertinent eminentem, sufficiat eis quod sciant que sunt casus difficiles. Et
quod tales casus sint discretioni ut se de eis intromittant sine consilio superiorum.
Hec est sententia Raymundi circa titulum viii libri iii. q. prima. Et Augustinus
de vera et digna arte ad renatum. Melius est homini fateri se nescire quod
nescit quam in heresim vel dampnatam incidere vel novam condere.

dum tamen audire defensam quod nescit / Gregorius in de cura pastorali / Sacerdos non
predicans vocem dei tacit se attendit. Nam sacerdos ingrediens vel egrediens moritur
si de eo sonitus non audiatur, quia iram contra se detulit videlicet attendit si sine
sonitu predicationis incedit. Et non solum doctrina verum etiam vita debet clarescere. Nam ut
Isidorus de summo bono libro 3o. Doctrina sine vita arrogantem reddit, vita
sine doctrina inutilem facit. Sacerdotis predicatio operibus confirmanda est, ita quod do-
ceat verbo instruat exemplo. Nichil enim turpius quam si bonum quod quisque predicat
sermone, explere negligit opere. Ex quo sequitur tertio. Cum alium de flagitio
intendit increpare, hic a noxa atque vitio se studeat mundare, quia alioquin se ipsum
Unde Vbertus Gregorius 2e. exortatur dicens quod non debet homo ducatum suscipere, qui
nescit homines bene vivendo precedere. Et subdit. Cum ad hoc eliguntur ut aliis
presint, sic preordinantur dignitate, ita premineant claritate et medicina, alioquin
sine virtute presunt qui meritorum nulla gratia ab aliis distinguntur. Nam pravitatem
Vita pastorum subditis fit offendiculum et cursus prelatorum suo exemplo
multos a statu perfectionis retrahit. Et est 20. quia vulnerato pastore, quibus curandis
ovibus adhibet medicinam. Vel quo eos clipeo tuebitur qui iaculis
hostium sese feriendum exponit. Et talem fructum arbor producit pro cuius ra-
dice que inficitur peste infecta est, quia prius agitur sunt purgandi per quos aliorum culpa
debet corrigi. Augustinus Vbertus Gregorius libro xiiii moralium. Reprobentur ut ad conscientiam
vel sua ipsa corrigant et tunc aliena reprehendat ille. Dico ergo cum Isidoro
de summo bono libro 3o. quod non debet honorem ducatus suscipere qui nescit subditos
... vite melioris precedere. Et est ratio cum Gregorius in de cura pastorali. Ca
cum pastor per abrupta graditur ad precipitium grex sequitur. Tenetur
ergo quilibet vir ecclesiasticus incedere in virtutibus. Et signanter in caritate humilitate
et castitate. Ad caritatem hortatur apostolus ad Ephesios 3o. dicens. Estis in caritate
radicati et fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit lon-
gitudo latitudo sublimitas et profundum. Nec mirum. Hec enim est virtus
sine qua nichil valent parum alie prosunt. 1. Corinthios xiii. Si linguis hominum loquar
et angelorum caritatem autem non habeam, nichil mihi prodest. Ipsa non sola
est via qua pervenitur ad patriam. Est ergo caritas fons proprius cui non communicat
alienus. Etenim est habitus mentis quia deus omne id quod est diligit et
quod omnem iustitiam complet et perficit. Nam ipsa est virtutum perfectio. Ipsa est
Vnde petrus per omnibus virtutibus donis caritatis homines fideles confortatur
dicens. Ante omnia in vobismet ipsis mutuam caritatem continuam habentes. 1 petri 4.
Augustinus super canonica Johannis dicens. Cuius habes si non habes
... hoc solum habe et implesti
caritatem ubi nil deficiunt et si alia non habes hoc solum habe et impleisti
legem, quia plenitudo legis est caritas. Romanos xiii. Sine enim caritate nulla est
... vita. Dicit magister in 2o distinctione 21. Nam ut Augustinus in
libro Retractationum c. 8. licet homo ex libero arbitrio sponte cadere potuit, non tamen
consurgere potest sine caritate. Ratio quia consurgere a vitio est, a deo constitui ea
quam amisit. Et ista non restituuntur homini per liberum arbitrium tamen sine gratia
quod deo per Nam ... amittit homo ... quandam spiritualem divinitatis
similitudinem. Hic patet per beatum Augustinum ... Et tenebre eum
non comprehenderunt. Hoc incurrit gratie annichilationem. 3o amittit ydoneitatem
ad vitam eternam. Nullum autem istorum est restitutum nisi per caritatem sine
gratiam. Et hec inspexit Job propheta cum dixit spiritus vadens et non rediens.
Nec mirum. Voluntas non hominis non est libera cum cupiditatibus vincitur
non est libera ad bonum non liberata fuit. Non autem liberatur nisi per gratiam
caritas in cordibus infunditur. Dicit Augustinus in epistola ad Anastasium
et assumitur per magistrum libro 2e distinctione 26. Cum autem data fuit gratia
... bona per illam non est fructus ad bonum qui non surrexit a
... radice caritatis. Augustinus in enchiridion, quia omnium bonorum mater est. Augustinus

Nam ait Greg in moralibus Caritas est tota voluntas ab omnibus terrenis
penitus aversa insuperabiliter omnibus ex vera Deum complacit avida in omnibus ff
invicta effusus celestium preceptorum palma victorum mors timium vita
virtutum sed bonorum multorum primum preceptorum sine qua nullus deo placuit
signum qua nisi potuit aliquis petrus fructuosa in penitentibus leta in proficientibus
gloriosa in perseverantibus ex qua quicquid boni operis est viget hec ille etc
Sed heu iam modicus habitus in sacerdotibus non secundum virtutes suam possessionem
Unde Hugo de claustro anime dicit accessit ad illum petrus dicessit et iudas
accesserunt et iudei crucifigentes attendunt et nostri sacerdotes ut ea que offerre
deberent in mensa domini offerunt in mensa dyaboli ut sicut legem domini sed
vacantes otio comessationibus ebrietatibus terrenis inhiant terrena sapiunt in
plateis assidui in ecclesia rari etc in velociores leporibus ad congerendum terrenis
hic ad votandum pauperes libentius porrigunt pane tam quam panis et postea
subdit hii sunt quorum thalamus tota est ornatior mensa altari paratior
cyphus calice speciosior equus missali carior camisia alba delicatior etc
quo obscuratum est aurum mutatus est color optimus hec ille Nos autem non sic
sed simus ambulantes in caritate quam omnis extollit virtutes I Cor xiii hic quibus
ad caritatem et ad humilitatem adhortatur quemlibet nostrum dominus dicens Mathei xi
discite a me quia mitis sum et humilis corde Ipse namque dominus humiliat semet
ipsum formam servi accipiens ad Phil ii Ideo ipse non elatos sed humiles vult
habere ministros qui exaltabuntur Nam qui se humiliat exaltabitur Luce xiiii
Et Bernardus hec est forma domini humiliare ut exalteris in exaltatus humiliare
Unde eciam humilitas tantum meretur quod ea virtus multum in virtute possidere volunt
regnum dei Unde id Salvator Mat xviii Nisi efficiamini sicut parvuli et humiles
non intrabitis in regnum celorum Sine enim humilitate audeo dicere nec
virginitas Marie deo placuisset Augustinus Bernhardus super Missus est Ad humi-
litate autem nil tantum efficacit hominem indulgentie sicut cogitando in ipsius
Unde Bernhardus in meditationibus volens unumquemque hortari ad co-
gnicionem sui ipsius sic dicit Integritatis tue curiosus esto explorator et in-
quisitor tuam quotidiana discussione examina attende diligenter quantum proficis
vel deficis qualis sis in moribus qualis in affectibus quam similis deo
vel dissimilis Considera et stude teipsum cognoscere quia multo melior et lauda-
bilior es si teipsum cognoscis quam si te neglecto cursus siderum virtutes herbarum
complexiones et naturas animalium cognosceres et omnium celestium sint et terrestrium
cognicionem haberes hec ille Et super Cantica sermone xxxvi Nemini dubium quod
cognicione salvari de quo initium nostre salutis humilitas oritur porro ad se
humiliandam animam nil invenire virtutis seu accomodatius potest quam
si se in veritate invenit tamen non dissimulet non sit in spiritu eius dolus Statuat
se ante faciem suam nec se a se avertere abducat Nonne ita se intuens
clara luce veritatis inveniet se in regione dissimilitudinis et suspirans misera
quam iam latere non poterit quod vere misera sit Nonne cum propheta clamabit
ad dominum In veritate humiliasti me Nam quo non vere humiliabitur in hac
vera cognicione sui cum se perceperit oneratum peccatis mole huius mortalis corpore
aggravatam terrenis intricatam curis carnalium desideriorum fece infectam cecam
curvam infirmam implicatam multis erroribus expositam mille periculis
mille timoribus trepidam mille difficultatibus anxiam mille suspicionibus
obnoxiam mille necessitatibus erumpnosam proclivem ad vicia invalidam
dam ad virtutes Unde huic iam extollere oculorum quo iam levare caput potent
Nonne magis convertetur in erumpna sua dum configitur spina Convertetur
inquam ad lacrimas ad gemitus ad planctus convertetur ad dominum et in hu-
militate clamabit Sana animam meam quia peccavi tibi Sponso convertens
ad dominum recipiet consolacionem quia pater est misericordiarum et deus totius consolacionis
qui consolatur nos in omni tribulacione nostra Et sermone xxxvii dicit Et que-
admodum ex noticia tui venit in te timor dei et humilitas sic ex.....

ex ignorantia tui superbia. Sic autem parit superbiam tibi ignorantia tui, cum me-
liorem quam sis deceptrix et decepta tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quippe
est superbia, hoc initium omnis peccati, cum maior es in tuis oculis quam apud deum
quam in veritate. Et ideo qui prius peccavit hoc grande peccatum, dyabolum loquor,
de ipso dictum est quia in veritate non stetit sed mendax est ab initio, quoniam
quod in sua cogitatione fuit, non fuit in veritate. Quid si in eo discordaret
a veritate ut minorem se inferioremque putaret quam veritas haberet, excusaret
eum sua procul dubio ignorantia, et minime reputaretur superbus, nec tam
inveniretur inexcusabilis ad odium quam humilitas fortissimis ad gratiam.
Cum enim in quo statu unumquemque nostrum habeat deus cognoscemus, ne sup-
ra vel infra sedere deceremus, veritati in omnibus acquiescentes. Illud autem
quia consilium hoc posuit tenebras latibulum suum et silentio absconditum est a nobis,
certum ut nemo sciat si est dignus odio vel amore. Iustius tutiusque profecto
iuxta ipsius veritatis consilium novissimum nobis locum eligamus, de quo postea
modicum cum honore superius educamur, quam presumamque altiorem, unde cedere
mox oporteat cum rubore. Non est periculum quantumcumque te humilies, quantumcumque
reputes minorem quam sis, hoc est quam te veritas habeat. Est autem grande
malum horrendumque periculum, si vel modice plus vero te extollas, si vel
uni vel in tua te cogitatione preferas, quem forte tibi parem veritas iudicat
aut etiam superiorem. Quemadmodum si per ostium transeas cuius superliminare
nimium bassum sit, non nocet quantumcumque te humiliaveris; nocet autem si vel
transversi digiti spacio plus quam ostium patitur te erexeris, ita ut
impingas et capite quassato collidaris. Sic in anima plane non est
timenda quantalibet humilitas, horrenda autem nimiumque paveda vel minima
temere presumpta erectio. Quamobrem noli te homo comparare maioribus, noli mi-
noribus, noli aliquibus, noli uni. Quid enim scis o homo si unus ille
quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, cuius vitam sceleratissimam
atque singulariter feditissimam horres et propterea illum putas spernendum, non
modo pre te qui forte iam sobrie et iuste et pie te vivere confidis, sed
etiam pre ceteris omnibus sceleratis tanquam omnium sceleratissimum: quid scis inquam
si melior et te et illis mutatione dextere excelsi in se quidem futurus sit,
in deo vero iam sit? Et propterea non mediocrem nec vel penultimum nec ipsum
saltem inter novissimos eligere locum nos voluit. Recumbe inquit
in novissimo loco, ut solus videlicet omnium novissimus sedeas, teque nemini
non dico preponas, sed nec comparare presumas. Hec ille etc. Ad castitatem autem
nos animavit dominus per prophetam dicens: Mundamini qui fertis vasa domini,
Ysaye 52. Nam si ministri et dispensatores legalium que gratiam non confe-
rebant sed eam promittebant et significabant, caste ac pure vixerunt, quia cum
vicem in ebdomada vicis sue ministrare debebant, in templo dormiebant ne uxo-
ribus permiscerentur, a fortiori dispensatores sacramentorum nove legis in quibus
gratia confertur et que dant salutem, unde ac caste vivere tenentur. Unde
et beati Augustini super psalmo 121. Urbanus papa 2 inquit: Erubescant,
considerent et intelligant iudicio sancti spiritus eos qui in sacris ordinibus presbiteratu,
diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si caste non vixerint excluden-
dos ab omni eorumdem graduum dignitate. Et item: nemo ad sacros ordines
permittatur accedere nisi aut virgo aut probate castitatis existat. Sic est in septa
quemadmodum constitutum. Et beatus Gregorius statuisse legitur ut nullum ordinare
presumat episcopus nisi qui se castum vivere promisit, 32 di. Nemo. Sed
remedium ne modo visitetur illud Osee 4: Et erit sicut populus sic et sa-
cerdos; immo forte melior est modo populus quam sacerdos, iuxta dictum Ysaye 56:
Speculatores illius ceci omnes, quia ut recitavit ... sacerdotes non
fugient. Baruch 3. De quibus beatus Ambrosius in quodam sermone sic ait

Ex inordinata et indisciplinata multitudine sacerdotum hodie datur contemptui
nunc et dempcionibus venerabile sacramentum Nam cum deberent esse vicarii apostolorum
et filii petri facti sunt socii iude et ambuli antichristi Unde beatus Bernhardus
in quodam sermone de conversione sancti pauli querulose sic inquit heu
heu domine deus quia ipsi sunt in persecucione tua primi qui videntur in ecclesia
tua primatum diligere regere principatum arcem syon occupaverunt apprehen-
derunt municiones et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio
civitatem Et beatus Ieronimus super mathei scribens et lucas xxv Super kathedram
moysi etc Sic inquit multi sacerdotes et pauci sacerdotes multi in nomine
et pauci in opere Videte ergo quomodo sedeatis super kathedram quia kathedra non
facit sacerdotem sed sacerdos kathedram nec locus sanctificat hominem sed homo
locum Cum bonus sedet super kathedram honorem accipiet ab illa qui male
sedet iniuriam facit kathedre Sin iudicio cum sedebis si bene vixeris et bene
docueris omnium iudex eris Si autem bene docueris et male vixeris tui solius
dampnator eris bene vivendo et bene docendo populum instruis quomodo debeat vivere Bene autem do-
cendo et male vivendo deum instruis quomodo te debeat condempnare Ideo malus sa-
cerdos de sacerdocio suo crimen acquirit non dignitatem Hec ille. Et beatus Gregorius
in registro sic inquit Causa ruine populi sunt sacerdotes mali Quibus enim
ipsi se pocius intercessores obiciunt si sacerdos quem orare debuerit peccatorem co-
mittat hec ille. Ex quibus omnibus patet quod ... nitens vite puritate
in conspectu summi regis potest dispensare omnia sacramenta nove legis Unde
apostolus ad Thitum primo dicitur Oportet episcopum esse sine crimine irreprehensibile
sicut dispensatorem dei Quod
sobrium pudicum benignum prudentem etc sic dispensatores nove legis dicit
hinc dominum generaliter extendit se ad omnes dispensatores nove legis ad episcopum tantum
enim in epistola ad Heliodorum Ne quis minimus intellexisset ad episcopum tantum
senciat apostolum fuisse locutum quid diaconibus videntur precipiat quid sacer-
dotibus satis claret dicit enim dyacones similiter pudicos non bilingues
non multo vino deditos non turpilucros habentes misterium fidei in consciencia
pura hii exhibeantur primi et sic ministrent nullum crimen habentes Ve illi qui
vestem non habens nupcialem et ingreditur ad cenam Nichil superest nisi
ut statim audiat Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem
et ille obmutescente dicitur ministris Tollite eum et ligatis manibus et
pedibus proicite in tenebras exteriores Ibi erit fletus et stridor dencium Ve
illi qui acceptum talentum in sudario ligans ceteris lucrum facientibus id tantum
quod acceperat reservat Illico indignantis domini invidiam clamor ferietur
Serve nequam quare non dedisti pecuniam meam ad mensam ut et ego
veniens cum usuris exegissem hoc deposuisses ad altare quod ferre non po-
teras Dum enim tu ignavus negociator denarium tenes alterius lo-
cum qui pecuniam duplicare poterat occupasti. Quamobrem sicut hii qui
bene ministrant bonum sibi gradum acquirunt ita qui indigne ad altare
dominum attendunt Domini corporis et sanguinis rei erunt etc Crisostomus super
matheum Unusquisque pro suo merito remuneratur Sacerdos
... aut pro bonis aut pro malis accipiet mercedem Habet enim pro bonis propriis aureolam
et pro adquisitione aliorum aureolam etc

Ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen

Precedente specificacione prerogativarum Ihesu christi de civitate vere attestaremus
scilicet testis fidelis Secundo de virtute invicte potestatis quia primogenitus mortuorum
Tercio de sublimitate regie dignitatis quia princeps regum terre Quarto de munifi-
cencia sue pietatis quia dilexit nos etc Consequenter ponitur alia perducta dei
filio optativa attributa glorie et laudis tamen dicitur Ipsi gloria. et cetera dicitur
tot et tanta nobis fecerit beneficia et talia Ideo ipsi gloria id est laus honor
maiestas scilicet ut laudetur a bonis pro beneficiis collatis Et imperium id est potestas scilicet
ut timeatur a malis Vel ipsi gloria quia glorificat electos ex sua misericordia

Et imperium qz condempnat reprobos et eorum iniquitas. Soli enim deo honor et gloria
i. ad thy. i. Vel in gloria. Gloria in se honor a creatura. Imperium qz omnia
et thor eternalis deo confertur in secula seculorum. Et queritur tamen eternitas
est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio ut ait boecius v de conso-
latione. Quare ipsa vltima glorificatio dicit hic in plurali in secula seculorum. Item quare
duplicat. Et non ait simpliciter in secula. Et ad istud respondet anshelmus in
prologio c. i. xxi. quod seculum dicitur in singulari ob indiuisibilem vnitatem secula in
plurali ob inestimabilem immensitatem. Vnde et de deo dicitur Gregorius super
in psalmo anni tui non deficient. Et alibi melior est dies vna
in atriis tuis super milia. Et est sensus secundum ipsum quod in secula sed eternitate que
dicuntur seculorum sed tempore. Sicut enim seculum temporis continet omnia temporalia. Ita
eternitas omnia secula temporum. Iter ille. Secundum hugonem vero super ecclesiasten
in principio secula sunt duo quidam et est progressio in melius sicut cum
dicitur tantorum tantorum seculum seculorum. Sicut enim seculum seculorum
a seculo videtur excellere quantum seculum solum a momento et momentum a nichilo
Et sunt progressiones in deterius. Sicut tamen dicitur vanitas vanitatum ut exponit
ibi. Secundum ipsum ergo geminatio denotat excellenciam ut flos florum etc.
Secundum ipsum ergo geminatio denotat excellenciam ut flos florum etc.
hugo Subdit confirmationem dicens. Amen. Sicut enim ait augustinus super iohannem
omelia xli. Amen quod dei verbum est. Sed eliphas est dicens Et interpretatur vero. Est
enim nomen hebreum. Et mansit non interpretatum ut honore secretum velamento
et consummatio etc. ab dicitur a domino ut et gemmator comedes. Et est ut papias et
secreti sensus dicitur a domino ut et gemmator comedes. Et est ut papias et
de simili modo loquendi hec. ii. pet. vltimo. Ipsi gloria et imperium in secula seculorum
amen. Et per istud refertur vel ad omnia premissa vel tantum ad immediate dictum
quod ait Qui dilexit nos et lauit etc. Vnde habemus simile pariter constructa
bonitas filii dei. De qua ut maxime tenemur regraciari et eum laudare. Ipsi
Christi gloria et imperium etc. Et ideo. Ca. deo regraciari vel gracias est actus multum
commendabilis. qz est bonorum ipsa operacio preceptorum augmentatio diuitie
prestatio et veritatis vite duratio. Secundo ergo deo regraciari est ipsa operatio
bonorum. qz ad nichil aliud vacat nisi ad deum laudandum. Et collatio
bonorum. qz ad nichil aliud vacat nisi ad deum laudandum. Et collatio
bonorum et regraciandum Et tunc bonum est illud actionem adiscere ergo nos
in effectum corporis vnice constitui ad curiam regis adiscitur domini curiales curie
teneamur. Secundo nos conueniunt in futuri conversationes adiscere ut sicut
qualiter nos in patria decamus hic. Apoc. v. Laudem et letitia inuenientur
in ea et gratiarum actio et vox laudis. Ipse quod apostolus ad rom. xv nos admonet
dicens unanimes vno ore honorificetis deum et patrem domini nostri ihesu christi
Qualis autem laus ista debeat esse docet beatus augustinus super psalmum c. 1 et 6 dicens
Non solum vox tua sonet laudes dei sed et opera tua concordent cum voce
tua. Cum ergo voce cantaueris silebis aliquando vita sit cantus ut numquam
sileas. Negocium agis et fraudem cogitas siluisti a laude dei. Et quod
grauius est vero solum a laude siluisti sed in blasphemia incidisti. Cum enim
deus laudatur de bono opere tuo opere tuo laudas deum. Et cum blasphematur
deus de malo opere tuo opere tuo blasphemas deum. Et vtique ad virtutem conuer-
tendum. Cetera voce corde ne sileas vitam ne taceas. Nullo cogitas in ne-
gocio fraudem. Appelles Cum manducas et bibis appelle non intermiscendo
sonorum suauitates ad aures aptas sed modeste et frugaliter et parce
manducando et bibendo. qz hoc dicit apostolus Siue manducatis siue bibitis
siue aliud quid facitis omnia in gloriam dei facite. Si ergo bene agis
quod et manducas et bibis et ideo refectionem corporis sumis reparandum quod prebuit
gracias agens ei qui prebuit tibi mortalia et fragilia ista supplementorum solacia
et cibus tuus et potus laudant deum. Si non modo hoc debitum immode-
rationis vorantis excedas. Si vero vino sletiore ingurgitas corpus. Iam
laudes dei lingua tua sonet. Vita tua blasphemat etc. Et c. 4. Considerans
aduenit et cum dominus non te continet nulla continencia a quiete tua

et immortalia sonum tui laudat dominum. Si ergo laudas, non tantum lingua cantes, sed etiam
assumpto bonorum psalterio, quod bonus est, & psalmus. Laudas cum agis negoti-
um. Laudas cum cibum et potum capis. Laudas cum in lecto requiescas. Lau-
das cum dormis. Quando ergo non laudas? Proficietur ergo in nobis laudacio dei cum
ad illam civitatem venerimus que effecti fuimus equales angelis dei, quando nulla
nos corporalis necessitas vlla ex parte sollicitet. Non fames, non sitis interpolat,
non estus fatigat, non frigus astringit, non febris decutit, nec mors finit. Ad
illam perfectissimam laudem exercemus nos isti laudando in operibus bonis etc. Si
contunc ergo possumus cum dei adiutorio studeamus vt quem dominum laudamus vocibus
sic etiam bonis operibus collaudemus. Melius est enim tacere quam dominum laudare et
peccata committere. Qui enim laudat dominum vita sunt et lingua votibus piis et bonis
operibus dupliciter in se provocat gratiam dei. Qui enim vero non prevalent dominum lau-
dare vocibus, laudent bonis operibus, assiduis oracionibus et sanctis cogitacio-
nibus. Hec ille. Secundo deuota gratiarum actio est bonorum a deo preceptorum
augmentatio. Sic enim dominum magnum provocamus ad dandum maiora si de acceptis
gratias referimus. Vnde ad locum vnde exeunt flumina sic gratiarum revertantur vt
iterum fluant. Bernhardus super cantica sermone li. Leva eius sub
capite meo et dextera illius amplexabitur me dicit. Non ait amplexatur, sed
amplexabitur me, vt noveris priori gracie adeo non ingratam, vt iam gratie
accionem provenit. Disce in reddendo gratiam non esse tardus aut segnis. Disce
ad singula dona gratias agere. Diligenter inquit considera que tibi apponuntur, vt
nulla dei dona debita gratiarum accione frustrentur. Non grandia, non me-
diocra, non pusilla. Denique iubemur colligere fragmenta ne pereant,
id est nec minima beneficia obliviscamur. Nunquid non perit quod datur ingrato. In-
gratitudo inimica est anime, exinanicio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum
perdicio. Ventus vrens siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordie, fluenta
gracie. Propter hoc denique sponsa mox vt gratiam de leua sensit, gratias egit, non
expectans plenitudinem que in dextera est. Neque enim vbi memorata est levam
iam esse sub capite suo, tamen secuta est a dextera similiter amplexatum,
sed amplexabitur me inquit. Hec ille. Agricola nimirum illum diligenter terram
colit et seminat que vberius fructum reddit. Et quanto ager est feracior
tanto melior semine seminatur. Sic moralis homo est sicut ager dei. 1 Cor. 3.
Dei agricultura estis. Ipse vero est sicut agricola. Iohannis xv Pater meus agricola
est. Quanto ergo persona maiorem fructum per gratiarum accionem rependit
tanto et liberalius deus sua dona effundit. Et ideo optimus modus amplius
impetrandi est gratias agere. Nam dicit Cassiodorus super Mathaeum: Optima beneficiorum
custos est ipsa memoria beneficiorum, et perpetua confessio graciarum. Sufficien-
voluit voluntate patris facere efficitur filius et frater christi [Mathei 12] Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater et soror et mater est. Secundum est quia fraternitas spiritualis coniungit quos caro dividit. Carnalis autem non coniungit quos diversa voluntas disiungit. Iacob namque et Esau quamvis essent fratres carne tamen non potuerunt coniungi voluntate. Unde Ieronimus ait apud sapientes non est corporum gradus aspicienda sed animarum quia non coniungit propinquitas carnis quos diversa voluntas animorum disiungit. Circa quod unum potest queri. Cuius frater sit magis diligendus an frater naturalis an spiritualis. Et videtur quod aliquis fratrem spiritualem magis tenetur diligere quia talem fraternitatem eternam premissis facit caritas vel similitudo vite spiritualis fratres aut naturales solum natura coniungit. Item spirituales fratres ut religiosi fraternitatem spiritualem attrahendo moriebantur mundo et etiam et nascebantur ad esse spirituale. Igitur videtur in talibus nexus carnalis fraternitatis tunc desisse. Item similiores sunt copule mentium quam nexus corporum vel consanguinitatum. Et ad difficultatem dubium supponamus quod frater naturalis non sit bonus vel minus bonus fratre spirituali. Tunc quia multa bona gratuita diligenda sunt in fratre spirituali et nulla vel non tot in fratre carnali, igitur alter plus est diligendus. Verum tamen videtur per ordinem graduum in dilectione quem ponit beatus Ambrosius. Colligitur tamen videtur per ordinem graduum in dilectione. Quia primo diligendus est deus 2o nos ipsi 3o parentes 4to filii fratres et consanguinei 5to domestici 6to inimici. Respondeo ad hoc dubium cum quodam quod spiritualiter ad interiorem dilectionem magis diligendi sunt domestici boni vel spirituales fratres quam etiam mali fratres aut filii quia ut dicit interiori affectu debeo illos diligere quam istos et hoc propter sanctitatem religionis et eius maius premium. Exteriori vero dilectione teneor magis providere meis filiis et consanguineis etiam si pessimi sint quam domesticis bonis in casu quo isti et illi similiter indigent. Ita quod sanguineis non provideatur ad sufficientiam vel taliter quod habundantes [illegible] vel in honoribus constituti derelicti fuerint. Cuius contrarium faciebat hodie multi timeo perdunt animas suas et consanguineorum suorum. Alibus autem dicitur [illegible] et quantum ad affectum vel exhibitionem exteriorem et quantum ad effectum plus teneor diligere affectum interiorem malum filium seu fratrem meum plus teneor quia si quis alium quemcumque licet etiam ille optimus esset. Ricardus contrarium est quia si quis dicit quod plus teneor diligere illum propter bona spiritualia que in illo sunt. Eadem ratione teneor fratrem meliorem in quo talia non sunt vel multa sunt ad videndum autem quod vellem plus diligere quam meipsum quod non videtur. Sumitur autem sit in presenti sentiendum est advertendum quod iste terminus diligere multipliciter dicitur per Alanum in libro de generibus misteriorum. Nam cum primo diligere sumitur 1o pro dei predestinatione sicut ibi Iacob dilexi. Secundo sumitur pro apparere sicut ibi dilectissimi nostra 3o diligere est sic dilectos ostendere pro apparere seu exhibere sicut ibi hic est discipulus quem diligebat Ihesus vel maxima seu exhibere [illegible] sic omnis creatura sicut dilectionis ostendit. Quarto sumitur pro laudare. Quinto idem est diligere deum negative. Sexto est velle vel appetere ut cum dicimus diligo vinum et appeto. Septimo sumitur optative quod desiderare alicui bonum et sic generaliter videtur sumi. Plus diliget proximus gratias agere ut cum plus dimittitur vel maius bonum confertur. Plus diligendus est magis gratias agere. Ex quibus concludit Alanus quod plus diligendus est comparative conferens bonum etiam pro malo. Et hoc 2o modo sumendo diligere comparative plus diligi debet quam conferens. Et illo etiam modo minimus qui minor beatus plus debet diligere beatum Petrum quam seipsum. Et similiter quilibet homo meliorem se plus [illegible] diligere debet. Tamen dicit Alanus plus diligere deus fratrem exhibitive scilicet exhibendo ei bona temporalia. Sequitur in littera. Et prosperitas in tribulatione. Et in hoc per carnales et vere amicos. Multi enim sunt fratres admodum fratrum se habentes aliis quidem sunt in [illegible] in mundana tranquillitate sed in adversitate [illegible] sunt ut [illegible] Nobiscum fratres mei preterierunt me. Et propter hoc fratres habent sicut beatus Iohannes non fuit talis frater sed frater et [illegible] adheserunt eum.

Marginal notes: nota; R[esponsio]; diligere / [illegible]; [illegible]

v̄ socius in tribulacione prover. xvii Omni tempore diligit qui amicus est et frater in angu
stiis approbatur. Iste igitur et particeps in tribulacione illam sustinendo. Sequitur et regno
scilicet ad quod pervenitur nisi post tribulaciones 2 cor. 1 Sicut enim socii fuistis passionum
et consolacionum 2 ad thi. 2o Si sustinebimus et conregnabimus ymmo per multas
tribulaciones oportet nos intrare in regnum celorum act. xiiii et ii thi. 3 Omnes qui
pie volunt vivere in xpo persecucionem paciuntur. Sequitur et paciencia scilicet contra opprobria
perferenda. Jacobi. 1 Nam vero non omnis paciencia laudabilis est. unde 1 pet
Nemo vestrum patiatur ut homicida aut fur aut maledicus Si autem ut xpianus non
erubescat. Ideo addit in xpo ihesu. Glosa Et hic huius ego et vos paciam
quod fuimus in xpo id est qui fuit nobis exemplum pacie. Et in hoc innuitur in sustinendo
[illegible] Unde glosa exemplo xpi qui cum malediceretur non maledicebat. Et cum
pateretur non comminabatur. 1 pet 2 Cum esset ovis ad occisionem ductus. ysaye liii
Ecce ergo sanctus Johannes fuit frater sine fictione [illegible] innuitur caritas. Ecce
particeps in tribulacione. ecce sufferencie stabilitas. quia particeps in regno [illegible] fidei et
spei virtus. quia in paciencia ihesu xpi. ecce virtuosa longanimitas quia propter iusticiam
et veritatem sustinuit tribulaciones ad imitacionem ihesu xpi Math v Beati qui
persecucionem paciuntur propter iusticiam 1 pet iiii Si quid patimini propter iusticiam beati
Secundum Haymonem. In hoc loco duo sunt simul coniungenda scilicet tribulacio
et paciencia que pertinent ad caput et ad membra Regnum autem solummodo ad
caput. particeps ergo fuit Johannes in tribulacione et paciencia. Ecce pro xpo
passus est colaphos et verbera [illegible] beatus Johannes quod flagellatus
legitur in actibus apostolorum et a domiciano missus in fervens olei dolium
Ad ultimum ab hominibus separatus est. particeps quoque fuit in paciencia. quia sicut xpus
pater sustinuit passiones et suos persecutores diligebat pro quibus et orabat dicens
Pater ne statuas illis hoc peccatum non enim sciunt quid faciunt luce xxiii
Ita et beatus Johannes diligebat eos qui ei mala inferebant et orabat pro illis
Regnum autem eius secundum haymonem pertinet ad caput scilicet xpum qui est re
gnum eternum sanctorum suorum. Neque nunc aliud regnum dicitur est suis electis
hoc scriptum quibus dicturus est illud Math xxv Venite benedicti patris mei
percipite regnum quod dicat Venite mecum regnaturi per tribulaciones in capite. quia ergo
regnum vestrum id est hoc regno dixit ipse iudeis Regnum dei intra vos est
luce xvii. Considerandum denique est eundem quia in tribulacione se dicit iohannes participem
scilicet in tribulacione in regno et paciencia. Scilicet medium locum regnum tenet ut possideri
nisi hinc tribulacio construit et illinc paciencia defendit. Tenet enim locum
[illegible] fidelium quod non perveniunt ad regnum premium nisi per tribulacionem
et pacienciam. luce ultimo Nonne hec oportuit xpum pati et ita intrare in gloriam suam
Quod beatus Bernhardus dicit Xpistus per passionem et mortem tamquam
per portam angustam intravit in gloriam suam ostendens nobis per multas tri
bulaciones intrare debere in regnum dei. Delirant ergo qui sine passionibus et tri
bulacionibus presumunt intrare in gloriam alienam. cum xpus sine hiis non intravit
in gloriam suam. Sic oportebat multa pati illum cuius naturale est regnum. multo magis
nos quorum non est regnum nisi de gracia oportet per multas tribulaciones intrare
in regnum celorum. Exemplum habemus de omnibus sanctis et electis xpi quia omnes
per viam tribulacionis et voluntarie passionis pervenerunt ad regnum celorum
Est ergo mirum si quis nollet intrare per portam per quam rex suus intravit
Unde Bernhardus Caput nostrum per passiones et angustias celum intrare
videmus et nos eius membra [illegible] alia itinera somniamus monstruosa
res est si per unum foramen caput transire videmus. per aliud corpus pudeat
sub spineato capite membra fieri delicata. [illegible] Hereditas quoque transit
ad heredes cum suo onere [illegible] autem hereditati beatitudinis eterne annexum
omnis tolerancia passionum et cum istud onere habuit eam xpus. habuerunt
eam apostoli habent eam omnes fideles et dicit apostolus Rom viii Si autem filii et heredes

Primum

Solitudinem etiam vult assequi qui nullam pati tribulacionem. videtur esse et xº dignior
et apostolis sanctior et cunctis fidelibus melior. Simplex est igitur homines in hac
vita, sed tribulari tendentem ad celestia. Illam enim soli consequuntur qui legittime
certant. Quid autem stabimus si desit quod impugnet. Quid in eum victoria
si non sim in pugna. Ergo deus misericorditer nobiscum agens ut nos tribulacionibus:
imbuens exercitari, ut quod virtuosis operibus non potest a nobis extorquere saltem la:
boriosis tribulacionibus obtineat a nobis deus. Et ideo ut ait Bernhardus
Sed ut mare fluctibus, ita nec hominis vita potest carere temptacionibus. nec potest
pax firma et solida esse nisi in regione sua. Tot enim temptacionibus plena est
vita nostra, ut non immerito tota ipsa temptacio debeat appellari. Cum ergo
Secundum beatum Augustinum sermone de auguriis. Permittit deus sua gratia dispen:
sacione super nos tribulaciones et flagella diabolus exercere, id est ut nos probet
si boni sumus, id est ut corrigat si peccatores. Sed qui patienter dispensacionem dei
toleraverit. pro dei voluntate patitur coronam accipiet si iustus, indulgenciam
si peccator. ut habetur ibidem. Ex quo patet quod tribulaciones iustorum veniunt eis in profectum
psalmus xxxiij Multe tribulaciones iustorum et de hiis omnibus liberavit eos dominus
secundum dominum patiam ne murmurent. Luce 21. In paciencia vestra possidebitis animas
vestras. et constanciam ne succumbant. ad Hebreos xi fortes facti sunt. Victoria ut
de hostibus triumphent scilicet dyabolo carne et mundo. Ex quo sequitur quod inter
Quedam etiam temptaciones acerbissime et magis periculose quam alie, ut hesitacio
in fide katholica, desperacio de dei misericordia, spiritus blasphemie contra deum et sanctos eius
Et temptacio sibimet inferendi manus et perimendi. Et quidam perplexitates
periculose consciencie, medicinale consilium non admittentes. Que devotis et religiosis
hominibus occurrunt si utuntur salubri remedio non augent eorum dampnacionem
sed vite exitum et coronam. Diligit enim devotos homines malignus spiritus
quos non potest ad carnalia flectere per temptaciones spirituales intendit subvertere. Et ita
obicit homini ut de trinitate personarum dubitet, de unitate divine essencie, de
Christi incarnacione, de sacramento corporis et sanguinis Christi, et aliis que sunt fidei katholice
Aliquando suggerit ut propter multitudinem gravissimorum criminum spem salutis non habeat
Quandoque ingerit ut cogitet aliqua inordinata et indecencia contra deum et sanctos eius
Quandoque sic temptacionem hominis argumentis implicat et quantumque partem eligat
periculum vel periculum evadere non possit. Contra quas dantur ista remedia
Primo quod tales temptaciones non timeantur, nam magis ad meritum proficiunt
quam ad detrimentum. Secundo quod pacienter
pacienter dum eis consensus non [illegible] vel sensualitas tribularet
toleretur. Tercium si sathanas aliquid suggerit ut eis resistatur, quia est hoc magis con:
Quarto quod non tractetur raciocinando ut eis resistatur. quia per que abstractus
fiat [illegible] inflammant. Sed ad talia secunda se convertat homo per que abstractus
possit obliviscere sue passionis. Sexto ut orationibus suis et aliorum bonorum
hominum divinum imploret remedium. Quinto ut ad sacra scripturam per quam
solvuntur omnia dyaboli sophismata recurrat, et ad aliquem doctum et
timentem deum se consultat. Tunc nisi remediis istis utitur. Sibi temptaciones
huiusmodi nocere non poterit sed prodesse. Unde Gregorius loquens de predictis tempta:
cionibus ait. Temptaciones contra fidem et de spiritu blasphemie et consimiles
nec fugere possumus, ut conquisito vincere quia quanto magis insequimur, nosmetipsos
et disputamus cum ipsis, tanto plus eorum rabies extenditur. Sed nec curande
sunt nec timende dummodo non consenciatur eis. et pareant earum infestacio
quasi quoddam dyabolicum susurrium supportetur. quod aliter suspensionem non potest
Et Bernhardus. Non enim solebant bonis esse periculose tales temptaciones. Sicut sepe
consciencia future mercedis comparabiles. Patet ergo quod tales acerbissime temptaciones electe
proficiunt. non dicunt stetim dum temptacionibus obruuntur ut murmurare
contra deum. Ita dicit Gregorius in registro 3 li 6. Dum patimur, murmurare
contra deum in corde non est admittendum contra deum. forte nisi in peccatis contra deum aliquid quod
unde nos clementi amaritudine vult puniri. Secundum Remigium dat

Ca

Epla lxvi dicens athenis oneribus tribulacionum oppressa non deum minuere nos
debet ne post amissionem rerum et sanitatis anima paciatur dispendia. Et ille
est magis ad deum clamare ut det pacientiam et constantiam talia vincendi. Cum
ab ipso est paciencia ut dicitur in ps. lxi° nec pt haberi sine speciali dono gracie divine. Dicit
Sanctus Thomas ij ij q. 136 ar 3° Ita sic dicit aug in libro de paciencia vis de:
sideriorum facit tolleranciam laborum et dolorum. Et nemo nisi pro eo quod delectat sponte
suscipit ferre quod cruciat. Et huius racio est quia tristiciam et dolorem rem se abhorret
animus. Unde nunquam eligeret eum pati propter se sed solum propter finem. Patet ergo quod
illud bonum propter quod aliquis vult pati mala sit magis volitum et amatum
quam illud bonum cuius privacio ingerit dolorem quem paciens tolleramus. Quod autem
aliquis preferat bonum gracie omnibus naturalibus bonis ex quorum amissione potest dolor
causari pertinet ad caritatem que diligit deum super omnia. Unde manifestum est quod
paciencia secundum quod est virtus a caritate causatur secundum illud i cor xiii Caritas paciens est.
Manifestum est autem quod caritas non pt haberi nisi per graciam secundum illud ad
Romanos v Caritas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. Unde patet quod paciencia non pt haberi sine auxilio gracie divine, propter quod dicitur
in lra Et paciencia ihu xpi vel in xpo ihu. Circa quod advertendum quod ho:
mines pacientes efficiunt tria scilicet fortitudo vigoris et firmitatis, magnitudo va:
loris et utilitatis et pauquitudo laboris et penalitatis. Primum patet quia teste
Seneca epla 67 paciencia fortitudinis ramus est. Et ideo qui ramum paciencie
voluit habere debet ipso de radice fortitudinis cogitare. Est enim fortitudo sicut quidam
sit lapis qui dicitur amarites. Quia rem plurimum tamquam vestis vel
veste contextus incombustibilem eam facit. Ita procerto illi qui forti:
tudinis lapidem secum habent contextum et annexum solent per pacienciam
taliter roborari quod tunc tribulacionum nequeunt superari. Teste enim eodem
Seneca in proverbiis Universis doloris remedium est paciencia quia pro certo
qui virtutem paciencie perfecte habuit in fluctibus doloribus non dolebit. Et
hoc docet apostolus ad eph. 4 Cum paciencia supportantes invicem. Quasi diceret Ita
debet quilibet mala que ab aliis patitur in paciencia sufferre quemadmodum
vellet mala si inferret aliis in paciencia sustinere. Et hoc est quod dicit Gregorius
in pastorali. Quisquis non tantum quod ab alio toleratur, quantum quod ab ipso tole:
ratur attendit considerat si tanta sunt sua que ab aliis supportantur quanta
illa que sibi ab aliis inferuntur et ita sine dubio aliena levius sustinebit
quia minus quod patitur quam quod aliis infert esse videbit. Patet ergo quod paciente[s]
efficit primo fortitudo vigoris et stabilitatis. Secundo dixi quod pacientes efficit
magnitudo valoris et utilitatis. Agricola enim libenter et paciens sustinet labores
agriculture propter spem fructuum quos expectat. Sic quia propter mundi labores et
tribulaciones fructus eterne glorie expectamus supradictas penas pacienter sustinere
debemus. Jacobi v° Pacientes estote fratres usque ad adventum domini.
Ecce enim agricola expectat preciosum fructum terre pacienter ferens donec accipiat.
ad Ro viii Quod non videmus speramus per pacienciam expectamus. Et ad hoc
monet ad hebr xii° per pacienciam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes
in auctorem fidei consumatorem ihm. Et ad hebr vi Efficiamini imitatores
eorum qui fide et paciencia promissiones hereditabunt. Patet ergo quod pacientem efficit
magnitudo valoris et utilitatis. Tercio dixi quod ad pacienciam debemus movere pauquitudo
laboris et penalitatis. Miles enim et eciam operarius pacienter sustinent labores suos
quia sciunt quod spectus non durabunt et quod in sero deficiet et cessabunt. Multum
enim facit ad pacienciam considerare tempus brevitatis. Unde eciam Seneca dicit quod
maiores timenda erit si nobiscum manere possit, sed nunc est aut quod ne veniat aut quod
transeat. Item Brevia et transitoria non sunt timenda sed magis in paciencia tole:
randa. Et hoc dicitur Eccl. vii Usque ad tempus sustinebit paciens et postea redditio iocundit[atis]

de paciencia

nota

pacientes quid efficit
1
2

= ut non serpiens verit =

3

Primum

Et Job vi dicit adhuc sustinente medicum [illegible] Qr d. pacientia in tribulacionibus est
inda. Qz ad medicum tribulacionis debet durare et cito desistere et cessare. Aug(ustinus)
sup ps(almo) xc dicit consolando hominem in mundi tribulacionibus estuantem. O fili clamare
sub flagellis medicina est non pena, castigacio non dampnacio. Noli depellere flagellum
si non vis expelli ab hereditate. Ut attendas quam penam subeas in flagello
si que locum teneas in testamento. Julius in Vellifera pacientia est virtus
que [illegible] impetus [illegible] portinus. Greg(orius) xi Moral(ium) pacientia non est in prosperis
[illegible] adversitatibus attereit[illegible] a tum a rectitudine non curvatur
ille vero paciens est qui adversitatibus atteritur [illegible] apostolus
Dicitur: fui in insula que vocatur pathmos. Pa[illegible] apocalypsis
totus est de visionibus et revelacionibus in quibus non est omni spiritui credendum
sed probari debent spiritus si ex deo sunt. i Joh. iiii. Ideo beatus Joh(annes) ut ei fidem credat
mandatum suum confirmat multis testimoniis scilicet persona loco cum statu et tempore
Nam Rabanus [illegible] Greg(orius) omel(ia) i super Ezech(ielem) [illegible] prophetie locucionis est ut
prima persona loquens [illegible] Et post modo dicere [illegible] prophecie incipiat
[illegible] ad veritatem solidius credendam ante historie radicem figat, et post
fructus spiritus per signa et allegorias proferat. Beatus igitur Johannes confir-
mati narracione sua personam, qui ego Johannes et eiusdem persone condicionem
et frater et particeps in tribulacione et regno et pacientia in Christo. Condicionem fratris talis
[illegible] loco tam statu et tempore, loco cum se in pathmos insula relegatum
ostendit, causa quare hoc passus sit, qui propter verbum dei, statu qui fuit in spiritu
Et tempore qui die dominica. Dicit ergo primum ad primum specificando locum in quo fuit
visio. Fui in insula que vocatur pathmos. Ut enim dicit Beda et Haymo
historia nota est beatum Johannem a Domiciano [illegible] in hac insula re
legatum. De ferventis olei dolio non adustus [illegible] ut fortis athleta
[illegible] ad insulam pathmos fuit in exilium relegatus Unde [illegible] domino
revelante apocalypsim conscripsit. Et est [illegible] locus qui pathmos insula est
locus remotus a frequencia hominum Et ideo magis aptus ad contemplandum Osee ii
Ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius In quo [illegible] tribulacio
[illegible] dictum est Et [illegible] divina bonitas ac pietas [illegible]
[illegible] aptum est [illegible] misterii [illegible] Joh(ann)is ut
[illegible] tribulacionibus afflicti
dicit Haymo in hoc loco [illegible] persona omnium fidelium [illegible] marcet sine
[illegible] ad gloriam [illegible] Unde Seneca in quadam epistola [illegible] adversitate
adversitate [illegible] nil [illegible] cui nil umquam advenit adversitatis
Non enim licuit umquam [illegible] in tempestate et miles
in acie [illegible] Ideo dicitur Judith viii. Abraham pater noster per multas tri-
bulaciones probatus amicus dei effectus est Sic Ysaac sic Jacob sic Moyses
et omnes qui placuerunt deo per multas tribulaciones transierunt fideles. Unde
Greg(orius) iii Moral(ium) loquens de Thobia ait Nec erat ut [illegible] quanta
[illegible] ad imitandum ceteris innotesceret Unde et glosa dicit h[illegible]
[illegible] insule qui persecucionibus affliguntur Unde et insula dicitur terra
[illegible] in salo id est in mari sita. Et pathmos
undique mari transcepta [illegible] amplius fluet mare quod
[illegible] fretum [illegible] Haymonem [illegible]
dicitur fretum ubi angustia est Et ideo non [illegible] per nomen istius
insule angustie tribulacionis [illegible] quam pacienter beatus Johannes et
ceteri [illegible] Quantum [illegible] in presenti vita affli-
guntur tanto amplius [illegible] celestia manifestantur Unde Paulus
in carcere positus [illegible] ad Philippenses ii
Et Ezech(iel) i Cum essem in medio captivorum iuxta fluvium Chabor
aperti sunt celi et vidi visiones dei. Et in ps(almo) ait [illegible] Tu [illegible]
[illegible] in tribulacione [illegible] tribulacio [illegible] ad [illegible]
[illegible] In tribulacione dilatasti [illegible] in figura. De [illegible] xxxiii dicit
[illegible] inundacionem maris quasi lac sugent [illegible] tribulaciones mundanas [illegible] sustinet

ante

Ca

Job 39 Cui scilicet onagro dedi in solitudine domum et tabernacula eius in terra salsuginis
Quod exponens beatus Gregorius 30 moralium dicit Onager qui in solitudine graditur
non incongrue vitam eorum signat qui remoti a turbis popularibus conversantur
Et infra Sed quid prodest solitudo corporis si defuerit solitudo cordis. Qui enim corpore
remotus vivit sed tumultibus conversationis humane terrenorum desideriorum
cogitationibus se inserit non est in solitudine. Si vero premitur aliquis
corporaliter popularibus turbis et tamen nullos curarum tumultus in corde patitur
non est in urbe. Itaque hiis conversantibus primum solitudo mentis tribuitur ut exurgentem
intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum premat et ebullientes ad infima cu-
ras cordis per superni amoris gratiam restringat omnesque motus importune se offe-
rentium leviumque cogitationum et quasdam circumvolantes muscas ab oculis
mentis abigant manu gravitatis et quoddam sibi cum domino intra se secretum querat
ubi cum illo exteriori strepitu cessante per interna desideria loquuntur. Re-
ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius. Nequaquam enim culmen con-
templationis attingimus si non ab exteriorum cure oppressione cessemus. Neque
nosmetipsos intuemur ut sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit aliud
animale quod regitur nisi ad secretum mentis redeuntes ab omni exteriori perturba-
tione sopiamur. Quod bene figuratum est in adam dormiente de cuius mox latere
mulier processit quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur a rebus visibilibus
oculos claudit et tunc in seipso ut que preesse debeant cognoscant vel que
subesse possint interna distinguit ut aliud in illo sit quod regere prevaleat tamquam
vir aliud tamquam femina quod regatur. Et tali dominus in solitudine locum dedit
ut terrena desideria in carne non premat. Et tabernacula eius in terra salsuginis
Salsugo accendere sitim solet. Et bene viri sancti quamdiu in huius vite taber-
naculis degunt ad supernam patriam desiderii sui quotidianis estibus
accenduntur. In terra salsuginis horum tabernacula perhibentur incessanter
quippe accenduntur ut sitiant sicut et satientur, sicut scriptum est Mathei v
Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Consequenter
subditur causa ob quam fuit in insula missus cum dicit propter verbum dei [illegible]
[illegible] testimonium perhibebat dominus In principio erat verbum. Et propter testimonium ihesu
id est propter testimonium divinitati et humanitati exhibitum ait glossa. Et in hoc
tamquam legatus fuit relegatus. Nam propter hoc quod nolebat christum negare nec
a predicatione nominis cessare fuit in exilium relegatus sicut supra dictum est. Qui testi-
monium perhibuit verbo dei et testimonium ihesu christi perhibuit. Non testimonium
de filio dei quod erat verus deus et verus homo ait glossa. 1 Johannis 1
Quod fuit ab initio quod audivimus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus
et manus nostre contrectaverunt de verbo vite et vita manifestata est et vidimus
et testamur et annunciamus vobis etc. Propter hoc ergo testimonium quod reddebat de verbo
et de ihesu christo contra ecclesiam fuit missus in insula pathmos
propter tribulationem et angustiam quam sustinebat [illegible]. Circa
quam ut dictum est tribulationem [illegible]
quod dicit [illegible] quod et ipsi mali penas pro homicidio [illegible]
in carceribus recluduntur sed non pena facit sanctos sed iusticia [illegible]
[illegible] iustus sed iustus propter iusticiam [illegible] propter [illegible]
iusticiam dampnatur. Unde [illegible] et [illegible] nec deus et discerne causam meam
Dicit [illegible] in sermone [illegible] plurimorum martirum [illegible] est iusticia
[illegible] non delectat nostris [illegible] in omni [illegible] iudicio [illegible]
[illegible] sed [illegible] causa est propter quam [illegible]
[illegible] propter verbum dei et testimonium ihesu [illegible] dicit relegatum fuisse non propter
homicidium et cetera crimina. Erit enim [illegible] quibus dominus dicit Luce vi
Beati eritis cum vos oderint homines et cum separaverint vos et exprobraverint et
eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die
et exultate quia merces vestra multa est in celo. [illegible] patitur

persecucionem et tribulacionem quia divinitatem et humanitatem filii dei predicat fide et
corde . istius eciam est talibus secreta celestia revelabuntur . tunc vero visiones sunt
perveniunt carceris . Ulterius videlicet status videtis tunc dicitur . fui in spiritu
in excessu mentis ait glosa . Ut enim ait haymo . hic eum apte dicitur
non corporaliter sed in spiritu vidisse . non tamen in
spiritum Johannes hanc visionem . non corporalis sed in spiritu vidisse . sed non tamen in
sompnis sed in extasi raptus est . sic et Ezechiel qui cum sederet in domo sua
et senes iuda sederent coram illo ductus est mente in ierusalem Ezech. 8o et
xl vero dicitur in visionibus dei adduxit me in terram israel . Stetit ergo mens
corpus vidit vel audivit vel sensit quod intellexit . nec tamen ipsam
per carnem funditus deseruit . quando hanc revelacionem vidit . Sed spiritu elevante
adhesit mens beati Johannis . et a spiritu docente fuit assumptus spiritus docendus
ideo quod tam magna tam alta tam mistica tamque profunda spiritualiter eius intueri
potuit Apocalipsis xix . Sustulit me in spiritu . Qualiter autem spiritus aliquando tangat
spiritum prophetarum de preterito aliquando de presenti aliquando de futuro aliquando de longinquo
aliquando de propinquo . Gregorius diffuse declarat omelia 1a super Ezechielem
. loquens de Ezechiele et aliis prophetis et tactum est aliquid in declaracione prologi
Item non tantum augustinum et Richardum Spiritus non includitur a corpore abstrahitur
ut spiritus in spiritu esse dicitur . Et quanto spiritus supra spiritum asseritur . Et quamquam spiritus
spiritualis recte asseritur . cum contra
sine spiritu esse dicitur . Nonne spiritus esse in spiritualibus
omnium oblivisci . quia et ipsius est omnium quod in corpore corporaliter aguntur
illis solum intendit per memoriam et intellectum que in spiritu vel circa spiritum
. Richardus libro 2o de contemplacione c. 2
dicitur . Et sic Johannes fuit in spiritu sicut Richardus
et dicit unde hoc est spiritum in spiritu esse semetipsum intra semetipsum colligere
et ea que extra carnem seu eciam in carne geruntur intus penitus ignorare etc.
et ea que extra carnem seu etiam in carne geruntur intus funditus non deseruit
Iam haymonem Johannes in spiritu fuit quia tamen carne funditus non deseruit
Sed spiritu elevatus adhesit mens eius . et a spiritu docente assumptus fuit
spiritus docendus ideo tam mirabilia fuit videre et profunda ut dictum est
Secundo spiritus humanus quamquam intra amoris fervore supra se rapitur . ut merito
spiritus supra spiritum esse dicitur . Unde dicit hugo super angelicam ierarchiam . Amor
amoris est cum spiritus omnia transcendendo despicit preferendi ad amoris
tunc et semetipsum contempnendo relinquit . et in comparacione dilecti se despicit
et mirando fit ut per dileccionis ignem in illum sursum tollatur qui est super se
et per vim amoris copulatur ut exeat eciam a se . nisi cogitat dum solum deum
amat . hic ille . hoc modo petrus fertur raptus supra se . ut dicitur act. 2. petrus
ad se reversus dixit Nunc scio vere etc. / Quod exponens Richardus 4o de con-
templacione c. 13 dicit hoc sane modo imprudens dicitur . Cum petrus longe supra
seipsum transiit . alio-
quin fuit quia longe supra se a semetipso et supra seipsum transiit / alio-
non erat a quo ad se revertetur . Gregorius 2o libro dialogorum c. 8 . petrus quem
angelus soluit . cuius quod mentem in extasi rapuit . extra se et supra semetipsum
fuit quod ad se rediit qui a contemplacionis culmine ad hoc rediit quod in
communi intellectu prius fuit . Tercio spiritus humanus quamquam intimi a semetipso
ex dimidio ut spiritus sine spiritu esse dicitur . Unde legitur libro regum quod postquam videns
Regina Saba sapienciam Salomonis et domum quam edificaverat et cibos
mense eius et habitacula servorum et ordinem ministrancium vestesque eorum et holo-
causta que offerebat in domo domini non habebat ultra spiritum . Quod tractans Richardus
libro 4o de contemplacione c. xiii dicit Nonne recte spiritus dicitur seipsum non habere
qui incipit a semetipso omnino deficere et a suo esse . supra mundanum
quedam et vere plus quam humanum statum transire . et mirabili transfiguracione
spiritus iste ab humano videatur in divinum deiformem transformari ita ut ipse
iam non ipse eo duntaxat tempore quo deo incipit altius inherere . Qui enim
aut adheret deo unus spiritus est . et totus in illud divinitatis archanum

intrat clamans cum propheta Defecit in salutari tuo anima mea etc. Et ille. Vltro ponitur superfluum tenebris ipsius visionis cum dicitur Dominica dies scilicet que deputata est ad contemplacionem diuinam et tempus aptum ad reuelacionem fiendam. Vt enim ait glosa sumpta a beato Gregorio 2° moralium in principio. Et haymo iuxta colloquium tamen sine narracionum cum diuersis temporibus congruit tempus. Sicut est quod abraham in feruore fidei sue angelos meridie vidit Gen. xviij°. Et loth in perdicione Sodomorum vespere Gen. 19. Adam post meridie vocem domini audiuit Gen. 3. Salomon qui sapiens [illegible] in nocte percepit 3° Regum 3. Et iudas non rediturus ad veniam dicitur exisse in nocte a consorcio filii dei et apostolorum Iohannis xiij. Isti ergo in hoc loco per diem dominicam apta fides intelligitur que iam manifestum erat in toto mundo quia ista Iohannes videbat. Iam enim apostoli predicacionem [illegible] vbique. Et iam corporalis vacacio sabbati in spiritualem transierat. Ergo quam Iohannes suggerebat, iam facta in carnalis mortificacionis in lucem spiritus assurgebat. Et omnes electi in die dominica sunt quia ad gaudia future resurrectionis hilarescunt. Vnde et die dominica fuit sublatus lapis ab ostio monumenti. Et postea aperuit dominus discipulis scripturas Luce vltimo. Dies enim dominica que sequitur sabbatum est octaua dies et significat statum eternum quod hoc tempus sequitur ait Augustinus super psalmum vj. Vnde idem Augustinus sermone j°. Vnde die dominica fuit filii dei vera resurrectio Luce vltimo. Item in illa die fuit carismatum diuinorum effusio collata Act. 2. Item hac die fuit archanorum celestium beato Iohanni reuelacio vt dicitur in textu. Ideo electi dei tali die debent esse in spiritu et eleuati ad diuina contemplanda et vacare a similibus laboribus, mundanis occupacionibus et carnalibus voluptatibus ac vacare diuinis contemplacionibus. Vnde Gregorius in Registro dominico die a labore terreno cessandum est atque omnino oracionibus insistendum vt si quid negligentie per sex dies agitur per die resurrectionis dominice precibus expietur. Et Augustinus in quodam sermone de dominica dicit: Veneranda est nobis est hec dies sancta que dicitur dominica. Et ideo dicitur dominica quia dies sola domini est. Reliqui vero dies septimane et hac dies hominis sunt quorum ad seruitutem illi dati sunt. Dies igitur hec constituta dies benedicta dies leticie laudabilis et gloriosa dies felix dies venerabilis dies splendidior sole septies. Hec dies prima in qua visa est prima lux sicut legimus in Genesi Fiat lux et facta est lux. Ex hac enim die religionis dies sumpserit exordium. Dies letabunda in qua conueniunt plebes ad ecclesiam ad celebrandum et ad predicandum. Dies in qua nobis exorta est precipue causa leticie. Dies in qua simul letantur agmina celi et terre sicut psalmista per os prophete cecinit Hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. In hac namque die multa et magna mirabilia pro nostra salute fecit dominus. In die dominica creati sunt angeli ab ore dei. In die dominica resedit archa post diluuium. In die dominica pluit dominus manna de celo filiis Israel in deserto. In die dominica percussum est mare rubrum in virtute dei per manum Moysi et transierunt filii Israel pedibus siccis per ipsum sicca nulla armatorum et terruerit [illegible] domus quorum erat illis murus in dextra ac sinistra ipsum mare. Et iterum percussit Moyses mare et reuersum est in locum suum et submersus est pharao cum curribus et equitibus eius et non est relictus ex eis nec vnus. In die dominica percussa est petra in deserto et surrexerunt quatuor flumina que diuisa sunt in xij et sedauerunt sitim populi. In die dominica in fine mundi natus est Christus ex Maria virgine pro nostra salute. In die dominica post xxx annos baptisatus est Christus in Iordane. Et spiritus sanctus de celo venit super eum in specie columbe. Et vox de celo facta est ad eum dicens Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. In die dominica fecit dominus vinum de aqua in Chana Galilee coram discipulis suis. In die dominica saciauit dominus de quinque panibus quinque milia hominum exceptis paruulis

Nota pro [illegible]

Primum

et mulieribus et impleti sunt cophini de fragmentis. In die dominica dominus noster
Jhesus Christus infernum illuminavit et portas ereas penetravit et vectes ferreos
confregit et Adam cum ceteris sanctis liberavit et infernum clausum dereliquit, inde ap-
paruerunt cum peccata nostra. In die dominica dominus noster Jhesus Christus a mortuis re-
surrexit ut nos in vitam eternam resurgamus. In die dominica post dies
octo venit Jhesus ad discipulos clausis ianuis et stetit in medio eorum et
dixit eis: Pax vobis. In hac nostra die coniunxit dominus pacem inter celum et terram,
inter angelos et homines, inter deum et hominem, inter corpus et animam, inter vetus
et novum testamentum, inter Iudeos et gentes in una fide Christi. Sic apostolus dicit
Ephe. 2: Ipse est pax nostra qui fecit utraque unum et omnibus gentibus
unum fecit. In die dominica misit dominus spiritum sanctum super apostolos in spe-
cie ignis die penthecostes et locuti sunt variis linguis magnalia dei. In die dominica
raptus est Paulus usque ad tercium celum et audivit archana verba que non licet
hominibus loqui. In die dominica dedit dominus apocalipsim in Pathmos insula
Johanni. Iste et nobis credentibus donet vitam eternam. In die dominica dominus noster
Jhesus Christus venturus est in maiestate sua cum sanctis angelis suis et archangelis et cum
universis agminibus celi ad iudicium vivorum et mortuorum. Et congregabuntur ante eum
omnes gentes terre et contremiscet universa terra a facie eius sicut aqua maris flu-
ctuantis etc. Et tunc iudicabit iudicia novissima et reddet unicuique iuxta opera sua
etc. Et cum venit dies do-
minicus est ergo dies ille nobis et metuendus. Hec ille. Ista festinando devenimus re-
minimus, aliud querendum est, id quod est ipsius dei. Ista festinando devenimus re-
ale beatitudinis, non solum futuram sed etiam iam adeptam, quia Christus qui est caput
nostrum qui resurrectionem adeptus est, et credendo vacare deo cogitare de bea-
titudine, id nobis quo eam assecutus est, et eius plenitudine, a quo Christus erit
beatitudine nostra resurrectione et ceterum ad obiectum beatitudinis reconvolvendo in mente hoc
etiam, si caput illud processit et membra sequuntur, dominus quod deo se exhibere
precipimus, quantum certe et ad illius assecucionem appropiare modis omnibus quibus
illam possemus assequi. Et ut Alexander dicit in scripto 3°: hoc est morale illius
precepti quod nullam recipit dispensacionem indeterminate etc. et quolibet tempore deo
debemus vacare debemus, licet quia propter necessitates multiplices huius vite quantum animum
distrahunt hoc fieri non potest, ideo in lege veteri et nova ad hoc tempus determinatum
est. In lege veteri sabbatum ad continuacionem operum creacionis mundi a quibus requie-
visse dicitur die septimo. Unde in eius signum dies illa mandatur sanctificanda a de-
putanda ad vacandum deo. Exodi XX: Memento precepto de sanctificacione
sabbati ..., assignatur racio, quia sex diebus fecit dominus celum et terram
et in die septimo requievit. Preceptum ergo de sanctificacione sabbati secundum litteralem intellectum
secundum doctorem sanctum in 2a 2e q. 122 ar. 4 est partim morale et partim ce-
rimoniale. Morale quidem quantum ad hoc quod homines deputent aliquod tempus vite
sue ad vacandum divinis. Inest enim homini naturalis inclinacio ad hoc quod cuilibet
rei necessarie deputetur aliquod tempus, sicut corporali refectioni, sompno et aliis huiusmodi. Unde
etiam spirituali refectioni qua mens hominis in deo reficitur secundum dictamen ra-
tionis naturalis aliquod tempus deputat homo. Et sic habere aliquod tempus deputatum
ad vacandum divinis cadit sub precepto morali, quod est indispensabile
omnino, ut deducit idem doctor in 1a 2e q. c ar. 8. Sed inquantum in
hoc precepto determinatur speciale tempus in signum creacionis mundi, sic est preceptum ceri-
moniale. Similiter etiam est cerimoniale secundum allegoricam significacionem, prout fuit
figura quietis Christi in sepulcro, que fuit septima die. Similiter est cerimoniale
secundum moralem significacionem prout significat cessacionem ab omni actu peccati et quietem mentis
in deo, et secundum hoc est quodammodo preceptum generale. Similiter etiam est cerimo-
niale secundum significacionem anagogicam prout scilicet prefigurat quietem fruicionis dei, que
erit in patria. Et quia tamen completa est quies Christi in sepulcro que fuit sabbato

Ca

Et competit ex eo quod figurabat beneficia dei in patria que erit in octava etate. Dies autem dominica in nova lege successit observancie sabbati non ex vi precepti legis sed ex constitucione ecclesie et consuetudine populi christiani. Et propter commemoracionem beneficiorum dei illa die exhibitorum de quibus dictum est supra. Et propter quod in ea deo est vacandum. Nos igitur alias habemus festivitates institutas ex precepto quam Judei. Quia etiam nostra beneficia excedunt beneficia eorum. Unde ipsi celebrabant sabbatum in memoriam illius quod deus die septima quievit ab omni opere suo et quod etiam ipsi quiescebant ab omnibus laboribus. Nos celebramus dominicam que est octavus dies mundi, quia finitis septem statibus mundi et octava etate que erit resurrectionum in eterna beatitudine quiescemus. Quod etiam est causa hoc est multum excellentius. Similiter ipsi celebrabant festa in recordacionem illorum que fecit deus eis. Nobis notum est quod maius est creacio quam creatio. Maior est baptismus quam mare. Maius est corpus Christi quam manna de celo. Maior est sanguis qui fluxit de latere Christi quam aqua que fluxit de petra. Illorum templum manu factum autem non manu factum etc. Et propter quod in die dominica deo est vacandum. Similiter intelligendum est de festivitatibus sanctorum ab ecclesia institutis cum aliquis dierum talium venerit. Debent homines intendere quomodo deus honoraverit sanctos suos in quibus valde mirabilis apparet. Et quomodo honorarent sanctos quod dignum est ut amici dei et domestici honorentur. Et quomodo laude consequerentur eos ad interpellandum pro nobis quia multe sunt tribulaciones nostre. Non est igitur illis diebus aliquid attemptandum quod mediante talis vacacio impediretur. Ad quod melius intelligendum est advertendum quod in observancia sabbati seu diei festi duo sunt consideranda. Unum directum ubi supra. Quorum unum est sicut finis et hoc est ut homo vacet rebus divinis. Quod signatur in hoc quod dicitur memento ut diem sabbati sanctifices. Illa enim sanctificari dicuntur in lege que divino cultui applicantur. Aliud autem est cessacio operum que ponitur cum subditur. Septimo die domini dei tui non facies omne opus. Et de quo opere intelligitur apparet ex eo quod exponitur Levitici 23. Omne opus servile non facietis in eo. Opus autem servile dicitur a servitute. Est autem triplex servitus. Una qua servit homo peccato. Juxta illud Johannis viii. Omnis qui facit peccatum servus est peccati. Et secundum hoc omne opus peccati dicitur servile. Alia vero servitus est qua homo servit homini. Est autem homo servus alterius non secundum mentem sed secundum corpus. Et ideo opera servilia secundum hoc dicuntur opera corporalia in quibus unus homo alteri servit. Tercia est servitus dei. Et secundum hoc opus servile posset dici opus latrie quod pertinet ad servicium dei. Sic autem si intelligantur opera servilia non prohibentur in die sabbati. Quia hoc esset contrarium fini observacionis sabbati. Homo enim ob hoc ab aliis operibus abstinet in die sabbati ut vacet operibus que ad dei servitutem pertinent. Et inde est quod sicut dicitur Johannis vii. Circumcisionem accipit homo in sabbato ut non solvatur lex Moysi. Unde etiam est quod ut dicitur Matthei xii. Sabbato sacerdotes in templo sabbatum violant id est in sabbato corporaliter operantur et sine crimine sunt. Et sic etiam sacerdotes in sabbato circumferentes archam non transgrediebantur preceptum de observancia sabbati. Et similiter et nullius spiritualis actus exercicium est contra observanciam sabbati. Puta si quis doceat verbo vel scripto. Unde numeri xxviii dicit glossa quod fabri et huiusmodi artifices ociantur in die sabbati. Lector autem divine legis vel doctor ab opere suo non desinit. Nec tamen contaminatur sabbatum. Sicut sacerdotes in templo sabbatum violant et sine crimine sunt. Et alia opera servilia que dicuntur servilia prima vel secundo modo contrariantur observancie sabbati in quantum impediunt applicacionem hominis ad divina. Et quia magis impeditur homo a rebus divinis per opus peccati quam per opus licitum quamvis sit corporale. Ideo magis contra hoc preceptum agit qui peccat in die festo quam qui facit aliquod opus corporale licitum. Unde dicit Augustinus libro de x cordis. Melius faceret Judeus in agro suo aliquid utile quam in theatro sediciosus existeret. Et melius eorum femine die sabbati lanam facerent

et toti die in necromancia sunt impendere salutem. Non autem quod peccat venialiter
in sabbatho contra hoc preceptum facit, quia peccatum veniale non excludit sanctitatem.
Opera autem corporalia ad spiritualem dei cultum non pertinentia, inquantum servilia dicuntur.
Cultum proprie pertinet ad servientes, Inquantum vero sunt communia et servis et
liberis servilia non dicuntur. Quilibet autem tam servus quam liber tenetur in necessariis
providere, non tantum sibi sed etiam proximo precipue quantum in hiis que ad salutem
corporis pertinent. Unde dicitur proverbiorum xxiiii°: Erue eos qui ducuntur ad mortem.
Secundario autem etiam in dampno rerum vitando. Unde Deutronomii xxii: Non
videbis bovem et ovem fratris tui errantem, et preteribis sed reduces fratri tuo.
Et ideo opus corporale pertinens ad salutem proprii corporis non violat sabbatum. Non
enim est contra observantiam sabbati quod aliquis comedat et alia huiusmodi faciat
quibus salus corporis conservatur. Et propter hoc Machabei non polluerunt sabbatum
pugnantes ad sui defensionem in die sabbati, ut legitur i Machabeorum ii°. Et cogitaverunt
in die illa dicentes: Omnis homo quicumque venerit ad nos die sabbatorum
pugnemus adversus eum. Similiter etiam ut Helias fugiens a facie Iezabel
in die sabbati. Et propter hoc etiam dominus Mathei xii° excusavit discipulos suos qui
colligebant spicas in die sabbati propter necessitatem quam patiebantur. Similiter
etiam opus corporale quod ordinatur ad salutem corporalem alterius, non est contra
observantiam sabbati. Unde Iohannis vii dixit Christus: Michi indignamini quia totum hominem
sanum feci in sabbatho. Similiter etiam opus corporale quod ordinatur ad
imminens dampnum rei exterioris vitandum, non violat sabbatum. Unde dicitur Mathei xii°:
Quis erit ex vobis homo qui habet ovem unam et ceciderit sabbatho in foveam,
nonne tenebit et levabit eam, hec ille. Tercio agitur, secundum doctores quod in sabbato
[illegible] illud opus laboriosum erat admissum quod ad divinum cultum pertinebat,
sicut animalia occidere ad immolandum. Item illa quae ingerebat necessitatem
magnam ut erat defensio ab inimicis qui invadebant in die festo, ut patet i Machabeorum.
Item illa que fiebant tunc providere et non poterant provideri alio
die ut pabulacio iumentorum et adaquatio, quia talia quolibet die indigebant
tamquam alimento. Item illa que fiebant ex amore filiorum et parentum, sicut circumcidere
ad unum educere vel asinum [?] de fovea, circumcidere puerum die octavo
et huiusmodi. Alia autem circa fiunt prohibita. Sed hoc tempore nove legis non
ita stricte obligant. Unde beatus Gregorius in Registro epistola [?]. Per quod
per prophetam dicitur Ieremie xvii: Non inferatis onera per portas vestras in
die sabbati tamdiu teneri potuit quamdiu legem custodiri licuit iuxta litteram.
Sed postquam gratia Ihesu Christi apparuit precepta que per figuram dicta sunt
iuxta litteram servari non possunt. Et ponit sabbatizationem spiritualem dicens sabbatum
verus dicitur qui gerit legem fidei agnoscit si peccata concupiscentie ad mentem
per oculos trahit et per alios sensus in animam introducunt. Ille onera in
sabbatho per portas infert. Qui ergo gratia redemptoris a peccatis quietus illa
habuit in hiis tamen violat illius precepti intelligentia, hec ille. Unde dicit
glosa: In sabbatho non a bonis operibus sed a malis cessandum est. Et ideo
est contra multos qui in die festo plura mala exercent in choreis ludis et
tabernis quam aliis diebus. Stat enim aliquem die dominico aliquid corporale
agere et mereri, ut si quis portaret aliquid quod sit offerat et alium male
huiusmodi agere et peccare, ut si quis sedens faciat pro lucro investigando facit
de suis mercibus rerum, sicut illum qui pane sustinet die dominico
et laborantem ecium non peccare et illum qui sedet et comedit illud
preceptum transgredi. Nullum tamen opus excusat a peccato in die festo si fit
neglecto divino officio. Unde Magdalena audiebat verbum dei, Martha
satagebat circa plurima, ut dominum reficeret cum discipulis suis. Recipitur
a domino eorum unum est necessarium. Illud est non humanum sit lege quod divina
minima negligitur. Et parentes honorare divinum est preceptum. Sed tamen ubi
utrique honor exhiberi non potest divinus est preponendus. Unde Luce x° [?]

qz in hys que patris mei sunt oz me esse / Ex quibus omnibus patet persona locus causa status et tempus / persona digna / locus ydoneus / causa motiva status excellens et tempus conveniens fuit. Et quanto locus secrecior tanto contemplacioni apcior / et quanto persona dignior tanto familiarior / et quanto status excellencior tanto revelacio nobilior / et quanto causa sinserior tanto divine visioni promcior. Et quanto tempus convenięcius / tanto qualitas narracionum intelligencior / qz dies dominica que deputata est ad contemplacionem divinam / et tempus magis apta ad revelacionem faciendam et eam intelligendam. Ex hoc eciam quod Johannes dicitur fuisse in spiritu in dominica die. Solent quidam asserere quod simul uno intuitu viderit Johannes omnia ista / qz ut dicit glosa angelus ei utrumque conferre potuit scilicet quod sunt vel subtressime hoc ei revelaverit /

duo ubera tua sicut duo hinnuli capree. Et infra. Gemelli qui pascuntur in liliis. Lilium in scriptura significat castitatem quia sicut lilium integrum manens odorem manibus confricatum fetet. Sic castitas odore illibata, sed fetet deo et hominibus violata. Lilium etiam habet grana aurea quia non est equa pondeartio continentis anime, sicut nec auri ad cetera metalla. Et habet sex folia contra corruptionem quia secundum Crisostomum super Mattheum sex sunt que incorruptam servant castitatem scilicet vestis asperitas victus sobrietas, consuetudo castitatis, cohabitationis extinctus, vultus honestas, vitatio oportunitatis et persone loci et temporis. Et quia inter ceteros apostolos Johannes duas has mamillas scilicet puritatem corporis et mentis habuit, ideo plus inter mamillas Christi sive super pectus eius recubuit, de quibus adeo suxit quod dicere meruit in principio erat verbum etc. Cum si altius intonasset totus mundus eum non intellexisset. Vel possumus dicere quod iste due mamille in Christo sunt illa duo ubera de quibus dicitur Canticorum primo. Meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Ad propositum Bernhardus sermone ix super cantica dicit, duo sponsi ubera, duo in Christo sunt insignia mansuetudinis causa, quod et patienter expectat delinquentem, et clementer suscipit penitentem. Gemina inquam dulcedo suavitatis exuberat in pectore domini Jhesu, longanimitas videlicet in expectando et facilitas in condonando. Sic scriptum est, longanimis et multum misericors. Iste sunt ergo mamille in quibus isto tempore debemus lactis dulcedinem experiri. De quibus dicitur Ysaie lx^o. Mamilla regum lactaberis et scies, quia ego dominus salvans te et redemptor tuus fortis Jacob. Vel secundum Augustinum hic in originali. Due mamille sunt duo testamenta que de pectore salvatoris tamquam de perhenni fonte procedunt seu affluunt. Unde christianum populum nutriunt ad vitam eternam. Zona aurea, que quidem est sensus spiritualis et purus sensus ut ait idem Augustinus, Prelibus v^o. Ubera eius habent tibi omni tempore. Vel per zonam auream cetum hominum electorum significatur ecclesia, que bene per mamillas iungitur angelo, quia per observantiam utriusque testamenti ecclesia copulatur Christo in vinculo caritatis, hoc est in dilectione dei et proximi. Vel certe in mamillis angelo zona cingitur, quia ex duobus populis una electorum ecclesia per caritatis compagine Christo unitur. Ad Colossenses 3^o caritatem habete quod est vinculum perfectionis.

i. mentis — xxii — i. summi eterni et incorrupti — i. mundi calidi et frigidi per timorem lana alba significatur — omnes ex colore — caritatis

Caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba

i. respectus domini inflammans ad amorem et illuminans ad recognitionem — infirmiores per multitudinem

et tamquam nix et oculi eius velut flamma ignis Et pedes

distant a capite cum totum corpus sustentant scala pervenientes ut ultimi — i. eius predicatio eorum — sic hos temporibus antiquis

eius similes auricalco sicut in camino ardenti. Et vox

qua mirabat Johannes i^e vel quia multi populi crediderunt cum significationes per aquam intellexerunt — cuius fertilitatem et sancti diffusiva … et tamquam aque decurrunt — et xiiii ibidem

illius tamquam vox aquarum multarum

Superius positi est descriptio Jhesu quo ad assumptam humanitatem. Hic iam ponitur eius descriptio quantum ad suam divinitatem. Pro cuius intellectu notandum quod se[…] Danielis vii. Throni positi sunt et antiquus dierum sedit. Cuius vestimentum erat tamquam nix candidum, et capilli eius tamquam lana munda. Ubi itaque hiis verbis secundum Haymonem eternitas patris describitur. Quod in sequentibus aperitur, cum demum persona filii commemoratur. Dicit enim Danielis. Videbam in visione noctis, et ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat. Et usque ad antiquum dierum pervenit i. usque ad deum patrem. Hic autem in candore capitis et capillorum angeli, candor innocentie filii dei describitur. Et bene ipse candor per lanam exprimitur. Lana quippe ovium est vestis. Et ipse est ovis. De quo Ysaias liii^o. Sicut ovis ad occisionem ducitur. Et tamquam agnus coram tondente se obmutescet. Quia secundum quod dicitur i Petri 2^o. Cum malediceretur non maledicebat

tum patetur non gurnaba? Et per caput ipsum intelligimus xpm de quo
paulus dicit i Cor xi Caput viri xpus et ad Coloss i° Ipse est caput
corporis ecclesie et ad Ephe i Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est
corpus eius. caput vero xi deus i Cor xi Et Cantic v caput eius
aurum optimum. per capillos aut significantur perfecciores sancti qui magis
extenuati sublimius et arcius adherent xo capiti qui etiam habent can
dorem lane quia imitantur simplicitatem et innocenciam capitis sui dicentis
Mathei xi discite a me quia mitis sum et humilis corde Et quibus ipse dicit
Mathei x Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. lana enim
nascitur ex carne. et passiones carnis nescit Et est tangenti suavis et ad fovendum
utilis. Et ideo significat candorem innocencie et mundicie ex amore parite
Proverb ultimo Quesivit lanam et linum quod de sanctis dicitur Treno iiii
Candidiores sunt nazarei eius nive Per nivem significatur candor mun
dicie que venit ex carnis maceracione et ardoris concupiscencialis refrigeracione
Nix enim et aqua congelata que desursum venit aut Gregorius [illegible] moraliter
Vel per nivem enim [illegible] novitas designatur resurrectionis Unde dominus
claritatem future resurrectionis niveo candore expressit coram tribus discipulis
quando resplenduit facies eius sicut sol et vestimenta tamquam nix
Math xvii Hinc est quod testis resurrectionis eius angelus mulieribus
apparens vestimenta alba tamquam nix significat exhibebat Marci ultimo
Et de hijs Helinandus [illegible] in sua exposicione Candore ergo caput per
[illegible] capilli per graciam qui xo firmiter adherent Lana mansuetudine
ergo pace nix sanctitate pudicicie designat fideles albi sunt per [illegible]
[illegible] Item per penitenciam rubei per zelum aurei per caritatem crispi qui
[illegible] ad finem principium xpm omni studio conantur imitari Cantic vii
[illegible] caput tuum ut carmelus Et comes capitis tui ut purpura Et eiusdem
[illegible] Caput eius aurum optimum. Come eius sicut elate palmarum nigre
quasi corvus. Dicit lira Et angelus gerens personam xpi apparebat in specie
sacerdotis quia vestitus podere [illegible] aut [illegible] et [illegible] quia per
canicie designatur [illegible] sacerdotes [illegible] in canicie apparebat [illegible]
[illegible] est [illegible] canicies Et ideo xpus ubi describitur ut iuvenis sponsus
dicuntur eius capilli nigri. come capitis eius sicut elate palmarum nigre
quasi corvus. [illegible] sanctorum adherencia deo et maxime contemplativorum
sublimitas sanctitas speciositas ac [illegible] Et sequitur [illegible] sive [illegible]
dignitatis [illegible] x in ecclesie doctoribus cum dicitur Et oculi eius sicut flamma
ignis. Nam acuties visus ihesu x [illegible] ad intima rerum [illegible]
Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius ad Hebr iiii Eccli xxiii Oculi domini
lucidiores super solem Per oculos aut corporis xpi significantur doctores
divina sapiencia illuminati et ad divina contemplanda sublimati et aliorum
membrorum in ecclesia dei directivi. de quibus dicitur Math v vos estis lux mundi
qui non solum lucent lumine sciencie sed ardent dileccionis fervore. Ideo ut
flamma ignis Danielis x Oculi eius velud lampas ardens Per oculos
etiam possunt intelligi dona spiritussancti sive electi dei dono sancti
spiritus adimpleti Zach iii Super lapidem unum septem oculi. Et Apoc i dicitur
quod Johannes viderit agnum tamquam occisum habentem cornua septem et oculos
septem qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram [illegible] flammei
dicuntur quia accendunt nos ad amorem dei et illuminant cognicione
divina Luce xii Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat
Unde et de predicatoribus in figura celestium animalium dicitur Ezech i Scintille
quasi aspectus eris candentis Super quo Gregorius [illegible] metallum
valde sonorum est Et recte vocibus predicancium eris comparantur quia in omnem
terram exivit sonus eorum [illegible] candens dicitur quia vita predicancium sonat et ardet
ardet in desiderio sonat verbo. Es ergo candens est predicator accensa Sed de

vi capilli
clate [illegible] papiri
sicut palmarum
[illegible] clarat
[illegible]
[illegible]

oculi
eius
sicut
flamma
ignis

candente ere scintille prodeunt quia de eorum exhortationibus verba flammancia ad
aures audiencium prodeunt Recte autem predicatorum verba scintille appellate sunt
quia eos quos in corde tetigerint incendunt etc. Possunt eciam per oculos
eloquia divina intelligi que illuminant et inflammant iuxta illud psalmiste lu-
cerna pedibus meis verbum tuum Item ignitum eloquium tuum vehementer
Et de Ioseph dicitur in psalmo eloquium domini inflammavit eum etc.
Tercio sequitur expressio visionis sive dignitatis membrorum ihesu christi scilicet
ad similitatem stabilitatis et specialiter in ultimis temporibus iuxta illud ubi
dicitur Et pedes eius similes auricalco Ut enim dicit haymo pedes domini
significant aliquando stabilitate eternitatis aliquando veritatem humanitatis
per quam ad nos venit cognicio divinitatis aliquando significant vestigia interior
sive affecciones iuxta illud Salvatoris Iohannis xiii dicentis Qui lotus est
non indiget nisi ut lavet pedes id est affectus ac desideria quibus homines
feruntur iam ad divicias iam ad delicias iam ad humanas amicicias
iam ad ulcionem de inimicis iam ad hoc ut omnia fiant iuxta arbitrium suum
Significant eciam pedes aliquando predicatores verbi iuxta illud Ysaie lii Quam pulchri
super montes pedes annunciantis pacem ante quos pedes dyabolus egredietur abacuk iii
Aliquando dicuntur novissima membra In hoc autem loco iuxta haymonem ipse
membra eius significantur que tempore antichristi igne tribulacionis probabuntur Pedes
autem hic similes auricalco Quod dicitur auricalcum eo quod splendorem auri
et duriciam eris habet Et iuxta quod tales dicuntur ut ait ysidorus libro xviii
capitulo xix Unde augustinus hic in originali In pedibus ecclesia ministerium
predicatorum probandum significatur Pes enim novissima pars corporis est Per pedes
Ergo ecclesie novissimi temporis significantur et comparantur auricalco quod est so-
lidum et ex frequenti tunsione et igne ad formam debitam deducitur
Tercio regum vii Collegisti quasi aurum auricalcum iuxta Regum vii omnia vasa
que fecit hyram regi ex auricalco erant In auro enim significatur puritas mun-
dicie et in ere longanimitas paciencie que erunt in sanctis novissimi temporis
Et ideo dicuntur similes auricalco Nam sicut auricalcum multis medica-
minibus ex ere producitur ad colorem auri Ita et sancti novissimi temporis
tribulacionum curatur ut perficiantur velud aurum splendidissimum De quorum
probacione dicitur Sapiencie iii tanquam aurum in fornace probavit illos Et
ecclesiastici ii In igne probatur aurum homines vero receptibiles in camino
Et sicut antichristus crudelior erit omnibus persecutoribus ita et illi sancti forciores
erunt omnibus retroactis martiribus Nam ipse caminus validissimam
tribulacionem significat De qua dominus dicit Mathei xxiiii Erit tunc tribulacio
qualis non fuit ab inicio neque fiet Et autem alia similacio auricalcum
libam posuit pro eo quod ipse mons in iudea esse perhibetur liquido manifestatur
novissima christi corporis membra tunc in illis regionibus esse versanda
a camino tribulacionis Libani et domus eorum infixus est Pro cuius
evidencia clariori advertendum iuxta beatum Gregorium xxxii libro moralium Antichristus
non dicitur dyabolus incarnatus quemadmodum dei filius est homo factus Sed
dicitur homo a dyabolo assumptus et ab eo possessus quia illum hominem perditum
ingredietur tamquam vas suum per quod sue malicie plenitudinem est in
cunctis ceteris diffusurus Primus namque dyabolus se ipso multos abstraxit
angelos inferiores eo et deduxit eos in profundum inferni per quos non aliud
intenditur nisi in hominibus fidem extinguere et extinguere caritatem Magnum
tamen per aliquem ex demonibus tanti operari poterat quantum per istum
hominem et filium perdicionis operabitur Unde dicit Gregorius vel libri super Iob illo
Sic dyabolus a deo accepit licenciam contra Iob et accepta licencia movit
ceteros abstulit greges ignem de celo deposuit perturbato aere concitatis
ventis domum subruit filios extinxit Postremo fuerit in dolo presencialem
concitavit maritum carnis inflictis vulneribus confodit Sic illum postea La-
zarum ille tempore et quadam languore habuit licenciam quia licet hic habuit potestatem
hec omnia faciendi tamen non habuit potestatem animam eius seducendi Nam ei

dictum erat, anima eius sua; ymo nec habet potestatem ipsum mortificandi. Et ideo tunc sathanas dicitur esse solutus. Nunc enim ut dicit Gregorius potentia divina astringitur ut quamvis in aliquantis occulte servit, ad violentias tamen simpliciter non erumpat. Tunc autem ad crudelitatem in multa virtute laxabitur. Ideo tunc erit tribulatio magna qualis nunquam fuit ab initio neque fiet amplius. Sic quod nisi breviati fuissent dies illi breviati, non fieret salva omnis caro. Math. 24. Sicut enim dicit Ambrosius libro 10 super Lucam, capitulo 21: Christus deus et homo sua signa posuit in frontibus fidelium. Dyabolus autem propria sibi conatur imponere deceptor et seductor, quia non aliud intendit nisi fidem eradicare, et hoc ut in hominibus polluet divini nominis maiestatem, et honorem illum quem deo exhibet sibimet usurparet. Nititur enim occupare anime vestibula, introitus mentis quasi quedam ostia, ne deus intrat exire et seruibus suis cordis ianuas claudere. Revelabit se in homine ille namque dominum veterum ad compunctionem se [illegible] qui est homo peccati et filius perditionis. Unde ut dicit apostolus 2 ad Thessalonicenses 2: adversabitur deo et extolletur se supra omne quod dicitur deus ita ut in templo dei sedeat, ostendens seipsum quod sit deus. Ad hoc laborabit ut credatur deus et suscipiatur tamquam salvator, ut adorare et colatur, et sic decipiet credentes in christum ut trahet secum alios in perditionem ostendens suum regnum esse vanissimum. Unde ad hoc ut fidem divinitatis et humanitatis christi deleret et eius sanctitatem, accipiet magnum in hominibus mysterium. Et volens humanitatis christi fidem extinguere, fideles qui credent in christum in eius [illegible] procurabit fundare ad hoc ut christi iustitiam [illegible] ad hoc ut iniquitas sua peccet. Tunc ut Ambrosius dicit rara erit fides in christum. Unde illud Luce xviii: Veniens filius hominis scilicet ad iudicium putas inveniet fidem super terram. Et in psalmo dicitur: Respexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens deum. Tanta enim erit persecutio quod iuxta opinionem hominum videbitur de christi fide dubitandum. Et persecutio quod [illegible] valde pauci remanebunt qui non suscipient antichristum. Unde dixit christus Johannis 5: Ego veni in nomine patris mei et non me recepistis; et si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Sed Gregorius 32 moralium c. xii narrat quod tunc antichristus per istam saevam persecutionem multi dimittent fidem ihesu christi. Ex quo persecutores in cruciatibus quibus non poterunt homines a fide mutare. Dicit enim sic: Rabie penarum quia non novimus in quibus tamen virgines martirum extinxisse gaudemus. Alios enim gladius ex impenso timere [illegible] persequuntur, alios etiam [illegible] patibulum affixit, alios ferra dentibus acutissimis contundit, alios ungula ferri [illegible], alios morsy bestiarum [illegible], alios ab intimis visceribus per cutem [illegible] vie [illegible] liberet [illegible], alios terra fossa concretos operuit, alios aqua absorbuit, alios ignis consumpsit. Quid ergo est quod in hiis tormentis aliquid [illegible] exercitat. Et declarat beatus Gregorius ibidem quod non tam antichristus operabitur seductionem per tormenta quantum per miracula. Et allegat illud christi Math. 24: Surgent pseudo christi et dabunt signa magna et prodigia ita ita ut in errorem mittant si fieri potest et electi. Dicit beatus Thomas libro 6 de potentia dei in questione de miraculis quod demones reprimit eos divina providentia, non possunt facere omnia illa que vi eorum nature possent facere. Et ideo dicuntur ligati, quia impediuntur ab agendis illis ad que eorum naturalis virtus se posset extendere. Sed tunc antichristus solutus dicitur quia permittetur divino iudicio omnia agere que vi natura agere possunt. Sed ad illa que sunt ultra facultatem nature eorum a deo nulli datur eis potestas faciendi. Cum enim opera miraculosa sunt quedam divinum testimonium, indicativum divine virtutis et veritatis. Si ergo demonibus quorum est tota voluntas ad malum daretur aliqua potestas faciendi miracula, deus falsitatis eorum testis existeret, quod divine benignitati non decet. Efficeret ergo dyabolus

per antichristum talia que hominibus videbuntur esse miraculosa. quia eorum virtus
in multis excedit virtutem humanam. hinc ergo homines fidi poterunt subito
ceteros contra fideles concitare. sic dyabolus excitavit contra Job. poterunt eciam
infirmitates exterius quibuslibet medicis curare. et ita videbuntur quasi
subito cecos illuminare. claudis gressum reddere. et multa alia facient
constringendo visus hominum. qualia eciam et magi facere consueverunt. Et ita
ut dicit Gregorius. trucidando homines ostendet elacionem magnitudinis
sed faciendo signa decipiet ostensionem sanctitatis. et ita seducent homines
a confessione divinitatis. ita quod credetur antichristus deus esse. et sui ministri tamquam
christi apostoli habebuntur. Quod mirum. quo dabitur eis eciam astucia
et fallacia demonis. Unde subtilius sciet veritatem fidei infirmare et scripture
sententiam extra intellectum trahere. ut que de eo dicit Daniel viii. Inter-
ficiet robustos et populum sanctorum in voluntate sua et diriget dolus
in manu eius. Ubi Gregorius. Robustos interficit. cum eos qui sunt mente
invicti. corporaliter vincit. populum sanctorum in suam voluntatem attrahit. cum eos
qui sancti credebantur esse ad nutum trahet sue voluntatis. In cuius manu
dolus dirigitur. quia in illo fraus per opus adiuvabitur. Quod enim fallendo dicit
hoc miracula faciendo asseret. quicquid mendax lingua quasi verum esse simulabit
hoc magnus in opere ostentabit. Pensat hoc Gregorius dicens. pensemus quanta
erit tunc humane mentis temptacio. quando cum martir corpus tormentis subicit
et tamen ante eius oculos tortor miracula facit. Cuius nempe virtus ex
fundo cogitacionum non quatitur. quando is qui flagellis cruciat signis coruscat.
Non est mirum si in multis obscurabitur divinitatis cognicio et fidei humilitatis
nimietate. Ex quo enim Gregorius homines electa spe celestium illo ducente ad
ambitum glorie secularis inhiabunt. Retra multos splendentes luce iusticie
sapiencie et virtutis operacionum miraculis frangit. [illegible] ecclesie in multis
extinxerit. ymmo et quodammodo in tenebras veritatis extinguet. quia tunc fides
celestium rerum. ad desiderium vite temporalis inclinabitur. valde in multis
corrumpetur. quia non solum hoc faciet in reproborum mentibus sed eciam in electorum
cordibus inestimabili saeviet crudelitate. Rarus remanebit qui christum sequitur
paupertatem. rarus qui vite austeritatem. rarus qui mentis humilitatem.
rarus qui vestitalem pietatem. rarus qui corporis puritatem. rarus qui christi
sectetur sanctitatem. Ergo omnia opposita predicabit. Ergo predicacio ista falsa
miraculis fulcietur. Ex quo qui voluerint talibus adherere ita trahuntur.
Non tamen iusti et electi tunc in toto deserentur. quia ut dicit Gregorius. licet tunc
ab ecclesia potencia abscondetur. gracia miraculorum auferetur virtus abstinencie mi-
nuetur. Ita doctrina conticescet et miraculorum prodigia tollentur. non tamen divina
disposicio funditus ista subtrahet. Nam et tunc bonorum erit predicacio et fidelibus
in multitudine non deerit sufficiens. sed tanta erit illius ut reorum. aut pauca
aut nulla esse videbuntur. Cur autem deus deus ista permittat fieri dicit
Gregorius quod ideo quia illi qui in latitudine stare non poterunt ruent cum
perfidis in foveam dampnacionis. et illi qui veritate viriliter non capiunt ut
salvi fierent. mittentur in operacionem erroris et mendacio credent. Spectat
certo bonorum conscientibus fieri hec. et eciam ut illi qui sunt in fide probati
manifesti fient. Ultimo sequitur visio sive revelacio multitudinis
credencium ad fidem confluencium. Et audivi tamquam vocem aquarum multarum.
secundum glosam et Haymonem. Aque multe populi sunt. infra xix. Et vox par.
aquis populi fluxum ut ait glosa. Et in Ezechiel xliii. super illud
Ezechiel i. audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. Per
aquas populus designatur. quia et in vita sonum habent ex tumultu carnis.
et quotidie defluunt ex decursu mortalitatis. Sed quantum Qualiter ait b
audivi vocem tamquam tube. hic ait tamquam vocem aquarum multarum. Ad
hoc respondet Haymo. quia prius per paucos predicatores sonuit divina predicacio
et [illegible] belli ecclesie in suos ortu tamquam tube. Sed quando dicit [illegible]

Primo

Plures quidem multa opera auctori ... sonuit per multos predicatores [illegible] aut audiui tamquam vocem aquarum multarum scilicet multarum predicacionum vel plurimum multorum credencium Ysaye l v omnes sicientes venite ad aquas ... celeste ... fontes tui foras Unde ... Secundum quod est quod propheta sonum alarum audiuit quasi sonum aquarum multarum ... omnipotentis dei pietate ... virtutum que in paucis fideli... sonabant, etiam nunc predicacione diffusa in multorum ... consonat ... incarnato ... passus ac resurrexit ... pauca ... alia sunt ... valde ... qui celestia desiderant et virtutum ... in alta suspendunt. ... diuinitatis eius predicatio in mundo diffusa est ... quanti ... fortes iuuenes ... quante ... per fidem per spem per amorem ad celestia euolant ... sufficiat. Vel nomine aquarum ... Caritas est fons et origo omnium bonorum spiritualium ... ipse dominus manifestat cum dicit Math 22 In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete. Unde et ipse in die magno festiuitatis stans clamabat dicens Si quis sitit veniat ad me et de ventre eius fluent aque viue Johannis vij ... dicat ... Qui intelligere ... veniat ad me ... venies ... caritatis bibat, deus enim caritas est j Johannis j. Bene itaque vox singularis ... tamquam vox aquarum multarum dicitur quia cum vna sit caritas ... impleuit ... ad innumera virtutum opera multiformiter accedit, vel vox aquarum multarum multitudo ... predicatorum Ezech 36 Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ... Job xij Si continuerit aquas omnia siccabuntur Si emiserit eas subuertent terram ... xj ... per aquas ... predicatores ... quod scriptum est prouerb xviij aqua profunda verba ex ore viri, et torrens redundans fons sapientie. Cum aqua continetur cuncta siccantur ... predicatorum ... corum ... perire possunt ... corda ... in desperata siccitate ... dilectionis nesciunt ... Si vero sancti spiritus gratia ... intime ... vocem predicatorum infunditur statim terra ... quia peccatoris mentis duritia ... mobilitate ... obstinacionis ... tunc ... deuotis ... flendo ... cordis ... Et Nota Christus ... tota ecclesia dicitur vnum corpus misticum per similitudinem ad naturale corpus hominis ... diuersa membra diuersos habet artus ... apostolus ad Ro xij Et j Cor xj ... Christus ... caput ecclesie ... similitudinem humani capitis in quo ... possumus ... principium vel ordine ... et virtute. Ordine quia caput est ... hominis incipiendo a superiori Et inde est quod omne principium consueuit vocari caput ... Genesis 2 ... ad omne caput vie ... tibi ... quia in capite vigent omnes sensus ... interiores et exteriores ... in ceteris membris sit solus tactus Et inde est quod dicitur Ysaye ix Senex longeuus et honorabilis ipse est caput. Virtute vero quia ... motus ceterorum membrorum et ... eorum in suis actibus est a capite ... sensitiua et motiua ... Unde ... dicitur caput populi ... illud j Reg xv Cum esses paruulus in oculis tuis caput ... factus es ... ita ... dilexit ... quia omnis ... gratiam per Christum ad gratiam ... illud ad Ro viij Quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filij sui vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ... ad plenitudinem omnium ... illud Johannis j Plenum ... plenum gratia et veritate

Nam plene dicitur haberi quod totaliter habetur et perfecte. Totalitas autem et perfectio potest duplex attendi. Uno modo quantum ad quantitatem eius intensivam, puta si dicatur aliquis habere plene albedinem, quia habet eam quantumcumque nata est haberi sicut lilium. Secundo modo secundum virtutem, puta si quis dicatur habere plene vitam, quia habet eam secundum omnes effectus vel opera vite. Et homo habet plene vitam, non autem brutum animal vel planta. Utroque autem modo Christus habuit plenitudinem gratie. Primo quidem quia habuit eam in summo, secundum modum perfectissimum quo potest haberi, quia quanto aliquod receptivum propinquius est cause influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Christi que propinquius coniungitur deo qui est causa gratie, inter omnes creaturas rationales recipit maximam influentiam gratie eius. Sic ergo recipiebat anima Christi gratiam ut ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Et ideo oportuit quod haberet gratiam maximam, sicut ignis qui est causa caloris in omnibus calidis est maxime calidus. Similiter etiam quantum ad virtutem gratie plene habuit gratiam, quia habuit eam ad omnes operationes vel effectus gratie. Et hoc ideo quia conferebatur ei gratia tanquam cuidam universali principio in genere habentium gratias. Virtus autem primi principii alicuius generis universaliter se extendit ad omnes effectus illius generis. Sicut sol qui est universalis causa generationis, ut dicit Dionysius 4° c° de divinis nominibus, eius virtus se extendit ad omnia que sub generatione cadunt. Et plenitudo gratie attenditur in Christo, inquantum se extendit virtus eius gratie ad omnes effectus qui sunt virtutes et dona et alia huiusmodi. Et isto etiam modo plenitudo gratie est propria Christo, quia secundum quod attribuitur unigenito est [struck] a patre unigenitus. Ioh. 1. Secundum omnino unigeniti a patre est scilicet plenum. Et Tertio totaliter habuit influendi gratiam in omnia membra ecclesie. Inde illud Ioh. 1. De plenitudine eius omnes accepimus etc. Quarto queritur utrum dicatur Christus secundum quod homo caput ecclesie. Sed dicendum capitis non videtur esse aliud caput. Sed Christi secundum quod homo caput est deus, 1 Cor. xi. ergo ei secundum quod homo non competit esse caput ecclesie. Respondeo dicendum in methaphoricis locutionibus non oportet attendi similitudinem quantum ad omnia. Sic enim non esset similitudo sed rei veritas. Capitis ergo naturalis non est aliud caput, quia corpus humanum non est pars alterius corporis. Sed corpus similitudinarie dictum id est aliqua multitudo ordinata est pars alterius multitudinis, sicut multitudo domestica est pars multitudinis civilis. Et ideo paterfamilias qui est caput multitudinis domestice habet supra se caput rectorem civitatis. Et per hunc modum nihil prohibet caput Christi esse deum, cum tamen ipse sit caput ecclesie et omnium hominum. Nam ipse est propitiator pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam totius mundi 1 Ioh. 2°. Et est salvator omnium 1 Thim. 4. Sed videtur quod homines ante incarnationem propitiatorem esse pro peccatis eorum competit Christo secundum quod est caput, ergo Christus est caput omnium hominum. Hec autem est differentia inter corpus hominis naturale et corpus ecclesie misticum. Quia membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mistici non sunt omnia simul, neque quantum ad esse nature, quia corpus ecclesie constituitur ex hominibus qui fuerunt a principio mundi usque ad finem ipsius. Neque etiam quantum ad esse gratie, quia etiam eorum qui sunt uno tempore quidam gratia carent postmodum habituri, alii vero iam habent. Sic igitur membra corporis mistici non solum accipiuntur secundum quod sunt in actu sed etiam secundum quod sunt in potentia, que nunquam reducuntur ad actum. Quedam vero que aliquando reducuntur ad actum. Et hoc secundum triplicem gradum quorum unus est per fidem, secundus per caritatem vie, tertius per fruitionem patrie. Sic ergo dicendum quod accipiendo homines generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominum, sed secundum diversos gradus. Primo namque et principaliter est caput eorum qui actu uniuntur sibi per gloriam. 2° eorum qui actu uniuntur sibi per caritatem. 3° eorum qui actu uniuntur sibi per fidem. 4° eorum qui uniuntur sibi solum potentia nondum ad

Primum.

Actiuum reducta quod tamen est ad actum reducenda cum diuinam predestinacionem Quinto vero eorum qui in potencia sunt vniti quamuis numquam reducentur ad actum. Sic homines in hoc mundo viuentes qui non sunt predestinati Cum tamen ex hoc mundo recedentes totaliter desinunt esse membra Christi Quia iam non sunt in potencia vt Christo vniantur. Sexto infideles etsi actu non sint de ecclesia sunt tamen in potencia Que quidem potencia fundatur in duobus primo et principaliter in virtute Christi que sufficiens est ad salutem tocius humani generis 2o in libertate arbitrij etc.

Et habebat in dextera sua stellas septem. Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. Et facies eius sicut sol lucens in virtute sua. In fine precedentis lectionis descripta est revelacio multitudinis credencium ad fidem confluencium sub nomine aquarum multarum quia multi populi receperunt per predicacionem qui comparantur aquis propter fluendi facilitatem et standi difficultatem infra xvij capitulo Aque quas vidisti populi sunt et gentes et lingue Et quoniam ipsi confluxerunt ad fidem per Christos et apostolicos predicatores Ideo subditur visio auctoritatis eorum predicatorum et claritatis intelligencie et puritatis vite. 2o revelacio valide potestatis Ihesu Christi doctrine ibi et de ore eius Tercio revelacio electorum et membrorum Christi in statu glorie ibi Et facies eius etc. Dicit ergo quantum ad primum Et habebat in dextera sua stellas septem Quid sunt septem stelle ipse angelus aperit in fine huius capituli dicens Septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum hoc ipsum eciam sepius ostendit in candelabris septem id est prelatos eciam siue omnes doctores. Quod enim singulis angelis dicitur ad vniuersos eciam refertur hoc quippe deus manifestat qui cum de singulis angelis dicat angelo illius ecclesie scribe In fine ita concludit Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis Septem ergo stelle sunt septem ecclesiarum episcopi id est vniuersi prelati quibus bene dicuntur inesse que significantur in stella scilicet perfectibilitas Cellerie [illegible] gracie et preclaritas vite future perfectibilitas Cellerie tum in puritate vite tum in claritate intelligencie tum in venustate conuersacionis celestis tum in efficaci opere iniungitur in hoc quod dicuntur stellas Stelle enim sunt pure clare venuste et in opere valide quales debent esse prelati Eccli xliij Species celi gloria stellarum dicuntur enim in mundo lucere verbo et exemplo et esse fixi in celo id est in Christo per fidem spem et amorem Et debent apparere puri per humilitatem tum tamen sint insigni per vite sanctitatem ad Philippenses ij Simplices filij dei sine reprehensione in medio nacionis praue et peruerse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes Baruch 3o Stelle manentes in custodijs suis dederunt lumen et letate sunt vocate sunt et dixerunt assumus et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit eas Sic prelati et maxime curati debent manere in custodijs id est in ecclesijs suis et eis deseruire et officium acceptatum diligenter exequi et exercere quolibet tamen officium dat vel [illegible] est officium vt dicitur in cristo [illegible] In ministerium tamen proprio dicitur Cantice posuerunt me custodem in vineis vineam meam non custodiui Sic dicens factus per vicarium Unde Luce Qui vicarium posuit in ecclesia in operacione vicariam habebit in fine receptione Mercedem enim propriam mercedem accipiet cum suum laborem Quaere 3 Iob 31 Si aduersum me terra mea clamat si fructus eius comedi absque pecunia Quod tractat Gregorius omelia xvij dicens terra contra possessorem suum clamat qui contra pastorem suum ecclesia iuste murmurat Cuius terre fructus bonus possessor sine pecunia non manducat quia discretus pastor prerogat talentum verbi vite ad dampnum suam de ecclesia stipendium sumat alimenti Nam fructus terre absque pecunia comedere est ex ecclesia sumptus accipere et eidem ecclesie predicacionis officium non prebere Tunc ergo de terra nostra cum pecunia fructus comedimus

Credo similiter certa stipendia in predictorum laborum compensaciones nam venturi iudicis summi. Cuius hos veterum iudicium nunc et si pro terra hec ille. Unde ad hoc dicit qui adventum iudicis preveniet certa stipendia suscepit et multi pane comedit. Bernhardus. Veient ante tribunal iudicis ubi pupillorum et viduarum audientur accusatores contra quibus allegare durum. Unde eorum vixere stipendiis, nec diluere peccata audientur. Etiam gemitus eorum quorum in ecclesiis laboraverit, et alii labores eorum abstulerit. Ysaie v^o. Thezaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras clamat, et clamor eorum in aures domini sabaoth introivit. Iudic v^o. Stelle manentes in ordine suo adversus zizaram pugnaverunt etc. Unde est quod boni prelati et doctores populi stellis firmamenti comparantur. Danielis xii^o. Qui ad iusticiam erudiunt plurimos, erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Cuius ratio est similitudo. Ea sicut astrologi dicunt inter stellas fixas in firmamento et solem certa solis quilibet nunquam inter corpus opacum cuiusque lumine extensa propter ad firmamentum extendet eius aspectum solis. Et inde est quod semper a sole illuminantur et nunquam patiuntur eclipsim. Ita est inter solem iusticie Christum et bonos prelatos qui sunt stelle fixe in firmamento. Nullum corpus interpositum tenebrosum cuiusque viciis obstruit eis aspectum veri solis. Sed semper recipiunt a supernali sole lucidam veritatem et nunquam patiuntur eclipsim. Prebet ergo se quilibet si est in aspectu lucis et si irradiat super eum ... lucida veri solis. Et tunc merito habebunt nomen stelle. Stelle etiam in nocte lucent. Sic presens etiam in nocte huius seculi lucet verbo et opere ... exemplo sanctitatis et luminis ostendunt. Cuiuslibet utique dominus dicit Mathei v. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Multitudo autem seu universitas gratie quam habere necesse viris ecclesiasticis figuratur cum dicitur Septem. Nam septenario numero significatur universitas gratiarum. Et in septem spiritibus significatur universi septiformis spiritus pleni, sicut dictum est supra ibi A septem spiritibus etc. vi. Considerate ergo vos viros boni testimonii septem plenos spiritu sancto. Tercio denotatur status quod est nitor sive eternorum finita appetibilitas. Ibi habebat in dextera sua. Dextera enim ut ait Haymo hic intelligitur summa beatitudo et perpetuitas vite future quam nunc manu in spe. Tunc autem erit in re. Et quia ut Gregorius super Ezechielem ... dextera dicitur pars electorum. Quia in dextera sua deus habet electos qui hic laborant pro vita eterna et illam desiderant et appetunt. Ibi enim dicuntur esse animo iuste ubi est eorum amor. Anima enim est in eis quem cum amore cogitat. Ait Augustinus de civitate dei libro xx vii^o. Ymmo magis ibi dicitur esse ubi amat quam ubi animat. Ubi enim est thezaurus tuus ibi et cor tuum. Mathei vi. Et ideo de sanctis et electis dei dicitur Sapientie iii. Iustorum anime in manu dei sunt. Et de utroque ... enim sancti in manibus sunt. Et etiam in manu dextera dicto modo sive in dei predestinacione iam etiam mane qui sunt in dextera collocandi, quando agni separabuntur ab edis. Mathei xxv. De hac dextera per Ysaiam dominus cuilibet electo dicit xli. Ne timeas quoniam auxiliatus sum tibi et suscepit te dextera iusti mei. Unde ... possunt destruere finaliter super me. Canticorum ii^o. Dextera illius amplexabitur me. Notandum quod dextera sonet in bonum et sinistra respective in malum sive defectum, multa docet sermo divinalis presertim ubi hoc in personis dextra legimus non sinistra in psalmo. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Et apostolus Iesus assumptus est in celum et sedet a dextris dei. Et in pluribus aliis sacre pagine ... Secundo indicat ordinacio. Nam secundum astrologos pars mundi dextera est oriens, occidens est sinistra. Oriens autem lucis in bonum sonat, occasus in malum. Tercio animalis composicio. Nam secundum Philosophum in animalibus perfectis dicitur quod pars dextera animalis et quoque forcior et agilior est sinistra. Quarto mamalis operacio. Nam manus qua virtuosa operamur, qua principia ... operamur, qua intramus, qua fidelitatem

amicum quod spondemus. dext est vero sinist. ij Machab. xi dederunt Iudei dexteras et ad Gal. 2o dextras dederunt mihi et Barnabe. Quinto humerale apostolicum nam Leuitici viijo divino fuit mandato sanxitum quod humerus seu armus dexter pacificorum cedet in primicias sacerdotibus. quia armus dexter scilicet fide et operatione designatur ut ait glosa interlinearis ibidem. Sexto sacerdotibus in modo nam legimus Moysen domino iubente extremum auricule dextere Aaron et pollicem manus dextre et pedis arietis sanguine tetigisse. Leuitici viijo. Que sicut glosa ibidem bonam obedientiam operationem et voluntatem signant. que in sacerdote domino specialiter geritur. Septimo chorealis dissolucio. Nam in choreis gentes ad sinistram creditur non ad dextram. argumentum quod sinist levitatem et dissolutionem admittit quam dext refugit. Octavo poetalis [illegible]. Nam etiam est poetas per dextram eventus signisicare prosperos et sinistra adversos. Nono lateralis Christi apercio. Nam in dext non in sinist Christi latus apertum est ut dicit glosa super illud iij Reg vj ostium medij lateris erat in parte domus dext conferunt ad hoc eciam Ezech. 47. vidi aquam egredientem de templo a latere dextro. quia de latere Christi exiuit sanguis et aqua Iohannis xix. Decimo cordis situacio. Nam ecclesiastes x scribitur cor sapientis in dext eius et cor stulti in sinist illius. Undecimo moralis viarum distinctio que est hec quod vias que a dextris sunt novit dominus perverse sunt que a sinistris sunt proverbiorum 4o. xijo finalis victorum retribucio. Nam oves id est bonos a dextris hedos id est malos a sinistris legimus collocandos et ibunt hij in supplicium eternum isti autem in vitam eternam Math. 24. Ex hijs satis patet dextram bonam esse et sinistram malam. ~~[illegible]~~ Convenit quod nos debere dextram appetere et sinistram fugere et cavere. Et licet hec generaliter ad omnes a dextris tendere et a sinistris fugere et cavere pertineant specialiter tamen ad ecclesiasticos quos oportet specialiter esse dextros. Nam super illo Iudicum 3o Aioth manu sinistra pro dextra utebatur. dicit glosa quod hec quia bolus et principes eius omnes fuerunt ambisinistri. quod totum quod agunt sinistrum est. Ita omnes sancti ambidextri dicuntur quod dextrum est quod quod agunt. Credo nullus negabit quem esse dextrum et ambidextrum debere. iuxta dext inquam corde oculis auribus humeris manibus et pedibus. iuxta singularitatem misteria septinarium. Sed heu ut gratis dicitur argumentum de [illegible] solum quod non facere. Si Christus libere enim quadam in statera omnem prudum statuit ordinum officiorumque quedam et emolimenta pesans in parte quod dext spiritualia in parte sinist mundana et corporalia collocans. nos quod dicimus stateram obicere et queret. Nos variis ecclesie ierarchicis officiis occupati dicite mihi quod in omnibus istis quorsum huius statere quam appetitus vester affectus et conamina tendat quorsum totaliter a [illegible] obiectum se [illegible] quid rendebimus et quod nil instat quod negabimus quod quod affert specialiabimus in quo conscientia nos convincit. Fateamur verum est. quod in hijs omnibus quod omnes ad levam bonorum temporalium totaliter a quo incomparabiliter plus quam ad dextram commodorum spiritualium aspiramus. Nam omnes que sua sunt querunt non que Ihesu Christi ad Phil ijo. Et si quispiam non assentiat et velit per singula ponere calculum videbit quod illo verum est enim clericos ad horas canonicas presbiteros ad missas. Confessores ad confessiones predicatores ad predicationes magistros et doctores ad cathedras curatores ad curas prelatos ad prelaturas commendatores ad commendas beneficiatos ad beneficia et generaliter pincernas ad [illegible] plus vel minus temporalia quam spiritualia moveant. Quare indicant eorum. Unde Gilbertus super Cantica dicit. De Christo tractatur in consilijs disceptatur in iudicijs disputatur in scolis cantatur in ecclesijs. Sed vide ad exitum rerum id est ad finem intencionum et pensa quis horum generalior sit finis. vide si non quod habent omnia. Certant eciam generalia dei Christi et matrimonia. Cur nescio sa rebus. nomen Christi nil prosunt nil optatur hec ille. Sed quo enim alio presumere credimus quod tot missas legendo tam solempniter cantando nummos querendum nisi quod id non dext sed sinistra dei.

Et amore lucri sacra consumuntur dicente domino Malachie 1. Quis est in vobis
qui claudat ostia et ascendat ad altare meum gratuito. non est mihi volun-
tas in vobis et munera non suscipiam de manu vestra quia offertis super altare
meum panem pollutum et dicitis in quo polluimus te. Glossa dicit Illi
in hoc panem pollutum offerebant quia panes formae [illegible] sacre puncte
dant. quos propriis manibus laborare debuerunt. Nota est vero sacerdotes [illegible]
in [illegible] est corpus Christi polluit qui ipsum non instinctu devotionis sed
offerunt sed aliunde necessitate coacti vel precio conducti vel propositi similiter.
Christus mandavit verbi dei dispensatoribus mittere in dexteram navigii
rethe Johannis 21. Ipsi ergo predicatores cum terrena bonorum temporalium
extendunt ad sinistram ista quotidie dicitur et tamen non apparet correctio. quia
abscisa est dextera auricula sicut Malcho Johannis xviii. Et Gregorius secundum
[illegible] sic visio seu revelatio valde virtutes doctrine Jhesu Christi cuius dicitur
quod de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat. quia scriptura veteris
et novi testamenti. Augustinus xx libro de civitate dei c. xxi. Gladium
dicit Simonem dicit das bis acutum propter geminam aciem duorum testamentorum.
Unde dicit apostolus ad Ephesios vi. Et gladium spiritus quod est verbum dei. Et gladius
de ore dei procedit iuxta quod ipse dominus dicit Mathei 4o Non in solo pane
vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. deus ergo gladius est
utriusque testamenti principium effectivum. quia in veteri testamento locutus est
in prophetis in novo vel in filio suo ad Hebreos 1. Multifarie multisque modis etc.
Augustinus de civitate dei libro xi c. 2o. Mediator dei et hominum homo Christus
Jhesus prius per prophetas. deinde per se ipsum. postea per apostolos quantum satis
esse iudicavit locutus. scripturam condidit utriusque testamenti que canonica
nominatur eminentissime auctoritatis cui fidem adhibemus de hiis rebus
quas ignorare non expedit nec eas per nos ipsos nosse idonei sumus
que remote sunt a sensibus nostris. aliis ergo credamus quibus eas [illegible]
esse vel fuisse non dubitamus. ut sunt angeli boni per quos legem datam esse
credimus Gal 3o et Act vii o. vel prophete sancti per quos misteria divina nobis
revelata inspirante spiritu sancto non ambigimus 1 Cor ii o. Nobis autem revelavit
deus per spiritum suum. Utraque autem parte acutus dicitur iste gladius. quia
utrumque in veteri testamento culpas operis. In novo vero arcetur peccata cogitationis.
Vetus enim testamentum dicit Non occides. non furaberis etc. Novum vero dicit
omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et qui viderit mulierem ad concu-
piscendum eam iam mechatus est eam in corde suo Mathei v. Vocatur etiam
sermo dei gladius ex utraque parte acutus quia dividit bonos a malis Mathei x.
Non veni pacem mittere in terram sed gladium. Veni enim hominem separare adversus
filium et filiam adversus matrem suam etc. Vel ideo gladius bis acutus
vocatur quia et impios exterius informat et perfectos iuxta
misticum intellectum interius erudit. Audit enim simplex quisque ibi Non adulterabis
non occides etc. Et ponit in animo suo hec custodire. dum hec autem facit
abscondit se a deo [illegible] a carnalibus delectationibus. ut hec divini verbi
custodiendo precepta salvus esse possit. Perfectior vero considerat aliqua mistica
tamen audit. In quo erat verbum [illegible] cuius sublevatus vult in hoc mundo
ambire. quia iam desiderat eius frui presencia. cuius bonitate in divino eloquio
predicari magnificencia. Et Jeronimus hic dicit gladius iniuste armat hostem
interficit. De pastore perimit. Et ideo secundum verbum dei de quo ad Hebreos 4o Vivus
est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. pertingens
usque ad divisionem anime et spiritus. Mirabile dictu ut in [illegible]
ubi fiat divisio anime et spiritus. et eorum que coniunctissima sunt sola
virtute fortis sermonis divisio fiat et separatio. Anime quidem ibi ea
porcio appellatur qua et sensualitatem et animalitatem plerumque vocamus

primum

Cui potissimum obviat aliis homo non sapiens ea que dei sunt. Spiritus autem
hominis est porcio intellectualis que dei gerit ymaginem et in ipsum tendit
ut ei iungitur affectibus per virtutem noticia et amore. Hic est spiritus a quo
homo ipse spiritualis nominatur. et adversus quem caro infecta maligni
fomite iugiter concupiscit. Et inde est quod ante adventum mortis huius infelix
homo sentit ipse aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue
dum sensus promnus ad malum ab adolescencia sua. tales cogitaciones
prava et desideria suggerit quibus spiritum ipsum inquinatur et inrivatum efficere
molitur ut obliviscatur sue nobilitatis dignitatem. et ad terrena vilissima
et fetanda fera. ut sic homo in terrenis prostratus iaceat inter sordes car-
nalitatum. tandem et in profundum descendat viciorum. Sed ab hiis revocat
spiritum et eciam ab animalitate separat sermo divinus validius acclamans
que sursum sunt sapite. non que super terram que sursum sunt querite
ubi Christus est in dextera dei sedens. ad Coloss. 3°. Gregorius 2 moralium
tractans illud Job 41. Cum apprehenderit eum gladius subsistere non poterit
dicit. In scriptura sacra aliquando per gladium sancta predicacio. aliquando eciam dampnacio.
aliquando temporalis tribulacio. aliquando hostis antiqui ira vel persuasio designatur.
Gladius namque sancta predicacio ponitur. Sic Paulus apostolus ait ad Ephes. 6°.
Et gladium spiritus quod est verbum dei. Gladii nomine eciam dampnacio designatur
sicut de predicante Heli scriptum est. Cum multiplicati fuerint filii eius
in gladio cadent. Cum grauitatis innodacione hic consumerent eciam dampna-
cione consumentur. Gladius tribulacio temporalis accipitur. Sicut Marie de
senectute tribulacionis dicitur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.
Rursum per gladium ira vel persuasio maligni hostis exprimitur. Sicut psalmista
ait liberasti David servum tuum de gladio maligno. Benigna quippe sancte
predicacionis est gladius. quo percutimur ut a culpa moriamur. Malignus
vero dyabolice persuasionis est gladius quo male quisque percutitur ut a vita
vero rectitudinis extinguatur. Hic autem accipitur pro sancta predicacione ut sit sensus
Et de ore eius exibat gladius ex utraque parte acutus. 1 scriptura et cetera. Et
sicut Gregorius libro moralium xix in fine tractans illud Canticorum 3°. Omnes tenentes
gladios et ad bella doctissimi dicit Salomon. Dum fortes spiritualis pugne
describit bellatores non ait habentes gladios sed tenentes. Quia verbum non est mirabile
solum scire sed facere. Et hoc est in manu tenere. Hic quippe sed non tenet gladium
qui divinum quidem eloquium novit sed tamen illud vivere negligit. et doctus
esse ad bella non valet qui spiritualem quem habet gladium minime exercet.
Nam resistere temptacionibus omnino non sufficit qui hunc verbi dei gladium
male vivendo tenere postponit. Tales predicatores qui verbum dei dicunt habere gla-
dium in ore arguendo Ysaye 49. Posuit os tuum quasi gladium tuum acutum
dicuntur habere in manu opere adimplendo sed deinde est dicuntur habere super femur
vicia carnis et voluptates abscindendo. Exodi 32. Ponat vir gladium super
femur suum et occidat unusquisque fratrem atque proximum. Ad expositum Gregorius
in pastorali c°. 24. de predicatoribus qui dicunt mactare vicia carnalia in se
et in proximis dicens. Gladium super femur ferre vel ponere est predicacionis
studium voluptatibus carnis anteferre. Ut cum sancta studet que sunt dicere
curet necesse est illicitas suggestiones edomare. Qui vero delinquencium culpas
redarguit in nullius se debet favore declinare. Ideo subditur occidat unusquisque
fratrem et amicum et proximum suum. fratrem et amicum et proximum interficit qui
ab invectione gladio et eius quem per cognacionem diligit parcit. Multi tamen
portant gladios involutos in vaginis. ut exponitur ut percuciunt. Multi vero
vendunt unde vel inrocatores. Multi vero in ore sunt histriones ad ludendum non
ad bellandum de quibus exponitur illud psalmi Gladius in labiis eorum quis audivit
Gregorius 6. Sed dei dicitur ille qui ad ferienda vicia zelo divini ardoris accenditur

Prefecto dei se esse denegat qui ingentum sufficit in ipsa vita carnalium consulat. Unde hic per prophetam dicitur Jere. 48 Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Gladium quippe a sanguine prohibere est predicatorem verbum a carnalibus vite interfectione retinere. De quo scilicet gladio dicitur Et gladius meus manducabit carnes Deutron. 32. Hii itaque cum apud se scientes predicatores occultant, divinas contra se iras tribuunt. audiant quod libet eorum cordibus timore timor domini compellat. audiant quod ille qui talentum acceptum erogare noluit cum sua dampnatus dampnacionis amisit Luce 19. Audiant quod paulus eo se a proximorum sanguine mundum reddidit quo feriendis eorum viciis non pepercit dicens Act. 20 Contestor vos hodierna die quod mundus sum a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quominus annunciarem omne consilium dei vobis. Sic igitur sancti predicatores gladium verbi dei portant in ore ad increpandum et in manu ad operandum. De quibus scribitur illud psalmi Gladii ancipites in manibus eorum. Et sequitur visio sive revelatio Christi et electorum sive membrorum illius Christi in statu glorie cum dicitur Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Secundum haymonem facies dicitur manifesta presencia filii dei in carne. Ipse enim filius dei incarnatus mundo potuit dici facies patris quia manifestavit nomen patris mundo Johannis xvii. Per faciem enim qua unusquisque cognoscitur notitia designatur ut ait Gregorius super Ezech. omelia 2. Hanc faciem desiderabat propheta dicens Unde nobis domine faciem tuam et salvi erimus. De qua facie in figura Hester xv Valde mirabilis es domine et facies tua plena est graciarum. Et hoc exponi de filio dei incarnato qui fuit lucens sicut sol in virtute sua ut fuit prophetatum Malachie 4 Orietur vobis timentibus nomen meum sol iusticie. Vel potest exponi de filio dei post resurrectionem qui fuit lucens sicut sol in virtute sua. De quo sole resulgente in figura Eccles. 1 Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur. Unde Richardus Sol in virtute sua lucet qui toto mundo nubibus ablatis aere purificato per cuius aeris spacia clarissimo fulgore splendet. Sic fuit de filio dei consurgente a mortuis totum comprehendenti. De ipso enim tunc celum illuminante et illustrante et de ipsa terra illustrata dicitur 2 Reg. 23 in figura Sicut lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat etc. Tunc enim de ipso scribitur illud psalmi Hec dies quam fecit dominus filio dei sole iusticie a mortuis resurgente. Unde haymo Sol licet ortum et occasum habeat quia congrue comparatur Christo qui habuit ortum nascendo temporaliter ex matre et occasum per mortem. Porro facies illius manifesta in carne presencia intelligitur que abscondita erat cum in terre occubuit. Sed cum resurgens a mortuis cepit lucere in virtute sua multitudine scilicet miraculorum et predicatione doctorum. Unde et de occasu psalmista dicit Iter facite ei qui ascendit super occasum. Super occasum namque ascendit quia unde occubuit inde surrexit. Et hec ista dicebat beatus Johannes iam ortus iam ad occasum positus iam resurgens iterum lucebat in virtute sua quia iam in carne natus passus et suscitatus. Ita quod eius nativitas passio et resurrectio totum per orbem claruerat. Et ideo facies angeli non simpliciter sed sicut sol in virtute sua splendebat. Item potest exponi de filio dei ad iudicium venientis secundum haymonem Math. 24 Sicut fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem ita erit adventus filii hominis. Luce 21 Tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna et maiestate. Vel aliter per faciem eius possunt intelligi sancti non tales quales nunc sunt sed quales per mortem futuri sunt cum ad sui creatoris visionem pervenerint. Unde dominus in evangelio dicit Math. 13 Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Quod enim haymonem non de isto sole visibili intelligere debemus cum et ipse multomagis lune lumen sit. Luce illud Ysaye 30 Erit lux lune sicut lux solis et lux solis septempliciter sicut lux septem dierum

3a pars [?] et facies eius sicut sol lucet in virtute sua

2o

Sicut lux aurore

Mal. [?] figuracioni [?]

Si aut sancti maiori lumine fulgebunt quam sol iste visibilis quanto pocius credendum est creatorem et sublimiorem esse in specie claritatis a quo membra illuminabuntur. Unde tamen de sole loquitur hic beatus Johannes addidit. Sicut sol lucet in virtute sua quia qui sol meridiano tempore in centro celi ita resplendet, ut nullatenus humanus aspectus ferre valeat claritatem luminis eius. Et propter claritatem eandem in monte coram tribus discipulis, cum resplenduit facies eius sicut sol Math xvii°. Super quo dicit Hylarius. Quoniam tamen fulsit quia non habebat evangelista creaturam splendidiorem cui comparare posset eandem claritatem. Ideo dicit sicut solem resplenduisse faciem eius. Et qualiter tunc apparuit discipulis talis usque vestitus est ad iudicium. Circa quod querit Haymo. Si deus ad generalem resurrectionem tanta claritate vestitus est. Quare non in eadem claritate post resurrectionem suam apparuit discipulis. Respondet quod ideo post suam resurrectionem claritatem sui vultus discipulis abscondit, ut eum vel sufferre cernere vel cognoscere. Quod si non fecisset mortalium oculi eum videre non potuissent. Si enim tunc adhuc mortales corporis gestum ferre non potuerunt claritatem vultus eius qui transfiguratus est in monte, quomodo hoc possent si post resurrectionem suam ipse non ut sol sed septuplicite sole fulgente suam ostendisset claritatem. Et subdit. Quid aut ipsa de domino dicimus, cum etiam nos miseri atque mortales claritatem sanctarum animarum cum eterno sole fulgentium sustinere non valemus. Et ex dictis patet revelatio visionis de filio dei et membris eius sive corpore ecclesie usque ad finem. Unde Belegrinus exponit hanc visionem de ecclesia universali in diversis statibus, per poderem insinuantur existentes sub lege naturali usque ad diluvium, per duas mamillas vero duo precepta legis naturalis figurantur, per zonam auream patriarche et alii credentes usque ad tempus legis divine date, per caput et capillos candidos existentes sub lege illuminati et candidi sive mundati a viciis, per oculos prophete videntes futura, per pedes similes aurichalco apostoli, per vocem aquarum multarum multitudo conversorum ad fidem convisarum, per septem stellas martires, per gladium dicti pugnantes contra antixristum, per faciem electi in ecclesia post resurrectionem. Hec ille.

Et cum vidissem eum. cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me dicens. Noli timere. Ego sum primus et novissimus. et vivo. et fui mortuus et ecce sum vivens in secula seculorum. Et habeo claves mortis et inferni.

Hec pars principalis. In qua ponitur descriptio consequentium ipsam visionem. Et dividitur in quatuor secundum quatuor que continet. Primo namque ponitur casus ipsius videntis premissio. Secundo eiusdem confortatio et consolatio ibi. Et posuit dexteram. Tercio de scribendo ipsam visionem precepto ibi. Scribe ergo que vidisti. Quarto aliquarum visionum revelatio ibi. Sacramentum septem stellarum. Quantum ad primum dicit. Et cum vidissem eum scilicet similem filio hominis hoc est angelum representantem Christum talem in tanta gloria cecidi ad pedes eius scilicet pre stupore et admiratione in me non subsistens tamquam mortuus scilicet in me deficiens pro tunc licet intellectu. Ricardus. Cum visum delectabile conforter videtur qualiter aut. Cum vidissem cecidi. Ad quod respondendum est secundum Gregorium xviii moralium circa finem ubi exponens illud Job 28. Non commemorabuntur in comparatione eius dicit. Sapiencia dei ihesus veritas dicitur et vita, habuit sibi communicatum. Cum enim viventes sapimus. Si vero comparamur, nec sapimus nec vivimus nec sumus. Ideo sancti qui in dei visione proficiunt quanto magis divinitatis interna conspiciunt tanto magis nihil se esse cognoscunt. Unde nusquam legitur quod Abraham cinerem et pulverem se esse confessus est nisi cum hic meruit dei collocucionem dicens. Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis Gen xviii. Et ideo beatus Johannes cum vidisset gloriam Christi et membrorum eius. Licet hec visio fuerit per similitudinem cecidisse. Similiter Ezech 2°. Et vidi et cecidi. Ubi Gregorius omelia viii prime partis in fine dicit

ca

Quid de hoc viro fiet si ita ut est eius gloriam vidisset qui similitudinem glorie illius videns sed ferre non valens cecidit. Qua in re cum magno me: rore pensare et considerare cum lacrimis debemus in quantam infirmitatem et miseriam cecidimus quia et speciem boni ferre non possumus ad quod videndum conditi sumus hec ille. Et plurimum ante nec eam exponens illud Ezech. i Cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput animalium stabant et submittebant alas suas dicit Cum vox super firmamentum fit stant atque et submittunt alas suas quia sanctorum mentes cum celestis sui potentiam intenta contemplatione considerant vilescit eorum omnis virtutes quas habent et tanto fiunt apud se humiles quanto eis illud altum est quod super an: gelos sonat. Et subdit fortasse nam doctores sunt sed cum ceperint tacita mente cogitare quod sit ineffabilis dei sapientia que mentes hominum sine strepitu verborum docet. Et quomodo hec eadem sapientia si auditorum mentes non doceat vox doctorum vacue laborat sua eis sermonis doctrina vilescit quia neque qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus ii Corinth. 3 Subdit fortasse prophete sunt sed cum tacita mente considerant quia prophetie sue oculo cuncta divinitatis misteria penetrare non possunt Ecclesia sicut ait apostolus i Cor. xiii Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus. In illa secretorum immensitate vident quia parum est omne quod vident atque ex ipsa amplitudine luminis considerant quantum sit illud quod intecto oculo quasi per rimas viderunt Deponat ergo alas suas cum vox super firmamentum fit id est humilientur in eo quod apprehendunt cum superna conspiciunt que ab eis comprehendi non possunt. Et infra Sepe etiam sanctorum cogitationibus ipsa que habent bona blandiuntur ut eorum mentes in aliqua sui fiducia eleuent Sed protinus ad occulta dei iudicia recurrunt quo alii ex virtutibus ad infimum per elationem corruunt alii ex viciis correcti ad celum per humilitatem levantur. Unde nos ad humilitatem convocans propheta terret et admonet dicens Venite et videte opera domini quam terribilis in consiliis super filios hominum Quis enim digne considerare valeat quantus super nos sit terror consiliorum dei quando et alter ex virtutibus in fine tendit ad vicia et alter ex viciis in virtutibus concludit finem. Hinc namque Salomonis voce Eccles ix Sunt iusti atque sapientes et opera eorum in manu dei et tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit sed omnia in futurum servantur incerta Et est via que videtur hominibus recta et novissimum eius ducit ad mortem. Si itaque occulta iudicium profunda cogitantur quid est aliud quam alas deponere id est de nulla iam virtute confidere sed sub magno timore trepidare Bene enim omnipotentis dei nam considerent sine eius iudicia pendant. Hinc condant protinus ceciderunt Et infra Sic Moyses qui eruditus fuit omni sapientia egyptiorum cum vox dei audivit verba se non habere deprehendit dicens Obsecro domine non sum eloquens ab heri et nudiustercius et ex quo locutus es ad servum tuum impeditoris ac tardioris lingue sum Exod. 4 Ac si aperte diceret postquam a te verba vite audio confusione in verbis potius arguor Sic Ysayas cum vita duo ad perfectum placuerat cum eius domini contemplatur carbone de altari tactus ait Ve mihi quia tacui quia vir pollutus labiis ego sum et regem dominum exercituum vidi Ysaye vi Iste ad superiora sublevatus sibimetipsi de labiorum pollucione displicuit Nisi enim celestis iudicia alta conspiceret esse se immundabile non inveniret Sic loquitur deo Ieremias clamabat a a a domine deus ecce nescio loqui quia puer ego sum Ieremie i primo Nam in ea verba que audierat verba se non habere cognoverat Sic Daniel sublime visionem videns per plurimos dies elanguit et egrotavit Dan. x Vidi visionem et sequitur non remansit in me fortitudo Et regum. Ita et hii qui virtutibus fortes sunt cum talia dei conspiciunt in sua sibimet estimacione infirmi atque imbecilles fiunt

Primum

Dic verbum Job. de quo dominus amicis illius dixit Non estis locuti coram me
rectum sicut servus meus Job. Eundem ultimo cum verba dei colloquentis audiret
Audit dicens Insipienter locutus sum et que ultra modum excederent scientiam
meam. Ibidem Et paulo post Idcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam in fa-
villa et cinere. Cum enim contritum ad homines sapienter locutus fuit, loquente
sibi domino audiens insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contemplacione
vere sapientie sua ei sapientia viluit. Ad vocem quippe desuper venientem animalia
alas deponunt. quia virtute dei cum in nostra sua contemplari cepimus sine
in occultis iudiciis investigare conamur. Ideo quia nobis eius alta impene-
trabilia sunt nostra nobis si qua inesse bona credebantur vilescunt. Et
qui in contemplacionis scientia volare credebamus invisibilem super nos nimis et in-
penetrabilia eius iudicia pedetemptim cohibuisset alas humilitatis stamus. hec ille.
Unde Richardus hic dicit Quid homo iste fecisset si gloriam divinitatis christi
vidisset. Quia enim humana quanto perfectius invisibilia bona cognoscit tanto
amplius ipsa sibi vilescit. Et quanto magis potenciam dei contemplatur tanto magis
in seipsa humiliatur. Quod bene figuratum fuit Hester xv. Ubi dicitur quod cum
Hester vidisset regem super solium regni sui residentem indutum vestibus
regiis auro quoque fulgentem et vestibus preciosis et contremuit et in pallorem
colore mutato lassum super ancillam caput reclinavit. Per assuerum regem
deus significatur. per thronum dona maiestatis. per vestem eiusdem
potestatis. per ardorem oculorum iudiciaria severitas. Hester vero significat animam
contemplativam, talia considerantem et contemplantem, que in se deficit et humiliatur
cum divinam maiestatem contemplatur. In hoc ergo quod ait cecidi, figuratur
mentis humiliatio. In hoc quod ait tanquam mortuus carnis mortificatio
2 Cor. vi Tamquam morientes et ecce vivimus. Vel in hoc quod ait cecidi hominis
humilis reverencia. In hoc vero quod ait tamquam mortuus, operis consideracio. Unde
Haymo hic dicit Johannes significat electorum multitudinem. pedes dei
non significant hic eternitatem divinitatis nec predicatores domini deferentes
ut novissima membra eius sicut supra ibi et pedes eius similes aurichalco sicut
in camino ardenti. Sed divinum iudicium passionis Jhesu christi et opera humilitate
forte sive exempla vel vestigia eius. Petri 1°. Christus passus est pro nobis
vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Ad pedes ergo eius cadunt
electi quasi mortui quando ymaginando vestigia eius mente humiliantur
et in carne mortificantur. Exemplo marie Magdalene que stans retro
secus pedes christi lacrimis cepit eos rigare Luce vii. Et tales electi cadunt
quasi mortui quia et moriuntur viciis et concupiscenciis et mundo et mundanis
vivunt tamen deo. Et dicitur ad Coloss. 3° Mortui estis et vita vestra abscon-
dita est cum christo in deo. Amor enim celestium facit hominem ad terrena
mortuum. Cantica viii Fortis est ut mors dilectio. Tunc autem scitur quod
homo sit mortuus mundo et vivus deo quando non videt nec loquitur nec
cogitat que mundi sunt. ps. propter te mortificamur tota die. Vel sic cecidi
ad pedes eius id est pro [illegible] curam meam pro salute fidelium qui sunt pedes
christi quam pro christo curam suorum corporum contempserunt. Vel cecidi ad pedes
eius id est iudicium meum arbitrans et insufficiens contemplari divinitatem ad in-
tuendam humanitatem et benignitatem ipsius me inclinavi. Et nota quod [illegible]
hic figurantur [illegible] que debent esse in divina contemplatione. Primum
est contemplationis limpitudo. ibi cum vidissem. Secundum est cordis hu-
miliatio ibi cecidi. 3m est [illegible] mortificatio carnis ibi tanquam mor-
tuus. 4m est interioris rectitudo ibi ad pedes eius que sunt conditi.
Ubi Haymo ad pedes eius cadit qui dum considerat redemptorem suum
mortuum pro nobis mundo moriens ad imitanda eius vestigia semetipsum
humiliter prosternit et tanquam mortuus cadit. quia electus quisque sequens

cecidi
cecidi
tanquam mortuus
pedes domini
cecidi
1
2
3
4

vestigia passionis xpi / et si moritur mundo vivit tamen deo / hinc paulus dicit
vivo autem iam non ego / vivit vero in me xpus / ad Galatas 2o / Et ideo ad Ro.
xij o Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem / hostia
quippe et ymolatur et viva est / quia sancti etsi mortificent se simul vitijs
et concupiscentiis / non tamen penitus a corpore recedunt / Unde Gregorius omelia
ultima super Ezech. / hostia quippe occiditur ut offeratur / Sed hostia vivens
est corpus pro domino afflictum / Quod etiam hostia dicitur et vivens
quia vivit in virtutibus et est a vitijs occisum / hostia videlicet quia iam mundo
huic est a pravis actibus mortuum / vivens autem quia cuncta que valet bona
operatur / Sed quia deus semper humiles consolatur iuxta illud Judith viij o Exo-
ltenim humiles consolatio eius / Ideo sequitur secundum consorcius visionem
sed ipsius videntis confortavit et consolatus eum dicit / Et posuit dexteram
suam super me scilicet spiritum consolatorem sive auxilium suum seu confortatorem virtutis
meis restituit / Ideo dicit super me et super vires meas quia ipse non possit
se levare / Unde helmandus / ponit deus super humiles dexteram ad con-
solandum / ad auxiliandum ad confovendum / ad erudiendum / ad protegendum / ad
manutenendum sive ad manumissionem ut non accipiamus spiritum servitutis
in timore / ad Ro. viij o Ezech. 2o Manus domini erat mecum confortans me
Gregorius omel. x. ad bona quippe surgere perfecte non possumus / nisi nos
prius et preveniendo elevet et subsequendo confortet / Et ix Omnia ex
omnipotentis dei gratia ad bona opera conari quidem possumus sed tamen implere
non possumus si ipse non adiuvat qui iubet / Sic paulus cum disci-
pulos ammonet dicens Cum metu et timore vestram ipsorum salutem
operamini / Ne quis in eis tamen ipsa bona operari adiunxit dicens / Deus est enim
qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate ad philipp. 2o
Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit Sine me nihil potestis facere Johannis
xv Item Gregorius ibidem / Mala nostra solummodo nostra sunt bona autem nostra
et omnipotentis dei sunt et nostra / quia ipse aspirando nos prevenit ut velimus
qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus / sed non possimus implere quod
volumus / preveniente ergo gratia et bona voluntate subsequente / hoc quod omnipotentis
dei donum est fit meritum nostrum / De dono ergo dei efficiatur agere dominus. et
pro nostris eternam retributionem sperare / Quod bene paulus breviter sua explicat
dicens i Cor. xv. plus omnibus laboravi / Qui ne videretur sue virtuti
tribuisse quod fecerat / subiunxit Non autem ego sed gratia dei mecum / Quia enim
celesti dono preventus erat / quasi alienum se a bono suo opere agnovit dicens
Non autem ego / Sed quia preveniens gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono
quod libero arbitrio eandem gratiam est subsecutus in opere / adiunxit Sed gratia
dei mecum / acsi diceret In bono opere laboravi / non ego sed ego In eo non
quod solo domini dono preventus sum / non ego / In eo autem quod donum voluntatis
subsecutus et ego / hec contra pelagium et celestinum / Secundum haymonem
vero dextera non sumitur hic pro summa beatitudine future vite ac prosperitate
in qua sancti iam consistunt dei predestinatione / Sed et pedes non continent
in se opera iusta / sed tamen extra imitationem xpi et passionis / Sed dextera dicitur hic
sacra scriptura sive doctrina relicta predicatorum ecclesie / De qua dextera dicitur
Deuteron. 33 In dextera eius ignea lex / id est in scriptis predicatorum doctrina
spiritus sancti ardentem dexteram ponit deus super eos qui ipsa predicatione confortantur
sublevantur consolantur et timentes securos dehortatur / Ideo dicitur Ezech. 2o
Ecce manus missa est ad me in qua erat liber involutus / per quem
librum significatur sacra scriptura / ut exponit ibi Gregorius li. 1 omel. ix In
quo scripte erant lamentationes carmen et ve / Lamentationes videlicet quia in
eo scripta est penitentia peccatorum / Carmen quia ibi pronunciantur gaudia iustorum
Ve / quia illic expressa est dampnatio reproborum / Sed ergo peccata puniatis lege quod in
hoc volumine scripta sunt lamenta / Scindite corda vestra et non vestimenta vestra
Johel 2o

xvij p lc
et posuit dextera suam sup

dextera

Primum

Et rursus miseri estote et lugete risus vester in luctum convertatur et gaudium
in merorem Jacobi iiii. Ut autem ad percepcionem gaudii sequentis hilarescas con:
gnosce que in hoc volumine scripta sunt carmina laudis eterne Beati qui habi:
tant in domo tua in secula seculorum laudabunt te Ps 83 Et sic de quadam
sapiencia de celesti civitate dicitur ex lapide precioso et mundo omnes platee eius
sternentur et per omnes vicos eius alleluya decantabitur Thob xiii. Hec nobis
carmine celestis patrie nunciare tunc eius venerant qui cordis in nativitate
salvatoris clamabant Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone
voluntatis Luce 2°. Et si adhuc puti seculo mente inhereas si adhuc terrenis
voluptatibus delectaris amare non potes gaudia eterna que audis Co:
gnosce ergo in hoc volumine ve quod in eo scriptum est ut ab animo terrenum ti:
morem expelle quod diligis ut possis ex indicto carmen amare quod legis
Ibi quippe sub unius dampnati specie multitudo omnium exprimitur reproborum
cum voce veritatis dicitur ligatis pedibus eius ac manibus mittite eum
in tenebras exteriores illic erit fletus et stridor dencium Mathei xxii°
Tunc enim reprobi in exteriores tenebras ardentes cadent quia nunc in
interioribus sua se sponte deiecerit ne veritatis lumen nec credendo nec
bene operando sequerentur In quibus ligatis pedibus ac manibus mittitur
puniuntur quia nunc dum tempus est operandi et currendi habere pedes et manus
liberos in bona accione noluerunt Ibi ve reproborum scriptum est vermis
eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur Ysaie ultimo
Ibi dampnatis ac repulsis dicitur discedite a me maledicti in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius Mathei 24 In hoc itaque volumine
cuncta que discrunt omnia que erudiant scripta continetur. Peccasti enim
et iam te penitet illicita fecisse ut ad defendam primam doceatis Ibi
invenis lamenta Spe celestium gaudiorum metem relevare desideras Ibi ad
consolacionem tuam invenis carmen Eum vero et mala fecisti et hec te fecisse
non penitet si cervicem mentis erigis ad nullas penitencie lamentaciones
inclinaris nulla celestium gaudiorum expectacione corrigeris velis nolis
Ibi scriptum audituris est ve Ut is quem nec timor ad penitenciam humiliat
nec spes ad superna premia exaltat dampnacionis sue iam nunc pena terreat
et sine excusacione in eterna supplicia cadat Quid igitur nobis miserabilius est
et sine excusacione [illegible] ad hunc vere volumus et qualia que nobis
agendum tamen ut evigilemus ad hunc vere volumus et qualia que nobis
egisse meminimus fletibus puniamus ut per lamenta penitencie perveniamus ad
carmen vite Ne si afflicti nos penitere noluimus ve per mentem sine fine
sentiamus Ne nos scelerum vulnerum multitudo in desperacionem deprimat quia
maior est potencia medici quam magnitudo languoris nostri Quid est nunc quod
reparare nos possit ad salutem qui potuit omnia ex nichilo facere Ungentum
quippe est omnipotenti pro nobis tocciens [illegible] ille In cuius persona angelus
hic manum dexteram dicitur posuisse super Iohannem Quibus vero non dicat
[illegible] quod angelus fecerit ponens dexteram suam super
illum Utrum videlicet levavit eum a terra an direxerit eum ad terram
tamen hoc ex Danielis volumine possimus elicere quod eum a terra levavit
Nam legitur eius x quod angelus qui erat armatus auro obrizo et
corpus eius quasi crisolitus posuit dexteram suam super eum et erexit
eum super genua sua Posuit itaque hic angelus manum dexteram
super Iohannem iacentem ad pedes suos tamquam mortuum et erexit illum
Tunc Christus certe sue que se mortificat ad auxilium consolacionis porrigit
per suos predicatores Cuius dextera domini fecit virtutem Dextera domini
exaltavit me Quasi enim dextera Christi super fidelium corda pressuris
et angustiis oppressa positus erat Paulus apostolus ut sublevaret eos
cum eis consolacionem adhibebat dicens Non sunt condigne passiones huius temporis

ad futuram gloriam que revelabitur in nobis ad Ro. viii. Non enim ecclesia ita
erigitur a terra ut penitus ab omnibus angustiis submoveatur. Sed cum
talia et hiis similia audit pro illatis passionibus. cor eius ad gau-
dia celestis patrie sublevatur. Tale quippe est illud ewangelii Mathei x. Nolite
timere eos qui occidunt corpus. Et Luce x. Gaudete quia nomina vestra
scripta sunt in celo. Bene autem hic additur Noli timere. quia electorum etc
scripta sunt in celo. Bene aut hic additur Noli timere. quasi electorum ...
diratur. Surge inclitus auditum in passionibus et animus ad futura prima
Et accepta desuper fiducia humanum timorem audacter longe propulsa
et in hoc consolatus. Unde Richardus hic. In hoc quod ait posuit dexteram
suam super me exprimitur auxilium sublevacionis. In hoc quod dicit noli timere
gratia consolacionis. Et patet hic iustus ordo. Qui enim tamquam mortuus recidit. id
audivit consolatorium sermonem Noli timere. Et quia primo noli timere dixerat
subdit causas non timendi eumque prerogativis Ihesu Christi a deo. Ego
sum primus et novissimus. Hanimo. Hic manifeste apparet quia angelus
qui beato Johanni apparuit. figuram Christi tenuit. Non enim alius quam Christo nato
passo ac sepulto et resuscitato conveniunt hec verba. Ipse non est primus per quem
facta sunt omnia. Ipse novissimus per quem restaurata sunt omnia. Ipse
primus quia in principio erat verbum. Ipse novissimus quia in fine temporum natus
verbum caro factum est et habitabit in nobis. Et secundum Richardum primus
per eternitatem. novissimus per retributionem. Vel primus quia ante me non est formatus
deus. Novissimus quia post me non erit. Ysaie xliii. Vel primus quia a me
sunt omnia. Novissimus quia ad me sunt omnia. quia me inicio principio et ad
me fine. Vel primus quia sine origine rerum. novissimus quia sine fine
et iudex omnium. Vel primus quia ante secula natus de patre. Et novissimus
quia in fine temporum natus de matre. Vel primus inter angelos. et novissimus
inter iudeos. Homo enim eorum reputatus. Ysaie liii desideravimus eum despectum
et novissimum ... Bernhardus extra libro de consideratione. Quid est deus
principium. Et hic ipse de se responsum dedit Iohannis viii. Et subdit
... in rebus dicuntur principia. sed respective priorum. Alioquin si ad aliquid
precedens respicias. ipsum pocius principium dabis. Quodsi grabatum vivi
simplex quod principium non habuit. Item
simplex quod principium non habuit ... ...
... cepit. Nam si cepit. aliunde cepit
... a se enim cepit nichil. Nisi forte quis putavit quod non erat
dare sibi potuisse ut esse inciperet. ... fuisse aliquid antequam esset. ... utique
quia ... non ... constat nil sibimet extitisse ... ... quod non aliud
principium habuit primum non fuit. Verum quod principium ... cepit
... ab ipso cepit. ... Super ... eodem. Ego sum alpha et o
Et inferius ultimo ... ... Et fui vivus et mortuus. Vivus inquam
ante omnia secula ex divinitatis essencia vel ante mortem in carne
Et fui mortuus scilicet post nativitatem carnis per illatam passionem. Et ecce
sum vivens scilicet per gloriam resurrectionis et hoc in secula seculorum absque iteracione
mortis. Christus enim resurgens ex mortuis iam non moritur. mors
illi ultra non dominabitur ad Ro. vi. Et de hiis in glosa. Et Hanimo
vivus ego enim suam divinitatem. mortuus pro hominibus in sua humanitate
Et vivens immortalis facta sua resurrectione regnat in secula seculorum in regno
sue glorie. Et ideo multo fideles et electi non debent timere mori pro eo
qui sic dignus est pro ipsis mori. ad Ro. iiii. Traditus est propter peccata nostra
resurrexit propter iustificacionem nostram. Unde Hanimo. In hoc loco magis consolatio
intelligenda est adhibita beato Johanni. cum iaceret tamquam mortuo dicitur
vivus fui et mortuus. et sum vivens in secula seculorum. Nichil enim hac affectione
convenit. quia quod ... similem in morte domini audiret. qui tamquam mortuus

dextera sua

Primus novissimus

vivos

vivus et mortuus

Primum

iacebat. Quasi diceret Christus tam sibi quam omnibus fidelibus suis: Nolite timere pro
me pati, qui estis membra, cum ego qui sum caput pro vobis mori non
dubitaverim, quia sicut post mortem vivo, ita et vos vivetis consuscitati a ca-
pite. Attendite ergo quia post mortem vivit vita vestra que constat in ca-
pite. Exemplum vobis omnibus quique in gloria consurgendi, si in eo vano timore
non recessit a corpore. Ro. ad Thi. 2° Si mortui sumus et convivemus. Nec
patitur vos temptari supra id quod potestis. 1 Cor. x capitulo. Habeo claves
mortis et inferni. Sic continuat glosa. Per claves secundum Haymonem potestas
eterna et iudiciaria designatur. Unde Petro dictum est: Tibi dabo claves
regni celorum. Matt. xvi. Aliquis preculit intelligere demum claves esse
in celo quemadmodum sunt in ostiis. Sed per claves potestas intelligitur ligandi atque
solvendi. Ita ergo sicut clavium nomine potestas ostenditur eterna. [illegible] 3° dicit: Qui
aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit. Porro mors diabolus intelligitur,
quia invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Sapie 2°. Per infernum autem
intelliguntur membra eius ad penas inferni vocata. Sed itaque filius dei Ihesus
Christus claves mortis et inferni, quia occulta sua ratione dat potestatem diabolo
vel eius membris ut seviant in persecutionem sanctorum. Et item cum vult, facit
omnes eorum quiescere temptationes. Hinc claudebat diabolum cum dominus dicit:
Numquid considerasti servum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex et rectus.
Temptamentum enim aperuit dominus. Numquid frustra Iob timet deum? Nonne tu
vallasti eum ac domum eius universamque substantiam per circuitum? Operibus manuum
eius benedixisti et possessio eius crevit in terra. Sed extende paululum manum
tuam et tange cuncta que possidet nisi in faciem benedixerit tibi. Reseravit ei
dominus clavem cum potestatem temptandi dedit dominus: Ecce in manu tua est.
Et ille accepta potestate egressus percussit Iob ulcere pessimo. Iob 1° et 2° capitulis.
Sed postea cohibitus est et sub clave reclusus, quando ipsa temptatio cessavit
et Iob ad gloriam et restituta sunt ei omnia duplicia. Iob ultimo. Ipse quoque
temptatori eandem temptationem reduxit ad cumulum damnationis sue. Hinc clavibus
fuit dimissus quando temptabat Paulum, ne magnitudine revelationum
extolleretur datus fuit stimulus carnis. 2° Cor. xii. Hinc dum [illegible]
clavibus quotidie reseratur, cum electos temptationibus fatigare permittitur.
Ac terminos restringitur, cum non supra modum sed ad mensuram virium temptationes
exaggerare permittitur. Secundum illud apostoli allegatum 1 Cor. x: Fidelis deus
qui non patietur vos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione
etiam proventum ut possitis sustinere. Unde Gregorius xxix Moralium exponens
illud Iob 38: Quis conclusit ostiis mare quando erumpebat quasi de vulva pro-
cedens, dicit: Erumpebat mare quasi de vulva procedens, cum minarum
[illegible] fluctus de carnalis cogitationis [illegible] concepti in se [illegible] interitu
sentiret. Sed auctore deo ostiis hoc mare conclusum est, quia eius tumores
[illegible] sancti viri quasi quedam ostia oppositi sunt, et eorum [illegible]
[illegible] reverentia [illegible] frangentis. Humiliat quippe dominus [illegible]
[illegible] per eos sanctam ecclesiam supra mundi culmine [illegible] et sevientes
maris impetus [illegible] potestate cohibuit. Hec ille. Unde Gregorius
2° Moralium super 1° dicit: Et cum Sathan sanctum virum temptare appetit
et tam domo ut manum extende dicat [illegible] ferendi vires ille
ipse sibi [illegible] quod contra auctorem omnium singulariter superbit. Erat namque quia
[illegible] agere ex semetipso non sufficit, quia nec per semetipsum in eo quod est
[illegible]. Hinc legitur in evangelio expellenda de homine legio dicebat:
Si eicis nos, mitte nos in greges porcorum. Matt. 8, Marci 5 et Luce 8.
Qui enim per semetipsum in porcos ire non potuit, quid mirum si sine auctore
manum sancti viri domum destruere non valebat. [illegible] Sathane
voluntas

Semper est iniqua. sed numquam prestat iniusta. quia a semetipso voluntatem habet sed a domino potestatem. Quod enim ipse facere inique appetit hoc deus fieri non nisi iuste permittit. Unde dicitur primi Regum xvi. Spiritus domini malus irruebat in Saul. Ecce unus idemque spiritus et domini appellatur et malus. domini videlicet per licentiam iuste potestatis. malus autem per desiderium iniuste voluntatis. Formidari igitur non debet qui nihil nisi permissus valet. Sola ergo vis illa timenda est. que cum hostem sevire permiserit ei ad usum iusti iudicii et iniusta illius voluntas servit. Nam ad deceptionem suam hosti creditur quod fideli famulo ad augmentum muneris sufficeret. Valde namque considerandum est in nobis domini dispensatio sancte pietatis quomodo hostem nostrum permittit et continue relaxat et refrenat. Alia ad temptandum dat ab aliis religat. Omnia que habet in manu tua sunt. tamen in eum ne extendas manum tuam. Et tamen prodit. sed totum corpus eius protegit. quod quidem postmodum temptatori traditurus est. sed tamen non simul ad omnia relaxat hostem. ne undique feriens trucidet. Nam cum multa electis eveniunt. mira conditoris gratia ex tempore dispensantur. ut que coacervata premerent. divisa possint tolerari. Hinc Paulus ait Fidelis deus qui non patietur vos temptari ultra. Hinc David ait. Proba me domine et tempta me. Et si aperte dicat. quas vires inspice et tunc tot ferre valeo temptari permittas. Idem Gregorius exponens illud Job 38. Quis conclusit ostiis mare.

alia ad affligendum sed ab aliis

Tercium utrum sit confiteri catholice Christum vere mortuum fuisse. Videtur quod non. quia si mortuus fuit. aut hoc fuit ideo quia ipse separavit animam a corpore aut propter inflicta vulnera. Non primum. quia sic interfecisset quod Iudei Christum non interfecissent. sed quod ipse sui ipsius fuit homicida quod est inconveniens. Nec secundum ut videtur. quia mors que accidit propter vulnera provenit homini ad summam debilitatem perveniente. quod in Christo non fuit quia clamans expiravit. ergo Christus non debilitate nullo modo mortuus fuit. Item humana natura non fuit in Christo debilior quam in aliis hominibus. sed nullus alius homo moritur tam cito propter vulnera manuum et pedum. vulnus autem lateris fuit ei inflictum post mortem. igitur Christus in cruce mortuus non fuit. cum nulla causa mortis eius esse videatur. Sed in contrarium est quia dicitur. Et fui mortuus et sum vivens. Item Iohannis xix dicitur quod Christus in cruce pendens emisit spiritum inclinato capite. Mors autem est per separationem anime a corpore. Ergo Christus vere mortuus fuit in cruce. Respondendo dicendum breviter quod absque omni dubitatione confitendum est catholice Christum in cruce vere mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mortis eius est advertendum secundum doctorem sanctum in primo de quolibet q. 3. quod cum Christus fuerit deus et homo eius potestati subiacebat quicquid pertinet ad humanam naturam in ipso. quod in aliis puris hominibus non contingit. Nam eorum voluntati non subiacet quod natura sensibilis affligitur causa. quare anima Christi simul paciebatur et fruebatur. quia sed eo volente hoc factum est ut non fieret redundantia a superioribus viribus in inferiores ne superiores virtutes impedirentur a suo actu propter passionem inferiorum. quod in aliis hominibus contingere non potest propter naturalem connexionem potentiarum adinvicem. Et similiter est in proposito. Mors non violenter accidit ex hoc quod nocumento illato natura cedit. et quamdiu natura resistere potest tamdiu mors retardatur. Unde in quibus natura est fortior ex equa causa tardius moriuntur. Erat autem subiectum voluntati Christi quod natura resisteret tormento illato et quod cederet. Unde eo volente natura restitit nocumento illato usque ad finem plus quam in aliis hominibus posset. itaque in fine post multam sanguinis effusionem quasi integris viribus exclamavit voce magna. et statim eo volente natura cessit et emisit spiritum et hoc ut se dominum et vite et mortis ostenderet.

Unde hoc admirans Centurio dixit Vere hic homo filius dei erat Math. 27. et Marci xv. Videns centurio qui stabat ex adverso quia sic clamans expirasset ait. Vere hic homo filius dei erat. Sic ergo et Iudei Christum occiderunt nocumentum eum mortiferum inferentes. Et cum hoc ipse animam suam posuit et reddidit spontanee quia quando voluit nec nocumento illato totaliter cessit. Nec tamen culpandus est quasi sui homicida. Est enim corpus propter animam et non econverso. Unde iniuria fit anime cum propter nocumentum illatum corpori expellitur de corpore contra naturalem appetitum anime. Licet forte non propter depravatam voluntatem, ut se in sanctis. Sed si anima in sua potestate haberet recedere a corpore quando vellet et iterum advenire non maioris esset culpe si corpus desereret quam quod habitator deserit domum. Culpe tamen est quod inde vivus expellatur. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Ex qua declaratione sequitur correlarie quod obitus corporalis cuiuslibet hominis puri nequaquam inest ei ex posse naturali sed activo, patet ex dictis et ex verbo salvatoris Iohannis. Predictis certissime ad exprimendam specialem significantiam et ad maiorem distinctionem faciendam potestatem habeo ponendi animam meam, quasi diceret Ego solus deus et homo et nullus alius homo potestatem habeo ponendi animam meam, cum quod dicitur domino deo, Sap. 16 Tu es domine qui habes vite et mortis potestatem. Animam autem ponere est eam a corpore ex propria potestate hominis prout vult separare, ut ostendit augustinus super Iohannem. Et hoc declarans lucidius doctor sanctus in compendio suo de fide c. 23 quod dicit Mors christi fuit nostre morti conformis quantum ad id quod est de ratione mortis quod est animam a corpore separari. Sed quantum ad aliquid mors eius a nostra morte differens fuit. Nos enim morimur quasi morti subiecti ex necessitate vel nature vel alicuius violentie nobis illate. Christus autem mortuus est non ex necessitate sed ex potestate et propria voluntate. Huius autem ratio dicta est quia naturalia nostre voluntati non subiacent. Coniunctio autem anime ad corpus est naturalis. Unde voluntati nostre non subiacet quod anima corpori maneat unita vel quod separetur ab eo sed oportet hoc ex virtute alicuius agentis provenire. Quicquid autem in christo naturale erat totum eius voluntati subiacebat propter virtutem divinitatis cui subiacet tota natura. Erat igitur in potestate christi ut quamdiu vellet anima eius corpori unita remaneret et statim cum vellet separaretur ab ipso. Huius autem divine virtutis indicium Centurio sensit dum enim ut dictum est vidit clamantem expirare per quod maxime ostendebatur quod non sicut ceteri homines ex defectu nature moriebatur. Non enim possunt homines ceteri cum clamore spiritum emittere cum in mortis articulo vix etiam possunt linguam palpitando movere. Unde quod christus clamando expiravit in eo divinam virtutem manifestavit et propter hoc Centurio dixit vere filius dei erat homo iste. Hec ille etc. Conclusio alia. Secundo patet esse iustissima pena quam ex peccato homo promeruit. Homo namque ex gratia status innocentie habuit posse non mori passive et active. Qua quidem gratia ex peccato reiecta incurrit posse mori passive et non posse mori active, sive non posse mori ex propria potestate. Conclusio tertia: Est iustissima pena quam deus homini pro peccato inflixit ut scilicet et peccator haberet spacium penitendi et iustus exerceret meritum patiendi ut et ille vitam haberet corporalem ad penitentiam et iste eam haberet ad patiendum dum utique mori non posset dum vellet. Ex quo sequitur quartum correlarie. Quod occidere seipsum est contra se omni homini omnino illicitum patet per id Math. 5 Non occides. Quod exponens beatus augustinus libro primo de civitate dei dicit De homine intelligendum est non occides nec alterum nec te. Neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit. Et huius triplicem rationem ponit beatus Thomas in 2. 2e q. 64 ar. 5 dicens Vita est quoddam donum divinitus attributum homini et dei potestati subiectum qui scilicet deus occidit et vivere facit Deutronomii 32. Et ideo qui seipsum vita privat in deum peccat sicut sibi iudicium usurpat ad solum enim deum pertinet iudicium mortis et vite. Secundo quilibet homo est pars communitatis. Unde in hoc quod seipsum interficit iniuriam communitati facit ut patet per philosophum 5o ethicorum. Tertio naturaliter quelibet res seipsam amat

1

2

se in esse conservat et corrumpentibus resistit quantum potest. Unde quod aliquis seipsum occidat est contra naturalem inclinationem et contra caritatem qua quilibet debet seipsum diligere. Et ideo occisio sui ipsius semper est peccatum mortale. ut: potest contra naturalem legem et contra caritatem eius. Hec ille. Corollarium

Non licet habenti publicam potestatem seipsum occidere propter quod committeret peccatum, quamvis liceat ei occidere alios malefactores. Ratio quia debet de aliis potest iudicare. nullus autem potest esse index sui ipsius. licet tamen ei se committere iudicio aliorum. Corollarium

Neque licet seipsum interficere propter citius intrare regnum celorum. Ratio quia transitus de hac vita ad feliciorem non subiacet libero arbitrio hominis. sed potestati divine. Corollarium

Nec licet se interficere ut miserias presentis vite posset evadere. Ratio quia ultimum malorum huius vite et maxime terribile est mors ex 3° ethicorum et ita inferre sibi mortem ad alias huius vite miserias evitandas est maius malum assumere ad minoris mali vitationem. Et ideo non licet, immo est evadere malum temporale et in malum perpetuum incidere. Corollarium

Nec licet se occidere ex peccati commissi enormitate. Ratio quia malefactor summopere eget tempore penitentie. Et ideo si se ex enormitate peccati interficeret. in hoc sibi maxime noceret tollendo sibi tempus penitentie. Corollarium

Nec licet aliquam se occidere puta mulierem a virginale claustrum ne ab alio corrumpatur adulterio vel defloratione. Ratio quia non debet quis in se committere crimen maximum quod est occisio sui ipsius ut vitet minus crimen alienum. Non enim est crimen mulieri per violentiam corrupte si consensus non apponitur. quia non inquinatur corpus nisi de consensu mentis ut beata lucia dixit. Constat autem est peccatum fornicatio vel adulterium vel stuprum quam sui ipsius homicidium. quod est gravissimum peccatum. quia sibi ipsi maxime nocet. cui maxima dilectionem debet. Est etiam periculosissimum. quia non restat tempus ut per penitentiam expietur. Corollarium

Nec licet occidere seipsum ob timorem ne consentiat in peccatum futurum. Ratio quia non sunt facienda mala ut eveniant bona vel ut dicitur ad Ro. 3. vel ut vitentur mala presertim minora et minus certa. Incertum enim est an aliquis in futurum consentiat in peccatum. quia potens est deus hominem quacumque temptatione superveniente a peccato liberare. Hec beatus thomas ubi prius. Concordat beatus augustinus li. 1° de civitate dei. Et multa capitula. Sed de tam Sampson interfecit se Judicum xvi. qui tamen connumeratur inter sanctos ad hebr. xi. Solutio secundum augustinum ubi supra. Non excusatur Sampson aliter quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit. nisi quod latenter spiritus sanctus hoc iussisset. qui per illum miracula faciebat. Et eandem assignat causam de quibusdam sanctis feminis. que tempore persecutionis seipsas occiderunt. quarum memoria in ecclesia celebratur. Et adhuc de tam dicitur 2° Mach. xiiii. quod Razias seipsum interfecit eligens nobiliter mori. potius quam subditus fieri peccatoribus et contra natales suos indignis iniuriis agi. Sed licet quod nobiliter fit et fortiter videtur esse illicitum. Responsio secundum sanctum thomam ubi prius. Et ad fortitudinem pertinet quod aliquis ab alio mortem pati non fugiat propter bonum virtutis et vitet peccatum. Sed quod aliquis sibi ipsi inferat mortem ut vitet mala penalia. habet quidem speciem fortitudinis. propter quod quidam seipsos interfecerunt. estimantes se fortiter agere. de quorum numero Razias fuit. Non tamen est vera fortitudo sed magis mollicies animi non valentis mala penalia sustinere. ut patet per philosophum in 3° ethicorum. Et per beatum augustinum in primo li° de civitate dei. Et quibus omnibus constat per evidentiam scripture et certa hec efficacia facti. quod nullus purus homo habet posse mori utroque. quia recidit a posse non mori in suo innocentie statu. Dixi purus homo propter dominum ihesum christum qui solus ut dictum est. oblatus est quia ipse voluit. Et qui de se dicit in textu. Ego sum primus et novissimus et fui vivus et fui mortuus et ecce sum vivens in secula. Et habeo

claues mortis et inferni. Osee xiii. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Ad phil. 2°. In nomine ihesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Apoc. xx. Vidi angelum descendentem habentem clauem abissi magne. Allegorice. Et sunt claues mortis et inferni de quibus hic dicitur. Et sunt claues sciencie et misteriorum scripturarum. Luce xi. Qui tulistis clauem sciencie. Et sunt claues auctoritatis et potencie ad regendum. Ysaye 22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius. Et sunt claues regni et vite. Math. xvi. Et tibi dabo claues regni celorum. Omnium autem harum clauium potestatem habet ihesus christus. Infra 3. Hec dicit qui habet clauem Dauid. Cui dicit hic in littera. Et habeo claues mortis et inferni, id est auctoritatem et potestatem mortuos suscitandi et ad infernum mittendi. Vel sic. Habeo potestatem super mortem ut eam non possit in amplius dominari, quia eam destruxi et resurrexi. Et super infernum ut vos non contineat, et ut ibi dyabolum et eius membra perpetuo carcere claudam ne vos amplius infestet etc.

Scribe ergo que vidisti et que sunt et que oportet fieri post hec. Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea et septem candelabra aurea. Septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum et candelabra septem septem ecclesie sunt. In ista littera beatus Johannes describit tercium et quartum quantum ad ipsam visionem. Et primo describendo ipsa visa ponit preceptum. 2° aperit de hiis que sunt visa revelacionem ibi Sacramentum septem stellarum etc. Quantum ad primum dicit: Scribe ergo que vidisti. Dicit haymo Johannes hic gerit typum ordinis predicatorum cui dicitur: Scribe que vidisti et que intellexisti in lege scilicet et in prophetis de me. Scribe inquam ut in corde teneas et aliis futura pandas. Que vidisti scilicet misteria incarnacionis passionis et resurrectionis. Que vidisti siue oculis corporis siue intelligencia contemplacionis. Scribe et aliis annuncia ut per hec ad fidem christi alii pertrahantur. Sequitur: et que sunt, scilicet inminentes tribulaciones et presens est precipuum auxilium diuinum. Sequitur: Et que oportet fieri post hec, scilicet futuras ecclesie persecuciones, fidelium probaciones, persecutorum severitatem, malorum dampnacionem et bonorum glorificacionem. Infra eodem: Que oportet fieri cito. Sed queritur: Cum prius preceperit scribe in libro, ad quid repetit hic illud preceptum? Respondet haymo quod ideo dicit hic iterata voce Scribe, ut negligencia torporis a predicatorum studio removeatur, ut que sepius admonetur sine tardicie adimpleat. Scribe inquam ut sicut es eruditus per celeste visionem, ita alii erudiantur. Scribe inquam, ut sicut est eruditus per celestem visionem, ita alii erudiantur per eiusdem descripcionem et revelacionem, ut ait Richardus. Unde et ipse scripsit docu: menta cetus dei, non solum in hoc libro sed etiam in epistolis suis. 1 Joh. 2°: Scribo vobis filioli ut non peccetis etc. Scribe que vidisti. Multa debet homo videre in contemplacione speculative tamen quinque quantum ad nos, scilicet peccati sua supplicia inferni, gaudium paradisi, beneficia christi, vilitatem peccati. Et omnia scribe in loco cordis. Circa peccata debet homo videre quam breuis est ibi delectacio et quam longa cruciacio. Gregorius: momentaneum est quod delectat, eternum quod cruciat. Item quam vilia sunt cum sint fetida. Jeremie 2°: Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Seneca: Si scirem deos ignoscituros et homines nescituros, adhuc propter peccati vilitatem peccare dedignarer, eo quod peccatum reddit hominem dyabolo subiugatum. Joh. viii°. Qui facit peccatum seruus est peccati. Item quam dampnosa sunt, quia minuunt bona nature, priuant bonis gracie et auferunt bona glorie. Luce x°: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semi: uiuo relicto. Trenorum 1: Egressus est a filia Syon omnis decor eius. Circa supplicia inferni debet videre diuersitatem, quia ignis, frigus, nix, glacies, pluit super peccatores laqueus ignis sulphur. Propter defectum caloris ibi erit fletus et stridor dencium. Eternitatem, Ysaye ultimo: Vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur. Math. 24: Discedite a me maledicti etc. Circa gaudia paradisi debet videre puritatem. Prouerbiorum xiii°: Gaudio eius non immiscebitur extraneus. Longitudinem, Joh. xvi: Gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis

Et plenitudine, ibidem, ut gaudium vestrum plenum sit. Circa huius(modi) x(ps)t(us) dz videre multitudine(m) ipsi(us). Quod verbum dicit pro omnibus ge(n)e(r)ib(us). Magnitudine(m) luc(is) fecit m(ihi) mag(n)a qui potens est. Et (con)stitudine(m) Mat(th)ei x. Gratis accepistis gratis date. Circa utilitates xpi dz videre quid b(ene) velle(t) fieri si ess(et) in illo statu et (con)tra sit fragilitas ho(m)i(n)is Mat(th)ei 7. Quecu(m)q(ue) voltis ut faciant vobis homines et vos facite illis. Job v. Visitans speciem tuam non peccabis. Ecc(lesiastic)i xxxi. Intellige q(ue) sunt p(ro)ximi tui ex te. Ut ibi Sacramentum septem stellarum. Ponit etiam causas huius visionis, sed aliquorum q(ue) hys que sunt visa. Revelationem dicens, Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea. Et septem candelabra aurea. Septem stelle angeli sunt septem ecclesiarum. Et candelabra septem septem ecclesie sunt. Sacramentum dicit hanc(modi) misterium est ubi aliud videtur, et aliud intelligitur. Sic v(er)ba in sacramento altaris ubi tamen species panis videtur, vera est caro salvatoris. Vn(de) Sacerdotes dicit sacramenta q(ue) su(m)ptu(m) nobis (con)ficiat ad salutem anime et corporis. Ista ergo et hic sacramentum erat. Celled(?) n(on) significatur per septem stellas, id(em) significatur per septem candelabra sc(ilicet) universalis ecclesia vel sancti doctores q(ui) sunt stelle et angeli ecclesiarum q(ui) et in nocte huius seculi lucent, per munditiam vite, et alios celestia nunciant puritate doctrine. Dan(iel) xii°. Qui ad iusticiam erudiunt multos, quasi stelle ad perpetuas eternitates. Ad Philip(penses) 2°. In medio nationis prave et perverse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. Angeli ergo ecclesiarum x(ris)ti presidentes, significantur per septem stellas. Et ecclesie per candelabra. Unde enim dicit hic Haymo, angeli nominibus scripti sunt in sequentibus invenitur. Non celestes misteriis spiritus, quia absurdum est credere aliquos esse in celestibus spiritibus dignum reprehensionem, sed potius fideles in ecclesia (con)sistentes de quibus scriptum est Ysaie 33. Angeli pacis amare flebunt. Ut enim ait hic Augustinus in originali, angeli ecclesiarum sunt episcopi vel presbiteri. Angelus n(on) (con)stat nuncius dicitur latine. Ab Grecis sup(er) ergo lib(ro) ii Omel(ia) vi. Quod (con)stat dicitur angelus, hic dicatur latine nuncius. Recte ergo q(ui) nunciare superna indicitur mittitur angelus vocatur ut dignitatem servet in nomine quam explet in operatione. Altum quidem nomen est si vita nomine (con)sono est. Utinam non ad iudicium nostrum dicitur, quia omnes q(ui) sacerdotii nomine censentur, angeli vocantur propheta testante Malach(ie) 2°. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Subdit, sed huius altitudinis nomen, etiam vos si vultis, potestis promereri. Nam unusquisque vestrum, in quantum sufficit, in quantum gratiam superne aspirationis accipit, si a pravitate proximum revocat, si exhortari ad bonum operandum curat. Si eterni regnum vel supplicium erranti nunciat, cum verba sancte annunciatio(n)is impendit, profecto angelus existit. Ar. Sz. d. tamen dicitur Thobie xii. Sacramentum regis abscondere bonum est. Item quare exposuit aliqua et non omnia. Item ex quo exposuit ista, insinuans illa esse sacramentalia et mistica, videtur implicare alia visa non esse talia. Ut videtur exposition(is). Respondet ad ista hic Haymo. Et angelus, quedam exposuit beato Johanni quedam signata reliquit, minirum ideo egit ne nobis lecto illius vilesceret et ut haberemus etiam ubi sensum nostrum exercere possemus. Exposuit quedam quia si ex toto nobis clausus esset liber, taederet nobis eius lege, ad cuius mysteria intima non possemus pertingere. Item si omnia cum aperiret facilis nobis esset ad intelligendum, et ideo etiam illum minus studiose legeremus. Ut ergo exercitaretur intellectus fidelium ad inquirendum occultorum misteriorum, et ne lectio vilesceret, aliqua visa non aperuit nec exposuit. Item ut insinuaret expedire esse fidelibus filio dei revelante pertingere ad inquirendum occultorum misteriorum, aliqua hic sacramenta aperuit. Unde Gl(ossa). In parte exposuit ut doceat alia inquiri. Unde dicit Gregorius Omel(ia) vi super Ezechielem. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia obscura est scientia in prophetis. Sed vere Salomonis attestante didicimus, ~~quia gloria regum celare verbum~~ et gloria dei est ~~investigare sermonem~~, quia et honor est hominum eorum secreta abscondere. Et gl(ori)a

Marginalia: S... quod sit; an vero quod significet; angeli ... significet; inferior; Respondet ad istas rationes et exposuit ...; Gloria regum est investigare sermonem. Gloria dei est celare verbum. Prov(erbiorum) xxv. circa et hor

114

226

Egregie domine doctor et in artibus [illegible]
[illegible]

dei est · iustitia sermonis eius aperte ipsa autem per se veritas describitur Math. x Que
dico vobis in tenebris, dicite in lumine · id est aperte exponite que in allegoricis
obscuritatibus audistis · Et videtur magne virtutis utilitatis est ipsa obscuritas
eloquiorum dei · quia exercet sensum ut fatigatione dilatetur et exercitatus capiat quod
capere non posset ociosus · sed est adhuc maius aliud · quia scripture sacre mysteria
si in cunctis esset aperta · vilesceret · In quibusdam locis obscurioribus · tanto ma-
iori dulcedine inventa reficiunt · quanto maiori labore fatigant animum quesita
Et idem omelia xv xv prime partis ewangeliorum dicit dominus per semetipsum
quod dictus est exponi quod dicebat · ut sciatis rerum significationes quare
in hiis etiam que per semetipsum noluit explanare · Exponendo ergo quod dixit
significative se loqui innotuit · quatenus vos nos redderet cum vobis nostra fragilitas
verborum illius figuras aperiret · Et ille [illegible] videtur quod doctrina huius libri
non sit hoc modo recte tradita · Sed ut ait Augustinus primo libro de trinitate c. i · Contingit errare
quia eas que de rebus corporalibus dicuntur ad res incorporeas et spirituales transferre co-
netur secundum aliquos · Cum igitur in hoc libro res spirituales et incorporee describantur
per res corporeas et ad illas res corporee transferuntur · videtur quod non sit recte
tradita doctrina · nec secure · Item secundum philosophum vi° Thopicorum omnes transferentes secundum
similitudinem aliquam transferunt · Philosophus ii° de generatione In hiis quibus simbolum
facilior est transmutatio · Cum ergo rerum corporearum et incorporearum
materialium et immaterialium non sit similitudo vel simbolum · non est rectus modus
docendi has describere per illas · Item describere res corporales sine dimensionibus
et per res spirituales esse ingnes · ergo simul ergo · Item dicit philosophus in periherminias
est enuntiare quod est esse · et quod non est non esse · id est vere · et est enuntiare
quod est non esse · vel ergo et falsum · ergo describere res tales · quales non sunt
est falsitas vel error · Item ut prius · Oppositum tamen huius · patet hic et alibi
in scriptura Sepe · nam res celestes et spirituales · describuntur per corporales · et est
etiam ipse deus · Quod est credendum · Non tamen ita describuntur · intelligendo
quod ille sint iste realiter vel taliter · sed quod sint consimiles in aliquo effectu
sive proprietate · Unde notandum quod aliqua dicuntur esse consimilia multis modis · uno
eiusdem nature comparatione · sicut filii dicuntur similes patribus · quia quod exyt
de membris · est simile ei quod remansit ut dicit philosophus · i° libro de animalibus
et idem xviii · quod mirabilis est filius qui non assimilatur patri · et quod natura videtur
in eo errasse · Secundo dicuntur aliqua similia · quando sunt eiusdem
qualitatis · ut dicit philosophus v° methaphisice · Tertio dicuntur aliqua similia alicuius proprietatis
similitudine seu convenientia · unde Augustinus xii contra Faustum · Et per solem et
leonem significatur Christus · similitudinibus tamen non proprietatibus nature · Et idem libro xvi
quod non solum que sunt eiusdem nature dicuntur similia · sed quod disparis · Sic filius
dei dicitur agnus petra · quod non diceretur · nisi eorum similitudine susceptis
Idem Augustinus libro sermonum primo sermone ui dicit · Et quod una res multis signatur
quod nil horum est per essentiam · omnia tamen per figuram · sicut Christus · nec leo nec
agnus est per essentiam · est tamen per figuram · Et de hoc Augustinus hic et multum
super Iohannem omelia xiii · Quando ergo describuntur hic res spirituales et
incorporee · et notificantur per res corporales · non est intelligendum quod iste sint
similes illis vel tales quales ille in natura vel essentia · sed quod sunt similes
in aliqua proprietate vel effectu · sicut Christus dicitur petra propter firmitatem · et columpna
quia rectus · quia firmus · quia fideles iuvans infirmitate · Ut ait Augustinus xii contra
Faustum · Et per hoc patet responsio ad omnia obiecta ut applicati · Sed adhuc
quaerendo de congruitate huiusmodi in hac scriptura · sed quare sic est tradita
sub similitudinibus et figuris · videtur · quod esset modus doctabilior si esset
planius doctrina ei [illegible] facilius est · philosophus xiiii · Item doctrina generalis
esse debet ita quod possit ab omnibus deprehendi · quia doctor est debitor sapientibus
et insipientibus · ex verbo apostoli ad Ro. i° Item taliter docetur aperte in aliis
libris · Respondeo · Ideo in hac scriptura sic aliqua traditur · ut manu ducamur
ad divina intelligenda · unde Dyonisius libro de angelica ierarchia c. i · Impossibile
est nobis divinum radium lucere nisi varietate sacrorum velaminum anagogice
circumvallatum

Et talis ergo artificialiter theologia pietatis sacris formacionibus in non sacris intellectibus usa est. Ubi exmetitores his et multum de hoc dionysius albas ubi loquens ad propositum ait quod theologi sub figuris vilibus fidelibus veritatem quasi sub sigillis insinuant, infidelibus et indignis celant. Unde dixit Johannes super in principio: Significavit mittens per angelum suum, id est sub sigillo vel scri- pto, ne locutus sit furibus propalandi, et ut occultus sit fidelibus. Si cum exterior concepti ait glossa: Ad occultacionem ergo secretorum dei propositis et vo- lentibus illa furari et ad excitacionem fidelium edita sunt archana mistica sub similitudinibus et figuris. Sicut regie celle in quibus sunt regales thesauri et arche in quibus sunt reposita secreta et littere regie, et apotece in quibus regia unguenta et odoramenta continentur, solent obserari et sigillari sicut consilii. Hester viii° ipse littere que regis nomine mittebantur anulo ipsius obsignate sunt. Ysaie 29: Et erit visio omnium sicut verba libri signati. Congrua ergo racione archana misteriorum celestium in hoc libro sunt velata et signata similitudinibus et figuris ob diversas raciones. Ut enim ait Crisostomus super Matthei 23: Omnis mali pertinaciores efficiuntur propter quod didicerint et magis extollimur adversum nos. Et ideo iustum est mistica abscondi. Nolite mittere sanctum dare canibus. Matth. vii. Et per hoc ad obiecta. Cum in doctrina requirit esse facil[ius] ut est doctrina, dicendum in doctrina sciencia ut est infusa a docente in discipulum. Quia doctrina est actio docentis in aliis secundum philosophum. Et doctores dicunt docere intelligibilia sine evidencia in methodos sciencia quam docent, dicunt esse alta et profunda. Omnis enim scriptura est certa bonum et difficile, tunc profunditate revelat diversis electis suis per spiritum sanctum. Unde et scriptura sacra est quasi quidam fluvius planus et altus, in quo et agnus ambulat et elephas natat, ut dicit Gregorius in prologo moralium. Unde secundum Ysidorum libro 3° de summo bono c. xix: Scriptura sacra pro uniuscuiusque lectoris intelligencia variatur, sicut manna, quod populo veteri pro singulorum delectacione varium dabat saporem. Unde cum infimis et sensu parvulis secundum historiam humilis videtur in verbis, cum excellentioribus altius incedit, dum eis sua mistica pandit. Et propter hoc utrisque manet communis parvulis scilicet et perfectis. Unde fit ut, ut Hugo ait, in scripturis sacris qui in mon- tibus excelsis et viri perfecti habent sublimia intelligencie quibus gressus contemplacionis qui cervi erigant, et simplices qui parva animalia inveniunt mediocres intellectus, ad quos humiles ipsi refugiant. Porro sane in libris sanctis quedam obscura quedam aperta ponuntur, ut intellectus lectoris et stu- dium augeatur, quia si cuncta paterent statim intellecta vilescerent. Rursus si cuncta clausa existerent, confestim desperacionem gignerent. Ne ergo de obscuritate desperacio fiat, ea que manifesta sunt saciant, et ne de intellectu fastidium exsistat, ea que clausa sunt desiderium excitant. Nam plerumque que continuata latent, tanto magis exercitium prebent. Non sic ergo dicit Gregorius xx moral.: clausa est ut pavescere debeat, non sic patet ut vilescat; usu tollit fa- stidium, et tanto amplius attenditur quanto intensius meditatur. Planis verbis animum legentis humiliat, sensibus sublimibus levat. Sic quod a rudibus cognoscitur, et tamen doctis semper nova reperitur. Crescit cum lectoribus, quia eadem sermone, et iterat textum et perdit misterium. In ea ergo qui ignorat invenit quod discat, qui scit invenit quo crescat, qui crescit invenit quo ascendat, qui ascendit invenit contemplacionis exercicium. In quo concessit dicit Crisostomus super Matth. Sequitur: Et septem candelabra aurea. Septem ecclesie sunt. Nam sicut candelabra sustentant luminaria, ita dicunt de bonis ecclesie sustentari. Et dicuntur aurea, nam hoc est ex caritate fieri que per aurum significatur, quia sicut aurum precellit omnia alia metalla, sic caritas alia dei dona, i. Corinth. xiii. Unde ait hodierna caritas. Apolictus libro primo in prologo: Iocundissimus in multis, tamen in eo maxime est lector fructus per bonum misteriorum, loci et temporis exclusa molestia, amicorum sci[encie]...

incitem spiritualem exhibent. Et res scriptis dignas scriptura aboleri non patitur. Nam et artes predicant et examinant iura fidei, et totius religionis officia que corruerant et ipsa que rectitudo deserverat eloquii, nisi in remedium infirmitatis humane, scriptarum usum mortalibus divina miseratio procurasset. Exempla maiorum que sunt incitamenta et fomenta virtutis nullum omnino excitaret, que suaderent, nisi pia sollicitudo scriptorum et triumphalis inherentie diligentia eam ad posteros transmisisset. Sicut enim vita brevis, sensus hebes, neglegentie torpor, inutilis occupatio nos parum scire permittunt, et eam iugiter excutit et avellet ab animo fraudatrix scientie inimica et invidia semper memorie noverca oblivio. Quis enim alexandrum sciret vel cesares, quis stoycos aut peripateticos miraretur, nisi eos insignirent monumenta scriptorum. Quis apostolorum et prophetarum amplexanda imitaretur vestigia, nisi eos posteritati divine littere consecrassent. Et ibidem: ad hec in dolore solatium, recreatio in labore, in paupertate iocunditas, modestia in divitiis et deliciis, fidelissime a libris ministrantur. Nam a viciis redimitur animus et suam re intra quandam cellam in adversitate commoditate efficitur. Cum ad legendum vel scribendum utilia mentis intendit acumen, nullum a rebus humanis iocundiorem aut utiliorem occupationem invenies, nisi forte devotus compuncta devotione orando divinis insistet colloquiis, vel corde puritate dilatato cum mente graviat et magnalia eius apud se quasi quadam meditatione manu scriberet, ex quo recedit idem, quia omnia huius mundi dulcia huius collatione extrinsecus amarescunt. Cognitum magis quo cunque sensus integer et res incorrupta iudicium purior viget animis. Et ille: vox patris in illo magne intelligentie viro prophete qui dicebat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Et ideo mirum, quoniam ut ait ysidorus libro 3º de summo bono, exercitati sepe illius sermoni subtrahimur a desiderio vite mundane, atque accensi in amore sapientie, tanto vanitas mortalitatis huius nobis vilescit, quanto amplius legendo species eius claruit. Et quanto quisque magis in sacris eloquiis assiduus fuit, tanto ex eis uberiorem intelligentiam et fructuose utilitatis affluentiam excipiet, sicut terra que quanto amplius excolitur, tanto uberius fructum producit. Et ille: Iheronimus quod ultimus Jeronimus ad Rusticum monachum scribit dicens: Ama scientiam scripturarum et carnis vicia non amabis. Cuius ideo potest esse, quia mentem quam sapientia replet, ad perfectum induxit, quam perfecte impleuit, viciorum membra perfectius reseccantur et corpus peccati destruitur. Non enim timor angustiat, non libido commaculat, non ira dilaniat, non superbia elevat, non ~~cenodoxie~~ vane glorie vanus fumus eventilat, non furor exagitat, non stimulus ambitionis eviscerat, non avaritia coniungit, non tristitia deicit, non invidia tabescit. Omnibus sensibus corporis divino quodam cultello purificat, oculorum abscindens petulantiam, aurium pruritum eradens, gustus superfluas suavitates repellens, lingue procacitate dentibus exsinens, meretrices odores excludens naribus, et tactus pruriosam mollitiem eradicans. Valde ergo gratum dicitur hic Dicto Johanni: Scribe que vidisti et c.

Ca 2m

Et angelo ephesi ecclesie scribe. Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua. Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.

Capitulum secundum. Continuatur ad precedens. Narrata visione filii dei et membrorum eius circumstantium in generali, hic narratur specialis admonitio ad singulos episcopos, id est, ecclesiarum in speciali. In quibus admonitionibus universales informationes et increpationes omnium episcoporum et prelatorum continentur, prout ait hic Richardus. Et dividitur in septem particulas secundum numerum septem ecclesiarum. Quarum quatuor partes sunt in isto capitulo, tres vero sequenti, et incipit ibi: Et angelo sardis ecclesie scribe. Et secundum hoc istud capitulum dividitur in quatuor partes. In prima ponitur admonitio prepositoria de scribendo ecclesie ephesi, que erat metropolis asie maiore

In 2 admonicio de scribendo ecclesie Smirne ibi et angelo Smirne. Eadem
consimilis admonicio de scribendo angelo pergami ibi et angelo pergami. Eadem
iussio de scribendo angelo thyatire ibi et angelo thiatire. Prima pars
subdividitur in 7 ecclesias secundum 7 partem prohemialem et executivam ibi scio opera
tua et conclusiuam ibi qui habet aures. In prima particula scilicet prohemiali introducuntur
ducuntur 3es persone scilicet persona suscipientis epistolam que erat angelus ephesi
et persona scribentis siue deferentis ibi scribe et persona precipientis siue ad
monentis ibi. hec dicit qui tenet etc. Circa primum dicit et angelo ephesi
etc. d. Non solum predicta in precedenti capitulo scribas sed etiam specialiter angelo ephesi
ecclesie id est episcopo secundum glossam vel sacerdoti secundum haymonem. Per angelum enim signi ficatur
ecclesiasticus prelatus qui debet esse vita angelicus et doctrina subditos inferiores
illuminando purgando et perficiendo. angelus enim nuncius dicitur ut ait augustinus 2o
de trinitate capitulo x. Et Gregorius omelia xxxiiii 2e partis super euangelium angelorum
vocabulum nomen est officii non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus
semper quidem sunt spiritus sed semper angeli vocari nequaquam possunt. quia tunc solum
sunt angeli cum per eos aliqua nunciantur. vii pro ps. dicitur qui facit angelos
suos spiritus. Ac si patenter dicat. quia eos etiam quos habet spiritus etiam cum voluerit
angelos facit. Hec ille. Angelus dicitur nuncius. et talis debet esse quilibet etiam prelatus.
Et ideo ubique in hoc libro per angelos prelati signiﬁcantur. Unde Gregorius super cantica
parte prima omelia vi. unusquisque si ad veritatem proximum convocat etc. In precedenti libro.
Notandum ergo quod prelati dicuntur angeli propter multas condiciones angelorum quarum
videre habetur in hiis metris. pascit hortatur ducit vehit excitat arcet
orat et gaudet punit laudat sine sumptu. Pascit heliam pane et aqua
carnibus vespere et mane iii regum xvii. hortatur ioseph ut surgeret et acci
peret puerum mathei ii. Ducit raphael thobiam thobie v. vehit animas
ab hinc ad celum luce xvi factum est ut moreretur lazarus. Excitat dor
mientem ut petrum act. xii. Arcet dyabolum. orat pro homine thob. xii. Ego
obtuli oracionem tuam. Et gaudet de penitencia et conuersione peccatoris luce xv. punit
malos ut Senacherib. iiii regum 19 angelus domini percussit in castris assiriorum
centum octoginta quinque milia. laudat scilicet deum iob xxxviii. ubi eras cum
me laudarent simul astra matutina. Sine sumptu scilicet corporali viuit
thobie xii. videbar vobiscum manducare et bibere. sed ego cibo inuisibili
et potu qui ab hominibus videri non potest. utor. Et in hiis condicionibus prelati
debent angelos imitari. Dicuntur enim angeli propter officium ministrandi. ad ministerium
enim non ad dominium assumuntur qui preficiuntur. I. Cor. x. Sic nos existimet
homo ut ministros Christi. Et i. Cor. ix. Cum essem liber ex omnibus sed
an placeam omnibus me seruum feci. scilicet in suscepcione placarum ut omnes lucrifacerem
Et de angelis dicitur ad hebr. i. Omnes sunt administratorii spiritus in mini
sterium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Ideo non debent extolli
sed pocius humiliari. Eccli. 32. Rectorem te posuerunt noli extolli sed esto in
illis quasi unus ex illis. Unde ipsi thimotheo dicitur ministerium tuum
imple 2e thim. iiii. Et i. pet. v. Non dominantes in clero. Debent primo
habere plenitudinem caritatis ut sint quasi Seraphim ardentes in se et
alios incendentes. 2o plenitudinem lucide veritatis ut sint quasi cherubin
quod interpretatur plenitudo sciencie. 3o plenitudinem iudiciarie potestatis ut sint quasi
throni in quibus deus sedens iudicat. quo ad primam ierarchiam. Debet
attendere quod officium eorum est sacramenta populo ministrare. hec autem officium est
valde generosum ideo debet tractari cum mundicia. Est virtuosum id est tractari cum
mundicia. Est fructuosum id est dispensari cum sapiencia. Quo ad secundam
ierarchiam debent instruere populum per sanctam conuersacionem. adiuuare per sacras
oraciones et edificare per salutiferam predicacionem. quo ad 3am 2i mach. Ultimo
hic est fratrum amator et populi israhel. hic est qui multum orat pro populo et pro
uniuersa sancta ciuitate. Nimis laudent. Orabat moyses pro populo et quasi
cum dixit exodi 32. Domine aut dimitte eis hanc noxam aut dele me
de libro viuencium in quo me scripsisti. Sed queritur Quare potius isti scribat

angeli

videt
pascit
hortatur
ducit
vehit
excitat
arcet
orat
gaudet
punit
laudat
sine sumptu

1
2
3

a. b. 2

Item vi^k quod debuisset scripsisse ecclesie sue in genere et non tantum sibi . Ecclesia Ephesus
erat metropolis in Asia minori . In qua erat sedes beati Johannis
Ideo isti primo scribit . ut et ipse correptus ac correctus aliquos demum corrigat
et etiam sibi commissam . cuius debebat esse forma et exemplar . prima petri v° forma
facti gregis ex animo . per Ephesum ac universalis ecclesia signatur . Interpretatur enim
voluntas mea et consilium meum vel consilium meum positum est super talo pedis . Nam ecclesiam debet esse
conformis divine voluntati et ei subiecta . et solo consilio erudita et gubernata
ad Ro. xij° . ut probetis que sit voluntas dei bona beneplacens et perfecta . Secundum
specialiter tamen hoc ecclesie Ephesi convenit in qua erat dei voluntas . Scribit
infra . Scio opera tua . et consilium emendator . Sed adversum te pauca quod
caritatem primam reliquisti . Huic igitur Scribe . non solum prius visa et pre-
parata sed et ea que secuntur . ut ait Richardus . Et qui hic gerit personam di-
scentis . illic gerat personam docentis . hic est rectus ordo ut prelatus et doctor
a deo audiat et addiscat . et deinde ~~audiat~~ audita doceat . Eccli xviij°
Antequam loquaris disce . Ezechiel 3° . audies verbum ex ore meo et annunciabis
eis . Sequitur Hec dicit qui tenet septem stellas . In quo innuitur potencia
precipientis seu admonentis . quia qui tenet septem stellas . et in hoc designatur potestas
precipientis et dignitas pietas precipientis . In hoc enim quod ait qui tenet septem
stellas in dextera sua . exprimit suam auctoritatem potestatem . Unde Beda
In manu sua habet . sua quod potestate regit et continet . De utroque . scilicet omnes sancti
in manu eius . Illum quod septem stellas quas in dextera sua tenebat in-
telliguntur omnes sancti secundum Haymonem . qui in prosperitate eterne beatitudinis
iam tenentur in dei presencia . Nam eos conservat ex gratia . licet quinque cadat
per culpam . et in hoc est annunciata misericordia Ihesu Christi . quod scilicet peccantes conservat
fugientes revocat . negligentes increpat . torpentes excitat . lapsos erigit
ignaros instruit . devios reducit redeuntes suscipit . et susceptos custodit
Psalmus . Si ceciderit non collidetur . quia dominus supponit manum suam . Et in hoc
confortat prelatos . et eis fiduciam prebet ait Richardus . Vel dextera manum eius
dexteram . Intelligitur clemencia divinitatis eius quam nullus potest evadere
quia in manu eius sunt omnes fines terre . In hac dextera continentur boni et
mali . Boni quidem comprimuntur ne vel ultra mensuram virtutis accepte
per inanem gloriam crescant . vel ad viciorum illecebras ruant . Mali ac
ne tantum volunt nocere possint . hac virtutis dextera continetur tamquam
sui scilicet potestate dei ad mensuram bonitatis permittere . Sequitur qui ambulat
in medio septem candelabrorum aureorum . Et in hoc designatur sua
condescensiva pietas . dignitas humilitas . munifica largitas . quod designatur
esse in medio candelabrorum vel ecclesiarum . Et in hoc ecclesie confortat et prebet
fiduciam spiritus ecclesiis . ut ait Richardus . Vel enim ait Haymo Christus in me-
dio ambulare se dicebat . quia dona sua [illegible] proportionaliter eis diffundit
aliis dando sermonem sapiencie . aliis scientie . aliis genera linguarum . aliis interpretationem
sermonum . hospitalitatem abstinenciam contemplationem . et cetera huius summa
Hec omnia operatur unus atque idem spiritus . j Cor. xij . Cum tamen [illegible]
sit . dum doctrinam gratiam eis largitur . quasi in medio candelabrorum continue
ambulat . Et non dicit ambulat et non dicit manet . Sunt enim quidam
ad quos dominus venit per fidem quam habent . et aliquando per bonam voluntatem
Sed quia istum reprobis moribus dum recipiunt . et ad vicia labuntur . non potest
ibi manere . Ideo ambulat . et ad electos transitum facit apud quos diu
manet . et in eorum cordibus moratur . efficit quod adventus sui presenciam senciunt
reprobos . si quia fidem illorum opera non sequuntur . nequaquam apud eos manet
Sed ab eis ad electorum corda transit . In quibus per opera virtutum inha-
bitet . hoc enim indicat columba ex archa dimissa que super aquas diluvii
volitans . cum non invenisset ubi requiesceret pes eius . ad archam reversa
est . Gen viij° . huic in eius dominus dicat Johannis xiiij . Si quis diligit me
sermonem meum servabit . et ad eum veniemus . et mansionem apud eum faciemus

In quibus vis ostendit quod quia ad eos etiam venit in quibus mansionem non invenit.
Vnde Gregorius libro omeliarum parte 2 omel. x. In quorundam corda venit dominus
et mansionem non facit quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt
sed per temptationis tempus hoc ipsum quod compuncti fuerunt obliviscuntur
Sic quod ad perpetranda peccata redeunt ac si hec minime planxissent. Hec Gregorius
Vnde super illud Apocalypsis 2. Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum ac si
aperte diceret. Quamdiu inter electos et reprobos exhortationis verba disserit quousque
inveniat apud quem per opera virtutum mansionem faciat. Gregorius ubi supra. Quia
deum vere diligit et eius mandata custodit in eius corde dominus venit
et mansionem facit quia sic eum divinitatis amor penetrat ut ab hoc amore
temptationis tempore non recedat. Hec ille. Vel etiam secundum Haymonem dominus quasi
electorum intimo discretionis examine probandum ad tempus in temptatione
nonne deserit atque ut alium a temptatione eripiat pro favore persecutionem
tamquam in medio septem candelabrorum aureorum deambulare videtur
Secundum multe sunt cause quare deus interdum ab anima recedit vel
saltem ad horam se subtrahit. Prima ut gratie eius utilitas cognoscatur
nam cum presens est bene est anime et omnibus bonis habundat. Sic ubi
rex vel hospitari sunt luminaria cibaria gaudium et letitia et diverse
deductiones sed ipso recedente omnia ista simul recedunt omnes procuratores sed ipsius
quibus tollit quod ad suum pertinet officium. Ut quod homo nihil a se habeat vult
deus ut cognoscatur tempore sue visitationis ne dicat homo in habundantia sua
quam habet a deo non movebor in eternum. Propter hoc non deus avertit se ut homo
clamet domine avertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus. Secunda
ut hominis infirmitas videatur. Nam cum deus presens est per gratiam videtur homini
quod sit fortis in virtutibus et totum onus religionis scilicet mane surgere orare
ieiunare in cella perdurare et quicquid ei tunc iniungitur totum leve est et
eum non gravat quia deus supponit manum suam. Sic cum quis duobus
omnibus imponit fortior ad se totum onus trahit tunc leve est socio onus
omnis imponit fortior ad se totum onus trahit tunc leve est socio onus et ma-
ior residuum. Sic et nutrices cum pueris ludunt imponunt eis onus et ma-
nibus suis sustentant videtur pueris quod totum portet. Cum vero manus
deponit nutrix puer sub onere deponitur. Vnde propheta. Ut iumentum factus
sum apud te et ego tecum adiutor forti. Et deus per Ysayam Ego feci tibi
feram ego portabo. Hoc David senserat cum dixit diligam te domine virtus
mea etc. Tertia ut etiam separationis timor incutiatur quia si tam grave
est medico momento sua carere presentia quam intolerabile erit cum eo eternaliter
separari. Sic pueri dant manum ad ferulam ut evadant verbera dorsi
quibus non sustinent auricule mutilationem ut suspendium evadet. Sic nobis
quamdiu vivimus quicquid per manus nostra exterior et affectus interior instant
operamur non ad otium ut servi nequam quia nec ratio nec opus nec scientia
est apud inferos. Ecclesiastes ix. Quarto ut laboriosis animus expediat patrem
sic dives aliquis ex industria renuit frequenter ad amicum declinare ut
tempore eius frequentia non gravetur et ne frequentibus sumptibus sed nimis
ne assiduis expensis. Sic deus homini ad prece labores spatiis pro timore peccatorum hoc est
fletibus ieiuniis afflictionibus et aliis laboribus pro timore peccatorum habite
misero homo nimis depauperetur. Vnde 2 Regum xiii. Rogatus David ab
Absalone ut veniret ad convivium suum respondit. Noli fili mi rogare ut ve-
niamus omnes ne forte gravemus te. Cum enim homo per gratiam illuminatur
videt suos defectus sed impatientiam attendunt et cetera similia que omnia
vellet interficere uno die. Vnde propheta. Reliquie cogitationis diem festum agent
tibi. Sed non vult deus ut homo interficiat ista omnia uno die. Vnde cum
Absalon filius David adversaretur ei usque ad mortem Ioab princeps exercitus
cum exercitu perrexit ut occideret Absalonem et noluit quod David iret cum exercitu
timens quia si veniret ad Absalonem ... in mortem patris conspirasset quod adhuc
ei per naturam nimiam Absaloni non sineret occidere. Cum ergo non fuisset per-
missus ire cum exercitu clamavit post Ioab et exercitum dicens Servate mihi puerum
Absalon et ne occideretis. Deuteronomio vii. Non poteris uno die delere
gentes has

Et Judicum 2° dominus dicit et ego non delebo gentes quas dimisit Josue et
mortuus est vt in ipsis experiar vtrum custodiant vias domini et ambu-
lent in eis etc. Dimisit ergo dominus nationes gentium et cito subvertere noluit
vt discant filij eorum certare cum hostibus et habere consuetudinem preliandi
Quinta causa vt diligentius requiratur Si enim mulier habens dragmas x
et perdiderit vnam querit diligenter etc. Luce xv Quantomagis anima que habitum
gaudium amisit debet esse solicita donec redeat Vnde Canticorum 3° In lectulo
meo per noctem quesiui quem diligit anima mea / non inveni. Dominus
nisi quando vbi et quomodo decat querere Jheremie viij Queretis me et non
invenietis et in partibus vestris moriemini Ysaye 4 4 Querite dominum dum inve-
niri potest etc. Sexta est vt gratiosius suscipiatur Sic solent mulieres maritis
de longinquis partibus et peregrinationibus redeuntibus festum facere lavacra
et quantoplus quis ieiunat · tantomagis esurit et cibus et dulcius
sapit nisi per infirmitatem longam appetitum amiserit Non vult dominus
... anima saciata calcabit favum anima
... Erit enim quod anima saciata calcabit favum · anima
esuriens etiam pro dulci amarum sumit Vnde Job vi Que prius
nolebat tangere anima mea / nunc pre angustia cibi mei sunt Septima vt
tarius custodiatur vnde primo Regum 2 4 Clamavit david ad xps innam
... ad abner ... vnde patris dux · vivit
fortis ... ad ... quelibet ... qui debet esse ... patris dux · vivit
dominus quia filij mortis estis vos · qui non custodistis ... domini · Vnde
Canticorum 3° Tenui illum nec dimittam donec introducam
illum in domum matris mee · et in cubiculum genitricis mee 3° Regum xx
Custodi virum istum sed qui ... se tibi obtulit · qui si lapsus fuerit
per negligentiam tuam · erit anima tua pro anima illius Octava vt uxori
... Nona vt preciora carismata largiatur · Sic mu-
lier ... Nona vt preciora carismata largiatur
... solidiorem cibum exhibeat Mathias xvi dicit Nisi
ego abiero paraclitus non veniet Bernhardus delicata est nimis divina
consolacio et non facile datur admittentibus aliena Richardus in tractatu
de quatuor gradibus spiritualis ... Recedit sponsus quotiens ad eam quia
... ne timeas o sponsa / ne desperes / ne estimes contemptum Si
... subtrahit a te sponsus faciem suam · omnia ista cooperantur tibi in bonum
... et de recessu lucrum capis · Tibi venit etiam tibi et recedit
... Venit ad consolationem et recedit ad cautelam · ne magnitudo revelationum
extollat te · ne si sit semper apud te sponsus · incipias contemnere ...
et iam ... visitationem ... non iam ... ne ... possidere Vnde
qui vult et cui vult sponsus ... / non ... hereditario possidet Vnde
vulgare proverbium est Nimia familiaritas contemptum parit · Recedit ergo ne
forte nimis assiduus contemptus · vt absens magis desideretur · desideratus
avidius queratur · diu quesitus tanquam gratius inveniatur · Preterea si numquam deesset
hec contemplacio solummodo ... future que revelabitur in nobis ... esset
et ... hic nobis habere ... Recedit ... futurum
Ne ... patria ... venit in castra et recedit
... vniversum statum ... paulisper permittit
nos gustare quod suavis est · et antequam plene sentiamus · subtrahit se · et ita
expansis super nos alis · provocat nos ad volandum Quasi dicat parum
gustastis quam suavis sum et dulcis Sed si plene vultis hac dulcedine saciari
Currite post me in odore vnguentorum meorum · habete sursum corda
vbi ego sum ad dexteram dei patris sedens · vbi me videbitis ... spe-
culum ... facie ad faciem et plene · gaudebit cor vestrum · et gau-
dium vestrum nemo tollet a vobis Et quibus dicit hugo doctor mellifluus
... multe cause ... quas ... ab anima recedit ...
Ipse ergo ambulat in medio septem candelabrorum · sic rex vel imperator
in medio militum dividens donativa sua et munera Zach 2° In ecclesia ero
in medio eius Item sicut princeps ... vel sicut magnus elemosinarius
distribues elemosinas suas Vnde in psalmo Suscepimus deus misericordiam tuam

in medio templi tui Item sicut fit superveniens confratribus suis et coadiunans unde Richardus hic dicit Ambulat xpistus in medio candelabrorum quia omnibus graciam dispensat et bona sua distribuit. Stat enim per divinitatis eternitatem, ambulat per humanitatis conversacionem. Item ambulat tamquam conversacionis sue exemplum ad imitacionem proponit Osee xi Ego quasi nutricius effraym et sequitur Ego deus et non homo in medio tui Sophonie 3° deus in medio eius non facies iniquitatem, tenet ergo in dextra sua omnes sua magestate protegente Ambulat in medio distribuens dona sua munifica largitate Venit tamen est xpistus ad homines quales sunt homines ad ipsum iacuit inter iumenta Luce 2° Pendens inter latrones Iohannis xix, Stat inter discipulos Luce xxiiii laborat inter malos, Vadit querens regem et non inveniens inter iudeos Luce 8° Sedet ut doctor inter magistros Luce 2° ambulat in medio predicatorum qui per candelabra aurea designantur propter fulgorem sapiencie propter ductilitatem obediencie et propter pondositatem virtutum ¶ Sequitur pars executiva

Scio opera tua et laborem et pacienciam tuam Et quia non potes sustinere malos et temptasti eos qui se dicunt apostolos esse et non sunt et invenisti eos mendaces et pacienciam habes et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti etc. Hic est pars executiva in qua exprimit que scribenda premisit Et dividitur in quinque particulas primo premittitur commendacio, 2° subiungitur arguicio sive increpacio ibi Sed habeo adversum te pauca, 3° admonicio ibi Memor esto unde excideris 4to comminacio ibi Sin autem venio Quinto blanditoria consolacio ibi Sed hoc habes bonum Circa primum dicit Scio opera tua, ubi commendat eum a multis primo ab operum commendabilium perfectione 2° a tribulacionum sustinencia vel passione ibi et laborem 3° a pacie longanimitate ibi et pacienciam tuam, 4to a fervido zelo sine ostinenti emulacione ibi et quia non potes sustinere malos Quinto a sollerti investigacione fictorum et iusta ac racionali convictione ibi et temptasti eos Sexto a longanimi possessione persecucionum ab eis illatarum ibi et pacienciam habes Septimo a recta et debita intencione, quia in omnibus hiis non laudem hominum non quomodo temporale quesivit, sed tamen honorem dei ibi et sustinuisti propter nomen meum Dicit ergo circa primum Scio opera tua Pro quo notandum secundum petrum de Tharantasia in scripto primi di 39 articulo 2° in deo triplex scientia solet distingui. non quantum ad diversitatem cognicionis sed connotatorum Quedam est simplicis intelligencie que est scilicet omnium sive futurum sive possibilium hac non est deus scire quod nescit, alia est scientia visionis seu simplicis noticie bona futura, que est scilicet eorum que sunt ordinata ad esse extra in actu hec est omnium futurorum bonorum et malorum, tercia quia est cognoscendi a veritate que est lux summa cui nichil potest occultari, et eciam tenebre obscurantur ab ipsa Secundo ex infinitate cognoscit omnia magna et parva bona et mala Ieremie xvii Pravum est cor hominis et inscrutabile quis cognoscet illud. Et sequitur Ego dominus scrutans cor et renes ad hebreos 4° omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad que nobis sermo Sermo vivus est sermo dei et efficax etc. Et non est aliqua creatura invisibilis in conspectu eius Psalmus Tu cognovisti omnia novissima et antiqua Hester xiii Domine tu omnia nosti Tercia est scientia approbacionis Et hec connotat complacenciam voluntatis. et hec est tantum futurum bonorum, hac non cognoscit deus omnia. quia nec malos nec mala, sed tamen bonos et bona Abacuk primo mundi sunt oculi tui domine ne videat malum Math 24 Nescio vos Gregorius 27 moralium in fine Scire dei approbare est nescire reprobare. Unde quibusdam quos reprobat dicit Math vii Nescio vos. ubi testis discedite a me omnes operarii iniquitatis Et secundum glosam in proposito Scio idem valet sicut approbo et in hoc implicatur quod opera hic expri

1
2
3
4
5
6 commendacio
7
nota
Scientia est simplex in deo
1
2
3

erant laudabilia. Ex quo .ii. erant opa a deo approbata. planum est quod erant laudabilia
primo ultimo laudabit eam in portis opa eius. Pro. 31 [illegible]. Hoc quod hic dicitur
in textu non specialiter illi tempore Ephesi sed generaliter omnibus electis congruit electorum
opa deo sunt cognita. Scio dicit deus cum eum est eligere. Unde sequitur in libro
Moysi prophetico dicitur. Vos scit deus ex omnibus gentibus et elegit. Et ipsi Moysi
Exodi 33 Novi te ex nomine et te specialiter pre ceteris electos aliquando ut scilicet
dicitur scietis reddere. Unde Deutro 13 temptat vos dominus deus vester ut
sciat si diligatis eum an non et ut scire vos faciat. Et Abrahe dictum est
Genesis 22 Nunc cognovi quod timeas deum et cognosce te feci [illegible]
Et ipsa sciencia vis divine subtilitatis accipitur cum vidit et apta sunt omnia. Sic
dictum est supra In istis itaque locucionibus ecclesie pro locorum qualitatibus sic
dei deus accipe. Dicitur ipsi ecclesie a Christo. Scio opa tua et eligo et approbo.
Vel scio opa tua et scire te faciam intendens opus tuorum. Et quia homo operans
laborat. Secundo post opa virtutum recte subiungitur labor. quia scita certa. sicut ma-
gna est in operibus ita magis est et in labore tam in orando quam in sustine-
do. Unde dicitur hic congrue. Et laborem tuum et tribulacionem. Interlineare glosa. Ubi vide-
tur. Secundo commendat eum a tribulacionis sustinencia vel passione. labor .ii. nascitur
ex difficultate agendi. Unde Augustinus in sexto musice [illegible] Job 7 Noctes labo-
riosas enumeravi et menses vacuos. Super quo Gregorius 8 moralium capitulo 11 dicit
Electi quippe conditori serviunt et sepe inopia coangustantur pro amorem dei
nituntur et tamen vite presentis subsidiis egent. Qui igitur pro attendens suas penas
non sunt a mundi compedibus vacuos menses ducunt. noctes quam laboriosas
tolerant qui adversitatum tenebris non solum usque ad inopiam sed sepe usque ad
corporis cruciatum portant. despectum namque egestatem quam pecti laboriosa nox
mentis non est. sed cum usque ad afflictionem carnis adversitas vertitur. labor
procul dubio ex dolore sentitur. Sed ut dicit idem Gregorius 6 moralium capitulo 4 Sicud
inquit opere est ut cum rebus exterioribus pondere doloris afficimur ipse ad
superna tendamus. quatenus eo mens ad alta perveniat quo nos exterior pena
castigat. Unde dicitur Job 5 homo nascitur ad laborem et avis ad vo-
latum. Ad laborem quippe homo nascitur quia nimirum ibi quod acceptum est
perditus racione. quandoque quod valde sibi sit impossibile ut hanc peregrinacionem sine tra-
ctu sine gemitu evadat. Unde hinc Paulus cum tribulaciones suas discipulis
enunciaret 1 Thessalonicensis 3 dixit. nemo moveatur in tribulacionibus istis. adiungit
Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Sed in eo quod caro flagellis afficitur. ad appe-
tenda alciora mens sublevatur. Paulo rursus attestante qui ait 2 Corinthiorum 4 Et
licet is qui foris est noster homo corrumpitur. tamen is qui intus est re-
novatur de die in diem. homo quia ad laborem nascitur et avis ad volatum
quia inde mens ad summa evolat unde caro in infimis durius laborat.
Bonorum .ii. laborum gloriosus est fructus. Sapiencie 3 et est alia 33 labor bonus
sunt cordis. et hoc est contricio. Psalmus Laboravi in gemitu meo. Et alius. Et hoc est
confessio vel predicacio. Psalmus laboravi clamans rauce facte sunt fauces mee.
Et operis sed corporis exterioris. de quo certum in Psalmo In labore hominum non sunt
Et de qualibet potest accipi quod hic dicitur Et laborem tuum. Et quoniam laborem et
opa que sunt bonis et malis. pacientia aliquando vera. singulare munus est collatum
electis ut dicit Haymo Tertio commendat a paciencia longanimitatis
Cum dicitur Et pacienciam tuam scilicet scio et approbo. quia non minuitur de dilatio
Primo aut glosa. Ut .ii. ait Gregorius 21 moralium super illud Job 16 Sicut
ostenderit me. Probo in eo eum unum est pacie virtus in percussionibus. Vere pa-
ciens est qui adversis affligitur et tamen a spei sue rectitudine non incurvatur
Luce 21 In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Gregorius parte 2 omelia
15 Possessio anime in virtute pacie ponitur quia radix omnium custosque
virtutum paciencia est. Per pacienciam possidemus animas nostras quia dum

animas vestras nobismetipsis dominari incipimus. hoc ipsum possidere debeamus quod sumus.
Patientia vero est aliena mala equanimiter perpeti. contra eum quoque qui mala irrogat
nullo dolore morderi. Nam qui sic proximi mala portat, ut tamen tacitus do-
leat. et tempus digne retributionis querat, patientiam non exhibet, sed ostendit. Scriptum
quippe est .1. Cor. xiij. Caritas patiens est. benigna est. patiens namque est, ut
aliena mala toleret. benigna est, ut etiam ipsos quos portat, amet. hinc
namque per semetipsam veritas dicit. Luce vi. Diligite inimicos vestros. benefacite
hiis qui oderunt vos. Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. virtus
namque est coram hominibus adversarios tolerare. sed virtus coram deo diligere.
quia hoc solum deus sacrificium accipit. quod ante oculos. in altari boni operis. flamma
caritatis incendit. Sciendum vero est quia plerumque ideo patientes esse videmur
videmur. quia mala retribuere non possumus. Sed qui idcirco mala non retribuit
quia nequaquam valet. procul dubio patiens non est. quia patientia non est in ostensione. sed
in corde per patientie inventa, ipsa virtutum nutrix doctrina dispensatur. Scriptum
quippe est. doctrina viri per patientiam dinoscitur. tanto ergo minus quisque ostenditur
peritus, quanto convincitur minus patiens. Neque enim valet veraciter bona docendo
impendere. si vivendo nesciat equanimiter aliena mala tolerare. Quanto enim
culmine virtus patientie polleat. rursum Salomon indicat dicens. patiens melior est
viro forti. proverbiorum xvi. Et qui dominatur animo suo. expugnatore urbium.
Minor ergo victoria est urbes expugnare. quia extra sunt que vincuntur. magnum
autem est, quod per patientiam vincitur. quia ipse animus se superat et semetipsum
sibimetipsi subicit. quando eum patientia in humilitate tolerantie sternit. [...] ille
Item Gregorius. quod plerumque solet patientibus evenire. ut eo quidem tempore
quo adversa patiuntur vel contumelias audiunt. nullo dolore pulsentur.
et sic patientiam exhibeat, ut custodire etiam cordis innocentiam tenent. Sed
tamen post paululum. hec ipsa que pertulerit ad memoriam revocat. igne vehe-
mentissimo doloris instigantur. argumenta ultionis inquirunt. et mansuetudinem
quam tolerantes habuerunt, in retractacione sua, semetipsos indignantes perdunt
Callidus namque est adversarius. bellum contra duos movet. unum videlicet in-
flammans. ut contumelias prior inferat. alterum vero provocans. ut contumelias
lesus reddat. Sed quia eius iam victor extitit quem ad inferendas contu-
melias commovit. contra illum artius dolet. qui ad reddendas iniurias
commovere non potuit. Unde fit ut tota se virtute contra eum erigat. quem con-
tumelias fortiter pertulisse considerat. Quem aperto certamine interim leredens
in secreta cogitationis decepcionis typus inserit. et quem in publico bello
perdidit. ad exhibendas occulte insidias exardescit. Colis namque iam tempore
ad victoris animum redit. et vel dampna rerum vel iniurie iaculacione
ad memoriam deducit cuncta que sibi illata sunt. vehementer exaggerans
fuisse intolerabilia ostendit. et quiescentis animum tanto furore conturbat. ut
plerumque vir patiens illa se equanimiter tolerasse. etiam post victoriam ca-
ptivus erubescat. seque non reddidisse contumelias doleat. et deteriora re-
pendere si occasio praebeatur querat. Quibus igitur hii sunt similes nisi hiis qui
per fortitudinem in campo victores sunt. sed per negligentiam postmodum intra urbis
claustra capiuntur. Quibus isti sunt similes. nisi hiis quos irruens
gravis languor a vita non subtrahit. sed leniter veniens recidiva febris
occidit. Ille ergo veraciter patientiam servat. qui et ad tempus aliena mala sine dolore
toleravit. et hec eadem recolens, pertulisse se talia exultat. nec bonum
pacis sese perdat, quod in perturbationibus custodivit. Item Gregorius
aliter tribus modis virtus patientie solet exerceri. alia namque sunt que a deo. alia
que ab antiquo hoste. alia que a proximis sustinemus. a proximo namque
persecutiones dampna contumelias. ab antiquo adversario temptamenta.
a deo autem flagella toleramus

In omnibus hijs hijs modis vigilanti oculo semetipsum debet mens circumspicere ne cum mala prius perpetrata ad retributionem mali, ne cum temptamenta diabolica seducerent ad delectationem, vel consensum eius et ne cum flagella opresse ad egressum pravum murmuracionis perfecte ut adversarius vincitur quia mens necesse est ut temptamenta eius a delectatione et consensu et ut con- tinenda prima custodiatur ab odio, et ut flagella dei opresse a murmu- muracione. neque agentes hec retribui nobis pro nostra bona regratulamus nam labore pacie bona grandia sunt vite ut sine primum nostri labore inipiat quando enim omnis labor funditus cessat unde et per prophetam dicitur Non in fine oblivio erit pauperis, pacientia pauperum non peribit in fine. Quasi enim perisse pacientia pauperum cernitur cum nichil post illa melior vita habentibus recompensatur Sed pacientia pauperum non peribit in fine quia tunc eius gloria percipitur cum simul omnia laboriosa terminantur. hec ille Gregorius in moralibus. Quid est animam possidere nisi perfecte in omnibus vivere cunctis mentis motibus ex virtutis arce dominari, Qui igitur pacientiam [illegible] animam possidere quia inde contra adversa omnia fortis efficitur unde seipsum vincendo dominatur, et quia se laudabiliter frangit in fractum se fortiter erexit quia cum in [illegible] se voluptatibus superat sese ad omnia invictum parat. Questio quarta

qui adversatur · potestatem suam allidit · et qui fatigat eam · nobis
quidem per paciam coronas operabitur · ipsam vero efficit forciorem · Hec ille
Haymo · de quibus omnibus liberabit eam in futuro · quia auferet
omnem lacrimam ab oculis sanctorum · Sequitur in littera Et paupertatem
tuam scilicet in temporalibus scio et approbo · Sed dives es scilicet in deum · secundum
illud apostoli · i · Cor · vi · tamquam nichil habentes et omnia possidentes
Amen · Autem secundum haymonem quod electi pauperes et divites sunt
Sed hoc duobus modis potest intelligi · secundum eum · Fuerunt enim sancti multi
divites in hoc seculo · sicut abraham david et alii multi · Sed quasi
nichil habentes erant · quia terrenas divitias contempnentes · se peregrinos co:
gnoscebant · celestes divitias iam mente tenentes · Repleta quippe
sua sciorum quasi necessitate · ex hiis que habebant · reliqua in vsus pauperum
consumebant · Vel dicte pauperes etc · sic fuerunt apostoli sancti · divites autem
in fide · et per spem iam possidentes celum · Quibus dominus dicit Mathei v°
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum · Dicit ergo Scio
paupertatem tuam · sed dives es · acsi diceret · Vnde te per humilitatem
spiritus · pauperem existimas · inde per omnia divitem approbas · Vnus enim et cum
idem quasi electus et pauper est et dives · pauper adhuc scilicet peregrinus
dives autem quandoque futurus civis · pauper terrena conmoratione · dives beata
predestinacione · Et sequitur · Et blasfemaris ab hiis · Ecclesia in singulis locis
et in toto orbe blasfematur ab impiis qui se dicunt esse iudeos et
non sunt · quia iudeus vt dictum est interpretatur confitens · sed sunt sinagoga
id est congregacio sathane id est adversariorum Qui enim vere confitetur xpm

ipē ē iudeus · de talibus dominꝰ dicit math x · Qui me cōfessus fuit corā hominibꝰ confitebor et ego eum coram p̄re meo · Iudeorum ergo nominis expressio · me: diatoris n̄ri est confessio · at per hec · quicūqz xpianitatis nomē recebit spiritualiter iudei appellantur · Quod nomē vtiqz tulit iudei qualiter ꝑdiderit · quando xp̄m negaverit dicētes · hunc nescimus · vnde sit Johannis 4º · Cuiqz modo aperte · modo occulte · semꝑ aut corde etiam dei blassemat · ad quorū so: cietatem ptinet etiam falsi xpiani · q̄ xpianū quidem nomē hnt · sz opa xpianitatis non hnt · de quibꝫ apostolus dicit ad thit · j · Confitentur se nosse deum et c̄ Blassemantur itaqz etiā a iudeis falsis · q2 electorū vitā a reprobis diiudicantur · Qua ꝑ eloquia et facta iustorum · contraria sunt cogitationibus reproborum · Cum lic3 intus sinū ecctē consistunt · vita tamē et moribus · in multas sa: thane sinagogas · seipsos diuidunt · q2 qt vitiis seruiunt · tot de se partes reddunt · Tales itaqz pro iudeorum sibi nomē vsurpant · quiqz vehementioris zeli flammis succensi · quiuis etiam blassemare consueverunt q2 hii q̄ nunqz ad quius consortia iniuriarum accesserunt · Sz vsqꝫ quo zizania a tritico no: vissime separentur · nullus horum desendus est · sz omnis amonendi et tolerandi exemplo redemptoris n̄ri · q̄ sacrilegum impiumqz proditorē vsqꝫ ad pa ssionē mortis iudeam tolerauit · ad quorū mala pferenda exhortatur etiam et cū animis potentibꝫ adiungit cum subdit · Nichil horum timeas que passurus es · i · que tibi a falsis iudeis · que tibi a falsis fratribus uel paganis iniuriarū lesionumqz ptuleris · pro eo q̄ censeat ne formides · hec ille · Fluctus siquidē qui saxis illiduntur quid amplius faciunt · q2 ut in semetipsis fractis dissoluantur et in spumas extenuati dispereant · Sic et ecclesiam sup̄ firmam petrā instauratam · si quis oppugnare nititur · suas vires atteri necesse est · Talis etiam attemptat acsi celo bellum conetur inferre · Et qui eam labefactare conatur · expiri presumit potentias dei · qui respicit terram · et facit eam tremere · et tā trementem consolidat · et usqꝫ in eternum in soliditate custodiet suam sponsam ecclesiam · Ideo subditur

Nichil horum timeas que passurus es · Ecce missurus est dya: bolus ex vobis in carcerem vt temptemini et habebitis tribula: tionē diebus decem · Esto fidelis usqꝫ ad mortem · et dabo tibi coronam vite · Sup̄ posuit xp̄i commendacōz · hic ponit ipiꝰ confortacōz · Et p̄o tribulatos dehortacōm · hortando enim · vt non heat timorē · 2º ostendit dyabolum esse illius tribulacōs auctorē · ibi · Ecce missurus est dyabolus ex vobis · Tercio ondit tribulacōs acerbitatem · ibi · in carcerem · 4to fine ibi · vt temptemini · 5to illius tribulacōs diuturnitatem · ibi et habebitis tribulacōm · x · diebꝫ · Ait ergo Nichil horum timeas que passurus es sz a falsis fratribus vel iudeis vel paganis · sz tribulacōm corporis · paupertatem in temporalibus · blassemia fame vel nominis vt ait haymo · eo q̄ dicitur in sū math x · Nolite timere eos qui occidunt corpus · Et ysaie 4j · Noli timē opprobrium hominum · neqꝫ blassemias et 42 · Quis es tu vt timeas ab homine · Sic faciebat paulus act xx · Nichil horum vereor · nec facio aīam meā preciosiorē mei · Et pdicitur hic futura tribulacō vt cum veniat minus noceat · Nam iacula q̄ preuidentur minus feriunt · Gregorius · Et ondit nobis hic q̄ homo d3 se premunire · cum cognoscat aliquid aduersitatis sibi iminē · hec more boni militis vadentis ad pu: gnam · Et notandum · q̄ aliud est timē mortē · aliud timē dolorē mortis · Do: lorem mortis possunt timē boni et mali · mortē at nō timet nisi mali · Vnde Crisostomus sup math dicit · Quibus ē timor mortis · nō dolor exeundi de corpore sz desperacio vite post mortē · i · q̄ nō putat post mortem viuē · Vides hoc sciē: tere frequenter homines · quando dolorē paciuntur in infirmitate et nō moriuntur · Et frequenter modicum tedium hnt et moriuntur · et tunc magis contenti sunt quando dolorem pati et non mori · Vides ergo q̄ nō dolor · sz ipsa mors timetur · Iste aut timor mortis · est causa omnium malorū · sic ondit Crisostomus dicens · timor mortis omnia mala opatur · Cum non timet mori · i · q̄ nō sperat viuē post mortem · neqꝫ elemosinas dat · neqꝫ orationibꝫ instat · neqꝫ ieiunium celebrat · neqꝫ paupertatē sustinz · neqꝫ dampnum sube sue contentus est pati · Non debemus at timē pati siue mori propter xp̄m · propter multas raciones

Quarum octo ponit Cris. in originali super illud math. x. Nolite timere eos
qui occidunt corpus. Prima racio est propter debitum. Unde ait Corpus si
ab impiis occisum non fuerit propter deum, a seipso per naturam morietur. Nam
Ergo occisi sunt corpus ab impiis nichil perditur nisi mortis dilacio. Si
enim verum est quod nec folium cadit de arbore sine precepto dei, quia dies
numerati ad vitam sunt nobis dati, credere debemus quod nec morimur
ante diem, nec vivere possumus ultra diem. Aut ponamus quod et ante
diem morimur, quia morimur propter deum. Si ergo omnino post modicum mo-
rituri sumus, nulla dei causa proposita, quare non ante modicum in causa
dei cum gloria morimur, ut fiat voluntarium quod futurum est necessarium, ut
offeramus quasi munere quod requiritur a te pro debito. Secunda racio est quia ipsum
corpus est anime vestimentum. Sicut igitur homo qui vestis laceratur
non sustinet dampnum in natura sed iniuriam in veste sua. Sic et homo qui
in corpore propter deum occiditur. Unde ait Substancia hominis non est corpus sed anima.
Hanc enim solum deus ad imaginem suam fecit, hanc diligit, propter hanc
fecit et mundum, hanc zelat et persequitur inimicos, propter hanc ipse filius
dei venit in mundum. Corpus autem vestimentum est anime, sicut ait apostolus
de corpore meo 2 ad Cor. v. In quo ingemiscimus gravati eo quod nolumus
expoliari sed supervestiri. Sicut ergo vestimentum super hominem positum si quis
furibundus scindat, in veste quidem iniuriam sentit homo, dampnum autem
non patitur in natura. Sic corpus super animam positum si occiditur ab
impiis, anime quidem occisionis illius sentit dolorem, dampnum autem
sue nature non patitur. Tercia racio est quia corpus est anime inimicum tamquam
ex eo quod anime adversatur, et est hostis familiaris. Nulla autem pestis est
efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Hanc autem racionem ponit
Cris. dicens. Scimus autem non solum ad vestimentum anime caro creata est, copulata sibi,
sed magis ad temptacionem eius, quia domestica et naturalis inimica a deo coronatur. Ad Galatas v. Huius
ut dum expugnatur a carne nec vincitur, adversus spiritum et spiritus
misterii testis est paulus dicens Caro concupiscit, temptatrix est, quis sapiens
adversus carnem. Si ergo caro anime inimica, magis optanda est quam timenda. Quarta
non intelligit quod occisio corporis, sed nobis ad tempus accommodatum
racio est quia ipsum corpus non est nostrum proprium, ad id quod nobis est magis utile.
Et ideo quamdiu ipsum habemus debemus illud exercere. Cris. dicens Certe si
scilicet ad moriendum pro Christo. Istam racionem tangit. Nonne assidue operi tuo
mutuo aliquid acciperes utputa bovem aut equum, cras tollendus est a me
aptares in eum diebus in quibus apud te. Hodie aut ad utilitatem
quia non est meus. Et tu in corpore corruptibili natus, quare non tollendum est a te
anime tue uteris temporali corpore tuo Christo, quia post modicum et amare quod
quod non est tuum. Que est ista insipiencia nostra, odire quod nostrum est habebimus
nostrum est. Studere quod servare non possumus et negligere quod in eternum persecutores enim
Quinta racio sumitur ex consideracione voluntatis divine. Hanc racionem ponit Cris.
nichil possunt contra sanctos facere nisi deo volente. Hanc racionem ... venerunt et dicebat
super illud math. Nonne duo passeres uno asse veneunt. Ut enim con
sed forte aliquis dicet. Ut quid tanta licencia data est malis ut eis con
voluntate dei habeant in sanctos potestatem nocendi. Absit. Nichil possunt deo
nolente. Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex eis non cadit
in terram sine voluntate patris vestri. Si ergo passeres in voluntate dei positi
sunt, non in potestate hominis, quos deus fecit ad usum hominum, quanto magis
nos quos deus fecit ad gloriam suam. Si passer eventu non moritur, nec
evadit, quia opus est dei, quanto magis iustus homo, quia ymago est dei.
Sed et a deo traditus moritur, et a deo liberatus evadit. Si in passeribus nichil
sine racione agitur, quorum duo precium unum est assis, quanto magis in
nobis sine deo nichil agitur, quorum precium Christi est sanguis. Sic sciatur
passeres quo vendi sunt filii. Sexta racio sumitur ex consideracione humane
potestatis, persecutores enim nichil possunt nisi quantum a deo accipiunt potestatem

= quito

Unde cupiditate nocendi per te habes potestate nocendi nisi ille det non habes
quod dominus homo stans ante hominem ait · Non haberes potestatem adversum me ullam
nisi tibi esset datum desuper Iohannis xix · Immo etiam ipse dyabolus non habuit
potestatem auferendi unam ovicula beato Iob nisi diceret mitte manum
tuam et da potestatem Iob 2o · Magna igitur est consolatio filiis dei quando
persecutor eorum est virga in manu patris ipsorum · patris inquam meorum
et totius consolationis · Unde credendum est quod persecutor eos non affliget
nisi quantum pater viderit eis esse utile · Istam similiter rationem assignat
Crisostomus dicens · non debes timere homines · quia non est illorum potestas sed dei
Ideo ii · quando voluit nimpe tunc poterunt nocere sanctis · sed cum dominus illis tempus
nocendi concesserit · ut provideat sanctis suis coronam · Hic est ergo sapientia
illum non timere qui dat potestatem · sed illum timere qui accipit · Qui enim
dat potestatem quando vult dat · qui autem accipit non quando vult accipit
Sed postea subdit · deo autem liberante homo tibi nocere non potest etiam si
vult · deo autem tradente · homo tibi parcere non potest si vult · Testis est quomodo
pilatus volebat dimittere christum · sed non poterat · quia dominus eum tradebat
Septima ratio sumitur ex consideratione securitatis nostre · hanc rationem subdit
Crisostomus super illud verbum domini · Vestri autem capilli capitis omnes numerati — *Mathei x*
sunt dicens · Quid nos prodest capillos numeratos habere si morimur
quod numerati sunt · ut maxime veniatis · numquid ideo numerat aliquid
deus · ut numerum eius cognoscat · qui ab initio ut dicit sapiens omnia in
numero pondere et mensura fecit · Sed ideo numerat ne aliquid perdat ex ipsis — *sapientie*
Unde dicit propheta Nimis honorati sunt amici tui deus · dinumerabo eos
et super arenam multiplicabuntur · Qui autem perituri sunt non numerati sunt
peccatores enim ut quid numerentur qui esse non existimantur · Illud autem numerat
deus quod vult possidere · quod autem non vult habere · ut quid numerat · Ideo non
numerantur peccatores quod quantumcumque ex illis perierit non sentiat neque curet
deus quia eos non numeravit · sic scriptum est pro iustis hominibus omnibus generibus
Octava ratio sumitur ex consideratione eterne remunerationis et pene hanc
rationem fundat Crisostomus super illud verbum domini quod dicit · Omnis quicumque confessus — *Mathei x*
fuerit me coram hominibus · et filius hominis confitebitur eum coram angelis
dei · Qui autem negaverit me coram hominibus · negabo et ego eum coram
patre meo · ait enim plus dixit dominus premium · propterea pena · quia maiores deus
pronior est ad remunerandum quam ad puniendum indignos · Vide ergo quanto
maius est premium dei quam vestra iustitia · et quanto pronior est ad vindictam
dei iustitia · quia nemini parcit · Si tu confessus fueris christum coram hominibus
confiteberis · quid nisi poteris prestare christo · Si autem ille te confessus fuerit coram deo
te confitetur · quid potest te facere mortalem · Si tu denegaveris christum coram
hominibus · denegabis quid nisi nocere poteris · Si autem te denegaverit christus coram
deo denegat · qui perdere potest in igne eterno · Et quis est tam lapideus
ut non desideret iustitie sue habere christum testem · Si ergo magnum est esse
testem christi · quanto melius est teste habere christum hec ille · Non igitur immito
dicitur huic episcopo Nichil horum timeas · Illa si statum militantis ecclesie libet
instruere · probat iustos unos et multos in eam extitisse in variis tribulationibus
multis et angustiis ab initio extitisse · aliquando enim in solo abel erat
ecclesia · et expugnatus est a fratre suo Cayn · aliquando in solo Enoch erat ecclesia
et translatus est · aliquando in solo Noe et in domo eius · et pertulit omnes
qui diluvio perierunt · sola quia archa natavit in fluctibus · et pervenit
ad siccum · aliquando in solo abraham ecclesia erat et quanta pertulimus cognoscimus — *pertulit*
Consistebat etiam aliquando in solo filio fratris eius loth · et in domo
eius in sodomis · et pertulit iniquitates sodomorum quousque dominus ipsum de
eorum medio liberavit · Cepit et esse in populo ysrahelitico · et multa pertulit
ab egiptiis · Per populum ysrahelitarum devetum est · ad dominum nostrum ihesum
christum · predicatum est evangelium · et multiplicati sunt iusti super numerum · Sed et
plures iniusti · et pertulerunt iusti iniustos · Sed nolite mirari dicit augustinus in sua

Sz audiri quid dicat eccl'a: sepe expugnaverunt me a iuventute mea et non potue-
runt m[ichi] scz corporale. Et quantum ptulit eccl'a tribulacionem a tirannis tpe martiru[m]
qui omnes q' pfessi fuerant xpianos arbitrabantur obsequium se pstare deo. Johannis xvi.
Cum vz ferocissimi tyranni Diocletianus Maximianus Julianus cum ceteris
acerrime eam impugnaverunt et ipsam exterminare conati sunt. Sz quanto plures
martirisaverunt fideles, tanto magis in more filiorum ysrael in egipto multiplicati
sunt. Passa est et aliam turbacionem ab hereticis, que quanto plus ab eis impu-
gnata est, tanto plures illuminatos habuit doctores, hereticorum fortissimos confuta-
tores, quos pro errorum extirpacione ordinavit altissimus, ut exhiberet ipse
eccl'am gl'osam non h'ntem maculam neque rugam, ad Eph v°. Volt has at
eccl'e tribulaciones. Beatus Bernhardus super cantica sermone 33 dicit aliam ee
maximam quam patitur a domesticis modernis temporibus et a falsis xpianis
dicens: Si surget apertus hereticus, mittetur foras et arescet; si violentus
inimicus, forsitan abscondet se ab eo. Nunc at quem eiciat aut a
quo se abscondat? Omnes amici sunt et omnes inimici, omnes necessarii et omnes
adversarii, omnes domestici et nulli pacifici, omnes proximi et omnes que
sua sunt querunt. Ministri dicuntur xpi et serviunt antixpo. Olim predictum est
et nunc expletum: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara in
penis martirum, amarior in conflictu hereticorum, sz amarissima in mo-
ribus domesticorum filiorum. Non potest eos eccl'a fugare nec fugere.
Adeo multiplicati sunt super numerum quod insanabilis est plaga eccl'e. Et
ideo in pace amaritudo amarissima. Sz in qua pace? Pax est et non
est pax. Pax a paganis, pax ab hereticis, sz non est profecto pax ab
eccl'e filiis. Vox est eccl'e plangentis modernis temporibus: Filios enutrivi et
ipsi spreverunt me et maculaverunt me. Et vere a turpi questu, a turpi
vita, a turpi commercio, a negocio perambulante in tenebris. Hec ille.
De quibus tamen omnibus liberabit eam in futuro quando absterget deus omnem
lacrimam ab oculis eorum. **Utrum martirium pati pro xpo
cadat sub divino precepto.** Et non. Preter animus cui videtur quod he-
det sua quam quod proprium corpus ponat, ut Gregorius dicit in omelia: xpiana
Ego sum pastor bonus. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer ovibus
eisdem impendere. Postremum vero, si necesse sit, etiam mortem nostram pro
nostris impendere. A primo autem hoc minimo pervenitur ad postremum.
Et ad propositum dicit quod incomparabiliter longe melior est anima
mea, qua vivimus, a terrena substancia quam exterius possidemus. Sz dimittere
omnia sua propter xpm non cadit sub precepto sz sub consilio. Ergo et exponere
corpus suum martirio non cadit sub precepto. Sz contra est quod dicit augustinus
xiiii de civitate dei: Tunc dictum est homini: morieris si peccaveris;
nunc dicitur martiri: morere ne pecces. Sz illud quod oportet nos facere ne peccemus
cadit sub precepto. Ergo mors martirii cadit sub precepto. Respondeo dicendum:
duplex aliquid cadit sub precepto secundum sanctum Thomam de quolibet q° xx.
Uno modo absolute, alio modo secundum animi preparacionem. Cum enim preceptum importat
racionem debiti, illud absolute cadit sub precepto quod est debitum propter aliquod
tempus, sicut preceptum de honore parentum vel de amore dei. Sz quandoque con-
tingit quod illud quod facit aliquid esse debitum non semper precessit sz potest occurrere, verbi
gracia hoc cadit sub precepto non absolute sz secundum animi preparacionem, ita sz ut homo
habeat animum paratum ad faciendum id quod debitum redditur ex aliquo casu occurrente,
et hoc modo exponit Augustinus illa domini precepta que ponuntur Mathei v°: Si quis
te percusserit in maxillam unam, prebe ei et aliam maxillam. Quod dicit: Si oportet
esset et hoc exigeret salus alicuius, homo deberet paratus esse ad hoc faciendum.
Et per hunc modum sustinere martirium propter xpm cadit sub precepto, quia
sz homo debet habere animum paratum ut prius permitteret se occidi quam
xpm negaret vel mortaliter peccaret. Et per eciam alia quecumque bona
cadit sub precepto, quia debet esse paratus animus xpiani magis sustinere
permanere bonorum suorum quam xpm negare vel mortaliter peccare. Et per
hoc patet responsio ad obiecta. Sz an aliquis absque caritate effecta possit se
martirio offerre

Et videtur quod sit quia super illud psalmi centesimi decimi octavi Ideo dilexi mandata tua super aurum et thopasion dicit glossa quod minima caritas plus diligit dei legem quam milia auri et argenti et eadem ratione quam omnia temporalia sed illud quod minus diligimus exponimus pro eo quod magis diligimus ergo et omnia temporalia et etiam propriam vitam potest exponere pro Christo qui minimam habet caritatem. Sed constat si aliquis possit absque perfecta caritate se exponere martirio ergo pari ratione posset martirium sustinere. Sed hic videtur esse contra illud Johannis xv° Maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Sic ergo videtur quod absque perfecta caritate non possit aliquis ad martirium se offerre. Respondeo dicendum secundum eiusdem doctoris viii b. q. xix In operibus virtutum duo sunt attendenda scilicet illud quod fit et modus faciendi. Contingit autem illud factum quod fit in malis quorum perfectionem virtutum fieri, etiam non solum ab habente parvam virtutem sicut aliquis non habens iustitiam potest facere aliquod opus iusticie. Sed si attendamus modum faciendi ille qui non habet virtutem non potest operari sicut ille qui habet, nec ille qui habet parvam sicut ille qui habet magnam qui operatur faciliter prompte et delectabiliter quod non ita facit ille qui caret virtute vel qui parvam habet. Sic ergo dicendum est quod hoc opus quod est offerre se martirio et martirium sufferre potest facere non solum caritas perfecta sed etiam imperfecta. Et quod plus est etiam ille qui caritate caret secundum illud apostoli i Cor. xiii Si tradidero corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habeam etc. Sed caritas perfecta facit hoc prompte et delectabiliter. Sicut patet de laurencio et vincencio qui in tormentis hilaritate ardebant. Hoc autem non potest facere caritas imperfecta vel etiam ille qui caret caritate. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Ecce ibi Ecce missurus est dyabolus etc. Posita adhortatione ut non habeat passiones et mortis timorem ostendit quod dyabolum illius tribulationis esse auctorem dicens Ecce missurus est etc. possit ibi quis ille quid quo vel unde passurus sum tribulationes. Et dominus respondet Ecce scilicet in brevi vel in prompto vel in presenti tempore missurus est dyabolus ex vobis in carcerem. Dyabolus enim interpretatur criminator vel deorsum fluens secundum Ysidorum libro viii° capitulo xi° qui missurus est per se suggerendo et per suos satellites mundi thiranos scilicet Nerone et alios scilicet ad hoc fieri incitabilis. Et sequitur Ex vobis hic secundum Haymonem et glossam liquido iam clarius diversas in uno angelo personas alloquitur sed divina vox est ad unum loquens. Nichil horum timeas que passurus es. Nunc vero adiungit etiam ad multos Ecce missurus est dyabolus ex vobis et additur in carcerem. Contra quod arguitur cum dicat apostolus loquens de sanctis ad Hebr. xi lapidati sunt secti sunt in occisione gladii mortui sunt. Quare ergo hic nominat carcerem tantum. Videtur ut diminute nominare. Respondeo secundum Haymonem et glossam quod nomine carceris intelligitur omnis passio tribulationum quam sancti perpessi sunt a dyabolo qui per membra sua diversis modis eos cruciat concludens in carceribus et variis affliciens tribulationibus. Et autem non ait missurus est dyabolus vos in carcerem sed ex vobis non ad omne corpus angeli referens quod constat ex sanctis et reprobis sed tantum illos vult intelligi qui in illis tribulationibus victores existunt. Dicit ergo Ecce cito missurus est dyabolus modo dicto scilicet per membra sua ex vobis in carcerem id est in diversas afflictiones ut temptemini id est per temptationem probemini sicut aurum in igne probatur Eccli. 21. Vasa figuli probat fornax et homines iustos temptatio. Vel ut temptemini id est purgemini a rubigine peccatorum Prov. 24 Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum. Et post temptationes victores effecti coronemini secundum illud Jacobi i Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. Ista tamen probatio non est ex intentione dyaboli qui non intendit tribulatorum bonum sed ex intentione dei qui ex malis scit elicere bonum et sic ex sevicia tirannorum elicuit passiones et coronam martirum. Unde dicit Augustinus De civitate dei li. xviii c. ... dyabolus princeps impie civitatis scilicet babilonie adversus peregrinantem in hoc mundo civitatem dei vasa sua commovendo nihil ei nocere permittitur, procul dubio et rebus prosperis consolatio ut non frangatur adversis et rebus adversis exercitatio ut non corrumpatur prosperis per divina providentiam procuratur atque ita temperatur utrumque ab altero ut in psalmo illa voce alunde ne aliunde

tocynesannis exorta

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt
animam meam. Hinc est et illud apostoli Spe gaudentes in tribulatione pacientes. ad
Rom. xii. Et paulo ante. Sic quippe verus catholicus membrum Christi malo suo purgatur
mali dum eis utitur et malis bene et diligentibus eum omnia cooperantur in bonum
ad Rom. viii. Inimici nostri omnes certe quolibet errore certantur vel malicia
depravantur si accipiunt potestatem corporaliter affligendi exercent pacientiam. si tantummodo
male sentiendo adversantur exercent eius sapientiam. Ut autem etiam inimici diligantur
exercent benivolentiam et eciam beneficenciam, sive suadibili doctrina cum eis
agatur, sive terribili disciplina. Et sequitur tribulationis duracio. Unde dicitur
Et habebitis tribulationem decem diebus. Secundum Nicolaum Lirany refe-
rendo ad ecclesiam Smirnensem solum per decem dies possunt intelligi decem
anni iuxta illud Ezechielis quarto. Diem pro anno dedi tibi, quia tunc forte duravit
persecucio Smirnensis ecclesie. Referendo autem ad tribulationem ecclesie generalis. Sic
potest exponi multis modis. Uno modo ut x tribulaciones referantur ad decem
regum persecuciones, ut sit sensus habebitis persecuciones x dierum id est x temporum que
fluxit sub decem principibus Romanis, qui figurantur per bestiam que habebat cornua
decem Dan. vii. Unde dicit Haymo. Quidam dicunt et Beda in originali
decem temptaciones ad x persecuciones gentilium referri. Et putant a Nerone
cesare usque ad Dioclecianum. Quod quomodo sit, ipsi viderint qui hoc
dicunt. Augustinus urbis r. e. g. Et id quidem temere puto esse dicendum sive cre-
dendum quod nonnullis visum est vel videtur non amplius ecclesiam passuram
persecuciones usque ad tempus antichristi quam iam passa est id est decem ut xi
persecucio eadem quod novissima sit ab antichristo. Primam quidem computant a Nerone que
facta est. Secundam a Domiciano. A Traiano terciam. Quartam ab Anthonino
a Severo quintam. Sextam a Maximino. A Decio septimam. Octavam a
Valeriano. Ab Aureliano nonam. Decimam a Diocleciano et Maximiano. Pla-
gas enim egiptiorum quia decem fuerunt, antequam exire inde inciperet populus dei
putant ad hunc intellectum esse referendas, ut novissima antichristi persecucio
similis videatur undecime plage, quam egipcii dum hostiliter sequerentur
hebreos in mari rubro populo dei per siccum transeunte perierunt. Sed ego non
illas res gestas in egipto istas persecuciones prophetice significatas esse non arbitror
quamvis ab eis qui hoc putant exquisite et ingeniose illa singula hiis
singulis comparata videantur, non prophetico spiritu sed coniectura mentis humane
que aliquando ad verum pervenit aliquando fallitur. Et post pauca facit mencionem
de variis persecucionibus aliis ab istis, puta sub Herode, Juliano, Valente
fratre Valentiniani, quia Valens fuit Arrianus, rege Gothorum. Talis persecucionum
in perfide esse geluit. Hec hiis cogitantibus nobis non videtur esse diffi-
niendus numerus persecucionum quibus exerceri oportet ecclesiam. Sed rursus affirmare
aliquas futuras a regibus preter illam novissimam de qua nullus ambigit
christianus, non minus est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus neutram
partem questionis huius astruentes sive destruentes, sed tantummodo ab affirmandi
quodlibet horum audaci presumpcione revocantes. Illam sane novissimam
persecucionem que ab antichristo futura est, quam presencia sua ipse extinguet
Ihesus. Sic enim scriptum est. Et interficiet eum spiritu oris sui et evacuabit
illuminacione presencie sue. ii ad Thess. ii. Aliter quod aliquis hec ista tribulacio
intelligi applicando eam ad precepta decalogi. Et secundum hunc per decem
dies quibus erit tribulacio figuratur omne tempus in quo decalogi mandata
sunt servanda. Et ponit exemplum. Sicut enim videmus milites quibus imperator milites
contra hostes eos omni genere armorum munit. Sic deus omnipotens mittens
electos suos ad bellum in hunc mundum contra demones vel perversos homines
decalogi mandatis eos instruit quibus muniti possunt eis resistere
et quidem decalogum habeant necesse in promptu semper positum. Recte ergo dicitur
habebitis tribulationem diebus x. Apostolus dicit: Nolite credere in bello vestro
tercium quidem contra temptamenta nostra sive aperta sive occulta
propter tamquam milites armamur. Neque enim gaudii locus est ubi vita

hoc

temptacio est. Potest autem et hic denarius numerus aliter intelligi Cunctis enim
legentibus liquet tribus temptacionibus principalibus primum hominem a serpente in pa:
radiso temptatum Gen. 3o ac superatum. quibus eciam tribus modis post. 2o
hominem temptacio succubuit scilicet avaricia. vana gloria et cupiditate Mathei quarto
Lucas quarto sed principalibus temptacionibus quotidie dimicat ecclesia. Septenarius autem
numerus ad principales [illegible] refertur. quod septem diebus volvitur. Quia igitur
in omni huius vite tempore trina ista temptacio non potest deesse. in quibus certa
vicia potissimum obtinent principatum. Et hec ipsa mortalis vita per septem
dierum curricula volvitur recte x dierum numerus principalis certe tribulacio
exprimitur. Hac enim trina temptacione septem diebus applicata. denarius
numerus adimpletur. Dicitur igitur electis. habebitis tribulacionem x diebus acsi
diceretur. usquequo presens vita finiatur. que per vii dies evolvitur contra diversas
temptaciones. que in tribus sibi maxime obtinent principatum. ecclesiam habitare
Vel secundum Augustinum in originali per x dies. totum tempus intelligitur. quia denarius
est numerus perfectus. in quo perfectus christianus per multas tribulaciones intrat in
regnum celorum. Primus enim limes numerorum est denarius. quia numeri sequentes
sunt replicaciones denarii. et prius eius 3o Phisicorum. Vel decem dies quasi multos
ut finitum ponatur pro infinito Gen. 31. Mutasti mercedem meam decem vicibus
Et Job xix. En decies confudisti me. Quod tractans Gregorius xiiii moralium
c. 9 dicit Si ad typum ecclesie sancte hec verba referimus. liquet quod magnum
est eius gaudium servare decalogi precepta. Sed hanc decies perversi confundunt
quia per omne quod peccant pravis suis moribus. decalogi precepta delinquunt
et toties bonis confusionem faciunt. quoties in suis actibus divinis vocibus
obsistunt. Et notandum quod non dicit habebit. sed habebitis. In quo notatur
quod omnibus tribulacionibus loquitur. Gualterus dicit diebus et non noctibus. quia boni
quod ex tribulacione illuminantur. et vident bona que fiunt per eam Ysaye 26 In
tribulacione murmuris doctrina tua est. quia ubi mali minuant. boni
illuminantur et docentur. Sequitur ibi Esto fidelis. postquam predixit persecucionem
futuram. hic consequenter hortatur ad perseveranciam in bono adiungens eum hic primum
promissionem dicens. Esto fidelis. etc. Quasi dictum est quod habebitis tribulacionem
tamen quicquid contingat. esto fidelis scilicet servando perseveranciam in fide Unde
enim fidelis multum laudabitur Proverbiorum 28 Et Eccli. 21 In tempore tribulacionis
permanet fidelis. Vel igitur esto fidelis scilicet servando fidem. vel persevera in fidelitate
quam deo promisisti in baptismo. 1 Cor. XVI. Vigilate state in fide vi:
riliter agite Esto fidelis deo sicut uxor viro. ut nulli alteri adhereas Osee 2o
Sponsabo te michi in fide sicut servus domino. ut res eius bene colligas custo
dias et dispenses Luce xii. Quis putas est fidelis servus. 1 Cor. 4to. hic
iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Sicut amicus amico
ut amicum omni tempore diligas. et in tempore necessitatis non derelinquas Eccli. 6 Amicus
fidelis fortis protectio. qui invenit illum. invenit thesaurum. quia amico fideli nulla
est comparacio. et non est digna ponderacio auri et argenti contra bonitatem fidei
illius. Et hoc debes facere usque ad mortem sed inclusive. quia eciam propter mortem
non debes quis fidem perdere. sed mortem pocius sustinere quam fidem abnegare. Eccli. 4
Usque ad mortem certa pro iusticia ad Ro. viii. Quis nos separabit a caritate
Christi tribulacio etc. inferius etc. Certus sum. quia neque mors etc. Haymo super illud
ostendit apte. ad quid decem dies pertingat. quia ad omne tempus quo divini fide
electi servare debent. hoc autem dicit et generaliter omni ecclesie et specialiter
unicuique fideli anime. hinc est quod dominus in evangelio dicit. Qui perseveraverit
usque in finem hic salvus erit Mathei x et xxiiii. Esto itaque fidelis usque
ad mortem. et inter multas pressuras. inter innumeras clades propter victorie
triumphum attende. quia in hoc dicturus erat. promisit superius. hec dicit qui
fuit mortuus et vivit. acsi diceret. noli fidem regis relinquere. quia si meum
toto belli tempore dimicaveris. post mortem meam regnabis scilicet regnandi sortem
accipies. Nunc enim est tempus dimicandi. tunc autem regnandi. Unde subditur
in littera Et dabo tibi coronam vite scilicet eternam gloriam pro premio quod sub premium
significatur nomine corone propter decorem. sed propter vite regalis excellenciam. propter triumphate
victoriam. propter inestimabile indeficienciam. et propter eminens undique affluenciam

Corona in ipsa est regnum sine potestate et victoriam et est circularis. Et sic sine principio
et sine fine et undique cingit caput et ideo multo decet multis [illegible]. Isaye 28
In die illa erit dominus exercituum corona glorie et sertum exultacionis residuo
populi sui. Et eiusdem 62 Et eris corona glorie in manu domini et dya-
dema regni in manu dei tui. Jacobi primo Beatus vir qui suffert temptacionem
quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite. 2 ad Thy. 2 Non coronabitur
nisi qui legitime certaverit. Et ad hoc Richardus hic bene dicit Tolerancia
namque transitoria corona eterna, pugna modica, merces immensa, pena levis, gloria
inestimabilis hec ille. Quarto In persona infirmorum seu deficiencium
in persecucione dicitur Job xix abstulit coronam de capite meo. Super quo
Gregorius libro xiiij moralium c xiij dicit. Sic caput prima pars est corporis
ita principale intrinsecus hominis mens est. Corona vero victorie premium est quod
desuper ponitur ut qui bene certavit remuneretur. Ergo multi adversitatibus
pressi [struck through] in certamine perdurant in eis sancta ecclesia qui coronam de capite
amittit. Corona quippe in capite est superna remuneracio in mente. Et sunt
plerique qui dum adversitatibus affliguntur superna premia cogitare negligunt ad
perfectum victorie pervenire non possunt. In hiis itaque corona de capite aufertur
quia supremum et spirituale premium de cogitacione mentis tollitur ut exteriora iam
tranquilla appetat et eterna premia que cogitare consueverant non requirant
hec ille. Et quod unicuique in persona istius [struck through] dicitur Esto fidelis usque
ad mortem et dabo tibi coronam vite hoc est vitam eternam. Vel de honore
semper virente qualis non est corona mundi de qua Sapiencie 2 Coronemus nos
rosis antequam marcescant de honore mundano cito perituro. Ysaye
28 Ve corone superbie ebriis Effraym flori decidenti. Rose sive flo-
res de quibus fit corona mundana sunt divicie temporales delicie carnales
et honores seculares de quibus Ysaye 28 dabit florem Moab quia
florens egredietur. Nullum fert fructum. Hanc coronam dat mundus suis
servitoribus sed premia dat Christus suis victoribus 2 Thy 4 Reliquum certamen certavi
cursum consummavi fidem servavi. De reliquo reposita est in corona iusticie
quam reddet michi dominus in illum diem iustus iudex. Item Thobie 2 filii sanctorum
sumus et vitam expectamus quam deus daturus est hiis qui fidem suam
numquam mutaverit. Per hanc ergo coronam certandum est constanter. Et ergo dicitur
Esto fidelis usque ad mortem. Secundum beatum Augustinum in libro de fide ad Petrum
Sine fide nulla potest prodesse ymmo nec esse conversio. Apostolus quoque ad Hebreos dicit
ad Hebreos xi quia sine fide impossibile est placere deo. Fides namque est omnium
bonorum fundamentum. Fides est humane salutis inicium. Sine hac nemo potest
ad filiorum dei numerum pertingere quia sine ipsa nec in hoc seculo consequitur iustificacionis
graciam consequi nec in futuro vitam possidebit eternam. Et si quis hic non
ambulaverit per fidem non perveniet ad speciem. Sine fide omnis labor hominis
vacuus est. Tale quippe est ut sine vera fide quisque velit deo per contemptum
servili placere. Quale si quisque tendens ad patriam in qua se scit beate
esse victurum relinquat itineris rectitudinem et imprudens sequatur errorem
quo non ad beatam civitatem perveniat sed in precipicium ~~esse victurum re-~~
~~linquat itineris rectitudinem~~ cadat ubi non gaudium pervenienti datur sed cadenti
interitus infertur. Ex quibus patet primo quod per fidem est intellectualis preparacio
mentis dispositiva. Secundo quod per fidem est effectualis operacio salutis
inductiva. Et ideo non immerito dicitur huic episcopo Esto fidelis usque ad mortem.
Primum patet quia fides katholica est virtutum inicium et nostre salutis fundamentum
ex qua tota spiritualis edificii consurgit pulcritudo. Unde Augustinus omelia
super Johannem sic inquit. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet pul-
critudinis species quicquid tamen arbor habet pulcritudinis et decoris hoc totum
ex ipsa radice consurgit. Sic ex humilitate fidei quicquid meriti
quicquid vere beatitudinis anima susceptiva est ex ipsa tamquam ex fundamento
procedit. Cui concordat dominus Lincolniensis dicto suo 100 In radice
inquit fidei que unica sit virtutum flores non dum in se plene formati
Ibi namque quedam est pictura florum qui manifesti erunt in patria

A nimine

tt

Vobi iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Et beatus Gregorius
2° moral. c. 23 exponens illud Job primo. Cum quadam die filii et filie eius
comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti dicit. In electorum corde prior bonorum sequentium sapientia nascitur atque hec per donum
spiritus quasi primogenita proles profertur. que profecto sapientia nostra fides est
propheta attestante qui dicit. Nisi credideritis non intelligetis Ysaie vij°. Tunc
enim vere ad intelligendum sapimus cum cunctis que conditor dicit credulitatis nostre fidem prebemus. In domo ergo fratris primogeniti convivatur
filii cum virtutes relique epulentur in fide. que si non prima in corde
nostro gignitur. relique queque bona esse non possunt. etiam si bona videantur
In domo fratris primogeniti convivatur filii cum virtutes nostre in habitaculo
fidei sacro eloquii cibo saciantur. sicut scriptum est. Sine fide impossibile est
placere deo. Tunc ergo virtutes nostre vas epulas vite sumunt. cum nutriri
fidei sacramentis incipiunt. Et idem dicit. Sicut fundamentum fabrica sit super
fidem opera constituuntur. In hoc ergo summe cavendum est. ne pro tali
fidem opera constituuntur. tanto quia fundamento vincit eius quia similitudo teneatur. pro eo quod
non omne quod speciem a similitudine profert fidei. soliditatem eius
atque firmitatem tenet. ut de quibusdam conferens declarans beatus Gregorius dicit. 27 moralium
Sunt quidam oculos suos apertos in fide sed non videntes in opere. sunt
etiam positi pia specie sed extra etiam inveniunt impia conversacione de quibus
scriptum est Ecclesiastes viij°. Vidi impios sepultos. qui cum adhuc viverent
in loco sancto erant et laudabantur in civitate quasi iustorum ~~operum~~ opera fecissent
Multos ~~enim~~ peste superbie simulatis obsessos ipsa tranquillitas ecclesie patris
abscondit. quos dum levis persecucionis aura pulsaverit. mox extra aream
velud paleas tollit. Quidam eciam recto xanitatis ~~vocatur~~ vocacioni signantur
quia christi nomine sublimiter excitato. omnibus se fideles videri appetunt. et
et pro eo quod alios hoc vocari tenuerunt. ipsi non videri fideles erubescunt.
sed esse negligunt. quod dici gloriantur. rem vitus interne ad decorem
summit. visionibus exterius sed qui ante supremum iudicem mundi conspectum
infidelitate consistunt. ante oculos humanos professionem facta verbo.
temis palliantur. hec ille. Caveat igitur qui christiano censentur nomine
ne tam debili et instabili innitantur fundamento. sed si volunt esse veri christiani
necessarium est quod fidem cordibus ob confident confiteantur. 2° quod fidem meritis fructus
operum sequitur. 3° quod fides supervenienti temptacione non vincatur. quod innuitur
in lectura cum dicitur. Esto fidelis usque ad mortem. Primum spectat fidei fructus
2um fidei vigorem. 3um fidei vigorem. Primum igitur examinamus fidei fructus
est. quod fidem cordis ob fident confiteantur iuxta doctrinam apostoli ad Ro. x.
Corde creditur ad iusticiam. ore autem confessio fit ad salutem. Unde Crisostomus super
Mathei omelia 24 exponens illud salvatoris. Qui me confessus fuerit coram hominibus
non inquit christum non confitetur coram hominibus. non potest ei quod corde
credat in christum. Nam radix confessionis. fides est cordis. confessio autem
oris fructus est fidei. Sicut ergo quamdiu radix in terra est viva. necesse est
ut producat et fructus et folia. Si vero non produxit intelligas sine dubio quod
radix est exsiccata est. Sic quamdiu fides in corde est integra
necesse est ut germinet confessionem in ore. Si sufficit christo quia cognoscit eum
et si confessus eum non fueris coram hominibus. sufficit et tibi cognitio
eius. etiam si non confessus fuerit te coram angelis dei. Si vero non
sufficit tibi cognitio eius nec tibi sufficit fides tua. Si non sufficeret fides cordis
Deus creasset tibi cor tuum. nunc autem creavit tibi et os tuum. Ut quod corde
credis ore confitearis. hec ille. In cuius signum. cum apostoli cepissent fructus
fidei loquebantur variis linguis magnalia dei. Act. 2°. Petrus ergo et Johannes
prohibiti ne loquerentur in nomine Jhesu respondentes dixerunt. non possumus
que vidimus et audivimus non loqui. Act. x. Petrus eciam interrogatus a christo
discipulis que dicerent esse filium hominis pro ceteris respondens ait. Tu es christus
filius dei vivi plenam faciendo confessionem de humanitate christi atque divinitate
Hanc confessionem christus laudavit quia glosa vero fuit. dominus ondit cum dixit

c. vij

I

d

M

sup 34

Ca

Beatus es simon bariona quia caro et sanguis etc. Et ego dico tibi quia tu es pe:
trus id est confessor vere fidei et super hanc petram id est huius virtutis fundatam
edificabo ecclesiam meam Math. xvi. Notandum tamen secundum sanctum doctorem sanctum thomam in 2a 2e
q. 3 ar. 2. Et quia sunt necessaria ad salutem cadunt sub precepto divine legis con:
fessio autem fidei cum sit quoddam affirmativum non potest cadere nisi sub pre:
cepto affirmativo. unde eo modo est de necessariis ad salutem quo potest cadere
sub precepto affirmativo divine legis. Precepta autem affirmativa non obligant
ad semper et si semper obligent obligant autem pro loco et tempore et secundum alias
circumstantias debitas secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc quod
sit actus virtutis. Sic igitur confiteri fidem non semper neque in quolibet loco est
de necessitate salutis sed aliquo loco et tempore quando scilicet per omissionem huiusmodi
confessionis subtraheretur honor debitus deo vel etiam utilitas proximis impe:
denda. puta si quis interrogatus de fide taceret et ex hoc crederetur quod
vel non haberet fidem vel quod fides non esset vera vel alii per eius ta:
citurnitatem averterentur a fide. In huiusmodi enim casibus confessio fidei est de
necessitate salutis. Unde convenit fidem aliis patefacere quemadmodum ex officio
illis qui alios habent in fide instruere tamen in casu necessitatis ubi fides
periclitatur quilibet tenetur fidem suam aliis propalare vel ad instructionem aliorum
fidelium sive confirmationem vel ad reprimendum infidelium insultationem. sed aliis
temporibus instruere alios homines de fide non pertinet ad omnes fideles et si
turbatio infidelium oriatur ex confessione fidei manifesta absque aliqua utilitate
fidei vel fidelium non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri.
Unde dominus dicit Mathei vii. Nolite sanctum dare canibus neque margaritas
spergere ante porcos ne conversi dirumpant vos. Sed si utilitas aliqua spe:
raretur fidei vel necessitas adesset contempta turbatione infidelium debet homo
fidem publice confiteri. Unde dicitur Math. xv. quod cum discipuli dixissent domino
quod pharisei audito eius verbo scandalizati sunt. dominus respondit Sinite illos
scilicet turbari. ceci sunt duces cecorum. Secundum probans fidei vigorem
est quod fidem nostram fructus operum consequitur quia fides sine operibus mortua est.
quod fidem nostram fructus operum consequitur quia fides sine operibus mortua est ut dicit
Jacobi 2o. Unde Crisostomus super Math. omelia xii sic dicit. Lampas ex oleo
ne succenditur sed ab igne per oleum tamen nutritur. et nisi oleum ei subministretur
ne succendi... sed ab igne per oleum tamen nutritur. et nisi oleum ei subm:
ministraveris cito extinguitur. sic et fides nostra non operibus succenditur sed ex
verbo dei succenditur secundum apostolum ad Ro. x. per bona tamen opera nutritur
et nisi bona ei subministraveris opera cito deficit et extinguitur. Sic olim fide
nostra ut dicit beatus augustinus in quodam sermone de penitentia non solum virorum
sed et mulierum puerorum puerorum et puellarum. mira et innumerabilis
exemplorum refulgebat multitudo. Sic petrus apostolus fide quam corde tenuit
ore confitebatur quando ut inquit sanctus Jeronimus super Math. cum christo in monte
ascendente inter primos primus ascendit. sequitur in passione secutus et petrum
negatorem quod repentino timore conmiserat lacrimis sub amaris abluit etc.
Tertium probans fidei vigorem est quod fides supervenientem temptationem non
vincitur. j. Joh. 5o. hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et
Crisostomus super ... omelia ... ut inquit mulier quamdiu admonita non fuerit
a nullis hominibus non bene cognoscitur utrum sit casta. Sed si admonita casti:
tatem viro suo servavit tunc vere casta laudatur. Sic fides nostra non bene
cognoscitur nisi cum venit antichristus quod dicat. Cum in adventu eorum
constans in fide permanserit hic vere fidelis laudabitur etc. Sic de quolibet
pro fide tribulato sed non devicto dicitur ad Hebr. xi. Et hii omnes testi:
monio fidei probati inventi sunt. De talibus enim dicit beatus augustinus exponens
illud psalmi Nimis confortatus est principatus eorum. Ecce inquit electi dei carnem
domant spiritum roborant demonibus imperant virtutibus choruscant
presentia contempnunt eternam patriam voce et moribus predicant mori possunt
sed flecti nequeunt. In ipsa etiam passione qua ceciderunt morte carnis
videte quantum fuit tunc metus et unde hoc quia confortatus est nimis principatus
eorum. Talem audaciam habuerunt machabei qui elegerunt prius
mori quam legem dei prevaricari 2 Mach. 2o. Similiter apostoli qui digni

...confessio fidei sit necessaria ad salutem et videtur quod ... non videtur ad salutem sufficere
... quod hoc allegat ... fides ... ad utilitatem ... videtur
... confessio ... quod confessio fidei non est necessaria ad salutem. ...
... fidei ipse fidem suam aliis patefaciat sed hoc non est necessarium nisi illis qui habent alios
in fide instruere ... videtur quod ... non tenentur ad fidei confessionem ... scandalum
... non est necessaria ad salutem ... apostolus ...
... sed per confessionem ... ad ... infidelium ...

Secundum

habiti sunt pro nomine ihesu contumeliam pati. Act v°. Similiter et petrus qui
dixit paratus sum tecum in carcerem et in mortem ire. luce xxii. Det
igitur omnipotens deus ut sic et nos vivamus in fide et fides in nobis, ut
et in ore appareat et in opere floreat, et in temptacione nunquam succumbat
et habebimus coronam eternalem meritis dispositam, ad quam invitamur a
domino cum dicitur nobis dicitur: Esto fidelis usque ad mortem, quod fuit primum.
Dixi 2° quod per fidem est effectiva operacio salutis inductiva. Ipsa enim
enim fides que per dilectionem operatur, vicia extirpat, virtutes exaggerat
et ductivum ad celestia prestat. Unde quodlibet vicium est in nobis ex aliqua
triplici radice scilicet ignorancie infirmitatis vel industrie, ut notat magister in
[illegible] radicum [illegible] 2° di. xxii. et Gregorius xxv moralium. Triplici inquit est quod vicium
inde [illegible] in nobis admittitur quia aut ignorancia aut infirmitate, aut studio perficitur.
Per ignoranciam peccabat paulus qui dicebat blasfemus fui persecutor
et contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.
Per infirmitatem peccavit petrus, quando robur fidei quod a xpo exhibuit
vox unius puelle terruit et deum quem corde tenuit ore negavit.
Per industriam vero peccabant illi de quibus ipse magister ipse dicebat: Si
non venissem et locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Iterum ait: Nunc
autem et viderunt et oderunt me et patrem meum. sic ille. Contra hanc triplicem radicem
peccati sufficit habemus radicem fidei, qua vicium tollitur et virtus inseritur. Contra
radicem ignorancie, habemus fidem preceptorum qua vicium cognoscitur ut vitetur.
Contra radicem infirmitatis habemus fidem signorum qua oculus mentis
pascitur et roboratur. Sed contra radicem industrie habemus fidem promissorum
ut bonum appetatur et malum deseratur. Unde Bernhardus in sermone de trinitate:
Deus tamquam bonus medicus dedit precepta quibus observatis reformaretur salus amissa
Ut vero de preceptis faciet fidem. adhibuit signa, ut autem totam ostenderet utili-
tatem promisit beatitudinem. Est ergo fides alia preceptorum alia signorum alia pro-
missorum. Aut qua credimus deum, qua credimus in deum et quod credimus deo. Per
fidem preceptorum credimus in deum. Credere autem in deum est deum scire, in deum
sperare et toto cum corde amare. Per fidem autem signorum credimus deum, quia
talia potest et omnia potest. Per fidem autem promissorum credimus deo, quia
quicquid promittit implet veraciter. sic ille. Promittit autem beatitudinem unde
et hic scribitur: Et dabo tibi coronam vite, per quam beatitudo significatur
ut prius patuit. Et sequitur epistole conclusio

Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit non ledetur a morte secunda. Et posito exordio et narracione ponitur
conclusio epistole. et ibi duo. primo audiendi dicta exhortacio, et modi audiendi
insinuacio. Secundo perfecte audienti et audita observanti promissio. Ibi: Qui vicerit.
Circa primum dicit: Qui habet aures scilicet credendi et intelligencie audiat et
intelligat quid spiritus dicat ecclesiis. Non audiat quid dicat dyabolus Gen. 3
Nequaquam moriemini sed eritis sicut dii scientes bonum et malum. Contra illos qui
volunt hic diu vel semper vivere. Item contra illos qui sic student scire et
nunquam venire ut audiat quid mundus dicit. Sapiencie 2°: Venite fruamur bonis
que sunt et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter, vino precioso et
unguentis nos impleamus et non pretereat nos flos temporis etc. Nec audiat quod
caro dicit. Isaye 2°: Comedamus et bibamus cras enim moriemur. Sed audiat
quid spiritus dicat ecclesiis. Est etiam malorum de qua psalmus: Odivi ecclesiam
malignancium, et huic spiritus dicit arguendo et comminando. Iohannis xvi: Cum ve-
nerit paraclitus spiritus veritatis ille arguet mundum de peccato et de iusticia et
de iudicio. Est enim et ecclesia iustorum, de qua Mathei xvi: Super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. Et huic spiritus dicit consolando et erudiendo psalmus:
Audiam quid loquitur in me dominus deus, qui loquitur pacem in plebem suam.
Est et tercia ecclesia beatorum, de qua psalmus: laus eius in ecclesia sanctorum, et huic
loquitur omnia sua secreta revelando, sicut amicus amico. Iohannis xv: Vos
autem dixi amicos meos, quia omnia quecunque audivi etc. Quid autem spiritus
spiritus dicat ecclesiis subdit ostendendo perfecte audienti et audita observanti
promissiones. Qui vicerit scilicet temptamenta dyabolica, carnis et mundana

victoria ad salutem [illegible] quod dicit apostolus ad Ro. xi [illegible] ad misericordiam [illegible]
[illegible] ad salutem [illegible] ut supra [illegible]
[illegible] confessio ad salutem [illegible] ad finem [illegible]
[illegible] fides [illegible]
[illegible]
quod ut [illegible] fide [illegible] ad [illegible]
et ad [illegible] salvari [illegible]

mundi pressuram impetum persecutorum etc. Non ledetur a morte secunda. id est dampnacione perpetua. ut haymo/ sed queritur. cum tres sint mortes. prima mundiorum sed carnis. qua anima a corpore separatur. Et peccati sive culpe. qua deus ab anima disiungitur. et eterne dampnacionis. qua anima peccatrix eternaliter cruciatur. videtur quod debuisset dixisse a morte tercia. non secunda. Et ad istud dicendum quod de hys agit tamquam secundo que noceret. de morte scilicet peccati et eterni supplicii. Nam ista mors. que est communis. non est dicta mors comparacione aliarum duarum. unde et sompnus vel dormicio dicitur. 1 thess. 4o. Nolumus vos ignorare de dormientibus. Mors itaque prima que ledit peccatum est hinc itaque que ledere possit. nulla alia nisi eterna dampnacio succedit. Ideo potest. missa illa. que non ledit. illa debuit vocari secunda. que post peccatum ledit. Dicit ergo qui vicerit. non ledetur a morte secunda. id est qui mortem peccati in hoc tempore animas necantem superavit. ad lesionem cuius que post habent et animas et corpora. sine fine cruciat. non perveniet. que mors semper occidit et numquam ad integrum extinguit. unde quia in psalmo dicitur sicut oves in inferno positi sunt. mors depascet eos secundum lesionem. non vero. iniuriarum secundum intelligi corrupcionis. ledi non non potest nisi quod corrupcioni subiacet. Et ideo ait. non ledetur a morte secunda. De hac etiam augustinus in enchiridio c. 113. Quo infelix mori non sinitur. ubi mors ipsa non moritur. De hac etiam augustinus 19 de civitate dei in fine. ubi mors secunda dicitur. quia nec anima ibi vivere dicenda est. que a vita dei alienata erit. et corpus eternis doloribus subiacebit. ac per hoc ideo durior. quia morte finiri non potest. De hac etiam idem augustinus XXI de civitate dei c. 3. Mors prima animam nolentem pellit a corpore. mors secunda animam nolentem tenet in corpore. Infra XXI. pars illorum in stagno et sequitur quod est mors secunda. scilicet tam corporis quam anime. De hac etiam lesione dicitur proverbiis 8. Qui peccat in me ledit animam suam. Ista tamen lesio. quamdiu anima est in corpore. sanabilis est. secundum illud sapientie primo Sanabiles fecit naciones orbis terrarum. Sed postquam exit a corpore. fit insanabilis. ysaie 17. ablata est messis in die hereditatis et dolebit graviter. Et ieremie XXX. plaga inimica percussi te castigacione crudeli. Quid clamas ad me super contricione tua. Insanabilis est dolor tuus propter iniquitatis tue multitudinem. dura facta sunt peccata tua. feci hec tibi. Ipsa mors hec acerbissime ledit. cum propter penarum eternitatem mathei 25. Ite maledicti in ignem eternum. tum propter penarum acerbitatem diversitatem et pluralitate. psalmus. Tu deus deduces eos in puteum interitus. per hoc non quod dicit deduces. notatur diversitas penarum. quia de pena in penam ducetur. iuxta illud Job xxiiii. ad nimium calorem transeat ab aquis nivium. per hoc autem quod dicit in puteum. notatur perhemnitas. quia inde exire non possunt qui semel illuc ceciderint. Quicumque ergo non vult ledi a morte secunda. querat hic sanari a lesione prime mortis et ostendat samaritano plagas suas. qui curabit eas infundens vinum corrosivum. et oleum consolativum. Luce x. 3 Regum viii. Si quis cognoverit plagam cordis sui et expanderit manus suas in domo hac tu exaudies in celo in loco habitaculi tui et propiciabis ei. Augustinus Sunt ne viscera vane insanie in te qui plangis corpus a quo recessit anima. et animam a qua recessit deus non plangis.

Et angelo ecclesie pergami scribe. Hec dicit qui habet rumpheam ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas ubi est sedes sathane Et tenes nomen meum et non negasti fidem meam. Et in diebus illis antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi sathanas habitat

Tercia pars principalis capituli secundi secundum quam ponitur preceptoria admonicio de scribendo epistolam tercie ecclesie asye scilicet pergami. Et dividitur in 3es partes sicut et precedentes scilicet in exordium narracionem ibi. Scio. ubi habitas. Et epilogum ibi. Qui habet aures. In prima includuntur 3es partes scilicet suscepcio epistolam deferentis ibi scribe. et mittentis sive recipientis. ibi. hec dicit qui habet etc. Dicit ergo. et angelo. quod dicit. istius seriose ecclesie suppleti. Et angelo id est episcopo pergami ecclesie scribe. sicut prius et aliis scripsisti. pergamum autem interpretatur

diuisio cornuum. Et significat etiam uniuersalem in qua diuiduntur cornua setarum uel uir tutes a cornibus impiorum. uel ab arrogancijs eorum. Unde Ps. Cornua peccatorum confringam et exaltabuntur cornua iusti. Specialiter tamen etiam quosdam per hanc etiam significatur status ecclesie tempore hereticorum quorum cornua sunt dicti falsi expositores siue interpretatores scripturarum. que significantur per rumphea bis acuta. Vel gladij ancipitis acutum. Unde Haymo. Rumphea est gladius bis acutus. Gladij autem nomine scriptura sacra intelligitur. Qui gladius veteris et noui testamenti bis utrumque parte acutus dicitur quia utrumque hominis peccata operis illinc cogitationis peccata secat. Vetus quippe testamentum dicit. Si quis adulterium fecerit, morte moriatur. Nouum vero dicit. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mechatus est eam in corde suo. Et multa huius similia de quibus habetur Math. v. Vel alia utrumque parte acutus dicitur quia sicut gladius bisceps carnem diuidit et membra a inuicem separat. ita gladius verbi separat bonos a malis. Unde dominus dicit Luce xij. Non veni pacem mittere sed gladium. Et eciam Math. x. Veni enim separare hominem aduersus patrem etc. Siue etiam ideo dicitur ex utraque parte acutus quia et simplices per historiam et perfectos instruit per allegoriam. Et gladium spiritus quod est verbum dei. ad Hebreos xiiij ille. ad Ephes. ultimo. Et efficacior omni gladio ancipiti. Vel scriptura potest dici rumphea bis acuta quia ad conuincendum alios utitur auctoritate. alios racione. Ut enim ait Augustinus libro de vera religione c. xxiiij. auctoritas fidem flagitat et racio hominem preparat. Ipsa anime medicina que sacra scriptura que diuina prudentia et ineffabili beneficencia geritur gradatim distincta pulcherrima quia est. Tribuitur enim in auctoritatem atque racionem. auctoritas fidem flagitat racio hominem preparat racio ad intellectum cognicionem que perducunt. quamquam neque auctoritatem racio penitus deserit cum consideratur cui credendum sit. Et certe summa est ipsius iam cognite atque perspicue veritatis auctoritas. Et idem libro de ordine auctoritas imperite multitudini salubrior racio vero eruditis. Vel dicitur gladius bis acutus propter comminatam dampnacionem in anima et corpore. Vel quia arguit peccata omissionis et commissionis. Vel quia diuiciat separando electorum a reprobis. Et de ipsa scriptura possit verificari illud Ezech. 21. Gladius exacutus et limatus est. Et Is. 19. De ore eius gladius acutus. Et quod gladio dictum est Ysa. xlix. Et gladius ex utraque parte acutus exibat de ore eius. Potest etiam per rumpheam intelligi sua iudicia. que dicuntur acuta ex utraque parte multipliciter. Uno modo ex utraque parte temporis quia scindit et illos qui fuerunt ante tempus gracie et illos qui post. Vel ex utraque parte hominis quia scindit tam in corpore quam in anima. Vel ex utraque parte generis quia scindit tam nobiles quam ignobiles. Vel ex utraque parte criminis quia scindit peccata tam carnalia quam spiritualia. Vel ex utraque parte status ecclesie quia scindit tam prelatos quam subditos tam laycos quam clericos. tam seculares quam claustrales. Vel ex utraque parte fortune quia scindit tam pauperes quam diuites. Vel ex utraque parte sexus quia scindit tam viros quam feminas. Et breuiter illa rumphea nulli parcit neque seni neque iuueni. neque potenti nec impotenti. Sapie. vj. Non subtrahat personam cuiusquam neque verebitur magnitudinem cuiusquam. De hoc gladio dicitur Deutro. 32. Dominus. Si acuero ut fulgur gladium meum. et arripuerit iudicium manus mea et cetera. Modo hic gladius non videtur acutus. sed cum extrahetur de vagina et incipiet percutere. tunc sencietur acumen eius. Vagina in qua latet gladius iste est paciencia dei qua nos expectat. sed tunc extrahet. Ezech. v. Gladium nudabo gladium meum post eos. Quibus autem percussurus sit gladius iste. dicitur Deutro. 32. Gladius meus deuorabit carnes id est carnales. Item Ieremie l. Gladius ad caldeos ait dominus et ad habitatores babilonis uel ad superbos et auaros et ypocritas qui prouocant deum. Job 36. Simulatores et callidi prouocant iram dei. Potest etiam dici quod ideo dicit mittentem ex tam habet rumphea bis acutam quia de duobus malis volebat corrigere epum pergameni scilicet de doctrina balaam et Nicolaitarum que erat in episcopatu suo. Vel quia volebat redarguere negligentiam pastoris et malicia gregis et utrumque punire nisi penitentiam ageret. Sed antequam redarguit commendat eum ut postea pacientius sustineat correctionem. Et ut agnoscat quod sua correctio procedebat ex amore. Nos in exemplum

Nam virga correctionis debet egredi de radice yesse .v. de incendio amore
Tunc ibi Scio ubi habitas ponitur 2a pars Epistole scilicet narracio
Et dividitur in quatuor . primo ponitur ipsa commendacio . 2o increpacio ibi
Sed habeo . tercio admonicio ibi age penitenciam . quarto comminacio ibi . Si quominus
Commendat autem eum ex duobus . primo quia in medio malorum fidem Christi retinuit
Secundo quia tempore persecucionis perstitit . ibi Et tenes nomen meum etc.
Primo ergo commendat eum ab immaculata sanctitate licet esset commixtus malis dicens
Scio ubi habitas scilicet in loco tribulacionis quia in medio nacionis prave et perverse
ad philippenses 2o . Unde subdit ubi est sedes sathane .i. potestas adversarii nostri
deles inducendo ad persecucionem eum . et tamen permanes purus et immaculatus
Job primo Vir erat in terra hus nomine Job Super quo Gregorius morat. 1o . Non
est valde laudabile bonum esse inter bonos sed bonum esse cum malis . Et introducit
ibi istud Scio ubi habitas ubi sedes est sathane .i. congregacio malorum
qui tibi in omni bono adversantur Job 30 frater fui draconum et socius
strucionum . ibi Gregorius moral. xx idem quod Ezech. 2o fili hominis subversores
sunt apud te et cum scorpionibus habitas ibi Gregorius super Ezech. parte prima
omelia ix Ideo dicta est ecclesia Cant. 2o Sicut lilium inter spinas etc. et in commendacionem
loth 2 petri 2 Justum loth oppressum nephandorum iniuria ac
luxuriosa conversacione eripuit . aspectu enim et auditu iustus erat habitans
apud eos qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant .
Unde dicit haymo . Ex hoc ~~[illegible]~~ qualiter universalis dicitur ecclesia que mixta
cum reprobis ubique per orbem sathane temptaciones se scit esse . Sicut enim
sedes dei sunt omnes electi . ita sedes dyaboli sunt cuncti reprobi In quorum
medio habitant electi . et inde laus eorum amplius crescit . et ubique diffunditur
. quoniam in medio malorum innocentie servant opera etc. Circa
quod queritur Quid sit perfeccius et eligibilius an inter malos bene vivere
vel a malis recedere ut possit homo bene vivere Et videtur ex dictis quod perfeccius
et laudabilius est inter malos bene vivere per auctoritatem Gregorii moral.
et xxv Item quanto quis habet plures adversantes et ad malum incitantes
tanto maior est victoria et laus non vinci a talibus sed vincere ergo etc.
Item Gregorius ubi supra Sicut gravioris culpe est inter bonos bonum non esse
ita immensi preconii est bonum inter malos extitisse ergo etc. Oppositum . Sed in contrarium
dictum est abrahe Gen. xii Egredere de terra tua etc. et ex egressu et
recessu fuit commendatus Et ysaie lii Egredimini de babilone , et consimiliter
ysaie 2 Egredimini de medio eius Et Ro. ultimo Declinate ab eis , 2 Cor. vi
Exite de medio eorum ergo etc. Respondeo quod aliud et aliud est hic respondendum de
perfectis et imperfectis et de platis et subditis , perfectis enim qui sunt perfecti
resistendo adversariis veritatis et defendere fidei veritatem . in quibus non est
timor mundi et potestatis a reprobis . divina gracia eos iuvante . laudabilius est
inter malos commorari , et maxime illis qui sunt prelati et pastores veri
non mercenarii , quorum est sustinere ~~morte~~ mortem cum plebe , et resistere
adversariis fidei qui sunt lupi rapaces Imperfectis autem qui habent timorem
mundi ab aliis , nec sunt sufficientes ad resistendum aliis , nec potentes fidem
defendere , securius est elongari et recedere a malis Unde Gregorius super
Ezech. ubi supra . Unum est pro quo debet societas malorum vitari . ne si fortasse
corrigi non valet , ad imitacionem trahant Prov. 22 Noli esse socius
homini iracundo . ne discas semitas eius Et ibi multa de hoc Dicit
idem Gregorius super ewangelia parte prima omel. xv . Ubi loquitur
de vero pastore et mercenario dicit Verum quis pastor sit an mercenarius
cognosci veraciter non potest si occasio necessitatis deest Tranquillitatis enim tempore plerumque
ad gregis custodiam sic verus pastor sicut et mercenarius stat
Sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat .
Lupus etenim super oves venit cum quilibet iniustus et raptor fideles
quosque atque humiles opprimit Sed is qui pastor esse videbatur et non
erat relinquit oves et fugit , quia dum sibi periculum ab eo metuit
resistere eius iniusticie non presumit , fugit autem non mutando locum

Decandum

Sz subtrahendo solacium effugit qr iniusticia vidit et tacuit effugit qr se sub
silencio abscondit. Quibus dicitur per prophetam dicitur Ezechielis. Non ascendistis ex
adverso neque opposuistis murum pro domo israel ut staretis in prelio in die domini
ex adverso quippe ascendere est quibuslibet potestatibus potestatibus prave agentibus
racionis libera voce contraire contraire. Et in die domini pro domo israel in prelio
stamus ac murum opponimus si fideles et innocentes contra pravorum iniusticia
stamus ac murum opponimus si fideles et innocentes. contra pravorum iniusticia
ex iusticie auctoritate vindicamus. quod qr mercenarius non facit. tunc videlicet lupum
venientem fugit etc. De hoc simpliciter augustinus Epistola .119 declinat. quando non est
licitum pastori fugere scilicet quando est omnibus perfectus fidei et fidelium. Et pro hoc patet
versio ad primum et ad obiecta utriusque partis considerandi et applicanti. Ex
dictis est patet reproborum vilitas et subiecta captivitas. Sicut .n. sedes
dicitur esse patet reproborum. Et qr tales sunt throni dyaboli
sathane. Unde augustinus hic in originali et Job xxxvii Ingredietur bestia cubiculum suum et in antro suo morabitur
Super quo Gregorius 21 moralium dicit. Cuius alius nomine bestie nisi antiquus
hostis accipitur qui quasi bonorum etiam mentes ingreditur. illicita suggerit
temptacionibus fatigat. rectitudine spiritus ad delectacionem carnis deflectere
conatur. delectacionem quoque ad consensum perducere nititur. Sed tamen resistente superno
adiutorio generale prohibetur intrare quo in mentes bonorum potest. Sed in eis mo-
rari non potest qr cor iusti huius bestie antrum non est. Quos vero quasi perpe-
tuum possidet antrum. eorum mentes proculdubio inmorans tenet. qr et prius in
eis cogitaciones usque ad iniqua desideria et post iniqua desideria usque ad necessaria
opera perducunt. Neque eius student reprobi suggestiones eius recta iudicii manu
repellere. cum voluptatibus appetunt. subdita delectacione fruere. Cumque
in eorum cordibus prius quid oritur mox per studium delectacionis enutritur
et tunc sibi minime resistitur. protinus ex consensu roboratur. statim quoque co-
sensus ad opus ducitur. opus vero exit consuetudine generatur. Recte ergo in
antro suo hec bestia morari dicitur. quia tamdiu cogitaciones reproborum
quousque eorum vitam etiam aculeo pravi operis perforet. Hec ille. Et de
isto Sathana sub nomine behemoth dicitur Job xl. Sub umbra dor-
mit in secreto calami in locis humentibus. per umbram significatur avari-
et cupidi. per secretum calami. elati et superbi. per loca humencia vo-
luptuosi et luxuriosi. Nam ut Hugo de sancto Victore Umbra a natura est
frigida. Unde nervos constringit et poros claudit ut sudor exire non possit
Sic et avaricia. sudor corporis est compassio cordis. quia sicut sudorem effundimus
tum proximorum necessitatibus ex corde compatimur. Nervos aut manus
extendimus. cum elemosinas damus. vel ope proximos adiuvamus. avarus
aut umbrosus et frigidus non sudat nec manus extendit. quia non compatitur
nec aliquid donat. Contra quod dominus Christus sudavit sanguinem et manus extensas
et perforatus habuit in cruce. Luce xxii. Factus est in agonia prolixius orabat
et factus est sudor eius tamquam gutte sanguinis decurrentis in terram
Sudor sanguinis est testis nimii caloris. et intimi amoris. quem habuit
erga deum et hominem patrem. Super. [illegible] dilexit nos etc. Extensio manuum
significat inestimabilem largitatem qua se dedit et sua. Et voluit nil habere
ad Romanos 3o. tradidit semetipsum pro nobis. Obscuritas significat ostia cordis avari
De perditis in [illegible] eorum. in nethe et de cupitis. que non valent adipisci
calamus aut in altum crescit. sed intus est inanis. Et significat superbos et ela-
tos. qui eum. Gregorium tanto sunt apud semetipsos inanes quanto alti
et nitidi aliis exterius ostenduntur. Iste calamus fructum non facit. ita nec
superbia Sapiencie v. Quid nobis profuit superbia vel diviciarum iactancia. quid re-
tulit nobis q. d. nil. Duo venti gravicetes hunc calamum scilicet superbum
Sunt. adulacio et detractio. illa qr declinat ad dextram. hec ad sinistram
et sic ex omni parte agitatur. Secretum calami est conscia superbi. que bene
secreta dicitur. qr pre pudore erubescit et pudet eam in confessione detegere
Et ideo quanto secrecior. tanto delectabilius in ea dyabolus residet. Con qd

dicitur Eccli 4o. Fili pro anima tua ne confundaris dicere verum. quia est confusio adducens gloriam scilicet illa que confessioni adiungitur. Et est confusio ducens ad ignominiam scilicet illa propter quam confessio obmittitur. Loca vero humecta sunt mentes luxuriosorum quas humor carnalis concupiscentie replet et fluidas facit. Vel loca humecta sunt opera voluptuosa in quibus dormit sathanas quia in voluptuosorum lubrica operatione requiescit. Eccli ultimo. Super omne [illegible] ut concupiscentiarum regessit. Et Ezech 29. Ecce ego ad te draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum. Ubi glossa corda et corpora sunt olsura et frigida sub umbra alta et inania sicut talamus plena humore luxurie et voluptatis ibi sathanas sine impedimento residet sicut in throno. Gregorius 33 moralium. Hec sunt vitia que humano generi dominanter dominantur. Elatio namque spiritum erigit luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus vel per elationem decipiens vel per luxuriam premens in secreto talami atque in locis humentibus dormit quia hominem dampnatum sub ditione sue dampnationis aut per elatum spiritum aut per carnis corruptionem tenet. Quosdam vero in utroque possidet quia cum eos spiritus superbie elevat a tumore sue altitudinis ut verecundia corruptos inclinat hec ibi. Et beatus Ieronimus epistola 88 dicit Ingreditur dyabolus animam per quodcumque vitium. Et Augustinus libro de sermone domini in monte 2. Cupiditas intromittit dyabolum caritas foras mittit. Nec solus sathanas habitat in talibus animabus sed cum eo multi. Math. 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine etc. assumit septem spiritus nequiores. Marci 5. legio mihi nomen est quia multi sumus. Habitabiles ergo sunt qui sunt sedes vel throni sathane sed sedentibus in eis et super eos regnantibus ipse enim rex est super omnes filios superbie. Job 41. Et ideo multum deberent homines festinare ad illum eiciendum.

Utrum Sathanas semper hominem inhabitet quandocumque mortaliter peccat. Et videtur quod sic. Quia culpa mortalis opponitur gratie. sed spiritus sanctus semper inhabitat hominem cum gratia. iuxta illud 1 Cor. 3 Templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis ergo eciam immundus spiritus semper inhabitat hominem cum culpa mortali. Sed contra dyabolus per peccatum inhabitat hominem sicut per suum effectum. Sed non omne peccatum mortale est a dyabolo sed quandoque a carne vel a mundo. ergo dyabolus non semper hominem inhabitat quando mortaliter peccat. Respondeo iuxta doctorem sanctum de quolibet 3o q. 8. dyabolum inhabitare hominem potest intelligi duobus modis. Uno modo quantum ad animam. alio quantum ad corpus. Quantum ad animam quidem non potest dyabolus hominem inhabitare substantialiter quia solus deus illabitur menti iuxta augustinum. Nec ita dyabolus causat culpam sicut spiritus sanctus gratiam. Spiritus enim sanctus interius operatur sed dyabolus exterius suggerit vel quantum ad sensum vel quantum ad imaginationem [illegible]. Et iuxta eundem doctorem in prima 2e q. 80 ar 2o. Interior pars anime est et intellectiva et sensitiva. Intellectiva autem continet intellectum et voluntatem. Quo ad voluntatem dyabolus habet se solum per modum proponentis vel offerentis appetibile vel per modum persuadentis obiectum propositum habere rationem boni. Unde sequitur quod dyabolus non sit sufficiens et directe causa peccati quia voluntas non ex necessitate movetur ab aliquo obiecto nisi ab ultimo fine. Intellectus autem per se quidem movetur ab aliquo illuminante ipsum ad cognoscendum veritatem. quod dyabolus circa hominem non intendit sed magis obtenebrare rationem ipsius ad consentiendum peccato. Que quidem obtenebratio provenit ex fantasia et appetitu sensitivo. Unde tota interior operatio dyaboli videtur esse circa fantasiam et appetitum sensitivum quorum utrumque commovendo potest inducere ad peccatum. potest enim operari ad hoc quod imaginationi aliquae forme ymaginarie presentetur. potest etiam operari quod appetitus sensitivus concitetur ad aliquam passionem. Natura enim corporalis spirituali naturaliter obedit ad motum localem. Unde et dyabolus omnia ista potest causare que proveniunt ex motu locali corporum inferiorum nisi virtute divina reprimatur. Quod autem aliquae forme representetur ymaginationi consequitur quandoque ad motum localem. dicit enim philosophus in libro de sompno et vigilia quod cum animal dormierit descendente plurimo sanguine ad principium sensitivum simul descendunt motus sive impressiones relicte ex sensibilium motibus

que in speciebus sensibilibus conservantur et movet primum apprehensivum ita quod apparet
acsi tunc primum sentiuntur ab ipsis rebus exterioribus immutaretur. Unde talis
motus localis spirituum vel humorum potest a demonibus procurari sive dor-
miant homines sive vigilent. Et sic sequitur quod homo aliqua imaginetur. Sti-
etiam appetitus sensitivus concitatur ad aliquas passiones, id est quedam determinatum
motum cordis et spirituum. Unde ad hoc dyabolus potest cooperari. Et ex hoc
quod alique passiones excitantur in appetitu sensitivo sequitur quod et motu sive
intencionem sensibilem predicto modo reducta ad primum apprehensivum magis homo
percipiat, quia ut in eodem libro philosophus dicit, amatores modica similitudine in
apprehensionem rei amate moventur. Contingit etiam ex hoc quod passio est
excitata ut id quod proponitur imaginationi iudicetur prosequendum, quia ei qui
passione detinetur videtur esse bonum illud ad quod per passionem inclinatur.
Et per hunc modum dyabolus interius inducit ad peccandum. Hec ibi. Dicitur tamen
inhabitare affectum hominis per affectum malicie, non solum quia ex eius sugge-
stione peccatum perpetratur, sed etiam per quodlibet mortale peccatum, quia ex quolibet
peccato mortali homo subicitur servituti dyaboli, id est Salvatoris Johannis viii^o
Qui facit peccatum servus est peccati. Est causa dyaboli, quia occasionaliter et indirecte
... dyabolus est causa omnium peccatorum nostrorum, id est dyonisius ... de divinis nominibus, in quantum
induxit primum hominem ad peccatum, ex cuius peccato intantum viciata est humana
natura ut omnibus sumus ad peccandum proclives, sic diceretur esse causa combustionis
lignorum qui ligna siccaret ex quo sequeretur quod facile incenderetur.
Directe autem non est causa omnium peccatorum humanorum, ita quod singula peccata
persuadeat. Contra dicitur in libro de ecclesiasticis dogmatibus: non omnes cogitationes nostre male
a dyabolo excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt. Quod origi-
probat ex hoc, quia etiam si dyabolus non esset homines haberent appetitum cibi venereorum
et similium qui possunt inordinati nisi racione ordinaretur quod subiaceat
libero arbitrio. Cultu vero ad cuius dyabolus hominem subicit, potest iudiciale
sicut patet in arepticiis. Sed hoc magis pertinet ad racionem pene quam ad racionem culpe.
Pene autem corporales huius vite non semper consequuntur culpam. Unde enim peccatis
tibus non inferuntur et quandoque non peccantibus inferuntur. Ut patet Johannis ix de
ceco nato. Et hoc est racione altitudinis incomprehensibilis iudiciorum dei. Unde non
cum quantum culpa mortali dyabolus inhabitat hominem, probatur etiam contrarium ad corpo-
et per hoc patet responsio ad obiecta. Consequenter commendantur. Tempus ecclesie pergami
a fidei virtute et defensione cum dicitur Et tenes nomen meum ... nomine
... Christiani integre fide tenes... in tempore tribulacionis magne. Et non negasti fi-
dem meam afflictionibus persecutorum perfidis vexatus et impugnatus, id est gloriose. Sed
eam per scripturam, que gladius est, tenent nomen dei et fidem eius defendunt.
Sicut tribulacionibus vexati efficiunt. 2 corinthios vi: per arma iusticie a dextris
et a sinistris. Gladius enim anceps est in manibus eorum aut propheta. Sequitur
Et in diebus Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos ubi
Sathanas habitat. Secundum hanc litteram. Cuius latinitatis sit hec locutio
non facile patet, nisi forte subaudiendo intelligatur. Si enim dixisset non negasti
fidem meam in diebus Antipe testis mei fidelis qui occisus est apud
vos, planus esset sensus et facile intelligeretur. Ut cum dicitur Non negasti
fidem meam et in diebus Antipas testis meus fidelis qui etc. Obscura
est sentencia. Ideo quia necesse sunt subaudiendo ut sit ista sua iungitur. Et te-
nes nomen meum et non negasti fidem meam et in diebus illis in quibus extitit
Antipas testis meus fidelis qui occisus est apud vos etc. non negasti fidem
meam. Tale est illud in psalmo: Nolite extollere in altum cornu vestrum etc.
Vestrum qui ... deus iudex est. Cum enim dicat nolite extollere in altum cornu
vestrum nolite loqui adversus deum iniquitatem, si subiunxisset statim quia deus
iudex est ~~obscura fuit redditur sic et in proposito~~ apta sentencia videtur. Sed
tum in medio interposuit quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis
motibus. Et deinde subiunxit quoniam deus iudex est, obscura sentencia redditur.
Sic et in proposito vel ergo vitio scriptorum talis facta est locucio, cum esse incerte
scripturarum ut dictum est, mutatis hiis quidam vocum particulas. Sed michi sensum videamus

Fuit enim quidam martir qui occisus est in civitate pergami tempore neronis [?]. qui ponitur in exemplum episcopo ad imitandum et ad humiliandum. Item ad ipsum commendandum. In hoc ut commendat ipsum quod erat ita constans inter perditos reprobos et malos confitendo fidem xpi. Mathus [?] Antipas dicit testis meus fidelis qui [?] me martirizatus. Martir in greco testis est latine. Qui occisus est apud vos. et ideo eius exemplo debes roborari. nec mirum si sic est apud vos occisus. quia multi mali sunt ibi. Vnde subdit. vbi sathanas habitat. id est vbi est synagoga malorum. in quibus dyabolus habitat vnde dicto. Per hunc autem antipam martirem [illegible] omnes martires intelliguntur quicumque in hoc mundo. siue aperto siue occulto martirio patiuntur. quia sicut in vna ciuitate omnibus ita in vno martire omnibus [?] martires [illegible] premio laudis attolli. Qui autem apud sanctos suum testem interfectum esse commemorat [illegible] insidiandum est. ne quis ab illis [?] inter illos fuit interemptus ab hys vz. in quibus sathanas habitat id est a reprobis qui sedes sunt sathane vnde dicto. Vtrum magister determinans questiones theologicas magis debeat vti auctoritate vel ratione. Videtur quod auctoritate. quia in quolibet scientia questiones determinantur per propria principia illius scientie. Sed propria principia theologie sunt articuli fidei qui nobis per auctoritatem innotescunt. ergo maxime questiones theologice sunt determinande per auctoritates. Sed contra est quod dicitur ad Thit. 1o ut sit potens exhortari in doctrina sana. et contradicentes reuincere. Sed contradicentes melius reuincuntur rationibus quam auctoritatibus. ergo magis oportet determinare questiones per rationes quam per auctoritates. Responsio secundum doctorem sanctum de quolibet 4o q. 18. Quilibet actus exercendus est secundum quod conuenit ad suum finem. disputatio autem ad duplicem finem potest ordinari. Quedam enim disputatio ordinatur ad remouendum dubitationem an ita sit. Et in tali disputatione theologica maxime vtendum est auctoritatibus quas recipiunt illi cum quibus disputatur. puta si cum iudeis disputetur. oportet adducere auctoritates veteris testamenti. Si cum manicheis qui vetus testamentum respuunt. oportet vti auctoritatibus noui testamenti. Si autem cum scismaticis qui recipiunt vetus et nouum testamentum. non autem doctrinam sanctorum nostrorum. sicut sunt greci. oportet cum eis disputare auctoritatibus veteris et noui testamenti. et illorum doctorum quos recipiunt. Et si ergo fuerit. oportet ad eos conuincendos ad rationes naturales confugere. Quedam vero disputatio est magistralis in scolis. non ad remouendum errorem sed ad instruendum auditores. vt inducantur ad intellectum veritatis quam intendunt. Et tunc oportet rationibus inniti inuestigantibus ~~[illegible]~~ veritatis radicem. et facientibus scire quod sit verum quod dicitur. Alioquin. si nudis auctoritatibus magister questionem determinat. certificatur quidem auditor quod ita sit. sed nil scientie vel intellectus acquiret. sed vacuus abscedit. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Sed habeo aduersus te pauca. Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balach mittere scandalum coram filiis israhel. edere et fornicari. Ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Posita commendatione. ponit consequenter reprehensionem. arguendo seu increpando. Et hoc propter duo. Primo quidem ut quod bonum erat in eo. non admitteret ex malorum admixtione. Secundo ne ex predicta commendatione quodlibet inaniter extolleretur. Quasi ergo diceret. Aliqua bona habes vt dixi. de quibus multo laudare. sed ne de hys bonis aliquantulum extollaris. Scias quod etiam habeo aduersus te pauca. scilicet in quibus es reprehensibilis. Et que sunt illa. declarat dicens. Quia habes illic id est in tua diocesi tenentes doctrinam Balaam. Quos non corrigis. ut expellis. Qui scilicet Balaam docebat Balach mittere scandalum coram filiis israhel etc. Secundum hystoriam hec historia nota est. et habetur Num. 22 et per vsque ad 26 exclusiue. Qualiter Balaam a Balach ad maledicendum filiis israhel fuerit euocatus. quos tamen maledicere noluit. ymo potius se similem eis fieri in morte optauit. Sed preca [?] muneribus victus. in ruinam populi mortem consilium dedit. Pendit [?] ut aciebus filiorum israhel ad fornicationem promptos [?]. Vnde quia consilium dedit regi Balach. vt pulcherrimas mulieres coram eis poneret. quarum speciebus allecti ad illicitos

amplexus ruerunt illarum quia blanditiis deliniti de sacrificiis phegor man:
ducarent per quod videlicet factum delicti ideo ceciderunt coram eis. Comple:
tum est autem hoc consilium de filiis israel et facile decepti sunt. Et ipsa itaque
ira a domino percussit ex eis .23. milia. Donec phinees zelo dei accensus
vindictam exercuit in adulteros. Numeri 24. Ideo dicit qui docebat etc.
Cur tunc facti sunt docente impio divino et mago. Spiritualiter sicut in
primum certa, qualiter autem fiat in toto mundo. Balach namque interpretatur
precipitans vel devorans. Balaam vero populus vanus. Israel autem vir videns deum. Balaa
elidens. Balaam vero populus vanus Israel autem vir videns deum. Balaa
itaque significat hereticos qui pondus fidei et virtutum in se non habent. Ideo quia
vani sunt. Balach autem qui elidens interpretatur significat principes huius seculi
quibus nimirum bene competit interpretatio nominis quia procul dubio dum hii
terre principes semper aliis superiores existere querunt, si que ad dignitatis
sue culmen ascendere nitentem conspiciunt, pro viribus ad terram elidunt videlicet
ad humilia deponunt. Cum quidam seculi principes suadentibus hereticis
christianorum israhelitas, hoc est cunctos viros videntes deum, impugnant ut de
ydolatriis edant et fornicentur a deo, illorum prava dogmata sequendo.
Dum enim suasoria quedam et dulcia proponunt in suis falsis doctrinis
quasi per pulcras mulieres eos seducere cupiunt ut comedant ydolatria, id est ut
sequantur doctrinam illorum plena omni spurcitia, ubi quia fornicentur
id est ut relicta veritatis doctrina ardentissimo libidinis incendio mediantibus que de:
pravorum doctorum inhereant. Numeri 31. Cur feminas reservastis que de:
ceperunt filios israel. Secunda Petri 2º fuerunt pseudo prophete in populo, sicut et
in nobis sunt magistri mendaces qui introducent sectas perditionis. Et infra.
Derelinquentes rectam viam erraverunt secuti viam Balaam ex bozor qui mercedem iniquitatis amavit. correptionem
vero habuit sue vesanie, subiugale mutum animal hominis voce loquens prohi:
buit prophete insipientiam. Item Iude 2º. Ve illis qui errore Balaam merce:
de effusi sunt. Vel aliter secundum eundem haymonem. Balaam id est ut dictum est, interpretatur
populus vanus, significat demones per mania destruentes. Balach autem qui
elidens dicitur, significat carnem nostram que plerumque filios israel, id est animas nostras
elidens, videlicet tota mente et
cogitando elidit ad prava opera, que debuit deum videre tota mente et
hoc per mulieres, id est per huius seculi delectationes et voluptates. Quarum amore
plerumque anime, demonum insidiis illecte, ad consensum vivendi illicite
pertrahunt. Docente ergo Balaam, misit balach voluptatum amatrices coram
filiis israel, quorum suasionibus edant de ydolatria et fornicentur cum eis,
quia videlicet spiritum immundorum suasionibus caro delectata, ad appetitum mentis
ipsarum cupiditatum illecebras deducit quorum amore ut dictum est ad
consensum rapitur. Item Balaam interpretatur vorans et potest signare vetere qui omnia
devorat. Doctrina igitur Balaam tenet illi qui ad nil aliud studet nisi come:
ssationibus et ebrietatibus. De quibus dicitur Proverbiis 23. Cui ve, cuius patri ve,
cui rixe, cui fovee, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum. Nonne
hiis qui demorantur in vino et student calicibus epotandis. Hec doctrina
contraria est doctrine apostoli ad Romanos xiii non in comessationibus et ebrietatibus etc.
Sed quomodo pro intellectu littere qualiter ait hec adversum te pauca etc.
habes illic tenentes doctrinam balaam, id est pateris et non expellis, ait glossa,
sed hic non sicut pauca peccata sed malos hereticos tenere in ecclesia et non expellere.
Vel ideo hoc solvit glossa dicens: habeo adversus te pauca si corrigas. Vel
in paucis sustines hic scilicet qui sunt dediti gule et luxurie. Secundo ponitur
quod omne peccatum sit scandalum, quia dictum vel factum non rectum prebens
occasionem ruine. Quare quia singulariter peccatum gule et luxurie vocat hic
scandalum dicens: Qui docebat balach mittere scandalum, id est offendiculum,
vel occasionem peccandi coram filiis israel, scilicet edere de sacrificiis ydolorum,
id est de ydolatriis, in quo arguitur peccatum gule, et fornicari, scilicet in veneratione
ydoli, in quo arguitur peccatum luxurie. Respondetur quia ista vicia sunt magis
nota et magis allicientia et ad illa sunt humana corda magis prona
utputa per beatum Gregorium xxxi moralium super illo Job 39 procul odoratur
bellum, exhortationem ducum et ululatum exercitus, ubi loquitur de septem viciis

et eorum exercitibus inter cetera dicens Temptancia vicia que invisibili contra
nos prelio regnanti super se superbie militant alia more ducum preeunt
alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpe omnes pari accessu cor
occupant. Sed dum maiores et pauce neglectam mentem preveniunt minores
et innumere ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque viciorum
regina superbia cum devictum plene cor ceperit mox illud septem
principalibus viciis quasi quibusdam ducibus devastandum tradit. Que sunt
inanis gloria, invidia, ira, tristicia, avaricia, ventris ingluvies et
luxuria. Quos vii duces exercitus sequitur quia ex eis proculdubio importune
viciorum multitudines oriuntur. Nam de inani gloria inobediencia,
iactancia, ypocrisis, ~~[illegible]~~ contenciones, pertinacia, discordie et novitatum
presumpciones oriuntur. De invidia odium, susurracio, detractio, exultacio
in adversis proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixe, tumor
mentis, contumelie, clamor, indignacio, blasphemie proferuntur. De tristicia
malicia, rancor, pusillanimitas, desperacio, torpor circa ~~[illegible]~~ precepta,
vagacio mentis erga illicita nascitur. De avaricia prodicio, fraus, fallacia,
periuria, inquietudo, violencia et contra misericordiam obduraciones cordis oriuntur.
De ventris ingluvie inepta leticia, scurrilitas, immundicia, multiloquium,
hebetudo sensus circa intelligenciam propagantur. De luxuria cecitas mentis, incon-
sideracio, inconstancia, precipitacio, amor sui, odium dei, affectus presentis seculi,
horror autem vel desperacio futuri generatur. Ecce ergo septem principalia vicia
tantam de se viciorum multitudinem proferunt cum ad cor veniunt
quasi subsequentis exercitus catervas trahunt. Ex quibus ~~[illegible]~~ videlicet septem quinque
spiritualia duoque carnalia sunt, scilicet ventris ingluvies et luxuria. Sed cunc-
tis liquet quia de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distribucione membrorum
ventri genitalia submixta videantur. Unde dum unum inordinate reficitur
aliud proculdubio ad contumelias excitatur. Hec ibi. Unde et hic in littera dicitur
quod propter hoc docebat edere et postea fornicari, quia ex gula luxuria sequitur. Ex-
odi xxxii: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere, id est ydo-
latrare. Ad Ephesios v: Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Ut enim ait Ieronimus
epistola xxi: Ventre distentum cibo voluptas genitalium sequitur. Et epistola lxxx:
Venter mero estuans cito despumat in libidinem. Et idem: Vicina sunt venter
et genitalia et ex vicinitate membrorum sequitur confederacio viciorum. Sapiencie ii:
Vino precioso et unguentis nos impleamus. Et statim sequitur: Nullum pratum sit
quod non pertranseat luxuria nostra. Item Ieronimus epistola lxxx: Sine Cerere
et Libero friget Venus, id est sine habundancia panis et vini. Unde
Valerius libro ii capitulo i: A Libero patre proximus est intemperancie gradus.
Studeat igitur caste vivere, studeat cavere lascivias gule. Et isti soli
erant in illa ecclesia predicti heretici qui et Nicolaite. Unde subditur in littera: Ita
et similiter habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum, qui docebant christianos
communes fac[illegible] uxores et cum mulieribus fornicari, immo dicebant uxores
suas omnibus concedendas, et licitum esse plures earum habere, ut dictum est supra.
Horum doctrinam sequuntur viri qui superbo ac superfluo vestitu ornant
uxores suas. Sic enim docent eas fornicari et aliis placere. Cum enim bene
ornantur, tunc delicacius conspiciuntur et ardencius desiderantur et sepius sollicitantur
et facilius decipiunt et decipiuntur. Sic decepti sunt senes presbiteri respi-
cientes Susannam, Danielis xiii. Et David videns uxorem Urie, ii Regum xi.
Ideo conqueritur Ieremias Trenorum iii°: Oculus meus depredatus est animam meam in
cunctis filiabus urbis mee. Quorum beatus Iob capitulo xxxi° dicit: Pepigi fedus
cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Super quo Gregorius xxi
Moralium dicit: Ut enim cogitaciones cordis caste servare potuisset, fedus cum
oculis pepigit ne prius incaute aspiceret quod post modum invitus amaret.
Valde namque [illegible] David [illegible] et semel species forme cordi per oculos
illigata magni luctaminis manu vix solvitur. Ne ergo quidem libita in co-
gitatione versetur, pensandum nobis est quod intueri non decet quod non licet concupisci. Ut
~~[illegible]~~ munda mens in cogitacione servetur, a lascivia voluptatis deprimendi

sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Quanto autem haec vos furiis sit ipsa
luxuria. Notificat beatus Job ubi super dicitur: Hoc enim nephas est et iniquitas
maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans et omnia eradicans genimina.
Gregorius .v. super: Genimina sunt anime operationes bone, cui tamen si perverso
ordine caro dominatur ignis luxurie, omnia bona prelati contremuerunt. Nulla
quippe cum omnipotentis dei oculos iusticie pietatis que sunt opera, que
corruptionis contagio monstrantur immunda. Quid enim prodest si pie
quisque necessitati proximi compatitur, qui impie semetipsum habitationem dei
destruit. Si quis pro cordis munditiam libidinis flamma non extinguitur, incassum
quibuslibet virtutibus oritur. Sic pro Moysen dicitur: De utero .32. Ignis
exarsit ab ira mea et ardebit usque ad inferni novissima, comedetque terram
et nascentia eius. Nostra caro terra vel limus huius cum germine suo. Ignis quippe terra
et nascentia eius comedit, cum libido carnem atque per hanc omnia
atque nascentia eius comedit. Item ibi: Queritur utrum fornicacio simplex
bene actu consumit. Item ibi: Queritur utrum fornicacio simplex
sit peccatum mortale. Videtur quod non, quia ea que sunt connumerantur. Videntur esse
sit peccatum mortale. Videtur quod non, quia ea que sunt peccata mortalia. Dicitur
Actuum xv: Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine et suffo-
catis et fornicatione. Illorum autem usus non est peccatum mortale. Item idem per ad Thymo-
theum: Nichil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Nullum peccatum mortale
cadit sub precepto divino. Sed Osee primo preceptum a domino: Vade, sume
tibi uxorem fornicationis et fac filios fornicationum. Item: Nullum peccatum
mortale commemoratur in sacra scriptura absque reprehensione, sed fornicatio simplex commemoratur
in scriptura in antiquis patribus sine reprehensione. Sic legitur Genesis xvi
de Abraham quod accessit ad Agar ancillam suam, et xxx de Jacob quod
accessit ad ancillas uxorum suarum Bilam et Zelpham, et 38 Judas
accessit ad Thamar quam estimavit meretricem. Item: Omne peccatum mortale
contrariatur caritati. Sed fornicacio simplex non contrariatur caritati, neque quantum ad dile-
ctionem dei, quia non est directe peccatum contra deum, nec est contra dilectionem
proximi, quia per hoc homo nulli homini facit iniuriam. Ut videtur, Item: Omne
peccatum mortale ducit in perdicionem eternam. Sed non facit fornicacio simplex,
circa super illud i Thymothei iiii: Pietas ad omnia utilis est, dicit glossa Ambrosii:
Omnis summa discipline christiane in misericordia et pietate est, quam aliquis sequens,
si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non peribit. Item:
Sicut dicit Augustinus in libro de bono coniugali: Quod est cibus ad salutem corporis,
hoc est concubitus ad salutem generis. Sed non omnis inordinatus usus ciborum
est peccatum mortale, ergo nec omnis inordinatus concubitus, quod maxime videtur
de fornicatione simplici, que minima est inter species luxurie, que sunt sex:
fornicatio, adulterium, incestus, stuprum, raptus et vicium contra naturam. Sed contra
est quod dicitur: Attende tibi ab omni fornicatione, et preter uxorem ne
patiaris crimen scire, crimen autem importat peccatum mortale. Ergo fornicatio et omnis
concubitus qui est preter uxorem est peccatum mortale. Item: Nil excludit a regno
dei nisi peccatum mortale, fornicatio autem excludit, patet per apostolum ad Galatas v,
ubi premissa fornicatione et quibusdam aliis viciis subdit: Qui talia
agunt regnum dei non possidebunt. Responsio: Dicendum secundum beatum Thomam 2a 2e q. 154
ar. 2o: Absque omni dubio tenendum est quod fornicacio simplex sit peccatum mortale,
non obstante quod super i Deuteronomii 23 non erit meretrix de filiabus Israel
dicit glossa: Ad eas prohibet accedere quarum est venialis turpitudo. Non enim
debet dici venialis sed venalis, quod est proprium meretricum. Ad huius evidentiam
notandum secundum eundem: Omne peccatum quod committitur directe contra vitam hominis
est mortale. Fornicacio autem simplex importat inordinationem que vergit
in nocumentum vite eius qui ex tali concubitu nascitur. Videmus enim
in omnibus animalibus in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris
et femine, quod in eis non est vagus concubitus, sed maris ad certam feminam
unam vel plures, sicut patet in omnibus avibus. Secus autem est in ani-
malibus in quibus sola femina sufficit ad educationem fetus, in quibus est
vagus concubitus, ut in canibus et aliis huiusmodi animalibus. Manifestum est autem

9
Thobie

Ro

Et ad educationem hominis non solum requiritur cura matris a qua lactatur, sed multo magis cura patris a quo est instruendus et defendendus, et in bonis tam interioribus quam exterioribus promovendus. Et ideo contra naturam hominis est quod utatur vago concubitu, sed oportet quod sit maris ad determinatam feminam, cum qua permaneat non per modicum tempus, sed diu, vel etiam per totam vitam. Et inde est quod naturaliter est maribus in specie humana sollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Hec autem certitudo tolleretur si esset concubitus vagus. Hec autem determinatio certe femine matrimonium vocatur. Et ideo dicitur esse de iure naturali. Sed quia concubitus ordinatur ad bonum commune totius humani generis, bona autem communia cadunt sub determinatione legis, consequens est quod ista coniunctio maris ad feminam que matrimonium dicitur aliqua lege determinetur. Unde cum fornicatio sit concubitus vagus, utpote preter matrimonium existens, est contra bonum prolis educande, et ideo est peccatum mortale. Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscens sufficienter provideat proli de educatione, quia illud quod cadit sub legis determinatione iudicatur secundum id quod communiter accidit, et non secundum id quod in aliquo casu potest accidere. Ad primum ergo dicendum quod fornicatio illis connumeratur non quia habeat eandem rationem culpe cum aliis, sed quantum ad hoc quod ex illis que ibi ponuntur, similiter poterat dissidium generari inter iudeos et gentiles, et eorum unanimis consensus impediri, quia apud gentiles fornicatio simplex non reputabatur illicita propter rationis naturalis corruptionem. Iudei autem ex lege divina instructi eam illicitam reputabant. Alia vero que ibi ponuntur iudei abhominabantur propter consuetudinem legalis observationis. Unde apostoli ea gentilibus interdixerunt, non quia secundum se illicita, sed quia iudeis abhominabilia. Ad secundum dicendum quod fornicatio dicitur esse peccatum inquantum est contra rationem rectam. Ratio autem hominis recta est secundum quod regulatur voluntate divina que est prima et summa regula. Et ideo quod homo facit ex voluntate dei eius precepto obediens non est contra rationem rectam, quamvis videatur esse contra communem ordinem rationis. Sicut etiam non est contra naturam quod miraculose fit virtute divina, quamvis sit contra communem cursum nature. Et ideo sicut Abraham non peccavit filium innocentem volendo occidere propter hoc quod obedivit deo, quamvis hoc secundum se consideratum sit communiter contra rectitudinem humane rationis, ita etiam Osee non peccavit fornicando ex precepto divino. Nec talis concubitus proprie fornicatio debet dici, quamvis fornicatio nominetur referendo ad cursum communem. Unde dicit Augustinus in 3 confessionum: Cum deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, etsi numquam ibi factum est, faciendum est. Et postea subdit: Sicut enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum preponitur, ita deus omnibus. Ad tertium dicendum quod Abraham et Iacob ad ancillas accesserunt non est fornicario concubitu. Iudam autem non est necesse a peccato excusare, qui etiam auctor fuit vendicionis Ioseph. Ad quartum dicendum quod fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi quantum ad hoc quod repugnat bono prolis nasciture, ut dictum est, dum scilicet dat operam generationi non secundum quod convenit proli nasciture. Ad quintum dicendum quod per opera pietatis ille qui lubricum carnis patitur liberatur a perditione eterna, inquantum per huiusmodi opera disponitur ad hoc quod gratiam consequatur per quam peniteat, et inquantum per huiusmodi opera satisfacit de lubrico carnis commisso. Non autem ita quod si in lubrico carnis perseveret impenitens usque ad mortem per pietatis opera liberetur. Ad ultimum dicendum quod ex uno concubitu potest homo generari. Et ideo inordinatio concubitus que impedit bonum prolis nasciture ex ipso genere actus est peccatum mortale, et non solum ex inordinatione concupiscentie. Ex una autem comestione non impeditur bonum totius vite unius hominis. Et ideo actus gule ex suo genere non est peccatum mortale. Esset tamen si quis scienter cibum comederet qui totam conditionem vite eius immutaret, sicut patet de Adam. Nec tamen fornicatio est minimum peccatorum que sub luxuria continentur. Minus enim est concubitus cum uxore qui fit ex libidine, dummodo non excedantur metha.

Utrum dolor contritionis de necessitate salutis requisitus in sacramento

pene debeat esse maior omni alio dolore. Probatur quia tunc omnis dolor est, ut doleat propter privationem boni vel propter illationem mali. Sed peccatum est quod per illud maxime dolere debet homo, caret enim incomparabili summo bono et affligitur maximo malo. Sed per peccatum privatur homo eterna beatitudine et deputatur infernali miserie etc. Sed quod communiter videmus quod homines quos reputamus esse in statu salutis maiorem dolorem ostendunt in morte parentum et amicorum quam faciant in confessione suorum peccatorum. Nota dolor contritionis duplex potest accipi. Uno modo ut est in parte anime intellectiva et tunc est displicentia voluntatis qua penitens peccatum detestatur, et isto modo dolor vel est ipsa contritio essentialiter vel saltem est de essentia contritionis, cum contritio secundum doctores sit dolor voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito confitendi seu satisfaciendi. Alio modo ut est in parte anime sensitive et sic est afflictio sub[illegible] in sensualitate, et hoc vel ex naturali sequela virium inferiorum ad superiores, vel ex quadam redundantia eius quod exercetur in viribus superioribus ad vires inferiores. Sicut in gaudium et delectatio virium superiorum quandoque redundat in vires inferiores, unde etiam dotes glorificatorum ex hoc causantur in viribus corporalibus, ut dicunt doctores circa distinctionem [illegible] sententiarum. Sic etiam dolor et tristicia a viribus superioribus quandoque redundat ad vires inferiores, vel etiam tertio modo ex imperio voluntatis dolentis, potest quandoque sensualitas incitari ad dolorem et passionem. Et iste dolor existens in sensualitate non est de necessitate ultimata ipsius contritionis, potest tamen esse eius concomitans vel ex solo dolore existente in voluntate, dato quod nullus dolor existit sit in ipsa sensualitate, quia talis dolor non semper est in potestate hominis. Ideo divina misericordia vult ad illum dolorem non limitare veram contritionem. Est tamen huiusmodi dolor de perfectione contritionis, quia quanto pluribus modibus debet homo de commissis peccatis, tanto ceteris paribus perfectior videtur esse contritus. Conclusio prima. Dolor spiritualis ipsius contritionis, puta dolor contriti, ut est in parte anime intellective, debet esse maior omni dolore. Nam quanto aliquis boni coniunctio debet placere, tanto separatio a tali bono magis debet displicere. Sed coniunctio anime cum deo qui est summum bonum debet summe placere, et talis coniunctio impeditur per peccatum omne in peccatum mortale. Debet homini maxime displicere. Huiusmodi autem displicentia est dolor contritionis etc. Item quanto tenemur ad magis diligere, tanto de eius amissione tenemur magis dolere. Sed deum tenemur diligere super omnia Matthei 22. Ergo de peccato ratione cuius deum nos offensum amittimus, tenemur maxime dolere. Ad hoc quia [illegible] Augustinum in de trinitate dei: Omnis dolor in amore fundatur. Et ideo sicut ibidem aut augmentatur necesse est ut tantum crescat dolor quantum crescat amor. Item super illo verbo Jeremie vi: Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Dicit [illegible] penitentem quid debet facere nichil nisi dolerem mortis unigeniti. Sed dicit sufficit tamen raro aliquis homo licet verum de suis peccatis contritionem, quia raro aliquis homo sentit in se tantum dolorem vel maiorem pro peccato sicut sentiret de unigenito suo mortuo. Dicendum non est necesse quod dolor contritionis sit sensibiliter maior omni dolore. Sufficit nisi quod sit displicibiliter maior, puta si inter duo mala poneret hominem unum scilicet peccati vel malum mortalis culpe vel mortem unigeniti, magis eligeret secundum quam primum. Et per quod magis sibi displiceret primum quam secundum. Nam illo casu posito quod ubi necesse est mortaliter peccare vel morte temporali ab hac vita migrare, tunc necesse est homine veram habentem contritionem eligere potius mortem temporalem et exponere se periculo mortis eterne faciendo peccatum mortale. Dico notanter posito casu, quia de facto non imminet homini tale periculosum punctum. Tunc non est tutum si de facto non imminet homini tale periculosum. Ex hoc fiat homini quod propter impetum appetitus sensitivi quod omnem sensibilem penam abhorret, valde difficile est homini mortem vel aliquam sensibilem penam eligere. Si tamen homini fieret talis questio, tunc si prompte reperit apud se quod potius vellet mori quam mortaliter peccare, hoc utique esset signum perfectionis. Si autem reperit voluntatem suam hesitantem, tunc non debet immorari circa huiusmodi questionem, sed debet avertere huiusmodi questionem a sua cogitatione timore

et orationi vel alteri licite operationi insistere. Et illud scilicet quod timorem a se
istam cogitationem, postquam determinate eligit velle mori magis quam peccatis
mortalibus deum ulterius offendere, quamvis sit infimus, tamen adhuc non est
actibus iniquitatis. Si autem tandem sistit circa predictam conditionem donec in sua
cogitatione determinate concipiat et eligat quod potius vellet in peccatis mortalibus
manere quam temporalem mortem subire, hic esset non solum infimus, verum etiam
iniquitatis. Et ideo cum isto tertio gradu nullomodo potest stare vera penitentia. Sed
dubitatur: non videtur quod contritio requirat maiorem dolorem quam quis habere potest pro dampno
recuperabili, quam pro dampno omnino irrecuperabili. Sed dampnum eveniens homini
ex peccato est recuperabile, et tunc a penitente per actum contritionis
recuperatum. Sed dampnum eveniens ex morte unigeniti vel parentis est
irrecuperabile. Dicendum quod maior est vera supposito his duobus scilicet quod
homo sit certus quod vivat donec recuperet illud dampnum quod sic dicitur recuperabile, et quod huiusmodi dampnum recuperabile sit equalis ponderis
vel maioris quam illud quod dicitur irrecuperabile; opposito tamen alterius horum
duobus, tunc maior est falsa. Sic autem est in proposito, quia nullus peccatis
mortaliter scit si vivat per unicum instans post peccatum, et per consequens non
est omnino certus de dampni peccati recuperatione quod per mortale peccatum
incurrit. Etiam tantus est excessus istius dampni ad quodcumque temporale
dampnum quod homo potest incurrere, quod nulla proportio est nec esse potest inter huiusmodi
dampna. Et cum dicitur quod penitens per actum contritionis recuperabit huiusmodi
dampnum, dico quod licet verum sit de hoc habere pietatem confidentiam, tamen de
hoc non potest habere certam notitiam, quia nemo scit an odio vel amore di-
gnus sit, sed omnia in futurum conservantur incerta, dicit sapiens Ecclesiastes IX. Sed
adhuc dubitatur: utrum minimus gradus gratie sufficit ad delendum omnem mortalem culpam,
ergo de necessitate salutis non est dolore contritionis esse maiorem omni dolore
quia non est. Sed contra quia contritio secundum omnem gradum suum est informata gratia quod
patet, quia tota formato existente nulla pars eius potest esse informis. Sed contra
patet, quia doctores in hoc contritio differt ab attritione, quia contritio est gratia informata.
Sed quilibet gradus gratie excludit omnem mortalem culpam. Dicendum quod sicut
minimus gradus caritatis includit maiorem amorem quam quemcumque dilectionem quo diligitur
res creata ab eo qui est in caritate, quia si non, tunc ille gradus caritatis
non esset gradus caritatis, quia in quolibet gradu caritatis deus amatur super omnia
creata. Sic quilibet gradus contritionis includit maiorem dolorem, loquendo de dolore
qui dicitur displicentia voluntatis respectu ipsius peccati, quam sit quicumque dolor
quo ipsi contrito displicet quodcumque dampnum vel periculum temporale. Ratio sic:
amor caritatis secundum quemlibet suum gradum est in anima predominium
conceptum ad dilectionem boni saltem habitualiter. Sic in eadem anima dolor con-
tritionis secundum quemlibet sui gradum est predominium conceptum ad refutationem
et displicentiam mali. Dico notanter saltem habitualiter, quia quamvis homo etiam
existens in caritate magis percipit actualem motum amoris quo tendit in
creaturam quam in creatorem, tamen habitualiter plus diligit creatorem, cuius signum
est, quia si perciperet quod isti duo amores essent incompossibiles, tunc vellet
desistere ab amore creature et persistere in amore creatoris. Sic licet quis
horreat dampnabilis vel periculis temporalis magis actualiter generat animi
penitentis quam horror divine offense per peccatum, tamen ad veram contritionem
sufficit predominium habituale, contra si per necessitate oportet mori
salvandum. Sufficit predominium habituale, contra si per necessitatem oportet mori
unum istorum periculorum, quod magis ei displiceat offensa dei quam displiceat
sufferre huiusmodi dampnum temporale. Et ex dictis patet ad formam argumenti
quia minor est neganda. Sed adhuc dubitatur: dolor contritionis est displicentia
voluntatis respectu peccati ut dictum est, sed magis displicet cuilibet homini
pena inferni quam peccatum, ergo dolor contritionis non est maior omni dolore. Dicendum
quod malum displicibile quodcumque presupponit et includit peccatum, et tunc non est
possibile unquam displicibile quam peccatum, immo potest esse magis displicibile, quia sicut
bonum includens est magis placibile bono incluso, quia plures implicat
rationes placibilitatis, sic eadem ratione malum includens est magis displicibile

malo inclusio. Sed nunc ita est quod pena infernalis preponitur morali peccato quia
nullus illa pena dampnatur nisi pro mortali peccato. Ergo dato quod pena
infernalis magis displiceat quam peccatum. Hoc tamen non est contra predictum
quod cum dicitur quod malum culpe est magis displicibile animo contriti
quam quodcumque aliud malum. hoc intelligitur de alio malo non preponente ma-
lum culpe. Concludo 3 quod vera contritio potest haberi sine dolore sensibili licet sit
subiective sit in potentia sensitiva. Patet quia solo actu voluntatis possumus
offendere deum. ergo etiam solo actu voluntatis contriti ad id quod est necessarium
ex parte nostri possumus reconciliari deo. quod dicitur hoc est magis prius ad in-
tendendum quam ad contemptionem. Et patet ex dictis in notabili tertio.

Similiter penitentiam age. Si quo minus veniam tibi cito et pugnabo
cum illis in gladio oris mei. Qui habet aures audiat quid spi-
ritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum et dabo illi
calculum candidum. et in calculo nomen novum scriptum. quod
nemo scit nisi qui accipit. Tria particula narratur in qua ponitur penitentie
vel emendationis admonitio. Et sequitur hec sententia geminata ubi. Si quo minus
Circa primum ad primum dicit Similiter penitentiam age. sicut prius preceptum est angelo
Ephesi Vel similiter age penitentiam scilicet de factis nicolaitarum et de doctrina
Balaam ut ait hayno. Vel similiter age penitentiam cum illis qui peccaverunt
Vel similiter age sicut peccasti ut sit simile in contrario. Ver luce xvi. La-
zarus similiter mala. Et patet hic quod presidentes licet laudabiliter vivant in seipsis
dum tamen sustinent malos in ecclesiis nec arguunt vel increpant culpabiles
sunt et a deo accusandi Ut enim ait Augustinus epistola centesima octava. Ut ait. Et
illicita non prohibere consensus erroris est. ad Ro. i. Qui consentiunt fa-
cientibus in glosa Consentire est tacere cum possis arguere. Quod potest intelligi
specialiter de eo qui obligatus est ad corripiendum sine corrigendum. Ezech. 3. Si di-
cente me ad impium morte morieris et tu non annuntiaveris ei. sanguinem
eius de manu tua requiram. Gregorius parte 3 pastoralis ammonitione xi. ubi subiectus ex sua
culpa moritur ibi is qui prelatus est tacuit reus mortis invenitur. Et
ibi multa de hoc. Et haymo hic parum curat astringi et ille qui prava docet
et ille qui prava docere tacentes permittit. Tunc similiter aut penitentia sit agenda dictum
est supra. Similiter ergo age penitentiam per iustitiam puniendo preterita. per tempe-
rantiam reprimendo presentia. per prudentiam cavendo futura. per fortitudinem
perseverando in bona vita inchoata. h. n. vox est nota in vera penitentia Et sequitur
geminata Si quo minus scilicet penitentiam non egeris sine in aliquo minus feceris
et si malos non correxeris. Veniam tibi cito scilicet ad iudicium tuum et te puniendo
Unde hayno Veniam tibi scilicet adventum ire mee et vindictam te sentire faciam
Ysaye vero Cito festinus velociter veniet Et cito velociter reddes quod iustum est
Iohel 3 Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum Sed
contrarium videtur ecclesiastici quod altissimus paciens est redditor Et mathei 25 moram
faciente sponso Et ecclesiastes viii Quia non cito profertur contra malos sententia absque
ullo timore filii hominum perpetrant mala. ad quod dicendum cito dicitur venire
deus ad iudicandum ob temporis brevitatem et humane vite paucitatem et adventus
improvisos mathei 24 Veniet dominus servi illius in die in qua non sperat
et in hora quam ignorat. et dividet eum partemque eius ponet cum in
fidelibus Nam qui hodie sunt forte cras non erunt. et paucis deferuntur ad
ipsorum mausolea. sic erunt quasi non fuissent Iob x fuissem quasi non essem
de utero translatus ad tumulum. Et inde dicitur quasi non essem Unde dicitur
Gregorius xv moralium super id Iob xxi In puncto ad inferna descendunt
Omnis longitudo temporis vite presentis punctus esse cognoscitur cum fine terminatur
Et ideo ad extremum quomodo perducitur de preterito iam nichil habet. quia tempora cuncta
dilapsa sunt. de futuro nil habet. quia vix hec momenta non restant
Vita ergo que sic angustari potuit iuste punctus fuit. Et ideo Gregorius
tetrat illud Iob xx. Gaudium ypocrite ad instar puncti sic inquit.

Ca

Si ab ipso humani generis exortu usque ad hoc tempus in quo sumus, nichil
oculos divertimus. Omne quod finiri potuit quam breve sit videmus. Ponamus
enim quemlibet hominem a primo die mundi creati usque ad hodiernam
diem vitam duxisse, hodie tamen eandem vitam quam quasi longam duxisse
videtur finire. Ecce finis adest. Preterita iam nulla sunt, quia cuncta transierunt.
Futurum in hoc mundo nichil est, quia nullum ad vitam vel brevissimum restat mo-
mentum. Ubi est ergo longum tempus quod nec initium fine comprehensum. Ita
consumitur acsi nec breve unquam fuisset. Unde et Augustinus tractans illud Iohannis
xvi modicum et non videbitis me dicit: Totum tempus ab ascensione Christi usque ad
iudicium sit modicum scilicet respectu eternitatis. Omne enim quod finitur est mo-
dicum respectu illius quod non finitur. Unde licet longum est, tamen modicum
est, quia finibile est. Unde Augustinus: hoc modicum tempus longum nobis videtur
quoniam adhuc agitur, sed cum finitum fuerit, sentiemus quam modicum fuit.
Quid enim est mundi vita nisi approximatio ad mortem, quia secundum Gregorium xi moralium
Et quantum vivere est quotidie ad mortem a vita transire. Unde quanto plus diutius
vivitur, tanto plus vita preteritur, et quanto plus vita preteritur, tanto plus mors
appropinquat. 2 Regum xiiii: Omnes morimur et velud aqua dilabimur. Et Mathei
Iam securis ad radicem arborum posita est. Et certe hec nostra miseranda vita
sit ita brevis, non tamen sine tediis et afflictionibus spiritus potest pertransiri propter mul-
tiplicitatem patiendi inquietudinem tribulacionum illatis et innatis. Propter quod dicit
propheta: Defecit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus. Psalmo 30.
Et Iob xiiii dicit: Homo natus de muliere et ideo cum reatu, brevi vivens
tempore et ideo cum metu, repletur multis miseriis et ideo cum gemitu et fletu,
qui quasi flos egreditur periculose nascendo et conteritur laboriose vivendo, et
fugit velud umbra continue ad mortem appropinquando. Quis enim est homo
qui vivit et non videbit mortem. Psalmo 88. Revera nullus. Dicit enim
Augustinus: Nec initium neque finem scimus, ut scimus unde venimus
aut quo vademus, sed plane scimus quod mortales sumus. Nichil enim
morte certius et nichil incertius hora mortis. Quid est ergo vita hominis
nisi flos desiccatus super herbas, pruina aggregata super aquas, lanugo
maturata super tribulos. Transit vita nostra tanquam vestigium nubis et sicut
nebula dissolvitur que effugata est a radiis solis et a calore illius
aggravata. Sapientie 2o. Transit vita nostra velud lanugo que a vento tollitur,
et tanquam spuma gracilis que a procella dispergitur, tanquam fumus qui ab ore diffu-
ditur, tanquam memoria hospitis unius diei pretereuntis. Sapientie 5o. Et Iacobi
dicitur quod vita nostra vapor est ad modicum parens et deinceps exter-
minabitur. Et secundum Augustinum libro de penitencia dicit: Et ideo vitam mortalium hom-
inum talibus rebus cito pereuntibus et transitoriis similis esse dicitur, scilicet umbre,
nubibus, vestigio nebule, spume, lanugini, vento, flori, hospiti et ce-
tera. Sic vite longioris mensis hominis decepta et consule ac provide postponat
et cum sit tempus suum tamen brevissimum sit et ac irrecuperabile. Est tamen nimis
salubrium secundum Iohannem Crisostomum tractantem illud Sapientie 2o: Fletus in naribus et
cetera illud ad agendam penitenciam, ad impetrandam veniam, ad emendandam graciam
et ad consequendam gloriam indulsit miserator conditor. Hic leg(itur) ~~timent~~ multo
dicitur habet ergo tempus cum sit agere penitenciam et cum eminatio sucedit. De quo unus
Romanum ubi cito et idipsum ruit cum dicens Emendemus et cetera. Sed ut
dicit Seneca ad Lucilium in epistola: Aut alicui quibus magna pars temporis
elabitur, alii quibus maxima, alii quibus elabitur tota vita. Maxima siquidem
pars vite seu temporis elabitur non bene agentibus et agentibus bonum de quo
sunt aversus intencionem a recto fine, quia secundum Augustinum libro contra Iulianum: Quicquid
ab homine fit et non fit propter illud propter quod fieri debet, etsi officio videatur quo
ad substanciam actus videatur bonum, ipsum tamen non recto fine factum peccatum iudicatur
esse. Propterea Luce xi: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Beda exponens
Beda dicit: Corpus dicit Dominus opera que palam cunctis apparet. Oculum vero
spiritum mentis interdum que operatur, et de tunc multo enim sic opera an luce

Et tenebrarum sint opera discernitur. sicut ipse scilicet dominus quasi exposuit dicens: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit oculus totum corpus tuum tenebrosum erit. quia si recta pura sit intencio que potest agere bona studuerit, luce perfecto sunt opera que facis etiam si coram hominibus aliquid imperfecti esse videantur. Quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum ad Ro. viii. Si autem prava est intencio que precedit, pravum est omne opus quod sequitur licet rectum esse videatur. hec ille. Et talibus secundum Senecam spes eripitur. quia propter pravitatem intencionis qua forma boni corrumpitur et vita sine merito et tempora sine fructu evanescunt. Unde et vana spes eorum et labores sine fructu Sapientie 3°. Sputant enim tales esse lucidissimorum operum secundum Gregorium in omel. xii. super parabolam evangeliorum lampades fatuarum virginum extinguentur. quia earum opera que clara hominibus foris apparuerunt in adventu iudicis intus obscurabuntur. Et ideo a deo retribucionem non inveniet quia pro eis recipiunt ab hominibus laudes quos amaverunt. Maxima autem pars vite elabitur nichil agentibus a bonis agere negligentibus et turpia facientibus. agere si quid aliud vt dicit augustinus 2° libro super Gen. est opere tempus solius boni, enim tempus nulli. non sit agere si deficere licet secundum Senecam tempus subducitur. quia in quantum ducunt. Et quo enim hic tempus laboris vertunt in ocium. ibi tempore quietis laborabunt meritum. Et re: prehendunt a domino Math. xx. Quid hic statis tota die ociosi. Et ideo secundum Bernardum Omnium cogitacionum malarum et temptacionum sentina est ocium. Sicut enim per rimam aqua latent intrat navem et crescit donec navis subviugatur. Ita ex ocio cogitaciones et concupiscencie multiplicantur donec navis cordis eius summergetur in peccato pereatur. Alanus. apud quem desidia torpor tristicia inertia ab eo omnis virtutis militia relegatur. Otiumque sterilitas prolis sobolis, solum fecunditate impugnare. Unde bene dixit Ovidius Otia si tollas periere cupidinis arcus. Nec Quintus egistus quare sit factus adulter In promptu causa est. desidiosus erat. Ocium vero est perpunus anime inimicus vel inimici. Occupatus enim ab uno demone impugnatur. Ociosus autem innumeris demonibus vastatur. Et ideo consulit Jeronimus dicens Semper aliquid operis facito vt te dyabolus inveniat occupatum. Dicit frater David in libro suo de forma noviciorum seu in formula de reparacione hominis interioris titulo ultimo. Et in monasteriis religionum modernarum Patri stabiles religiosi sint re antiquorum in egipto in quibus quingenti vel quingenti morabantur sub uno gubernatore quiete vivebant. magis quam nunc apud modernos possunt decem vel pauciores obedienter et concordi gubernari quia de labore manuum sustentati lata predia et reditus amplos non requirebant. Et erant tot colligentes victum quot consumentes. nec superflua desiderantes, nec manducantes, nec evagantes, nec adulantes pro aliena donacione. Sed de propriis laboribus se et multos debiles et pauperes sustentantes. et labori manuum intenti, rumoribus rixis et variis desideriis. non permittebantur intendere. nec quilibet in potestatem suam deposuit acquisita et elaborata sed se semetipsos propter Christo abnegavant. et alterius imperio subiecerat. Ipsi et omnia que habebant. Et quia non strepitum clamoris ut tunc pro voluntate ar: bitrium agebat sed in summo silencio et quiete ad nutum abbatis et gubernatoris suorum. Opera a spiritu devotos non solum non impediebantur per opus misteria sed et plurimum proveniebant cum in facto quotidiano stricto opere laboris aliquem tempus vel lectioni vel oracioni solebant expendere. Et ideo stabiles et perfecti erant in omni virtute. quia omne tempus bonis operibus et virtutum studiis expendebant. nichil ociose et curiose transeuntes. Nec pro voluntate sua viventes sed superiores secundum regulas a sanctis patribus instinctu sancti spiritus institutas ad vicia extirpanda et virtutes inserendas. Non solum autem vilitudinem est ocium sed etiam ociosa. Ocium est quod nulla utilitatem licet seu utilis intencionem. Et per vitandis ocio sectari ociosa

ridiculum est

Ca

Ut quod cum homo debet homo considerare qualiter in singulis temporibus possit utiliter con-
sumere vel illud opus quod tunc ei incumbit optimo modo perficere
sive orando sive laborando vel aliquid aliud faciendo. hec ille. Et tunc
tali instinctu in nomine Christi vita elabetur. Tota vero vita elabitur aliud age-
ntibus. Item quando in moralitate vel vitia perficiuntur. Vitium significat aliud
ab homine dicitur quia semota ratione cum moraliter homo subsistit. ho-
minem sua deformitate iumentis similem efficit. et in brutum convertit
vel infra detrudit. Boetius 2o de consolatione philosophie prosa quarta. humane
nature ista conditio est ut tunc tantum ceteris rebus cum se cognoscit
extollat. eadem tamen infra bestias redigatur si se nosse desierit. Nam
ceteris animantibus sese ignorare natura est. hominibus vero ex vitio venit.
Canticorum primo. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres. egredere et abi post
greges sodalium tuorum. Super quo Bernhardus sermone 36. An non tibi videtur
bestiis ipsis quodammodo bestialior esse homo. rationem vigens. et tamen non
vivens. Nam pecus quidem si se rationem non regat. excusationem habet a natura.
a qua ei penitus hoc munus negatum est. non sic homo. cum ab ipsa. specialiter
prerogativa donatum est. merito proinde re ipsa recedit homo egredi et re-
post gregalia animalia. quia solum hoc animal. consortem degeneri natura
non transgrediens. communis compos rationis expertem. et moribus et affectibus
imitatur. hec ille. Quid igitur peius quam peccatum a vita abduci. Ratione hoc
extremum malorum est spiritualiter dicere. mors peccatorum pessima. hoc
enim est dicit Bernhardus in sermone ... non vivere. sed anime vita confundere
Animam vita privare. morti semper vivere. et usque ad portas mortis appin-
quare. Dicit Bernhardus in sermone Petri et Pauli apostolorum. Non vivit
qui superbia inflatur. qui luxuria sordidatur. qui ceteris infirmitatibus pestibus
quoniam non est hoc vivere. sed anime vita confundere. Bonum autem vita
ego puto et mala pati et bona facere. et sic perseverare usque ad mortem.
Dicitur vulgo. Qui bene se pascit bene vivit. sed meretrix est iniquitas.
Ita non bene vivunt nisi qui bonum faciunt. Arbitror autem quod tu cum in cogitatione
ea bene vivis si vivis ordinabiliter socialiter et humiliter. Ordinabiliter tibi
bene vivis si vivis ordinabiliter socialiter et humiliter. Ordinabiliter tibi. ut in omni conversatione tua. social-
socialiter proximo. humiliter deo. Ordinabiliter tibi. ut in omni conversatione tua. caveas
sibi observare vias tuas et in conspectu dei et in conspectu proximi. caveas
tibi a peccato et illi a scandalo. Socialiter ut studeas amari et amare
et blandum te et affabilem exhibere. Supportare non solum patienter sed etiam
libenter infirmitates fratrum tuorum tam morum quam corporum. humiliter. ut cum
omnia feceris. spiritum vanitatis studeas exsufflare. qui ex huiusmodi
nasci solet. et quotiens illum senseris. nequaquam omnino consensum
prebe et in patiendo malum quoniam triplex est. Pone te quamdiu et adsit
providentia. Est enim quod a te pateris. quod a proximo. quod a deo. Primum est austeritas
penitentie. Secundum vexatio est aliene malitie. tertium flagellum correptionis
divine. In eo quod a te pateris debes voluntarie sacrificare. quod a proximo
patienter ferre. quod a deo sine murmuratione et cum gratiarum actione sustinere.
hec ille. hoc docuit nos vel docet apostolus sanctus doctor a Christo. non piscari
doctrinam artem. non sternofactorium. ut quicquid hominis est. non platonicam
legere. non aristotelis versutias inversare. nec semper discere et numquam ad veritatis scientiam
pervenire. sed docuit nos bene vivere. hec ibi. Putas parva res sit scire
vivere. magnum aliquid. immo maximum est. Hec enim qui non vivere est.
nulle vivere. et clausis luce non videre. quasi tenebris involui
contra peccatis involui est omnibus usque ad ultimum gressum destitui. et perfici
Abhac vita culpabili spirituali voluntaria. ad illam penalem corporalem
et necessariam. Bernhardus. et exinde ad illam perpetuam. que dicitur
mors secunda supra. Cap. Est autem hec ita sit. dicit Lactantius ultimo huius suam
institutionum. Multi sic vitiis serviunt. sic concupiscentiis rapiuntur. sic
delectationibus mergunt. quod vias veritatum deserit. et omnem ipsum putant
factum quod desideriis suis continuare cogunt. asserunt quod intellectus

contrarie eorum appetitui sunt contraria. Etiam si solem gestarem in manibus nec fidem accommodabunt doctrine que nihil eos contra facit. Etiam christo a viis salutaribus contrarie quia rebellat lumini vite. et omnes fores re-cludunt ne sol iustitie ad eorum animos perveniat. Isti ei dicunt deo Recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus Job xxi Quin mittunt legationem post eum dicentes. nolumus hunc regnare super nos Luce 19. Et talibus, Anima Genesis effluunt tempora quia tales mortui moraliter reputantur Sicut ergo vita et tempore resentiunt esse privati Cum id in iii Nomen habes quod vivas et mortuus es. et talium finis mors est. non solum moralis qua sic sopiti sunt sed etiam corporalis et perpetua. de qua dicit apostolus ad Ro vi Stipendia peccati mors. Frequenter aut deduci potest quod moraliter mortuus et perpetua morte depascendus. morti corpali tradendus est. sic vite ad illum finem infelicissimum ducti. quod dicitur Luce xvi Mortuus est dives et sepultus in inferno Et ob hoc reus talium mors dicitur metuendissima propter priorum delectabilium amissionem Quin difficilium difficillima propter aie et corporis amabilis separationem. Quin terribilium terribilissima propter divini iudicii in eos districtissimum executorem de qua subditur hic in littera Et pugnabo cum illis. scilicet in malitia et errore obstinatis scilicet tenentibus doctrinam Balaam et Nicolaitarum In gladio oris mei. id est in sententia illa terribili Ite maledicti in ignem eternum Mathei 25. de quo gladio Job 19. Fugite a facie gladii. quoniam ultor iniquitatum gladius est et scitote esse iudicium. Quod tractans Gregorius 15 Moralium in fine dicit. Omnis qui perverse agit. eo ipso quo hic timere despicit. esse dei iudicium nescit Si enim hic timendo sciret que in illo sunt punienda non ageret. Nam sunt plerique qui extremum esse iudicium novimus sciunt sed perverse agendo testantur quod nesciunt. Quia enim hic non formidat ut debet nec dum cognovit cum quanto turbine terroris adveniet. Si enim pensare ponderis tremendi examinis nosset. iure diem utique timendo praeviderit. Frequenter quippe gladii fuge est animadversionis districte. Nam prius quam apparatu placare Vitari namque terror iudicii non nisi ante iudicium potest. Modo non cernitur. sed precibus placatur. Cum vero in illo tremendo examine sederit. et videri potest et placari iam non potest. facta pravorum que diu sustinuit tacitus simul omnia reddet iratus Unde nunc necesse est timere iudicem cum necdum iudicium exercet. cum diu sustinet. cum adhuc mala toleat que videt. ne cum semel manum in retributionem ultionis excusserit. tanto in iudicio districtius feriat quanto ante iudicium diutius expectavit. Hec ibi Idem ergo angustie tunc erunt vie reprobis. desuper erit iudex iratus. subtus patens chaos inferni. A dextris peccata accusantia. a sinistris [deleted] infinita demonia ad inferni thecia. intus erit conscientia mordens extrinsecus mundus ardens. miser peccator sic comprehensus quid faciet. fugere et latere erit impossibile. apparere intolerabile. non restat nisi ut terra os suum aperiat et descendat ad infernum viventis Unde premisit super de Thimothea ad tremendam negligentiam pastore et malitiam gregis. Et hic subiungitur quid de gladio oris sui ad animadversionem peccati malefici ut ait Richardus Et secundum haymonem hoc quod dicit pugnabo cum illis. ita accipiendum est tamquam diceret pugnabo tecum Ita ut hec verba pertineat ad eos qui predictam doctrinam Balaam vel Ni-colaitarum servabantur. et ad eos etiam qui eos non corrigebat Spari enim reatu ut dictum est astringitur et ille qui prava docet. et ille qui prava docere tacens permittit Talibus itaque dicit dominus Veniam tibi cito id est adventum ire mee et vindictam te sentire faciam Et pugnabo cum illis id est tecum eos illos. vel cum illis contra te. ad designandum quod sic maior est culpa prelati quam subditorum. sic maior debet inflingi pena. sicut eius honorum prelatorum maior est gloria Ideo non dixit et pugnabo tecum. sed dixit et pugnabo cum illis scilicet tecum te. quia tam subditi quam prelati erant culpabiles quia per prelati negligentiam subditi corruerunt in peccata. Et addit In gladio oris mei id est auctoritate sermonis eloquiorum meorum eos damnabo ut dicit haymo tecum et illos fornicatores Gladius enim oris dei

sermonum illius valida precepti significat paulo teste qui dicit ad Ephes. vi°
Et gladium spiritus quod est verbum dei. de hoc gladio de utroque. Gladius
meus devorabit carnes. de quo gladio dictum est supra multum. Tertio
Siquominus Secundum Nannesem in tractatu suo super tertia parte vel autem
attentu adverbiorum in talibus compositis a minus. Quominus quod semper
sunt due dictiones. Nam cominus quod est iuxta ipse una dictio est. vel eminus ad
longe si cominus ad ipse spectat. Tamen capiatur et quominus aliter. non quod
pro una dictione sumeretur / Sed de siquominus. sunt due opiniones. Nam eunde
ubi illam Hugo in Rosario dicit tres esse dictiones Johannis xiiii Nisi
domo patris mei mansiones multe sunt siquominus dixissem vobis. quia vado
parare vobis locum. et sunt sub tribus accentibus proferende Et si est comma
taciturum ponitur adverbio negandi scilicet non. quo est terminus. et ibi supplentur
vel ponitur vel adverbia. quo. vel aliquomodo. et est sensus Si quominus
vel si non essent. vel si aliquomodo non essent in domo patris mei mansiones multe.
dixissem vobis. quia vado parare vobis locum. Alii dicunt quod sunt due dictiones
scilicet ablativus si quo. et minus adverbium. scilicet si in aliquo minus. Et tunc utrumque
opinioni minus arguit ultimam Etsi etiam in proposito Si quominus
vel si in aliquo neglexisti corrige peccata vel penitentiam age. veniam tibi
ad te puniendum. cito scilicet in iudicio particulari vel generali. quod est valde
formidandum eternitati comparatum 1. Johannis 2°. Novissima hora est et pugnabo
cum illis in errore obstinatis. in gladio oris mei. scilicet in sententia que nunc est
in ore ad comminandum. sed in die iudicii erit ad inferendum. et tamen non possumus
evadere. tunc non ut dictum est supra. Effugite a facie gladii. quoniam
ultor iniquitatum est. Quinto Qui habet aures. hec est tria
pars principalis epistole huius In qua ponitur conclusio. Et primo ponitur audiendi exhor-
tatio. cum dicitur Qui habet aures audiat. Et hec exposita est prius. effec-
que aut comprehenditur ista clausula. ut excitetur attentio auditoris
et ut sciatur quod generaliter omni illarum ecclesiarum dicitur. omnis ecclesia audiat
Secundo ponitur perfecte audienti promissio. cum subditur Vincenti dabo
mana. Nota manna. quod sumitur pro quadam liquore melleo et dulci
de rore celesti in superficie arboris generato Qualis ut dicitur in regno
Hybernie. multum habundat. Et qualis etiam in Avinione in una estate
nostris temporibus Johannis pape cecidisse. Convenit autem per manna intelligitur
ille cibus qui datus fuit celitus filiis Israel in deserto quod erat parvum
et rotundum ad modum seminis coriandri. et quod usque iuxta sufficientiam
cuiuslibet dabatur et si plus debito accipiebatur in vermiculos putrescebat
Sicut dicitur Exodi xvi°. Et omnem saporem habebat Sapientie xvi. Vocabatur
aut man seu manna quod est interiectio admirantis in lingua hebrayca
Et significat idem quod quid est hoc. pro eo scilicet quia filii Israel cum primo cibum
istum viderunt iacere in superficie terre in similitudine pruine. dixerunt
admirative Man scilicet quid est hoc. Et cibum illum cibum dulcissimum. man
ab illa prima admiratione vocaverunt. sicut ibidem scilicet Exodi. 16. continetur. Vo-
caverunt autem cibum istum celicum quia de celo descendebat et placuit
panem angelicum quia per angelos ministrabatur. panem israhelitarum quia
filiis Israel mittebatur. de quibus omnibus habetur in Psalmo 76. ubi de filiis
Israel dicitur quod deus pluit illis manna ad manducandum et panem celi dedit eis
panem angelorum manducavit homo. Preterea cibus iste dulcissimus multa significat
Que omnia deus dat vincenti. Primo manna potest significare sacramentum cristi
misterium scilicet eukaristiam. quod bene dicitur man scilicet quid est hoc. quia revera
est bene considerare et attendere stupor et admiratione generatur. Iste enim
panis descensum mittitur et ad huiusmodi confirmatur et sacratur. hic si placet
applica ad corpus Christi conditiones manne superius dictas. Unde ergo dicitur. de ueteri
Geo. Dedit tibi cibum manna que ignorabas tu et omnes patres tui. Se-
cundum Nicolaum lyram manna figurale corporale et manifestum datum
fuit filiis Israel in deserto Exodi xvi. Sed verum manna est ipse Christus. Unde
ipse dicit Johannis vi. Amen amen dico vobis. non moyses dedit vobis panem

de celo sed pater meus dat vobis panem verum de celo. Et subdit Ego sum pa:
nis vite etc. Hoc est manna celeste quod bonis confert interius et exterius. Et
dicitur absconditum hominibus vite presentis. Unde psalmista dicit ps. 30 Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Ysaye
45 Vere tu es deus absconditus salvator israel. De hoc manna dicitur etiam
in sequentia de domina que incipit Ave preclara maris stella etc. Hinc
manna verum est israhelitis vere veri abrahe filiis admirantibus quondam
moysi quod typus figurabat iam nunc abducto velo. Da nobis perspicui
ora virgo nos illo pane celi dignos effici. Secundo manna potest significare
indumentum christi magnificum scilicet eius humanitatem. Nam de manna legitur
Exodi 16 c. Deus precepit illud in urna aurea reponi et in archa federis
reservari quia panis celestis dei filius in urna aurea humanitatis fuit clausus
et in archa uteri virginalis absconditus et servatus. Unde dicitur ad hebreos
ix Et in archa erat urna aurea habens manna quia in utero virginis latuit hu:
manitatis vas que manna id est dei filium continebat. Exodi xvi. Sume vas no:
vum et pone ibi man. Tertio manna potest significare condimentum vel conditum
scilicet dei gratiam que omnes sapores id est omnes virtutes continet et mentem humanam
summa dulcedine replet. Manna enim in deserto fuit cibus filiorum ysrahel
usque dum attingerent ad terram promissionis quia tunc loco manne fructus patrie
comederunt. Sicut dicitur Iosue v. Sic vero gratia cibus noster est quo soli
sustentamur pro tempore huius vite. Et in deserto vite presentis dum scilicet ad
terram promissionis tendimus incessanter. Finaliter cum terminum attigerimus tunc
manna in fructus solides quia gratiam in gloriam et cibum vite in cibum
patrie commutabimus et veniemus. Exodi xvi Filii autem israel comederunt man
xl annis. Quarto manna potest significare documentum legis scriptum scilicet sacre
scripturam et legis divine doctrinam que scilicet de celo per revelationem venit
et que in hoc deserto per fidem spem et caritatem nos nutrit. Que tamen
si plus debito sumatur id est scrutetur et disputetur vomere hereses et errores
introducit et a sua perfectione deficit et putrescit. Finaliter vero in paradiso
deficit quoniam scientia fidei in veritatis spem se vertit. 1 Cor. xiii Sive scientia
destruetur sive lingue cessabunt. Ex parte enim cognoscimus et ex parte
prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est.
Unde de scientia fidei potest dici illud Iosue v. Defecit manna postquam come:
derunt de frugibus terre. Unde de ista divina scientia pro tempore huius vite dicitur
Neemie ix Manna tuum domine non prohibuisti ab ore ipsorum. Quinto
manna potest significare nutrimentum celi sabbatismum scilicet voluptatem glorie paradisi
quod scilicet est dulcissimum et quod filios israel scilicet deum videntes in alia vita
nutrit et alit. Ps. Et pluit illis manna ad manducandum cibaria mittit
eis in habundantia. Sexto manna potest significare dulcedinem divine contempla:
tionis et devotionis que datur solum victoribus temptationum et desideriorum corporalium
in hac vita et que dabitur in futura. Que tanta est ut omnis qui sentit
dicat quid est hoc. Et absconditum est quia paucis et parum datur aliquid de ipsa
sentire. Unde ps. Quam magna multitudo dulcedinis tue quam abscondisti
timentibus te. Ysaye 64. Oculus non vidit deus absque te que preparasti dili:
gentibus te. Et bene per manna significatur dulcedo divine contemplationis propter
multas conditiones manne. Primo propter saporis suavitatem. Ps. Gustate et vi:
dete quoniam suavis est dominus. Beatus vir qui sperat in eo id est qui totam spem
suam figit in deo quia tali datur sentire suavitatem dei que quantumcunque
modicum sentiatur adhuc anima admiratur ut merito dicat manhu id est quid
est hoc. Eccli. 24 Spiritus meus super mel dulcis. Et sap. xii O quam bonus
et suavis est domine spiritus tuus in omnibus. Nam quidam inveniunt deum dulcem
et suavem in ieiuniis quidam in disciplinis quidam in oratione quidam
in lectione quidam in predicatione quidam in tempestatibus tribulationibus persecutio:
nibus quidam in infirmitatibus et ceteris huiusmodi. Sed perfecta anima invenit
eum dulcem in omnibus. Eccli. 24 In omnibus requiem quesivi. Ad modum apis
que mel extrahit ex omni fere flore. Ps. Circumdederunt me sicut apes
et exarserunt sicut ignis in spinis. Nam quanto plus anima sentit de deo
tanto plus ardet in eo. Eccli. 24 Qui edunt me adhuc esurient et qui me bibunt adhuc sitient

Secundo de manna dicitur Sapie xvi Quod ab igne non poterat exterminari et tamen
statim ab exiguo radio solis tabescebat Desinibus est purum mentis desiderium
de quo luce xii dicit salvator Ignem veni mittere in terram et quid volo
nisi ut accendatur Et hic ignis non potest vincere manna sed vincitur quia nullus
potest internam dulcedinem comprehendere quantumcumque sit accensum eius desiderium
ut multo dicat cum propheta deficit in salutare tuum anima mea Quam
dilecta tabernacula tua domine virtutum Concupiscit et deficit anima
mea in atriis domini q. d. Ex hoc scio quod tabernacula tua et mansiones
domus tue sunt amabiles et desiderabiles quia ego qui adhuc sum foris
in atrio nondum intus in templo tam vehementer concupisco hic iuxta
morari sed concupiscendo deficio non valens comprehendere quod est ibi
Unde alibi exclamavit domine quis habitabit in tabernaculo tuo etc.
Si hic modicum dulcedinis tue quam das in atrio non possumus capere
quis capiet illud totum quod est in templo Super Solem vero scilicet
quibus capiet illud totum... orietur sol iusticie et
Christus Malach iiii° Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie et
sanitas in pennis eius. Quod ergo non potest ignis consumere exiguo radio
solis calefactum tabescit quia adveniente desuper modico divine lucis
radio mentis et liquescit humanum cor et desiderium et usque ad contempla
tionem celestium sublevatur unde Bernhardus super cantica ser.
Sepe ad orationem accedimus corde tepido et pectore sicco et tamen compunctis
cordi gratia infunditur quod pinguescat pectus replentur intima inundatione
pietatis | Tercio manna minimum erat ad modum seminis coriandri Sic et dulcedo
mentis que gaudet hic viris scilicet modica est respectu dulcedinis interne
que dabitur in futura vita Bernhardus in sermone 33 Si quis in nobis est
qui desiderium suum cupiat dissolvi et esse cum Christo cupiat autem vehe:
menter desiderii vir ut cupiat dissolvi et esse cum Christo. desiderium cordis eius tri:
menter ardenter siciat assidue meditetur Ex parte tamen idem ad tempus
sentitur ei Sed adhuc peregrinati in corpore et obsecrationibus et multo
et tempore modicum Nam cum vigiliis et orationibus et multo
lacrimarum imbre quesitus affuit subito dum teneri putatur elabitur
et rursum lacrimanti et insequenti occurrens comprehendi se patitur sed minime
retineri. dum subito iterum quasi e manibus evolat et si instetit precibus
et fletibus devota anima denuo revertitur et voluntate labiorum eius
non fraudabit eam Sed rursum mox disparebit et non videbitur nisi iterum
toto desiderio requiratur Sic ergo et in hoc corpore potest esse de presencia sponsi
frequens leticia sed non copia quia et si visitatio letificat sed molestat
vicissitudo. Et hoc tamdiu necesse est pati dilectam donec semel po:
sita corporee sarcina molis avolet et ipsa levata pennis desideriorum
libere iter carpens per campos contemplacionis et mente sequatur speciosum
dilectum quocumque ierit | Quarto manna erat albi coloris et frigida
quasi gelu tusum Sic et dulcedo mentis sepe provenit ex tribulatione
ut de Stephano de quo legitur quod lapides torrentes illi dulces fuerunt
et de Petro et Paulo ut sugerent mel de petra et Ps. de petra melle saturavit
eos | Quinto manna erat albi coloris et fulgidum et veniente sole
statim liquefiebat Sic huiusmodi suavitas et dulcedo contemplationis
mentem facit albam et pulcram Cantic. iii Columba mea et quam decora
mentem facit frigidam respectu temporalium quia ab amore
mundi eam retrahit Iob x Tedet animam meam vite mee Ps. heu mihi
quia et veniente liquefiat quia hec suavitas veniente leticia vel
mundana dulcedine deficit Bernhardus delicata nimis est divina con:
solacio. nec datur admittentibus alienam | Sexto de manna Exodi xvi Egre
diatur populus et colligat quod sufficit per singulos dies Sic qui vult
hanc suavitatem gustare debet egredi de mundo ad celum de carne ad
spiritum de se in deum et tunc inveniet manna Iohel Distillabunt montes
dulcedinem et colles fluent lac et mel | Tres montes sunt opera celi
et deus Et in hiis debet homo colligere manna contemplando singula eorum
bona et debet colligere per singulos dies quia quolibet die debet vacare meditati
oni et orationi debet autem colligere quantum sufficit quod quidam parum colligunt

quia quidam parum orat et meditatur, alii minus. Ideo dicitur proverbiorum xv° Mel
invenisti comede quod sufficit tibi. Locus autem ubi tale mana invenitur est
solitudo Ozee 2°. Ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius.
Item mane inveniebatur mana quia mane frequentur in oracione devote dicitur
proverbiorum viii° Qui mane vigilavit ad me inveniet me. Sicut dabatur egressis
de egipto et devote egressis de peccatis. Unde dicitur in littera Vincenti dabo
mana absconditum id est devocionem prius absconditam. Nemo enim mittit vinum
novum in utres veteres Mathei ix. Vel mana dicitur absconditum quia
parum vel nichil datur sapientibus mundi Mathei xi. Confiteor tibi pater
domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et re-
velasti ea parvulis. Et proverbiorum 3° Cum simplicibus sermocinatio eius. Vel
absconditum dicitur quia bona spiritualia debent abscondi ne perdantur. Mathei
xiii° Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Gregorius
in omeliis Innuitur thesaurus absconditus ut servetur. Quia studium celestis desi-
derii a malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus
non abscondit. Et enim depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat.
Exemplum de Ezechia rege Ysaye 39. Vincenti ergo scilicet desideria propria
et demonum temptamenta atque hominum dabo mana absconditum id est meipsum
Ego sum panis vivus qui de celo descendi Johannis vi. Enim quia
ideo factus sum homo ut panem angelorum manducaret homo. Quem panem
figurabat olim illud mana quod filiis ysrahel datum est in heremo Exodi xvi
et post. Quod mana qui spiritualiter manducaverit sicut Moyses Aaron et Josue
etsi mortui sunt corpore, tamen immortales sunt mente. Qui autem nichil aliud preter
id quod videbant ibi intelligebant mortui sunt morte eterna. De quibus dominus
dicit Judeis Johannis vi Patres vestri manducaverunt mana in deserto et mortui
sunt. Sic et nunc qui digne corpus et sanguinem accipiunt vitam ibi sumunt.
Qui autem indigne manducat iudicium sibi manducat et bibit dicit apostolus i
Corinthiorum xi. Istud autem mana quod hic fidelibus promittitur nunc quidem in sacramento
accipiunt per fidem, tunc autem in veritate per speciem sument. Et quod nunc
manet absconditum, tunc erit manifestum. Cum itaque vicit dicit dominus
dabo illi mana absconditum id est meam post finitos labores contemplacionem
illi concedam. Hinc psalmista dicit Saciabor cum manifestabitur gloria tua.
Manna enim interpretatur quid est hoc. Nos autem nequaquam dicimus quid est
hoc, id est de re quam non videmus. Istud enim mana nunc manet abscon-
ditum, sed tunc manifestabitur sicut apostolus dicit i Corinthiorum ii Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus dili-
gentibus se. Non solum quod de hoc mana abscondito quod filii ysrahel in
~~deserto xl annis usquequo contingerent fines terre promissionis. Istud~~
~~indicabat aperte.~~ vocabant panem celi, magna et admiranda scripta
reperiuntur in serie veteris testamenti. Primo namque Exodi xvi legitur
quod hoc cibo aliti sunt filii ysrahel in deserto xl annis usque quo
contingerent fines terre promissionis. Istud indicabat aperte quod durante
presenti seculo quod est desertum nostre peregrinacionis non deficiet in ecclesia sacramentum
eukaristie usque quo assumentur electi ad promissam patriam future beatitudi-
nis. Sicut pollicetur ipse Jhesus Christus qui in hoc sacramento veraciter continetur. Ecce
inquit ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi Mathei
ultimo. Secundo eodem capitulo scilicet Exodi xvi legitur quod cum ex mana filii ysrahel
collegerunt alius plus alius minus. Sed nec qui plus collegerat habuit
amplius, nec qui minus paraverat reperit minus. Istud innuebat quod facto
isto sacramento tantum de corpore domini habetur sub quantacumque sacramenti particula
quantum sub integra continetur. Neque minus suscepit ille cui centesima pars
peruenit hostie consecrate quam alius cui integra ministratur. Tercio scribitur Sapiencie
sextodecimo quod mana omne delectamentum in se habebat et omnis
saporis suavitatem, illas prendebat inexcogitabiles delicias de quibus
dicit apostolus [illegible] que utique in hoc sacramento vivifice sunt. Simpliciter
dicam non dubium quod inexcogitabiles ille delicie nichil aliud sunt quam
vita eterna que preparata est electis dei a constitucione mundi. Propterea

Quid sit ista vita eterna salvator et largitor eius docet Iohannis xvij dicens
Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum verum et quem misisti ihesum xpistum
Cognicio igitur beatifica unius solius veri dei eiusque quem misit in mundum
unigeniti ihesu xpisti ipsa est vita eterna ab mundi constitucione electis dei
preparata, inexcogitabiles illas continens delicias quas nec oculus vidit nec in
~~aures~~ auris audivit nec in cor hominis ascenderunt. Constat autem quod unigenitus
a patre missus in mundum ihesus xpistus in natura divina pariter et humana integraliter
in hoc sacramento continetur Quare concluditur quod inexcogitabiles ille delicie
in sapore manne desiderate pariter in isto sacramento sint contente. Quarto quod
est mirabile dictu eodem calo continetur quod delectabilis ille manne sapor
~~pariter in isto sacramento sint contente~~, deserviebat uniuscuiusque voluntati et ad
quod quisque volebat convertebatur Istud figuralis denotabat varietatem
gustuum spiritualium quos in se suscipientibus operatur sacramentum istud pro va:
rietate interiorum ipsorum nanque novelli et primogeniti infantibus, quidem singulariter
lactis dulcedine, per quam tenella et adhuc incipiens ipsorum fovetur devotio
Provectioribus vero, et ad solidum cibum exercitatos habentes sensus, ex ipso
tribuitur quandam spiritus fortitudinem, per quam ad ardua queque constanter audenda
animetur Sed illud maxime mirum, cum tam multiplicem in isto manna experti
dulcedinem murmurator ille semper et dure cervicis populus. Cur super cibo tam de:
lectabili fastiditus dicebat Numeri xxi Anima nostra nauseat super cibo isto levissimo,
Licet hoc quorundam arbitrio dictum est variari a mysterio. sed maxime dictum per tales
quos meminit apostolus ad hebr vi. Qui postquam semel illuminati gustaverunt donum
celeste, et participes effecti spiritus sancti, gustaverunt nichilominus bonum dei verbum
virtutesque futuri seculi et nichilominus prolapsi, rursus abierunt retro. Talibus
siquidem quia a sapore contrario infectus est, et depravatus gustus sui interioris
hominis, minime mirum quod fastidiosus sit et provocans nauseam sacramentalis
iste cibus. Cuius non sacramenti culpa est sed ipsorum sumencium. Nam quod cibus
idem in homine sano purum generat sanguinem. In leproso vero impurum, illa
impuritas non ex cibi provenit vicio, sed ex corrupta natura sumentis. Sic quod
salutiferum istud sacramentum boni simul et reprobi percipiant, quod in bonis sa
pore bono et salubre operatur In reprobis vero fastidium et nocumenti. Fa
stidium istud et nocumentum non ex sacramenti provenit ~~mala~~ malicia, sed
ex depravatis moribus suscipientium. Quanto hanc laude eximiam et ascribe
bant patres veteris testamenti. quod ipsum scilicet manna vocabat cibum ange:
lorum et panem celi ps. l. 6. Et pluit illis manna ad manducandum panem
celi dedit eis. panem angelorum manducavit homo. Et Sapie xvj Angelorum
esca nutrivisti populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine labore
omne delectamentum in se habentem etc. Sed videtur plane est et delirantis
simile existimare angelicos spiritus cibis materialibus indigere Tobie nanque
xij Raphael archangelus dicebat utrique thobie. Cum essem vobiscum
per voluntatem dei videbar quidem vobiscum manducare et bibere. sed ego cibo
invisibili utor qui ab hominibus videri non potest Non fuit ergo manna istud
cibus angelorum neque panis celestis veraciter sed tamen figuraliter. Verum ipse
cibus angelorum et pa:
nis qui in isto sacramento veraciter continetur ipse realis est cibus angelorum et panis
vivus de celo verus a patre in mundum missus. atque instar panis materialis manibus
sancti spiritus in utero virginis formatus atque in ara crucis igne passionis
decoctus. Tanto ergo certe isto manna preciosior atque dignior, quanto res
preciosior est quam umbra sua, et veritas quam figura. Manna namque illud umbra
tantum fuit et figura. sed panis iste verus qui de celo descendit. ipse res
est et veritas sub umbris illis et figuris contenta. Manna illud figurale
sicut habetur Exodi xvj Si quid dimisissent usque mane, computrescere cepisset
et scatere vermibus. Sed panis iste verus qui de celo descendit putredini
nulli potest esse obnoxius Sed si forsan quis obiciat vermes quoque nasci
solere ex speciebus sacramentalibus nimia vetustate Istud non inficior. Verum
non species ille sed quem sub ipsis misterio latet ipse panis est verus qui de celo de
scendit

[…] hic cum immortalis sit et incorruptibilis impossibile est quod putrefactus sit su:
[…]ceptibilis; quinimo ipse est qui ad statum incorruptionis et immortalitatis deduc:
[…]t ipsum digne suscipientes. Quod illud manna figurale facere non potuit. Propter
quod perfidis Iudeis manna suum pani isti qui de celo descendit preferentibus
exprobrans incredulitatem illorum et duritiam cordis respondebat panis
ipse Iohannis vi. Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt
[…] si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Postremo quod cibum
manne sapiens dicebat paratum fuisse pane sine labore dicens Sapiencie xvi
angelorum esca nutristi populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine
labore. Ostendam etc. et scilicet manne conditionem huic pani qui de celo descendit
non deesse. Quod enim panis magis sine labore potest esse quam panis ille qui
[de c]elo vos reficit. Michel dictu facilius ait poeta comicus. Talis autem est panis
iste qui de celo descendit. Nam sacerdotibus ipsum conficere volentibus, quamcito
vere verba attendit ad elementum sine ulteriore labore efficitur sacramentum. Ex
quibus clare quod ipse verus panis est paratus sine labore. Hic est autem summa veritatis
tenende sub huiusmodi figuris verborum quod illud idem verum Christi corpus quod sumpsit de
Maria virgine quod passum est in cruce quod tumulatum fuit in sepulchro
et tercia die resurrexit et in celum ascendit atque ille idem verus eius
sanguis quem in precium nostre redemptionis effudit, veraciter continetur in hoc sacramento
sub speciebus panis et vini. Verum de modo quo possent ista fieri tres ardu:
[i]ssime difficultates solent oriri. Prima est de modo transsubstanciacionis. Qualiter substancie
panis et vini transmutari possint in substancias corporis et sanguinis Christi accidentibus
sine subiecto remanentibus. Secunda de modo collocationis qualiter tam magna
[qu]antitas corporis Christi tam grandis quanti pependit in cruce atque tanta sanguinis eius in
[tant]a habundancia qua fluxit de corpore possent integraliter contineri sub tam an-
gustis panis et vini speciebus. Tercia de modo multiplicacionis. Qualiter unum
[et ide]m corpus cum se posset simul et semel esse in pluribus locis, simul
[et] semel moveri pluribus motibus atque simul et semel referri ad sensum
[op]positis relacionibus. De quibus tribus arduissimis difficultatibus dicam
[iu]xta doctrinam sanam que ipse mente comprehendere non sufficio. Quantum
[at]tinet ad primam difficultatem. Beatus quod Innocencius de officio misse parte 3
capitulo xvi recitat tres opiniones fuisse de modo per quem corpus et
sanguis Christi continentur sub hoc sacramento. Prima est quod substancie panis et
vini simul sunt in sacramento cum substanciis corporis et sanguinis Christi. Secunda
[quod] advenientibus substanciis corporis et sanguinis substancie panis et vini non rema:
[neant] amplius sed vel adnichilantur vel in materiam aliquam substanciam resolvuntur
Tercia quod substancie panis et vini non remanent in sacramento sicut dicebat
[prima] opinio nec adnichilantur nec resolvuntur sicut dicebat secunda sed in substancias
[corporis] panis et vini totaliter convertitur. Sicut videmus Exodi xii legimus de virga
Moysi que conversa fuit in colubrum; nec in transmutacione virga Moysi non
fuit versa in nichilum sed conversa in colubrum et rursum in pri:
mam naturam reversa. Modo consimili in ista sacramentali transmutacione substancie
panis et vini non vertuntur in nichilum sed sacerdote cum intencione debita
[profe]rente verba Christi super substancias panis et vini ad vocem sacerdotis visibilis assistentes
invisibilis sacerdos Christus virtute verborum emissorum invisibiliter illas crea:
[tu]ras in substancias corporis et sanguinis sui perfecta quia sed infinita potestate convertit.
[Ha]rum trium opinionum quamvis due prime fuerint intellectu faciliores tercia
[tamen] utpote plenitudine virtutis sublimior, quamvis difficillima et ab intellectu
[hu]mano remotissima acceptavit et approbavit sacra generalis synodus
[La]teranensis prout habetur extra de summa trinitate et fide katholica capitulo Firmiter credimus
[…] per organum Innocencii tercii hoc modo diffinivit sic scribens Una vero
est fidelium ecclesia extra quam nullus omnino salvatur in qua ipse Iesus
[id]em sacerdos et sacrificium Christus Iesus cuius corpus et sanguis in sacramento altaris
sub speciebus panis et vini veraciter continetur, scilicet ad propositum transsubstantiatis
[p]ane in corpus et vino in sanguinem potestate divina etc. Et ex una sententia
[…] clare concluditur. Oportet in isto sacramento accidencia remanere sine subiecto

Nam sine novo miraculo accidentia ista nullas substantias informare possunt nisi ut substantias panis et vini vel substantias corporis et sanguinis christi. Primo substantias panis et vini non informant quia amplius in sua natura non sunt. Sed nec virtute corporis et sanguinis christi consecratur. Secundo substantias corporis et sanguinis christi non informant quia corpus christi non est rotundum illa rotunditate neque album illa albedine neque sapidum illo sapore terreo quod tamen oporteret si ... corpus informarent. Cum igitur ista accidentia in sacramento visibiliter appareant et maneant substantiis panis et vini ut substantias corporis et sanguinis christi informent ... est quod sine subiecto remaneat. Sicut videmus quo radius solis per vitrum rubeum transiens quandam secum defert per medium rubedinis speciem vitrum rubeum transiens quandam ... tamen ipsum non informet quia parietem oppositum informare videtur cum tamen ipsum non informet. Quia cum rubeus est paries illa rubedine cum sit pariter albus sed tamen rubeus apparet sic et hic visa per rubeum vitrum apparet rubea que tamen vere est alba. Sic ad similitudinem speciei rubedinis existentis in medio absque quod parietem oppositum informet accidentia stant per se in isto sacramento quod parietem oppositum informet ... quod latentes ibi corpus et sanguinis substantias informet. Insuper quod in illo ... sancti spiritus diffinitum dicitur pane in corpus et vini in sanguine transsubstantiatur potestate divina. Non est sic intelligendum quod sub specie panis sit solum corpus sine sanguine et sub specie vini solus sanguis sine corpore. Sed ... intelligendum quid contineatur sub qualibet specie. Sciendum quod in isto sacramento aliud continetur sub speciebus virtute transsubstantiationis et aliud virtute concomitantie eorum que ibi continentur virtute transsubstantiationis. Pro cuius ulteriori declaratione ... quatuor differentiarum quod in persona unionis veri dei et hominis ihesu christi. Quatuor differentie ... substantie continentur scilicet corpus sanguis anima et verbum. Corpus quod natum est de virgine. Sanguis qui manavit de corpore. Anima quam solus creavit. Verbum quod anime et corpori se ypostatice univit. Dico ergo quod virtute transsubstantiationis species panis et vini non continentur in substantia ... christi nunquam adhuc possibile est quod concomitanter in divinitate ubi. Sed ... transsubstantiationis virtute substantia panis precise conversa in id quod est de virtute ... sed animati cuiusmodi non est sanguis qui nunquam animatus fuit nec ... post ipso manet in natura sanguinis. Et similiter virtute huiusmodi transsubstantiationis ... vini precise converti in id quod est de virtute sanguinis et non de virtute ... Et ideo in illo triduo quo domini corpus clausum fuit in sepulcro et ... eius sanguis effusus erat super terram. Atque sanctissima anima descendit ad inferna. Quia in illo tempore tres iste substantie sanguis corpus et anima erant ab invicem separate. Si pendente tempore aliquis sacramentum istud confecisset tunc sub specie ... ut in isto sacramento fuisset solum corpus mortuum sine anima et sanguine quo sine anima et sanguine tumulatum erat sub lapide et in calice sub specie vini solus fuisset sanguis sine corpore. Sic illo tempore sanguis totus extra erat a corpore. Veruntamen nunquam fuisset in sacramento humanitas sine divinitate. Nam non obstante separatione sanguinis corporis et anime ab invicem remansit divinitas unita corpori in sepulcro et ... unita anime in ... et semper unita omni rei que erat de virtute humane nature. Nam ut Damascenus 3° sententiarum quod verbum semel assumpsit nunquam postea dimisit nec in vita nec in morte. Verum postquam restaurator humani generis ... liber ab inferis ... in morte sepultum fuit in resurrectione revixit. Et tunc deinceps ... iste substantie corpus sanguis anima inseparabiliter secum invicem sunt concomitante. Et ideo virtute huius concomitantie quotiescumque sacramentum istud conficitur tunc ... corpus sanguis anima verbum inseparabiliter semper concomitantur in hostia consecrata sub specie panis sine divisione et in calice inseparabiliter se invicem concomitantur sub specie vini sic in celo se invicem concomitantur in persona veri dei et hominis ihesu christi. Et hec sic dicta de prima difficultate que sunt panis et vini. Secunda difficultas in hoc ... sacramento contenta est de modo collocationis quibus transsubstantiationis pacta ...

tum contentu pepe

Notandum

Et quantum ad hanc difficultatem sciendum quod partes quantitatiue corporis Christi in isto sacramento aliam habent habitudinem inter seipsas et aliam in ordine ad locum sine speciebus sub quibus continetur. Quantum ad primam habitudinem que est partium inter se sciendum quod non sunt ibi sicut somniauit quedam fantastica opinio ponens corpus Christi in isto sacramento non habere partem extra partem sed quamlibet partem subintrare aliam. Sicut vigera ipsi dicemus quod caput brachia et tibie subintrarent corpus sicut videmus limaces testudines cochleas, torteas, torturas et cetera animalia terre affixa subintrare testas suas et quod corpus ipsum coartare et constringeretur intra se quousque ad tantam breuitatem reduceretur quod possit contineri sub quantitate hostie consecrate. Non est ergo corpus Christi sub speciebus quomodo imaginatur fatua ista opinio sed sine tali monstro aut qualibet deformitate et confusione. Omne illum ordinem commensurationem figuram pulchritudinem et positionem quam inter se habent partes quantitatiue in celo continet in isto sacramento. Quantum vero ad habitudinem que est partium ad locum sub quo continetur, sciendum quod ista quam habent in sacramento multum diuersa est ab illa quam habent in celo. Pro cuius declaratione sciendum quod duplex est modus essendi in loco scilicet modus essendi in loco diffinitiue. Modus essendi in loco dimensiue et modus essendi in loco diffinitiue. Modus essendi in loco dimensiue est quando singule partes quantitatiue locati sic commensurantur et coextenduntur partibus locantis secundum sex differentias positionis que sunt sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante et retro quod nulla pars locati excedit locantem nec econtra. Et hoc modo essendi in loco est corpus Christi in celo. Quia caput eius quod superior pars est corporis extenditur superiori parti loci et dextrum latus corporis dextre parti loci. Et posterior pars corporis posteriori parti loci etc. Modus vero essendi in loco diffinitiue est quando locatum non sic coextenditur partibus locantis sed est totum in toto locante et totum in qualibet parte, quomodo angeli et substantie incorporee que non habent partes dicuntur esse in loco. Et hoc modo essendi in loco est corpus Christi in sacramento. Nam caput eius non extenditur superiori parti loci quem habet in sacramento et pedes inferiori parti sicut in celo sed sine confusione aliqua ordinis que inter se continent partes eius quantitatiue sub istis speciebus caput manus pedes et uniuersum corpus sunt totaliter in superiori parte hostie et totaliter in inferiori et totaliter in parte dextra et totaliter in parte sinistra et totaliter in parte anteriori et totaliter in parte posteriori et totaliter in retro et totaliter in circumferentia et totaliter in qualibet parte hostie et totaliter in tota hostia. Nec tamen propterea quod ubi est caput Christi ibi est pes in hostia sequitur quod pes sit in capite aut caput in pede sed distantiam illam quam habent inter se pes et caput in celo illam continet in sacramento. Et inde soluitur questio. Quare est quod quando sacramentum istud frangitur non frangitur corpus Christi cum hostia. Ratio est ista. Quia corpus Christi in isto sacramento non coextenditur partibus hostie sed integre continetur sub quantumlibet parua particula. Et ideo impossibile est quod confringatur cum hostia sicut vigera et notetis exemplum vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intelligatis conspecta. Videmus enim quibus in speculo contemplatur suam effigiem ipsam integram conspicit in eo. Et si fregerit speculum non propter hoc confringet suam effigiem sed ipsam in quolibet fragmento conspiciet integram. Modo confusi in isto sacramento hostia consecrata est tamquam speculum corpus vero Christi in ea contentum est sicut effigies in speculo inspecta. Quomodo ergo fracto speculo non frangitur effigies visa in ipso sed sub quolibet fragmento permanet integra. Non aliter in isto sacramento fracta hostia consecrata non confringitur corpus Christi contentum in ea sed permanet integrum sub qualibet particula. Secundo ex eadem radice aliud dubium in ista materia sciendum scilicet corpus et sanguis Christi videtur contineatur in isto sacramento. Quare est quod sapores carnis et sanguinis ibi non percipiuntur. Ratio ipsa. Quia sicut corporis Christi in fractione hostie non frangitur sic nec in manducatione hostie masticatur aut quocumque modo dentibus confringitur.

Sic in palpando et manibus contrectando speculum non possumus ibi effigiem visa palpare neque manibus contrectare, sic masticando dentibus conterendo hostiam consecratam non possumus ibi latens Christi corpus neque masticare neque dentibus conterere. Et inde est quod saporem carnis aut sanguinis ibi minime possumus percipere. Sic obiecta si quis in ore suo volueret nucem integram, non posset gustare saporem nuclei nisi prius confregisset testam, modo consimili in isto sacramento species panis et vini sunt tamquam testa nucis. Corpus vero et sanguis in ipsis contenti sunt sicut nuclei sub testis conclusi. Quomodo ergo volueres in ore nucem non potest gustare saporem nuclei si non prius extra testam extrahatur. Sic nec possumus in isto sacramento gustare saporem nucleorum carnis et sanguinis nisi prius extra testas specierum panis et vini extrahantur. Non est autem ars aut potestas in humanis que sciret aut posset nucleos istos extrahere ex istis testis. Ideo mirum erit minime si corporis sensibus nullum in sacramento sibi possent carnis aut sanguinis saporem percipere. Et ulterius sic sacramentales istas testas in ore terendo dentibus et comminuendo corpus et sanguinem Christi non terimus neque comminuimus. Sic nec ipsas in stomacho digerendo et consumendo corpus et sanguinem Christi quoquomodo digerimus aut consumimus. Sed ut ait doctor subtilis in quarto distinctione x. In instanti corruptionis sacramentalium istarum testarum, id est specierum, scilicet postquam ille desinunt esse nutritive panis et vini, in illo instanti virtute divina ex antiquo miraculo redit aliqua substantia quae fuisset consequens corruptioni panis et vini si sub speciebus remansissent. Et per istum modum solvitur quomodo eucharistia potest sumentem corporaliter saginare et nutrire. Et hoc sit dictum de secunda ~~difficultate~~ difficultate etc. Tertia difficultas in isto sacramento contenta est de modo multiplicationis qualiter unum idem numero Christi corpus in se possit simul et semel esse in pluribus et in locis. Et quantum ad istam difficultatem sciendum est quod pro eo quod corpus Christi virtute consecrationis incipit esse in isto sacramento non dimittit locum quem habet in celo sed simul et semel, ut ait propheta psalmo x. Dominus in templo sancto suo, dominus in celo sedes eius. Itaque cum unus sacerdos conficit sacramentum istud in uno altari et alius in alio altari, confectum corpus Christi in isto altari egreditur hostiam ibi consecratam ut ingrediatur consecrandam in alio altari. Sed si qui simul et semel conficiunt in mille civitatibus in x milibus ecclesiarum in centum milibus altarium, corpus et sanguis Christi simul et semel sunt in illis mille civitatibus, in illis decem milibus ecclesiarum, in illis centum milibus altarium. Sed de modo quo ista possunt fieri et si ymaginationi ~~fiunt~~ mirum sit extraneum, quidam tamen satis evidenter quod sit rationi consentaneum. Divina namque omnipotentia ad omne illud se extendit quod non implicat contradictionem, atque universa creatura in tali potentia obedibilis est apud omnipotentem ut sine mora fiat quicquid ex ea voluerit fieri. Videmus autem quod intellectus noster successive fundat super uno corpore plures presentialitates, per quas illud corpus successive prius sit in pluribus locis. Sed nullam claudit contradictionem divina omnipotentia simul et semel creare super illo corpore omnes illas presentialitates quas natura potest ibi successive inducere. Ergo divina omnipotentia omnes illas presentialitates super illo corpore simul creare potest, prospicuum est omni intelligenti. Quod si fecerit, corpus illud ~~semel~~ simul in pluribus locis erit. Et hanc rationem hoc modo confirmat Hugo de sancto Victore libro de sacramentis parte viii^{a} capitulo 2^{o}: Quod simul inquit in pluribus locis existere potest unum et idem corpus noli mirari. Qui enim fecit locum et corpus, et corpus in loco et legem statuit ut unum corpus in uno loco esset, fecit sicut voluit et si aliter voluisset aliter facere potuisset. Nam et quando vult aliter facit, etc. Cogita facientem et desinet esse mirabile quicquid ibi fuit, et si forte mirabile esse non desierit incredibile tamen non erit. Consequenter locato sic corpore Christi simul in pluribus locis non erit mirabile quod simul cetera moveantur motibus contrariis. Videmus enim verbi causa lunam pro eo quod infima sit omnium planetarum moveri simul pluribus motibus pro varietate motuum plurium orbium ipsam continentium. Movetur enim primo raptu primi mobilis complendo suam revolutionem quolibet die, movetur 2^{o} motu octave spere in centum annis uno gradu super capita arietis et libre, movetur 3^{o} motu sui eccentrici complendo suam revolutionem quolibet mense. Movetur

(margin, beside "Tertia difficultas":) ct

(margin, beside "presentialitates":) presentiali tates

Secundum

Quarto circa tertium sui capituli movetur questio ut est quibus opinio a propria intelligentia circa tertium primum quomodo consimili in isto sacramento non est mirabile corpus Christi simul moveri motibus contrariis pro diversitate motuum specierum sacramentalium ipsum localiter continentium ut si quis simul et semel una hostia elevatur sursum et alia deprimatur deorsum et tertia super altare gestatur nullum est mirabile corpus Christi sub illis contentum simul et semel moveatur sursum et deorsum atque simul moveatur et gestatur. Deinde quod non est mirabile ipsum Christi corpus pro eo quod simul et semel locatum sit in pluribus locis simul et semel etiam moveri motibus contrariis sic nec erit mirabile immo necesse ipsum simul et semel referri ad ipsum oppositis relationibus. Nam ex tali simultanea multiplicatione localium positionum super eodem corpore necesse consurgit nimia multitudo relationum oppositarum ut si circa una hostia conserva supponitur alteri et secunda ei supponitur et tertia imponitur et quarta retroponitur et quinta locatur ad dexteram et sexta ad sinistram et septima approximatur et octava elongatur. Necesse est corpus Christi existens in omnibus istis hostiis simul esse superius inferius anterius posterius dextrum sinistrum propinquum et longinquum. Sed revertor unde digressus sum ad loquendum iterum de motu proprio [illegible] lune quo movetur a propria intelligentia circa tertium. Sic enim in corpore lune primum quod in isto motu nullum latet misterium. Sic enim in corpore primum quo movetur a propria intelligentia lune est invenire talem motum proprium quo movetur a propria intelligentia et non ad motum orbium ipsam deferentium quomodo consimili in hoc sacramento invenire est in corpore Christi motum proprium quo movetur a virtute propria et non ad motum specierum ipsum continentium. Et per istum motum solummodo consto quod sacerdos conficiendo istud sacramentum tanta facilitate super quatuor digitos elevare possit et sustinere corpus tante magnitudinis de quo est facit. Nam corpus Christi in isto sacramento non est alligatum speciebus neque est ibi incarceratum vel violenter detentum quoniam facta consecratione non obstante dote agilitatis corporis Christi non est corporea potentia que possit extrahere Christi corpus a loco ubi fuit positum et ideo sacerdos elevando hostiam post consecrationem non elevat nec elevare posset corpus Christi sed Christus ipse seipsum elevat et etiam sua virtute propria ex antiquo miraculo et pacto quod pepigit cum ecclesia sua et ideo minime mirandum si sacerdos laborem non sustineat in elevando super quatuor digitos corpus tante magnitudinis. Et hoc sit dictum de tertia difficultate que versus [illegible] Et forsan propter hec admiranda filii dei in hoc sacramento opera non dissone posset exponi de ipso illud quod de increata sapientia que est ipse scribitur Proverbiorum viii° Delectabar per singulos dies ludens coram eo in orbe terrarum. Nam quendam speciem ludi in orbe terrarum gestare videtur. Efficitur enim de invisibili visibile et vicissa de visibili invisibilem transformatus habitus. Primo namque cum ab initio et ante secula in natura propria invisibilis extitisset postea naturam nostram indutus se prebuit visibilem. Deinde postquam in terris visus est et diu cum hominibus conversatus delectabat eos per singulos dies novis miraculorum ludis. Hoc fuit mirabiliore quod in hodierna sine tamen illusione novissimum omnium ludum lusit mirabiliorem postremo ipse sacramenti institutione de visibili se fecit in invisibilem qui pro presenti invisibiles existit in futuro seculo se denuo exhibebit electis facie visibilem quando videbunt non iam per speculum in enigmate manna absconditum sed facie ad faciem. Et ille ibi. Et

dabo illi calculum candidum. Secundum Haymonem calculus est lapis preciosus qui carbunculus appellatur eo quod in tenebris constitutus sicut carbo succensus fulgere perhibetur. Per hunc autem lapidem ipse Christus intelligitur qui inter huius seculi tenebras refulsit quia verbum caro factum est et habitat in nobis. Unde et bene candidus dicitur quia sine ulla peccati obfuscatione mundo hominibus apparuit et divinitatis sue luce tenebras nostre mortalitatis illustravit. De hoc lapide dicitur hebreorum xiii° c 3 Et de Christo lapide Ysaye 28 Ecce mittam in fundamentis lapidem probatum. Dicit ergo vincenti id est de mundo atque auctore mortis triumphanti dabo calculum candidum id est dabo ei meipsum in premium ut sit mecum et comparticeps in gloria regni

Unde dicitur Johannis primo Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Ut sicut ipse est filius dei per naturam ita sint isti per graciam scilicet in qua videlicet adopcionis gracia. nomen etiam novum dicitur quia nomen christianum prius inauditum a christo tamen fideles christiani vocantur. Sicut ab israel israelite. a iuda iudei. De hoc nomine per Ysayam prophetam capitulo 62 dominus certe sue ante dixit Vocabitur tibi nomen novum quod os domini nominavit. In calculo itaque hoc nomen novum quia ab ipso cepit exordium a quo omnes christiani nominantur. Et hoc nomen soli datur victoribus. id est omnibus ad vitam eternam predestinatis qui huius nominis dignitatem operibus exornant. Unde subiungitur in litera. Quod nemo scit scilicet per experimentum nisi qui accipit. id est ad accipiendum est predestinatus ait haymo. Scire enim cum positum est hic pro eo quod est experiri. Talimodo dicuntur mulieres necdum cognovisse viros. id est que nondum fuerunt experte viri thorum. Nemo ergo scit hoc nomen nisi qui accipit id est nemo virtute huius nominis et dignitate moribus et vita defendit nisi qui ante fuit predestinatus a deo ut filius dei non solum nominetur sed etiam sit. Nosse etiam hoc nomen ad custodiam mandatorum pertinet. Quocirca Johannes in canonica dicit Qui se dicit nosse deum et mandata eius non custodit mendax est et veritas in eo non est. 1 Johannis 2o. Nemo itaque scit hoc nomen nisi qui accipit id est nisi qui ad hoc predestinatus est a deo ut vere christianus vocetur et sit. Potest etiam per hunc lapidem istum ad candidum caritas intelligi que candorem habet per hoc quod vestis est nupcialis opiens ingredine peccatorum. Perque autem per amorem quo diligitur deus et homo. Datur ergo vincentibus calculus candidus ut diligant deum et proximum. Datur in calculo nomen novum ut ipsam dilectionem adimpleant in mandato novo. Dicit enim Salvator Johannis xiii° Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. Huius nominis virtutem solus scit qui accipit id est qui in mandato novo illud custodit quod discipulus est collatum. Secundum [illegible] per calculum eciam significatur quia sicut antiqui multitudine lapidum ad dividendos [illegible] congregabant. Sic doctores verba sancti ewangelii in cordibus suis colligunt que dividunt. Ysaye vi. Accepit os meum calculo. Secundum vero angelum in originali per mana immortalitas significatur. Per calculum corpus candidum per baptismum in quo nomine novum id est notitia filii hominis quod nemo scit nisi qui accipit per revelacionem vel experienciam. Unde de infidelibus dicitur 1 Cor ii°. Si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Aliomodo per mana absconditum potest intelligi gloria anime que consistit in visione fruicione tencione. Que potest ideo dici manna quia sicut mana sapiebat unicuique prout volebat. Sic gloria eterna omnia oblectamenta affert unicuique. Per calculum autem candidum potest intelligi anima licet corpus dote claritatis decoratum quod dicitur calculus sive lapillus quia est [illegible] sicut et lapis. Et in calculo nomen novum scriptum quia tunc qualitates manifeste et corporalis per dotes gloriose corporis erit ascripta civilitati celestium. Quod nemo novit nisi qui accipit quia magnitudo illius retribucionis non est cognoscibilis a viatoribus sed a comprehensoribus qui iam eam acceperunt. Et satis congrue per calculum candidum significatur corpus glorificatum quatuor dotibus decoratum. Calculus enim est lucidus in quo refulgencia corporis et claritas designatur. Item est solidus in quo impassibilitas denotatur. Item modicus in quo subtilitas. Item rotundus in quo agilitas significatur. Hunc ergo calculum candidum id est corpus glorificatum hiis quatuor dotibus decoratum Dominus dabit pro premio vincenti. Et in calculo id est in tali corpore glorificato nomen novum scilicet nomen filii vel amici non servi quod est nomen vetus. Johannis xv° Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis. Et additur in litera scriptum quia ex gloria corporis apparebit quod sint amici et distinguntur a reprobis. 1 Johannis 3o Karissimi nunc filii dei sumus et nondum apparuit nobis quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Sequitur Quod nemo scit scilicet perfecte nisi qui accipit id est donec accepit. In hac enim vita nemo potest scire perfecte gloriam

corporis glorificati. Nam corpora beatorum post resurrectionem mortuorum erunt summe
claritatis et maxime lucīditatis. erunt perfecte decorata dote impassibilitatis
agilitatis et subtilitatis. Secundum Bonaventuram IIII° Sententiarum d. xlix. inter corporales creaturas
quas per nostram consuetudinem videmus nichil sit lucidius et clarius sole. Corpora
vero beatorum refulgebunt sicut sol ut dicit Salvator Mathei xiii° Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. et non solum sicut sol nunc fulget
sed sicut tunc fulgebit quando iuxta Ysaye vaticinium c. xxx lumen
solis augebitur septempliciter. ergo secundum Augustinum si quilibet iustus fulgebit sicut sol
in regno patris electorum quanti putamus esse fulgoris ipsum solem iusticie
Christum. Tanti nimirum est quod sit speciosior sole et super omnem stellarum dispo-
sicionem luci comparatus invenitur per Sapiencie viii°. Et ut beatitudo anime Christi
precellit beatitudinem omnem cuiuscumque alterius anime sic claritas sui corporis
precellit claritatem corporalem cuiuscumque alterius hominis. Confirmatur prima pars
antibus quia Moyses adhuc existens in mortali corpore ex consorcio sermonis divini
in monte Synay faciem habuit cornutam et tam splendidam quod seniores
populi non poterant intendere in faciem eius nisi operiretur. ut scribitur
Exodi 30. ergo multomagis illi qui in corpore immortali visione beata et sta-
bili contemplantur eternam dei maiestatem habebunt claritatem et lucīditatem
in suis corporibus gloriosis et precipue ita fuit claritas tam corporis gloriosi
Non est omnino invisibilis ab oculo non glorioso. Quia etsi corpora glorificata
erunt clara lucida ac quia supernaturali dei virtute secundum Gregorium xviii moralium
ac etiam aliquomodo ex redundancia beatitudinis anime tamen erunt colorata
virtute non. Quicquid ergo comprehenditur sub per se obiecto alicuius potencie in illud
aliquomodo potest illa potencia. Sed omne lumen corporale comprehenditur sub per se
obiecto potencie visive nondum glorificate ex 2° de anima. ergo nullum lumen
corporale est omnino invisibile respectu talis potencie. Etiam dampnati in die
iudicii videbunt claritatem corporis glorificati Christi secundum Augustinum et tunc te
divitem visio claritatis eius secundum Christum communis erit bonis et malis ut dictum
est c. i. Ex quo patet corpus Christi tali claritate corporis gloriosi ad inferum
oculum non habeat proporcionem congruentem. que requiritur ad hoc quod visio sit delectabilis
tamen non est ibi omnimoda improporcio quia communis oculus infirmus non glo-
rificatus non possit tantam claritatem fixe per aliquam notabilem moram
intueri. tamen et hoc non habetur. cum raptim et transitorie non possit
eam videre. hoc enim solis claritate raptim intuetur. Communiter non
posset stabiliter figere oculum in huiusmodi visione. Preterea 2° quod Augustinus
dicit Noluit Christus in ea claritate qua surrexit discipulis apparere
quia ipsi non potuissent tantam claritatem videre. Non capit non posse
pro eo quod est omnino impossibile. sed pro eo quod est difficile. quia licet
tantam claritatem videre non sit impossibile oculo non glorificato. tamen
huiusmodi visionis continuacio forte cecitatem induceret sicut excellenciam
sensibilis que sensum corrumpit ex 2° de anima. Secundo vero probatur
quia corpora beatorum post resurrectionem mortuorum erunt perfecta dote
impassibilitatis. patet quia nobilissima condicio corporalis non debet denegari nobi-
lissimis corporibus. Sed impassibilitas est nobilissima inter corporales con-
dicionibus quia ipsa naturaliter convenit nobilioribus mundi corporibus puta celestibus
Et etiam corpora beatorum post resurrectionem sunt nobilissima quia ipsis debetur
nobilissimus locus puta celum empireum ut dicitur. Et hanc impassi-
bilitatem gloriose corporibus promittit apostolus i Cor. xv dicens Oportet cor-
ruptibile hoc induere incorrupcionem et mortale hoc induere mortalitatem
ubi dicit glossa. Omnes habebunt equaliter quod pati non poterunt Et hec impassi-
bilitas communis erit procedit a divina voluntate insuper tollit ordinem
subtractis ipsorum corporum beatorum ex quorumcumque agencium. sed actione
corruptiva seu afflictiva. tamen etiam aliquo transfertur ab anima beata
que huiusmodi corpus informabit. cui deus dabit talem virtutem quod corpus
per ipsam vivificatum potest ab omni actione lesiva preservari secundum beatum
Augustinum in libro ad Dyascorum dicentem Tam potentem naturam fecit deus animam
ut ex eius plena felicitate redundet in corpus sanitas perpetua et vigor
incorruptibilitatis. Et hec concordat intelligendum est de impassibilitate ut opponitur
passioni corruptive et afflictive. que magis facta naturaliter abicit a substancia

Vel saltem affligit ipsum patientem. Quia loquendo de impassibilitate improprie opposita passioni
que est salus et perfectio, qua passione patiens nec corrumpitur nec leditur, sed
perficitur, sic impassibilitas non spectat ad dotem corporum beatorum, quia potentie
sensitive in beatis non erunt ociose, sed continue vel semper suis actibus erunt quiete.
Cum igitur sentire sit quoddam pati, ut patet. Sentient beati oculo corporali. Vide-
bunt corpus Christi et corpora sua mutuo, ac alias res sensibiles, prout faciunt
ad eorum delectationem. Remoto tamen eo quo huiusmodi res possent inferre
aliquam lesionem, ergo illo modo non habent impassibilitatem. Tercia aliter pars dotis
de dote agilitatis, patet quia illa corpora que non solum super terram verum eciam super
mare velocissime possint moveri ad omnem dictam positionis motum superiora
et inferiora, illa sunt agilia. Sed corpora glorificata sunt huiusmodi. Vide patet
per glossam et expositores super illo Sapiencie 3: Fulgebunt iusti et tamquam scintille
in arundineto discurrent. Item si aliquis homo posset volare per aerem
absque hoc quod lassaretur, et velocissime moveri sine labore, ille diceretur predictus
mirabili agilitate. Sed quilibet beatus resumpto suo corpore hoc poterit, ut patet
Ysaye xl°: Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem suam, assument
pennas sicut aquile etc. Etiam si corpora beatorum non essent valde agilia,
nequaquam suis corporibus possent ad celos ascendere, quod tamen faciet, ut fide
tenemus, mediante parto iudicio, quia equali velocitate sicut angeli ascendent cum
ipso iudice domino Ihesu Christo. Et eciam ratione predicte agilitatis anime beatorum
moveant sua corpora vallide velociter, tamen non possunt huiusmodi corpora movere
de loco ad locum in instanti, quia omne divisibile dum movetur a virtute creata,
necesse est secundum aliquam sui partem est in termino a quo, et secundum aliquam in termino
ad quem, et sic movetur successive et non in instanti. Sed quodlibet corpus glo-
rificatum est divisibile, et anima movens ipsum est virtutis infinite, igitur etc.
Quarta vero pars dotis que est de dote subtilitatis, patet quia corpus potens existere
in eodem loco cum alio corpore equali sibi, est summe et maxime subtile.
Sed corpus cuiuslibet beati potest hoc. Ita si deberet oppositum, tunc nullus beatus cum
suo corpore posset transire celum nisi dilaceraret ipsum, quod autem est falsum utpote
etiam corpus Christi est preditum iam dicta subtilitate, ut credit ipse Christus in
sua nativitate, resurrectione et ascensione, ut patet etc. Ad philippenses 3: Salvatorem etc.
Sed hoc non erit virtute propria sed divina. Nam secundum doctorem sanctum in 4°
de quolibet articulo ultimo questio xxii. Duo corpora esse in eodem loco prohi-
betur ex dimensionibus quibus substat materia corporalis, quia materia corporalis sortitur
dimensiones divisas. Dimensiones autem distinguuntur secundum situm. Cum ergo gloria
non tollat dimensiones corporis, corpus gloriosum non potest naturaliter esse cum alio
corpore in eodem loco propter illam causam. Deus autem qui est causa prima
omnium, potest conservare effectus in esse sine causis proximis. Unde sicut
in sacramento altaris conservat accidentia sine subiecto, ita potest conservare distinctionem
materie corporalis et dimensionum in ea absque diversitate situs. Miraculose igitur
fieri potest quod duo corpora sint in eodem loco. Unde Christo attribuitur
a sanctis quod exivit per clausum virginis uterum. Et quod intravit ad discipulos
ianuis clausis per virtutem divinam. Et similiter corpus gloriosum quod erit
configuratum corpori claritatis Christi poterit esse cum alio corpore in eodem
loco, non propter aliquam virtutem creature inditam, sed sola divina virtute assistente
et hoc operante. Sicut et corpus Petri sua umbra sanabat infirmos,
non quidem ex aliqua virtute naturali indita, sed divina virtute assistente et miracula
faciente, ut habetur ibi ubi supra. Ex quibus omnibus sequitur corporis et anime beatitudo
post suorum corporum resumptionem augebitur extensive et etiam intensive.
Patet quia facta resurrectione maius gaudium habebit anima de sui corporis
glorificatione. Etiam ablato tali impedimento quo anima retardatur ne tota
intentione feratur in summum celum, quod est ipsa divina essentia, tunc anime beatitudo
videtur intendi vel augeri, sed resumptis corporibus tunc huiusmodi impedimentum
aufertur a beatis animabus, igitur etc. Maior patet, quia ex quo beatitudo animarum consistit
in perfecta coniunctione cum illo summo celo. Sequitur quod ab eodem augeatur anime
beatitudo ratione cuius aufertur impedimentum huiusmodi coniunctionis. Minor patet per
beatum Augustinum, qui dicit quod anime inest quidam appetitus naturalis corporis
administrandi que retardatur quodammodo ne tota intentione pergat in illud summum
celum

donec ille appetitus conquiescat. Prima tamen pars secundi specialiter patet quia utique ceteris
paribus tunc maior est extensive beatitudo anime duplici stola decorate quam
una tantum. Sed ante corporis assumptionem anima beata dicitur una stola decorata
et post resurrectionem duplici. Unde canitur de beato Augustino qui sitivit intimum
gustavit eternum decoratus una stola securus quod de reliqua. Secunda eius
pars patet quia quanto anima est perfectior tanto sibi convenit perfectius operari. Sed anima
beata reunita suo corpori est perfectior quam ab eo separata. Ergo anime reunite bea-
titudo que consistit in sua nobilissima operatione erit perfectior et per consequens
intensior. Arguitur quia ceteris paribus tunc sola virtus et operatio se proportionaliter
consequuntur et ideo perfectiore modum subeunt sequitur perfectior modus virtutis et
perfectiorem modo virtutis perfectior modus operationis. Maior autem patet quia nisi per accidens
impediatur tunc per se loquendo quelibet pars perfectior est in suo toto quam separata
ab eo. Sed anima est pars essentialis humane nature integrate ex anima et corpore.
Ergo anima beata reunita suo corpori perfectior est quam ab eo separata. Ratio
Bone venture in breviloquio. Quia enim retributio divina debet fieri secundum quod
requirit gubernatio ordinata providentie virtuosa et quia auctor in productione corpus
anime alligavit et naturali ac mutuo appetitu invicem copulavit in guber-
natione vero subiecerit et in statu meriti fecerit et spiritus condescendet et intendet
corpori gubernando propter exitum in merendo nec naturalis appetitus patitur
quod anima sit ad plenum beata nisi restituatur ei corpus ad quod resumendum
habet inclinationem naturaliter insitam. Nec regiminis ordo sustinet quod restituatur corpus
spiritui beate nisi sit illi per omnia conforme et subiectum quantum potest spiritui
corpus conformari. Quoniam igitur spiritus est visione lucis eterne clarificatus
ideo debet in eius corpore claritas lucis maxime resultare. Et quia vero spiritus tenetur
eternitatis factus est omnino impassibilis. Ideo in eius corpore debet esse omnimoda
impassibilitas tamen inest quam ex ... Quia delectationem illius summi spiritus est
summe spiritualis effectus ideo in corpore debet habere correspondentem spiritualitatem
et subtilitatem. Quia vero ex hiis omnibus spiritus promptissimus est ad ten-
dendum in deum. Ideo in corpore glorioso debet summa agilitas reperiri. Con-
cludendum igitur per has quatuor proprietates fit corpus spiritui conforme et etiam subiectum
hinc est quod in hiis quatuor dotari dicitur ratione quorum ydoneitate
sequitur spiritum et locari in regione celesti que est regio beatorum. Un-
de hiis quatuor proprietatibus simulatur corporibus celestibus per quas quasi gradati
distat celeste corpus a quatuor elementis et sic dos corporum quadruplicata
et corpus in se perfecte reddit conforme habitationi celesti et spiritui
beato per quam a summo capite deo usque in oram vestimenti scilicet corporis
plenitudo dulcedinis et beatitudinis eternitatis redundat et contentum est ipse
plenitudo dulcedinis et beatitudinis ebrietas redundat et conceptum est ... summe claritate
dotata erunt ergo corpora beatorum post resurrectionem mortuorum summe claritate
impassibilitatis ... in ... ante hoc filium. Thome per manna
absconditum potest intelligi premium substantiale beatorum spiritum quod consistit
in visione fruitione et tentione unius summi boni scilicet dei quem videbunt
facie ad faciem, hoc est nude et sine velamine quo fruentur avide
et delectabiliter que etiam tenebunt sempiternaliter. Ut sic versificetur illud Bernhardi
super cantica sermone xi dicitur quod deus futurus est rationi plenitudo lucis,
voluntati multitudo pacis et memorie continuatio eternitatis. Et propter
hoc exclamat Bernhardus ubi dicens: O veritas eternitas caritas. O beata
et beatificans trinitas ad te mea misera trinitas miserabiliter et inseparabiliter
suspirat quia a te infeliciter exulat. Discedens a te quantis se intricavit
erroribus doloribus et pavoribus. Heu me quales pro te commutavi
trinitate. Cor meum conturbatum est et inde dolor. Dereliquit me virtus
mea et inde pavor et lumen oculorum meorum non est mecum et inde
error. Ecce quam dissimilem trinitatem o anime mee trinitas mutasti. Tamen
Quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi cum error a ratione dolor a voluntate et timor
omnis a memoria recessit et successit illa quam speramus mira serenitas
plena suavitas eterna securitas. Primum illud faciet veritas deus secundum caritas deus
tertium summa potestas deus ut sit deus omnia in omnibus. I. Cor. xv. Rationem
complete lucem inextinguibilem voluntati pacem inperturbabilem memorie
... fonti indeficienti eternaliter inherentem. Primum appropriatur filio secundum spiritui
sancto tertium patri. Hec ille. Cuius ratio potest esse. Secundum Bonaventuram ... quia enim

uisterum perpetuo dz fieri cum qz exigit retributio iusti et etiam productio virtuosa
Et quia productio dei fecit rationalem spm prope deum capacem dei cum viim
ymaginis indite ipsius beatissime trinitatis cui in iustis totum hominis spiritus
cum integritate ymaginis describuit hinc est qz nullo nisi deo potest donat
spus satiari nec impleri sicut eius capacitas trinitati ideo in premium
finale dabitur et deiformitas glorie per quam deo effectum conformis et ratione
videat ipsum clare et voluntate diligat plene et memoria retineat in
eternum Ut sic anima tota vivat et tota dotetur in tribus anime viribus
tota deo fruetur tota illi uniatur tota in illo requiescat in ipso
sicut in omni bono inveniens locum pacis et sufficientiam sempiternam per quam
in statu omnium bonorum aggregatione perfecto constituta et eterna vita
vivens dicatur beata et gloriosa Et hoc premium finale quod potest intelligi
per manna quia sic manna sapiebat unicuique prout volebat Sic gloria
eterna omnia oblectamenta affert unicuique Quod attendens anshelmus
in fine proslogion dicit Cur per multa vagaris homuncio querendo bona
anime tue et corporis ama unum bonum in quo sunt omnia bona et sufficit
desidera simplex bonum quod est omne bonum et satis est Quid enim amas caro
mea quid desideras anima mea ibi est quicquid amatis quicquid desideratis
Si delectat pulcritudo fulgebunt iusti sicut sol Si velocitas aut fortitudo
aut libertas corporis cui nichil obsistere possit erunt similes angelis dei
quia seminatur corpus animale et surget corpus spirituale potestate utique non
natura Si longa salubris et eterna vita Ibi est sana eternitas et eterna
sanitas quia iusti in perpetuum vivent et salus iustorum a domino
Si sacietas Saciabuntur cum apparuerit gloria dei Si ebrietas inebriabuntur
ab ubertate domus dei Si melodia ibi angelorum chori canunt sine
fine deum laudantes Si quelibet non inmunda sed munda voluptas
torrente voluptatis sue potabit eos deus Si sapientia ibi dei sapientia
ostendet seipsam sapientiam Si amicitia diligent deum plus quam seipsos et
invicem tamquam seipsos et deus illos plus quam illi seipsos quia illi illum
et se invicem per illum et ille se et illos per seipsum Si concordia omnibus
illis erit una voluntas quia nulla illis erit nisi dei voluntas Si potestas
omnipotentes erunt sue voluntatis ut deus sue Nam sicut poterit deus
quod volet per seipsum ita poterunt illi per illum quod volent quia sicut
illi non aliud volent quam ille ita ille volet quicquid illi volent
Et quod ille volet non poterit non esse Si honor et divitie sunt desiderantur
deus servos suos bonos et fideles super multa constituet immo
filii dei et dii vocabuntur et erunt et ubi erit filius dei erunt et illi
heredes quidem dei coheredes autem christi Si vera securitas certe ita certi erunt
numquam et nullatenus istud bonum sibi deesse vel potius defuturum sic
certi erunt se non sua sponte id amissuros nec dilectorem deum suis di-
lectoribus invitis ablaturum nec aliquid deo potentius invitos deum et illos
separaturum Hec ille Et Augustinus libro soliloquiorum c 21 Qualia queso et
quanta et quam innumerabilia erunt illa bona que preparasti diligentibus te
domine in illa celi patria ubi te videbimus facie ad faciem Si tanta
nobis in carcere quid agis in palatio Magna et innumerabilia sunt opera tua domine
et cum sint hec valde bona et delectabilia que bonis pariter et malis
communia tradidisti qualia futura sunt illa que solis bonis recondidisti Si
enim innumera et varia sunt dona tua que amicis pariter et inimicis
quam magna et innumerabilia quam dulcia et delectabilia que solis tuis largieris
amicis Si tanta solacia in hac die lacrimarum quanta confers in die
nuptiarum Si talia delectabilia continet carcer quanta queso continet
patria Hec ille Idem sermone 22 ad fratres heremitas Tanta est ibi pulcri-
tudo iusticie tanta iocunditas lucis eterne hoc est incommutabilis
veritatis et sapientie quod etiam etsi non liceret amplius manere quam unius diei
moram propter hoc solum innumerabiles anni vite huius plenam deliciis et
circumfluentia bonorum temporalium recte merito quam contempnerentur Hec omnia
Sed quod invitat nos idem augustinus in libro de novo cantico circa fine dicens

estimari ad illam patriam cuius cives angeli sunt cuius templum deus pater cuius splendor filius cuius amor seu caritas spiritus sanctus. Civitas sancta civitas beata civitas ubi nullus perit amicus quo nullus admittitur inimicus civitas ubi nullus moritur quia nullus oritur nullus infirmatur quia incorrupta salute letatur. Cum illuc venerimus non ibi esuriemus et sitiemus visio nostra ipsa saturitas erit non ibi dormiemus quia non ibi laborabimus nulla [illegible] dei erit ibi nostra affectio ubi nulla erit defectio. Vivemus agemus et letabimur. Si sum debeatur cum de ea loquimur quid erit et vide vide deum vivere cum deo vita nostra erit laudare deum et sine defectu eum amare. Beati enim ait propheta qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Et idem super ps. Beati quorum est hic negotium laudare deum non arant non seminant non molunt non coquunt opera ista sunt necessitatis ibi necessitas non est non furantur non depredantur non adulterantur opera ista sunt iniquitatis ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti non vestiunt nudum non suscipiunt peregrinum non visitant egrotum non concordant litigiosum non sepeliunt mortuum opera enim ista sunt misericordie ibi nulla miseria est in qua fiat misericordia. O beati putamus erimus nos si terra superiorem de superiori exclamamus. Et quid sumus ut id sumus mortales proiecti abiecti terra cinis etc. Et hec de manna abscondito de quo dicit Bernhardus O gloriosa et amabilis sponsus anima habebis in terra sub sacramento in celis habebis sine velamento. Hic et quasi dulce prandium rotunda dispensatio ibi mutabile gaudium et beata quies de fide ad speciem de spe ad rem de mensa ad mensam de sabbato ad sabbatum fiet transmutatio. Tunc enim videbitur ipse Ihesus qui dulcis est in facie dulcis in ore dulcis in nomine. Hec ille. Super calculum autem candidum plura possunt intelligi iuxta multiplicem acceptionem calculi que patet in his metris Calculus est arena minus sua [?] Calculus est pondus minimus lapis ensis acutus. Et hic in proposito per calculum candidum secundum Nicolaum Liram intelligitur corpus humanum dotibus claritatis decoratum quod dicitur calculus sive lapillus quia est tereum a domino sicut et lapis. Et in calculo nomen novum scriptum quia tunc qualitatibus beatis manifeste et corporaliter per dotes gloriosi corporis erit ascriptus civilitati celestium. Quod nemo novit nisi qui accipit quia dignitas illius debitoris non est cognoscibilis a viatoribus sed solum a comprehensoribus qui iam eam acceperunt. Unde Augustinus in sermone dedicationis qui incipit Recte festa ecclesie colunt qui se ecclesie filios esse cognoscunt dicit Cum pervenerit anima in eternam celum et ingressa fuerit beatam requiem et gloriam celestium promissorum multo plura et magnificentiora reperiet quam ei sunt in hac terra per sacra eloquia per prophetas et apostolos nunciata. Nunc enim tamquam in speculo et in enigmate. Tunc autem oculis suis videbit a facie ad faciem. Tunc ubi et illustris anima mox stupendas remuneratoris sui conspiciens divitias ineffabiles regine Sabe vocibus uti poterit ad deum dicens Verus est sermo quem audivi in terra mea super sermonibus tuis maiora sunt opera tua quam rumor quem audivi. Et revera id quod deus paravit diligentibus se fide non comprehenditur spe non attingitur caritate non capitur desideria et vota transgreditur acquiri potest estimari non potest. Habebit de perfectione famelicum non habebit de satietate fastidium. Hec ille. Et satis congrue per calculum candidum significatur corpus glorificatum quattuor dotibus decoratum. Calculus enim est lucidus ut supra.

Et angelo Thyatire ecclesie scribe. Hec dicit filius dei qui habet oculos tamquam flammam ignis et pedes eius similes auricalco. Novi opera tua et caritatem et fidem et ministerium et patientiam tuam et opera tua novissima plura prioribus. Quarta pars huius capituli in qua ponitur preceptum de scribendo quartam epistolam. Et dividitur in tres partes. In titulum et narrationem principalem ibi Novi opera tua. Et in conclusionem ibi Qui habet aures etc. In prima parte introducitur tres [?] ut in prioribus. Primo epistolam suscipientis cum dicitur Et angelo id est episcopo Thyatire ecclesie. Thyatira autem ut predictum est

[...] pro tertio illuminata et significat universam ecclesiam que illuminata est per christum qui est
lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum Johannis primo. Item
quod uni specialiter ecclesie sermo divinus dicere videtur generaliter ad omnem ecclesiam pertinet
fide christi illuminatam Isaie lx Surge illuminare Jerusalem quia venit lumen tuum etc.
Specialiter autem significat statum ecclesie tempore confessorum et doctorum qui ecclesiam
illuminaverunt meritis doctrinis et exemplis. Item tertio alios inspiratur vinces hostia
Una qui illuminati sunt et alios illuminant dicunt esse vinces hostia per carnis
mortificationem Ro xii Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra
hostiam viventem etc. Secundo introducitur persona defendens cum dicitur Scribe.
Quod expositum est prius. Tertio subiungitur potestas intellectus cum dicitur hec
dicit filius dei scilicet naturalis qui prius dictus est similis filio hominis ut
per hoc ostenderetur quod idem est filius hominis et dei. Et hic apte ostenditur cum
[...] cuius typum angelus gerebat qui hec ostendebat beato Johanni cum sua
verba confitetur esse verbi filii dei dicens hec dicit filius dei qui est secunda persona
in divinis qui multis nominibus in scripturis appellatur ut ex multis similitudi-
nibus in aliqualem notitiam divinam possemus pervenire. Una enim non
sufficit nec omnes quia omnis similitudo in creatura accepta est maior dissimili-
tudo cum creatore quam similitudo. Nimirum quia creator et creatura distant
inter se infinite non quidem locorum distantia sed in virtute et perfectione. Ut ergo
dei filius patri celesti ostenderetur omnino similis dicitur ymago. Et ut ostenderetur
sibi coeternus dicitur splendor patris ad Hebr i. Ut ostendatur immaterialiter genitus
dicitur verbum Johannis primo In principio erat verbum. Et ut ostenderetur patri consubstantialis
et cum eo esse eiusdem nature dicitur filius et cum eo esse eiusdem nature
dicitur filius. Circa quod potest queri utrum christus sit filius adoptivus
secundum quod homo sine aliorum preiudicio magister in iii di x dub. Christus non
est adoptivus filius alicuius sed tantum naturalis quia natura filius est non
adoptionis gratia. Non autem sic dicitur filius natura ut dicitur deus natura. Non
enim eo filius est quo deus est quia proprietate nativitatis filius est natura divinitatis
deus est et tamen dicitur natura vel nature filius quia naturaliter est filius tamen scilicet
huius nature quam ille qui genuit. Adoptivus autem filius non est quia non
prius fuit et postmodum adoptatus est in filium sicut nos dicimur adoptivi
filii quia cum nati fuimus ire filii per gratiam facti sumus filii dei. Christus
vero numquam fuit non filius et ideo non est adoptivus filius. Sed opponit
Magister sic arguendo ubi christus est filius hominis vel virginis aut natura
aut gratia aut utroque modo. Si natura aut divina aut humana. Sed divina non
ergo aut humana natura vel non natura est filius hominis. Si non natura ergo gratia
tantum et si etiam natura humana non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia
filius virginis est adoptivus filius esse videtur ut idem sit naturalis filius
patris et adoptivus filius virginis. Ad quod dicit potest christum filium virginis
esse natura vel naturaliter et gratia nec tamen adoptivus filius virginis est.
Cum non per adoptionem sed per unionem filius virginis esse dicitur
filius virginis dicitur eo quod in virgine hominem accepit in unitate
persone. Et hoc fuit gratie non nature. Unde Augustinus super Johannem Quod
unigenitus est equalis patri non est gratie sed nature. Quod autem in unitate
persone unigeniti assumptus est homo gratie est non nature. Christus ergo non dei
vel hominis est adoptivus filius sed dei naturaliter et hominis naturaliter et gratia filius.
Quod vero naturaliter sit filius hominis Augustinus ostendit in libro de fide ad Petrum
dicens Ille scilicet deus factus est naturaliter hominis filius qui est naturaliter filius
unigenitus dei patris. Quod autem non sit adoptivus filius et tamen gratia filius
patet per Jheronimum super epistolam ad Ephesios dicentem De christo Jhesu scriptum est
qui semper cum patre fuit et numquam eum ut esset voluntas paterna precessit
et ille quidem natura filius est nos vero adoptione. Ille numquam filius non fuit
nos antequam essemus predestinati sumus sed tunc spiritum adoptionis accepimus quando
credidimus in filium dei. Item Hilarius in iii libro de trinitate dicit Domine
Clarifica filium tuum. Non solo nomine contestatus est se esse filium sed etiam proprietate
cum ait Clarifica et tuum. Dei filii nos sumus sed non talis hic filius. Hic
verus et proprius est filius origine non adoptione veritate non nuncupatione

Octavum

Natiuitate non creatione Et augustinus super Iohannem ait Nos sumus filii gracia
non natura. Vnigenitus autem filius natura non gracia An hoc etiam idem
in christo ad hominem referendum est. Ita sane. Ex hiis euidenter ostenditur quod christus
non sit filius adoptionis Illa enim gracia qua augustinus eum esse graciam
filium asserit non intelligitur gracia adoptionis sed unionis qua filius dei
est filius hominis et econuerso. De quo quidem filio dei subditur in littera. Qui habet
oculos ut flammam ignis scilicet claros et penetrantes Et in hoc notatur perfecta
plenitudo sapiencie et sciencie filii dei. Quod dicit ut terreret malos qui erant
Thyatire Quorum peccata vidit filius dei quem eos iudicabit Boethius
ultimo de consolacione in fine Magna vobis est si dissimulare non vultis indicta necessitas
probitatis cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis Nam oculi domini
multo lucidiores sunt sole Ecclesiastici 23. Quia vident non solum corporalia sed etiam
et spiritualia, non solum presencia sed etiam preterita et futura, non solum exteriora sed et
interiora superiora et inferiora ea que in mundo sunt et que super solem. Proverbiorum 15
In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos Nam omnia nuda
et aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo est. Sequitur Et pedes eius similes
aurichalco Et in hoc designatur magnitudo potencie Exodi 24 Sub pedibus eius
quasi opus lapidis zaphirini. Qui ergo tales habet oculos, omnia videt, non est
possibile eum quicquam latere Et quia habet pedes tales omnia potest, quia per consequens
Non est possibilitas latendi quia per consequens non est possibilitas fugiendi vel evadendi
Ideo ad instruendum et ad terrendum congruenter ista premittit. Mystice vero
per oculos possunt significari doctores ecclesie primi temporis scilicet apostoli Per pedes vero
Doctores ultimi temporis Vnde haymo Oculi domini doctores intelliguntur qui
nos sua doctrina et exemplo illuminant et lumen sciencie prebent Pedes vero domini vel
sunt sancti predicatores per quos mundum circuit igne tribulacionis probati Vel
per ultima ac novissima illius membra extrema persecucionem tandem devicit
33 Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina eius Iob 30 Pedes
meos subverterunt Vnde Gregorius moralium xx Quid pedes ecclesie nisi extrema illius
membra quos adversarii subvertunt cum ad suum dogmatis errorem trahunt
Ysaye 52 Quam pulchri super montem pedes annunciantis et predicantis bonum. Abakuk 3o
Egredietur dyabolus ante pedes eius. Et Notandum quod oculi per quos ut
dictum est doctores et prelati significantur comparantur flamme ignis quia debent esse
in se lucidi per mundiciam, per scienciam, per bonam famam et fervidi per zelum
et caritatem Et debent alios illuminare ad dei cognicionem verbo predicacionis et infla-
mare ad amorem exemplo bone conversacionis Debent etiam in se et in aliis
rubiginem peccatorum consumere et paleas terrene cupiditatis comburere Sic Iohannes
baptista de quo dicitur Iohannis v Erat lucerna lucens et ardens Ecclesiastici 48
Surrexit helias quasi ignis et verbum illius quasi facula ardebat. Et sicut oculi
totum corpus regunt Sic doctores et prelati ecclesiam Iob xix Oculus fui ceco
Sic oculi non paciuntur in se pulverem sic ut prelati terrenum amorem ad Philippenses 2o
Sitis simplices filii dei sinceri sine reprehensione Matthei x Excutite pulverem
pedum vestrorum Sic oculi sunt tenerrimi per compassionem Sic prelati
omnibus compaciendo sicut apostolus fecit 2 Corinthiorum vj Quis infirmatur et ego non
uror 2 Regum 23 David sedens in kathedra sapientissimus inter tres ipse
est quasi tenerrimus ligni vermiculus Sic duo sunt oculi Sic gemini debent esse
doctores et prelati per dilectionem dei et proximi Luce x Misit eos binos
Ante faciem suam Sicut oculi delectantur in pulchritudine et abhominantur turpia
Sic prelati libenter videre debent aliorum bona et ea promovere in quantum possunt
ut in aliis delectari valeant tamquam messem in vtilitate plena Iohannis 4o
Levate oculos vestros et videte regiones quia iam albe sunt ad messem
Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam eternam
ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit Mala vero debent abhominari
secundum illud psalmi Iniquos odio habui et abhominatus sum Item sicut oculi egri
reparantur abstersione panni scarleti Sic prelati infirmi consideracione et meditacione
passionis domini sicut petrus infirmitatem suam curavit et hoc consulit apostolus ad
Hebreos xij dicens Recogitate eum qui talem pro nobis sustinuit a peccatoribus

conditionem, ut non faciem animus viris deficientibus. Item sicut reparatur oculi
lumen fellis Thobie xi° Sic prelati recordacione eterne dampnacionis. Infra 3 Inunge
oculos tuos colirio ut videas. Item purgatur sanguinis diminucione Sic
prelati recordacione eterne dampnacionis, peccatorum confessione vel nepotum et
propinquorum amissione. Ps. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero
et emundabor a delicto maximo. De talibus igitur oculis dicitur Cantic. v°
Oculi tui sicut columbe super rivos aquarum que lacte sunt lote et resident
iuxta fluenta plenissima. Sunt ergo doctores et prelati oculi in capite ecclesie
affixi, quibus eorum intuitu totum corpus dirigatur, ipsorumque direccione
omne noxium evitetur. Unde ait mirum ut per laus oculi proprietatibus ocu-
lorum columbinorum conscendit. Nempe restauracionis liber pluta sacra
pagina libro condicionis rerum scilicet hoc sensibili mundo quantum utitur ut homo
cecus vel caligans per peccatum per proprietates animalium aut volucrum exurgat
ad spiritualia et divina atque ex naturalibus perfectionibus aliorum virtutum vir-
tutes perfectos quod sibi debitas intelligat. Multe siquidem sunt et operose
proprietates oculorum columbarum quibus doctores esse se dicunt conformare et
ex operibus inferioris necessaria morum colligere. Quid quasi pulcrius oculis
in columba, quid placencius vivida subtilitate oculorum acie, quid cautius
in custodia, quid promptius in opere, dummodo tamen in affectu sit unitas et
unio. Nam si non sit affectus unio indubie non erit perspicacitas. Pro
hanc unionem singulariter laudabat sponsus in sponsa cum dicit Vulnerasti
cor meum soror mea sponsa in uno oculorum tuorum Cantic. 4°. Uni-
tas enim affectus pro uno oculo reputatur. Non potest autem esse unitas
affectus et consensus nec perspicacitas nisi fuit simplicitas in corde. Simpli-
citas vero dicit unitatem rectam et non involutam finis intencionis. Ob hoc
intencio finis plerumque oculus vocatur. Unde Salvator ait Luce xi. Si oculus
tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit
erit tenebrosum totum. Et sicut in unaquaque singulari persona intencio dicitur
oculus a cuius simplicitate vel duplicitate lux et tenebre totum corpus
circumdat et involvit ita in corpore politico vel mistico censendum est.
Cum ergo ecclesia dicatur columba, quia cuius intencio semper est simplex et recta,
Sequitur quod homines intencionem rectam non sequentes aut non intendentes, iam
non habent oculos columbinos sed miluorum vel accipitrum aspectus, de
quibus Ysayas loquebatur prophetando c. 34 dicens Illic scilicet in ecclesia con-
gregati sunt milvi alter ad alterum. Milvi autem ad litteram vocantur qualiter
omnes aves predam diripientes, que licet claris intrant oculis, tamen quia
simplicitate affectus non habent in volatu circulacionibus utuntur. Sic profecto
inter homines non recti in intencione licet positum in circuitu ambulant
et continue sunt ingenio prediti ac per alta volantes, circulacionibus sepe
absolvuntur et acuti in oculis, in hiis que sunt fidei faciliter oberrant
et istos propheta milvos appellat. Quorum genus est duplex. Primum quidem
genus est eorum qui de suo ingenio presumentes in superbia et cum
animi tumore alta arduissima quoque scrutantur. Aliud genus est illorum
qui temporalis commodi causa vel honoris gracia principaliter sacra investigant
studia. Certe omnes isti milvi sunt et accipitres et plerumque columbas
lacerant et profugant. De quibus in lege veteri et figurativa sacri-
ficium et oblacio fieri prohibebantur. Per primos namque lacerata fuit
ecclesia in sui origine, scilicet tempore tirannorum et hereticorum. Per secundos
vero patietur ecclesia in ultimis temporibus Sicut previdit Paulus scribens ad
Thymotheum. Erit inquit tempus in quo sanam doctrinam non sustinebunt sed
ad desideria sua coacervabunt sibi magistros etc. Notate: ad sua desideria.
Quoniam tunc insurget heresis, non quod veritas sit incognita, sed ipsam nulli volunt
intelligere ut suis desideriis et malis affeccionibus serviat, aut saltem
palam non obviet, et proprijs adinvencionibus nova inaudita quoque confingent.
Sic vero mundus in suo senio magis quam antea fantasticus vetera pro
novis, ecclesia pro dubiis vel incertis novitatibus illuditur. Quod iam proch dolor
nostre videmus. Nunquam praeter viris illustratis non duplicitate sed simpliciter

vincentibus certe pre oculis opus est. Quos etiam iuxta persuasionem Pauli ad Thy
laborare et vigilare oportet ne circulatoribus aliorum involvantur. Milvi namque
et accipitres id est homines superbi ad duplicitatem simulationibus vtuntur et sub
verborum volatu suam exercent rapinam. Sed columbinam econtra decet simpli:
citatem. dum in affectu non est fel nec procacitas. et intellectu lumine et
vigilancia pollent. Sane hec est illa simplicitas quam salvator suis commen:
dabat apostolis dicens. Estote simplices sicut columbe Math x. Porro
excitatio sensus et vigilancia columbis maxime insunt. Nam pavide sunt
et ab accipitribus timentes. gregatim volant quia plus vident oculi quam oculus.
Et plerumque super aquas quiescunt. vt semper transparentia aque cum reflexo
solis lumine venientem accipitrem ex vmbra perpendant. quem forte per corporali
obiectu videre non possent. atque ad vmbras advolatu omnes communiter evolant.
Sic profecto non sufficit viro ingenioso alta perscrutari carere periculo. nisi
etiam cum alijs gregatim suum exerceat studium. et conversacionibus studiosorum
hominum sepius exercitetur. atque cum sede cum ipsis super aquas necesse est. puta
inspicere fluenta doctrinarum antiquorum. nec non historias et decreta la:
bencium seculorum. Ibi namque perpendet versucias dyaboli. Ibi videbit involucres
et errores quorundam superborum. Ibi cognoscet a quibus cavendum est. Itaque
quecumque ingeniosum virum si errores caveat declinare necesse est documenta
sanctorum et exempla patrum videre nec non extrinsecus scolasticorum exequi. Et
primo ante omnia humilitatis gratia suum stabilire animum. sicut apostolus ad hebr
vltimo nos admonet dicens. Nolite varijs doctrinis et peregrinis abduci
Optimum est enim gratia stabilire cor. Cum hac enim gratia sit quasi semen omnia
volumina ingenio peragere. Optimum est autem. Qui ambulat simpliciter ambu:
lat confidenter. Nec vnquam a veritate fidei quempiam abduceret nisi prius
gratiam humilitatis simplicitatis vel aliquo dolo aliquo felle tumescere se:
concluderet ex superbia. Et ad investigandum veritatem orthodoxe. he due con:
diciones columbarum sunt necesse. Videlicet carere in affectu felle tumore et
superbie. ac super aquas sapiencie sedulo quiescere. puta circa doctrinam approbatorum
doctorum. suum exercere intellectum. Non tamen sufficiunt ad integritatem doctrine
servandam simplicitas et perspicacia. nisi etiam assit animosa solercia. presertim
in doctoribus et prelatis. sicut hanc solerciam salvator sub serpente serpentium
suis mandabat discipulis dicens. Estote prudentes sicut serpentes. Cuius per prophetam
Ozee vij°. Viris perspicatibus et liberatis huiusmodi solercia carentibus
sub nomine effraym columbe quodammodo hoc nomine impera. Effraym factus es
quasi columba seducta non habens cor id est animum solercia. Columba namque
communiter decipitur. ymmo statim repullulat vbi paulo ante raptos pullos
ingemiscebat. Serpentes vero non sic. quia tanta astutia animoque pro suis suorumque
custodia callent. qui eciam contra magicas artes providi. obturant aures
suas ne vocem audiant dulcis incantantis. Vnde Gen 3°. Serpens erat callidior
omnibus animantibus. Ita prorsus conformant. Videmus quosdam homines
quasi toto corpore reptantes super terra id est nil aliud quam terrena sapientes
vt serpentes omni dolo et veneno plenos. pro suis desiderijs consequendis
ingenio et astutijs pungere per ceteris. atque mirabili animositate plerumque
ardua congredi. Horum autem animositatem et industriam cum simplicitate
columbe. salvator voluit esse prelatos. Vt qui astutijs et dolositatibus
malorum resistent. et vt serpentes faciunt. caput suum omnibus custodire
et protegere curarent. Caput siquidem nostrum Christus est. cui iungimur per fidem
fide vero dissoluta. iam separati sumus a corpore cuius Christus est caput. Quapropter
omni solercia omnique animositate curandum est vt fides integerrima conservetur
quam assiduis machinacionibus dolis et artibus vt nostrum auferat caput
satagit malignus spiritus. Que fides adeo tenera est. quod modica lesione
facta mox sicut venenum serpentis plaga. et sic tamquam morbus. cui nisi
celeriter occurratur. cito totum corpus inficit concitat ruinam. Quapropter doctores
et prelati positi sunt custodes contra versutias huius maligni spiritus. Vt tamquam

Vigiles civitatis die noctuque casas exploret. Exploratis quoque, circuitu aliis denunciate ne cessent ut caveant. Unde sicut in castris nocturne excubie alternis clamoribus se solent excitare ne somnus eos opprimat et interim inimicus irruat, sic hii mutuo incessanter debent pulsare crebris exhortacionibus quoque ad invicem scribendo ne quispiam eorum dormiat et torpore sopiatur. Sic namque omnium predecessorum prelatorum et doctorum una vox resonans in ecclesia de manu ad manum successive continuata eos adhortatur et sollicitat ut vigilanter et sine somno super suam stent custodiam. Porro huius sollicitudinis vocem desuper dat propheta clamans: Custos quid de nocte, o custos quid de nocte. Et si diceret vox illa: Quid facis custos de nocte, cave ne dormites. Vigila quia nox obscura, hostis callidus prope muros semper stat vigil semper neque fatigatur et assidue oppugnat. Et dicit custos: venit mane et nox. Si queritis querite. Isaye 21. Sic predecessores constat fecisse mutuis namque epistolis se exhortabantur vicissim se sermonibus pulsabant, increpacionibus arguebant errores et defectus alterutrum reprehendebant, quibus omnibus contra machinamenta dyaboli pro se suisque subditis resistenciam preparabant. Nota sicut visum corporale ita solent principaliter impedire scilicet tumor elevatus, humor superfluus et pulvis iniectus, predictorum namque quodlibet visum impedit et oculos turbat aliqualiter, sed si nimis invalescit excecat totaliter. Sic oculos cordis oculos quoque turbant quoque excecant tumor superbie, humor luxurie et pulvis avaricie.

Primum patuit in angelo supremo, qui per superbiam de celo in abyssum de luce in tenebras cecidit et de visione in cecitatem. Iuxta illud Isaye 14: Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Quod propheta a se eo removeri petit dicens: Non veniat michi pes superbie. Psalmus 35. Et subiungit quare hoc petat dicens: Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem. Ibi ut inquit Augustinus in pede superbie. Audi pedem superbie: Qui cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt. Venit ergo illis pes superbie. Unde venerunt in profundum. Tradidit namque illos deus in concupiscentia cordis eorum, facere que non conveniunt. Evanuerunt namque in vanitatibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum. Ad Romanos 1. Taliter excecantur omnes sive clerici sive layci in quibus regnat tumor superbie, excellencie et libido dominandi et aliis preessendi et universaliter omnes ambiciosi qui ambiunt super alios principatum, prelaciones, dignitatem vel curam ecclesiasticam vel secularem. Curiosi qui docere vel discere cognitive vel loqui studet magis curiosa quam fructuosa, nova quam vetera, subtilia quam utilia, inflancia quam edificancia. Contra quos dicitur Ecclesiastici 3: In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus operibus eius non eris curiosus. Et Seneca in quadam epistola dicit: Si multum superessit etatis parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis unde cum tanta dementia est supervacua discere in tanta temporis egestate. Et ideo beatus Bernhardus super cantica tractans id Apostoli 1 Corinthiorum 8: Si quis se existimat scire aliquid nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire, dicit: Vides quod non approbat multum scire si modum sciendi nescierit. Vides quo fructum et utilitatem sciencie in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit: Nisi ut scias quo ordine, quo studio, quo fine unumquemque nosse oporteat. Quo ordine, ut illud prius quod maturius movet ad salutem. Quo studio, ut illud ardencius quod ardencius movet ad mortem. Quo fine, ut non ad inanem gloriam et ostentacionem sed ad tuam et aliorum salutem principaliter at ad dei gloriam. Iuxta illud Apostoli 1 Corinthiorum 10: Sive manducatis sive bibitis sive aliud facitis omnia in gloriam dei facite. Et ad Colossenses 3°: Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri Ihesu Christi facite, gracias agentes deo per ipsum. Dico 2° quod humor luxurie excecat oculum cordis. Luxuriosus namque sapienciam despicit, carnem suam et animam maculat et corrumpit, de membris Christi membra meretricis facit. Et quodlibet istorum magna cecitas est. De primo dicitur Ecclesiastici 21: Verbum sapiens audiet luxuriosus et displicebit illi et proiciet illud post tergum suum. De 2° 1 Corinthiorum 6: Qui fornicatur in corpus suum peccat

Secundum

Ergo sicut anima peccando perdit, sic et corpus maculat et destruit. De tercio idem: Corpora vestra sunt membra Christi. Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quod qui adheret meretrici unum corpus efficitur? Fugite ergo fornicationem, ut ibidem dicit apostolus generaliter omnibus. Specialiter autem viris ecclesiasticis qui dicuntur esse tamquam angeli, quia dicuntur esse puri et immaculati. Unde et angeli dicuntur, iuxta illud Malachie 2: Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Valde ergo detestandum est illud vicium in sacerdotibus qui tamquam angeli ad divinum cultum et ad mellifluissima Christi misteria sunt deputati, et in templum dei vivi conserti; propter quod dicit apostolus 2 Cor. 6: Nolite iugum ducere cum scorto. Que enim participatio iusticie ad iniquitatem, aut que societas lucis ad tenebras? Et quis consensus templi dei cum ydolo? Cum ydolo, dico, hoc est cum scorto, quod sibi facit ydolum, dominum de templo dei et membris Christi templum scorti et membrum meretricis constituit. Propterea ergo dicit dominus: Et immundum ne tetigeritis, apostolus ubi supra, et Ysaie 52: Recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, mundamini qui fertis vasa domini. De tercio dixi quod oculum cordis excecat pulvis avaricie. Avarus enim deum deserit, proximum decipit, et animam suam parvo precio vendit. Et hoc utique maxima cecitas est. De primo 1 Thimo. 6: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide. Et si forte aliqui verbo dicant se esse fideles, tamen deum negant facto, iuxta illud apostoli ad Thitum primo: Confitentur se nosse deum, factis autem negant. De secundo dicitur in psalmo 61: Mendaces filii hominum in stateris ut decipiant. Unde avarus non timet incurrere periurium, mendacia confingere et proximum dampnificare ut ipse possit nummorum acquirere. Et ista est maxima cecitas. Et satis mirum est quod hec non advertunt illi principes quibus committitur gubernatio reipublice et scienter permittunt fraudes et dolos multiplicare contra legem naturalem, divine et humane repugnantes. Unde Proverbiorum 11 dicitur: Statera dolosa abhominatio est apud deum. Ubi per stateram dolosam omnes decepciones, fraudes et doli intelliguntur. Et ibidem 20: Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abhominabile est apud deum. Et hoc idem allegat Augustinus super iam predicto loco psalmi et exponit: Mensura scilicet minor qua vendas, et maior qua emas. Et qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt sed etiam qui consenciunt facientibus, ad Ro. 1. Consenciunt autem omnes quorum est talia corrigere et non corrigunt, sive sint potestates seculares sive spirituales, quorum alii tenentur corrigere facto, alii verbo. Et si non correxerint, una cum facientibus iudicabuntur, iuxta illud Sapientie 6: Horrende et cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet. De tercio dicitur Eccl. 10: Nichil iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam suam venalem facit, qui in vita sua proiecit intima sua. Unde et de tali loquens propheta in psalmo 51 dicit, quomodo a sanctis irridebitur dives: Videbunt iusti et timebunt et super eum ridebunt et dicent: Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine diviciarum suarum. Sed forte, sicut Augustinus dicit super eundem psalmum, audiunt aliqui prophetam dicentem: Speravit in multitudine diviciarum suarum, et continuo attendit pannos suos, respexit forte iuxta se divitem ornatum indutum, et ait in corde suo: De isto dicit, nunquid de me? Contra quod subdit Augustinus: Noli te inde excipere, noli te separare, nisi videris et timueris et propterea rideas. Nam quid tibi prodest si ceteros caves et ardes cupiditate. Hoc ergo intendit, ne passim divites reprehendat et rursum ne de paupertate et egestate presumatis. Unde patet quod in scriptura reprehenduntur avari et inordinati pecuniarum amatores, qui propter pecuniam contra legem dei faciunt et proximos decipiunt. Non autem divicias iusti possiderent. De quibus apostolus 1 Thimo. 6 dicit: Divitibus huius seculi precipe etc. Augustinus super id psalmi 48: Frater non redimet, redimet homo. Sicut quinque que requiruntur ad hoc quod divites bene utantur diviciis suis. Primum est quod dives non superbiat

Quo dicit apostolus divitibus huius seculi precipe non sublime sapere. Secundum est ut non in divitiis sed in deo confidat. Vnde subdit apostolus neque sperare in incerto divitiarum sed in domino qui prestat nobis omnia habunde ad fruendum. Tercium ut bonis operibus insistat, de quo apostolus divites fieri in operibus bonis. Quartum ut de sua substancia libenter egenis tribuat, de quo apostolus facile tribuere communicare. Quintum ut non ad presentem thezaurum sed ad futurum in eterna vita studium cor suum ponat, et ad hoc istum thezaurum disponat ordinet et expendat, de quo apostolus thezaurizare sibi fundamentum bonum in futuro, ut apprehendat veram vitam. Huiusmodi ergo divites non sunt excecati pulvere avaricie sed tales de quibus dictum est et de quorum uno pro omnibus dicitur in psalmo: Speravit in multitudine divitiarum suarum. Sic ergo patet quod tumor superbie humor luxurie et pulvis avaricie excecat cordis oculum ne possit videre. Nota tamen oculus sit illud membrum quod datum est corpori ad regimen. Ideo per oculos intelliguntur iudices superiores a a quibus corpus ecclesie gubernatur vel consideratores interiores a quibus corpus anime regulatur. Et quia est dare superiores bonos et malos, hinc est quod oculi sumuntur aliqui in bono et malo. Oculi in bono sunt sex significatione scilicet divine sapiencie claritate superne eminencie districtionem et interne compassionis. Dico primo quod sunt oculi divine sapiencie de quibus Eccli. 23 Oculi domini lucidiores super solem. Et isti oculi quandoque dicuntur oculi misericordie et pietatis, quandoque iusticie sive severitatis, quandoque clemencie et largitatis. Oculi divine misericordie et pietatis respiciunt homines ad eos misericorditer liberandum. Et sic desiderabat respici Daniel cum dicebat Danielis 9 Aspice domine de sede sancta tua et cogita de nobis. Inclina deus meus aurem tuam et audi, aperi oculos tuos et vide desolacionem nostram. Istis oculis aspicit deus humiles pauperes et timidos, psalmus Oculi domini super metuentes eum ut eruat a morte animas eorum. Ysaye 66 ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos. Et istos avertit a peccatoribus Ysaye primo. Avertam oculos meos a vobis scilicet misericordie. Oculi vero divine iusticie malos respiciunt ad eos severitate puniendo. Bonos vero ad ipsos salvandum et defendendum. Proverbiorum xv In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Isti sunt enim oculi lincei, qui videt ultra parietem, quia scilicet ultra pariete corporis usque ad intima cordis. Videt oculi domini facta nostra. 1 Regum xvi Homo videt ea que parent. Deus autem intuetur cor. Vnde quod deus videat iniquos ad eos puniendum dicitur Amos ix Ecce oculi domini super regnum peccans et destruet illud. Iste vero est argus qui centum oculos habebat corpus ornatum ita quod numquam dormiebat simul nisi duo. Et id ante et retro videbat sicut dicitur in Ovidio, quia scilicet dei circumspectio et consideracio tanta est quod numquam potest deficere vel per aliquem defraudari quando semper videat omnia que sunt ante et retro id est preterita et futura. Ezechielis primo Totum corpus in circuitu plenum oculis ante et retro. Vnde de istis oculis divine iusticie narratur de quodam Barbitosore qui amore dei pauperes scutiferos (?) deformes libenter radebat et eis posse suum faciebat. Cum tamen semel pauper effectus quendam porcum suffuratus (?). Deus volens eum reducere apparuit ei in specie cuiusdam deformissimi scabiosi petens radi amore dei. Quod cum barbitosor libenter vellet facere invenit totum caput eius plenum oculis. Qui cum admirans peteret quid hoc esset. Pauper videns dixit ego sum ille qui video ubique. Et hiis vidi heri quando porcum furatus fuisti. Cum pauper evanesceret timuit penitens et restituit illum porcum. Ecce quod oculi divine iusticie non potuerunt pati quod iste perderetur. Vnde Eccli 23 Oculi domini super timentes eum. Oculi vero divine largitatis respiciunt iustos ad ipsos in paradiso liberaliter premiandum. Psalmus Oculi domini super iustos et cetera. Ex quibus patet quod oculi divine sapiencie huiusmodi respiciunt homines in hoc mundo. Iste vero est sicut aquila limpidissimos oculos habens ita quod pisciculos in mari natantes dicitur a celsitudine aeris videre et super ipsos

Oculus

subito descende. quia sicut dictum est oculi domini sunt ... qui sole sunt clariores
In mari humi mundi vident ~~invisibiliter~~ quicquid homines faciunt et qualiter
vel in bono vel in malo se gerunt Eccli xvij Vie hominum non sunt abscondite
ab oculis ipsius. Augustinus xi li de ci dei c xx Nullo modo scientia dei variatur
ut aliud in ea fiant que facta non sunt aliud que iam sunt aliud que
fiunt Non enim more nostro ille quod vel futurum est aspicit vel quod presens
est aspicit vel quod preteritum est respicit Sed alio modo quodam a nostrarum
cogitationum consuetudine longe alteque diverso Ille quippe non ex hoc in
illud cogitatione mutata Sed omnino incommutabiliter videt ut illa quidem
que temporaliter fiunt et futura nondum sunt et presentia iam sunt et preterita non
sunt Ipse enim hec omnia stabili ac sempiterna presentia comprehendit nec aliter
oculis aliter mente Non enim ex anime constat et corpore nec aliter nunc aliter antea
aliter postea qui non sicut nostra ita eius scientia trium temporum presentis scilicet
preteriti et futuri varietate mutatur Apud quem non est transmutatio nec vi-
cissitudinis obumbratio Iacobi primo Nec enim eius intentio de cogitatione
in cogitationem transit In cuius incorporeo contuitu simul assunt cuncta
que novit qui ita tempora novit nullis suis temporalibus notionibus quemad-
modum temporalia movet nullis suis temporalibus motibus. Hec ibi. Secundo
dico quod per hoc in scriptura inveniuntur oculi superne providentie et sic per oculos
intelliguntur prelati et superiores qui habent respectu ceterorum membrorum corporis militantis
Et sicut oculus habet magnam luciditatem humiditatem sublimitatem mobilitatem
et utilitatem Sic vir perfectus et maxime prelatus debet habere luciditatem discretionis
humiditatem compassionis Sublimitatem iurisdictionis Mobilitatem circumspe-
ctionis et utilitatem dilectionis Primo debet esse lucidus per discretionem ut
de se possit dicere illud Iob 29 Oculus fui ceco Dicitur enim in medicinis naturalibus quod sunt
certa per oculum Et ideo necessarium est ut oculus satis habeat de lumine et splen-
dore ut ceteris membris possit debitum regimen ministrare Sic enim in
corpore ecclesie sunt multa membra ceca id est multi ignorantes subditi Ideo necesse
est quod oculi id est prelati et clerici magno discretionis lumine sint dotati ut
per ipsos possint alii doctrinis et scientiis fidei et morum instrui et illu-
minari et in via salutis dirigi et debite gubernari Ysaie 29 Oculi
cecorum videbunt et addent mites in domino leticiam Quod tamen est ho-
die contra multos prelatos et clericos qui magis sunt ceci et ignorantes
in spiritualibus quam alii subditi vel inferiores Quamvis enim ipsi quandoque lumen scientiarum
secularium et mundialium habeant istud tamen lumen non est conveniens
ad docendum et dirigendum subditos in via spiritualis rectitudinis et salutis
et ideo merito ecclesia possit de istis oculis suis horribiliter conqueri dicens
illud Psalmi lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Ratio quia ta-
les oculi sunt hodie plus quam subditi in spiritualibus ignorantes. Cum id Psalmi
Obscurentur oculi eorum ne videant. Secundo debet esse humidus per compassionem
Sicut enim oculus multa habet humiditatem respectu sue quantitatis quod necessarium
fuit ad faciliorem formarum impressionem Sic prelatus per pietatem et beni-
gnitatem debet esse tener et humidus Ita quod faciliter possit in se recipere
per compassionem quicquid de per sensus pauperum ab exteriori imprimitur Et ipsas
calamitates et paupertates in aliis exterius speculatur. Ut de eo possit
dici illud Psalmi Oculi eius in pauperem respiciunt Sed sicut in oculo
sunt plures tunice scilicet quedam humide quedam magis dure Illa tamen que est
mollior est pupille proximior quam illa que est durior Sic in prelato debet
esse mollities pietatis et compassionis et etiam duritia severitatis Ita tamen
quod ei pietas magis adhereat quam iustitia Exemplo Samaritani qui primo
sauciato infudit oleum lenitivum deinde vinum mordificativum Luce x. quia
quamvis una non debeat ab alia separari Unam tamen dicitur primum amplec-
xari ut sic ei dicitur illud Iob x Oculi carnei tibi sunt et misericordes
et sicut videt homo et tu videbis. Gregorius xx moralium. disciplina vel
misericordia multum destituitur si una sine alia teneatur Sed circa subditos suos

inesse debet et iuste consulens ira / et pie consulens disciplina. hinc est quod
semivivi illius vulneribus qui a samaritano in stabulum ductus est et vi-
num adhibetur et oleum ut per vinum mordeantur vulnera et per oleum foveantur
Unusquisque qui sanandis vulneribus preest in vino morsum districtionis
adhibeat / in oleo mollitie pietatis. per vinum mundentur putrida. per oleum
sananda mundentur. Ostendenda est ergo lenitas cum severitate. faciendum quoddam
ex utroque temperamentum / ut neque multa asperitate exulcerentur subditi. neque
nimia benignitate dissolvantur. / hoc nimirum archa thabernaculi significat
In qua cum tabulis virga simul et manna est / quia cum scripture sacre
scientia in boni rectoris pectore si est virga districtionis / sit et manna
dulcedinis / hinc etiam David ait / Virga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt. virga enim percutimur et baculo sustentamur. Si ergo est di-
strictio virge que feriat / sit et consolatio baculi que sustentet. Sit
itaque amor. sed non emolliens / sit vigor sed non exasperans. Sit zelus sed
non immoderate seviens / sit pietas. sed non plus quam expediat parcens. hec ille
Tercio prelatus debet esse sublimis per intencionem Sicut enim oculi sunt
in altiori loco scilicet in capite / sic tales collocati sunt in sublimiori digni-
tate / Et sic videmus quod oculi dicuntur sublimes / quia sunt in capite radicati
versus celum elevati et sublimati et ideo sunt ad respiciendum undique
magis apti et etiam ordinati Sic prelati sublimes possunt dici. quia
radicantur in capite Christo per fidem et dilectionem / Ecclesiastici 2o. Oculi sapientis
in capite eius. Sursum elevantur quantum ad paradisum per affectionem et contempla-
cione / Iohannis 17 Elevatis in celum oculis. Cantica 4 ... et respi-
ciunt et speculantur per prudentie circumspectionem Iob 39 Oculi eius
de longe prospiciunt. Quarto talis oculus scilicet prelatus debet esse mobilis
per circumspectionem Sicut enim videmus inter cetera membra corporis oculi sunt
ceteris mobiliores et ad vertendum sunt undique promptiores Iuxta illud
prime Corinthiorum xv In momento in ictu oculi in novissima tuba. Sic prelati
debent esse diligentiores Iuxta illud 2i Paralipomenon 19 Cum diligentia cuncta
facite Unde de tali circumspectione dicitur Isaye 21 Contemplatus est diligenter
multo intuitu. Et de talibus oculis dicitur illud Isaye 32. Non caligabunt
oculi videntium et aures audientium diligenter auscultabunt / Quinto
oculus super omnia membra est utilis
debet esse utilis per dilectionem Sicut enim oculus super omnia membra est utilis
ipsi corpori Sic prelatus etiam debet esse non solum oculus sed et pes spiritualis
affectus / ... benigne
affectus ... intime diligendo. pes fundamentaliter sustentando ...
supportando Quod bene figuratur in littera cum dicitur Qui habet oculos tamquam
flamma ignis. et pedes eius similes auricalco. Ex quibus patet quod oculi
prelati iudices et doctores debent esse lucidi compassione eminentes di-
lectores affectuosi Et sic etiam potest dici illud Cantica 1 Ecce tu pul-
chra es Oculi tui columbarum etc. Et sic oculi naturales in sui compositione septem
habent tunicas seu pelles ut dicit Constantinus Sic prelati debent habere septem
virtutes ad complendum spirituale videndum scilicet tres theologicas et quatuor cardi-
nales Unde Zacharie 26 Oculi eius septemplices sunt etc. patet sic / Tercio
principaliter dico quod in scriptura inveniuntur oculi interiores et isti nihil
aliud sunt quam intellectus et affectus Duo enim sunt necessarii ut si unus impe-
diretur eius effectus per alterum suppleatur / quia ex quo illi simplices in quibus
deficit oculus intellectus quantum ad perfectam cognitionem / habeant clariorem
oculum affectus quantum ad veram simplicitatem et dilectionem Sicut enim est de
oculo naturali quod si unus oculus excecatur vel impeditur / alius clarius intuetur
Et hoc fit quia spiritus visibiles qui ad ambos dividebantur / tunc in uno solo
luminosius congregantur Et tunc ibi perfectius operantur Sic fit inter istos duos oculos
Intellectum scilicet et affectum / quia impedito uno ... et fortificatur alius
Sic enim ad oculum videmus sepe quanto oculus intellectus in visu fuerit
amplius restrictus tanto amplius affectus ad deum et proximum dilectionem impeditur

Sic ad sensum patet de clericis multis qui acuto sunt in scienciis subtiliores tamen sunt
in moribus tepidiores. Et contra simplices in quibus oculus intellectus obtunditur
in dei dilectione et aliis moribus perfectius disponuntur. Augustinus Surgunt indocti
et rapiunt celum et nos cum scienciis nostris mergimur in infernum. Per oculos ergo
mentis cor et scienciam intelligamus. Et sicut oculi in capite radicaliter impo:
nuntur ad unum effectum uniformiter disponuntur. in superciliis semper absscon:
duntur et reponuntur in sinu multiplici componuntur. Ita viri perfecti dicuntur habere
radicalitatem stabilis dilectionis uniformitatem simplicis intencionis. Contra
rietatem humilis celsitudinis multiplicitatem nobilis perfectionis Zacharie 3 Super
lapidem unum septem oculi sunt. Primo mentis oculi dicuntur habere stabilem
dilectionem quia sicut oculi corporales radicaliter adherent capiti et ibi habent
fundamentaliter locum suum et mediantibus duobus nervis cum ipso tam te:
naciter colligantur quod nunquam ab eo possunt nisi per violentiam separari Sic oculi
mentis nostre dicuntur per affectum et desiderium et per firmitatem propositi in capite
nostro deo et mediantibus duobus nervis duplicis caritatis tam fortiter et
tam fundamentaliter radicari quod nunquam ab ipso dicuntur aliqualiter separari Secundo isti
oculi dicuntur habere humilem simplicem seu similem intencionem Sic enim videmus quod oculi
nostri corporis duo sunt tamen unitum et simplicem habent actum quia scilicet etsi de
una re capiunt duas imagines sed tamen in unam quod accidit ex eo quia na:
turales quia duo nervi spiritum visibilem a capite ad oculos deferentes in media
fronte in modum crucis uniuntur et coniunguntur et sic species rerum a duobus
oculis recepta non divisa sed una videtur quia sub una racione intellectui presentatur
Sic oculi mentis nostre dicuntur quantum ad intencionem esse simplices et uniformes quia
secundum unam rem non dicuntur videre dupplici visione et dupplici intencione ut secundum unum inten:
dat intrinsecus et aliud ostendat extrinsecus Sic faciunt proditores ypocrite et fallaces.
Anima illa que ingreditur terram duabus viis a domino maledicitur Ecclesiastici 2 Ve
dupplici corde et homini ingredienti terram duabus viis quia sicut dicitur Luce xi Si oculus
tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit Simplicem id est oculum habeamus Una
sicut dicitur Mathei xxviii Bonum est tibi ad vitam uno oculo ingredi quam duos
habentem mitti in gehennam ignis Habeamus ergo simplicem intencionem Tercio dicuntur
habere humilem absconsionem Sic enim videmus quod oculi in profundo loco capitis
et quasi in abscondito sunt locati et palpebris cooperti et velati Quod
utique natura fecit ut oculus sit illesus a nocumentis extrinsecis et ut facilius aperiri et faci
lius claudatur Et ne per submissionem alicuius pulveris seu veli eius
tenera substancia ledatur. Sic oculi nostre mentis debent per humilitatem tegi et
velari et ne exterius indiscrete vagetur per discrecionem reprimi et re
cludi et in profundo meditacionis spiritualiter locari et interius refundari Ysaie 2
Oculi sublimes hominis humiliati sunt. Et bene dicit sublimis quia illi qui
sunt in virtutibus sublimiores cautius tegunt oculos suos et eciam magis
clausos. et ne malum videant amplius coopertos Inter quos illi qui sunt nobi
liores. sicut sunt aquile habent oculos profundiores et magis occultiores Sic quod
isti videantur dicere illud Psalmi Averte oculos meos ne videant vanitatem. Cuius tamen contrarium
faciunt multi qui secundum morem canis rabidi per oculos cordis tenent apertos
ad videndum et desiderandum explorandum et deridendum omnia vana
exteriora. et tamen dicit Aristoteles in libro de anima quod animalia que carent palpebris
sunt debilis visus sicut sunt pisces et serpentes terram comedentes id est avari
et maliciosi qui secundum oculum cordis non possunt claudere id est a malis desideriis
cohibere Et quia porcius ipsum ad omnia desideria humana tenent apertum sunt
debilis visus spiritualis et debilis discrecionis in illis que pertinent ad salutem.
Isti videntur dicere id Ecclesiastici 2o Omnia que desideraverunt oculi mei non denegavi
eis Et ideo conscientie possunt dicere id Threnorum 3o Oculus meus depredatus est animam
meam. Non sic nos. Sed oculos cordis palpebris humilitatis claudamus
Bona nostra celemus et abscondamus ne nos indiscrete prodamus exemplo Moysi

dum in sinu fuit abscondita sana permansit · extremus foris producta · leprosa
cunctis videntibus est facta Exodi 4o Ezechias etiam a deo reprehenditur
dum thezauri sui et ipsum babiloniis nunciis ostendit Isaye 39 xpus
etiam orando et clamando iubet nos abscondere in cubiculum intrare
et ostium sensuum claudere ut a vanis cogitacionibus et temptacionibus et
ab inani gloria possimus animum conservare · habeamus igitur humilem abscon
sionem · quia sicut dicitur Isaye 33 Qui obturat aures suas ne audiat
sanguinem et claudit oculos suos ne videat malum · iste in excelsis ha
bitabit Quarto oculus noster cordis debet habere nobilem confectionem seu co
dicionem Nam in oculo corporali tria considerantur Septem dicuntur esse tunice
ex quibus ipsius oculi substancia componitur et ipsius oculi pupilla circumdatur
et velatur Septenarius autem unus secundum Macrobium universitatis designat · Sic oculus
mentis debet septenario et universitate virtutum et perfectionum esse compositus ad
hoc quod possit esse in suo morali esse bene dispositus seu ~~bene virtuosus~~ debite virtuosus
Ut sicut oculus corporalis habet splendorem humorem fluorem tremorem Sic oculus
moralis debet habere splendorem discrecionis humorem compassionis fluorem la
crimacionis tremorem dubitacionis Primum patet quia sicut oculus totum corpus di
rigit atque regit et inde venit est quod habeat in se lumen quia soli ipse videt
pro toto corpore non pro se solo Et ideo philosophus dixit quod oculus est dux
corporis vas luminis index animi Sic oculus mentis est totius moralis
corporis directivus scilicet hominis interioris et exterioris Ea scilicet dicitur Luce xi
Lucerna corporis tui est oculus tuus mirum est quod lumen habere et spiritualis di
screcionis habeat ut hominem discrete dirigat atque regat Et hoc petebat
propheta dicens Illumina oculos meos ne umquam obdormiam Secundum patet
quia sicut oculus multum humorem continet quia secundum Constantinum tribus
humoribus et septem tunicis est oculus compositus Sic oculus mentis debet
esse per compassionem humidus et benignus Septem vero tunicis vel septem
pietatis opera debet habere tribus vero humoribus vel tribus compassionibus quibus
compelli, que sunt compatiens indulgere delinquentibus Ezechielis 20 pepercit oculus
meus super eos compatienter condolere pacientibus Trenorum 1 oculus meus dedu
cens aquas eo quod longe factus est consolator compatiens subvenire indige
ntibus · Ps oculi eius in pauperem respiciunt Tercium patet · quia proprium est
oculi quod lacrimas emittat Lacrime vero dolorem et compunctionem designant
Ad denotandum quod oculus mentis debet facere per peccatis dolere et lacrimas
compunctionis si non materialiter tamen spiritualiter distillare Trenorum 2 defecerunt
post lacrimas oculi mei · Et hoc debet considerare propter fumum consideracionis infernalium
tormentorum propter ventum vane gloriacionis mundialium gaudiorum Et propter
puncturam dire recordacionis criminalium delictorum Ista nam tria dicuntur oculum
cordis ad lacrimas provocare teste nam sapiente Eccli xxii pungens oculum
educit lacrimas Et ideo dicebat Jeremias c. ix Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte Quartum patet
quia oculus pre aliis membris est summe mobilis · Ex ipsa autem mobilitas ocu
lorum · timorem dicitur designare etiam de camelione quod est animal summe
timidum · iterum quod pre timore mutat colorem dicitur quod oculos habet summe mobi
les · volubiles atque vagos · Sic oculus mentis non debet esse tremebundus et mo
bilis per timorem divine offense Sic quod numquam debet in pace quiescere vel dormire
Deutronomii 21 dabit tibi dominus cor pavidum et oculos deficientes · Timeamus
ergo divine offense incursionem Ps turbatus est a furore oculus meus · Ce
lestis glorie amissionem Isaye 38 attenuati sunt oculi mei suspicientes
in excelso Item pene ignis dampnacionem Levitici 26 Visitabo super vos
velociter ardore qui conficiat oculos Et hoc de oculi spirituali sufficit in quan
tum in bono Sed in malo oculus potest dicere multa genera cordium ma
lignorum et multa genera peccatorum Sic nam oculus multis causis potest in suis
operacionibus impediri Sic oculus mentis potest in suis actionibus diversis occupacionibus
perturbari · Nam inveniuntur oculi turbati inflati grauati cecati fedati et
scandalizati · Oculos turbat invidia · inflat superbia · gravat accidia · cecat avaricia

fedat immundicia · fraudat annona Mundi pz · qz sicut oculus quandoque turbatur propter
nimiam claritatem spm visibilem disgregantem intuitum quod non videt sicut ante
videbat Sic oculus mentis qui respicit claritatem aliene prosperitatis · solet
quandoque talis per invidiam perturbari quod amittit rectitudinem iudicii Et quid facere
debeat non advertit Eccli xiiij · Nequam est oculus invidi Sunt · n · isti oculi
aspectus qui sunt in temporibus non in fronte Sunt etiam isti oculi strabi
qui recte non respiciunt sed adverse · qz sic invidi nunquam alios recte respiciunt
nec eorum bona · ymo semper tortuose et invidiose cum dolore displicentia
et merore Exemplo Saul qui invidebat David · non rectis oculis ipsum aspiciebat
j Reg xviij Invidus ergo cum oculo sit turbato potest dicere illud psalmi Tur:
batus est a furore oculus meus · Tertio sic quod inveniuntur oculi qui per superbiam
sunt inflati seu elati · quod tamen non habebat ille qui dicebat domine non est
exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei · Primum · n · est oculi quod sedeat
in alto loco · Accidit etiam oculo quod per infirmitatem inflatur · qz oculus
mentis humane · scilicet per superbiam et ambiciosam ambitionem alta loca summe
appetere · et infirmitate superbie percussus · scilicet tamen alios indebite se inflare
Isti sunt oculi sublimes · quos deus despicit et detestatur Sicut dicitur Proverb vj°
Tales oculos habent illi qui non dedignantur respicere inferius ad videndum pauperes
et viciniores Sed superius ad videndum nobiles et maiores Sic potissime sunt
illi qui non respiciunt inferius ad vilem statum · Unde originaliter processerunt ·
Sed semper superius ad magnum gradum quem acciderunt ascenderunt Job 21
Omne sublime videt oculus eius · Ipse est rex super omnes filios superbie · Tales
comminatur deus in psalmo ubi dicitur oculos superborum humiliabis Et Ysaie 2° dicitur
Oculi sublimes hominis humiliati sunt · Quarto inveniuntur oculi qui per
accidiam sunt gravati Oculi · n · gravantur a sompno quando homo comedit illud an:
tidotum medicine quod dicitur gerapigra · qz pocula virosa facit oculum mentis
spiritualiter somnolentum · Duo autem sunt istam somnolentiam inducentia Sicut
ponit magister in libro de oculo morali c 2 x · scilicet Inconsideratio divine glorie
et eterne miserie Nam sicut duo sunt inter cetera que oculum impediunt
a sompno corporali scilicet pictura nimie claritatis · et auditus nimii sonitus vel tu:
multus Sic duo sunt · que sompnum pigritie ab oculis mentis possunt
excutere scilicet consideratio claritatis glorie paradisi · qz sicut dicitur Eccli xl Iram
et spem desiderabit oculus · et consideratio tumultus miserie inferni Sic habetur
in psalmo Turbatus est a furore oculus meus Quando ista duo considerantur non vi
detur illi · quorum oculi mentales sompno pigritie gravantur · In vitis enim
Patrum legitur Quod cum quidam frater ab abbate Achille peteret · quid ipse frater
tantum accidiam haberet Respondit abbas · quia inquit nondum vidisti que sunt
premia que speramus et supplicia que timemus · Primam considerationem non
videbantur habere apostoli Mathei 26 · ubi dicitur Et Jesus invenit eos dor:
mientes · erant · n · oculi eorum gravati Secundam vero considerationem non habebant
illi de quibus dicitur in psalmo Contritio et infelicitas in viis eorum · non est
timor dei ante oculos eorum · Quarto inveniuntur oculi per avariciam exce:
cati Sic · n · oculus communis videatur pulcher et lucidus est tamen aliquis corporaliter
cecus Sic patet in versibus · quorum oculi pelvim ardentem cecantur Et tamen
exterius pulchri videntur et lucentes Sic avari per pelvim ardentem · id est per
ardorem avaricie · sunt cecati et lumine vere discretionis privati · quamvis
exterius in mundanis videantur claros oculos habere Et sunt luce temporalis
sive prosperitatis illustrati Ieremie 22 Tui vero cor et oculi ad avariciam
Et bene isti habent oculos cecos · et hoc etiam maxime in cogitatione terrenorum
que tantum videntur appetere Non · n · videt quanta est ibi vanitas instabi:
litas laboriositas et periculositas Oculus · n · non videt rem sibi nimis appropinquante
Interpositio etiam bene impedit oculum quandoque clarum · a visione solis · sicut patet
de nocte luna etiam quamquam sit clara · tamen eclipsim solis pati · quando
inter ipsam et solem contingit terram aliquando interponi · Luna communis oculus

intellectus sit in homine quantum ad naturale ingenium luminosus obscurus tamen
et obstructus et cecus in spiritualibus negotiis efficitur quando terrena vel bona
temporalia sibi per nimium amorem ultra debitum approximantur Et quasi per virum
avaritie amor terrenorum inter ipsum et deum interponitur et locatur Isti sunt
illi qui statuerunt oculos suos declinare in terram Isti sunt illi stulti quorum
oculi in finibus terre Eccl. dicitur eccl. 1 Non satiatur inquit oculus visu nec auris
auditu Et vere cordis oculus avarorum non satiatur divitiis visibilibus quia quicquid
desiderabile videt totum habere desiderat et affectat Unde dicitur Eccl. xiiii Insatia-
bilis est oculus cupidi Quinto inveniuntur oculi per immunditiam inquinati
Et isti sunt oculi leprosorum qui peccatores sunt mundi Unica scilicet luxuriosi habent
in oculo cordis lepram immundissime feditatis Isti vero luxuriosi non solum
habent iam dictam luxurie in oculo interiori ymo etiam in exteriori quia multi
sunt et multe quorum aspectus corporales sunt totius luxurie interiore
preparativi et aliorum ad luxuriam inductivi Isti sunt oculi basilisci
qui inficiunt quicquid vident Isti sunt oculi buffonis qui quamvis sint
pulcerrimi sunt tamen nichilominus venenosi Et quamvis videantur habere luminosi
fugiunt tamen diem et claritatem et diligunt noctem et obscuritatem quia
luxuriosorum oculi diem vel honestam puritatem non diligunt sed obscuritatem
et solitudinem semper querunt Job 24 Oculus adulteri observat caliginem
dicens Non me videbit oculus Isti sunt ergo illi oculi quos domina Jozef
in eum dicitur iniecisse qui ipsum ad libidinem voluit provocare Ut dicitur Gen.
39 De istis dicitur 2 Pet. 2o Oculos habentes plenos adulterii Isti sunt
quasi fenestre per quas latrunculi vel temptatores intrant ad animas Sunt
etiam foramina per que fures et demones intrant ad predandum cumulos
ut sic dicat quilibet illud Trenorum 3 Oculus meus depredatus est animam meam
Et vere oculus depredatur quia constat quod per oculum indiscrete respiciente venenum
temptationis bibitur per quos mors et consensus operis sequitur per que
anima virtutibus spoliatur Oculus vero plus leditur rem album inspiciens
quam nigram Leonis etiam natura dicitur esse si homo ipsum aspiciat
ab ipso invaditur Si vero non aspiciat a leone non curatur Aspectus
ergo mulieris est periculosus et magis albe et formose quam deformis et
nigre De hoc videtur applicabile illud Judith ix ubi dicitur Capiatur
est in suis oculis holofernes videlicet qui Judith pulcritudinem aspexit Unde
etiam ibidem ix dicitur Capiatur laqueo oculorum suorum Oculi ergo isti sunt
causa spiritualis captionis et hoc non solum hominum sed etiam mulierum
Teste enim Solino libro de mirabilibus mundi Simie sic a venatoribus
capiuntur Venatores vero oculos suos fingunt se inungere et dimittentes
visum in presentia simiarum recedunt Simie vero venientes et quicquid
vident fieri facere temptantes illo visco oculos suos inungunt Et sic
claudentes palpebras ceci fiunt Quare a venatoribus cito capiuntur
et per unctionem oculorum alterius dominio supponuntur Istud exemplum adducit
magister qui fecit librum de oculo morali contra mulieres se fucantes et
stibio oculos suos ut pulcre appareant depingentes Que proculdubio cece
sunt et occasio quod a luxuriosis venatoribus capiuntur et per luxuriam
eorum dominio submittuntur sicut patet in Jezabel 4 Reg. 19 que
volens placere illi Iehu qui occiderat virum suum oculos suos stibio pinxit
et tamen ipsam Iehu interfecit Unde que talibus oculos depingunt mortem
culpe et pene incurrunt Unde de luxuriosa persona potest exponi 10 capitulum la-
borem rivam (?) oculos et cor dedit illis scilicet luxuriosis Sexto inveniuntur
oculi per amicitiam defraudati seu hebetati Et isti oculi sunt ut generaliter
platonum (?) Oculi enim deluduntur per nimiam affectionem Ad candelam
Item vero virga vel digito inter oculos posito videtur credi esse duo

Secundum

Oculus etiam impressus fortiter a digito solet unam candelam videre duas esse
Oculus inspiciens illud quod videt in speculo cavo solet videre totum inversum
quia scilicet alta videntur infima sibi dextra sinistra et econverso Sic per hoc multi
sunt qui filios et nepotes attendunt et considerant mediante lumine carnalis
affectionis ad quod totaliter attendunt mediante etiam speculo specialis affe-
ctionis seu dilectionis et personarum acceptionis movente etiam et impellente
digito id est perverse consilio alicuius consiliatoris vel mediatoris necesse est quod unum
videatur esse duo id est quod illa persona sit respecta vel dilecta creditur ab eis plus
duplo valere quam valeat quinymmo quod peius est multi sunt qui oculum
cordis habent per carnis affectionem et per personarum acceptionem sic delusum quod alta vi-
deantur sibi infima et econverso id est boni viri videntur sibi esse mali et mali boni
Sic ergo patet quod oculus cordis iudicans de rebus bene indicat quod personarum acceptio vel
carnis affectio multum turbat Isti figurantur in Sampsone que Dalida id est car-
nis affectio fecit a Filisteis excecari Iudicum 16 Isti figurantur in Heli sacer-
dote cuius oculi caligaverant et non poterat videre lucernam dei donec extingueretur
sicut dicitur 1 Reg 3 Cum tales non possunt videre personas lucidas et districtas
vident tamen optime lucernas extinctas id est personas ignorantes et indiscretas ad
quas per carnis affectionem inclinantur Et talibus accidit sicut Ysaac de quo dicitur Genesis
27 quod oculi eius caligaverant quod videre non poterat Et ideo Jacob qui me-
diante pelle edorum tetigerat credens esse primogenitum tamen benedixit Esau
primogeniti comportavit Sic sepe fit inter tales qui habent oculos intellectus
sic caligatos et delusos quod mediante pelle carnalis affectionis aliquid considerant
aliter tangunt cuius constet ipsum esse secundogenitum id est minus ydoneum et
perfectum conditionem tamen primogeniti id est beneficia que personis dignis et suffi-
cientibus debentur eisdem conferunt et concedunt Tales ergo sunt illi quorum
lumine oculorum non est secum quia salutem magistri est tamen illis nepotibus suis
quam cum ipsis Ut de eis ipse exponatur illud Zach 3 Super lapidem unum septem
oculi sunt quia tales infigunt oculos suos septies quam debent super tales la-
pideos et ignaros Hec pro maiori parte de libello de oculo morali ubi
quicquid potest dici de oculo dicitur ibi quia status totius mundi ad oculum pulcherrime
applicatur Tunc ibi Novi opera tua etc ponitur 3 pars principalis huius
epistole quarte scilicet narratio et dividitur in quatuor Primo ponitur ipsa commendatoria
approbatio Secundo reprehensoria increpatio ubi Sed habeo Tertio Sed geminato
ubi ecce ego mitto Quarto promissoria consolatio ubi Vobis autem dico
Quantum ad primum dicit Novi opera tua id est approbo laudo eligo non solum confesso
Gregorius xi moralium super illo Job xi Ipse novit vanitatem et cum hoc deceptores
Cum omnibus quos ex nimia deceptione conatur iniquus sit et iniquas vias dicat Numquam
novi vos discedite a me qui operamini iniquitatem Mat vii Qualiter
ergo deceptorem novit Quod dicens Scire dei proprie aliquem cognoscere dicitur aliquando
approbare Et scit iniquum quia cognoscendo iudicat Neque enim iniquum quempiam
iudicaret si nequam cognosceret et tamen iniquum nescit quia eius facta non
approbat Et novit ergo quia deprehendit et non novit quia hunc in sue sapientie
specie non cognoscit Sic de vani quoque viro dicitur quia falsitatem nescit
Non quia vel cum ab aliis dicitur falsum hoc deprehendere ignorat Sed eandem
ipsam fallaciam et scit in examine et nescit in amore ut videlicet hanc ipse agat
quam actam ab aliis dampnat Hec ibi In proposito ergo nosse capitur
scilicet bona 1 ad Thy ultimo divites fieri in bonis operibus que facis intuitu
tibi acquirendo et alios exemplo tuo provocando Mat v Sic luceat lux
vestra coram hominibus etc Et quoniam opera non sufficiunt sine fide ad Hebr xi
Sine fide impossibile est placere deo Ideo sequitur in eius commendatione a fidei stabilitate
que cooperabatur operibus illius tunc dicitur Et fidem qua credis Ad que
quidem fides est certitudo rerum absentium supra opinionem et infra scientiam
ut ait Hugo de sacramentis lib 1 parte x c 1 Sed ipsa quidem fides ubi in libro
est ii spes est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium ad Hebr 11

Vel fidem tuam vel fidelitatem talenta tibi commissa fideliter dispensando Luce xix
Compendiis est fidelis fuisti etc. Et quoniam fides non sufficit nisi fiat operans
per dilectionem ad Galatas v fides que per dilectionem operatur Ideo sequitur commendatio
de perfecta caritate tuum dicitur Et caritatem scilicet novi quam exhibui in deum et pro:
ximum sine qua nulla alia prosunt i Cor xiii Si caritatem non habuero nihil
sum Colos 3 Super omnia autem caritatem habete In textu tamen caritas pre:
ordinatur ante fidem et opera ordinantur ante virtutes cum tamen bona opera exe:
ant a virtutibus Unde Glo. prius fides et ex fide caritas et ex caritate opera
Et quod dicit haymo quod ordo preposterus est dum prius ponitur opera. postea
caritas, deinde fides cum prius utique sit credere deinde quod quis credit amare
Unde etiam quod credulitas et amor docuit operari Sed ad salvandum hominem
est dicendum quod est duplex aliquid ordinare Unomodo ratione originis sive cause
et illo modo virtutes sunt ~~ante~~ an opera ut obicit Glo et haymo Alio modo ratione
manifestationis et evidentie et hoc modo ordinantur opera ante virtutes que ipsas
manifestant. De ordine vero fidei et caritatis est dicendum quod duplex est ordo.
Unus quantum ad viam generationis et ne quantum quod imperfectum est prius perfecto. Et quantum
hunc ordinem fides est prior caritate. Alius est ordo perfectionis et forme. Quantum
quem perfectum naturaliter prius est imperfecto et quantum hunc ordinem caritas naturaliter
est prior fide maxime informi. Et istum ordinem sequitur littera Et quia caritas
eciam Ideo sequitur etc commendatio a misericordia pietatis in elemosinarum
largitione et pauperum relevatione quibus de suis facultatibus libenter et lar:
gitate erogabat Ideo sequitur etc. Et ministerium tuum scilicet quod commisisti
illud quantum haymonem intelligitur quo ministrabat etc illis qui erant in Ierusalem
nihil habentibus de suis facultatibus sive opera illis exhibendo apostolo mo
nente ut essent memores fratrum i Cor xvi In ministerium sanctorum ordina
verunt seipsos Et 2 Cor ix De ministerio quod fit in sanctis Ergo ministerium
prelatorum est de suis facultatibus pauperibus subvenire Nec enim ipsi
thezaurizant nec parentibus non indigentibus tribuunt vel in usus superfluos
expendunt vel ioculatoribus conferunt Hoc totum pauperibus furantur
et rapiunt unde Isaye 3 rapina pauperum in domo vestra est. ubi dicit
Glo. Principes viri pauperes peccatores publice arguunt et confundunt, dum hii
peiora facientibus nec mutum faciunt In quorum domo rapina pauperum
est. dum opes ecclesie sibi reservant et in delitiis abutuntur Et que dantur
ad sustentationem pauperum sibi thezaurizant vel suis distribuunt et aliorum inopia
suas vel suorum divicias faciunt. Ad idem dicit Beatus Bernhardus
in Epistola ad Henricum Senonensem archiepiscopum Clamant nudi clamant nudi
clamant famelici conqueruntur et dicunt. Dicite pontifices in freno quid facit aurum
Numquid aurum a freno repellit frigus sive esuriem nobis fame et
frigore miserabiliter laborantibus quid conferunt tot mutatoria vel extensa
in perticis vel plicata in manticis. Nostrum est quod effunditis nobis crudeliter
subtrahitur quod inaniter expenditis et nos enim dei plasmatio Christi et nos
sanguine redempti sumus. Nos ergo fratres vestri videte quale sit de portione
nostra ferina pascere oculos vestros vita nostra cedit vobis in superfluas copias
nostris necessitatibus detrahitur quicquid accedit vanitatibus vestris. Duo denique
mala de una prodeunt radice cupiditatis dum et vos vanitando peritis et
nos spoliando perimitis Iumenta vestra incedunt onusta gemmis Et nostra non curatis
crura nuda. Caligulis anuli catenule tintinabula et clavate quedam
corrigie. multaque talia tam speciosa coloribus quam ponderibus preciosa mu:
lorum dependent cervicibus fratrum autem lateribus nec semicinctia cir:
cumstantes apponitis. Huc accedit quod hec omnia nec negociationis studio
nec vestro manuum exercitio vos elaborastis sed ut iure hereditario possideretis
nisi forte et vos in corde vestro dixeritis hereditate possideamus sanctuarium
dei. Et hec pauperes modo quidem coram deo tantum corde loquuntur Nec
enim audent aperte causari adversum vos quibus interim pro sua vita
necesse sunt potius supplicare. Ceterum in futuro stabunt in magna constantia
adversus eos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum Stabit
quippe pro eis pater orphanorum et iudex viduarum ipsis inquit tunc voce
erit Quamdiu non fecistis uni ex minimis meis nec mihi fecistis

ibi

wa... corde operit

Secundum

Non igitur in talibus honorificentur ministerium platorum licet hoc dus nouit cappellas
sed ut dictum est quod fit in sanctis. dicit n. plati ministrare suis subditis
panem temporalis subiectionis, vinum dulcis et blande consolationis, carnes mollis
compassionis, vestes pulcre et honeste conuersationis, debent esse diligentes et
seduli ad dei mandata implenda. Prouerbiorum xiiij. Acceptus est regi minister intelligens
ad dei voluntatem faciendam et exequendam. Psalmus Ministri eius qui faciunt volun-
tatem eius ad animas commissas seruandum et custodiendum leuitis dum exiuit minister
fratrum suorum in tabernaculo federis ut custodiant que sibi sunt commendata
vel loquitur de ministerio bene presidendi. De quo ad Ro. xi. ministerium meum hono-
rificabo scilicet aliis seruiendo non dominando. j pet. v. non dominantes in clero
sed forma facti gregis ex animo. j Cor. iiij. Sic nos existimet homo ut
ministros xpi. ij ad Thy. iiij. ministerium tuum imple. j pet. iiij. vnusquisque
sicut accepit gratiam illam administrantes in alterutrum sicut boni dispensato-
res multiformis gratie dei. Octauum post caritatem ponitur ministerium. Unde dicitur
j. Johannis iij. Qui habuerit substantiam huius mundi et viderit fratrem suum necessi-
tatem [habere] et clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas dei manet in illo.
Et qui omnes qui pie volunt viuere in xpo persecucionem patiuntur. ij ad Thy. iij.
Nono scilicet quarto commendatur a parte longanimitatis dicens et pacienciam tuam
scilicet in tribulacionibus nostris malos sufferendo et premium expectando. Tribula-
cio enim pacienciam operatur. ad Ro. v. Psalmus Expecta dominum viriliter age et confortetur
cor tuum et sustine dominum scilicet flagellantem et premia differentem. Et qui
iusti proficiunt de bono in melius. Nono scilicet sexta commendatur eius a
perfectione in bono continuacionis cum subditur et opera tua nouissima plura
prioribus scilicet in virtutibus proficiendo. Iustorum enim semita quasi lux splendens
procedit et crescit usque ad perfectum diem. Et ideo iustus comparatur palme que
inferius est stricta et superius vasta. Psalmus xci. Iustus ut palma florebit in
domo domini. Job xxix. Sicut palma multiplicabo dies. Super quo Gregorius xix
moralium. Non immerito iustorum vita palme comparatur quia scilicet palma inferius
tactu aspera est et quasi aridis corticibus obuoluta. superius vero et visu
et fructibus pulcra. Inferius corticum suorum inuolucionibus angustatur sed
superius amplitudine pulcre viriditatis expanditur. Sic quippe electorum vita
despectu inferius, superius pulcra est. In imo ista quasi multis corticibus ob-
voluitur dum innumeris tribulacionibus angustatur. In summo vero illa quasi
pulcre viriditatis foliis amplitudine retribucionis expanditur. Est quidem aliud
palma quo cunctis arborum generibus distat. Omnis namque arbor in suo robore
inferius largam vasta subsistit sed crescendo superius angustatur et quanto paulisper
sublimior tanto in alto subtilior redditur. Palma vero minorem amplitudinem
ab imis inchoat et iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit
et quo tenuius ab imis proficit vastius ad summa succrescit. Quibus itaque
arbusta alia nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia. Inferius vasta
superius angusta quia nimirum omnes huius seculi amatores in terrenis rebus
fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare
appetunt et pro spe perpetua nec parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis
lucris quaslibet iniurias tolerant et pro celesti mercede vel tenuissima verbi
contumelias ferre recusant. Terreno etiam iudici tota die assistere fortes sunt
in oratione vero coram domino vel unius hore momento lassantur. Sepe nudi-
tatem deiectionem famem pro acquirendis diuiciis atque honoribus tolerant
et earum rerum abstinentia cruciant atque ad adipiscenda festinant. Superiora
autem laboriose querere tantomagis dissimulant quanto ea retribui tardius
putant. Hii itaque qui aliarum arborum more deorsum vasti sunt sursum
angusti quia fortes in inferioribus existunt sed ad superiora deficiunt. At contra
ex qualitate palmarum designatur profectus vita iustorum qui nequaquam in
terrenis studiis sunt fortes et in celestibus debiles sed longinque atque di-
stentius studiosos se deo exhibent quam seculo fuisse meminerunt. sed et
nam et ipsorum conuersio plus finiendo pergit quam premit inchoando. et
si tepidius prima inchoat feruentius extrema consummat. hec ille. Dum dicit apostolus

Operimur boni ad omnibus non deficientes ad Gal 3o et cap xi Mane semina semen tuum et vespere non cesset manus tua ut sit de inequaliter ut te vitiretur illud Iob ultimo domini benedixit novissimis eius magis quam principio. Secundum haymo aut ista clausula potest intelligi de ecclesia. Unde dicitur quantum ad circa finem ptinet bene opa illius plura prioribus commemorantur quia vitz circa principium facilioribus et levioribus preceptis solidata est. Unde et apostoli tunc eorum illis qui credebant imposuerunt scilicet ut abstinerent se ab immolato sanguine suffocato et fornicatione act xv. Deinde vero cum multitudo circa credentium ad hoc usque perventum est ut omnia pro Xo relinquerent et ad culmen perfectionis tenderent habita pauperibus et dividerent patres et matres filios et sorores uxores quam relinquerent. Abhinc etiam aliquo monachorum exordium sumpsit. Vel certe potest hoc in eundem referri ad finem mundi quia immanissima crebrescente tempestate antixpi persecutione amplior in ea virtus ecclesie enitebit dum iudei et gentiles post in Xo fide fundati duplo quam nunc laborabunt. Unde Gregorius ultimo mor in fine Tanto locupletius dilatabitur ecclesia quanto et manifestius innotescet quod ad finem sancte vite spiritualitas vigere. Unde de predicatoribus quorum tempore ista psalmando dixit adhuc multiplicabuntur in senecta uberi et bene patientes erunt ut annunciant. Quod exponens Gregorius ubi supra dicit In senectute uberi multiplicabuntur cum eorum vita differtur quia ad melius fortitudo producitur et quia augmenta temporum crescunt laboris interni. Bene autem patientes sunt ut annuncient quia celestia predicantes tanto robustius adversa tolerant quanto et pro tolerancia sua animarum commoda locupletius reportant. Hec ibi. Octavo aliquo peccat mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinas pauperum non largiantur videtur quod sic. Glosa super illud Luce 3 qui habet duas tunicas det unam non habenti dicit glosa De duabus tunicis dimidiatis dare preceptum est quia si una dividatur nemo vestitur in dimidia tunica et nudus remanet et qui accipit et qui dedit. Sed per largitionem unius tunice intelligitur largitio eorum que superfluunt ad necessitatem vite ut patet per ea que in eadem glosa premittuntur. Ergo dare superflua est in precepto. Sed qui transgreditur preceptum peccat mortaliter. Ergo ille qui non dat superflua pauperibus peccat mortaliter. Respondeo preceptum plus obligat quam consilium. Sed dare omnia que quis possidet est consilium et tamen non ad hoc homo obligatur in casu extreme necessitatis. Ergo casu extra casum extreme necessitatis tenetur aliquis superflua dare pauperibus cum hoc sit in precepto et ita qui non largitur peccat mortaliter. Preterea quicumque consumit quod est alterius tenetur ad restitutionem. Sed bona clericorum sunt pauperum ut patet per glosam Ieronimi super illud Isaie 3o Rapina pauperum in domo vestra. Ergo si clerici inutiliter bona ecclesie consumunt tenentur restituere pauperibus aliunde si habuerint. Preterea quicumque faciunt se impotentem ad id quod tenetur facere peccat mortaliter. Sed clerici facientes superfluas expensas se faciunt impotentes ad subveniendum pauperibus ad quod tenentur. Ergo videtur quod peccent mortaliter. Sed in contrarium videtur esse consuetudo que apud multos prevaluit. Respondeo dicendum secundum doctorem sanctum de quolibet sexto q. 12 a. 1 Aliter videtur se habere circa bona [illegible] patrimonialia et aliter circa bona ecclesie. Nam bonorum patrimonialium vel licite adquisitorum homo vere est dominus. Unde quantum pertinet ad debitum ipsius rei potest ut ea sua pro voto et ex hac parte non attendit peccatum. Potest tamen accidere ex inordinatione modo utendi vel per superhabundantiam dum scilicet inutiliter consumit bona propria vel aliter quam oportet secundum medium rectitudinis ut dicitur in 2o ethicorum. Bonorum vero ecclesiasticorum clerici vere non sunt domini sed dispensatores secundum illud 1 Cor 4 Sic nos existimet homo ut ministros Xi et dispensatores. Dispensatori autem credita est pertinet autem ad dispensatorem ut fideliter distribuat ea que eius dispensationi committuntur secundum illud ad Cor 4 Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Si vero aliquis ergo peccatum est committere potest modo ex conditione ipsius rei dum scilicet usurpat sibi quasi rem propriam et in usus suos convertit illud quod est aliis erogandum. Alio modo ex inordinato usu eorum que in partem suam cedunt sicut etiam de aliis dictum est. Ubi ergo horum dispensatio fideli dispensatori committitur ut dictum est. Si quis bona fide dispenset ecclesie bona accipiens

Ozegsto

inde quod sibi convenit secundum conditionem status et persone et aliis largiatur secundum quod sibi videtur bona fide expedire non peccat mortaliter si forte quantum aliis plus aliquid in suos usus consumit quam rogeat. Talia enim in singulis eorum individuis non possunt per omnimodam certitudinem diffiniri. Unde si non sit multus excessus potest compati bonam fidem dispensatoris. Si vero multus excessus fiat non potest latere et ita non potest hoc agi cum bona fide dispensatoris. Si aut non servat bonam fidem in dispensando peccat mortaliter. Ad sextum dicendum quod sicut dicit Augustinus in libro de sermone domini in monte. Illa precepta que dominus dedit Mathei v° cum te percusserit in unam maxillam prebe ei et alteram et alia que ibi scribuntur sunt intelligenda secundum preparationem animi ut scilicet homo sit paratus hoc facere cum necessitas hoc requirit. Unde non ~~solum~~ semper est peccatum mortale quando homo hoc non facit. sed quando videt necessitatem imminere si non faciat tunc peccat mortaliter. Et eadem est ratio de hoc precepto Qui habet duas tunicas det unam non habenti et de omnibus similibus. Unde non semper peccat mortaliter quotienscumque non dat pauperi quod superfluum habet sed quando necessitas imminet. Quando autem sit talis necessitas que obliget ad peccatum mortale non potest ratione determinari sed committitur prudentie et fidei dispensatoris. Unde si bona fide dat quod sibi videtur expedire immunis est a peccato. Alioquin peccat mortaliter.

25 Ad septimum dicendum quod illa eadem que sunt consilia cadunt sub precepto secundum animi preparationem. Nullum enim consilium est perfectius quam quod homo ponat animam suam pro fratribus suis et tamen hoc cadit sub precepto secundum animi preparationem secundum illud i. Iohannis 3. Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Et similiter dare omnia sua pauperibus cadit sub precepto secundum animi preparationem ut scilicet homo sit paratus hoc facere si necessitas immineat. Quando autem necessitas requiritur ad superflua eroganda quam ad omnia exhibenda tamen hoc totum ratione universali determinari non potest sed committitur prudentie dispensatoris ut dictum est. Ad octavum dicendum est quod bona ecclesie non sunt solum dispensanda pauperibus sed eciam ad cultum divinum et eciam ministris. Unde secundum canones dicendum dicunt hoc modo ut aliqua pars cedat in usus pauperum et alia in usus ministrorum et cultum ecclesie xii q. ii De redditibus ecclesie vel oblationum fidelium sola episcopo una ex hiis porcio committitur. Due ecclesie fabrice et erogationi pauperum profatis apostolo sub periculo sui ordinis ministrentur. Ultima clericis pro singulorum meritis dividatur. Aliter tamen dicendum de illis ecclesie bonis que specialiter attribuenda sunt necessitatibus pauperum et exhibenti necessitatibus ministrorum sicut sunt hospitalium et aliorum huiusmodi. Et aliter de istis bonis que sunt principaliter attribuenda usibus ministrorum sicut sunt prebende clericorum et alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu sed eciam ex ipsa rerum conditione cum aliquis in suos usus assumit quod est alterius. Et ideo tenetur ad restitucionem tamquam defraudator rei aliene. Si enim distincta sunt bona que deberent pauperibus et ministris et cultui ecclesie erogari et ille sibi retinuerit quod de hiis que sunt pauperibus eroganda vel in usum ministrorum vel in cultum divinum expendenda non est dubium quod contra fidem dispensationis agit et mortaliter peccat et ad restitutionem tenetur. 2a 2e [illegible]. De hiis autem que sunt specialiter suo usui deputata videtur esse eadem ratio que est de propriis bonis. Ut scilicet propter immoderatum affectum et usum peccet quidem si moderata sibi retineat et aliis non subveniat sicut requirit debitum caritatis. Si vero non sint predicta bona distincta eorum distributio fidei eius committitur. Et si in modico deficiat vel superhabundet potest hoc fieri absque bone fidei detrimento. Quia non potest homo in talibus punctualiter accipere id quod fieri oportet. Si vero sit multus excessus non potest latere. Unde videtur bone fidei repugnare et sic non est absque peccato mortali. In secundis vero bonis non committitur peccatum nisi per abusum sicut et de bonis propriis dictum est. Unde non tenetur quis ad restitutionem sed solum ad penitentiam agendam. Ad nonum dicendum quod neque moderatus usus dimittitur neque bona fides dispensatoris salvari videtur in eo qui facit superfluas expensas factas in voluptuosis conviviis et aliis huiusmodi superfluitatibus et sic non est dubium quin in talibus peccet mortaliter. Unde dicitur Mathei 24. Si dixerit malus servus ille in corde suo

Ca

Horam facit dominus meus venire et cepit percutere conservos suos quod pertinet ad superbum et crudelem dominum manducat autem et bibat cum ebriosis quod pertinet ad superfluum convivium. Veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua ignorat et dividet eum scilicet a societate sanctorum. Partem quoque eius ponet cum infidelibus scilicet in inferno. Unde ibidem subditur. Ibi erit fletus et stridor dentium. Si autem aliquis in talibus uel [illegible] excedat prout bona fide fieri ab aliquo qui vult iuxta decentiam sui status more [illegible] con vivit [illegible] ibi. Item Ambrosius exponens illud Luce xii hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit. Dicit Nemo proprium dicit quod est commune. Plus quam sufficiat sumptui violenter obtentum est. Et post pauca subdit. Neque minus est criminis habenti tollere quam cum possis et habundas indigentibus denegare. Sed violenter tollere alienum est peccatum mortale. Igitur et peccat mortaliter. [illegible] Idem quod dicit illud Ambrosii. Non ea que eis supersunt pauperibus non largiuntur. Idem quod notum illud Ambrosii. Nam ea que eis supersunt pauperibus non largiuntur. Solum est referendum ad dispensationem circa eorum quorum iudicium bonorum ex quibus tunc aliquis debito caritatis providere necessitatem patientibus. Non tamen potest determinari quanta sit ista mutuis quam ad mortale peccatum obliget. Sic ut cetera que in humanis actibus considerantur. Horum enim relinquitur humane prudentie. Notum tamen bona clericorum non solum sunt expendenda in usus pauperum sed etiam in alios usus ut dictum est. Et ideo si de eo quod usum excepit vel alicui clerici est deputatum velit aliquis sibi subtrahere et suis consanguineis vel aliis dare non peccat dummodo id faciat moderate et ut non indigeant. Non autem ut ditiores inde fiant. Unde dicit Ambrosius in libro de officiis. Est approbanda liberalitas ut proximos seminis tui ne despicias si egere cognoscas. Non tamen ut illi ditiores fieri velint ex eo quod tu potes conferre inopibus. Item dicit Iheronimus ad damasum papam. Clericos illos convenit ecclesie stipendiis sustentari quibus et parentum nullum suffragatur. Qui autem bonis parentum et opibus sustentari possunt si quod pauperum est accipiunt sacrilegium committunt. Unde et apostolus dicit i ad Thimotheum v. Si quis fidelis habet viduas subministret illis et non gravetur ecclesia ut hiis que vere vidue sunt sufficiat. Et non intelligitur in articulo necessitatis in quo etiam pro redemptione captivorum et aliis necessitatibus pauperum vasa cultui divino dicata distrahuntur. Ut Ambrosius dicit et in tali necessitate peccaret clericus si vellet de rebus ecclesie vivere. Dummodo haberet bona patrimonialia de quibus vivere posset. Hec sanctus Thomas ii ii q 185 articulo 7.

Sed habeo adversus te quia permittis mulierem Iezabel que se dicit prophetam docere et seducere servos meos fornicari et manducare de ydolaticis. Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret et non vult penitere a fornicatione sua. Secunda pars narrationis principalis in qua posita commendatoria approbatione subiungit accusatoriam increpationem dicens. Sed habeo adversus te etc. Ad evidentiam autem littere sciendum quod ista Iezabel fuerit uxor Achab regis Israel iii Regum xvi. Et fuit mortua iiii Regum ix. Qualiter autem hic permittis mulierem Iezabel docere et seducere. Et ad istud respondetur ut [illegible] Iezabel uxor Achab regis Israel fuit ydolatra simul et fornicaria que etiam servos dei [illegible] est. Verum hec mulier non vixit usque ad adventum domini. Nam et canes et ungule equorum eam conculcaverunt. Scribitur enim iiii Regum 9. Cum Iheu legimus eam conculcatam. Scribitur enim iiii Regum ix. Cum Iheu venisset in Iesrahel occiso Ioram filio Achab rege Israel et Othosia rege Iuda Iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio et ornavit caput suum et respexit per fenestram ingredientem Iheu per portam et ait Numquid pax esse potest Zambri qui interfecit dominum suum. Levavit quoque Iheu faciem suam ad fenestram et ait Que est ista. Et inclinaverunt se ad eum duo vel tres eunuchi. At ille dixit eis precipitate eam deorsum et precipitaverunt eam. Aspersusque est sanguine paries et equorum ungule qui conculcaverunt eam. Cumque ingressus esset ut comederet bibissetque ait Ite videte maledictam illam et sepelite eam quia filia regis est. Cumque issent ut sepelirent eam non invenerunt

insi calvariam et pedes et summas manus Reversi qz nunciauerūt ei Et ait
hic est sermo domini est que locutus est p servū suū heliam thezbiten dicens In
agro iezrahel comedent canes carnes iezabel Et erūt carnes iezabel sicut
stercus sup faciem terre in agro iezrahel / ita vt preteuntes dicant hec-ne
est illa iezabel / h ibi. Non g° vixit illa iezabel tunc tpis q̄n iohannes
hec scripsit angelo thyatire ecclie. Sz qz tunc erant in eadem eccla q° opa
illius mala imitabantur Idcirco in eis nūc ipa fornicatrix iezabel vocat
Sicut enim omnes electi vnū corpus xρi faciunt. Sic omnes reprobi / vnū corpus
dyaboli constituunt Sic qz fit vt precedentia mebra sequentibus et sequentia prece-
dentibus inueniant esse coniuncta Vnde scriptum est Iude 5° Ve illis q° viam
Cayn abierunt Et .1. Iohis 2°. Nunc antixρi multi facti sunt Vnde Gregorius
libro ix moral tractans illud Iob 38 aufertur ab impiis lux sua dicit
Et hoc illo maxime tempore multiplicius agetur. qn surgente ipo iniquitatis
capite in sancta eccla / persecucio vltima / liberius suis viribus eius fortitudo
grassabitur Ibi tunc cor vniuscuiusqz cudet / Ibi quicquid in occultis
latebat aperietur Et qui nunc ore sunt pii et corde sunt impii / publica
malicia corruet. et lucem fidei quam specietenus tenebat perdent. Et ad
propositum subdit. Sz inter hec nūc est vt vnusquisqz nūm ad cordis sui secreta
reuertens / redeat. et actionis sue dampna ptimescat. ne ex suis meritis pro districta
iusticiam iudicantium dei. in talem casum nūc cadat Nemo aut inculpe
sibi blandiatur Et ideo se a tali casu exneu credat. qz ad illius tempestatis
procellam peruenire nō existimat. O quanti illius temptatoris tpa nō videntes
et tam in eius temptatoris procella versantur. Et exsuscitat dicens / Cayn tempus
antixρi nō vidit / et tamen membrum antixρi per meritum fuit Iudas seuicia
persecutoris illius ignoratur / et tamen vi crudelitatis eius auaricia suadente succubuit
Simon diuisus longe ab antixρi temporibus extitit / et tamen se eius superbie.
miraculorum potentiam peruerse appetendo coniunxit / Sic iniquitatis corpus suo capiti
Sic membris membra iunguntur / cum et cognom se nesciunt. et tamen sibi
actione copulantur / Et subdit / neqz .. balaam libros .. cogno-
vit. et tamen eius nequiciam sequitur. Dote superne increpacionis audiebat
Iezabel illic tenentes doctrina balaā / qui docebat balach mittere scandalum coram
filiis israel edere et fornicari / sup eos / Thiatire qz etiam ab iezabel noticia
et tpa et loca diuidebant / Sz qz eam par vite reatus astrinxit Inesse
ei iezabel dicitur / atqz opibus peruersis insistere / angelo attestante / qui ait
Habeo aduersum te / qz permittis mulierem iezabel. que se dicit prophetem sed
Ecclie. qz seipsi potuit / qui iezabel vita reproba actione secuti sunt Iezabel
illic inuenta memoratur / qz vz suum corpus / iuncti mores vnū faciunt
etiam si hoc loca vel tpa scindat Vnde fit vt in peruersis suis imitatoribus ipe iniquitatis
et nuqz quinqz macat qui iam preteryt. Et in suis operatoribus ipe iniquitatis
auctor iam apparat qui necdum venit. Hinc Iohannes ait Nunc an-
tixρi multi facti sunt. 1 Iohis 2°. qz iniqui omnes qui iam mebra eius sunt
que s3 prose edita caput suū male viuendo preuenerunt Hinc paulus ait 2 thess 2°
vt reueletur in suo tempore Nam mysterium iam operatur iniquitatis / Actis dicit
Nunc antixρus manifestius videbitur Nam in cordibus iniquorum secreti sua
iam nunc occultus opatur / h ibi / Sic igitur ex hiis pz Lucundius que sit in fide
Sz adhuc instatur pro eius elucidacione clariori. Si angelus thiatire ecclie
caritatem habebat vt testatur lra precedens / quo pcta subditorum et maxime
subditorum incorrecta et impunita permittebat / cum hoc videatur contra caritatem
militare / Ad hoc Ricardus hanno dicens 4 multis vacans permittit vt si vbi
quem vel quos supius tanta laude fecit pse-
pertineat ad eum vel eos / quem vel quos supius tanta laude fecit pse-
cutus Sz a generali corpore electorum / sermonem vertit ad ptem reproborum
que in doctoribus intelligitur / qui sua negligentia fornicatricem et ydolatriam
in eccla esse sinunt sub nole parano / hec ibi / Ad quos dirigendo sermonem dicit
Sz habeo aduersum te sz aliqua / de quibus eos arguendus et increpandus / qz
permittis / Glosa / non excommunicans / mulierem iezabel i collectionem hereticorum
mollem litigiosam / vel ydolatras et fornicatores imitatores illius iezabel

vxoris achab regis isrl que fuit fornicaria simul et ydolatra. et persecutrix seruorum
dei et prophetarum verorum. vt helie et aliorum. Que se dicit propheten scilicet
a deo inspiratam ad vsurpandum officium predicandi seu docendi cum tamen
dicat apostolus Quo predicabunt nisi mittantur ad Ro x. Vel dicit se esse propheten
i. xanam cum non sit. ait augustinus Docere scilicet missa aut presumetem docere
et sic seducere i. decipere Vt enim ait augustinus super Iohannem omel 29. seducere
est decipere. vel aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere. Vel seducere
est credere esse falsum quod est verum ait augustinus x1 super Gen. Et per docere
bat fornicari corporali fornicatione vel spirituali. Et manducare de idolaticis
i. de ymolatis idolis ad eorum venerationem et cum scandalo fratris
infirmi contra doctrinam fidei et veritatis. aliter n. non prohibetur peritis
scientibus quod ydolum nichil est j Cor viii de escis que ydolis imolantur
scimus quia idolum nil est in mundo. Et quod nullus est deus nisi vnus. Sequitur
Sz non in omnibus est scientia Quidam autem cum conscientia vsque nunc ydoli quasi
idolaticum manducat Et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur. Esca autem
nos non commendat deo. Neque n. si non manducauerimus deficiemus. neque si
manducauerimus habundabimus. Videte autem ne forte hec licentia vestra fiat
offendiculum infirmis. Si n. quis viderit eum qui habet scientiam in ydolo re
cumbentem. nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum
idolatica Et peribit infirmus in tua scientia. frater propter quem xpus mortuus est
Sic autem peccantes in fratres et percutientes conscientiam eorum infirmam. in xpo
peccatis Quapropter si esca scandalizat fratrem meum. non manducabo carne
in eternum. ne fratrem meum scandalizem. hec ibi. Et ibidem x omne quod in
macello venit i. venditur manducate nil interrogantes propter conscientiam. domini est terra
et plenitudo eius. Si quis vos vocat infidelium ad cenam et vultis ire. Omne
quod vobis apponitur manducate nil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit
hoc imolatum est idolis. nolite manducare propter illum qui indicat et propter
conscientiam Conscientiam autem dico non tuam sed alterius. vt eciam fieri dicit
haymon et Bedam quod ad literam tunc temporis fuit in ecclesia thyatire quedam
mulier sic vocata. Que secundum quosdam fuit vxor episcopi. que se dicebat
propheten i. secreta et occulta videntem vt melius ei crederetur. Vel prophetiam
habentem diuinam que futura predicebat. Et hoc innuit alia translatio que sic habet
habeo aduersum te multa quod sinis vxorem tuam iezabel que se dicit propheten
docere Contra apostolum j Cor xiiii mulieres in ecclesia taceant. non enim permittitur
eis loqui. Et j Thy 2o docere in ecclesia mulieri non permitto et seducere i. seor
sum a via virtutis ducere vel a via fidei et per errorem seruos meos scilicet
in hoc quia docet fornicari. Sz non est verisimile quod vir tam bonus sicut
premissum est talem haberet vxorem Et ideo potuit esse aliqua falsa prophetissa
sic nominata propter similitudinem ad illam que fuit fornicaria ydolatra. Sicut
Iohannes baptista vocatur helias. Mat xi. vel forte aliquis hereticus qui fi
guraliter designatur nomine mulieris propter mollitiem carnalis viri. Vnde et sic
quilibet homo mollis et effeminatus. femina nominatur. Que se dicit propheten
falso tamen. docere errorem et seducere seruos meos i. simplices christianos fornicari
dicens hoc esse licitum. Multi n. dixerunt erronee fornicationem simplicem
esse licitam. Vel hoc intelligitur de errore Nicolai qui tunc vigebat vt dictum
est supra Et manducare de idolaticis n. vendentium idolorum. aliter n. non esset
illicitum nisi ratione scandali simplicium secundum quod docet apostolus j Cor 8. hec lira
Et forte per hanc mulierem scilicet Iezabel et eius sequaces intelligitur est heresis
Saracenorum siue Machometi. quia sicut illa iezabel fuit fornicaria et
idolatra quia introduxit baal inter filios isrl. et percepit interfici prophetas domini
Sic lex illa. precepit vt interficiantur qui predicant contra sectam eorum. De quo dicit
sanctus thomas contra gentiles libro j. capitulo 6 quod Machometus carnalium
voluptatum promissis ad quorum desiderium carnalis concupiscentia instigat populos
illexit Precepta eciam tradidit promissis conformia voluptati carnali habenas

relaxans

Omnibus est in promptu a carnalibus hominibus obediri. documenta etiam veritate
non attulit nisi talia que de facili a quolibet mediocri sapiente. naturali ingenio cognosci
poterant. quinimmo vero que docuit multis fabulis et falsissimis doctrinis immi-
scuit. Signa etiam non adhibuit supernaturalia facta quibus solis datur inspira-
cioni congruens testimonium adhibetur. dum opera invisibilia que non
potest esse nisi divina ostendit doctorem veritatis invisibiliter inspiratum. Sed dixit
se in armorum potencia missum. Que signa etiam latronibus et tirannis
non desunt. Ei etiam non aliqui sapientes in rebus divinis et humanis exer-
citati a principio crediderunt sed homines bestiales in desertis morantes omnis do-
ctrine divine prorsus ignari per quorum multitudinem alios armorum violencia
in suam legem coegit. Nulla etiam divina oracula precedencium prophetarum ei testi-
monium perhibent. quinimmo qui omnia veteris et novi testamenti documenta fabu-
losa narracione depravat. velut eius lege impleti. Unde astuto consilio libros
veteris et novi testamenti suis sequentibus non relinquit legendos. ne per eos falsitate
arguetur. Et sic patet quod eius dictis fidem adhibentes leviter credunt. hec ibi et cetera.

Item secundum quod fornicatio istius Jezabelis quadriformis intelligitur. Prima [illegible]
carnalis una est in animo. de qua dicitur Mathei v. Qui viderit mulierem ad con-
cupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Alia est cum animi voluntas
ad effectum perducitur. de qua dicit apostolus. i. Cor vi. Fugite fornicationem. Omne enim
peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat.
Tercium genus fornicationis est. ydolum simulacrum pro deo colunt. de quo
dominus per Jeremiam 3° c. contra Israel loquitur dominus. Mechatus est cum ligno
et lapide. Quartum vero genus est quando terrene divicie immoderate concupiscuntur
et creature plus quam creator diligitur. de qua etiam apostolus dicit ad Ephesios v. Et avari-
cia que est ydolorum servitus. Hoc enim ab homine colitur quod preceteris diligitur
Mundum nunc gloriose. huius autem fornicatores quam plurimo non desunt in ecclesia. et precipue
[illegible] sed in appetitu luxurie corporalis et in effectu ipsius obscene commixtio-
nis atque in avaricia terrene felicitatis sed nec cetera genus ad plenum extinctum est
quod constat in simulacrorum cultoribus. Secundum vero quod Jezabel prophetam se dixit
et ideo servos dei seduxit. hoc quippe factum imitantur multi qui viris deserviunt
et ideo servos dei seducunt. qui
ne soli sint hortantur alios ut fruantur cupitis delectationibus dicentes. quia
si hoc fieri deus noluisset masculum et feminam non fecisset. nec corporis membra
tali usui apta formasset. Stultum est ergo ab huiusmodi delectacione abstinere
qua fruuntur non solum alie pecudes et volucres sed et mundi sic. Secundum
hec dicunt. fit aliqui ut tam in delectationem compellant. et ad consensum libidinis
pertrahant. sicque perveniunt ad opus malum. ut processu temporis nullam reverenciam
pudoris habentes quod turpiter gesserunt coram aliis laudibus efferant. Unde bene
Jezabel fluxus sanguinis et fluens vel sterquilinium interpretatur. Mulieres quippe
per singulos menses sicut beatus Jeronimus dicit fluxum sanguinis sustinent. quia cum
menstruum tempus advenit superhabundans sanguis egreditur. Sanguinis autem nomine
peccata designantur. Unde David dicit Libera me de sanguinibus deus et a peccato adulterii
et homicidii. Dicitur itaque Jezabel fluxus sanguinis. quia vir repletus malo vo-
luntate quam prius gerit mox ut tempus venit spiritus inquieti. ad effe-
ctum perducit operacionis. Omnique opus desiderate voluptatis ad effectum perducere
sit mentis vehementer anxius quod fuit. et angustia in corde flammis libi-
dinis. totumque se in voluptate deicit. sicque ut ita dixerim. totus humo-
ribus liquescat. Et hinc est quod Jezabel fluens dicitur. Quia vero opus malum in
consuetudine peccandi vertunt. Unde et absque ulla reverencia malam de se
opinionem emittunt. Bene eadem Jezabel sterquilinium dicitur. quia videlicet
et ex ipsius peste luxurie inquinamentis. longe lateque male opinionis
fetorem de se reddunt. De talibus dicitur Johel primo. Computruerunt
iumenta in stercore suo. iumenta nam in stercore suo putrescunt. est luxuriosum
quelibet in ceno libidinis vitam finire. aut secundum Gregorium moralium 2°. Talibus
congruit illud prophete. homo cum in honore esset non intellexit comparatus
est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Tercio quia ipsi fornicatores

multi h[uius]mo[d]i s[e]c[t]ato[re]s / solent fideles decipe[re] du[m] eos invitant pro q[ui]b[us]dam egri
tudinibus / pro quibusdam rerum eventib[us] / ad arbores ad fontes / credu[n]t q[uo]d t[a]l[e]s
dicentes / q[ui]a hoc attendo / tale et tale periculum evasi / talemq[ue] suam [con]secutus
prosp[er]itatem / Similiter hoc agunt q[ui] ad sp[irit]ualem fornicac[i]o[ne]m dei s[er]vos invi
tant / ut ibi / de quibus dicit augustinus in s[er]mone de augurijs / Amoneo
vos pariter et [con]testor ut nullus ex vobis caragios divinos vel sortile:
gos requirat / nec eos de qualib[et] causa / v[e]l infirmitate interroget / nullus p[re]
cantatores adhibeat / q[ui]a [con]tinuo hoc malum fecerit / statim p[er]dit baptismi
sacramentum et [con]tinuo sacrilegus et paganus efficit[ur] / Et n[isi] grandis elemosina
et dura ac p[ro]lixa p[e]n[iten]cia subvenerit in et[er]num p[er]ibit / Similiter et auguria ob:
servare nolite / nec in itinere positi aliq[ua]s aviculas cantantes attendite / nec ex illarum
cantu dyabolicas divinaciones annunciare p[re]sumite / Nullus ex vobis p[ro]curet q[ua]
die de domo exeat / qua die iterum revertat[ur] / q[ui]a omnes dies deus fec[it] / sicut
scriptura dicit Et factus est dies p[r]imus / dies 2[us] etc / et illa fecit deus o[mn]ia
bona / Et i[nfra] Et q[ui]a / qui sup[ra]dicta o[mn]ia sortilegia deo vobis inspirante [con]tempne[re]
vel despicere ceperitis / moleste hoc accepturus est dyabolus / et vobis inde de
amicicia nec pactata sua discorde et sacrilegii p[er] que vos decipiebat [con]tempne[re]
aliq[ua]s necessitates vobis facturus est / vel infirmitatem aliquam immissurus est / aut
aliquod animal v[e]l p[er] morbum / v[e]l p[er] evagac[i]o[ne]m ablaturus / q[ui]a ad vos p[ro]bandos
hoc fieri p[er]mittit deus / ut cognoscat utrum fideliter veniatis / et si toto corde
dyaboli machinamenta despiciatis / Et utrum plus apud vos valeat amor
suus q[ua]m cuiuscumq[ue] alius amissio / Sed si semel v[e]l bis / necessitates quas dyabolus
immiserit toto animo et tota fide [con]tempseritis / Deus eas postea a vestra inse:
stacione dignabit[ur] repellere / ut nunq[ua]m possit vos sua calliditate decipe[re] vel
superare etc / Et ad ostendendam divine mie longanimitatem subdit Et peccatum
in fortitudine dices / Et dedi illi scilicet mulieri sive collectioni hereticorum
p[er] illam figurate tempus ut p[e]n[iten]ciam ageret sc[ilicet] de p[e]cc[a]to suo / Et re[ver]teret[ur] con:
tinuus de via / q[ui]a neminem volt perire / Vide Ezech 18 / Quare
moriemini domus ysrael / d[icit] deus / Convertimini ad me et vivite / Convertimini
et agite p[e]n[iten]ciam ab omnib[us] iniquitatib[us] v[est]ris / et non erit vobis in ruinam iniquitas
Sequit[ur] / Et non volt penitere a fornicacione sua sc[ilicet] h[uius]mo[d]i duplici d[e] c[aus]a p[ri]mo q[uia]
p[ro]pter maior eius culpa / et dei gracia / Ex q[u]o recipiunt homines quoq[ue] audaciam
peccandi / Eccl[esiast]es viii / Quia non cito p[ro]fertur sentencia contra malos / absq[ue] ullo
timore filij peccant mala filij hominum / Et subdit[ur] ibidem / attamen peccator ex eo
q[uod] centies facit malum et p[er] paciam sustentat[ur] / ego cognovi q[uod] erit bonum
timentibus deum qui verentur faciem eius / Et sequit[ur] / Non sit bonum impio
nec p[ro]longent[ur] dies eius / s[ed] q[ua]si umbra transeant qui non timent faciem domini
Et secundum q[uod] dicit dedi illi tempus / q[ui]a modo enim est tempus nostrum / q[ui]a
possumus facere quod volumus sive bonum sive malum / Eccl[esiastic]i xv / Deus ab
inicio [con]stituit hominem et reliquit eum in manu [con]silij sui / Ante hominem vita
et mors bonum et malum / quod placuit ei dabit[ur] illi / Sed aliquando deus accipiet
tempus suum / et tunc non poterimus facere quod volumus / si quod meruimus acci:
piemus / Ps[alm]i Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo / Eccl[esiast]es ix / Quodcumq[ue]
potest manus tua instanter operare / q[ui]a nec ratio nec tempus etc / Dat autem nobis
deus tempus in spacium in auxilium in documentum / et in monimentum / In spa:
cium in quo possimus ad deum reverti / Ysaie 30 / Expectat nos dominus
ut misereatur vestri / Ergo caveamus domini dum invenimus tempus / ne subito preoccupati
die mortis / queramus spacium penitencie / et invenire non possimus / Item in auxilium
Quia qualitas temporis invitat nos ad penitenciam faciendam si volumus / Nam modo
frigus / modo calor / modo ventus / modo pluvia nos affligit / Et si pacienter suste:
nerimus / in penitencia p[ro]ficimus / si murmuravimus deficimus / Et sic modo tempus est pro
nobis / sed in iudicio erit contra nos / Trenorum p[ri]mo / Vocavit adversum me
tempus ut [con]tereret electos meos / Baruch 3 / Sicut nec capillus de capite
sic nec momentum de tempore peribit / Item in documentum / q[ui]a sicut p[ro]pter diem in quo

laborant homines venit nox in qua quiescunt et opera tum illorum / sed qui non la-
borat ymo quiescit in die / laborabit in nocte Sic ps° In die man-
davit dominus misericordiam suam. et nocte canticum eius Alius sic pro labore diei
redditur merces / ita pro hac vita reddetur dubia mercede Levitici xx Cum sero
factum esset dixit dominus vinee procuratori suo Voca operarios et redde
illis mercedem Quarto in monimentum quia de die in diem monet nos timere
tenebras inferni de quibus nemo exibit si semel intrabit Mathei 21 ligatis
manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores Alius imitatur ipse
monet et mirat omnia esse mutabilia . ut debe in illis inetem figere
Ecclesiastes 2° Vidi in omnibus vanitatem et afflictionem et nil permanere sub
sole Item dedi illi tempus ad prolongacionem temporis sive partes etatis scilicet pueritia
adolescentiam iuventutem et senectutem ut penitentiam ageret in illis / a
pueritia in parte prima esset incipienda Ecclesiastes xii Memento creatoris tui in diebus
iuventutis Trenorum 3° Bonum est viro cum portaverit iugum ab adole-
scentia sua Ecclesiastes xi Mane semina semen tuum i. in pueritia et vespere Non
cesset manus tua i. in senectute Sed pauci sunt qui velint penitentiam age-
re in pueritia ut adolescencia vel iuventute et in senectute non possunt Et ideo
perdunt totum tempus Ideo dicit hic Et non vult penitere / non dicit non potest
quia non impotencia / sed voluntas est in culpa / quando peccatis est in voluntate
Sed veniet tempus quo subtrahetur omnis potestas bene agendi Prov. 1 Invocabunt me
et non exaudiam quia exosam habuerunt disciplinam et penitentiam Johannis 9°
Veniet nox in qua nemo potest operari Nicolaus autem hic Glosa Cum in precedenti
lectura negligentes predicatores ab exhortacione torpentes dictum sit Habeo adversum
te quod permittis et Cur non subiungitur Dedi tibi et illi / quia omnes sub uno / dedi
vobis tempus ut penitentiam ageretis / Et ad hoc dicendum Dicitur in angelo i. in
episcopo omne corpus ecclesie comprehenditur seu intelligitur Et qui ipse increpatur ad
eos que rei sunt increpatio pertinet Vel sic a specie predicatore cum supra iniurias fuerant
reprehensi / vadit sermo ad generalitatem populi / et in eo partem spei reproba
quasi ex occulto impenitentem redarguit / quam supra aperte increpaverat /
Hoc autem ideo fit / ne probis speciei que in sanctis predicatoribus constat / illa
que in reprobis est videtur coniuncta In posit itaque doctoribus unus idemque
angelus i. episcopus et pro reatu tacitumitatis aperte corripitur in specie et in occultis
obduracione / occulte redarguitur in genere In sanctis vero ut aperte corripi in specie
et occulte increpatur in genere In eo n. quod divina vox ait Habeo adversum te
quod permittis et torpentium ab exhortacione predicatorum innotescat fletum In eo vero
quod subiungit Et dedi illi tempus ut penitentiam ageret et non vult penitere a
fornicacione sua / a specie ad genus transiens et speciem et genus simul sub uno
comprehendit H ille Possit eciam dici quod forte illum non exprimit quia minus
peccaverit Et quia penitens erat et ad penitendum promptus Et patet hic pro illum
illorum / quos deus expectat longanimiter / ut volunt penitere Job 24°
Dedit ei deus locum penitencie / et ipse abutitur eo in superbiam / Dicit hanc Hugo in
delinquit et vivit Ecce hunc divina pietas et dispensacio longua agere
tolerat / ut ab iniquitate resipiscat Unde et talis / quo amplius expectatur
et non vult penitere eo arcius reatus sui vinculis astringitur et iuste dei
iudicio punitur Et ideo dicit Gregorius Moralium xviii per Hunc modum . Nam qui iniquitatem
accepta penitencie tempora convertit ad culpam / districtus in ultimis iudex / immensa
argumenta misericordie convertit ad penam / hinc namque per Paulum dicitur ad Romanos 2°
An ignoras quia benignitas dei i. longanimitas et paciencia / ad penitentiam te adducit
Tu autem secundum duriciam tuam et cor impenitens thezaurizas tibi iram in die
ire et revelacionis iusti iudicii dei / hinc Ysayas dicit capitulo 6 . Puer centum
annorum morietur / et peccator centum annorum maledictus erit / Quasi aperte nobis
dicere ac diceret / Vita quippe pueri in conspectum ducitur ut a puerilibus facte
corrigatur / Sed si a peccati perpetracione nec temporis longinquitate compescitur
hec ipsa longinquitas / quanto per vitam accepit / ei ad culmine maledictionis crescit

Ca

Unde nunc est vt cum nos expectat diuinus tempus ... ipa prolongate pietate tempora quasi dampnacionis argumenta timeas ne ex clemencia indies crescat supplicium peccatoris. Et unde quisque eripi poterat a morte inde conuersus ad mortem tendat. Quod idcirco plerumque agitur quia necesse a pulchris interius oculus separatur. Considerare nunquam potest redemptoris vias negligit et ideo in suis itineribus sine cessacione versatur. Hec ille. Quia sola cogitat sola curat mittitur que sibi ad quodcumque temporale suffragentur. Secundo elicitur ex littera quod valde reprehensibiles sunt episcopi et prelati qui in diocesibus suis permittunt fornicatos et adulteria et sortilegia et cetera crimina et non corrigunt et emendant. Si enim episcopus thyatire a domino reprehensus est quia permittebat mulierem fornicari etc. quid estimare debemus de pastoribus qui nedum fornicarias sacerdotibus permittunt. Unde populus plurimum seducitur huiusmodi peccatum leve reputantibus quia videt et audit a sacerdotibus esse commissum. Sed etiam quod grande nephas est et auditu plurimum abhominabile huiusmodi mulieres cum prolibus suis pecuniis redimere permittit. Si denique angelus thyatire ecclesie operibus alias esset bonis quia tamen subditus non correxit deum animaduersione diuinam offendit. Quam animaduersionem putamus incurrere superiores qui non modo subditorum peccata non corrigunt sed similibus peccatis et forsan amplioribus maculantur vt de hys dicitur supra scriptum est Sap. vi. potentes potenter tormenta pacientur. Hac enim habe vasa electionis ecclesie heu modus corporibus polluuntur dum contra castitatem edictum tot pellicibus fede commercia subeunt. Et quod auditu contremiscit et aerem coinquinat alienos thoros crebro inficiunt tota solitudine impunes polluunt adeo vt si ignorancia suis superioribus tamen facinus absconderet sic reptancia in terris et cunabulorum vermes ymo gloriantur in malicia aliqua intonaret et in palam deduceret. Et vt taceam mores clericos quid de magnis secularibus et in religione monasterii deo militantibus fama celebris habeat patet. Qui filios palam non solum procreare sed et incestu tede non verentur. Quos sacri canones grauissimis percellunt penis depositionis excommunicacionis et similibus vt patet 81 di. de presbitero.

Ecce ego mitto eam in lectum et qui mechantur cum ea in tribulacione maxima erunt nisi penitentiam egerint ab operibus suis. Et filios eius interficiam in morte. Et scient omnes ecclesie quia ego sum scrutans renes et corda et dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Ecce postquam principaliter narracionem in qua posita commendacionem approbacionem et arguitionem increpacionis. Subiungit comminacionem et diuiditur in duo. Primo ponit ipsam comminacionem penarum quibus infliguntur comminacionem est domina Iezabele mulieri et sociabus eius et collectioni reprobatorum in ecclesia predicta et eciam vniuersali. 2o subdit finem comminacionis promulgacionis commendando fidem ecclesie que credit deum punitorem bonorum malorum ibi et scient omnes ecclesie etc. Ait ergo ecce mitto eam in lectum. Ecce increpat per domino mitto eam in lectum. 4 Regum 22 moratur tetans illud Iob 33 increpat per dolorem in lecto. Dicat quia in scriptura sacra lectus sumitur quandoque secundum statum seu stratum aliquando voluptas carnis aliquando repausacio in bonis operibus aliquando regressus quia reat accipitur declinabit diues. Quod est nota quia in eius actuum ix Eneas tam dixit surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Nota quod per grabatum voluptas carnis designatur et iubetur vtique vt hoc sanus portet vbi infirmus iacuit. Quia nimirum omnis qui adhuc viciis delectatur infirmus iacet in voluptatibus carnis. Sed sanus hec portat vbi iacuerat quia diuino adiutorio exceptus a viciis eius carnis conculcans modum tolerat in cuius prius desideriis requiescebat. Rursum per lectum vel stratum repausacio in bonis operibus designatur. Unde in apostolorum actibus petrus apostolus dixit Enea sanet te dominus Ihesus Christus. Surge et sterne tibi. Act. ix. Quid est dicere surge nisi mala que perpetrasti derelinque. Et quid est dicere sterne tibi nisi ea in quibus requiescere debeas operare vt et desistat surgendo quod fecit et inueniat sternendo quod fecit. Quod vtrumque psalmista comprehendit dicens diuertite a malo et fac bonum

declinare quippe a malo est ab eo quo iacuit surgere. Bona vero facere est incre(dere)
opera in quibus requiescere debeat sternere. Cum ergo declinat mala et bona adhuc non
facit, surrexit quidem ab eo quo iacuit, sed ubi requiescere debeat necdum stravit. Et versa vice
lectus vel stratum requies spiritalis accipitur, sicut scriptum est in psalmo: Universum stratum
eius versasti in infirmitate eius. Cum enim quisque curis secularibus fatigatus
desiderare per divinam gratiam ceperit huius mundi itinera laboriosa compungitur, cogitare solet
quo presentis vite desiderium fugiat et ab eius laboribus requiescat, sibi que mox
desiderat quietis ordine querit et velud quoddam stratum sibi a cunctis laboribus cessationis
locum invenire concupiscit. Sed quia in hac vita adhuc homo positus in cuiuslibet
ordinis loco, in cuiuslibet secreti secessu vivere sine temptationibus nullatenus
potest, plerumque in id quod ad requiem quaeritur maior dolor temptationis invenitur.
Unde recte per prophetam dicitur: Universum stratum eius versasti in infirmitate
eius. Ac si diceret: Omne quod sibi paravit ad requiem, hoc ei occulto iudicio inqui-
etasti ad perturbationem. Quod pie quidem consilio agitur ut huius peregrinationis tempestate
electorum vita turbetur. Via quippe est vita presens qua ad patriam tendimus,
et ideo hic occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro patria dili-
gamus. Solent enim nonnulli viatores cum amena fortasse in itinere prata
conspiciunt pergendi moras innectere et a recti itineris rectitudine declinare.
currentiumque gressus tardat pulchritudo itineris dum delectat. Electis ergo suis
ad se pergentibus dominus huius mundi iter asperum facit, ne dum quisque presentis
vite requie quasi vie amenitate pascitur, magis eum diu pergere quam cito pervenire
delectet, ne dum delectatur in via obliviscatur quod desiderabat in patria. Quia ergo
in hac vita omnis nostra quam fortasse quaerimus requies perturbatur, recte dicitur: Universum
patiatur quam per dolorem in lecto vel in presentis ~~vite requie~~ vite requie, vel temptationibus
nos stimulis vel applicatione flagelli conturbat. Nam sepe humanus animus quolibet
bonis operibus sine temptatione in laudibus studiis fruitur, mox de eisdem studiis in quibus
se extollit quiescendo de ipsis virtutibus quibus multiplicatur intus dum perficere se
sentit elevatur. Unde pro lectoris nostri modestia impulsu temptationis affici(tur)
ut in eo ipso perfectus sit electus comprimatur. Gregorius libro (...). Per lectum ergo quo
Jezabel mittitur intelligitur presens securitas et audacia peccandi, secundum Haymonem.
Ponitur autem hec meretrix et omnes imitatores eius in lectum, non ut quiescat, sed
ut febre languescat, ut frenesim sustineat, cuius ea nimis arripit ut dicat
que alii audire erubescant. Sepe namque iusto dei iudicio post peccatum perpetrata
ruunt homines ad maiora facinora, dumque sine timore audacter peccant, securitate dicitur eos
quasi in lecto vel in peccandi securitate quiescunt. In qua securitate ... Tale est et illud: tradidit eos
mittere deus, quia iusto iudicio permittit ut mittantur.
Induravit dominus cor pharaonis vel non emollit. Sic et hic dicitur: mitto eam in lectum,
vel non retraham illam, sed permittam post perfacta peccata libere et sine timore peccare,
et qui mechantur cum ea in tribulationem maximam erunt. Secundum Haymonem.
Regina et qui mechantur cum ea in tribulatione maxima erunt. Hoc est filii eius ex fornicatione,
quod est Jezabel. Hoc sunt qui mechantur cum ea. Hoc est filii eius ex fornicatione ut dicuntur
catores peccati vel unum corpus sathane. Sed quia reprobi reprobis succedunt ut dicitur,
totum est in precedenti littera dividitur genus in species, ut ostenderetur cum hiis successoribus totum
corpus diabolicum perficiat quibus incrementis eius soboles coalescat. Cum hec ergo
littera presens intelligitur: Et qui mechantur cum ea, hoc est cum seipsis, quia ut dictum est
quod est meretrix. Hoc sunt et illi qui cum ea fornicantur. In tribulatione maxima
erunt, hoc est in augmento peccatorum, pro quo veturi sunt ad maxima tri-
bulationum gehenne. Quasi enim quedam peccatorum supplicia sunt ipsa vitiorum
incrementa. Et hoc fiet nisi penitentiam egerint ab operibus suis, dum non peccatores
quidam de perfectis suis voluerint agere penitentiam, fit ut ad alia ruant crimina
erunt graviora. Unde paulus de quibusdam dicit cognoscentibus et non glorificantibus.
dicit: Ro. i. propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant que non
conveniunt. Secundum Haymonem. Et filios eius vel imitatores illius interficiam in mortem.
Non istam communem mortem debes hic accipere quam moriuntur et iusti, sed illam

que post mortem corporis sequitur anima scilicet dampnacionem eternam Nam et per
lectum quo Jezabel mitti dicitur, eterna pena potest intelligi qua inferi et re-
probi tradentur cruciandi Et qui mechantur cum ea. hoc est qui fornicacionem
illius quotuscumque modo imitantur. erunt in tribulacione maxima post mortem carnis
ubi vermis eorum non morietur et ignis eorum non extinguetur. Ysaie ultimo
Et hoc ideo quia penitenciam agere negligunt donec eorum repentinus supervenit
interitus 1 thess. 1. porro filii eius hanc suam et imitatores malorum in
telliguntur, vel opera illorum prava Que tunt dabuntur in mortem, qui post
leticiam temporalem pro hiis inferi peccatores perpetuis tormentis tradentur cruciandi.
dum per impunitatem scelerum ad mortem pervenerint animarum Quo modo
electi hic affliguntur. ut post mortem letentur, quibus dicitur per prophetam Ezech 16
Ysrahel iam non irascar tibi amplius quia zelus meus recessit a te. Et Apoc. 3
Ego quos amo arguo et castigo, Comparantur signis ad tempus impii eterna
morte plectendi, Affliguntur autem ad modicum electi perhenniter bonis vege
tandi, Dicit ergo: Ego quos amo arguo et castigo per flagella salubriter corre
pcionis dampnis temporalium rerum. per varias et diversas tribulaciones corporum et animarum
Eos vero quos despicio mitto in lectum id est in securitate peccandi manere
permitto, per quam demum perveniunt ad lectum inquietissimum penarum eternarum
Agit autem hoc omnipotens deus more patris duos filios habentis, quorum alterum quod
sue potestatis et voluntatis esse permittit. sinens eum libere dormire manducare
bibere. cetera quoque que sibi videntur facere. quia vult eum hereditate privare, Alterum vero
alterum exercitat verberibus afficit aliquando tota nocte vigilare precipit et nudis
pedibus stare. quia vult eum heredem substituere, Tali itaque modo deus electos
suos quibus datura est hereditate celestis patrie. arguit et castigat. ut post
finitos huius vite labores ad eternam perveniant possessionem, Reprobos autem
permittit sue voluntatis esse et in lecto securitatis quiescere, quos postea dampnen-
dos cum suis patribus mergit. ubi erit tribulacio maxima, quam nulla potest
explicare lingua, ubi et deficiens quasi non deficiat. et moriens semper vivit
Unde Gregorius 3 moralium tractans id Job 7. Cum testa saniem radebat se-
dens in sterquilinio dicit, dum lego Job vulnera tractantem quasi considero, Recte
ad memoriam mentis oculos Johannem reduco. Et non sine grandi ammira-
cione perpendo. quod ille prophetico spiritu intra matris uterum repletus. atque ut ita
dixerim, prius quam nasceretur renatus, ille amicus sponsi, ille quo inter natos
mulierum nemo maior surrexit etc. ab iniquis in carcerem mittitur. et pro
puelle saltatu capite truncatur. et vir tante severitatis pro risu turpium moritur
Et quod credendum est quod omnipotens deus sic vehementer in hoc seculo despicit
quos sic sublimiter ante secula elegit. nisi hoc quod pietati fidelium patet,
quoniam ideo sic eos premit in infimis. et foris usque ad despectum deicit
quia intus usque ad incomprehensibilia perducit. Et subdit hinc ergo unusquisque
colligat quid illic sint passuri quos reprobat, si hic sic cruciat quos amat
Sed Quicumque aliter ait Ecce ego mitto eam in lectum, cum hic loquitur
de lecto eterne dampnacionis, ymmo potest quod et alia lectura habet luctum. Et ad hoc concordat
Richardus Et ideo ait mitto in presenti, ut per penitenciam per terribilis formidine mutet
timoris. Et hoc erit aut ob prophetie certitudinem, ob temporis brevitatem et libidinis
modicitatem, quia gaudium ypocrite ad instar puncti Job 20 Et ideo loquitur
de futura pena quasi presentialiter Super eodem Veniam tibi cito, quoniam deus in istis
iudex est. id est transibus humanarum ait si penitenciam egerit Unde Richardus
Noluit per effrenatum furore peccatores ~~despicere~~ precipitare dampnatorum
Sed per tormentum comminacionis eos revocare si penitere vellent ad consi
deracionem sive misericordiam. Et secundum idem helmandus lapsos deus primo
instruct delinquentes, deinde arguit negligentes, postremo punit impenitentes
Luce xiii Nisi penitenciam egeritis omnes peribitis Verbum ergo scutum est bonis
et clipeus et bonum munimentum est prima ad defensionem a iudice dampnatore

Supra eodem age penitentiam si quo minus veniam tibi cito etc. De ululatu aut-
talium in inferno dicitur ad Ro 2° Tribulatio et angustia in omnem animam
que operatur malum Mag. ululatus est in penis infernalibus propter earum acerbitatem
Maior propter diversitatem. maxima propter eternitatem Ieremie 30 pessima est plaga
tua. insanabilis fractura tua Et ad maiorem terrorem subditur hic et filios
eius et sequaces interficiam in mortem scilicet eternam que est mors 2a supra etc.
Unde de talibus filiis et sequacibus et perseverantibus in peccatis dicitur Eccli xl
De prole impio queruntur filii quoniam propter illum sunt in opprobrium Et Exodi
Qui reddit peccata patrum in filiis ac nepotibus in 3am et 4am generationem
Et Iob 21 Deus servabit filiis illius dolorem patris nec est hoc contra illud
quod dicitur Ezech 18 non portabit filius iniquitatem patris etc. quia ut Gregorius
xv moralium Quisquis pravi parentis iniquitatem imitatur ex illius delicto con-
stringitur Quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur nequaquam delicto illius gravatur
Unde fit ut iniquus filius iniqui patris imitator non solum sua que addidit
sed etiam patris peccata persolvat cum vicijs patris quibus iratum deum non ignorabit
etiam suam adhuc maliciam adiungere non formidat Et iustum est ut qui
sub districto iudice vias iniqui parentis non timet imitari cogatur in presenti vita
etiam culpas iniqui parentis persolvere Et patet hic ex dictis quod qui sunt
complices in peccando sunt etiam et complices in pena Et de hoc etiam Greg.
moralium ix super illud Iob x ubi nullus ordo etc. Quos inquit similis culpa
inquinat par etiam pena constringat Mathei xiii Colligite zizania et li-
gate in fasciculos ad comburendum Et sequitur ibidem par cruciet flamma
simpliciter quos in igne luxurie par succendit flamma peccati Item patet hoc
voluptatum civilis crudelitas et eterne dampnationis inevitabilitas et eiusdem
eternitas Apoc xviii de dampnatione babilonis et habitatorum in ea duplicate
duplicia secundum opera eius etc. Et sequitur Quantum glorificavit se et in delicijs fuit
tantum date ei tormentum et luctum Ysaie viii Non erit eis lux matutina
et transibit per eam et corruet et esuriet et cum esurierit irascetur et ma-
ledicet regi suo et deo suo et suspiciet sursum et ad terram intuebitur
et ecce tribulatio et tenebre dissolutio angustia et caligo persequens et non
poterit avolare de angustia sua Et ad maiorem terrorem subditur hic in terra
et filios eius et sequaces interficiam Et sequitur sine qualiter preambulatione tu
dicitur Et scient omnes ecclesie id est congregationes bonorum et fidelium Scient scilicet etc.
quod non credunt fide quia ego sum scrutans renes et corda 2m Haymo
In renibus delectatio designatur concupiscentie carnalis. quia generatio semine de lumbis
egreditur virorum In corde vero cogitationes exprimuntur que de corde procedunt Unde
quod dominus ait Mathei xv de corde exeunt cogitationes male adulteria fornicationes
furta etc. Qua enim in precedentibus verba dixerat omnipotens non aperte sed occulte
adulteros et ydolatras morte dampnandos nunc fidem ecclesie demonstrat que
etiam non visa credit Novit enim omnis fidelium ecclesia deum omnia scire quia
licet tolerare corporibus videatur tamen occulte in sua prescientia iam eos dampnavit
Ait ergo Scient scilicet penam inflictam malis omnes qui sunt de ecclesia quia ego
sum scrutans corda et renes id est facta et cogitationes singulorum intueor a-
subtiliter examino remunero puniendo hominibus quippe opera et dicta nostra
possunt esse cognita Deo autem etiam cogitationes et cordis secreta manifesta sunt
Antequam ipse videt quid quisque cogitet vel quid delibet Et in hoc quod ait
scrutans notatur scientie intimitas In hoc vero quod ait renes et corda
universalitas In hoc quod ait ego sum potestas et latendi impossibilitas Deus enim
intuetur cor. 1 Reg xvi Sap vi Interrogabit opera vestra et cogitationes
scrutabitur Ieremie xvii Ego dominus scrutans corda probans renes Sophonie 1°
scrutabor ierusalem in lucernis Act 1 Tu domine qui nosti corda hominum
Num et venies ad iudicium non solum opera sed etiam ipsas tenuissimas
cogitationes cordis dampnabit Unde quod per prophetam dicit Ecce ego venio
ut opera et cogitationes singulorum congregem Post et hoc quod in ultimo capitulorum

iiii ix

2

deum scrutatorem esse renum et cordium perhibet . nos interim ibi intelligi
ut quod nunc fide retinet . etiam in futurum rerum experientia teneat . Unde ps.
Cognosce domine iudicia faciens . non quod ante per fidem non sit cognitus . tunc
occulte iudicaret . sed quod tunc iudiciorum experientia cognoscitur . Notandum tamen quod
in scrutatore duo sunt . primo inquisitio uel rei incognita ut sciatur . vel de inquirendo scita
ut melius sciatur . et sic deus non scrutatur . Job x . Nunquid sic videt homo et tu
videbis . 2o subtilis cognitio quod res certissime videtur . et sic deus scrutatur
et quoniam ipse est iustus iudex . Ideo sequitur et dabo unicuique secundum opera sua
hic apte dicitur secundum haymonem quod nomine fornicatione superius omnia comprehendit
quia per hanc scientiam non unius operis sed multorum futura dampnatio
ostenditur . provenientur manifesta dampna . punientur et occulta . atque ideo fornicationem
conformiter superius dicta . hic omnia cogitantur consistens . Unde ps.
perdes omnes qui fornicantur abs te . dicit itaque dabo unicuique uestrum secundum opera
uestra iustis scilicet premium laborum impiis uero supplicium eterne dampnationis . Infra ultimo
Idem quod hic . Mat xvi . Reddet unicuique iuxta opera sua . Job xx . Iuxta multitudinem
adinventionum suarum sic et sustinebit . Sed ex hoc videtur quod deus non puniat cogitationes
malas uel similes . sed tantum opera . ut similiter remunerabit . Respondetur quod hic sunt
opera large pro omnibus que fiunt ab hominibus uel cogitando uel loquendo
uel operando uel etiam omittendo sive negligendo . Et ideo omnia talia cavenda
2 cor v . Omnes nos manifestari oportet ante tribunal christi ut recipiat unusquisque
prout gessit in corpore sive bonum sive malum . Eccl ultimo . Cuncta adducet
deus in iudicium pro omni errato . glo . et pro hoc ignorante plato . Unde
Gregorius xxi moralium exponens illud Job 31 Nonne ipse considerat vias meas et
cunctos gressus meos dinumerat . Sic unusquisque vias considerat . sic dinumerat gressus
ut nec minutissime quidem cogitationes eius iudicio ac valde tenuissima que apud
nos usu viluerunt indiscussa remaneat . Unde propheta fortissime magne potes
deus excitum nomen illi . magnus consilio incomprehensibilis cogitatu . cuius
oculi aperti sunt super omnes vias filiorum adam ut reddas unicuique secundum vias
suas et secundum fructum adinventionum eius . Jeremie 32 . Sic ergo deus subtili
examinatione considerat . ut unicuique nostrum nec ea que remuneret bona preterea . nec
mala que uel displicent sine increpatione dereliquit . hinc est enim quod angelum
ecclesie thyatire in quibusdam laudando et in quibusdam redarguendo dicit . Novi
opera tua et caritatem et fidem etc . Sed habeo adversum te . quia permittis mulierem etc
Ecce bona memorat . nec tamen resecanda mala sine pietate relaxat
quia scilicet sic singulorum vias considerat . sic gressus enumerans pensat ut subtili
examine pendat . ut et quantum quisque ad bona proficiat . et quantum ad mala
devians suis profectibus conditat . Incrementum quippe meritorum quod bone
vite studiis augetur . plerumque mali admixtione retrahitur . Et bonum quod
animus operando construxit . hoc mala perpetrando perdit . Unde sancti viri tanto
se subtilius in cogitatione constringunt . quanto et a superno iudice districtius
considerari conspiciunt . Actiones quippe discutiunt in verbo si qua deliquerint
ut tanto fiant irreprehensibiles iudici . quanto semetipsos quotidie sine
cessatione reprehendunt . Nec tamen hec de re iam gaudia securitatis sumunt
quia ab illo se videri credunt . qui in eis et illa videt que videre ipsi
in semetipsis non valent . hec ille . Gregorius 27 moralium exponens illud Job
3 2 Novit enim opera eorum et ideo inducit noctem et conterentur . Ut in nocte
iniquus conteritur . tunc peccatorum precedentium confusione dampnatus . lux lumine
non invenit . et quod deinceps agere debeat non agnoscit . Omne quippe peccatum
quod cum citius penitentia non tergitur . et peccatum est et causa peccati et pena
peccati . Et peccatum est et causa et pena peccati . peccatum namque quod penitentia non diluitur
ipso suo pondere ad aliud trahit . Unde fit ut non solum peccatum sit . sed
peccatum et causa peccati . Ex illo quippe vicio culpa subsequens oritur . ex quo
tota mens obtenebrata ducitur ut peius ad aliud ligetur . Sed peccatum quod ex peccato
oritur

non iam peccatum tantummodo sed peccatum est et pena peccati, quia iusto iudicio omnipotens deus
cor peccantium obnubilat, ut precedentis peccati merito etiam in alia cadant. Que
cum liberare nolunt, deserendo permisit. Unde non inmerito pena peccati dicitur
quod iuste desuper revocata caritate ex precedentis peccati ultione perpetratur.
Quod videlicet geritur dispositione superius ordinata, sed inferius iniquitate confusa,
ut et precedens culpa sit causa subsequentis, et rursum culpa subsequens sit
pena precedentis. Quod bene in infidelibus et lubricis Paulus quasi semine quodam
erroris aspexerat, cum dicebat ad Ro. i. Cum cognovissent deum, non sicut
deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis. Sed
quid ex huius seminis errore pullulaverit, illico adiunxit dicens: Propter quod tradidit
illos deus in desideria cordis eorum, in inmundiciam, ut contumeliis afficiant corpora
sua in semetipsis. Quia enim cognoscentes deum peccatum admiserunt superbie intelli-
gendo, cecantur etiam ne intelligant quod committunt. Et qui intelligere etiam sua
sequi nolunt in peccato et causa peccati ipsum lumen intelligentie perdunt in peccato et
pena peccati. Prioris ergo peccati initium peccatorum subsequentium pena fovet. Ut
qui nullum sciens peccat, deinceps iuste in alia etiam nesciens cadat.
Hoc quippe agitur ut culpis culpa feriatur, quatenus supplicia fiant peccantium
ipsa incrementa viciorum. Nam quia omnipotens deus ad primam temporis
indulget, quod tamen humana malicia ad usum sue intorquet iniquitatis,
in iniurium iusto iudicio augeri culpa permittitur, ut ad feriendum aliquando quoque
cumuletur. Hinc enim rursum de quibusdam Paulus apostolus dicit: Ut impleant
peccata sua semper. i. Thess. ii. Hinc voce angeli ad Iohannem dicitur: Qui
nocet noceat adhuc, et qui in sordibus est sordescat adhuc. Hinc David
dicit: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, ut non intrent in tuam iusticiam.
Hinc rursus de domino ab eodem psalmista dicitur: Immissiones per angelos malos
viam fecit semite ire sue. Cor quippe domini perversis meritis aggravatum
iuste permittit etiam subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli.
Quod dum digne in culpa cadit, reatus eius in pena cumulatur. Unde
et ire sue dominus viam de semita fecisse perhibetur. Latior est enim via quam semita.
Ex semita vero ire viam facere est ire causas districte iudicando dilatare,
ut qui illuminati agere recte noluerunt, iuste cecati adhuc faciant unde
amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: Nondum completa sunt
peccata Amorreorum. Gen. xv. Et infra. Plerumque etiam unum vicium quod peccatum
et peccatum est et pena et causa peccati. Effrenata namque ventris ingluvies in
fervore luxurie plenitudine carnis instigat. Perpetrata autem luxuria sepe de
periurio aut homicidio tegitur, ne humanarum legum ultionem puniatur. Ponamus
ergo ante oculos quod quidam voracitatibus sibi frena laxavit, qua vora-
citate superatus adulterii facinus admisit, deprehensus autem in adulterio latenter
virum adultere ne ad iudicium traheretur occidit. Hoc itaque adulterium inter
voracitatem et homicidium positum, de illo videlicet nascens et hoc generans, peccatum est
et pena et causa peccati. Peccatum quidem est per semetipsum, pena vero peccati est
quia culpam voracitatis auxit. Causa autem peccati est, quia subsequentis culpe
homicidium genuit. Unum ergo idem quod peccatum est et pena precedentis et causa
culpe subsequentis, quia et transacta exaggerat et adhuc sequentia que dampnari
debeant seminat. Quia igitur ex peccatis precedentibus cecatur oculus cordis, ipsa
cecitas que peccantis animum et anteacte culpe dampnatione confundit, merito
nox vocatur, quia per hanc ab oculis delinquentis lumen virtutis absconditur.
Bene itaque dicitur: Novit opera eorum, et ideo inducet noctem et conterentur.
Quia ut sepe dictum est, precedentium nimirum mala faciunt ut ad peccandum
iterum tenebris subsequentibus involvantur, ut eo iam lumine iusticie videre non
possint, quo illud et cum potuerunt videre noluerunt. Inducere autem noctem dominus
dicitur, non quod ipse tenebras inferat, sed quod obscura corda peccatorum misericorditer non
illustrat, ut hoc ipsum in nocte peccasse sit a cecitatis ~~tenebris~~ tenebre
liberare noluisse. Sciendum quod plage inferni sunt xviii: anxietas
caloris, angustia frigoris, premitur fames, aviditas sitis ~~tenet~~ pellulat

De plage inferni

fetor intolerabilis. arctus carcer. terribilis visio demonum . aspectus serpentum . consortium
demonum . omnibus consciencie . tedium vite . propter dissensiones . blasfemie et clamores
timor et pudor . dolor et desperatio . De prima et 2a Job 24 . ab aquis nivium
ibunt in calorem nimium . Fuerunt enim frigidi ad bonum et ardentes ad malum
De 3a et 4ta Ysaye 65 Ecce servi mei comedent et vos esurietis . ecce servi mei
bibent et vos sitietis Crapulati et inebriati fuerunt et ingurgitati . ymo fa-
melici a doctrina et aridi a gratia De quinta et sexta 1 Reg 2 Impii in te-
nebris conticescent Ysaye 34 . de cadaveribus eorum fetor ascendet lumine
enim veritatis inspicere noluerunt et fetorem libidinis dilexerunt De vii et viii
Prov 19 parata sunt derisoribus iudicia mallei percucientes stultorum
corporibus Jeremie 19 Sic conteram populum istum et civitatem sicut conteritur vas
figuli Mat xxii Ligatis manibus et pedibus proicite in tenebras exteriores
ibi erit fletus etc Quia manus non contraxerunt et volverunt Et abiecerunt omnia
mandatorum dei . constricti sunt vinculis peccatorum suorum . de ix et x de utro
32 Dentes bestiarum immittam in eos . quia eciam 39 Bestiarum dentes scorpii
et serpentes et rumphea vindicans in exterminium eorum Ezech 32 In medio
incircumcisorum dormies cum hiis qui interfecti sunt gladio . Veneno enim ma-
licie in eos alios evomuerunt et dignum est ut sint consortes in pena . sic
fuerunt consortes in culpa . De xi et xii Ysaye ultimo Vermis eorum non mo-
rietur Apoc ix In diebus illis querent homines mortem et non invenient
Non enim habuerunt parem pectoris ut oleum in vasis suis . serenitatem mentis
et omnia spiritualia vertebantur eis in tedium Ideo eciam una hora videbitur
eis quasi spacium forte mille annorum De xiii et xiiii ps peccator videbit scilicet
illos quorum occasione peccavit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet
quia eciam de patre impio conqueruntur filii . qui propter illos sunt in opprobrium Eccli 41
Apoc vi Commanducaverunt linguas suas pre dolore et blasfemaverunt deum celi Ysaye
65 Ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis et vos ululabitis pre contricione
spiritus Spiritum dei a se repulerunt Ideo nunquam pacem inter se habebunt Clamorem
pauperum non exaudierunt Non ergo exaudientur et blasfemando invenerunt Ideo pre
acerbitate pene blasfemabunt De xv et xvi Sap v Videntes turbabuntur
timore horribili Naum 3 Revelabo pudenda tua in facie tua et ostendam
nuditatem tuam gentibus et regibus ignominiam tuam . quia sine timore peccaverunt
et peccata sua confiteri noluerunt De xvii et xviii 1 Thess v Quasi dolor
in utero habentis et non effugient Prov xi Mortuo homine nulla erit spes
dolebunt non super modum eo quod pro temporalibus et transitoriis eterna perdiderunt
et desperabunt . et in vita sua non in deo sed in mundo et divitiis suis
spem suam posuerunt que tunc cessasse videbunt Et Nondum Si consideraret

homines quod pro momentanea delectatione quam frangunt pro modico tempore
quo victuri sunt penas eternas incurrunt . Ubi timendum erit habitaturi in inferno
quamdiu filius dei est in paradiso . citius converterentur ad deum Legitur de
quodam sancto viro qui multum fuit secularis quod hoc ipsum convertit eum
quia cogitabat utrum anime dampnatorum possent a suppliciis post annos mille
liberari Sed tamen sibi videret cogitacio sua quod non . processit intelligens a mille
ad duo milia . et ad tot milia quot sunt gutte in mari Sed invento quod
non expectatur in spem timore attendens brevitatem amenitatis temporalis et
fletus et diuturnitatem suppliciorum et dolorem Et consequenter istius modi
devocionis vitam mutavit et religiosam vitam duxit Scribit Gilbertus
de Thornaco parte 2a sui erudimenti etc

Vobis autem dico ceteris qui Thyatire estis . quicunque non habent doctrinam hanc
Qui non cognoverunt altitudinem sathane Quemadmodum dicunt Non
mittam super vos aliud pondus . tamen id quod habetis tenete donec
veniam Et qui vicerit et custodierit usque in finem opera mea

Dabo illi ptatē sup gētes. et reget illas in virga ferrea. et tamqȝ vas figuli confringentur. sicut et ego accepi a p̄re meo Et dabo illi stellā matutinā Qui hȝ aurem audiat. quid spiritus dicat ecclesiis ꝛc.

Quarta pars principalis narracionis In qua ponitur pmissoria ɔsolacō Et dividitur in duas ptes. Primo ponitur ipa ɔsolacō specialis illis q̄ erant de illa eccā. Secundo promissio gnālis et ɔsolacō fidelibus bn̄ agentibus ibi. Et qui vicerit Prima dividitur. q2 pmo consolatur eos. q2 doctrinam illius mulieris non obsvabant. 2o qȝ altitudinē sathane non approbabant. 3o hortatur eos vt persuasionibus pseudo nō aquiescant. sȝ qȝ ewangelij vitate fideliter et pseverant teneat. Dicit ergo. Vobis aut̄ ꝛ d. Ita facit malus ut sim̄ ginaty/ vobis aut̄ dico ceteris qui thyatire estis id est iustis et electis qui ceteris estis dissimiles. et qui nō estis comphensi in nūo reprborum Qui nō hn̄t doctrinā hanc scilȝ Jezabel de qua sup̄ sȝ qȝ licitū esset fornicari et comedere de ydolatitis ob veneracōm idolorum Vel id est quos pva psuasio Jezabel nō inclinat ad malam opacōm. vt malos vȝ imitentur. Qui nō cognouerunt altitudinē Sathane id est supbiam illius nō sunt imitati ꝑut hanc expo. Vel nō dicuntur altitudinē Sathane nō cognoscere. sicut sacra scriptura dicat cuiliꝫ nō cognouisse viros. que necdum experte sunt viri thorum Vel sic nos quotidiana locucōn dicimꝰ hominem vacuum non cognoscere mendacium. Altitudo aut̄ Sathane 2m eum supbia eius intelligitur. q2 tumens contra dm̄ voluit fieri similis altissimo Pro qua cecidit in terram. multas angelorum legiones sibi ɔsencientes secum dicens de quo dicitur Ysaye xiiij Quō cecidisti lucifer. qui mane oriebaris Cuius altitudinē tunc homo cognouit. cū hanc imitando. deo similes fieri concupiunt Iuxta pmissionem deceptoris dicentis In quocumqȝ die comederitis. eritis sicut dij Gen. 3 Hanc eciā altitudinē illi cognouerunt qui turrim vsqȝ ad celum erigere gestiebant Gen. xi.o Sȝ electi altitudinis sathane noticiam non hn̄t. q2 in cunctis semetipsos humiliant. vestigia redemptoris sequentes. qui dicit Math. xi Discite a me q2 mitis sum et humilis corde. Attendunt enim quod dn̄s dicit. q2 oīs qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur Luce xiiij ehzint ge vacionis accepto consilio. semitā humilitatis arripiunt. per quam ad celsitudinis culmē ascendant. dicentes illud psalmi. ab altitudine diei ego timebo Lira 2m nō cognouerit altitudinē sathane id est nō approbauerit supbia Ebyonis et Cherinthi qui in supbiam erecti. dixerunt contra reverenciam psone xpi eius diuinitatē negantes. ppter quod beatus Johes in principio sui ewangelij diuinitatē eius declarat 2m qȝ dicitur in libro illustrium virorum Sequitur Quemadmodum dicunt Ubi tamen vitatem altius erueris 2m eum sȝ pseudo apostolorum. qui tunc ewangelio dicebant necessarium esse obsvacōm legalium que dicitur pondus importabile actuū xv Et contrarium ad hoc dicit angelus apparens Johanni in psona xpi Quemadmodum dicunt pseudo apli. non mittam super vos aliud pondus id est obseruacōm legis quod pondus falsi apli dicunt vos esse impositurū Tamen id quod habetis id est vitatem ewangelicam vobis per veros aplos pdicatam tenete scilȝ firmiter donec veniam sȝ ad iudicium Unde haymo prō illis hoc dicitur qui inflati contra dei filium altitudinē sathane cognoscentes. nitebantur eos qui crediderant ex gentibus in xpm. ad veteris legis cerimonias trahere de quibus lucas dicit act. xv Et quidam descendentes a Judea docebant fratres dicentes. q2 nisi circumcidamini 2m legem moysi. nō potestis salui fieri. ppter quod eciā miserunt barnabam et paulum ad aplos in iherlm. a quibus et didicerunt. posse sufficere gentibus ad salutē. vt abstineant se ab ymolato sanguine suffocato et fornicacōe. unde cū quidam eis de gentibus dicerent Nisi circumcidamini 2m legem moysi. non poteritis salui fieri. ait petrus Quid temptatis imponere iugum cervicibus discipulorum. quod neqȝ nos neqȝ patres nostri

qua fugit

portare potuimus. De illis itaque hec dicentibus, hic dominus e contra dicit Non mitta
super vos aliud pondus hoc est observantiam veteris legis, quemadmodum dicunt
illi qui sunt sinagoga sathane et eius altitudinem cognoverunt. Sed sub levi
sarcina vos manere permittam. Verumtamen id quod habetis tenete, id est omnes leve ad
quod vocati estis utiliter abyce donec veniam scilicet ad remunerandum unumquemque
secundum meritum suum. De hoc onere et contra redemptoris nostri Petrus dicit
Actuum per gratiam domini nostri Jhesu Christi credimus salvari. Ad hoc omnes ipse dominus
invitat suos fideles dicens Mathei xi Venite ad me omnes qui laboratis
et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos etc. atque
post pauca Jugum enim meum suave est et onus meum leve. Ab onere grave ad
onus vocat, sed a gravi ad leve, id est a lege ad gratiam. Venite inquit a gravi
onere veteris testamenti ad leve iugum novi testamenti. Post textum sic
littera legi et exponi. Vobis autem dico ceteris qui Thyatire estis. Qui non
habent hanc doctrinam quam predicabat Jezabel. Qui non cognoverunt altitudinem
sathane id est profundam astuciam dyaboli qua sub specie sanctitatis suggerit legalia
esse servanda tunc et vobis. Quemadmodum dicunt scilicet quidam de Juda egressi
id est me esse facturum affirmat. Non mittam super vos aliud pondus scilicet gravem enim
onus id est non mittam super vos legales observantias quemadmodum illi dicunt
nec exigam. Ad Galatas v Nolite iterum iugo servitutis teneri. Et ibidem 2to
Ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidimini Christus vobis nichil proderit.
Secundum vero Augustinum sensus est Non mittam super vos aliud pondus super
id quod potestis sustinere. i ad Cor. x Fidelis Deus qui non patietur vos temptari
super id quod potestis. Vel secundum glosam Non mittam aliud pondus id est maiores
tribulationes donec veniam scilicet in ratione, aut glosa et mediate Mat. 19 Cum
sederit filius hominis in sede etc. Sed queritur de hoc quod hic dicitur Non
mittam super vos aliud pondus id est observantias legales ut dictum est, cum dicat
Mat. v Non veni solvere legem sed adimplere. Item lex bona est et sancta
ad Rom. vii. Nec discordat ab evangelio, ymo rota in medio rote. Ezech. i.
Et ita est mittendum eam adimplere. Respondetur secundum Augustinum contra Phaustum 19
Quod in lege veteri quedam erant precepta morum, ut mandata decalogi
que semper sunt observanda, quedam sacramenta promissorum sive cerimonialia
et talia legalia non observantur a christianis, quia illa significabat Christum venturum
Sed si servarentur, servarent Christum non venisse. Hec ille. Et quasi idem dicit Hay.
sumens ab Augustino Dicens In observatione carnalium preceptorum Vetus lex
importabilis est. In custodia vero spiritualium mandatorum que in decem constat
preceptis duarum tabularum adimpletur. Alia enim sunt in veteri testamento
precepta vite figurande id est carnalium victimarum oblationes, alia vero vite pagende
id est x legis precepta in duabus tabulis lapideis digito dei scripta. In ma-
datis ergo vite pagende id est in decem legis verbis impletur lex a credentibus
In mandatis autem figurande vite vix quemquam licitam quinque importabilis est
Sed iuxta sensum tristendum lex quia in actione quam ille victime figurarum
preferebant tristendum. Sunt in comparatione illorum que nunc in veritate aguntur
vilissima apparent que sola littera exterius prolata ab auditoribus impleri
nequeunt. Hec ibi. Quo ad primam ergo lex vetus impletur a fidelibus. Sed quo
ad secundam dicebatur lex importabilis. Et quod erat ibi pondus iuxta literam
intellectam. Item Queritur. Quia licet legales observantias vocat pondus

vide. u quod lex evangelica sit maius pondus quia ut ait Gregorius super Ezech.
omel. pa. 2e ptis In veteri testamento prohibebantur opera perversa in
nove testamento cogitationes illicita. Ergo illud maius pondus ex quo illud prohibet.
Item Gregorius eundem Gregorius omel. ix ptis 2e. Quia illud testamentum prohibebat
ad timorem, novum ad amorem. Qui quidem amor alleviat. Sicut ait
Que nulla facit amor ut ait Augustinus de verbis domini ser. ix. Et tunc hec lex
per Moysen data est, gratia autem et veritas per Jhesum Christum facta est. Johannis primo

Et ideo onus suum leve. Mat. xi. Et de hoc dicit Bernhardus super cantica ser. 3o
Non sicut lex ita et gratia. Quod dissimili vultu ad omne se consciaz offerunt
suavitas huius et austeritas illius. Quis sane respuat ex equo redempturum
et consolatorem reposcentem cognoscentem plectentem et amplectentem, affectu
non pari voto acceptantur. Umbra et lux, ira et pax, iudicium et misericordia,
signum et virtus, virga et hereditas, frenum et osculum. Graves denique minis
Moysi testibus Aaron et Ure. Grave legis iugum testibus apostolis
qui hoc sibi et patribus importabile clamant. Grave iugum et vile pre-
mium. Nam terra est in promissione. Verum tu iam certa promissionem habes
vite que nunc est et future. Facile in duplici gratia obtinebis ab universis
recipi. Et propter iugum suave et propter onus sublime etc. Queritur utrum
post passionem Christi legales cerimonie potuerint observari sine peccato mortali. Et videtur
quod sic. Quia non est credendum quod apostoli post acceptum spiritum sanctum mortaliter peccaverunt.
Illius enim plenitudine sunt induti virtute ex alto, ut dicitur Luce ultimo. Sed
apostoli post adventum spiritus sancti legales cerimonias observaverunt. Dicitur enim actuum xvi
quod Paulus circumcidit Thimotheum. Et actuum xxi dicitur quod Paulus enim consilio
Jacobi episcopi Iherosolimitani assumptis viris purificatus cum eis intravit in templum
annuncians impletionem dierum purificationis donec oblatio pro uno quoque eorum offeretur.
Ergo sine peccato mortali legales cerimonie post passionem Christi potuerunt observari. Item
Secundo vitare consortia gentilium ad cerimonias legis pertinebat. Sed hoc ob-
servabat primus pastor ecclesie sanctus Petrus. Dicitur enim ad Galatas 2o. Quod cum
venissent quidam Anthiochiam, subtrahebat et segregabat se Petrus a gen-
tilibus. Ergo absque peccato mortali. Tertio precepta apostolorum non induxerunt
homines ad mortale peccatum. Sed ex decreto apostolorum statutum fuit quod gentiles
quedam de cerimoniis observarent. Dicitur enim actuum xv. Visum est spiritui sancto
et nobis nihil ultra ponere oneris vobis quam hec necessaria ut abstineatis vos ab immolatis
simulacrorum et sanguine et suffocato et fornicatione. Ergo absque peccato mortali
cerimonie legales potuerunt observari post passionem Christi. Sed in oppositum videtur
esse licita ut patet ex dictis. Et apostolus dicit ad Galatas v. Si circumcidimini
Christus vobis nichil prodest. Sed nihil excludit fructum Christi nisi peccatum mortale.
Ergo circumcidi et alias cerimonias observare post passionem Christi est peccatum mortale. Ordinatur
Dico lex divina principaliter instituitur ad ordinandum homines in deum.
autem homo in deum non solum per interiores actus mentis qui sunt credere sperare
et amare, sed etiam per quedam exteriora opera quibus homo divinam servitutem profitetur.
Et ista opera dicuntur ad cultum dei pertinere. Qui quidem cultus cerimonia
vocatur, quasi cereris munia, id est dona cereris, que dicebatur dea frugum, ut quidam
dicunt, eo quod ex frugibus primo deo oblationes fiebant. Sive ut Valerius Ma-
ximus dicit, nomen cerimonie introductum est ad significandum cultum divinum
apud latinos a quodam oppido iuxta Romam quod Cere vocabatur, eo quod Roma
capta a Gallis illuc sacra Romanorum oblata sunt et reverentissime habita.
Sic igitur illa precepta que in lege pertinent ad cultum dei specialiter cerimonialia
dicuntur. Que fuerunt valde multa. Erant enim in illo populo scilicet Iudeorum aliqui ad ydo-
latriam proni. Et ideo necesse erat ut ab ydolatrie cultu per precepta cerimonialia
revocarentur ad cultum dei. Et quia multipliciter homines ydolatrie deserviebant, oportebat
e contrario multa instituere ad singula reprimenda. Et iterum multa talibus imponi
ut quasi onerati ex hiis que ad cultum dei impenderent, non vacaret ydolatrie
deservire. Alii autem eorum erant ad bonum proni et ex parte talium etiam fuit
necessaria multiplicatio cerimonialium preceptorum, tum quia per hoc diversimode mens ho-
minum referebatur in deum et magis assidue; tum etiam quia misterium Christi quod
per huiusmodi cerimonialia figurabatur multiplicem utilitatem attulit mundo. Et multa
circa ipsum consideranda erant que oportuit per diversa cerimonialia figurari. Unde
dicit glossa Levitici primo: Christus in vitulo offertur propter virtutem crucis, in agno propter
innocentiam, in ariete propter principatum, in hirco propter similitudinem carnis peccati.
In turture et columba duarum naturarum coniunctio monstrabatur. Vel in turture

Castitas In columba caritas significabatur In similitudine confessionem credencium
puritas per aquam baptismi significabatur Dicendum ergo secundum doctorem sanctum
in prima 2e q. 103 ar. 4o Omnes cerimonie sunt quedam protestaciones fidei
in qua consistit interior dei cultus Sic autem potest homo fidem interiorem
protestari factis sicut et verbis Et in utraque protestacione si homo aliquid falsum
protestatur mortaliter peccat Quamvis autem sit eadem fides quam habemus de Christo
et quam antiqui patres habebant tamen quia ipsi precesserunt Christum nos sequimur eadem
fides diversis verbis significatur a nobis et ab eis Nam ab eis dicebatur
Ecce virgo concipiet et pariet filium que sunt verba futuri temporis Nos autem idem
significamus per verba preteriti temporis dicentes quod virgo concepit et peperit filium
Et similiter cerimonie veteris legis significabant Christum nasciturum nostra autem sacra-
menta significant ipsum ut natum et passum Sicut ergo peccaret mortaliter qui nunc
suam fidem protestando diceret Christum nasciturum Quod antiqui patres veraciter
dicebant Ita etiam peccaret mortaliter si quis nunc cerimonias observaret
quas antiqui pie et fideliter observabant Et hoc est quod dicit augustinus
contra phaustum Iam non promittitur nasciturus passurus et resurrecturus
quod illa sacramenta quodammodo personabant sed annunciatur quod natus sit passus sit
et resurrexit cui hec sacramenta que a christianis aguntur iam personant Ad
primum ergo dicendum Et ita hoc diversimode videntur sensisse Ieronimus et augustinus
Ieronimus enim distinxit duo tempora Unum tempus ante passionem Christi In quo legalia
nec erant mortua quia non habentia vim obligatoriam aut expiatoriam pro
suo modo Nec etiam mortifera quia non peccabant ea observantes Statim
autem post passionem Christi incepisse esse non solum mortua id est non habentia virtutem
et obligacionem sed etiam mortifera ita scilicet quod peccabat mortaliter quicumque ea
observabat Unde dicebat quod apostoli numquam legalia observaverunt post passionem
Christi secundum veritatem sed solum quadam pia simulacione scilicet ne scandalisarent
iudeos et eorum conversionem impedirent Que quidem simulacio sic est in-
telligenda non quidem ita quod illos actus secundum veritatem rei non facerent
sed quia non faciebant tamquam legis cerimonias observantes Sicut si quis pelli-
culam membri virilis abscinderet propter sanitatem non causa legalis circumcisionis
observande Sed quia indecens videtur quod apostoli ea occultarent propter scandala que
pertinent ad veritatem vite et doctrine Et quod simulacione uterentur in hiis que
pertinent ad fidelium salutem Ideo convenienter augustinus distinxit tria tempora
Unum quidem ante Christi passionem in quo legalia nec erant mortifera nec
mortua aliud autem tempus evangelii divulgati quo legalia sunt mortifera et
mortua Tercium autem tempus a passione Christi usque ad divulgacionem evangelii
In quo legalia quidem fuerunt mortua quia nec vim aliquam habebant nec
aliquis ea observare tenebatur non tamen fuerunt mortifera quia illi qui conversi
sunt ad Christum ex iudeis poterant illa legalia licite observare dummodo non
sic spem ponerent in eis quod ea reputarent sic necessaria ad salutem quasi sine lega-
libus fides Christi iustificare non posset Hiis autem qui convertebantur ad Christum ex
gentilitate non inerat causa ut observarent Et ideo paulus circumcidit thimotheum
qui genitus erat ex matre iudea Titum autem qui natus erat ex gentibus
circumcidere noluit Ideo vero noluit spiritus sanctus ut statim inhiberetur hiis qui
convertebantur ex iudeis observacio legalium sicut inhibebatur hiis qui convertebantur
ex gentibus gentilium ritus ut ostenderetur quedam differencia inter hos ritus Nam
gentilis ritus repudiabatur tamquam omnino illicitus et a deo semper prohibitus
Ritus autem legis cessabat tamquam impletus per Christi passionem utpote a deo
in figuram Christi institutus Per hoc patet ad argumentum primum Ad secundum dicendum
quod secundum Ieronimum petrus simulatorie se a gentibus subtrahebat ut vitaret
scandalum iudeorum quorum erat apostolus unde in hoc nullo modo peccavit sed paulus
eum similiter simulatorie reprehendit ut vitaret scandalum gentilium quorum erat apostolus
Sed augustinus hoc improbat quia paulus in canonica scriptura scilicet ad Galatas 2o
In qua nephas est aliquid credere falsum esse dicit quod petrus reprehensibilis
erat

Unde verum est quod petrus in hoc peccavit. Et paulus eum vere, non simulatorie reprehendit. Non autem petrus peccavit in hoc quod legalia ad tempus observabat quia hoc sibi licebat tanquam ex iudeis converso. Sed peccabat in hoc quod circa legalium observantiam nimiam diligentiam adhibebat ne scandalisaret iudeos ita quod ex hoc scandalum gentilium sequebatur. Non tamen peccavit mortaliter etc.

Ad tercium dixerunt quidam quod illa prohibitio apostolorum non est intelligenda ad litteram sed secundum spiritualem intellectum. Ut scilicet in prohibitione sanguinis intelligatur prohibitio homicidii. In prohibitione suffocati violencie et rapine. In prohibitione immolatorum prohibitio ydolatrie. Fornicatio autem prohibetur tanquam per se malum. Et hanc opinionem accipiunt ex quibusdam glosis que hec precepta mistice exponunt. Sed quia homicidium et rapine etiam apud gentiles etc. putabantur illicita, non oportuisset super hoc speciale mandatum dari hiis qui erant ex gentilitate conversi ad christum. Unde alii dicunt quod ad litteram illa comestibilia erant prohibita, non propter observanciam legalium sed propter gulam comprimendam.

Unde dicit Ieronimus super id Ezech. xviii. Omne morticinum etc. Condempnat sacerdotes qui in turdis et ceteris huiusmodi hec cupiditate gule non custodiunt. Sed quia sunt quedam cibaria magis delicata ad gulam provocancia non videtur quod hec fuerint propter hoc magis quam alia prohibita. Et ideo dicunt alii et melius secundum litteram ad litteram ista sunt prohibita non ad observandum cerimonias legis sed ad hoc ut posset unio convalescere gentilium et iudeorum simul habitancium. Iudeis enim propter antiquam consuetudinem sanguis et suffocatum abhominabilia erant. Comestio autem immolatorum simulacris poterat in iudeis aestimacionem circa gentiles suspicionem reditus ad ydolatriam. Et ideo ista sunt prohibita in tempore illo in quo de novo oportebat convenire gentiles et iudeos in unum. Procedente autem tempore cessante causa cessat effectus manifestata evangelice doctrine veritate in qua dominus docet quod nihil quod per os intrat coinquinat hominem. Ut habetur Math. xv. Et quod nihil est reiciendum quod cum graciarum actione percipitur. Ut dicitur ii ad Thy. quarto. Fornicatio autem specialiter prohibetur quia gentiles non reputabant eam esse peccatum.

Sunt ibi. Qui non cognoverunt altitudinem sathane. Dicit quod augustinus libro ix super Gen. dicit primum angelum ab altitudine impia superbia cecidisse quam preciperet creatori ordinare voluisset. Primum enim secundum data naturalia quibus exstiterunt accepta gratia sit angelus summus maior ut maior fortitudo et super alios prelatus et influencia. Ille primus angelus qui pre omnibus in naturalibus eminebat maiorem inter omnes felicitatem habuisset et omnibus prelatus fuisset in influencia quia angelorum ministerio regitur in mundo. Et hoc est quod ipse met in corde suo loquens abrupte promisit. Teste Ysaya sicut ipsum increpat. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo in celum conscendam, super astra celi exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium et ero similis altissimo. Que verba exponens augustinus in loco predicto sic inquit. Primus angelus dixit super astra celi id est angelos exaltabo solium meum id est potestatem prelacionis et regiminis. Sedebo sessione quiete possessionis in monte testamenti quod deus ab eterno preordinavit et in libro vite suis filiis conscripsit id est in supremo vertice eterne felicitatis in lateribus aquilonis, qui est locus tenebrarum et caliginis. Et secundum tenebras quas deus posuit latibulum suum ut dicitur in psalmo et caliginem de qua 2 paralipomenon vi. Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine. Hec secundum dionisium secundum excellentiam lucis inaccessibilis. Ascendam scilicet potencia caritatis super altitudinem nubium que spargit lumen suum ut dicitur Iob xxxvii et stillant aquis ut dicitur Iudith ... et secundum diffusionem illuminacionum in intellectualibus et distribucionem bonorum naturalium in naturalibus. Quoniam summum sub primo principio et a primo principio esse desiderant quod et accepissem si non magis ex naturalium suorum splendore ...

ex constitutione dei dono hoc usurpare voluisset Et ideo dei similitudinem indebite appetit quia solius dei est ex sua gratie influentia bonitatis et non ex dono alicuius alterius Et ideo superbe subiunxit Et ero similis altissimo propter quod merito a propheta sic dicitur Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci propheta Detracta est ad inferos superbia tua Dicit augustinus libro de vera deus homo ad ideo datum etc Quia ille scilicet supremus angelus qui tanto clarior et mirabilior apparuit quanto singularitate omnibus aliis eminentior fuit videns se tam pulcrum et liberum atque tot spiritibus platum confestim quadam gloria privata cepit in se non in domino gloriari et libertatem quam ad bonum acceperat ad verum bonum et non licitum usurpavit attribuit ut sibi subiectis ita dominari ut ipse sub nullius dominatu maneret et non se vere dominum ab aliquo recognosceret Sedem quoque suam in lateribus aquilonis constituit statuere quia per se posset existere et omnia interiorum agmina optimatum est ad suum velle posse flectere Quorum quidam eadem pravitate prostitit infecti quidam vero immanitati huius tirannum superbientis fuerunt cum eodem irrecuperabiliter dampnati ad yma ceciderunt ubi sine spe alicuius remedii perpetue cruciantur. hec ibi Sed ut non desunt alta pro illam de eo scribitur Job xl Omne sublime videt et ipse est rex super universos filios superbie Unde Gregorius in pastorali singularem culminis appetens et socialem angelorum vitam despiciens ait ponam sedem meam ad aquilone et ero similis altissimo Miro ergo divino iudicio intus foveam deiectionis invenit dum foris se in culmine potestatis extulit Et subdit Gregorius ibi apostate angelo similis efficitur dum esse similis hominibus dedignatur Unde cum altitudine sathane primus homo cognovit cum hanc imitando deo similis fieri concupivit Nam propter inobedientiam deceptoribus dicentibus In quacumque die comederitis eritis sicut dii Genesis iii Cum eius primus homo non et gratie copiose dotatus fuisset per tam mulieris suasu delinquens preceptum transgressus est Et ideo cum tota posteritate sua miserabiliter dampnatus Ayra in hoc dei iusticia omnino Unde Bonaventura in scripto ii di vi que sic servat iusticiam et ordinem institutum nullomodo infringat etc In peccatum dicit quod propter peccatum quos taxisset deputavit abiceat Unde dicit credo quod tam spectandum inosterium severe in angelo nobilissimo et primo homine quorum utrumque propriis manibus plasmavit et decoravit deus nobis infirmis apposuit et ostendit ut adiscere quantum deus odit peccatum et maxime superbiam Quia pro uno motu tota nobilissima natura omnium creaturarum eternaliter et sine spe venie est dampnata Et pro uno esu pomi et ipse adam et tota posteritas usque ad finem mundi est mortalitati et multiplici penalitati subiecta Et ni deus exercitum reliquisset nobis semen quasi sodoma fuissemus et quasi gomorra similes essemus Ysaie primo Ex hiis efficacissimum colligitur argumentum quod horrendum est incidere in manus dei viventis ad Hebreos x Si enim deus non pepercit angelo nobilissimo superbienti quid erit de vilissimo cinere et abiectissimo si se in altum extollit cum tamen iaceat in cinere et cilicio ymo in ipso sterquilinio Et ideo propter hoc electi dei altitudinis sathane notitiam non habent quia in cunctis semetipsos humiliant vestigia redemptoris sequentes Unde dicit Mathei xi discite a me quia mitis sum et humilis corde Invenit super Unde Bernhardus in sermone de ascensione dicit Cupidi sumus ascensionis Exaltationem concupiscimus omnes Nobiles in natura sumus et magni cuiusdam animi ideo quod altitudinem naturali appetimus desiderio Sed ve nobis si volumus sequi eum qui ait Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis Heu miser frigidus est mons ille non te sequimur prelatus hic concupiscam altitudinem presumit petere Subdit Quanti tamen hodie feda sequuntur infelicia quia vestigia ymo vero quam pauci evadunt quibus non dominandi libido ducitur Hinc est quod bursici vocantur qui potestatem habent Hinc est quod laudatur peccator in desideriis anime sue potentibus sequitur omnibus adulantur invidet omnibus Subdit Quem sequimini miseri homines quem sequimini an non videtis sathanam

tamquam fulgur cadentem. Montem istum est mons in quem ascendit angelus et fa:
ctus est dyabolus. Vel illud advertite quod post casum suum invidia crucians
malignus spiritus de supplantando homine, illius tamen montis ascensum nullatenus
ausus est suadere ei, in quo nimirum pronum ad ascensum tam mane propriorum
cognoscit expertus. Sed non defuit versuto hosti quid ageret, simile ei monte
alterum demonstravit inquiens. Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Per:
niciosa etiam hec ascensio, ymmo descensio magis de iherusalem in Jericho pessimus
mons inflans sciencia, in quem tamen usque hodie tanta videas concupiscencia plu:
rimos repere filiorum adam, ac si non noverint quantum pater eorum in illius monte
ascensu descendit, ymmo quam graviter cecidit, quantum tota deiecta sit et conquassata
posteritas. Nondum sanata sunt vulnera que tibi in ascensu montis illius infli:
cta sunt, sed adhuc in parte laterus, et nunc iterum ipsa in persona conaris
ascendere ut sit error novissimus peior priore. Nunc iam illusus, tamen diva libido
filii hominum usquequo graves corde ut quid diligitis vanitatem et queritis menda:
cium. An ignoratis quoniam infirma mundi deus elegit ut confundat fortia
et stulta mundi ut confundat sapientes. Non vos dominice comminacionis terror re:
vocat, perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. Illos patris
exemplum, nos denique sensus noster et dura experiencie veritas cui sumus addicti
per insipientem sciencie appetitum. Cave vero fratres montem durissimum alterum
non in quem ascendatis, sed quem fugiatis. Ipse est in quem ascendebat qui vo:
luit esse sicut deus sciens bonum et malum, ipse quem usque hodie filii eius accu:
mulant et elevant velut invenientes tamen vile, unde non velint montem
elevare sciencie. Videas alium lucrum, alium mundalis cure, istum placi
turum displicere cum Deo. Illum similis curiositatis cecitas tam vehementer affectare
sciencia ut laborem non reputet, si tamen possit aliquibus doctior reputari
Sic edificant babel, sic putant ad dei se perventuros similitudinem, sic to
cupiscunt quod expedit obmittentes. Quid nobis et montibus istis. In
quorum ascensu tanta difficultas est, et tam grande periculum, aut certe cum
descendit montem, cum et facilis ascensus est et sine periculis. Precavens
ambicio angelum felicitate privavit angelica. Sciencie appetitus hominem
mortalitate spoliavit gloria. Concedamus quibus ascendere montem proficit. Quantos
putas conditores habebit, quantos inveniet compulsores. Obstacula quanta
et difficilem viam. Quid si tandem adipisci eum contigerit quod optabat
Potentes ait scriptura potenter tormenta patientur, ut puteus solitudines et an
xietates, quas potestas illa parit obmittam. Cupidus autem est inflate sciencie
quantum laborabit, quantum anxiabitur spiritus eius, et tamen audiet, nisi si cuperet
in amaritudine morabitur oculus eius. Quociens videt contigerit, ut se poste:
riorem videat aut putet ab aliis reputari. Et cum intumuerit multum
perdam inquit sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo. Nam ne
humilis timorem vidisti ut arbitror quod frequenter sit nobis mons velut
si precipitium angeli, si casum hominis expavescis, montes gelboe nec ros nec
pluvia veniat super vos. Quid tamen dilectissimi fratres ascendere sic non expedit
et ascendendi tenemur angustia. Quis docebit nos ascensum salubrem. Quis
nisi de quo legimus, quoniam qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes
celos. Ab ipso dimicanda erit nobis ascensionis via, nec ductorem ymmo seductorem
inquisiverimus vestigium quem secuti sumus. Ea quo non erat quo ascenderet
descendit altissimus, et suo nobis descensu suavi ac salubre dedicavit ascen
sum. Descendit de monte potencie carnis infirmitate circumdatus. Descendit de
monte sciencie quoniam placuit deo per stultitiam predicacionis salvos facere credentes.
Quid enim tenellis corpore et infantilibus membris videtur infirmius. Quid
indoctius apparet puerulo, qui sola matris ubera novit. Quis impotencior eo
cuius omnia membra clavis confixa, cuius omnia ossa dinumerantur. Quis insipiencior
eo, qui tradebat animam suam in morte, et quod non rapuit tunc exolvebat.
Vides quam multum descendit, quantum a sapiencia exinanivit semetipsum. Et non

potuit altius in montem bonitatis ascendere ut suam comederet expressius ...
Licet mirum si descendendo Christus ascendit, qui postea usque ceciderit ascendendo
Et in alio sermone dicit idem Bernhardus de eodem festo. Propterea dilectissimi per-
severate in disciplina quam suscepistis ut per humilitatem ad sublimitatem
ascendatis, quia hec est via et non est alia preter ipsam. Qui aliter vadit cadit
potius quam ascendat, quia sola est humilitas que exaltat, sola que ducit ad vitam.
Christus enim cum per naturam divinitatis non haberet quo cresceret vel ascenderet
quia ultra deum nihil est, per descensum quo cresceret invenit, veniens incarnari
pati mori ne moreremur in eternum. Propter quod deus exaltavit illum, quia surrexit
ascendit, sedet a dextris dei. Vade et tu fac similiter. Nequaquam ascendere potes
nisi descendens, quia ut eterna lege fixum est, omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur. Et hic in litera dicitur Qui non cognoverunt altitudinem
sathane. O perversitas, o abusio filiorum adam, quia cum ascendere difficillimum
sit, descendere autem facillimum, ipsi et leviter ascendunt et descendunt difficulter
parati ad honores ad celsitudines ecclesiarum ... ipsis etiam angelicis
humeris formidandos. Ad secundum autem te domine ihesu vix inveniuntur
qui vel sic patiantur qui velint duci per viam mandatorum tuorum. Alii enim
trahuntur qui possunt dicere trahe me post te. Alii ducuntur qui dicunt introduxit
me rex in cellam suam. Alii rapiuntur sicut apostolus raptus est ad tercium celum.
Et primi quidem felices qui in patientia sua possident animas suas. Secundi fe-
liciores qui ex voluntate sua confitentur. Et tercii felicissimi qui in profunda
dei misericordia quasi quodammodo sepulti iam arbitrii potestate in divicias glorie
in spiritu ardore rapiuntur, nescientes sive in corpore sive extra corpus hoc
solum scientes quod rapti sunt. Beatus qui ubique te ducem habet domine ihesu
non illum conscium spiritum qui statim ascendere voluit et tota divinitate
dextra percussus est. Nos autem populus tuus et oves pascue tue. Sequimur te per te
ad te, quia tu es via veritas et vita. Via in exemplo, veritas in promisso,
vita in premio. Verba enim vite eterne habes, et cognovimus nos et credimus quia
tu es christus filius dei vivi benedictus in secula. Utrum lex vetus fuerit
gravior quam nova. Videtur quod non. Damascenus super illud mathei v Qui solverit unum de man-
datis istis minimis dicit. Crisostomus Mandata moysi in actu facilia sunt, non
occides, non adulterabis etc. Mandata vero christi in actu difficilia sunt scilicet non
irascaris non concupiscas etc. Ergo videtur quod lex nova gravior sit quam vetus.
Preterea facilius est terrena prosperitate quam tribulatione uti. Sed in veteri testamento
observationi veteris legis consequebatur prosperitas temporalis, ut patet Deuteronomii 28.
Observatores autem nove legis consequitur multiplex adversitas, prout dicitur 2 Cor. vi
exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia in tribulationibus
in necessitatibus in angustiis etc. Ergo lex nova est gravior quam vetus. Preterea
quod se habet ex additione ad alterum videtur esse difficilius. Sed lex nova habet se
ex additione ad veterem. Nam lex vetus prohibuit periurium, lex autem nova iuramentum.
Lex vetus prohibuit discidium uxoris sine libello repudii, lex autem nova omne
discidium prohibuit, ut patet mathei v secundum expositionem augustini. Ergo lex nova gravior est
quam vetus. Sed in contrarium est litera ... hylarius exponens illud mathei xi Venite
ad me omnes qui laboratis et onerati estis dicit legis difficultatibus labo-
rantes et peccatis seculi oneratos ad se vocat. Et postmodum de iugo eorum subdit
iugum enim meum suave est et onus meum leve. Respondeo dicendum quod dicit sanctus thomas
in prima secunde q. cvii ar. 4. Circa opera virtutis de quibus dantur precepta legis
duplex difficultas attendi potest. Una ex parte exteriorum operum que ex seipsis habent
difficultatem et gravitatem. Et quantum ad hoc lex vetus est multo gravior quam
nova, quia ad plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus
cerimoniis quam lex nova, que preter precepta legis nature paucissima superaddidit in
doctrina christi et apostolorum, licet aliqua sint postmodum superaddita in institutione
sanctorum patrum. In quibus etiam augustinus dicit moderationem esse attendendam

ne conversatio fidelium onerosa redditur. Dicit Augustinus ad inquisitiones Januarii de quibusdam
quod ipsam religionem nostram quam in manifestissimis et paucissimis celebrationum sacramentis
Deus voluit esse liberam, servilibus premunt oneribus adeo ut tolerabilior sit
condicio Iudaeorum, qui legalibus sacramentis non humanis praesumptionibus subiciuntur.
Alia autem difficultas est circa opera virtutis in interioribus actibus, puta quod aliquis
opus virtutis exerceat prompte et delectabiliter. Et circa hoc difficile est virtus;
hoc enim non habenti virtutem est difficile, sed per virtutem redditur facile. Et quantum ad
hoc praecepta novae legis sunt graviora praeceptis veteris legis, quia in nova le-
ge prohibentur motus animi qui expresse in veteri lege non prohibebantur in omnibus,
etsi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis poena non appo-
nebatur. Hoc autem est difficillimum non habenti virtutem. Sicut et philosophus dicit in 2
ethicorum quod operari ea quae iustus operatur facile est, sed operari eo modo quo iustus
operatur, scilicet delectabiliter et prompte, est difficile non habenti iustitiam. Et sic etiam dicitur
1 Johannis 5º quod mandata eius gravia non sunt. Quod exponens Augustinus dicit quod
non sunt gravia amanti, sed non amanti sunt gravia. Nichil enim amantibus durum,
nullus difficilis cupienti labor est. Unde Bernardus: diligit, difficile transit in facile.
Unde etiam consuevit ex dilectione aliquid impossibile attemptare. Ieronimus in
epistola ad Eustochium: Respice quanta Jacob pro Rachel sponsa uxore sustinuit,
et sumitur inquit scriptura Genesis 29: Jacob pro Rachel annos septem et
erant in conspectu eius quasi dies pauci quia amabat illam. Unde et ipse
postea memorat: In die urebar aestu et gelu nocte. Amemus et nos Christum,
eius semper quaeramus amplexus, et facile videbitur omne difficile, et leve
omne quod breve; universa putabimus quae longa sunt, et iaculo illius vulnerati
per horarum momenta dicemus: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus
est. Ps. ille. Ad primum ergo dicendum quod auctoritas illa Crisostomi loquitur expresse de difficultate
nove legis quantum ad expressam cohibitionem interiorum motuum. Ad 2m dicendum
quod adversitates quas patiuntur observatores nove legis non sunt ab ipsa lege impo-
site, sed tamen propter amorem in quo ipsa lex consistit facile tolerantur, quia sicut Augustinus
dicit in libro de verbis domini: Omnia saeva et immania facilia et prope nulla facit
amor. Ad 3m dicendum quod illae additiones ad praecepta novae legis ad hoc ordinantur
ut facilius impleatur quod vetus lex mandabat, sicut dicit Augustinus. Et ideo per
hoc non ostenditur quod lex nova sit gravior, sed magis quod sit facilior. [illegible]
Et qui vicerit. Hic est tertia pars principalis huius epistolae in qua ponitur promissio
generalis sive consolatio fidelibus bene agentibus et perseverantibus. Et primo ponitur
excitatio affectus cum dicit: Qui vicerit. Secundo excitatio intellectus cum
dicit: Qui habet aurem. Affectum excitat ad duo, scilicet ad pugnandum contra vitia dicens
Qui vicerit; 2º ad operandum perseveranter cum subdit: Et custodierit usque
in finem. Dicit ergo: Et qui vicerit, scilicet suggesta adversaria et temptamenta, vel
secundum Haymonem desideria carnis et demonum temptamenta. Et custodierit usque in
finem, scilicet vitae vel victoriae vel usque in finem consummationis iustitiae. Opera mea,
id est quae ego praecipio, vel custodierit, id est in fide perseveravit et corde. Esto fidelis usque
ad mortem. Dabo illi potestatem super gentes et reget illas in virga ferrea et
tamquam vas figuli confringentur, sicut et ego accepi a patre meo. Dicit Haymo:
Filius dei potestatem habens non per divinitatem qua est consubstantialis patri super gentes accepisse
credendus est, sed per humanitatis formam qua incarnatus est ab angelo (?), secundum quam
dicit in evangelio Mathei ultimo: Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Secundum
quam etiam prius ad eum voce dicitur in psalmo: Postula a me et dabo tibi gentes.
Et cum de potestate quam tunc prius habuit, etiam ipse Daniel testatur Danielis 7º:
Potestas eius potestas aeterna quae non auferetur. Illam ergo potestatem quam in tempore
Christus homo factus accepit a patre suis electis se dare promittit, scilicet in se a quo
totum corpus regitur et cui totum etiam corpus adheret. Cum enim ipse sit caput
electorum, electi vero membra ipsius, quod ipsum caput habet hoc etiam membra
iure hereditario videntur possidere. Dicit ergo: Qui vicerit, scilicet dyabolum in suis
temptationibus, dabo illi potestatem, scilicet in hoc saeculo ferendum ecclesiam

Sunt fertiles et fertilior vinetis solum quidem dignitatis in ecclesia. Vel potestate ligandi
atque solvendi. Mathei xvi Tibi dabo claves regni celorum. Hanc potestatem
ipsi apostoli primi, deinde successores illorum acceperunt, quibus data est potestas
ligandi atque solvendi. Tercium autem quia tunc prelatores potestatem super alios ac-
cipiunt ipsi semetipsis sub dominantur, quia sic se ab illicitis compescunt sicut
subditos compescere satagunt. Unde infra dicitur Qui vicerit etc. dabo illi po-
testatem. Vero qui non vincit secundum mundum et concupiscencias eius etc. nec custodiet
opera domini et precepta, non debet habere potestatem prelacionis. Quid dicturi sunt
ubi tot peccatores qui se ingerunt ad dignitates ecclesiasticas et prelaciones ipsis eciam
angelicis humeris formidandas. Atque quid illi qui malos et invalidos faciunt
promovent vel consenciunt ut promoveantur cum impedire canonice possent. De
talibus dicitur ad Romanos i Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui
faciunt sed eciam qui consenciunt facientibus ibi Glossa Facientes et consencientes
pari pena constringuntur. Consentire autem est tacere cum possis redarguere.

Quondam etsi omne quod non recto fine fit peccatum sit, rectus autem finis
cure pastoralis et dicionis et suscepcionis eiusdem est salus gregis, Nec ...
...di debet cura suscipi nisi ei et ab eo qui ad hunc finem ydoneus est prout
magis et magis ab isto fine receditur peccatum in dando et suscipiendo, magis et ma-
gis ... a quo fine iam ab aliquibus velud in infinitum distatur. Erubescant
qui cum non vocati, sibi assumunt honores qui nec missi nec vocati venerunt. Fu-
res sunt et latrones Veniebant inquit dominus per Jeremiam et ego non mittebam eos.
Erubescant et prelati qui edificant Syon in sanguinibus, qui non per ostium
sed per absconditum et furtiva ostiola nepotulos et indignos introducunt
ecclesiis honoribus. Sicut legitur de sacerdotibus Belis et eorum parvulis et
uxoribus Danielis xiiii Hoc enim multum arguitur in prelatis quod eorum cara non est
circumcisa, sed parentibus carnalibus conferunt beneficia ecclesiastica. Similes enim sunt
Abimelech filiis quod cari sunt [illegible] ... alios similiter
Judicum ix Considerate quod caro vestra et os vestrum sum, [illegible] prelatus
ex parte fame sue glorie titulum incurrerit [illegible] ingerit
domestice periculum et scandalisat ipsum Ut deducit Gilbertus in re[illegible]
sui erudimenti. Gregis enim corporalis curam nullus sani capitis tradit nisi pe-
riti scienti et volenti curam eius agere ad salutem. Genesis xl Dicit Pha-
rao ad Joseph Si nosti in eis esse viros industrios constitue illos magistros
pecorum meorum. Cum igitur gregis spiritualis cura traditur impotenti ut ignoranti
vel negligenti curam eius agere ad salutem, constat magis pervendi rationalia
quam bruta. Et cum rationalia Christi sanguine sint redempta, certum est quod parum
deus appreciatum pervendit et precium. Primo Herodes in corporali perdicione
puerorum, non persequebatur nisi puerum unum, quem timebat fore terrenum regem
Judeorum et regnum sibi ablaturum. Crucifixores Christi non credebant se perse-
qui nisi hominem unum suis operibus contrarium, quia si cognovissent numquam dominum glorie
crucifixissent. i Corinthiorum 2o Unde constat quod tradens indigno pastoralem curam
ovium Christi, gubernaculum navis Petri, Christum in membris suis persequitur quem
deum celestem et eternum regem omnis confitetur. Unum malorum et irracionabilium
persecutoribus arguitur. Primo quanta est stulticia quanta demencia pro sustentando
corporali vita, tot animarum perdere milia, pro quorum singulis homo factus
dei filius redimere voluit morte turpissima. Secundo Qui gregem in medio
luporum leonum et ursorum ut lac et lanam tollat exponit et se pro salute
gregis non obicit, certum est quod gregem occidit eciam si contingat quod casu
fortuito aliquis ovis gregis, inbecillis evadat periculum et discrimen. Homine
qui tradit navem oneratam hominibus dirigendam in portum salutis
per medium scopuli et periculosi maris, nauclero vinolento ut [illegible]
[illegible] vel inexperto ut pigro, ut a singulis recipiat naulum. Homine perdere
omnes incurrit reatum, eciam si aliquis eorum evadat naufragii periculum.
Quare saluti ovium providendum est de bono pastore et transfretantium

de bono gubernatore et plerumque de bono doctore. Sicut scriptum est Ieremie 3o dabo vobis pastores iuxta cor meum qui pascent vos sciencia et doctrina. Tangit ibi et cum vicerit et reget eas in virga ferrea, id est iusticia vel equitate inflexibili. Glossa Que virga propter rectitudinem notatur iusticia in ferro inferro inflexibilitas. Dicit Haymo prelatorum regimine per virgam ferream exprimitur, que rectitudinem habet, mollitiem non habet, quia veri sancti rectores nec sibi nec aliis contra iusticiam parcere noverunt, qui in se et in aliis tantum iusticie tenitem dirigere student. Unde capiti eorum dicitur in psalmo: virga directionis virga regni tui. Quod pertinens quid sit apostolus cum subdit: dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. Quocirca aquilis est et distorta virga quamvis in recta possitam ipsa iusticie pervertacio. Dum enim eglit grex pastor eius peccat et eum quem primus est mollit delinquens se palpat. Subditus vero grave spina quamvis exaggerat mollem proculdubio et flexibilem virgam portat. Contra dampnum amonet dicens Iohannis vii. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Quia vere eglit quamvis prelatus sibi et gregi subiecto parcere atque eglit se subiectum gregem quem subditum debet corrigere. Patet ergo ex hoc quod dicitur, et reget eas, quod prelatis prelatura datur ad regendum, non ad dominandum, non ad divicias congregandum, non ad parentes ditandum, nec ad delicias habendum. Et qui aliter habent prelaturam placitam, non habent a deo. Osee 8o ipsi regnaverunt et non ex me principes extiterunt et non cognovi, quia scilicet non per ostium intraverunt, quia si per ostium intrassent utique cognosceret eos, quia ipse est ostium. Iohannis x. Qui autem non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Intrare autem per Christum est habere fidem Christi ipsius imitari virtutes, humilitatem, paupertatem, penitenciam, castitatem, contemptum seculi. Per ostium ergo Christum non intrat hereticus quia non habet fidem Christi. Nec terrenis amator huius seculi quia Christi non sequitur virtutes. Huius ostium Christi angusta porta Christus, per eam non intrat elatus superbia, non ambicione distentus, non deliciis ingrossatus, nec appetitu mamone dilatatus. Qui autem intrat per ostium Christum qui conformis fuit pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, id est spiritus sanctus hunc vocat, hunc introducat. Neque enim sumit sibi honorem sed vocatur a deo tamquam Aaron ad Hebreos v. qui velud vocatus fuit per virge florentem frondentem et fructificantem. Qui ergo in vita per adolescentiam floruit per bonam opinionem, frondavit per honestam conversacionem, fructificavit per bonam operacionem, potest eligi ad prelaturam, quia signum est quod talis a domino vocatur. Imitator Christi qui non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Tu es sacerdos in eternum etc. Ps. cix. Contingit quod plures videntur quod eis per ostium aditus non pateat, veniunt per maceriam in ovile, id est per collegium se precipitare, id est per fraudes, dolos, preces, timores, munera, precia, minas, impressiones intrare. Et tales fures sunt et latrones. Fur autem non venit nisi ut furetur mactet et perdat. Furatur scilicet alienas oves usurpando, mactat pane vite et intellectus subtrahendo, exemplo insuper male vite corrumpendo, mactat inquam morte prima que est privatio gracie, perdit morte secunda que est eterna dampnacio. Regum in Ra et tamquam vas figuli confringet scilicet tales. Gentes Haymo. Gentes in Christum credentes vasis fictilibus comparantur, quia de luto plasmati sunt secundum ad corpus et de nichilo creati quo ad animam. Roman 3. Vasis ergo comparantur fictilibus. Quia in fragilitate carnis thesaurum a seculis absconditum habent reconditum. Unde apostolus 2a ad Corinthios iiii: habemus thesaurum istum absconditum in vasis fictilibus. Hec autem vasa tamquam virga confringi dicuntur. Duplex potest intelligi confraccio una quidem dissipacionis ut in melioris vite studium commutentur. Quedam vero ut eradicate pereant. Adeo una eadem que virga corrigit ad vitam predestinatos destruit et confringit ad mortem prescitos. Et ideo Ieremia dominus ad domum figuli iussit ire, ubi quasi vas dissipatum atque a figulo in melius conformatum ostendens dixit Ieremie 19 Numquid sicut figulus iste non potero vobis facere domus Israel ait dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea

Et apostolus ad Ro. ix An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere
aliud vas in honorem atque aliud in contumeliam. Ex dictis patet qualiter
dicuntur esse etiam prelati vasa vincentes temptata et observantes divina mandata
et documenta. Et habentes potestatem super gentes, id est gentiles vincentes. Nam secundum
Gregorium in pastorali bene agentibus per humilitatem dicuntur esse socii, sed contra
delinquentium vitia per zelum iusticie erecti, ut et bonis in nullo se
preferant, et cum culpa pravorum exigit potestatem sui prioratus protinus agno-
scant, ut honore suppresso equalem se subditis bene viventibus de-
putent, et erga perversos iura rectitudinis exercere non formident. Hec ibi.
Ut sit terror eorum super cuncta animalia. Genesis ix. Ut enim ait ibi Gre-
gorius Moralium 21 post principium: patres nostri non tam reges hominum quam pastores
pecorum fuisse memorantur. Reg. 2. 6 pastores ovium fuimus.
Et dicuntur regere in virga ferrea, que est in se recta, in feriendo dura, in
dissolubilitate mansura. Aug. xii In virga ferrea. Et hec est virga discipline.
Proverb. 21 Stulticia colligata est in corde pueri, virga discipline fugabit eam.
Sed virga multorum non est virga discipline sive iusticie sed superbie. Proverb.
In ore stulti virga superbie. Et hac virga confringuntur reprobi ut pereant,
sed electi dissipantur ut meliores fiant. Sicut enim aurifaber aliquando confringit
vasa vetera ut renovet, sic facit deus de electis. Prov. xii Vide ipsos
et non erunt, non quod non sint in essentia, sed quod non erit iniquitatis culpe. Aut
Gregorius super evangelia omelia xii 2e partis. Et Hayme x' pg contritionem non impii
sed pii ponitebunt. Quo contra de reprobis dicitur in psalmo: destrues illos et non
edificabis eos. Item quidam vasa franguntur ut gloriosius reparentur. Sic in-
corpora ad Phil. 3o Salvatorem expectamus qui reformabit etc. Quedam
vero in confusione permanent, sicut malorum corpora in penis. 1 Cor. xv: omnes quidem
resurgemus, sed non omnes immutabimur, sed in melius secundum glo. Ysaye 30 Sicut
bitur dum non parcitur veniet contritio eius, et comminuetur sicut conteritur lage-
na figuli contritione pervalida. Sequitur in textu: Sicut et ego accepi a patre
meo, scilicet secundum humanitatem, ut dictum est, quia quicquid habet filius habet a patre.
Richardus: magna promissio ut quod habet ipse per plenitudinem eius electi
habeant per plenitudinem participationis. Iohannis xx Sicut misit me pater et
ego mitto vos. Ceterum ergo potestas presidentis sub Christo. Vel sic ex dictis
exponitur ista littera de iudicio finali sic: Qui vicerit scilicet mundum et ea que
sunt mundi et custodierit opera mea scilicet paupertatem, humilitatem, pacientiam et
huiusmodi, dabo ei potestatem super gentes scilicet iudicandi eas. Math. xix Vos qui
secuti estis me etc. Et reget eas in virga ferrea, id est sua inflexibili. Mittet
eas in gehennam ignis. Et tamquam vas figuli confringentur scilicet per irreparabil-
Ierem. xxx Insanabilis est fractura tua. Eccli. xvii Dupliciter contritione con-
teret eos scilicet corporis et anime. Sicut et ego accepi scilicet potestatem iudicandi. Glo.
per humanitatem non a tota trinitate. Que est pater in me et Christo inquitum ho. Sym
hor ergo sensus est hec: potestatem iudiciariam dabo illi qui vicerit sicut et
et ego accepi etc. Et est similitudo in actu recipiendi, sed non in modo.
Accepi a patre et ipsi acceperunt a me. Et tibi Ierusalem semetipsum dabit in pre-
mium. Unde sequitur: Et dabo illi stellam matutinam. Et hoc premium condecet pre-
severantie. Christus enim est, ut qui fuit stella vespertina perseverans usque ad
finem vite sue, et habeat pro premio stellam matutinam. Dicit ergo: dabo
illi scilicet qui vicerit et custodierit opera mea usque in finem perseverando
stellam matutinam, id est meipsum in retributionem. Ut enim ait Haymo: Stellam matu-
tinam appellat luciferum, qui diei suo ortu initium solis indicat adventum.
Et hic Christus intelligitur, qui surgens a mortuis tenebras erroris seculi fugavit et
luce fidei totum replevit mundum, et fulgore sui luminis illuminavit tenebras
nostre mortalitatis. De hac stella Petrus fidelibus dicit 2 Pet. 1: donec dies
illucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris. Nam in scriptura sacra secundum eundem

cum singulari numero stella matutina ponitur per hanc homo xpus ihesus figuratur. Cum vero pluraliter astra matutina interseruntur, angelice creature designantur. Unde Job 38 Cum me laudarent astra matutina id est angelice creature, ut exponit Gregorius in moralibus. Sed cum simpliciter ac sine additamento stelle ponuntur doctores ecclesie nominatim exprimuntur. Unde Danielis xii Qui docti fuerint fulgebunt sicut stelle firmamenti et qui erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Christus itaque apparens viventibus post mortem matutina nobis stella factus est, quia dum in semetipso nobis exemplum resurrectionis prebuit que lux sequatur indicavit. Stella quoque matutina vincentibus se dare promittit id est semetipsum et gloriam future resurrectionis. Quod tunc implebitur quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei. Et tunc reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue ad Phil 3. Mortalitatis etenim tenebris resurrectionis infulgere depressis quasi quidam lucifer apparebit qui perfectum eternitatis diem inchoabit. Hec ille. Vel per stellam matutinam prima stola scilicet. Stella propter claritatem matutina propter beatitudinis inchoationem et hec mutabitur in solem meridianum scilicet in resurrectione et resumptione corporum glorificatorum. Math xxiii Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, ait Richardus et idem Helmandus. Et hec stella oritur ex Jacob Num xxiiii id est ex lucta et supplantatione mundi carnis et dyaboli. De ista stella matutina id est xpo resurgente mundum illuminante vel de xpo in fine iudicante et electos beatificante in anima et corpore dicitur Job 38 Numquid producis luciferum in tempore suo. Et ecclesiastici 50 Quasi stella matutina in medio nebule, ut per nebulam significetur collectio electorum que recipit lumen a sole. Et sequitur epistole conclusio cum dicitur Qui habet aures audiat etc. In quo notandum quod ubi loquitur de premio ecclesie secundum ecclesias quinque primis. Et quod hec sunt verba que spiritus loquitur id est divina non humana. Et per hoc excitatur intellectus occasione cuius possit convenienter cum in aliis epistolis precedentibus ponebatur excitatium intellectus et post hoc premium subiungebatur. Quare fit hic et in sequentibus aliis opposito modo ponitur premium. Deinde subditur intellectus excitatium. Et dicendum quod hoc fit ideo quia precedentes tres epistole notant statum ecclesie primitive quando fides adhuc plantabatur et ideo primo ponebatur excitativum intellectus ad audiendum quia fides est ex auditu, auditus autem per verbum dei ad Ro x. Postea premium subdebatur quod erat allectives ad custodiendum primus audita. Iste autem epistole tres sequentes notant statum ecclesie quando iam fides id est totam ecclesiam illuminat. Quod scilicet statuitur per Thyatira quod interpretatur illuminata et Sardis quod interpretatur princeps pulcritudinis etc. Et ideo iam non est opus ut fides plantetur sed ut plantata conservetur. Conservatur autem per expectationem premii et ideo in istis epistolis ponitur premium admonitioni etc.

Nota. Christus dicitur stella matutina propter plura ratione. Quia sicut illa superat omnes alias in splendore sic xpus omnes sanctos in excellentie. Johannis 3o Qui de celo venit super omnes est. Item sicut illa diem adducit sic xpus cognitionem fidei mundo intulit. Ysaie ix Habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Item sicut illa diem novum denunciat sic xpus resurrectionem futuram resurgendo denunciat. 1 Cor xv Si xpus resurrexit et nos resurgemus. Item ultimo Ego sum genus et radix David stella matutina et splendida, ut enim ait Haymo stellam matutinam appellat luciferum etc.

Nota. Prelatus constituitur a deo super vicia corrigenda. Jeremie primo Constitui te super gentes et regna ut evellas et destruas scilicet vicia et errores et ut edifices et plantes scilicet bona opera et virtutes. Ideo debet esse iustus. Est autem prelati iusticia secundum Bilbertum in exordimento parte 2a si exhibeat virtutem in seipso severitatem in vitio pietatem in proximo et ezunitatem in negocio. Virtutem in seipso prelatus exhibeat ut viciis non subiaceat. Et si subiacuit seipsum corrigat corrigendo et non parcat. Non prendo prius formam aliis in seipso prebeat et ostendat. Non enim debent esse prelati qui adhuc subiacent viciis. Qui enim incipientium adhuc viciorum certamina per consensum delectationis tolerant aliorum curam suscipere non presumant, ut dicit Gregorius libro moralium xxiiii.

De Rectoribus et prelatis

Sz qui bella vicerint et iam apud se quedam intima tranquillitate quiescentes securi sunt, ad suscipiendam curam litarum digni sunt. Non dico eum perfecte vi- cerint temptationes sz qui sunt in eisdem sustinendis fortes, qualis fuit Job unde dicebat eciam. Si indicatus fuero scio quod iustus inveniar. Non .n. dz sordibus peccatis pollui, qui quem dz in alys maculas tolli Cor- rigat aut primo seipsum si habeat in se peccatum. Si enim distracte prius mala sua correptur, iustum est ut contra aliena mala inflametur. Et quod punivit in seipso, tollat in alio, quia nisi primo prelati se arguent et purgabunt, nesciunt quid in alys punire debent prelati. Prov. xvii Iustus prius est accusator sui. Ille corrigendo sibi non parcat, si districti se prius ulcion feciat. Job xvii Tenebit iustus viam suam et mundis manibus addit fortitudinis, quia eum non terret tribulatio, sz expectat mortificatio. Item non prevendo prime formam alys in seipso prebeat et ostendat. Unde dicitur in regula beati Benedicti de Sallate omnia bona et facta factis amplius quam verbis ostendat. Mat. 3 Sic nos decet implere omnem iusticiam, quia unde habet omnem instructam dote. Aliquo- tiens nam maior est lingua quam manus, quia lingua magniloqua et manus remissa Magniloqua difficilia precipes, remissa vix facilia facies. Efficator enim est vox operis quam sermonis. Et 2m Gregorium: aucto loquendi perditur si vox opere non iuvatur. Ideo dicitur in lra et custodierit opera mea. Ideo quia ceptum illis fare actum primo, licz in malis prelatis contrarium appareat. Sunt enim sic sal insipidum et lucerna sup candelabrum fumigans, et medicus seipsum in- firmum detegens, sz in facie volumus portans et falsarius leges sue falsitati publicans, ymo sol tenebrosus, prelatis nimius speculator cetus, pugitor mancatus, quia spiritus etc. Secundo prelatus excitat severitate in vicio, ideo di- dabo ei potestatem sup gentes. Ubi primo ostendat zelum, 2o excitetur divini preceptum, 3o videat fructum, 4to caveat dampnum. Zelum .n. dat ostendit Christus Mat. xi vendentes columbas eiecit, et domum suam purgat. Sic finees cum Zambri fornicatorem cum madianitide occidit. Num. 24 Sic levite vindicaverunt in idolatrie. Exod. 32 Et hyer in prophetas Ba- ali Reg. x Et mathatias iudeum sacrificantem corripuit. 1 Mach. 2 Et post isticia et iudicium correpcio sedis tue. Et 1 ad Thess. 4 Corripite inque- tos verba .n. apperit invectionis aliquando spinas evellat mortifere cogitationis Maxime qui dicuntur ex zelo et dilectione non ex fastu et indignatione. Propter quod dicit Greg. Moralium xxvi Erga hoc quamvis nemini in correp- cione si de tranquillitate nil habeant, sz ita in delectione tranquilli sunt ut nullus fervor eos attendat. Unde .n. ultra est ut appetat contra delinquentes ardore zeli succendi, ne cogimur post de torpore negligentie igne gehenne cruciari. Secundo exequitur divinum preceptum. Mat. 18 Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum. Si enim est occulta culpa tunc est servanda correctio facienda, sz manifeste si manifesta. 1 Thy. 4 peccantes coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant, quia 2m Ysidorum Manifesta peccata non sunt occulta purgacione purganda. Palam .n. sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta obiurgatione sanatur, hy qui eos imitando deliquerunt corrigantur. Vos propter imitatorem corripuisti hominem. Tercio prelatus videat fructum. Prov. 29 Virga et correptio tribuunt sapientiam. Et Prov. 19 Si corripuis sapientem intelliget disciplinam. Unde Gregorius dicit virga quia sicut virga Aaron flores frondes et fructus fecit Num. xvii. Sic correpcio sancta de- sidia homesti verba et iusta opera inducit. Aug. ad Vincencium. Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus. Melius est cum severi- tate diligere quam cum levitate decipere. Utilius esurienti panis tollitur si de- serviens iusticiam negligat quam esurienti panis frangitur. Utilius se- ditus adhesitat et qui freneticum ligat et qui letargicum excitat, ambobus molestus ambos amat. Eccl. vii Melius est a sapiente corripi quam stultorum adulacione decipi. Quarto caveat dampnum. 1 Reg. ii Nota heli indigne age- ...

Meliora sunt vulnera amici quam voluntaria oscula inimici

clamabat
filios suos et non corripuit eos 3° Re. 1° adonias elevabat dices Ego regno
Nec corripuit eum pater suus aliquando quare utrumque occiditur Illum non prussit donum
causa peccati sui. huius salomon occidi fecit occasione regni. Ex defectu non corre:
ctionis habundant transgressiones in populis et dissoluciones in monasteriis. Ma
gister Bernhardus libro de consideracione Impunitas est insolencie mater. incurie soboles
radix inpudencie. transgressionum nutrix. et tum diutius homines in suis culpis per:
mittuntur. virga solidatur in arborem et pravitas invalescit. Et impletur quod dicitur
post difficile corriguntur. Et illud Sapientie 14 invalescente iniqua consuetudine. error
tamquam lex custoditus est. Tercio prelatus exhibeat pietatem in proximo
Sepe non prelatus iracundie stimulis victus contra delinquentes zelo iusticie plus
quam necesse est inflammatur. et iusticie limite in ulcionis transiens. agit crudeliter
quod se iuste agere suspicatur. Ut dicit Gregorius circa 5° super Ezechielem. Et tunc
impetus caritatis et furoris. pallio velatur spiritus et fervoris. quasi faciat
spiritualiter. quod facit carnaliter. Habeat ergo prelatus infirmitatem suam in animo
humilitatem in signo pietatem in verbo. mediocritatem in facto. Cum ergo quis
aliorum peccata corrigit. considerat in corde suo mala sua. quia vel talis est. vel
aliquando fuit talis. vel si non fuit esse potuit. qualis est ille quem corripit
Aut si conservatus per graciam vel reductus est a peccato. potest similis effici fieri
proximo. Considerat eciam alia proximi sui bona. que si nulla sunt. cesset
superbia Si vero nulla sunt. obtinere potuit ex gracia. Et forte in habun
dancia maiori quam sint bona prelati. circa xi. Cum interrogatus corripe iuste
Hec est interrogatio. discussio sui ipsius in secreto cordis iudicio. Audi
humilitate ut signo. Ambrosius super lucam. proficit amica correpcio plus
quam accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit. hec indignacionem movet.
Zelus enim iuxta fornacem sedens. saltem virum irascibilem. Unde de facili emi
cant scintille iracundie. quibus turbatur pupillus oculi spiritualis. Ideo sancti
viri. numquam volunt facere correpciones. donec ira cessante deferbuerit com
motus ita quod ire signum non appareant extrinsecus per turbulentas expressiones. quia dicit
psalmista Quoniam supervenit mansuetudo et corripiemur. Audi petrus in verbo circa 19
Corripe proximum antequam comminetis. Licet quidam statim habeant comminatores glacium
et arcum extentum obiurgationis. ita quod non videntur persequi culpam sed
personam. Similes lamech cecato iam facto. qui dicitur occidisse hominem. cum
debuerat occidisse feram. Ren. 4. et ponit hoc Gregorius libro moralium xix
Rectoribus utrumque summopere sunt tenenda. ut nec in disciplina vigore benignitate
mansuetudinis. nec rursum in mansuetudine districtionem destruant disciplinae
Ut non a compassione pietatis obduresant cum comminates corrigant. ut
disciplinae vigore molliunt. cum infirmorum animos consolantur. Ceterum ergo di
sciplinae vigor mansuetudine. et mansuetudo ornet vigorem. et sic alterum
commendetur ex altero ut nec vigor sit rigidus. nec mansuetudo dissoluta. Au
diant mediocritatem in facto. 2 ad Thimotheum 2°. Servum domini non oportet litigare oportet
sed mansuetum esse ad omnes cum modestia corripientem eos qui resistunt
veritati. Modestia medium est inter remissionem et indiscretum furorem. Aliqui
enim. sicut supra dictum est. Sub specie iusticie. ita modo ulciscendi transgreditur
qui conversi vicium sine tranquillitate mentis ex abrupto feriuntur. et non sequuntur
correpciones. sed nimis oppressio. quia plus expeditur. ita quod transgressio etiam in corre
ptionibus faciendis. quod illa subesse non possit. Quidam non premunt. ne opp:
rimat antequam corrigat. et tunc nimis attenditur ita quod in nimia crude:
litate efferenatur. quia prelati non sunt infecti circa amorem Christi sed variis secularibus
desideriis dimissi. Et ideo. qui culpam invenerint. quia in seipsis severitate non habent
non conferunt in tranquillitate cordis quod habent cum eis et emendacionibus. Sed
subito ad ulciscendum peccatum prosiliunt. et liberam crudelitatis extendunt. Hic enim
medium non observant circa remissionem. propter vitam ipsorum dissolutam. Quare sancti viri
videtis. quod pene semper amica est impacia prelati. et quod ipsa dicitur

plat9 exequi Subyciunt se magis intus pacientie qz extus potestati Et quanto
magis se sunt ultrasi extra tantomagis sustinent paciet interi qz dominum
principatum extus hominibus exhibent humilitate interi ad dominium
observant et ne tuscant ad illicita nolunt frequenter exequi licita sz intus
tolerant ex amore et paciu qz zelum eorum inflamat caritas et inforst
scia que zelum supprimit et eum temperat et ordinat caritatem Et hec est disciplina
domini de qua in psalmo disciplina tua correxit me in finem qz tandem
qui ita se habet a pastore diligitur et pastor honoratur Proverbiorum xxviii Qui corrigit
hominem inveniet graciam postea apud deum Quarto platus exhibeat
opportunitatem in negocio Quod sit cordis timet n potest iuste corripere
si seipsum novit pro subditorum dampna conformare Si enim que corrigi nequeunt
tolerare Si quidam pro condicione peccantium temperare Si quidam pusillanimitate
deposita vindicare Igitur platus illa mensura se modificet ut nunquam ad
illicita se relaxet sz modis temporibus amari studeat et timeri Caveat ne nimia
leticia reddat eum a subditis despectum vel nimia severitas odiosum Q
dum subiecti vident platos ineptire per nimiam leticiam deserunt disciplinam
Et tunc amplius contra subditos dyabolus invalescat qui eos qui disciplie d
esse custodes letitie fluxe cognoscit et sic per negligentiam maiorum dese
in detrimenta minorum Et ideo iudith viii dicitur flagella dei dicunt corripi ad emendandum
et non ad perdicionem Propter hoc dicit Gregorius moralium xx qz platus videns timeri
et iratus amari Volunt eciam pro tempore mala que non possunt corrigi
Sunt n quidam qui fiunt moribus acriores et deteriores Et ideo nec sunt mete
puniri a platis qui tacendo non puniunt sz magis talibus subditis det sal
ex platorum tacita oportunitate et pacia pressura tempore redeat ad se
corrigant vicia 2 ad thess 3o Si quis non obedit verbo sz nro hunc
nota Et sequitur nolite quasi inimicum existimare sz corripite ut fratrem hunc
notate i in per epistolam vestram sectare quod non est ut inimicum obiurgandum sz ut f
fendus et diligendus corripiendus Unde Gregorius 13 moralium Quedam manifeste
debemus corrigere quedam vero que corrigi nequeunt equanimiter tolerare Et cum
delinquentes corrigere non possumus paciendo tolerare debemus ista si fructu co
versionis eorum habere non valemus ex ipsis tamen premium longanimitatis
acquiramus qz proverbiorum 24 Non amat pestilens eum qui se corripit Unde
quidam mali phisici vel medici semper volunt urere vel secare volentes et
ferrum in omni infirmitate exercere nescientes quod oporteat aquitulum tolerare Sunt
illis qui veteres patellas vel enea reficiunt qui volentes unum foramen
obstruere uno ictu mallei vel illud diutet vel multa faciunt vel totum
confringunt nescientes quod vasa fictilia vel vitrea non sunt malleabilia
sz frangibilia Eccli 21 Cor fatui quasi vas confractum Mali medici qui
per medicina propinant venenum ita nesciunt dispensandi officium Dum corrigi
debent vetera vulnera recenciora Temperent eciam quedam pro condicione peccatorum
viri verecundos qui palpando dicunt corripe leniter ne si correpti fuerint
acrius frangantur et convertat in desperacionem vicium Ysaye xxxviii Corri
pies me et vivificabis me Corripies increpando vivificabis me consola
Sic n dominus vinum miscet et oleum spem et metum iusticiam et mi
effectum 2 Mach vi Nunquam deus a nobis miam suam amovet corripiens
vero in adversis plebem suam non delinquit Vindicare est quidam pusillanimitate
deposita Levitici xx Quibentum est correctum manifestis criminum et sic
effugiet voluntarium peccatum hoc quidam plati suorum subditorum culpas
non corrigunt ex diversis causis Quosdam n pigricia impedit quorum
agri pleni sunt spinis Proverbiorum 24 Per agrum hominis pigri transivi et ecce
totum repleverant urtice operuerat spine superficiem eius et ma
ceria lapidum destructa erat quod qz tacite fuerunt esse non conglutina
pro eum est n pigris ne statim subvenire periculo sz expectare donec totum
edificium cadat Ideo dicitur Jeremie ut Reculi erant fauces vomeru et ligon
usque ad stimulum corrigendum Ideo dum dormiunt homines superseminat inimicus zizania

Capitulu͞ Tercium

dormiunt vigiles in urbe obsessa. Ideo si urbs capiat'. Primo in eos irruat'. Dormiunt venatores, ut fur infernalis domum ingrediens occidat et furet'. Lupi infernales ab ovilibus eorum clamoribus non arcentur. Medicus tempore pestilentie a sompnis non excitat'. Navis procellis agitata et in periculis constituta et navta delinatur. Et sicut gubernator in medio mari amisso clavo sepe periclitatur. Non advertentes quod dicit Cris. sup epistolam ad hebr. Miror si aliquem contingit salvari de eis qui principant' in tantis minis et talis pigricia. Quidam etiam non corrigunt quia reprehensibilit' vivunt. Bernh. ecclesie. Nemo fidelit' reprehendit in quo se esse irreprehensibilem non confidit. Propt' hoc apli et aplici viri corripiunt et corrigunt in quibus alii deficiunt. Ad Thit. I Reliqui te Crethe ut q̄ desunt corrigas et constituas per civitates presbiteros sicut ego tibi disposui. Si quis sine crimine est. Quidam vero non corrigunt quia per indiscretam humilitatem corrigendi auctoritatem amiserunt. Thi. II Argue cum omni imperio. Et sic dicit Augus. loquens prelatis Ne nimium dum servatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Isti autem magis corripi possunt a subditis q̄ subditi ab eis sicut Balaam correptus est ab asina. I Pet. II Correptionem habuit Balaam sue vesanie subiugale mutum animal. Quidam etiam non corrigunt quia temporalia quibus se exponunt subditorum saluti preponunt. Similes Caym de quo Gen. IIII Numquid custos fratris mei sum ego. Non sunt custodes fratrum s. ovium vel agnorum. Ps. Corripuit pro eis reges. Et dum pro subditorum peccatis incorrectis puniet pastores. Quidam non corripiunt quia scandalum metuunt, cum veritas non sit dimittenda propter scandalum. Et plus debemus timere deum q̄ proximum. et aliqui propter scandali occasionem redduntur ad salutem. Prov. XXI Qui correptus est corrigit viam suam. Quidam vero non corrigunt quia tamen crevit malicia per consuetudinem obdurata q̄ eam amonere non possunt et ab una scintilla augetur ignis, et a modica ruina subingredit' ruinis. et a modica stilla per consuetudinem cavatur lapis et impletur. Ecclesiastes VII Considera opera dei q̄ nemo potest corrigere quem ille despexit. Nam et si correpti murmurat non est multum curandum. Ecclesiastes X. Vir prudens et disciplinatus non murmurabit correptus. Non est ad prelato imputandum si non ex impio sed humilit' ex caritate scripture cautul conquestis corripiendo peccatum, quia II Thi. III Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum ad arguendum ad corripiendum et erudiendum.

Ca 3

Et angelo Sardis ecclesie scribe. Hec dicit Qui habet septem spiritus dei, et septem stellas. Scio opera tua, quia nomen habes q̄ vivas. Et mortuus es. Esto vigilans et confirma cetera que moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis et audieris et serva et penitentiam age.

Capitulum tertium. Premissis cohortacionibus de quatuor epistolis scribendis quatuor ecclesiis in capitulo precedenti Subiungitur in hoc capitulo tertio exhortationes de scribendis epistolis reliquis tribus ecclesiis. Et dividitur hoc capitulum in tres partes. Secunda ibi Et angelo philadelphie. Tercia ibi Et angelo laodicie. Prima dividitur in tres. Et angelo Sardis more consueto sed in titulum narracionem ibi Scio opera tua Et conclusionem ibi Qui habet aures. In prima parte introducuntur res que scilicet suscipient scribent sive defendent sibi scribe, et persona precipientis sive mandantis Et ideo dicit ibi Et angelo id est episcopo Sardis ecclesie scribe. Sardis autem interpretatur principium pulchritudinis sed apta atque ornata. Vel secundum alios principium pulchritudinis Et significat ecclesiam universalem cuius pulchritudo hic incipit per graciam et in futuro consumabitur per gloriam. Est enim universalis ecclesia pulchra per graciam in qua nascitur. Canticorum. O quam pulchra est casta generatio cum caritate Sed in futuro erit tota pulchra per gloriam Canticorum IIII Tota pulchra es Spiritualiter ad quosdam significat statum ecclesie tempore simplicium fratrum

Qui fuit post expositores et doctores · quorum tempore cepit ecclesia in bonis temporalibus habundare et fuit ecclesia et tali dicitur in lra Sardis scribe scilicet illud quod sequitur hec dicit qui habet septem spiritus i. universitatem graciarum · que est in septem donis spiritus sancti. Unde Gregorius xxix moralium in fine expositionis c. 28 Numquid coniungere valebis micantes stellas pliades dicit · quod per pliades que sunt septem stelle · significantur operaciones septiformis spiritus · quas redemptor in carne veniens simul in se et virtutibus universis habuit · de quo dicit Ysaie ix Egredietur virga de radice yesse · et flos de radice eius ascendit · Et requiescet super eum spiritus domini spiritus sapiencie et intellectus spiritus consilii et fortitudinis spiritus sciencie et pietatis · et replebit eum spiritus timoris domini · Qui significantur per septem oculos super lapidem unum Zach 3 Super lapidem unum septem oculi sunt · Et per septem lucernas in candelabro aureo Zach iiii · et in candelabro aureo lucerne septem · Nullus vero hominum operaciones sancti spiritus simul omnes habuit · nisi solus mediator dei et hominum · cuius est idem spiritus qui de patre ante secula procedit. Dicit Gregorius ibidem · Filius ergo dei quia habet septem spiritus · id est septiformem spiritum equalem sibi in natura unitate · ergo dicit Zacharias Super lapidem unum septem oculi sunt · huic namque lapidi septem oculos habere est simul omnem virtutem spiritus septiformis gratie in operacione tenere · alius namque prophetia · alius scientiam · alius virtutes · alius genera linguarum · alius interpretationem sermonum · iuxta distribucionem sancti spiritus accipit. Ad habenda vero cuncta eiusdem spiritus munera · nemo attingit · At vero conditor noster infirma nostra suscipiens · et per divinitatis sue potenciam · simul habere se omnes virtutes sancti spiritus edocuit · micantes procul dubio pliades iunxit · hec ibi.

Vel secundum Lucam Qui habet septem spiritus dei i. universitatem angelorum qui assistunt. Sequitur Et qui habet 7 stellas i. universitatem prelatorum seu circa universas. Sic dictum est supra primo c° · Quia ergo habet 7 spiritus · potest iustificare et confirmare impios volentes penitere · Et quia habet septem stellas i. universas circas in potestate · potest expellere de ecclesia impenitentes et dampnare · Et quia spiritus humus cite · reprehensibiles erat · et multi cum eo pauci vero commendabiles · ut habetur infra · Ideo generaliter [illegible]

Vel quia iste episcopus · erat exterius apparens iustus et interius malus · Ideo ut intelligat deum scire occulta ait Qui habet 7 spiritus dei · Qui enim cernit scrutatur profunda dei · i. Cor 2 · Et quia potens est ad dampnandum homines fictos · et ostendentes se esse bonos cum non sunt. Ideo ait se habere septem stellas · prout ait Richardus

Scimus tibi Scio opera tua · Secunda pars principalis epistole · in qua ponitur narracio. Et hec distinguitur in 4 partes ut ait Richardus · Primo continet increpacionem · 2° admonicionem emendacionis ibi Esto vigilans · 3° terrore comminacionem ibi Si non vigilaveris · 4° exemplum imitacionis ibi Sed habes pauca nomina · Quinto invitacionem et premii remuneracionem ibi Qui vicerit · Primum dicit Scio opera tua · id est quod habitum est · Sicut dei dicit · vel prout est ad quod cognoscere · vel prout est idem quod approbare · Job 12 Ipse novit decipientem et eum qui decipitur · Gregorius xi moralium · hic ergo Scio · non potest pro eo quod est cognosco vel approbo secundum Haymonem · Sed Scio dicit i. cognosco nec tamen simpliciter sicut non approbavimus · Opera tua scilicet apparencia bona · non exteriora i. cognosco que sunt interius · et quid intendas et queras in eis · quia laudem humanam. Unde sequitur · quia nomen habes quod vivas scilicet apud homines et in hominum forma · Quod dicitur Scio quod vulgo crederis esse bonus et vivus in ecclesia · Sed mortuus es vere vite caritatis · Quod dicit secundum Haymonem Ideo tu vivere putas · quia in quibusdam bonis operibus exercicium habes · Sed attende · quia vivere non vales si vicia prevaluerint in illis quibus vivere videbaris. Sunt enim nonnulli qui in elemosinis insistunt pauperum curam gerunt · sed ipsi a rapina manus non cohercent · Nonnulli vero elemosinarum largicioni insistunt · et a rapina manus cohercent · atque ab adulterii petitione se cohibent · sed ire atque invidie stimulis agitati · quorundam vitam extinguere querunt · Sic ergo in similibus · dum se quibusdam bonis operibus vivere putant · uno quolibet facinore multi moriuntur · De quibus dicit Jacobus in canonica c. 2 Quicumque servaverit totam legem · offendit autem in uno · factus est omnium reus. Unde Augustinus in Evangelio · Non moritur nisi qui tunc admisit Ezech xviii°

Anima que peccauit ipsa morietur. Unde in corporibus viuis animas mortuas portare noscuntur scilicet peccatores. Unde prosequitur hic ypocritarum defectus in religione. Ps.
in tercia vero vitii quia mortui sunt. Math. viij. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. j. ad Thy. v. Vidua viuens in deliciis mortua est. Ambrosius. In anima
est enim eam deserit deus sicut mors corporis cum illud anima deserit. Augustinus
augustinus xiij de ci. dei c. j. Et tunc est sine ornatu virtutis et sine estu feruore
viuens. ij. dicit a non vincere sensu et motu proprie de anima. Tercio insinuat
defectio operum iusticie cum dicitur. Quarto opera tua saltem imperfecta ob vanam gloriam
facta. Et ideo in tende pensata nec deo placita. Math. vi. Attendite ne iusticiam
vestram faciatis coram hominibus. Et quia ad hoc dicit Hayno. Sunt multi qui vitium
ab omni crimine custodiunt virtutibus etiam seruiunt sed tamen humanam laudem
requirunt. Ideo quod interius recta non prodit in cogitacione. Plenum est omne opus
quod sequitur in ostensione per hoc. ij. quod exterius prodit in publicum vivi apud
homines arbitrantur. Ideo quod nomen habet quod viuat per hoc aut quod latet intus
apud deum mortui reputantur. Et ibi. Et secundo insinuatur apparens simulacio in
hoc quod dicitur nomen habes quod viuas et mortuus es. Ypocrita ut dicit secundum Isidorum
li. ethymologiarum. Greco sermone in latino simulator interpretatur. Qui dum intus
malus sit bonum se palam ostendit. Ypo. ij. falsum. Crisis iudicium interpretatur.
Et secundum eundem Isidorum. Nomen ypocrite tractum est a specie eorum qui in spectaculis
cum tecta facie incedunt distinguentes vultum variis ut ad personae
quam simulant colorem perueniant modo in specie viri modo in specie femine ut in
ludis populum fallant. Unde dicit Augustinus in lib. de sermone domini in monte. Et sic
ypocrite simulatores personarum aliarum agunt partes illius quod non sunt.
Non enim ij. qui agit partes Agamenonis vere ipse est sed simulat eum. Sic in ecclesiis
et in omni vita humana quicunque se vult videri quod non est ypocrita est. Si-
mulat enim se iustum non exhibet. Unde super illud Job xxxvj. Simulatores
et callidi prouocant iram dei. Dicit Gregorius xxvj moralium. Duo intendit scilicet ypocrita
occultare quod est et ostendere quod non est. Unde vero utrumque sit peccatum patet ex
eo quod dicit Ieronimus in glo. super Ysaie xvi. In duobus animi quod
animi intencione aufertur gloria in oculis suis. Dicit quod in comparacione duorum malorum
leuius est aperte peccare quam sanctitatem simulare. Et super illud Job xx. Sic deo
placuit ita factum est. Dicit glo. Simulata equitas non est equitas sed du-
plicatum peccatum. Et super illud Trenorum iiij. Maior effecta est iniquitas filie populi
mei peccato Sodomorum. Dicit glo. Scelera plangunt animae que in ypocrisim
labuntur. Cuius maior est iniquitas peccato Sodomorum. Nam ex malicia talis
peccat secundum Gregorium xxxj moralium. Sed an semper sit peccatum mortale. Dicendum secundum doctorem
Sanctum in ij. ij. q. cxj. ar. iiij. quod in ypocrisi duo sunt scilicet defectus sanctitatis
et simulacio ipsius. Si ergo ypocrita dicitur ille cuius intencio fertur ad utrumque
scilicet ut aliquis non curet sanctitatem habere sed solum sanctus apparere sicut consueuit
accipi in scriptura sacra. Sic manifestum est quod est peccatum mortale. Nullus enim
priuatur totaliter sanctitate nisi per peccatum mortale. Si autem dicitur ypocrita ille qui
intendit simulare sanctitatem a qua deficit per peccatum mortale tunc quamuis
sit in peccato mortali ex quo priuatur sanctitate vite non tamen semper illa simulacio est
ei in peccatum mortale sed quandoque veniale. Quod discernendum est ex fine. Enim si
repugnat caritati dei vel proximi erit peccatum mortale. Puta cum simulat sanctitatem
ut falsam doctrinam disseminet vel ut adipiscatur ecclesiasticam dignitatem indignus
vel quecunque alia bona temporalia in quibus finem constituit. Si vero finis intentus
non repugnet caritati erit peccatum veniale. Puta cum quis in ipsa fictione
delectatur. De quo dicit philosophus iiij ethicorum quod magis videtur vanus quam malus.
Eadem enim racio est de mendacio et simulacione. Contingit tamen quandoque quod aliquis
simulat perfectionem sanctitatis que non est de necessitate salutis. Et talis simulacio non semper
est peccatum mortale nec semper est cum peccato mortali. Et dicit Augustinus. Ypocrisis non
committitur nisi a valde astutis qui desiderant celare vicia sub specie virtutum. De
quibus dominus dicit Math. xxiij. Ve vobis ypocrite qui similes estis sepulcris
dealbatis que foris apparent hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus
mortuorum et omni spurcicia. Sic et vos foris apparetis iusti intus vero

Repleti estis ypocrisi et iniquitate et iniquitate. Unde et illud Job 36. Simulatores et callidi provocant iram dei. Unde et Gregorius 26 moralium simulatores dicit apte subiunxit et callidi, quia nisi ingenio calleant quod videri appetunt simulare congrue non possunt. Sunt enim nonnulla vicia que ex sensu tardioribus facile perpetrantur. Elatori namque intumescere, avaricie estibus inhiare, luxurie pulsibus succumbere etiam quilibet obtusus sensibus potest. Simulationis vero falsitatem exequi nisi qui subtilioris ingenii fuerit non potest. Cum ergo in tallis est ad custodienda vero duo, continua observatione diudicet, ut callide noverit et occultare quod est et ostendere quod non est, et vera mala premere et bona falsa mirari, ut se apte in hoc quod videtur extollere atque hoc maiorem gloriam teneat, sepe ipse simulat gloriam declinare. Cum enim ante oculos hominum sciendo eam apprehendere non potest, studet plerumque gloriam tenere fugiendo. Hec itaque simplicitas minime congruunt, quia si congruunt iam simplices non sunt. Et propter hoc eorum peccatum magis aggravatur. Ideo non dicit merentur sed provocant iram dei. Inquit enim est nescire peccare, provocare vero est mandatis dei sciendo contraire, scire bonum sed despicere facere posse nec velle. Hii in percussione nesciunt, intrinsecus tenebrescunt et ostentatione iusticie in superficie dealbantur. Ideo dicuntur similes sepulcris dealbatis etc. Foris enim ostendunt se esse quod non sunt, que vivendo intus impugnant. Putant mala cogitantes exaggerari que foris aliud superducentes occultant. Ad districtum itaque iudicem excusationem iam de ignorancia habere non possunt, quia dum ante oculos hominum omnem modum se esse ostendunt, ipsi sibi sunt testimonio quia bene vivere non ignorant, ut ibi. Ex quibus patet quod huius ypocrisis sunt 4or species.

Prima est boni simulacio, tunc quis simulat se habere bonum quod non habet, aut facere quod non facit. Hii similes sunt arboribus Sodomorum, de quibus dicitur in hystoria scolastica quod ibi crescunt iuxta mare mortuum, ferentes poma que exterius apparent matura et sapida, sed cum carpuntur ~~in~~ inveniuntur plena favillis et sulfure. Sic opera ypocritarum, que nunc apparent speciosa, in morte reperiuntur coram deo et angelis vana, digna quod supplicio infernali. Secunda species est boni defedatio, ut cum aliquis ea que de sui genere sunt bona corrumpit intencione perversa, tamen ut hominibus placeant. Hii contra preceptum dei Exodi 23 filias alienigenas tradunt filiis suis, id est bonis operibus suis adiungunt malas intenciones. Tales dampnabuntur sicut falsarii monete regis eterni.

Tercia species est boni dissimulatio, cum quis simulat se bona sua occultare appetit tamen ea fore hominibus manifesta ut videatur melior. De hiis dicitur Mathei vi: qui amat orare in angulis ut videantur. Tales enim requisiti an faciunt aliquod bonum, solent respondere, deus cui cor patet novit. Et hoc ideo faciunt ut habeantur in maiori reverencia et eorum opera estimentur preciosiora. Quarta species est mali palliatio, ut cum quis bonis obumbracionibus mala sua depingit, contingit mala sua cautius faciat, et extra hominibus minus appareat. De hiis dicitur Mathei vii: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Dicitur enim in libro de naturalibus quod lupi sibilos pastorum fingunt et oves pastores esse putant, et sic minus caute incedunt. Lupos non fugiendo et sic ad eas fraudulenter veniunt et decipiunt. Hii secundum Bernhardum super illo Canticorum 2o capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas sermone 6 ad. Sunt oves habitu, astu vulpes, actu et crudelitate lupi. Hii sunt qui boni videri non esse, mali ideo videri sed esse volunt. Alii sunt et boni videri volunt ne soli sint mali, mali videri timent ne palam sint mali. Item nunquam quis malicia palam nocuit, ut unquam bonus nisi boni simulacione deceptus est. Ita ergo hii malum bonorum boni apparere student mali nolunt ut plus liceat malignari, neque enim apud eos est facultas colere sed vicia colorare quodam quasi virtutum minio. Et in eodem sermone 33 super illo Canticorum 1o, ubi cubes in meridie: hoc est negocium perambulans in tenebris quia de ambicione descendit, et in tenebris habitatio eius. Denique abscondit quod est et quod non est ostentat. Negocia autem omni tempore forum continuis perficit ad sese occultantis virtutem aut eius vendicius et emens honores. Et nisi

In tempora ista plane feda a negocio perambulante in tenebris. De quarum hunt
a fermento phariseorum quod est ypocrisis. Si tamen ypocrisis dici debet que iam
latere pre habundancia non valet. et [deleted] impudencia non querit.
Serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesie. et quo latius eo despe-
rantius. eo quod periculosius quo interius. Nam si insurgeret apertus hereticus mitteretur
foras et aresceret. si violentus inimicus absconderet se forsitan ab eo. Nunc
vero quem amet. a quo se abscondet. Omnes amici et omnes inimici. omnes necessarii
et omnes adversarii. omnes domestici et nulli pacifici. omnes proximi et que sua sunt
querunt. omnes ministri christi sunt et serviunt antichristo. honorati incedunt de bonis
domini. cui honorem non deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor
histrionicus habitus regius apparatus. inde aurum in frenis in sellis in
calcaribus. plus calcaria quam altaria fulget. Inde mense splendide cibis et
cyphis. inde comessationes et ebrietates. inde cithara et lira et tibia. inde
redundancia torcularia et promptuaria plena eructancia ex hoc in illud. Inde
dolia pigmentaria. inde referta marsupia. Pro huiusmodi volunt esse. et
sunt ecclesiarum prepositi decani archidiaconi episcopi archiepiscopi. Nec enim hec merito cedunt
sed negocio illi quod perambulat in tenebris. Olim predictum est et nunc tempus
impletionis advenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. amara prius
in nece martirum. amarior post in conflictu hereticorum. amarissima nunc in
moribus domesticorum. Non fugare non fugere eos potest. ita invaluerunt et
multiplicati sunt super numerum. intestina et insanabilis est plaga ecclesie. et ideo
in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace. Et pax est. et non est
pax. pax a paganis. pax ab hereticis. sed non profecto pax a filiis. Vox plan-
gentis in tempore isto. Filios enutrivi et exaltavi. ipsi autem contempserunt spre-
verunt me. sprevit et maculaverunt a turpi vita. a turpi questu. a
turpi commercio. a negocio denique perambulante in tenebris. Et ibi etc.
Tales enim non sunt qui vivant sed mortui sunt. propter quod in littera sequitur emen-
dationis admonitio cum sua racione cum dicitur Esto vigilans. De salute tua
Luce xii Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes. Et
Gregorius omelia xiii super ewangelia Vigilat qui servat operando quod credidit. Qui
ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet. qui a se torporis et
negligencie tenebras repellit. i Cor xvi Evigilate iusti et nolite peccare.
Mathei xxv Vigilate quia nescitis qua hora etc. Sequitur et confirma cetera
que mortua erant. Sed dicere potest hoc stare. cum prius premisit quod ille mor-
tuus erat. ergo et ipsius opera mortua erant. quo ergo dicit confirma ce-
tera que moritura erant. Respondet Richardus dicens quod preter bona sic
humilitatis et consimiles virtutes mortua erant. Alia vero bona que iuvant
ad salutem sicut scientia scripturarum et doctrina predicationis et cetera dona gratis
data erant in eo moritura si propter humanam laudem faceret. quia iusto iudicio
dei qui maiora ad salutem necessaria contempsit. et minora bona non neces-
saria ad salutem, utilia tamen, funditus amittit. Et ille. Et per hoc patet solucio obiec-
tionis que posset obici quod ex littera sequitur quod opera mortua a facta in peccato mortali
possent vivificari. Item ii quod de talibus non loquitur ut expositum est. Sed de
illis que possunt vivificari et esse meritoria. dum fuerunt facta in gratia. et propter
deum. propter hoc ii ad talium personam benigne exhortatur dicitur quia dicitur
Esto vigilans et confirma cetera que mortua erant. Ac si diceret [unclear] hayom
Si vis ut in illis que bene gessisti vivas. ab hiis que male operaris per penitenciam
evigila. quia si in illis mortuus permanes. in istis nullatenus vives.
Unde psalmista admonet dicens. Declina a malo et fac bonum. Nam et in hoc quod di-
citur confirma cetera que moritura erant. Ostendit. quia si a peccati sompno per penitencie
lamentum quis evigilat. ut illa que ante mortuus bene gessit post vivens
opera amittet. atque ideo illa vivificat ergo quod ipse a peccati sompno evigilat.
Ut ii dicitur Esto vigilans et confirma cetera que etc. tamquam diceretur Si ex parte
ea qua mortuus es reviviscas. cetera que adhuc in te viget ne moriantur
confirmas. vel si vis vivere cave ne laudem ab hominibus requiras. ne interdum
operis elatio vincat mentis. Et ideo sequitur. Non enim invenio opera tua plena

x' pferta coram deo mo· s coram hominibus· Et ideo non plena· qr ne cari-
formata· Vnde haymo illius opa non sunt plena coram deo qui virtuti
sibi a deo datas virtus gratulatur· vel qui de bonis q opa· exteriora humani
caritate· non sunt plena· Vnde de bonis dicit· ad Ro xiii Illa ergo q sunt sine
vel non sunt opa plena· qr non sunt tanta quanta deberent esse· Daniel v Inve-
tum est minus habens· Vel non plena· qr virtus gratulata vel coniuncta· qr q
totum legem observauit· offendat autem in vno· factus est omnium reus· Jacobi
Vel non plena· qr non recta intencione perficiente et complete ordinata· s ppt hu-
manam laudem facta· vt dictum est Mathei vi· Si oculus tuus simplex fuerit
totum corpus tuum lucidum erit x' tota congeries operum· Si aut nequam fuit· tot
corpus tuum tenebrosum erit· Inutilis ergo et sterilis est labor ypocrite· qr licet
habeat nomen et videatur hominibus bonus· mortuus tamen est coram deo· prava in-
tentione et gratia· et opa sua vacua eterna mercede· Mathei vi· Receperunt merce-
dem suam· Ideo precepit· Exodi 23· Non apparebis in conspectu meo vacuus· Ecclesiastici 34· Vnde et fatue virgines non acceperunt oleum in vasis suis· Math 25
Econtrario de sanctis· Vnde de Abraham dicitur· Gen 24· Et mortuus est ple-
nus dierum· Et in pro· dies pleni invenientur in eis· 2 ad Cor vi· Ne in
vacuum gratiam dei accipiatis· Et de tali gloriante de nomine sanctitatis coram
hominibus sine re nominis· dicit Ambrosius in suo pastorali· Quod sumus pro-
fessione potius actione quam nomine demonstremus· vt nomen congruat actioni
et actio respondeat nomini· ne sit nomen inane et crimen immane· ne sit honor
sublimis et vita deterior· ne sit deifica professio et illicita actio· ne sit ha-
bitus religiosus et deformis excessus· ne sit religiosus amictus et maliciosus affectus·
Ne habeatur in cetra kathedra sublimior et gesta sacerdotis operatur humilior·
Ne locutionem simulemus columbina et mentem habeamus canina· ne professi-
onem ostendamus humanam et ferocitatem habeamus lupina· hec ille· Et de talibus
conqueritur dominus Ysaye 29· Populus hic labiis me honorat· cor autem eorum longe
est a me· Et sequitur· admonitio emendatoris· In mente ergo habe qualiter accepisti
scilicet gratie spiritualis infusionem· Et audieris scilicet ab homine per evangelium
predicatorem· Et serva scilicet opere per bonam actionem· Et penitenciam age scilicet de
amisso bono et commisso malo· per emendationem satisfactionis· vt ait Richardus
sic ista distinguuntur· de primo circa 2 datum et acceptum omne deserere
scilicet in tabulis cordis· 1 Cor x· Quid habes quod non accepisti· Et vt ait beatus
Bern· de beneficiis c 6· Hec est lex beneficii· vt dans statim obliviscatur ipsius da-
ti· accipiens nunquam obliviscatur accepti· Qualiter autem accipies et audire
vt sit cautus et servare audita vt sit perfectus· dictum est supra· Ideo Jacobi
qui audit verba prophetie huius et servat et· Qualiter autem age penitenciam
vt restituat bona amissa· et vt fiat a reatu pene liber et absolutus· dictum
est supra· Propterea age penitenciam et prima opa fac· Et de hiis haymo dicit· Tu sua
singulis superiore intelligere· congruit sensibus et illis potest aptari qui re-
liquis virtutibus viget· cum vno facinore contabescunt· et illis qui vitam ab omni
crimine custodiunt· sed gloriam humanam inde requirunt· sed et illis qui sine virtute
cutem quae est caritas· licet operatores gemmina pariant· non tamen ad perfectionem
perducunt· Dicitur ergo In mente habe qualiter accepisti scilicet a sanctis predicatoribus
et qualiter audieris· qr si quis totam legem servauerit· offendit autem in
vno factus est omnium reus· Vel in mente habe vt prava intencio non perdat
virtutum opa· sed vt gloriam non recipias humanam sed ipsius vt ad mercedem
retributoris ipsa opa perveniant· Vel in mente habe qualiter audiere et accepe-
reis· qr si hominibus virtutibus habundamus· caritate autem non habuerimus
nichil est· 1 Cor xiii· Si linguis etc· Et serva qualiter accepisti et audisti
a sanctis predicatoribus· Et penitenciam age· vt ea que inulta fecisti lacrimarum
gemitibus diluas· Et que a predicatoribus accepisti operum execucione adimpleas·
hec ille· Sequitur textus· Si ergo etc·

Si ergo non vigilaueris veniam ad te tamquam fur et nescies qua hora veniam ad te
Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt vestimenta sua et am
bulabunt mecum in albis quia digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis
et non delebo nomen eius de libro vite. Et confitebor nomen eius coram patre meo
et coram angelis eius. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis
Positis duabus partibus narrationis scilicet aspectus increpationis et admonitionis emendationis
consequenter subiungit tres sequentes. Et primo ponit comminationem dampnationis. 2o exemplum
imitationis ibi sed habes. 3o munus et premium remunerationis ipsius vincentibus ibi. Qui
vicerit. Quantum ad primum ponendo comminationem dampnationis dicit Si non vigilaueris
scilicet ut est preceptum de corrigendo predicta veniam ad te tamquam fur qui venit latenter
et ex improuiso ut bona auferat et possessorem occidat ait Richardus. Ut enim
ait haymo vigilat qui a se torporis negligentias expellit. Vigilat qui et bona
desiderabilia prouidet et mala sollerter cauet. Vigilat qui ex hiis que efficit non
humanam laudem sed dei gloriam querit. Et hiis modis debet fidelis vigilare ut
dictum est supra eodem. 1. pet. 4. Estote prudentes et vigilate in orationibus
Mat. 24. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret utique. Greg.
omelia 13 prime partis euangeliorum. Nesciente paterfamilias fur domum per
fodit quia dum a sui custodia spiritus dormit inprouisa mors carnis nostre ha
bitaculum irrumpit et eum quem dominum domus inuenerit dormientem necat. quia
tunc venturum dampnum spiritus minime preuidet. Hunc mors ad supplicium nesciente rapit
furi autem resisteret si vigilaret quia aduentum iudicis qui occulte animam
rapit precauens ei penitendo occurreret ne inpenitens periret. Sic enim fur impro
uisus aduenientes dormientes iugulat et illorum bona depredatur sic celestis iudex
1. Thess. 5. Non estis in tenebris ut vos dies ille tamquam fur comprehendat
et sequitur non dormiamus sed vigilemus. Secundi de Isboseth qui fuit dormiens
occisus a latronibus 2. Reg. 4. Ezec. 6. Fur ingressus est spolians Luce 12o
Veniet dominus in die qua non sperat et hora qua nescit. Si ergo non vi
gilaueris scilicet ut solo conditoris amore cuncta peragas. Si negligentiarum torpores
a te non excusseris atque aduentum superni iudicis prestolari non studueris
veniam ad te tamquam fur id est subito et inspirato. Unde sequitur Et nescies quando
veniam. Ex qua litera elicitur ista conclusio. Quod obitus corporalis cuiusque
spiritus hominis neque inest ei ex nosse nature. Patet ex dictis. Et per Ecclesiastes 9.
Nescit homo finem suum. Quod testatur beatus Augustinus libro 1o de verbis domini
sermone 9 dicit quod mors sola est omni homini certa et sine forte ei eueniet
omnia autem alia que possunt homini euenire sunt homini incerta et dubia. Et Rich.
in sermone de sancto Martino. In terra inquit nascimur conuersamur morimur sed morte
nichil est certius quia omnibus contingit nulli indulget nulli veretur et nemini parcit vo
catur enim in kiron Mors a mordendo dicitur quia mordet et occidit omnia genera
status humani. Unde est quod ut dicit holkoth super libro Sapientie. Papa consecrato
stupa coram eius facie accenditur et dicitur pater sancte sic transit gloria mundi
Et ut legitur in gestis Romanorum Imperatore coronato adest lathomus aliquis generis
saxorum afferens ait de quo imperator iubes fieri sepulchrum Sic et Alexandrinus
patriarcha Johannes elemosinarius vocatus sepulchrum inceptum semper voluit esse
imperfectum et in maiori sua gloria semper venit aliquis dicens perfice
sepulchrum quia nescis qua hora sis moriturus ex legenda eiusdem. Sed cur
hoc. Certe ut iugiter nobis assit memoria mortis. Rex. Cum fex cum limus
tum res vilissima simus unde superbimus ad terram terra redimus Nichil enim
sic reuocat hominem a peccatis sicut frequens meditatio mortis. Dicit Aug. libro
exhortationum. Et Jheronimus in epistola ad Paulinum. Facile contempnit omnia
qui se semper cogitat moriturum. Quamuis ergo morte nichil sit certius tamen nil
incertius est hora mortis Quam quidem horam ignotam et incertam efficiunt
.4or. videlicet tempus modus locus et status. Ignotum mortis horam. Primo
efficit tempus quia homo nec annum nec mensem immo nec diem mortis nec hora
scit ut dicit Saluator Mathei 24. Ideo consulit Vigilate itaque quia nescitis
qua hora dominus vester venturus sit Quod exponit Gregorius omelia 13 prime partis
euangeliorum dicit

Horam vltimam dominus noster ideo voluit esse incognitam, vt semper possit esse
suspecta, vt dum illam preuidere minime possumus, sine intermissione ad illam pre
paremur. Hec ille. Et vt sic etiam dyaboli deceptionem euadamus. Nam hu
mani generis aduersarius, quia vidit primos parentes nostros metu mortis lignum ve
titum tangere non audere, decipiens eos dixit: Nequaquam moriemini, Gen. 3. Et sic
eos qui inexpertos seduxit. Nos vero scientes mortem per experienciam, taliter
mitius decipere molitur, dum nobis etsi non perpetuam, saltem adhuc longam
vitam promittit. Vnde Bernhardus in sermone quodam: O nequam nequam,
vbi est illud nequaquam moriemini? Certe morimur omnes. Modo nequam non dicit nobis
Nequaquam, sed non adhuc non adhuc, et per illud non adhuc ducit nos illuc. Hec ille.
Secundo ignotam mortis horam efficit locus. Nam licet homo moriturum se fir
miter sciat, tamen vbi moriatur penitus ignorat, an in lecto vel in campo, an
in via domo vel ciuitate, an in patria propria vel aliena, an in aere vel in terra,
in igne vel aqua. Ideo autem dominus locum mortis voluit esse incertum, vt in omni
loco timeat homo mortem. Vnde Bernhardus in meditacionibus: Incertum [?] mors
vbique te expectat, tu autem si sapiens fueris, vbique eam expectabis. Tercio
ignotam mortis horam efficit modus, dum quisque nescit quomodo moriatur, vtrum
vel ferro, igne, terra vel aqua, cibo aut veneno, longa infirmitate vel subito.
Ideo dicit Augustinus in omelia de Lazaro et diuite epulone: Bene viuite
ne male moriamini, quia bonam vitam mors sequitur bona. Sic premissas bene
dispositas in modo et figura debita sequitur conclusio in bona figura. Et beatus
Jheronimus in sua morte prout scribit Euzebius dixit: hoc teneo, hoc vero
puto, hoc multiplici experiencia didici, quod ei non bonus est finis, cui mala
semper fuit vita, qui peccare non timuit sed peccando mundi vanitatibus se inuol
uit. De centum milibus hominum, quorum mala semper fuit vita, vnus meretur
a deo indulgenciam. Refert quod Seneca in quadam epistola dicit: Ante senectutem cura
vt bene viuerem, in senectute autem vt bene mori possem. Et ergo multos
vitam differentes mors preuenit incerta. Omnis dies hominis velud vltimus ordi
nandus est, inquit idem Seneca ad Lucilium. Scribitur in libro qui dicitur Horologium
eterne sapiencie parte 2 c 2o quod discipulus ab eterna sapiencia quesiuit: Que est sciencia
vtilissima sciri cunctis hominibus? Respondit eterna sapiencia: Scire mori sciencia
est vtilissima omnibus artibus preferenda. Discipulus: Mori omnibus est commune,
quid ergo scire mori sciencia vtilis est? Sapiencia: Hoc est quod conqueror, quod cum omnes
se mortales sciunt, nec supponere valeant, paucissimos tamen reperies qui mori
sciant. Hoc est damnum dei permaximum est. Discipulus: Ideo queso te doce me
mori scire. Sapiencia: Scire mori est paratum cor habere et animam omni tempore
ad superna erigere, vt quandocumque mors venit, paratam animam inueniat, vt
absque omni retractione eam recipiat quasi qui socium sui dilecti aduentum desi
deratum expectat. Optimum ergo consilium, summa prudencia et maxima
prouidencia in hoc consistit, vt per veram contricionem ac integram confessionem te
disponas sanus et fortis, et per satisfactionem condignam cuncta que noxia
a salute te retrahencia [?] prorumpas [?], te vngit [?] sic teneas omni hora ac si hodie
vel huius hore spacio moriturus esses. Hec ille. Ibi Gregorius in prologo est [?]:
Quam quisque nouit artem in hac se exerceat. Animam ergo a corpore secernere
Nil aliud est quam mori discere. Tullius Tusculanorum libro 1. Certe qui sic
mori didicit, deo seruire didicit, hoc in super omnipotenciam, certe extra omnem
potestatem est. Seneca epistola 26. Et Petrarcha [?] de secreto conflictu
curarum suarum libro 1 c. vltimo dicit: Vera diffinicio hominis paucis cognita est
moralis [?], quam multi norunt valent, scilicet homo est animal racionale mortale. Si nunquam [?]
videris hominem adeo racione pollentem, vt rem eam totam vitam suam
instituerit, per eam omnes motus illicitos supposuerit, ac racionale iure [?]
si postea mortalitatis sue conscius fuit, vt eam cottidie ante oculos habeat, quibus [?]
etiam ad illam vitam suspiret, vbi racione superatus alis superaucti desinit
esse mortalis et mortale est. Hic quod tandem tamen de diffinicione hominis atque vtile
sciam [?] ibi. Quarto ignotam mortis horam efficit status mortis. Nemo
certe [?] scit in quo statu, scilicet an in iuuentute vel senectute moriatur.

Et hoc ideo secundum Gregorium in omelia ewangeliorum ne illud tempus deputemus
culpe faciende et aliud tempus penitencie ne etiam tunc bona agere libeat cum
iam pedibus ambulare non possit. Nescit enim homo si moriatur compos mentis aut
mente infatuatus ut videlicet dum tempus habemus scilicet racionis bonum operemur ad omnes
ad Gal vi. Veniet enim nox in qua nemo poterit operari Johannis xiiii. Nam
ut dicit augustinus in sermone de innocentibus et etiam in sermone de penitencia
hac animadversione percutitur peccator ut moriens obliviscatur sui qui dum viveret
oblitus erat dei. Super omnia vero terribile valde est quod homo nescit si moriatur
in gracia vel extra secundum illud Ecclesiastes ix. Nescit homo an amore vel odio dignus
sit sed omnia in futurum reservantur incerta. Et hoc ideo ut numquam homo in illo statu
permanere audeat in quo mori timeat quia horrendum est incidere in manus dei
viventis ad Hebr x. Sic enim probatum est quod obitus corporalis ab homine modo
naturali non potest sciri quia scilicet nescit quando debet mori. Cuius racio efficacissima est iu
stissima pena hominis peccantis. Poterat enim homo nescire mortem per experienciam
omnimodo utpote existens in dei gracia inmortalis cum possibilitate moriendi. Et
hanc moriendi possibilitatem induxit per peccatum in moriendi necessitatem quia
corpus mortuum est propter peccatum ad Ro viii. Est igitur iustissima peccatoris pena ut
nesciat quando ubi et quomodo moriatur ex culpa et pena qui nescire potuit se
umquam mortuum ex gracia status innocencie. Ut verum sit illud Sapiencie xi°
per que quis peccat per hec et torquetur. Secunda causa est piissima pena dei
vindicatio. Unde dicit Abacuk 2° Cum iratus fueris misericordie recordaberis.
Pro cuius declaracione infero correlarie. Utilius est cuilibet homini de communi lege nescire
tempus locum modum et statum mortis sue quam scire. Patet quia fidelis deus
facit cum temptacione ymo cum provisione proventum 1 ad Cor x°. Nam iu=
stus diu victurus ex ignorancia dictorum circa suam mortem non habet pi
grescere occasionem in bonis agendis aut superbie in bonis que agit cum nesciat
quando et qualis per mortem exibit. Similiter iustus modicum victurus
ex mortis propinquitate non negligit occupaciones sibi aut aliis utiles. Malus
etiam diu victurus non habet in suis maliciis vane gaudere aut presumpcionis
occasionem. Similiter malus modicum victurus non habet occasionem desperacionis.
Ideo dicit augustinus super Johannem Duo sunt spem et desperacionem plerumque penitentes
homines vana spe aut iniqua desperacione. Quid ergo fecit deus pro utrisque
fecit diem mortis incertum. Iuxta quod queritur ~~ut~~ Quare est pre-
destinatus moritur quis cito quis tarde. Respondetur primo quia dicitur Sapiencie 4°
placens deo factus dilectus et vivens inter peccatores translatus est raptus
est ne malicia mutaret intellectum eius aut ne fictio deciperet animam
~~ipsius~~ illius. Aut quia mali non sunt eius pena digni ~~ad Ro xxi~~ ut multos
iustos ditaret meritis et premiis secundum illud quod scribitur ... qui iustus est
iustificetur adhuc. Secundo ut multis possit esse utilis. Sic etiam potest dici
de precito quod quis moritur in iuventute ut videlicet minus dampnetur. Aliquis vero
in senectute ut iusto iudicio dei dampnetur amplius. Qui in sordibus
est sordescat adhuc. Item potest dici quare iustus quis non moritur
in iuventute sed in senectute dum malus efficitur. Et econverso malus in iuventute
non moritur sed in senectute dum factus est iustus. Dicendum quod in primo ut in
premio dei iustissima appareat iudicium licet in puncto occultum. Et in 2°
eius clementissima misericordia. Unde dicit apostolus ad Ro ix. Cuius vult miseretur
et quem vult indurat. Glossa augustini. Miseretur magna bonitate et indurat
nulla iniquitate ut et liberatus de suis meritis glorietur nec dampnatus nisi de suis
demeritis conqueratur. Constat itaque quod nullus liberatur nisi gratuita misericordia et nullus dampnatur
nisi equissima iusticia. Sed cur hunc potius quam illum liberet nolo ut a me
queras homo sum profundum iniuris esse adverto non penetro expavesco
non scrutor inscrutabilia sunt iudicia eius. Hec ille. Item dicitur quare
iustus nescit quando an in gracia moriatur. Respondeo primo ut timor futuri iudicii eum
humiliet. Unde dicitur proverbiorum 28 Beatus homo qui semper est pavidus. Glossa per futura
pena. Quem ante mentem est dicere si quem non afficit nec libet timor future
pene corruet in malum. Timor iste hominem humiliat humilitas autem
omnium virtutum custos est et fundamentum secundum Gregorium et Bernhardum super Cantica

Secundo ne presumpta securitas eum precipitet Unde i Thess 5° Cum dixerint pax
et securitas tunc repentinus eis superveniet interitus. Nam ut dicit Beatus
Jeronimus Timor custos virtutum est, securitas ad lapsum facilis. Tercio ut vi-
gilent et desiderent dei graciam expectent Unde dicitur proverbiorum viii° Beatus homo
qui audit me et qui vigilat ad fores meas cotidie Semper igitur debemus
habere vultus suspensos et sinus expansos ad largam domini benediccionem ut
dicit Bernhardus aliquid tamen deus revelat sanctis suis quomodo ubi et quando in gratia
moriantur Et hoc ideo primo ut omnem timorem humanum in agendis et sustinendis
abiciant Unde dicitur in psalmo 22 Si ambulavero in medio umbre mortis non timebo
mala quoniam tu mecum es Glossa in corde per fidem ut post [illegible] me
ego tecum sim per spem Secundo ut gaudium securitatis in hac vita mi
pciant Secura enim mens est quasi iuge convivium proverbiorum xv Et ecclesiastes ix. Vade et co-
mede in leticia panem tuum et bibe cum gaudio vinum tuum quia deo placent opera
tua Tercio ut vitam presentem in paciencia habeant et mortem cum desiderio expe-
ctent. Cum enim nesciat utrum amore dei dignus sit an odio, mori formi-
dat Cum vero securus est mortem in desiderio habet, cupiens dissolvi et esse cum
Christo, dicens morti O mors bonum est iudicium tuum, homini scilicet iusto eterni [illegible]
O secura vita, ubi absque formidine mors expectatur, cum dulcedine advo-
catur et excipitur cum devocione Patet igitur ex omnibus dictis quod nulli homini preci-
se de lege qui inest obitus corporalis ex nosse naturali Quod innuitur in [illegible] Si
non evigilaveris veniam ad te tamquam fur et nescies qua hora veniam ad te Et sic
ut dictum est Deus quibusdam revelat sanctis suis quando ubi et quomodo in gratia moriantur
ex privilegio speciali utcumque tamen scientiam eisdem. ii° alicui preciso homini mors sua
obitus corporalis inest ex velle naturali, patet per illud Johannis ultimo
dixit Christus Petro, cum senueris alius te cinget et ducet quo tu non vis
x ad mortem secundum glossam Unde dicit augustinus super Johannem omelia 123 Petrus
nolens ad mortem venit sed volens eam vicit Et reliquit hunc in[?]
affectum quo nemo vult mori, qui usque adeo naturalem ut eum beato Pe-
tro nec senectus auferre potuerit Hec ille Nec mirum quia sic fuit et in
nostro capite Christo domino, secundum illud Matth 26. Pater si fieri potest transeat a me
calix iste In hoc itaque tabernaculo ingemiscimus gravati, nolumus tamen expo-
liari sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita. Auctoritas apostoli 2 Cor
Glossa Nos fideles et nondum perfecti ingemiscimus pre desiderio celesti, de
presenti corruptibili corpore, quia aggravat nunc animam corpus corruptibile. Et tamen
nolumus corpore expoliari si fieri potest sed eius immortalitate vestiri Quia dicit Augustinus

(margin: volente) terre quod tamen corpus nollemus nobis per mortem tolli si fieri posset
Sed adeo vestiri stola immortalitatis Sic ii vellemus fieri immortales si posset
ut cum veniret ipsa immortalitas et sic nos summus mutaret nobis, quia etsi
a malis ad bona transeamus, tamen ipse transitus amarus est et habet fel et ace-
tum Et cetera quid tolerandum Et subdit post pauca attende quod ingemiscere
se dixit et gravari sub sarcina corruptibilis corporis et tamen ait nolumus
expoliari Ecce vox nature confesse pene Grave est corpus et corruptibile
gemitur sub illo, et tamen non libenter deseritur, precibus enim metus carere cupit
dissolvi et esse cum Christo Sensu autem carnis refugit et recusat [illegible]
humanus affectus hoc ipsa anima diligendo vitam odit mortem Et quoniam
carnem suam non odit, nec ipsi carni vult accidere quod odit Hec ibi Crea-
vitque dei sapiencia omnia ut essent ut dicitur Sap primo Quare ex naturali incli-
nacione omnis homo se nititur in esse conservare fugiendo mortem, Et sic nemo
est qui potest velle suam destructionem ut ostendit augustinus libro de civitate dei
Sic nullus homo potest voluntate naturali suam mortem corporalem. Immo ut dicit magister
in 2° di[stinctione] [illegible] In tanta dileccione anima hominis unita est carni que de terra est
ut non valeat artari ad hoc ut velit eam relinquere Et augustinus in libro de gracia
novi testamenti dicit mortis diem omnibus quibus sciunt affuturum, ipsum tamen
omnes vel quasi differre conantur etiam qui beatos post mortem se credunt esse
victuros, tantum habet vim carnis et anime dulcis consorcium Hinc autem ideo scilicet
Quare voluntate naturali non potest homo velle mori, cum tamen oreat ipsum mori

Una est quod iustum dei iudicium ut homini sit sua mors amara, quia involuntarie animus
eius pena est voluntati naturali contraria, ut sic pena reordinet quod culpa deordinat,
ut dicit Augustinus libro 1 de libero arbitrio. Secunda causa est quoniam dei iudicium
ut ex nolicione mortis colligat homo plures fructus utilitatis. Nam amari-
tudo mortis corporalis potest esse homini occasio boni multiplicis. Et primo amari-
tudo mortis corporalis est fundamentum vite corporalis conservande. Si enim mors
hominum non esset omnium terribilium terribilissimum, ut habetur 3o Ethicorum, multi
homines ex miseriis essent prompti nimis ad se perimendum in corpore. Et precipue
in anima spectuo(?). Nam ad levia potest homo faciliter moveri et inclinari. Secundo
mortis corporalis amaritudo est ornamentum aureole premiende, ut enim Augustinus in
libro de vita apostolica(?): Si nulla esset mortis amaritudo, non esset tanta martirum
victoria tanta et fortitudo. Tercio amaritudo mortis est documentum future
felicitatis accipiende. Unde ait magister in 2o di pa(?) quod deus voluit animam
uniri corpori, ut in humana condicione ostenderet novum exemplum beate unionis que est
inter deum et spiritum, in qua diligitur ex toto corde et videtur facie ad faciem.
Putaret enim creatura se non posse uniri suo creatori tanta propinquitate, ut eum
tota mente diligeret et cognosceret, nisi videret spiritum, qui est excellentissima creatura
tam infime rei scilicet carni de terra in tanta dilectione uniri, ut non valeat
artari ad hoc ut velit eam relinquere. Per quod ostenditur spiritum creatum posse
spiritui increato ineffabili amore uniri. Item ergo exemplum future societatis que
inter deum et spiritualem spiritum racionalem in glorificacionem eiusdem perficienda est. Ani-
mam corporis indumentis et terrenis mansionibus copulavit, litteram(?) quam materiam
fecit ad vite sensum vegetare, ut sciret homo quia si potuit deus tam dispa-
rem naturam corporis et anime in federacionem unam et in amiciciam tantam coniunge-
re, nequaquam ei impossibile futurum racionalis creature humilitatem licet longe inferiorem
ad sue glorie participacionem sublimare. Hec ille. Quarto amaritudo mortis corporalis
est argumentum divine dilectionis conservande. Si enim ut dictum est anima non potest
artari ut velit carnem relinquere, multominus debet artari ut recedat a dilectione dei.
Unde querit apostolus ad Romanos viii: Quis nos separabit a caritate dei? Tribulacio
an angustia an fames an nuditas an persecucio an periculum an gladius.
Filio(?) omnibus melior deus est. Si ergo nulla res a dei dilectione nos separat,
nichil melius ac certius hoc bono esse potest [illegible] quod diligimus deum.
Quinto amaritudo mortis corporalis est documentum eterne dampnacionis pertimescende.
Si enim tam amara est mors corporalis ut sit omnium terribilium in primis terribilissima, mors
eterne dampnacionis erit amaritudo amarissima. Unde Augustinus in Enchiridio
dicit alienari a regno dei carere magna dulcedine dei tam grandis est pena
ut si sola esset ut ei nulla possint tormenta que novimus comparari. Ymo dicit
Crisostomus super Matheum et in libro de reparacione lapsi: Multi gehennam timent, ego po-
nam quidem mille gehennas, nil tale dico quale est separari a Christo et a regno
dei. Sexto amaritudo mortis corporalis est pagamentum humane satisfactionis
persolvende. Nam homini pro peccato ex culpa mors corporalis quasi quedam satisfa-
ccio est iniuncta, Genesis 3. Unde Crisostomus super Matheum: Agonis corporalis
dicitur hominis ultimum baptisma quo a suis abluitur peccatis. Quod precipue
verum est cum homo ad mortem sic se disponit quod eam cum voluntate volunta-
rie [illegible] suscipit. Unde et hominibus perfectis voluntate [illegible] mors corporalis
est multum desiderabilis, quia consideratur ab eis ut est finis omnis pene et culpe
presentis et inicium omnis glorie et honoris. Unde dicit Augustinus in libro de consolacione
infirmorum: O mors desiderabilis, omnium malorum principium(?) finis, omnis laboris
clausula et quietis principium, quibus cogitare potest tranquillum beatitudinis possibilitas(?).
Nam male mori beatorum non est, sibi autem mori cum Christo vivere est. Prout
dicit apostolus ad Philippenses primo: Michi vivere Christus est et mori lucrum. Glossa: quia
Christus mortis michi principium est, et quia per mortem ab hiis miseriis liberatur
et ad beatitudinem transit, et per mortem multos lucratur deo. Hec glossa. Quod autem
aliqui homines pessimi precipue heretici gaudentes vadunt ad mortem, est ideo quia
sunt ex superbia [illegible] in heresis errore. Nam superbia est mater heresis, ut dicit Augustinus

lib° 2° cont̃ manicheum sup̃ gen̄ Sic ex supbia letant' currunt ad mortē vt martires se reputent Vn̄ dicit aug' in lib° de baptismo puulorum. heretici sibi hēre volunt et sacrilegorum vitam et innocentum famam. et in scelēratis factis illam penam. et in iustis penis martirum gloriam ḡ ille Currunt itaq' heretici letant' ad mortem. vt sint martires. no cristi s; dyaboli. Vn̄

Bernhard' sup̃ cantica sermo. 66 a. pbatum est qd heretici mori magis eligunt q̄ conuerti. horum fines interitus horum nouissime incendium manet. Attende vt dicunt frenduit dentibus. tum inuse q̄ libere impietate. non confessi s; pfessi sunt palam impietate astruentes. et pro ea morte subire pati cupiunt. aliqui. qd nō modo patiet'. s; et leti vt videbat' ducunt' ad mortē. S; illi minus aduertunt quanta sit ptas dyaboli. nō modo in corpa hominum s; eciam in corda que semel pmissus possederit Nonne plus est hominem semet in ipsum manibus q̄ id libenter ab alio sustinere. hoc aut in multis potuisse dyabolum fecisse expti sumus. qui seipsos aut suspenderit aut submiserit. Constat de Juda qui suspendit seipsum dyabolo immittente Nichil ergo simile s; constancia martirum et pertinacia hereticorum. qz mortis contemptus in illis pietas. in istis cordis duricia opat'. Et ideo pphēta Martirum forsitan voce dicebat Coagulatum est sicut lac cor eorum. ego vero legem tuam meditatus sum. qd co sulitis qd si pena eadem videtur. longe diuisa est interuallo s; heretico cor du: rante. cont' domini Isto saliz martire in lege domini meditante ḡ ille. Sed

Quatuor tria leam Quare uenit eps. bis dicit veniam. Teisse non addit cito sic sup̃ pximo Ergo sm Richardum. qz iste cui pmittit scribit. erat a vera iusticia amotus. et in culpam lapsus. Et ideo minime ult' penitentie spatium ei de: terminat dicendo Veniam cito. sic aliis sup̃. vt magis ac citius resipiscat. et studiosius se corrigat. Et ueniet tamq' fur. Sicut enim fur improuiso adue: niens dormientes iugulat et illorum bona pdat' Sic celestis iudex vt dicit haymo eciam quotidie spualit'. quibusdam repbis inpatus occurrit. eos qz a felicitate pntis seculi impenitentes animaduersione sua punit. Vel generalit in die iudicii hoc facturus est. qm repente veniens ad iudicium os reprobos dampnabit. eorumq' acta velud fortissimus pdo dispdet. Ideo dominus admonet dicens Et vos estote parati. qz qua hora non putatis filius hominis veniet Luce xij. Sed Vtrum iustus erit quanq' moriat' subitanea morte Dicendum si mors dicit' subitanea. qz subito seu velociter hominem tollit. sic dicendum qd sic

Vnde dicit Glosa' Capie x°. Iustus si morte pocupatus fuerit in refrigerio erit. Si vero mors dicat' subitanea. qz inpuisa et inpmeditata et inpparata. Sic neq' qz iustus eo ipso qd iustus est. mortem suam pendit. et ad ipsam se ppat. et disponit. sm qd precipit Saluator Mathei 24 Vigilate qz nescitis qua hora dominus venturus sit. Vigilandum itaq' est omnibus xpianis ne inparatu eum inueniat aduentus domini Inparatum. n inueniet. vltima iudicii dies. que inparatum inue niet. ~~vltima iudicii dies~~ sue vite vltima dies. dicit oriēnes sup̃ Mathium Vnde quidam metrice dixit Mors non est subita quam pressit bona vita

Tunc ibi. S; habes pauca noīa in Sardis. Ponit etiam ptem narracionis s; exemplum imitacionis Sic continuat Richard' dicens S; habes pauca et c. q. d. sm eum dicit ad exemplum imitacionis ipi pastori siue epo. ut eorum exemplo bonum viuat. et conversion adducere ad gloriam erubescat se esse malum. audiens aliquos suos subditos esse bonos. Dicit ergo. S; habes pauca nomina in Sardis

Per nomina sm haymonem homines intelligere debemus. Est ergo sensus sm Richardum habes pauca nomina i paucas psonas vite iusticie nominatas. et in notas et acceptas. Ideo aut nomina ponit sm haymonem vt ostendat se. nō solum nu merum s; eciam nomina scire suorum electorum. qui moysen nouit ex nomine Exodi 33 et superius in celo scribit nomina sctorum. vt ipse dicit eis Luce x Gaudete qz nomina vra scripta sunt in celis. ad phil 4 Quorum nomina sunt in libro vite

Exodi 28. Nomina eorum vincet in quatuor et quatuor. hz 1ª pauca nomina i paucos homines dignos nominari ex reprobis in illa terra. Multi n sunt voca

vij lc' de ctā. Mors iusti subita qz pressit bona vita. Nō mirum multi si moriuntur ita subiti et clare qd moriuntur innocentes fuit pcess' nec labores suorum i cartha in gaudio pacis labor apta. Exceptis aliqui quietis aduenerit. Cantentur dicta subita morte. Tamen Capitulum cot. dilig. et inuenient ma' specialiter propter labor ... et videre oportebit sept' i sctis ... [illegible]

Pauci vero electi Mathei xx. Quod dicit ad astruendum culpam illius episcopi quia dum pastor intendit terrenis lupus rapit et dispergit oves Iohannis x. Et dicitur in proverbiis xxix. In paucitate plebis ignominia principis. Et generaliter verum est quod pauci sunt homines digni nominatione comparatione ceterorum criminibus et immundicie cuius desuniens. Ideo sequitur qui non inquinaverunt vestimenta sua hoc est vestem baptismatis vestem scilicet immortalitatis atque innocentie secundum Haymonem. Istud sunt nimirum vestimenta quibus dyabolus in paradiso primum hominem spoliavit cum eum per peccati consensum stravit. Narratur ut dicit Augustinus libro de salutaribus documentis et libro de symbolo et adventu domini. Cum primum hominem a deo factum adam scilicet prem omnium dyabolus intuetur videt quod eum hominem ex limo terre ad ymaginem dei factum pudicicia ornatum temperancia compositum caritate circumdatum et immortalitate vestitum. Cumulat ac invidus tanta beatitudine hominem decorum accepisse quam ipse dum esset angelus per superbiam amisit. Invidit statim insanabilis homicida et primum parentem nostrum hos quos nobis parentes tantis ac talibus bonis expoliavit insuper et peremit. His ille exutus vestimentis ut ait Haymo tunc homo ornatus extitit. Cum per ymolationem vituli saginati id est Christi iunior filius patri reconciliatus eandem stolam rursus indui meruit Luce xv. Hinc apostolus ait Exuentes vos veterem hominem induite eum qui renovatur in agnitionem dei ad Colos. 3o et ad Ephes. 4o. Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestre et induite novum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Ille autem vestimenta sua sordibus non intinguit qui post baptismi sacramentum mortale crimen non admittit. Sed quia pauci sunt qui a generatione criminis se post baptismum immaculatos custodiant ideo dicitur hic habes pauca nomina in Sardis qui non inquinaverunt vestimenta sua id est corpora sua macula criminali hoc est qui non contaminaverunt corpora per luxuriam vel opera virtutum seu virtutes ipsas sordibus viciorum virtutibus in anima vestitur. Hec vestimenta inquinant illi qui ut dictum est mortaliter peccant ut ait Richardus. Ysaye ix vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem. Ideo dicitur Ecclesiastes ix. Omni tempore vestimenta tua sint candida et oleum de capite tuo non deficiat id est caritas de corde. Et Apocalipsis xvi. Beatus qui custodit vestimenta sua. Et de talibus subditur Et ambulabunt mecum in albis. Ambulabunt scilicet per gratiam et iusticiam Ysaye x. Ambulabit et non deficiet de virtute in virtutem proficiendo. Mecum scilicet qui sum dux et socius eorum. Ysaye 33. Dominus iudex noster legifer noster dominus rex noster. Ego in ambulo cum eis per gratiam et ipsi mecum per iusticiam. Sic ego prius ad dextram et misericordiam et ipsi sequuntur per imitationem iuste vivendo virtutes exercendo bona opera faciendo et hoc in albis id est in corporibus castis et operibus mundis in spe future immortalitatis ait Richardus [illegible] sanctus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis vestiti [illegible] et hoc quia digni sunt scilicet societate et ducatu meo eo quod non inquinaverunt vestimenta sua contra mea observantes. Unde Haymo. Illi ambulant cum eo in albis qui immo [illegible] et sanctitatem illius quantum eis est possibile imitantur. Precedit quippe Christus exemplum dando sequuntur electi exemplum eius imitando. Unde Petrus apostolus dicit I Pet. 2o Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Quia autem subditur digni sunt subauditur secundum eum quia mundi et ut gratia mea dignitate condigni. Sed numquid illi desperandi sunt qui post baptismi lavacrum maculis criminum vitam contaminat. Non utique quia et illi si penitentiam egerint lacrimarum fletibus sordes vite maculas detergunt quod est secundum baptismi genus. Sicut enim duo sunt mortis genera sic sunt duo baptismata. Dicit Haymo. Hec itaque vestimenta in albis immaculata servantur. Licet in parte. In albis autem post maculas candidantur quia et alii ut dictum est post undam lavacri nullum crimen admittunt et alii admissum penitentie fletibus abstergunt. Verum tamen dicunt sunt illi ne post baptismum maculas criminis easdem iterum induant. Exhortandi sunt isti quibus hoc contingit ut sine tarditate easdem maculas lacrimarum undis diluant. Unde dicitur i. 19. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Item notandum quod ista littera potest specialiter exponi de virginibus. Et tunc ad earum laudem [illegible] plura

19 byssus alba et munda

Primo carum paucitas ibi habes pauca. Secundo preciositas ibi nomina. dus enim
rem vilem non nominat nec appellat. Tercio formositates ibi in Sardis. quod intelligitur
principaliter propter pulcritudinis. Cantice 4° quam pulcra es casta generacio cum clari-
tate. Quarto incorruptionis integritas ibi Qui non inquinaverunt vestimenta sua. vnde co-
rinthiorum xiiij virgines enim sunt et sequuntur agnum quocumque ierit. Sexto agendi fa-
cultas ibi. hij sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Quinto dei
familiaritas seu ad Christum conformitas ibi mecum. Apocalypsis xiiij virgines enim sunt et
sequuntur agnum quocumque ierit. Sexto agendi facultas ibi ambulabunt. Ezechielis.
Vnumquodque ante faciem suam ambulabat. Septimo conscientie puritas ibi in albis.
Cantica 4° tota pulcra es amica mea et macula non est in te. Octavo honore
dignitas ibi. Quoniam digni sunt. propter hoc elegit dominus Syon. vnde virgines Syon
enim speculum interpretatur et virgines sunt speculum ecclesie. in quibus conspiciendo
possumus vide maculas defectuum nostrorum. Vnde in lege Sacerdotes oblaturi
cum volebant se lavare videbant maculas suas in speculis mulierum. Debent
etiam prelati confundi valde. qui vident virgines et puellas tenellas multa
pati pro Christo. et ipsi pro Christo nichil pati volunt. Gregorius omel.
Quid dicturi sumus nos barbati cum teneras puellas videmus per ferrum currere
ad celum. et nos nil facimus. Item speculum omnibus foris ante portas constant
sustipiunt ad modum novelle plantacionis. que huc illuc quasi de facili inclinatur
Psalmus filij tui sicut novelle plantaciones a iuventute sua. Et sic plantacio, formam
quam recipit in principio semper retinet. sic et puelle. Proverbiorum 22 Adolescens iuxta
viam suam consuetudine et cum senuerit. non recedet ab ea. Item speculum cito frangitur
nec postea potest reparari. sic et virginitas. Jheronimus ad Eustochium virginem. audenter
loquor. cum deus omnia possit. non potest de corrupta facere virginem. Et
Qui vicerit. Ponit quintum partem narracionis scilicet premium conmanentis
ipsius vincentis adversa. Quod potest 3x. Primum est promissio vestis baptismalis
innocencie ut mortalitatis. Secundum est in libro vite ascriptio nominis ibi Et
non delebo. Tercium est recognicio eius in patria presenti ibi Et confitebor. Dicit ergo
Qui vicerit scilicet temptacionis adversancia. hoc est mundum paupertate. carne castitate
dyabolum humilitate vestis Sic vestietur vestibus albis. id est virtutibus et bonis
operibus in presenti. et in futuro gloria anime et corporis. Stola anime consistit
ex tribus felicis scilicet ex immediata visione. consummata delectacione seu fruicione et
secura tencione seu apprehensione. Stola vero corporis ex 4or scilicet ex claritate sub-
tilitate agilitate et impassibilitate. Quasi ergo aliis verbis vellet dicere secundum Haymonem
Qui pro recipiendis vestibus cum inimico fortiter dimicaverit et dimicando
vicerit. iste rursum eisdem indutus splendebit. ut illi qui eas quasi immaculatas
servaverint. aut per maculas abluerunt. Potest etiam hec exhortacio sua
et illis aptari qui adhuc dyabolice duccionis iugo detenti. fide necdum
fuerunt aut sunt vestiti. hij admonentur ut vincant. vel ut credant in Christum
Vnde hec est victoria que vincit mundum fides vestra. 1 Johannis 5°. Et nos in libro
regeneracionis antiqui hostis per lavacrum restauracionis celestis vite inmundiciam
ab eo perpetrat in quam ceciderunt. ait Haymo ad Ephesios 5° mundans lavacro
aque. in libro vite Baruch 5 Indue te decore et honore. ad Colossenses 3° In-
duite vos sicut electi dei. Et scribitur secundum primum scilicet in libro vite nominis ascriptio
Cum dicitur Et non delebo nomen eius de libro vite. hoc est scilicet nomen eius in
libro vite secundum Haymonem Sic enim dicitur. Non delebo tamquam dicatur scilicet quod quo
de reprobis qui non vincunt dicitur in psalmo. deleantur de libro viventium. Quod expo-
nens subiungit Et cum iustis non scribantur. Exodi 32 Qui in peccavit delebo eum
de libro meo. Sed dicitur hoc videtur sequi quod aliquis possit deleri de libro vite Cuius
tamen oppositum ex hoc videtur. quod secundum Augustinum xx de civitate dei. c. xiiij
Presciencia dei que falli non potest. est liber vite. Sed a presciencia dei non potest aliquid
subtrahi. similiter nec a predestinacione. ergo nec de libro vite potest aliquis deleri.
Item quicquid est in aliquo. est in eo per modum eius in quo est. ex 3° de
anima. Sed liber vite. est quiddam eternum et immutabile. ergo quicquid est in eo
non est ibi temporaliter. sed inmobiliter et indelebiliter. Item deleri opponitur scriptione.

Sed non potest aliquis in libro vite de novo scribi, ergo nec inde deleri. Respondeo dicendum secundum doc-
torem sanctum in prima parte summe q. 24 ar. primo: liber vite dicitur in deo metaphorice
secundum similitudinem a rebus humanis acceptam. Est enim apud homines consuetum
quod illi qui ad aliquid eliguntur conscribuntur in libro utpote milites qui ad aliquid
eliguntur conscribuntur in libro utpote milites qui ad aliquid eliguntur et consiliarii
conscribuntur in libro qui olim dicebantur patres conscripti. Omnes autem predestinati eliguntur
a deo ad vitam eternam. Ipsa ergo predestinatorum conscriptio dicitur liber vite.
Unde Haymo: librum vite quo scribuntur electi predestinacionem omnipotentis dei debemus
intelligere qua predestinati sunt omnes sancti ante omnia secula ad vitam preordi-
nati. Dicitur autem metaphorice aliquid scriptum in intellectu alicuius quod firmiter
in memoria tenet, secundum illud Proverbiorum 3: Fili mi ne obliviscaris legis mee et precepta mea
cor tuum custodiat. Et infra: describe ea in tabulis cordis tui. Nam in libris ma-
terialibus aliquid conscribitur ad succurrendum memorie. Unde ipsa dei notitia qua
firmiter tenet aliquos ad vitam eternam predestinasse dicitur liber vite. Nam sicut
scriptura libri est signum eorum que facienda sunt, ita dei notitia est quoddam
signum apud ipsum eorum qui sunt perducendi ad vitam eternam, secundum illud 2
ad Thimotheum 2°: firmum fundamentum dei stat habens signaculum hoc: novit dominus qui
sunt eius. Liber ergo vite in proposito dicitur conscriptio eorum qui sunt electi ad
vitam eternam. Dicitur etiam aliquando liber vite eorum que ducunt in vitam
eternam. Et hoc 2x: vel sicut agendorum, et sic vetus et novum testamentum
dicitur liber vite, Ecclesiastici 24: hec omnia liber vite et testamentum altissimi. Vel
sicut iam factorum, et sic illa vis divina qua fiet ut cuilibet in memoriam
reducantur sua facta dicitur liber vite. Et sic capitur liber vite Apocalipsis 20: libri
aperti sunt et alius liber apertus est qui est vite, et iudicati sunt mortui ex hiis
que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Quod tractans Augustinus libro 20 de
civitate dei c. 14 dicit: libros dixit apertos et librum, sed librum cuiusdam no-
tavit qui est inquit vite uniuscuiusque. Ergo libri illi quos priore loco
posuit intelligendi sunt sancti et veteres et novi, ut in illis ostenderetur que deus
fieri sua mandata iussisset. In illo autem qui est vite uniuscuiusque, quid
horum quisque non fecisset sive fecisset. Qui liber si carnaliter cogitetur quis eius
magnitudinem vel longitudinem valeat estimare, vel quanto tempore legi poterit
liber iste in quo scripte sunt universe vite universorum. An quot homines tantus ange-
lorum numerus aderit, quanti homines erunt, et vitam suam quisque ab angelo sibi
adhibito audiet recitari. Subdit: Non ergo unus liber erit omnium, sed singuli
singulorum. Scriptura vero ista volens intelligi et alius inquit liber apertus est.
Quedam igitur vis est intelligenda divina qua fiet ut cuique opera sua vel
bona vel mala cuncta in memoriam revocentur et mentis intuitu mira ce-
leritate cernantur, ut accuset vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul et omnes
et singuli iudicentur. Que nimirum vis divina libri nomen accepit. In ea
quippe quodammodo legitur quicquid ea faciente recolitur. Hec ille. De argumento ergo
in contrarium: et quando dicitur quod de libro vite nullus potest deleri secundum rei veritatem,
potest tamen aliquis deleri secundum hominum opinionem. Est enim consuetum in scriptura ut ali-
quid dicatur fieri quando innotescit. Et secundum hoc aliqui dicuntur scripti in libro vite
inquantum homines opinantur eos ibi scriptos propter presentem iusticiam quam in eis
vident. Sed quando apparet vel in hoc seculo vel in futuro quod ab hac iusticia
exciderint, dicuntur inde deleri. Et sic etiam exponitur in glossa deletio talis super
illud Psalmi 68: deleantur de libro viventium. Et ex hoc tenetur illa quorundam distinctio
qua dicitur quod scribi in libro vite contingit 2x: uno modo secundum prescienciam et reivera (?),
et secundum hunc modum nullus potest deleri nec de novo scribi. Et sic electi sunt
scripti. Et de hoc dicit Augustinus 20 de civitate dei c. 14: liber vite
predestinacionis sufficit eorum quibus eterna dabitur vita. Neque enim nescit
eos deus et in hoc libro legit ut sciat, sed potius ipsa eius prescientia de illis
que falli non potest liber est vite in quo sunt scripti, id est ante cogniti. Alio modo
secundum presentem iusticiam, hoc est secundum apparentiam et estimacionem humanam. Et sic videntur
esse reprobi scripti quamdiu habent presentem iusticiam. Et secundum istum modum et de novo potest
scribi et de novo potest deleri, puta cum secundum iusticiam iudicetur (?) deleri videatur
cum peccat, cum tamen iuxta prescientiam numquam in libro fuit. Et tunc [illegible] vide [illegible]

cium malus esse desinunt qui tamen secundum presciam nunquam scribuntur. Non ergo sic accipiendum est tanquam in hoc libro scribat aliquem deus quem postea deleat, sed sic accipitur esse deleantur de libro vivencium secundum spem illorum qui in scriptos se putant, et tamen constat non illos ibi fuisse scriptos. Unde glosa super illo apocalipsis est liber vite infra xx dicitur quia tunc aperte scient mali non se predestinatos ad vitam quam in mundo existentes sibi promittebant. Et augustinus super psalmo 68 sermone 2o dicit hoc quod dicitur deleantur de libro viventium non sic accipe demus quod ullum aliquando scripsit et deleat. Si homo dixit quod scripsi scripsi de titulo ubi scriptum erat Rex iudeorum, deus quemquam scribit et delet? Presciuit est, predestinauit omnes ante constitutionem mundi regnaturos cum filio suo in vita eterna hos conscripsit illos continet liber vite. Et ibi idem ut dicit sanctus Thomas veritate 6 ar. 3. Quia de libro vite non deleri ponitur inter premia iustorum videlicet hic in littera. Quod autem sanctis repromittitur non solum est in hominum opinione. Ideo secundum ipsum potest dici quod deleri et non deleri de libro vite non solum ad opinionem hominum referendum est, sed etiam ad rem. Est enim liber vite conscriptio ordinatorum ad vitam eternam, ad quam ordinatur aliquis ex duobus scilicet ex predestinatione diuina, et hec ordinatio nunquam deficit. Et ex gratia. Quicumque enim gratiam habet ex hoc ipso dignus est vita eterna. Et hec ordinatio deficit interdum. Quia aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad habendum vitam eternam a qua tamen deficiunt per peccatum mortale. Illi ergo qui sunt ordinati ad habendum vitam eternam ex predestinatione diuina, sunt simpliciter scripti in libro vite, quia sunt ibi scripti ut habituri vitam eternam in seipsa. Et isti nunquam delentur de libro vite. Sed illi qui ordinati sunt ad vitam eternam habendam non ex predestinatione diuina, sed solum ex gratia dicuntur esse scripti in libro vite non simpliciter, sed secundum quid, quia ibi sunt scripti ut habituri vitam eternam non in seipsa sed in sua causa. Et tales possunt deleri de libro vite, ut deletio non referatur ad notitiam dei quasi deus aliquid presciat et postea nesciat, sed ad rem scitam quia scilicet deus scit aliquem prius ordinari in vitam eternam et postea non ordinari cum deficit a gratia. Et secundum hoc secundum glosam sensus est Non deleto nomen eorum de libro vite, id est non subtraham gratiam a qua eis dixit. Et plus intelligit quam dicit quia dum unum negat aliud affirmat, quia de hoc libro reproborum nomina dicuntur deleri pro eo quod est per gratiam non emolliri, sicut dicitur a domino cor pharaonis indurari. Concludunt hoc posse ad argumenta respondere. Ad primum quod deletio ut dictum est non refertur ad librum vite ex parte prescientie quia in ea sit aliqua mutabilitas, sed ex parte prescitorum que sunt mutabilia. Ad secundum dicendum quod licet res in deo sint immutabiles tamen in seipsis sunt mutabiles. Et ad hoc pertinet deletio libri vite. Ad tertium dicendum quod eo modo quo dicitur aliquis deleri de libro vite potest dici quod inscribitur de nouo vel secundum opinionem hominum vel secundum quod de nouo incipit habere ordinationem ad vitam eternam per gratiam quod etiam sub diuina notitia comprehenditur licet non de nouo. Et ibi dicitur igitur hoc dicit victore non deleto nomen eius de libro vite quod tale est quasi diceret Uni victori futurum scio nomen eius scriptum in celis teneo. Sic igitur patet ex dictis quid liber vite quia potest sumi uno modo pro eo in quo videtur modus viuendi per quem ad vitam eternam veniri peruenitur. Et sic scriptura sacra dicitur liber vite. Ecclesiastici 24 hec omnia liber vite. Alio modo pro eo in quo tunc relucebit qualiter quilibet vixerit. Et sic conscientia hominis dicitur liber vite quia in extremo iudicio cuiuslibet conscientia patebit. Et in ea videbitur omne quod in vita sua peregit secundum augustinum. Tertio dicitur liber vite illud in quo relucent illa quibus meretur vita. Et sic diuina notitia dicitur liber vite prout in ea relucent opera meritoria. Quarto dicitur liber vite opera diuina prescientia secundum quam deus quasi in libro legendo infallibiliter cognoscit conditionem et numerum ad vitam eternam electorum. Et isto quarto modo accipitur in proposito liber vite. Et quia propter infallibilitatem istius libri quidam pro eodem videntur accipere predestinationem et librum vite, iuxta quem sensum videntur procedere verba glose ad philippenses 4o super illo verbo apostoli Quorum nomina sunt in libro vite ubi dicit glosa sic, liber vite est predestinatio dei in qua omnes sancti scripti sunt. Sed advertendum est quod quamuis predestinatio et liber vite ambo similem stabilem habeant stabilitatem tamen aliquid ratione potest assignari in eo quod predestinatio addit super librum vite

Ista enim per ordinem se videntur habere scilicet dilectio electio liber vite predestinatio vocatio iustificatio et primatio seu magnificatio. Nam deus diligit nos eo quod vult nobis bonum iuxta quod dicitur primo elucidarium: amare est alicui velle bonum. Cum igitur non simus eligibiles nisi ut boni simus patet quod dilectio aliquorum precedit electionem. Item cum in aliqua multitudine aliqui ordinandi sunt ad aliquod excellens bonum et aliqui non tunc prius ordinandi a non ordinandis separantur quam ipsi ordinandi stabiliter conscribantur. Et quia talis separatio fit per electionem vel est electio ideo electio precedit librum vite. Item tales ordinandi prius sunt in ordinatione eterna notitia quam in libro conscripti quam ordinentur et dirigantur in huiusmodi bonum ideo liber vite precedit predestinationem que est ordinatio electorum in vitam eternam eo quod eterni dei propositum. Item eternum propositum istius ordinationis precedit actualem eius executionem in effectu. Vocatio autem prout in proposito accipitur est ipsa collatio gratie per quam collationem huiusmodi ordinatio demandatur executioni ideo predestinatio precedit vocationem. Item cum iustificatio sit quidam effectus gratie quia ex hoc quod gratiam recipimus in aliquo tempore recipiens iustificatur ideo iustificatio eo modo modo intelligendi sequitur vocationem que est gratie collatio. Item cum iustificati fuerimus tunc merebimur primari seu magnificari ideo iustificatio precedit magnificationem seu primationem. Et huius ordinis attendens apostolus dictum ad Romanos ultimo dictos terminos ad Romanos viii ait: Quos autem predestinavit hos et vocavit et quos vocavit hos iustificavit et quos iustificavit hos et magnificavit. Patet ergo quod proprie loquendo de libro vite puta eterno superius expresso tunc nullus scriptus in libro vite ab eo delebitur quia dei scientia est stabilis et infallibilis ergo nullus scriptus in libro vite est ab eo delebilis. Quia tamen quia liber vite eternus est ipsa scientia qua deus eternaliter cognoscit ipsos electos finaliter salvari ergo qua ratione scientia dei est infallibilis eadem ratione liber vite est indelebilis. Quod autem dicitur infra 3o Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam ubi dicit Augustinus quod non perdet ille nisi esset accepturus iste. Et Exodi 32 dixit Moyses domino dimitte eis noxam hanc aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dominus Qui peccaverit in me delebo eum de libro meo. Dicendum quod in istis auctoritatibus et consimilibus non accipitur liber vite proprie scilicet pro eterno superius expresso sed solum accipitur pro 3o puta pro notitia dei qua cognoscit aliquos quoque pro aliquo tempore habere gratiam et virtutes in quibus tamen exigentibus suis demeritis ipsi finaliter non manebunt. Unde tales nunquam fuerunt scripti in libro vite eo quod se quos deus nunquam cognovit eos finaliter esse salvandos quamvis eorum bona opera fuerunt in dei notitia a quibus virtuosis operibus cum ipsi deciderunt tunc dicuntur deleri de libro vite. Et istud patet per glossam super illud psalmi: Deleantur de libro viventium etc. que dicit sic: Illud est accipiendum non de illis qui in libro vite scripti sunt sed de illis qui eo quod spem suam se scriptos reputabant. Illud autem Moysi dictum scilicet Dimitte illis noxam etc. eo quod dicitur magister in historia scolastica quidam de impetu animi non de ratione dictum credunt vel magis ex confidentia in deum per impossibile dictum quasi diceret sicut est impossibile ut me deleas sic ergo non posse fieri ~~dimitt~~ dimittas. Augustinus autem dicit a consequentibus rationatum debet concludi ut scilicet quod sequitur premittatur sic aut dele me aut dimitte eis que ponitur pro compollenti scientia sed si non deles dimitte eis. Dissimetria enim vite in commutata destructio quod accedit et manere quod sequitur hic ibi. Tunc ibi Et confitebor ubi ponitur enim primum scilicet magnitudinis. Cum publicatio seu testificatio cum dicitur Et confitebor nomen eius coram patre meo et coram angelis eius scilicet approbando opera eius et ipsum glorificando in futuro. Unde huius huius nomen coram patre suo Christus confitebitur in futuro cuius opera approbat in presenti. Que confessio tunc coram patre et angelis eius implebitur cum electis eius ad dexteram positis dicetur Venite benedicti patris mei Mathei 24 que tunc ab eo laudabilis in publicum proferetur. Sicut idem dominus dicit in evangelio Mathei x: Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo qui est in celis et angelis eius. Et sequitur epistole conclusio Qui habet aures scilicet ad audiendum audiat ad faciendum. Et hoc posuit ut excitaret attentio subditorum. Quid spiritus dicat ecclesiis hoc addit quia quod uni ecclesie dicit omnibus dicit ut superius sepius est expositum. De libro vite dicit sanctus Thomas libro de veritate articulo 2o dicens quod liber in divinis non potest dici nisi metaphorice ut ipsa ratio vite

liber vite dicitur. Et circa hoc sciendum quod vita dupliciter potest considerari. Uno modo per modum
doctrine, que quidem consideracio maxime pertinet ad auditum qui est sensus di-
sciplinae, maxime ut dicitur in principio De sensu et sensato. Et hoc modo
liber vite dicitur in quo continetur doctrina de vita consequenda. Et sic novum et
vetus testamentum dicitur liber vite. Eccli. 24. Alio modo vita consideratur in se ipsa
per modum exemplaris. Et sic consideracio pertinet ad visum. Et sic liber vite dicitur ipse deus
quia in eo sicut in exemplari possumus aspicere qualiter sit vivendum ut
perveniamus ad vitam eternam. Et sic capitur Apocalipsis 20 ubi dicitur alius liber
apertus est qui est liber vite. Ubi dicit glossa, id est Christus qui tunc apparebit potestate
et singulis dabit vitam. Item Gregorius in Moralibus dicit: liber vite dicitur
ipse iudex veniens, quia quisquis eum viderit mox cuncta que fecit ad memoriam
revocabit. Sed cum nunc non agimus de libro vite, sed circa quod liber vite
consideratur eorum qui ad vitam pervenient qui dicuntur in libro vite conscripti secundum
quandam similitudinem ad res humanas. In qualibet enim multitudine que providetur
regitur alicuius gubernatoris ad illam multitudinem nullus admittitur nisi secundum
gubernantis ordinationem. Et ideo illi qui debent admitti ad collegium multitudinis
conscribuntur quasi illius multitudinis consortes. Et ex illa conscriptione dirigitur
princeps multitudinis in admittendis vel excludendis ad consorcium illius multi-
tudinis sibi subiecte. Multitudo autem que eminentissime gubernatur est collegium
celeste triumphantis, que civitas dei vocatur in scripturis. Et ideo conscriptio illorum qui
ad illam societatem sunt admittendi sive consideracio dicitur liber vite. Unde
ex modo loquendi in scripturis dicitur Luce 10: Gaudete quia nomina vestra sunt
scripta in celis, id est in libro vite. Et Ysaye 4: Sanctus vocabitur omnis qui
scriptus fuerit in vita in Ierusalem. Et ad Hebr. 12: Accessistis ad civitatem dei
viventis Ierusalem celestem et multorum milium angelorum frequenciam et
ecclesiam primitivorum qui conscripti sunt in celis. Oportet igitur ut similitudine
quadam hoc ex hac conscriptione dirigatur ad vitam conferendam ille qui toti
multitudini preest, quod deo soli convenit. Ipse autem non dirigitur ab aliquo cum
cum sit regula a nullo extrinseco directa. Unde liber vite secundum quod nunc de
eo loquimur dicit aliquid increatum. Et quest. 6 art. 1 dicit. Et quia liber transfertur
ad divina ex hoc quod considerat ea que scribuntur in libro humano, autem consideratio
convenit toti trinitati, liber in divinis dicitur non personaliter sed essencialiter, tamen
appropriatur tamen filio, quia secundum Augustinum liber vite est presciencia dei. Sed sciencia filio appropriatur,
id est ad Cor. 1: Christum dei virtutem et dei sapientiam. Et iterum quia appropriari nihil aliud
est quam quod commune contrahere ad proprium. Illud autem quod est commune toti trinitati non
trahitur ad proprium alicuius persone ex hoc quod uni persone magis quam alii conveniat,
cum equalitati personarum repugnaret. Sed ex hoc quod illud quod est commune magis
habet similitudinem ad illud quod est proprium persone unius. Et cum proprio alterius,
sicut bonitas habet quandam convenientiam cum proprio spiritus sancti qui procedit ut
amor. Est enim bonitas obiectum amoris. Et similiter potencia patri, quia potentia
inquantum huiusmodi est quoddam principium, patri autem proprium est esse principium totius
divinitatis. Et eadem racione sapiencia appropriatur filio quia habet convenientiam cum proprio eius:
procedit enim filius a patre ut verbum quod nominat processionem intellectus. Unde
cum liber vite ad noticiam pertineat, filio debet appropriari. Sed utrum liber vite
dicatur respectu vite nature vel gracie vel glorie. Dicendum quod cum liber vite sit quedam
noticia dirigens datorem vite in vite collacione, in collacione autem alicuius non
indigemus directione nisi propter hoc quod oportet discernere eos quibus dandum est
ab eis quibus dandum non est. Unde liber vite non est respectu illius
vite que cum electione datur. Vita autem naturalis sicut et alia bona naturalia
omnibus datur secundum quod unusquisque est capax. Et ideo respectu vite nature non est liber
vite sed solum respectu illius vite que secundum propositum dei electis quibusdam
datur, et quibusdam non datur. Et eodem modo potest probari quod liber vite non re-
spicit simpliciter vitam gracie, quia liber vite signat quandam conscripcionem aliquorum ad
vitam obtinendam que quoddam premium et quasi possessionem quandam. Ad
huiusmodi enim homines conveniunt conscribi. Illud autem gracie dicitur ut
possessio quod habetur ad utendum. Et hoc est illud in quo nullum defectum patitur.
Unde philosophus dicit in principio metaphisice quod sciencia que est de deo non est humana

possessio. sed diuina quia solus deus perfecte seipsum cognoscit. homo autem ad cognoscendum
seipsum deficiens inuenitur. et ideo tunc vltima habet vt possessio quia per vitam omnis
defectus vite oppositus excluditur. hoc autem facit vita glorie. in qua omnis
mors et corporalis et spiritualis penitus absorbebitur vt nec eciam remaneat
potencia moriendi. non autem vita gracie. et ideo liber vite non respicit simpliciter
vitam gracie. sed vitam glorie tantum. Sed vtrum possit eciam dici liber mortis
sicut dicitur liber vite. dicendum quod de eo quod in libro scriptum habetur. habet aliquis
aliquam noticiam pre aliis priuilegiatam. Vnde et registrum illorum scitorum a deo. liber
dici debet. de quibus aliquam specialem noticiam pre aliis habet. Est autem in deo duplex
cognicio. scilicet sciencia simplicis noticie. et sciencia approbacionis. Sciencia simplicis noticie quibus
est omnibus et bonis et malis. Sciencia autem approbacionis est bonorum tantum. et ideo
bona habent aliquam priuilegiatum cognicionem in deo pre aliis. racione cuius in libro conscribi
dicuntur. non autem mala. et ideo non dicitur liber mortis sicut dicitur liber vite. Vtrum
liber vite sit idem quod predestinacio. Et videtur quod sic. Augustinus .. dicit quod liber vite est prede-
stinacio eorum quibus debetur vita eterna. Preterea attributum diuina cognicionem per effectus
eorum. Sed idem est effectus predestinacionis et libri vite scilicet finalis gracia et gloria.
Ergo idem est predestinacio et liber vite. Preterea quicquid dicitur methaphorice in
diuinis. oportet reduci ad aliquod proprie dictum. Sed liber vite dicitur methaphorice
in diuinis. ergo oportet ad aliquod proprie dictum reduci. Sed non potest ad aliquid proprie
dictum reduci nisi ad predestinacionem. ergo est idem cum predestinacione. Sed
contra liber dicitur ex eo quod in eo aliquid scribitur. Sed racio scripture ad predestinacionem
non pertinet. igitur et cetera. Responsio dicendum quod sicut ex dictis patet liber vite dicitur ad simili-
tudinem scripture. per quam princeps ciuitatis dirigitur in admittendis
vel excludendis a ciuitatis sue consorcio. Et hec autem scriptura inter duas operaciones
media inuenitur. Sequitur enim determinacionem ipsius principis qui eligit eos quos
vult admittere. ab hiis quos excludit et precedit ipsam admissionem vel exclusionem
Scriptura autem predicta non est nisi representacio sue predestinacionis. Ita eciam
et liber vite nichil aliud esse videtur quam quedam conscripta diuine predestinacionis
in mente diuina. Predestinando enim deus predestinat quos finit ad vitam glorie ad-
mittendos. Huius autem predestinacionis noticia. semper apud deum manet. Et hec quod est
cognoscere se predestinasse aliquos. est suam predestinacionem in eo esse scriptum quasi in
libro vite. Liber autem vite et predestinacio. formaliter loquendo. non sunt idem. Sed
materialiter liber vite. est ipsa predestinacio. Sicut dicimus quod liber iste. materialiter loquendo
est ~~liber~~ apostoli doctrina" quia doctrina apostoli in ipso scripta continetur. Et hoc modo loquitur
Augustinus cum dicit. quod liber vite. est predestinacio. Vnde patet responsio ad primum
Ad secundum dicendum quod contrarius eundem effectum respicit liber vite et predesti-
nacio. non tamen eodem modo. Sed predestinacio respicit illum effectum immediate. liber
autem vite mediante predestinacione. Sicut eciam in anima. sunt rerum similitudines
immediate. sed in libro conscribuntur. sicut vocum que sunt note passionum in anima Et ita
liber mediate. est signum rei. Ad tercium dicendum quod liber vite ad aliquid proprie di-
ctum in diuinis reducitur. hoc autem non est predestinacio. sed predestinacionis cognicio
qua deus aliquos se predestinasse cognoscit. Ex dictis autem sequitur. quod liber vite
non dicitur liber vite increate. quia sicut patet ex dictis. liber vite. est quedam conscripcio
per quam quis vitam consequitur in vite collacione. Sed in quod de aliquo preordinatum erat
Et ideo vita liber cuius liber vite dicitur. dicitur habere. scilicet quod est acquisitum per
collacionem alterius. aliud est quia consistit conscripcionem predictam. dirigere in
ipsam. Increatum autem deest vite increate. Vita enim glorie. non inest deo per
adquisicionem sed per naturam. nec aliquis noticia vitam eius precedit. Sed ipsa dei vita
cum modum intelligendi precedit eciam ipsius noticia. Vnde liber vite non potest
dici liber vite increate. Etiam vt dictum est. liber vite. est predestinacio secundum Augustinum
predestinacio autem non respicit nisi creaturas. ergo nec liber vite

Et angelo philadelphie ecclesie scribe. Hec dicit sanctus et verus. qui habet
clauem dauid. qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit.
Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum. quod nemo potest claudere
quia modicam habes virtutem. et seruasti verbum meum. et non negasti nomen meum

Ecce dabo de synagoga sathane qui dicunt se iudeos esse et non sunt sed
menciuntur Ecce faciam illos ut veniant et adorent ante pedes tuos et
scient quia ego dilexi te quoniam servasti verbum pacientie mee Et ego
servabo te ab hora temptationis que ventura est in orbem universum tem[ptare]
Secunda pars principalis capituli tercii in qua ponitur habitatores in terra
Preceptum de scribendo sextam epistolam et dividitur in tres modo consueto scilicet
in exordium et narracionem sive tractatum ubi oratio operativa et in conclusionem
sive epilogum ubi qui habet aures In prima ponuntur tres persone scilicet persona
epistolam suscipientis epistolam deferentis sive scribentis ubi scribe Et epistolam
demandantis ibi hec dicit sanctus etc. Dicit ergo Et angelo philadelphie
ecclesie scribe Philadelphia iuxta quod exponit Beda interpretatur dilectio fratrum
Quo nomine designat ecclesia designatur secundum haymonem que in dilectione dei et proximi
[illegible] versatur que quia a domino diligi probatur qui dicit Narrabo nomen tuum
fratribus meis Caritas enim fraternitatis est in ecclesia secundum id apostoli ad
Romanos xii Caritatem fraternitatis diligentes Secundum quosdam vero per istum [illegible]
significatur status presentis temporis in quo homines plus se diligunt carnaliter
quam spiritualiter secundum id apostoli ii ad thymotheum iii In novissimis temporibus instabunt
tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes cupidi etc. Vel secundum Am-
brosium Philadelphia interpretatur salvans hereditatem domini Quo nomine [illegible]
quelibet universalis ecclesia exprimitur secundum haymonem que semetipsam salvat cum
in fide et bonis operibus proficit et a voluntate sui conditoris nunquam rece-
dit Ipsa enim est hereditas domini de qua per psalmistam patris voce ad fi-
lium dicitur postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam [illegible]
in epistola nomine [illegible] et cum ecce [illegible] quia dona graciarum sibi data servat
in toto unde non ponitur aliqua eius arguitio sicut in aliis Unde et bene sexto
loco ponitur quia senarius est numerus perfectus Deinde adiungit personam deferentis
epistolam sive scribentis cum dicitur Scribe scilicet sicut ceteris hec que secuntur
Et subiungitur persona demandantis cum dicitur hec dicit sanctus Et in hoc signi[ficatur]
a peccatis puritas et verus Et in hoc innuitur in promissis veritas Qui habet
clavem david et ex hoc in exhibendo premiis bonis et tormentis malis potestas
prout distinguit Richardus hic Nam ergo sanctus ideo a peccatis immunitas et [ab]
eo spiritus septiformis sanctificatur Daniel ix Ut ungatur sanctus sanctorum Non enim est
sanctus ut est dominus primi Regum 2 Est enim sanctus in se et alios sanctificans
Levitici xi Sancti estote quoniam ego sanctus sum Et quia verus ideo sine fic-
cione et falsitate veritatis doctor et solutor Deus non [illegible] est Omnis homo
mendax ad Ro. 3 Sermo tuus veritas est Johannis xvii et [illegible] xiiii Ego
sum veritas Item habens clavem david ideo sine defectione potestas Ysaye xxii
Dabo clavem domus david super humerum eius Et de hoc dicit haymo quia
dicitur singulariter sanctus et verus quia etsi quidam inter homines sancti dicuntur et vere
Ad comparacionem tamen illius nullus est sanctus et verus quia ipse est sanctitas
et veritas Job xxv Numquid homo comparatus deo iustificabitur Et xxv Nunquid
potest iustificari homo comparatus deo Ecclesiastici 28 Non commemorabuntur [illegible]
[illegible] Gregorius 18 moralium Omnes superne patrie electi sancti quidem et iusti sunt
sed participatione sapientie non comparacione Unde non sunt homines deo comparati
lumine sapientie lumine autem [illegible] sapientie vocari solet sed illa lumine illuminans
isti lumine illuminatum de illa scriptum est Erat lux vera que illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum De istis ait autem dominus dicitur vos estis
lux mundi Iusticia quidem sapientie iusticia et [illegible] sapientie [illegible] sed illa
iusticia iustificans isti iusticia iustificata De deo legitur qui factus est deus
ut sit ipse iusticia et iustificans De istis vero dicit ut nos efficeremur iusticia
dei in ipso Aliud ergo venerandum est lumine illuminans aliud lumine illuminatum
aliud iusticia iustificans aliud iusticia iustificata etc. Propter hoc ergo principaliter et
singulariter sanctum et verum seipsum appellat Et subdit Qui habet clavem david
In quo notatur incarnationis filii dei veritas Unde haymo clavem david dicimus
intelligere incarnacionem christi qui de stirpe david secundum carnem descendit Ysaye 22
Et dabo clavem domus david super humerum eius et aperiet et non erit qui claudat
Vel secundum Ricardum superius dixit habeo claves mortis et inferni hic autem

simpliciter et absolute dicit clavem david que ad Christum . Item ibi aut in plurali
similiter Mathei xvi tibi dabo claves regni celorum . hic aut in singulari quare videtur
debuisse dixisse clavem aaron qui fuit electus sacerdos summus levitici ..
enim per clavem significare et intelligere potestas aperiendi et claudendi . ut dicit hic
in lira . Tertio clavis david dicitur hic ipsa incarnacio filii dei sive humane nature
assumpte virtus secundum haymonem ut dictum est Sine potestas aperiendi scripturas obscuras
et eorum misteria occulta . Unde helmandus Clavem david appellat scientiam
spiritualis sapientie que dicitur david propter promissionem sibi factam de Christo nascituro ex
progenie eius . et propter prophetica manifestacione prophetie eius de Christo Et per
hoc ad obiecta . Clavis non dicitur multis . Quarto . non dicitur potestas cohibendi demo
nes et eorum potestates . et relaxandi ad sanctos temptandos . de quo supra primo
et infra xx . habentem clavem abyssi Item aliquando dicitur potestas nocendi infra ix . data
est ei clavis putei abyssi aliquando dicitur potestas ligandi et solvendi . Mathei
xvi Item dicitur aliquando clavis potestas reserandi misteria scripturarum et solvendi si
gnacula eius de quo hic Et infra v . dignus es domine aperire librum . Unde
haymo ostium istud possumus intelligere sacram scripturam quam ipse Christus aperit
fidelibus in se credentibus . et nemo claudit . claudit iudeis in infidelitate perma
nentibus et nemo aperit . hoc ostium tunc ipse redemptor noster aperuit . quando post
resurrectionem suam duobus discipulis ambulantibus in via sensum aperuit ut in
telligerent scripturas . atque in se impleta viderent que scripta erant in lege moysi
prophetis et psalmis . lira ultimo . Ex quo sequitur secundum . Gorre . quod iudei modo perdiderunt
dictam clavem david . Ideo scripture veteris testamenti adhuc manet eis clause et
obscurate . patet certe ex hiis quod doctores iudeorum ante adventum Christi nullo studio
suo potuerunt aperire sufficienter scripturas quantum ad misteria Christi nascituri utpote
que ad modos nativitatis conceptionis passionis etc . Quarto patet etiam ex dictis quod tamen
vel magis opus est oratione et devotione pro aperiendis profundis et spiritua
libus misteriis sacre scripture quam humani studii exercitatione . multe . non simpli
cibus et modicum aut nihil literatis revelata sunt sacre scriptura et eius intelligentia
plenius quam multis doctis qui ad eius intelligentiam humano studio frenetissime
conati sunt . Ostendit beatus augustinus in prologo libri de doctrina christiana de beato
anthonio et aliis psalmo Revela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua
Iheronimus in prologo biblie lex spiritualis est et revelatione opus est ut in
telligatur ac revelata facie dei gloriam contemplemur . Clavis ergo david
dicitur reserans prophetie david de filio dei incarnando nascituro passuro . et de
aliis misteriis eiusdem que aperuit post suam passionem et resurrectionem archa
na scripturarum manifestando et corda credencium illuminando luce ultimo Tunc ape
ruit illis sensum ut intelligerent scripturas Infra v vidi in dextera sedentis
super thronum librum scriptum intus et foris signatum sigillis septem et nemo
poterat solvere septem signacula eius nisi leo de tribu iuda . Iste liber intelligitur
liber sacre scripture . in quo clausa fuerunt sub figuris et ~~[illegible]~~ enigmatibus
septem domine incarnacionis secreta Christi secundum glossam sunt septem articuli de
humanitate ipsius scilicet conceptio nativitas passio descensus ad inferos
resurrectio ascensio reditus ad iudicium . hec et alia abscondita fuerunt olim
in veteribus scripturis . per Christum venturum plene aperienda . propter quod hic dicit . Qui
habet clavem david . id est qui habet potestatem aperiendi scripturas prophetie david qui multa
de Christo misteria scripsit et tetigit in psalmis etc . Unde et Richardus hic
dicit aperit corda ad intelligenciam fidei . aperit ora ad predicationem verbi . aperit
sensum ... dilectionem dei et proximi . aperit linguas doctorum ad docendum et
corda auditorum ad credendum . Unde et aperiens eos sensum docebat eos Mathei v . Corda
... non vos sensum aperuit . qui prius ~~[illegible]~~ aperuit ora prophetarum . luce ultimo
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de ihesu dum loqueretur in via et
aperiret nobis scripturas Ysaye 24 Aperta erit lingua mutorum . Et eodem loco dum
eis aperuit in auem . psalmo 21 aperta sunt scilicet archana scripturarum odori
fera speciosa saciativa et delectativa Et de ista apertione similiter helmandus
dicit quod ipse aperit corda ad intelligentiam . aperit ad penitentiam . aperit ad contempla
tionem . deinde aperit ianuam vite ad beatitudinem Unde ipse est hostiarius qui
aperit Iohannis x huic ostiarius aperit . Et haymo ostium quod eadem clavis
aperit nec claudit . ipsum intelligimus dei et hominis mediatorem per que ad vitam eternam

que ipse est intimus ipso dicente Iohannis x Ego sum ostium per me si quis introierit
saluabitur Sic enim ipse fuit clauis et ostium dicitur, sicut pastor ostiarius simul
et ostium vocatur Quare cum clauis dauid ostium aperuit seipsum videlicet
qui est in carne natus passus ac tercia die resurrexit Quod ostium prius
clausum fuit omnibus exceptis prophetis et sanctis patribus qui per spiritum
sanctum cognoscebant eius aduentum nobis autem omnibus in christum credentibus
patefactum est clausum vero manet infidelibus Istud ostium nemo potest
claudere cum ipse christus volt illud aperire Unde legimus act iiii° cum iudei
discipulis denunciaret iudei ne loquerentur in nomine ihesu, presertim illo
aperiente nemo potuit claudere unde responderunt non possumus que vidimus
et audiuimus non loqui hoc asianis clausum aperire temptauerunt apostoli
Sed quia eo claudente nemo aperit prohibiti sunt eos spiritu ihesu ne in asia
predicarent verbum dei act xvi actum ipse spiritus qui prius predicatorum inhibuit
hanc asianorum cordibus post modum infudit Nam dicitur est quod asia cuncta
iam credidit Quod ideirco factum est secundum Gregorium omelia xiiii evangelium
quia tunc in illa erant qui saluari non erant tunc in illa erant qui nunc
ad vitam reparari merebantur Sed tamen tunc eis vitalis predicationis officium subtrahitur
ne hominibus de contempta predicatione mortari merebantur Subtili ergo et occulto
iudicio a quorundam auribus predicatio sancta subtrahitur quia suscitari per gratiam
non merentur Et per hoc solui potest argumentum quo sic possit argui
Cum sit ostium et ostiarius qui aperit quomodo ergo claudit et nemo aperit
Sic enim dicitur claudere sicut et obdurare Unde Gregorius xi moralium tractat
illud Iob xii° Si destruxit nemo est qui edificet Si incluserit hominem
nemo est qui aperiat dicit omnipotens deus cor humanum destruit cum derelinquit
edificat dum replet Neque enim humanam mentem debellando destruit
sed recedendo quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa Unde plerumque
fit cum audientis cor respectis culpis omnipotentis dei gratia non repletur
incassum exterius a predicatore monetur quia mutum est omne os quod
si ille interius in corde non clamet qui aspirat verba que audiuntur
Hinc propheta ait Nisi deus edificauerit domum in vanum laborauerunt qui edificant
eam Hinc salomon ait Eccles vii Considera opera dei quod nemo potest corrigere
quem ille despexerit Nec mirum si a corde reprobo predicator minime auditur
dum nonnumquam ipse quia deus in hiis que loquitur resistentem moribus impugnat
Hinc est enim quod cayn et diuina voce admoneri potuit et mutari non potuit
Gen iiii° quia exigente culpa malicie iam intus deus cor derelinquat cui foris
ad testimonium verba faciebat Unde beatus subditur Si incluserit hominem nemo
est qui aperiat quia omnis homo per id quod male agit quid sibi aliud quam
conscientie sue carcerem facit ut hunc animi reatus premat etiam si nemo
exterius accuset Quem cum iudicante deo in malicie sue cecitate relinquit
quasi intra semetipsum claudit ne locum evadendi inveniat quem inuenire
minime meretur Nam sepe nonnulli exire a prauis actibus cupiunt sed
eorundem actuum pondere premuntur in male consuetudinis carcere inclusi a semetipsis
ipsis exire non possunt Et quidam culpas graues punire cupientes hoc quod
agere se estimant in grauioribus peccatis voluunt fit quoque modo inscrutabili ut quod exire
putabant hoc inclusionem inveniant Sic vero reprobus iudas cum mortem
contra peccatum intulit ad eterne mortis supplicia peruenit et peius de peccato
penituit quam peccauit dicit ergo propheta sicut Iob Si incluserit hominem nullus est
qui aperiat quia sicut nemo resistit largitati vocantis ita nullus obviat iusticie
derelinquentis Includere itaque dei est clausis non aperire Unde et ad moysen
dicitur de pharaone Ego obdurabo cor eius Obdurare quippe per ministerium
dicitur qui cor reproborum per gratiam non emollit Recludit itaque hominem quem
in suorum operum tenebris relinquit Et ex sicut ibi de ysaac et duobus
filiis eius dicitur Quasi enim aperire hac inclusionem ysaac primogenito suo
voluit cum hunc fratri sponte benedicendo conatus est Sed filium quem
pater fouit domus reprobauit Et quem deus voluit pater cum nolendo benedixit
ut qui iam primogenita fratri pro esca vendiderat primogenitorum benedictionem
non acciperet quam ex cupidine gule reliquisset Et in terrena appetens futura
contempnens hereditari cupiens benedictione reprobatus est Non enim inuenit penitencie locum
quamquam cum lacrimis inquisisset eam ad hebr xii quia vero fructum non habet lumen

que tunc gemitu desiderant pictura Aperte itaque ysaac ut filio potuit que domini
omnipotentis iusto iudicio in sue malicie carcere inclusit. hec ibi. Unde etiam
est dicit idem Gregorius ut supra ... in omni quod agimus omnipotentis dei
super nos attulit consilia timeamus ne dum mens nostra exterius fusa a sua
se voluntate non revocat intus contra eam iudex terribiliter disponat adversa
quod bene propheta intuens ait Venite et videte opera domini terribilis in
consiliis super filios hominum. Videt namque quod alius vocatur misericordie alius
iusticia exigente repellitur et quia non solum investigabilem sed certe in qui-
busdam suis iudiciis inflexibilem videt terribilem in consiliis esse memorat
hec ibi. ... quod orandum est domino ut ... math. 4 ... ad:
aperiat. ... cor ... in lege sua et reprobi ergo non credentes vel etiam
superbientes sibi claudunt quia clavis scientie humilitas est ait Helmadus ...
dicta bede super illud luce x ... et prius doctores
sive predicantes claudunt aliis per vite pravitatem doctrine falsitatem et ...
... luce 21 ... clavem scientie: ipsi non introistis et eos qui introibant
prohibuistis math. 23 Ve vobis scribe et pharisei qui clauditis regnum ante
homines dicit Crisostomus quod per hec ... vult ... sacerdotes iudeorum omnia
avaritie et ... Qui per scripturas quidem Christi cognoscebant adventum con-
siderabant autem quod si Christus credentibus ... consuetudo sacrificiorum offerendorum
fuerat extinguenda et sacrificium iustitie valiturum ... de utroque propheta
testatur. affere domino gloriam et honorem tollite hostias et intrate in atria eius
... intelligentiam ante conspectum ipsi claudebant ianuam legis et prophetarum
qui de adventum Christi manifestissime erant locuti ut a fide Christi homines separet
timentes ne forte Christo credito esset sacrificiorum oblationibus ...
... dominus Claudebat scripturas sacerdotes aliud pro alio interpretantes ut putat
dicit Ysaias Ipse dominus veniet et salvabit nos tunc aperientur oculi cecorum
et aures surdorum et lingua mutorum diserta erit hec erant signa adventus ...
Quando ergo Christus surdum et mutum sanavit ... adinvicem dicebant
hic non eicit demonia nisi in belzebub principe demoniorum ut averterent
populum a fide ipsius aut ... claudebant ianuam veritatis qui posuerunt
... ut si quis eum diceret filium dei fieret extra synagogam Iohannis ix. Un-
de dicit Gregorius xi moralium super Job xii ... labium veracium et do-
ctrinam senum auferens aperte de iudeis dicit intelligi qui ...
domini ... fuerunt quia hunc veturum esse crediderunt atque nazarenum
... in carne apparuit ... labium itaque veracium commutatum est
quem venturum dixerunt ... et doctrina senum ablata est
... ea credendo secuti sunt que preces ... predixisse meminerunt. ...
enim helya veniente promittitur ut convertat corda filiorum ad patres eorum
et doctrina senum que nunc iudeorum cordibus ablata est ...
... redeat ... hec de domino intelligere ceperint filii quod ... patres
... et nostri sacerdotes ... claudunt ianuam veritatis sicut enim si manife-
... veritas erit ... sacerdotali dignitate ad humilitatem venirent
... Item ... Crisostomus ubi supra dicit sacre scripture sunt in aliquibus
... obscure ... hec ... ut cum labore inveniatur ... namque ...
... petrus in epistola sua 2a c 1 de scripturarum obscuritate ... sicut vo-
... homo locutus est spiritus sicut voluit spiritus locutus est homo. Non enim
voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt
... dei homines ... aut obscuritatis ... ibidem est dux ...
... dominus voluit alios esse doctores alios discipulos ... aut omnes ...
... non erant et ideo esset ... ordo confusus. Nam ad eos quidem
quos voluit esse doctores sic dicit per Ysayam ... sacerdotes in
... patrem tuum et dicet tibi maiores tuos et annunciabunt tibi
... sacerdos nisi omnem manifestaverit ... veritatem dabit rationem in die iudicii
... dominus ad Ezechielem ... 20 fili hominis speculatorem te posui domui ysrael
si non dixeris impio ut a viis suis discedat ipse quidem in peccatis suis
morietur anima autem eius de manu tua requiram ... a sacerdote
... didicerat et cognoverat veritatem dabit rationem in die iudicii sicut dicit sapientia ...

Prouerbiorum primo Extendebam sermones meos et non audiebat. Ideo in vltra predicti
videbo. Sicut in pistrinalibus cellarum aut vestiarum sunt non habent expositum
cunctis sed alios quidem habent in domo qui dant, alios qui accipiunt. Sic et in
ecclesia alii sunt qui docent, alii qui discunt. Secundo obscura est notitia veri-
tatis ut non contemptibilis inveniatur. Contemptibilis non esset si ab illis intelli-
geretur a quibus nec amatur nec custoditur. Non igitur in scripture absconsa
est veritas sed obscura, non ut non inveniant qui querunt eam sed ut non videat
eam qui querere eam nolunt. Vt ad illorum quidem gloriam pertineat qui
inveniant eam quia desideraverunt eam et quesierunt et invenerunt. Et ad illorum
contemptionem qui non invenerunt eam quia nec desideraverunt eam nec quesie-
runt invenerunt. Nec potest esse excusatio contemptoris ignorancia veritatis quibus
fuit inveniendi facultas si fuisset querendi voluntas. Nam si veritas est facilis
et vita cognoscerentur sed magis et omnis quere cum ille. Ideo quia in libris sanctis
quedam obscura reperiuntur: Vt intellectus lectoris et studium augeatur, cum
cuncta patent, statim intellecta vilescent. Rursus si cuncta obscura con-
sisteret, confestim diffidenciam generent. Ne ergo de obscuritatibus desperatio fiat
que manifesta sunt saciant. Et ne de intellectus fastidium existat ea que
clausa sunt desiderium excitant. Nam plerumque quanto magis latent, tanto
exercitium prebent. Vnde augustinus 2o de doctrina christiana c vi dicit Magnifice
salubriter spiritus sanctus scripturas edificavit, vt locis apertioribus fami occurreret
obscurioribus autem fastidia detergeret. Nichil enim fere de illis obscuri-
tatibus invenitur quod non planissime dictum alibi reperiatur. Non sic ergo clausa
est vt panescere debeat, non sic patet ut vilescat. Dicit Gregorius xx moralium
Vsu tollit fastidium et tanto amplius attenditur quanto intencius meditatur.
Scio opera tua. Ponitur narratio siue recitatio triplex. Et dicit
in quorum primo ponitur quid Christus eius scribit approbatoria commendacio. Secundo quid
promissio tibi ecce dedi coram te. Tercio exhortatoria admonicio de per-
seuerancia in bono. Ecce venio. Et ex qualibet promissio perseueranti in bono
cum vicerit. Ait ergo quo ad primum Scio opera tua i. approbo seu eligo, vt
dictum est supra 2o. Quoniam commendabilia sunt et laudabilia. Ostium enim laudabiliter
attollit, de nulla negligentia arguit, et multa consolatoria promittit. Vnde
et idcirco possit sibi dici illud Ecclesiastes ix: Deo placent opera tua, quia plena
commendabilia. Et sequitur ipsa consolatoria promissio cum dicit Ecce dedi coram te
ostium apertum. Et illa subdividitur in 3b. Nam enim ait Richardus Primam illi
... promisit, ad ... remissionem spopondit, ibi Ecce dabo te de sina-
goga sathane. Tercio in perseuerancia protectionem promittit. Ibi Quoniam seruasti
verbum pacientie mee. Et ego seruabo te ab hora temptationis. Prima ergo pro-
missio est de gratia predicacionis et eius virtute. Et hec ponitur tamen sub verbis
dicitur Ecce dedi coram te ostium apertum i. verbum liberum et libere pre-
dicandi quod cor humanum predicatione penetratur et hostis antiquus eliminatur et fa-
cturis in eo collocatur. Ait Richardus Ad Colossenses 3: Orantes simul et
pro nobis ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum misterium Christi.
Vel ostium apertum intelligit mediatorem dei et hominum qui est ostium ut
Iohannis x. Vel ostium sacram scripturam intelligit quam Christus aperit fide-
rum ... ut dictum est supra. Vel ostium apertum corda parata ad au-
dientiam ait glossa. Vnde Richardus dedi tibi ostium apertum i. aperiam tibi intell-
ectum ad apercionem scripturarum ... ad earum predicationem, corda audientium ad ...
susceptionem. Et quasi idem Helmandus. Et dicit similiter me loqui. Ecclesiastes 2
... ... et ostium in apertum esse in domino in domo
i. corda hominum preparata ad audiendum verbum domini. Et non habui requiem
spiritui meo. Et actuum xiiii Retulerunt quanta fecit deus cum illis, quia aperuit
ostium fidei gentibus. Et dicit hic Ecce dedi coram te ponendo preteritum
pro futuro propter duas causas. Primo quia quod futurum est in tempore quasi preva-
lerat apud deum quia preordinatum et prestitutum. Secundo ne esset dubia de
promissione. Et subdit racionem huius promissionis dicens Quia modicum habes virtutis
Vnde Haymo ... credit quod ideo aliter dona promittuntur. Sed dicendum non est
sufficiens racio, quia magnitudinem promissionum magis virtus debet esse causa et non modicitas

Nuch. xiij hanmom qr ideo ait medicam esse illius virtutem qr non in suis viribus
sed in xpi gra confidit. hec ille. Dicebatur ergo modica virtus sua videlicet diffi
dentie sui in se ipso et in sui reputatione et eo ipso maior fuit in divina
acceptatione. 1 Reg xv dictum est Saul a domino Cum esses parvulus in ocul
tuis, caput in tribubus israel factus es. Unde Gregorius in pastorali
2o p. ca xvi Cum esset apud te parvus apud me stetisti magnus et ego
et lib moralium 26 Unde et humilitas potest dici modica virtus qr hominem
minificat in sui reputatione Math 18 Nisi quis se humiliaverit sicut parvulus
iste Et qui se humiliat est dignus ut ei ostium aperiatur dictis modis
Mathei xi Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec et revelasti
ea parvulis Mira quidem et stupenda nimis est divine sapientie natura cuius effulgenti
splendor radiis ab huius seculi sapientum oculis absconditur et humilium ac par:
vulorum mentibus revelatur. aliena plane multum ab a visibilium rerum natura
secreta est conditio divinitatis In rebus quidem visibilibus ut excelsa quisque con:
tingat in altum erigitur. Deus autem cum sit excellentissimus non elatione sed hu:
militate contingitur. Inquit augustinus lib de pena et Cassiodorus. ad te domine nemo
erigendo pervenit sed potius humilitate ascendit Quare divinam sapientiam con
templari non possunt qui sibi videntur prudentes inquit Gregorius lib cvi moral
qr tanto ab eius luce longe sunt. quanto apud semetipsos humiles non sunt
qr in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit
et dum se lucere pre ceteris existimant. inde se lumine veritatis privant. hec ille
Grandis trabes in oculo. et grossa superbia in mente est ait beatus bernhardus
que quandam corpulentiam sui vana non sana. tumida non solida mentis oculum
obscurat et veritatem obumbrat Cuiusque ergo cupit ut ei deus ostium modis
dictis aperiat, humilitatis viam sectetur. Elationis enim altitudo infusionem divine
sapientie non recipit. quam tamen humilitatis gravitas apprehendit. Iustitia quippe
dantium quorum natura est. Amnes secretiori convallium et montium ardua declinare
sic celestis sapientie valles i mentes petit humiles. quibus tanto profusiori largi
se infundit. quanto vallis fundum humiliorem invenit Sic non dicitur salomonis
prov xi. ubi humilitas ibi sapientia Ita enim meam Unum ptolomei in almagesti. quod
inter sapientes humilior. ille sapientior censendus erit. Mira plane humilitatis
virtus. cui divinitatis maiestas se tam familiariter inclinat. per quam celestia
panduntur misteria parvulis. et divine sapientie magisterium humilibus revelatur
Huius namque gratia virtutis abrahe patriarche. quem propriis in oculis ita despi
cabilem humilitatis virtus reddiderat. ut ad dominum loquens diceret. loquar ad
dominum meum cum sim pulvis et cinis. apparuit altissimus et futuri seminis
nisimi fuerat. adorande trinitatis revelat archanum Gen 18. Jacob etiam pa:
triarche. qui in profunde humilitate argumentum ait ad dominum minor
dignus sum omnibus miserationibus tuis. scala celo pendens plurimis secunda
secretis. que angelos ascendentes et descendentes gerebat. divinitus est revelatur Gen 28
Moysi denique omnium hominum mitissimo deus ore facie ad faciem loquebatur Exod 33
Item etiam danieli parvulo intelligentia tribuitur omnis visionum et somniorum. dan 1o
Eadem insuper causa eximio prophetarum david. qui regalis solii gloriam parvipendens
coram archa domini totus ardore psallens ait. ludam et vilior fiam plus quam
factus sum. ero quod humilis in oculis meis 2 Reg 6 Multis de xpo et eius eterna
misteria revelata leguntur. quorum intelligentie proditus ait Super omnes docentes
intellexi. Super senes intellexi ps 118 Eiusdem etiam gratia virtutis humilis
piscatori celestis humane redemptionis sacramentum revelavit. quam ob gratiam a dei
ore audire promeruit Beatus es Simon bariona. qr caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui est in celo Math xvi Simon autem obediens sive humilis interpretatur
Id insuper beato paulo. qui pro summa sua humilitate minimum apostolorum se notat
tertium celum rapto tam profunda divinitatis secreta revelantur. ut archana
verba audisse dicatur que non licet homini loqui 2 Cor xii Unde et paulus interpretatur
modicus. quod nomen sibi elegit, ut ostendat se esse parvum. ait augustinus de spiritu et
littera Ysaye 60 Minimus erit in mille i humilis et quasi nullus sui reputatione recipere
crescit in perfectionis statum qui millenario numero designatur prov 30 Quatuor
sunt minima terre. et ipsa sapientiora sapientibus Eccl x Et sequitur multa re:
gnat modicus pro humilitate quia erit regnum celorum Iohannis 3o

Que ort[us] unum dix[it] Johannes baptista Vel poss[unt] dici modica v[ir]tus s[cilicet] in re
Vel modica virtus r[ati]one modicitatis donoru[m] in initio. Uni eni[m] dat deus
quinq[ue] talenta, alii duo, alii v[er]o unu[m] Math. 24 Et ideo laudabilior est qui ex
paucioribus donis sapie[ntie] vel sci[enti]e, vel aliorum a deo collatorum magis
operatur. et fortiter resistit adversantibus. Et d[e] hoc b[eatus] Richardus et hec
Nota ubi dicitur Et s[er]vasti v[er]bu[m] meu[m] i[d est] v[er]bu[m] fidei sive doctrine. in corde
fidem. in ore per confessionem in manu per opera Et non negasti no[men]
meum i[d est] veritatem fidei int[er] angustias et p[er]secutores huius seculi Math. x
Omnis qui confitebitur me coram hominibus Confitebor et ego eu[m] cora[m] patre
meo Qui aut[em] negavit me coram hominibus negabo et ego eu[m] coram patre
meo Sic itaq[ue] dicitur, modicam hes v[ir]tutem, tunc dicere[tur] s[ecundu]m hanc
p[ro]p[ter]ea te putas h[abe]re v[ir]tutem. s[ed] in hoc magnam hes. q[ui]a me largiente s[er]vasti
v[er]bu[m] fidei mee. et non negasti nom[en] meum Et ideo per me multa potuisti
q[ui]a in collatis v[ir]tutibus no[n] timuisti. Vide hoc in s[ecundu]m Greg[orium] omel[ia] x de
p[ar]tibus sup[er] Ezechielem Uni non dat[ur] a d[e]o om[n]ib[us] v[ir]tutes ne in sup[er]biam elatus
cadat s[ed] huic da[tur] quod tibi no[n] datur. et tibi da[tur] quod illi denegat[ur] ut
dum iste considat bonu[m] quod hes. et ille no[n] h[abe]t. te sibi in cogitatione p[re]ponat
Et rursum dum tu h[abe]re illum conspicis quod ipse non habes. te illi in
cogitatione postponas. et fiat q[uo]d scriptum est ad Phil. 2° Superiores sibi invicem
arbitrantes Et exi[s]timat dices, ut q[uia]m plura ex multis loquar. iste
abstinentie virtus tribuitur. et tam[en] v[er]bu[m] scie[nti]e no[n] h[abe]t. Illi da[tur] v[er]bu[m] scie[nti]e. sed
virtute p[er]fecte abstinentie apprehendi cona[tur] et no[n] val[et]. huic libertas vocis
tribuitur. ut oppressis quibusq[ue] p[ro]tectionis solatia impendens ad defensionem me[r]ito
libere loquitur. s[ed] tamen adhuc multa in hoc mundo possides relinquere omnia
volet et non valet Illi vero datu[m] est omnia terrena relinquere ut nil in
mundo cupiat h[abe]re s[ed] tam[en] adhuc auctem vocis con[tra] peccatores quoslibet
p[re]sumunt exercere Et qui plus loqui libere debuit. q[ui]a iam non h[abe]t unde in
mundo teneat[ur] loqui con[tra] alios libere refugit. ne p[er]am vita sine opere pe
Isti v[ir]tus p[ro]phetie data est et multa iam que ventura sunt p[re]vidit. Illi
tam[en] p[ro]xi[mi] cunctis ex cognitione conspiciens atq[ue] compatiens no[n] val[et] curare. Illi
est curatio egrotu[m]. atq[ue] a p[ro]ximum corpore molestiam. que in p[ro]ximi est oratione
repellit S[ed] tam[en] quid sequ[er]e[t]ur paulo p[ost] s[ecundu]m futur[a] ignorat. Mira itaq[ue] dispen
satione omnipotens deus sic in electis suis dona dispensat ut et isti det
q[uo]d illi denegat. alteri q[uo]q[ue] munus q[uo]d alteri minus tribuat. quatinus dum vel u[n]us
habere illum conspicit q[uo]d ipse no[n] h[abe]t. vel ille huic munus accepisse considat
sibi minus adesse pensat. dona dei alt[er] in altero i[d est] vicissim om[n]ib[us] admirentur
atq[ue] ex hac ipsa admiracione humilie[n]tur alt[er] alteri. et quilibet h[abe]re q[uo]d non
h[abe]t eiusd[em] divino iudicio sibi p[re]lata existimet et[c]. sic faciebat petrus et paulus
mirabantur in aptis omnib[us] paulus innocentiam. et in se mala p[re]terita sue
p[er]secucionis et dicebat 1. Cor. xv° Ego sum minimus apostolorum qui non su[m] dignus
vocari ap[osto]lus q[ui]a p[er]secutus sum ecclesiam dei. Admirabat[ur] at petrus in paulo
sapientiam Unde fideles admonens ait Sic[ut] et car[issi]mus f[rate]r n[oste]r paulus s[ecundu]m data[m]
sibi sapientiam scripsit vobis. sicut et in omnibus ep[isto]lis loquens in eis de hiis in quibus
sunt quedam difficilia intellectu. que indocti et instabiles depravant 2 Pet. 3
Et scriptura p[re]missa consolatoria de conversione adv[er]sariorum ad fidem. et pro
eorum victoria, et de manifestatione sue acceptionis apud deum tum dicitur
Et ecce dabo de sinagoga sathane &c. Glo. d[icit] s[ecundu]m hanc Quia sic de te
dis et in me confidis. et constant[er] in fide persistis. Et ecce dabo t[ibi] de
Sinagoga sathane i[d est] aliquos quidam de hiis qui tibi adversan[tur] de iud[e]
orum congregatione dicit[ur] sinagoga sathane pro illo t[em]p[o]re q[ui]a post cr[isti]
resurrectionem et ascensionem ad celos. ad p[re]dicationes ap[osto]lorum multi iudeorum
manebant in infidelitate. aliqui tam[en] eoru[m]. qui in istius ep[iscop]i diocesi h[abi]ta
bant per eius doctrinam fuerunt ad xp[istu]m conversi Vide ut Ecce dabo tibi de
Sinagoga sathane s[ed] v[er]bo ad fidem convertendo doctrina et ministerio tuo
Nota ego similiter s[ecundu]m hanc int[er] p[er]turbaciones huius seculi insuperabiles sunt
inventi. et modicam h[abe]re v[ir]tutem dicunt[ur]. cum multa sit. licet multa p[er] se
parva aut nulla esse posse p[re]sumunt Unde et dicunt illud Job. Ideo faciem
virtutem, et ipse ad nichilum deducet inimicos nostros Unde et ap[osto]lus pau

cum dixisset se plus omnibus apostolis laborasse, custos sue humilitatis statim sub:
iunxit dicens Non autem ego sed gratia dei mecum .i. Cor. xv. Et ad Philippenses 4
Omnia inquit possum in eo qui me confortat. Pro merito ait Ecce dabo tibi illos
convertendo scilicet ad fidem et fidei subiugando. Et dicit dabo quia conversio ad
fidem donum dei est secundum augustinum. Unde de simili modo loquendo Genesis act. 27
Ecce donavit tibi deus omnes qui navigant tecum. Et hii scilicet de synagoga sathane
dicunt se iudeos esse .i. confitentes et non sunt sed in veritate, sed mentiuntur
apparenti professione. Cuius 2o simile Qui se dicunt ~~[illegible]~~ esse iudeos et non sunt
sed sunt synagoga sathane qui quotidie blasphemant Christum in synagogis iudeorum
vel neque intelliguntur confitens et ideo iudeorum nominis expressio est Christi confessio
dicunt igitur se iudeos esse sed mentiuntur. Nam ut dicit Nicolaus Lira He:
brei vocati sunt iudei a Iuda patriarcha a quo descendit Christus secundum carnem. Et quo
niam negaverunt Christum non remansit in eis res huius nominis sed in Christianis confiten:
tibus Christum de tribu Iuda venisse secundum spiritum et non ~~carne~~ carne. Secundum apostolum
dicitur ad Rom. 2o Non enim qui in manifesto iudeus est neque que in manifesto
circumcisio in carne sed qui in abscondito iudeus est et circumcisio cordis in spiritu
non litera. Et sequitur expressio modi quo deus erat illos daturus cum dicit Ecce
faciam illos ut veniant .2. secundum glossam Ecce mandabo ut veniant scilicet congressibus
fidei in me credendo et adorent ante pedes tuos scilicet se humiliando et te vene:
rando baptisari instrui et regi a te exorando. Sicut ait Richardus .h. distin:
guens Et helinandus qui idem. Ysaie lx Venient ad te curvi filii eorum qui
humiliaverunt te omnes qui detrahebant tibi et adorabunt vestigia pedum tuorum.
Et eiusdem xlix vultu in terram demisso adorabunt te et pulverem pedum tuorum
lingent etc. Et patet hic quanta utilitas est subditis quod sedem prelatum et deo acce:
ptum quibus in initiis et orationibus deus ex sua [illegible] committit subditos eorum ma:
gis ad bonum. Ieremie 31 Inebriabo animam sacerdotum pinguedine et populus meus
adimplebitur bonis suis. Osee 2o Exaudiam celos et illi exaudient terram. Per
celos prelati significantur per terram populus subditus. Sequitur Et sciet quia dilexi
te. 2. secundum Richardum quod nunc ignorant adhuc scient conversi, quod ignorat
nunc scient amici, quod ignorat extra positi, scient intromissi. Apoc. 2o Id
nemo scit nisi qui accipit. Scient inquit quod dilexi te scilicet per variam curam licet
permiserim te tribulari ad tui probationem et examinationem. Apoc. 3o Quem deus diligit
increpit .i. eodem 3o Ego quos amo arguo. Et ad Hebr. xii Quem diligit deus
castigat flagellat autem omnem filium quem recipit etc. Quasi ergo filii dei pacietur
erga malos et inimicos fidei, quod sic committit et munifica dei bonitas erga
eum electum quem sic magnificat et exaltat et honorificat et eius virtutes
ostendit et manifestat. Unde in laudem sui electi dicitur Eccli. 45 glorificavit
eum in conspectu regum et unxit illi cor populi sui. Et subditur consolatio de
permissionis liberatione a futura persecutione cum dicitur Quoniam servasti verbum pacientie mee
.i. ait Haymo Verbum pacientie est quod ipse deus ex[illegible] monstravit cum positus
in cruce pro persecutoribus exoravit. Vel verbum pacientie .i. preceptum de pacientia
servanda [illegible] et quam in me audi placet sustines flagella et eo
melius orans pro illis Luce 23. Ysaie 53 Pro transgressoribus oravit
ut non perirent. Dicit ergo quia servasti verbum pacientie .i. preceptum quoniam adversa
me patienter sustinuisti ait Richardus ~~[illegible]~~ Iob 2o Scio opera tua
pacientiam tuam. Quod vel verbum pacientie in omni pressura et angustiis sibi
[illegible] et promittit quilibet fidelis scilicet Christus quod hic [illegible] ab hora
temptationis servaturum se esse promittit dicens Et ego servabo te ab hora temptati:
onis que ventura est in universum orbem scilicet per imperatores Romanos do:
minantes toti orbi et ubique fidem catholicam persequentes. Ita exponit Lira. Sed
[illegible] dicens quia hoc non videtur posse stare quia ista persecutio fuit iam sub
[illegible] imperatoribus scilicet Nerone et Domitiano. De cuius precepto beatus Iohannes
missus fuit in exilium in insulam que dicitur pathmos in qua scripsit hunc
librum. Et eodem anno Domitianus interfectus ~~[illegible]~~ fuit ut in legenda
Iohannis [illegible] dicens Et licet persecutio Romanorum per istos imperatores transisset
maior erat futura per alios illos scilicet de qua ~~[illegible]~~ hic loquitur
in modum futuri. Et antequam veniret iste fuit assumptus a domino.
subditur Ecce venio cito scilicet ad te accipiens [illegible] quod habes sed gratiam

tibi datum ut nemo accipiat coronam tuam. Ca vero hic quod scribunt hic in do:
bium ... istum dicitur. sed ... omnes electos. iuxta illud Cum hec apoc. ait
quod christus dicat civibus ... aliter ... hanc horam temptationis ...
divine ... tempus in quo etsi electi variis temptationibus exercean(tur) tamen in
superan(tur). de qua temptatione permiserit quotidie liberari dicentes Ne nos inducas
in temptationem et in lapsum deceptionis que temptabuntur inhabitantes terram
et terrena diligentes mundi desideriis estuantes et vincuntur. Electi autem quorum
conversatio in celis est ad philipenses 3o ad hoc temptantur ut probati coronentur
non ut seducti dampnentur. Et per hoc solvitur argumentum quo contra licen-
possit obici Qualiter deus hic promittit servare hunc ab hora temptationis qui
permittit suos electos temptari. Deutro 13 temptat vos deus deus vester
ut palam fiat utrum diligatis eum aut non in toto corde et. Et Thobie
12 Quia acceptus eras deo necesse fuit ut temptatio probaret te. Et Judith 8
Abraham pater noster temptatus est et per multas tribulationes ~~transierunt fideles~~
probatus dei amicus factus est. Sic Ysaac sic Jacob sic Moyses et omnes
qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fideles Jacobi primo Beatus
vir qui suffert temptationem Et 1 cor. x. faciet cum temptatione proventum.
Quo ergo dicitur putari pro bonis servari ab hora temptationis. Dicendum quod est
temptatio deceptionis qua non temptat deus. Et est temptatio probationis qua deus
temptat ut distinguit augustinus epistola 12 Item est servare ab hora temptationis
vel ut quis non temptetur. Vel ut quis in temptatione non vincatur. Et
2o modo servat deus electos suos ab hora temptationis quod et hic promittit
Et pro hac servatione orat ecclesia ingiter cum dicit Ne nos inducas in temp-
tationem vi Unde quod Gregorius moralium 2o c. 2o Ita In temptationem indu-
est a temptationibus illecebra non muniri ... nobiscum de
secretione agitur. Ut quos intus inde culpe nonnumquam pulsationem feriat. Nam
se magnum virtute homo crederet si nullum umquam carnalis vitium defectum
mentis arthema sentiret. sed dum temptationem ... est ... et quod vel ...
fatigatur ei contra sui hostis insidias munimentum humilitatis conditur. Et unde
presumpsit enervit(?) cade unde accipit fortiter stare Et ideo deus ait Jo(hannis)
Non rapiet eas et oves quis de manu mea. Et dicit hic hanc hic dicit quod a t...
tione liberantur electi quod non decipiuntur Et Nondum quod ait hic Ut vetus ...
temptatio temptare inhabitantes in terra. Ut ait glosa Inhabitantes in
temptabuntur id est terrena diligentes Una ut ait augustinus super Johannem omnes
amando habitamus Et tales vincuntur a temptatione Infra 8o Ve ve ve
habitantibus in terra. Electi autem quorum conversatio est in celis licet tempt...
non tamen ut seducti dampnentur sed ut probati coronentur et sint victores ...
Jacobi primo Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite
Et tales servantur ab hora temptationis sunt hic promittitur esse ... et alii
Pro horum evidentia clariori ... Utrum temptatio sit
desiderari debeat a viro iusto Et videtur quod sic quia dicit Jacobi primo Omne gaudium
existimate fratres cum in varias temptationes incideritis Sed ergo cum temptatio
est presens est inde gaudendum cum absens est. Videtur quod debeat affectu
desiderari. Item propheta petebat in psalmo proba me deus et tempta me. Sed
nihil a deo debet homo petere nisi quod debet desiderare igitur etc. Item omne quod
ad virtutis exercitium est appetendum temptatio est huiusmodi Unde Gregorius
Sanctus vir se temptari pro virtutis desiderat ne ex confidentia virtutum te...
Si ergo temptatio virtutes excitat igitur est desideranda. Item omne quod
ad gratie promotionem est appetendum temptatio est huiusmodi 1 Cor. x. faciet
temptatione proventum. Si ergo temptatio promovet ad bonum videtur quod ad i...
debet anhelare desiderium iustorum. Item omne id quod est opus et effectus
divine acceptationis est appetendum temptatio est huiusmodi Tob. xij
acceptus eras deo necesse fuit ut temptatio probaret te. Item omne id per
quod itur ad intimam consumationem est appetendum temptatio est huiusmodi quod
quia nulla est maior temptatio quam illa que est per flagella et tribulationes
variarum operationum varietatem operum ... Jacobi primo ergo videtur quod ...

,, vo ,,

esse pfectus dz appete temptacionis impulsum, Sz tn̄ nichil est desiderandu
cuiꝰ ꝯrarium est quottidie appetendum Sz oms viri insti dent illum petere dz
fare & ne nos inducas in temptacōez ergo nullꝰ dz appete temptari Item
nichil est appetendum quod est diligenter pcauendum Sz temptacō diligent
est pcaueda Sic dominus monet Math 26 Vigilate et orate ne intrete
in temptacōem &c̄ Item nil est appetendum cui se non debeat homo offerre
sponte Sz temptacōi non dz se homo sponte offerre q2 sup illd Math
4o ductus est Jesus in desertum glo dt ductum esse ihm commemorat
vt nos instruat q non sponte debeat in temptacōem insilire Ite nil appe:
tendum quod nr̄e salutis aduersarius optat Sz dyabolus desidat nos tempta
ignitur nullus dz appete Rn̄o 2m Bo ven sup 3o di 23 dupli est lo:
qui de temptacōe, sc̄ sub racon ppa et sic temptacō est impulsus ad
illicitum Intelligendo de temptacōe dyaboli que fit per mali culpe
suggestionem qua dyabolus nititur hominem ad malū inducere Non
de temptacōe dei que fit per flagellacōem qua dns volt illos quos acce:
ptat approbare et probatos ondere Hanc ergo temptacōem sz dyabo 2m se
consideratam nullus dzt appete ymo abhorre et fugere maxie considerando
finem. aliter est considerare temptacōem prout est via exercende virtutis 2m Ric:
forum et sic a viris instis desidari pt ab eis potissime q in caritate fer:
uent adeo q ignis deuocōis spiritum potius inflamar ex pugna quam
extinguar ab eis aut qui modici sunt caritatis nō sic dz desidari Et
est exm q2 ventus pflans fornace magis et magis accendit sz candela
extinguit Et ideo temptacōis impulsus etsi ꝯrarium est in se refugiendus
et ab omnibus tamen ab infirmis potissime sic ondunt racōes ad oppositu
inducte Contrarium tamen est via virtutis exercende a viris feruentibus et per:
fectis appeti pt Sic ondunt 2os que ad pma ptem inducunt Illud tamen
genus temptacōis appetunt viri insti potissime quod est in flagellorum
pressione Sic passus est Job et Thobias Sic etiam passi sunt martires
qui nimio zelo dyuino exciti Et ad hoc omnia procedunt 2os que ad
pma ptem inducunt ideo sunt concedende Vel aliter a triplici principio
fit temptacō sz a deo carne et dyabolo pma simplr appetenda q2 dns
non temptat nos nisi ad bonum 2a simplr fugienda q2 illa nō pt
esse absqz peccato sic dt mgr in 2o di 21 Tercia ab aliquibus est
fugienda ab aliquibus vo appetenda Hys n q virtute fortes sunt nec deficiunt
in temptacōem pnt induci etiam si temptari appetibile est temptari ad sue
virtutis exercitiu ac cumulum meritorum Infirmis vo minime Illa timere
pnt c ne ex ipso impulsu in temptacōez inducant quod dent resistere
Nam etsi temptari non sit malu tamen in temptacōez induci semper est malu
qm hoc est a temptacōe superari Et hoc est quod dt Augꝰ 2m de ci dei
Sic se hz firmitas et infirmitas electorum sic cupiunt metuunt quod temptari
Et 2m hanc distinctionem ad racōes ad vtramqz ptem inductas pt facile responderi
pro eo quod 2m diuersas vias procedunt Vtrz grossima tamen hac hora que nō
venit remisse & in pnti cessit vetua esse ponitur referre melius ad tempa
antixpi 2m Bonauentura Tunc n veniet illa temptacō que non per ptes sz totum
simul mundum examinabit et hinc tormenta seviet illinc miracula seva:
debunt Vnde intelligit de illo tempore dr a dno Math 24 Erit tunc tribulacō
qualis nō fuit sz nec fiet 10 dt hic, que ventura est in vniuersum orbem, et
in hoc innuit vniuersalitas temptacōis et ineuitabilitas et q2 insequitur serenitas
temptare habitantes in terra sz homines tunc in terra viuentes a qua temptacōe
liberabuntur electi & non decipientur, ppter ea vtiqz electi sunt quidem
n habitant in terra solo corpore, et in celo habitant mente In quorum dt
psona aplus ad philipen 3o Nra conuersacō in celis est Tales in temptacōibus
nō succumbent, q2 in tuto loco habitant Prouerb 1o Frustra iacitur rethe ante
oculos pennatorum Vbi glo Facile euadit laqueos in terris qui fixos habet oculos
in celis Talis fuit ille de quo dt Augꝰ in omelia digne in memoria viri
boni qui ad gaudia transit angelorum Alii sunt qui mente et corpore habitant i terra

de quibus dicitur psalmus Oculos suos statuerunt declinare in terram Tales fere omnes in temptationibus succumbunt unde infra viii° dicitur Ve ve ve habitantibus in terra Tercium dicit ve propter tria que sunt in mundo que fere omnes capiunt scilicet concupiscencia carnis oculorum et superbia vite i Iohannis 2° Ideo dicitur Ysaie 24 Formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terre Et erit qui fugerit a facie formidinis id est avaricie cadet in foveam scilicet luxurie Et qui explicaverit se a fovea tenebitur in laqueo scilicet ambicionis aut vane glorie quia qui fugit avaritiam sepe cadit in luxuriam et qui fugit utrumque sepe capitur vana gloria et ambicione unde dominus primo temptatus fuit de gula postea de avaricia et ultimo de vana gloria Luce 4°

Ecce venio cito tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam

Tercia pars narrationis in qua ponitur exhortatoria admonitio de perseverancia in bonis et primo tempus consolatur 2° ad perseverantiam invitatur ibi tene quod habes tercio causa assignatur ibi ut nemo etc. Dicit ergo Ecce venio cito Quasi dicat Quamvis veniet tales temptationes sicut dictum est tamen constanter et viriliter sustine Quia ecce quasi in puncto venio cito scilicet ad tui liberationem et ad eternam remuneracionem Unde Haymo ne electi cum viderent se tribulationum temptationibus atteri succumberent cito se dominus ad remunerandum venire promittit Cito enim fit omne quod transit et ideo omne tempus breve in de ad finem citius tendit Unde quasi crescere videtur Unde quasi defectum patitur Unde augmentum prope videtur hec ille Sed quod dicit cito venio cum ipse semper nobiscum sit Mathei ultimo Responsio semper est nobiscum in esse conservando sed non semper liberando vel confortando Tunc ergo dicitur venire quando liberat vel confortat quod adimuit in ubi prius non erat Consequenter ad perseverantiam invitatur cum subditur tene quod habes id est celestis vite concupiscenciam et spem fidem per quam percipies regem decorem ait Haymo Vel tene quod habes id est fidem spem caritatem et bona opera et in eis longanimiter persevera ait Richardus Vel tene quod habes id est subditos tuos ne in vicia cadant Subdit causam dicens ut nemo accipiat coronam tuam id est tibi debitam pro pacia tua si perseveraveris Nam soli perseverantibus corona datur 2 ad Thimotheum ii Non coronabitur nisi qui legitime certaverit id est perseveraverit Mathei x Qui perseveraverit usque in finem etc. i Corinthiorum ix Qui in stadio currit omnes quidem currunt sed unus accipit bravium id est perseverans i Machabeorum 4 In olimpiadibus pugnantes sed agonisantes coronabantur Vel sic coronam tuam id est tibi promissam pro bono ministerio ait Helinandus 2 ad Thessalonicenses 2° Qui tenet nunc teneat Apocalipsis 2° Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite Sed queritur qualiter ait ut nemo accipiat coronam tuam Si loquitur de corona gracie vel de corona glorie non primo quia multi amittunt graciam quam nullus alius accipiet Nec 2° quia illa dabitur perseveranti qui non amittet eam Item si loquitur de prescito ad dampnacionem vel de predestinato ad vitam Non primo quia illi nulla erit corona scilicet glorie Nec 2° quia illius erit inamissibilis gracia quia si est predestinatus salvabitur Item gracia et gloria sunt accidencia non forme essenciales Sed ut ait Boetius perimi possunt non permutari ergo corona gracie vel glorie non transit de subiecto in subiectum Item scilicet quia predestinacio certitudine non habet Sed nulla causa cuius effectus potest variari hec certitudine respectu sui effectus Sed effectus predestinacionis potest variari quia ille qui est predestinatus potest non consequi effectum predestinacionis quod videtur ex hoc patere Dicunt angeli exponentes ista verba tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam dicitur Si alius non accepturus nisi iste perdiderit certus est electorum numerus Ex quo videtur quod unus potest amittere et alius accipere coronam que est predestinacionis effectus Respondetur quod in hijs verbis ostenditur quod numeracio quedam superbientibus quibus iusto dei iudicio auferetur alijs misericorditer tribuitur Cum autem certus sit deo numerus electorum suorum dum alij ad remissam vel dampnacionem ob suam perpetuam negligenciam ne illorum locus vacuus remaneat alij in locum eorum surrogantur Sicut de gentibus aliqui ex ramis fracti sunt tunc cum oleaster esses insertus es in illis Ad Romanos xi Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis Iob 24 Gregorius Moralium 24 dicit Et hijs verbis innuitur occultum iudicium quod pie

super nos iuste quia dispensatur, quomodo alii perdunt quod tenere videbantur, et alii accipiunt
quod illi ex merito perdunt. Et Gregorius. Hoc quotidie agitur, quia adhuc fortasse
peccatum utrumque non cernitur, minus tunc utrumque eorum culpam suam deprehendi
tamen in pena cognoscunt, et quia pena differtur culpa desperatur, labuntur
vero ab statu iustitie et locum vite alii aliis cadentibus sortiuntur, quia eo
lapsum suum negligunt, quo interitum quem se metuit expectat non attendit.
Sed enim ad illud quod illi passuri sunt oculos mittentes, hoc quod hic faciunt
timent. Omnipotentis autem liget quem in illa extrema requisitione perpetuum examine
facturus est omnipotens deus, ut alios ad tormenta deserat, alios ad perpetui:
patriam regni celestis admittat. Sed hoc nunc secreto iudicio quotidie agitur
quod tunc publico dicitur. Nam iuste ac misericorditer singulorum corda vel
examinans vel disponens alios in exteriora despicit, illos ad ea que sunt intima
trahit. Hos attendit interna appetere, illos pro voluptatibus suis deserit
exteriora cogitare. Horum mente ad superna erigit, illorum superbum in infimis
desideriis vergit. Aliena autem corda humanis oculis clausa sunt, et nescimus
quos repellit, quia penetrare nequimus, que ab unoquoque cogitantur. Nam sepe cor
proximi nec dum progressit usque ad effectum operis deliberationem cogitationis, et adhuc
fortasse per habitum intus astringitur qui iam mente foris vagatur. Sed tales
quibus iste iam tunc ante oculos interni iudicis ceciderant, cum ab appetendis
interioribus per desiderium exeunt. Nonnumquam vero alii post multa operationis usum
ad spem celestem subito vitalis amore reviviscunt, et qui in prava actione
se sparserant, ad summi iudicis rectitudinis semetipsos increpando recolligunt.
Hos adhuc conspicientes homines quales dudum in opere noverant tales putant
ac tamen illi per districti considerationis examine vitam suam ad ...em recolunt in:
securitate. Verum quia quid fuerint, scit quid iam ceperint esse nescit. In hoc
ergo utroque genere hominum sepe contingit, ut et qui videntur stare humani iudicii
iam in conspectu eterni iudicis iaceant, et qui adhuc coram hominibus iacet
iam in conspectu eterni iudicis stent. Et ponit exemplum de Iuda qui cecidit, et
de latrone qui surrexit dicens: Quis enim hominum estimare potuisset Iudam vi:
vendi sortem etiam post ministerium apostolatus amittere, et quis non latronem crederet
causam vite etiam in ipso articulo mortis invenire. Occultus autem iudex pre:
sidens et utrorumque corda discutiens, alterum pie statuit, alterum iuste confregit.
Illum districte exterius repulit, hunc misericorditer introrsus inspiravit. Hec ibi.
Unde ex hiis patet quod hic coronam patet dici accipi dupliciter. Vel secundum estimationem et appa:
rentiam ob presentem iustitiam et ista potest amitti per culpam. Vel secundum eternam
predestinationem et finalem perseverantiam sine iustitiam, et hec est inamissibilis
predestinatis perseverantibus in iustitia. Unde Gregorius ubi supra exponit istud verbum Tene
quod habes ut nemo accipiat coronam tuam dicit, dum aliis cadentibus ad statum
alii solidari perhibentur electorum numerus certus ac finitus ostenditur. Hac ergo sententia
qua narratur aliorum mala vita corrigi, aliorum autem vita bona confringi
et spes mittitur humilium et elatio premitur superborum, dum et illi bona possunt
amittere de quibus superbiunt, et isti ea percipere, quia quia non habent contendunt. Consi:
deremus ergo in hiis que accepimus ut et eos qui necdum illa assecuti sunt
despiciamus. Quid enim sumus hodie novimus, quid autem paululum post possumus
esse nescimus. Hii vero quos fortasse despicimus et tarde perveniunt nihilominus et tamen
vitam meam fervidioribus studiis anteire. Tremendum itaque est, ne etiam
nobis cadentibus surgat qui a nobis stantibus irridetur. Quis stare iam non
novit, qui non stantem noverit irridere. Hunc autem supernorum iudiciorum metum
Paulus apostolus discipulorum cordibus incutiens ait: Qui se existimat stare
videat ne cadat. I Cor. X. Et Haymo. Videndum est unusquisque qui stat ne
vel superbiendo vel alio quolibet modo cadat, ne vero alius coronam eius accipiat.
Qui si aliquo lapsu ceciderit, surgat ut ad promissam coronam perveniat. Ad ...
Solutionem argumentorum. Nondum accipere coronam ab aliquo potest intelligi dupliciter.
Vel causa ... sic non, vel consimilem in gloria, et istum potest fieri. Sed per hoc
ad argumentum. Respondetur ad primum cum queritur, ibi loquitur de corona gratie, aut de co:
rona glorie eodem quod potest intelligi de utroque, ad maius intellectum. Nonnumquam secundum
doctores extra de penitentia dis. 2. ... libri Caritas in caritate facta etsi desinant actu,
manet tamen quantum ad meritum in dei acceptatione. Et enim hoc quod sic manet

hit efficaciam quantum in ipsis est inducendi saciendum in vitam eternam et sic
remittit vita remanere Ex quo hunc effectum in peccatore non habet hoc est per
actus ipse peccatum quod facit peccatorem indispositum ad percipiendum effectum
precedentium meritorum non tamen quod ab ipsis operibus aliquid [illegible] demittatur
Unde cum in suo fieri predictam efficaciam obtinuerunt habent ipso quod ex caritate
sunt elicita quod eis sequens peccatum auferre non potest Et ideo remota indispositione
a peccatore per penitentiam opera illa precedencia effectum suum in ipso habere incipiunt
et racione hoc vivificari dicuntur. Non quod opera prius viva mortua vel
accidentibus quo ad istum et ideo remoto illo accidenti vivificari dicuntur Et
aut predictis peccatum moratur in peccato mortali tunc bona precedencia non possunt ei
meritum vite eterne possunt tamen iustis perseverantibus in penitencia et esse beatus Et hic
vult autem iste Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam Quod ut dixi
potest intelligi tam de corona gratie quam glorie Si intelligatur de corona presentis iusti
tunc dicitur coronam eius alius accipere dum opera ipsius in caritate facta
que ei et aliis proderant racione quod ipse caritate facit opera multa scelerum ipso
peccante sibi prodesse desinunt ad meritum vite eterne tamen fructus in
aliis manet quod sunt in gratia perseverantes non autem ita quod eadem numero gratia que
est in uno ipso peccante in alio fiat sed in eodem genere Similiter autem
si intelligatur de corona future glorie tunc dicitur alius coronam eius accipere
sicut Unde sancti in patria existentes gaudent de omnibus meritis sanctorum qui in mundo
fuerunt Unde aliquo peccante cuius multa merita precesserant gaudium illorum
meritorum manebit in beatis quod ipse penitendo amisit et non ita
quod gloria que predestinata est uni alteri detur Unde beatus Thomas li. de ve
ritate articulo sexto q. 6 in responsione ad primum argumentum dicit quod hic autem hec
potest intelligi vel de corona iustitie presentis vel de corona glorie ut volunt
sancti intelligatur racione hoc unus dicitur accipere coronam alterius aliis cadentibus
inquantum bona unius alteri possunt ut in auxilium meritorum vel in augmentum
glorie propter connexionem caritatis que facit omnia bona membrorum esse communia
esse et ita contingit quod unus coronam alterius accipit dum aliquo per peccatum
cadente et ita premia meritorum non consequente alius fructum recipit de meritis
que ille habuit sicut esset propositum alio persistente ut ex hoc sequitur
quod predestinatio cassetur ut inveniebat [illegible] ultima vel potest dici racione
eiusdem vel sic unus coronam alterius accipere dicitur non quod aliquando dimittat coronam
que est ei predestinata sed sic quia aliquando quisque dimittit coronam sibi debitam racione
presentem iustitiam et alius in locum eius substituitur ad supplendum numerum electorum
Sicut in locum angelorum cadentium sunt homines substituti hec ibi est igitur
aliquis amittere coronam gratie racione quod gratia ordinatur ad gloriam in aliquo gradu
ubi scilicet iste si perseverasset pervenisset ad certum gradum glorie quo cadente alius
accipiet gratiam ordinatam ad eundem gradum glorie ad que ille pervenisset si
perseverasset Et quod dictum obiciendo Multi amittunt gratiam quam nullus alius
accipiet verum est unum immo semper aliquis ei surrogatur in eadem gratia racione quod
est ordinata ad certum gradum glorie Sic dicit hic glossa et hanc Quoniam sit
deo certus numerus suorum et si quis labitur alius mox eius subducitur Sicut per
superbum iudeorum gentilitas submittit Et nisi submissi gentiles si iudei
non cecidissent Constat quod sic quia deus absque dubio providet genus salvandorum
Verum est ipso quod salvaretur si non submisisset loco illorum Sicut esset potest dici de
hominibus qui substituti sunt in loco angelorum cadentium Potest etiam intelligi
litteraliter de corona glorie ut sit sensus Tene quod habes ut nemo accipiat coronam
tuam id est ne alius incipiat sine te possidere gloriam que tibi debebatur si perseve-
rasses Et obicitur corona glorie detur solum perseverantibus Dico quod debebitur
isti sed posito etiam sub conditione si perseverasset ut videtur innuere Gregorius ubi sic
Per hoc tamen omnia non potest aliquid concludi contra certitudinem predestinatorum
quia illi qui finaliter a gratia desistunt numquam predestinati sunt ut dicit sanctus Thomas
ubi sic q. 6 Et tenebris qui est admonendo constat et sunt ad perseveranter
fidem tenere sive iustitiam Job 27 Tenebit iustus viam suam et 21
iustificationem quam cepi tenere non deseram Eccle. 10 Si spiritus accepit
rem ut dimittam Cant. 3 Tenui
fidei firmitate et devotionis affectu Unde Bernhardus ser. 19 Teneat anima deum
Videbit ad minus diu tenet si non tenet

III

Tenet aut potius et manus dei / secundum illud psalmi Tenuisti manum dexteram meam. Sing
fimum erit corona glorie. Corona enim est figure rotunde. que quidem nil asper:
titatis videtur habere. nil offensionis / nil incisum angulis. nil anfractibus. nihil
eminens. nil latitosum. vt ait Dulcis li. 2o de na corone. Et ideo merito
per coronam significatur eternitas glorie. Ap 2o Esto fidelis vsque ad mortem. et dabo
tibi coronam vite. Ysaye 62 Eris corona glorie in manu domini. quod dicitur.
quia gratia dei ipsa coronat in homine iusto secundum illud metricum Quicquid habes meriti
preventrix gratia donat. Nil deus in nobis preter sua dona coronat. Et nota
quod quadruplex corona invenitur in scriptura. quam dat deus amicis suis. Prima est
spinea. que est penitentie. de qua Mathei 27 plectentes coronam de spinis
imposuerunt capiti eius. 2a est lapidea que est patientie de qua psalmo posuisti
in capite eius coronam de lapide precioso. Tercia est aurea. que est sapiencie
de qua Ecclesiastici xl Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis. Quarta
est stellea que est triumphatiua de qua Apocalipsis xii. Et in capite eius corona
stellarum xii. Omnes iste 4or corone dicuntur esse in capite. quia sola intentio
remunerabitur sive coronabitur. Sunt aut et alie corone. quibus mundus coronat
suos amatores. Prima est corona rose id est mundi vanitas. de qua Sapientie 2o
Coronemus nos rosis antequam marcescat. Secunda est edere id est carnis voluptas
de qua 2 Machabeorum 6to Cum liberi patris sacra celebrarentur cogebantur edera
coronati liberum circuire. Tercia est corona superbie id est seculi diuitiarum de qua Ysaye 28
Ve corone superbie ebriis effraym. Quarta que datur post istas tres est corona
pene eterne de qua Ysaye 22 Coronans coronabit te tribulacione. et tunc lu-
gebunt et plangent de quo modo rident et gaudent dicentes id Trenorum 5o. Defecit
gaudium cordis nostri. versus est in luctum chorus noster cecidit corona capitis nostri
Ve nobis quia peccauimus. Queritur vtrum presciencia meritorum sit
causa vel racio predestinacionis. Augustinus Et videtur quod sic. quia ad Ro ix super illud
Miserebor cui voluero et misericordiam prestabo cuius miserebor dicit glosa Ambrosii Misericordiam
illi prestabo quem scio post errorem toto corde reuersurum ad me. Item est
dare illi cui dandum. et non dare illi cui non dandum est. vt doceret quem
sciat obedire illum vero non quem sciat non obedire. Sed obedire et toto
corde conuerti ad deum pertinet ad meritum. gracia vero pertinet ad demeritum
ergo presciencia meriti vel demeriti est causa vel racio quare deus reputat aliquem misericordiam
facere et alium a misericordia excludere quod est predestinare vel reprobare. Sed contra est
quod dicit glosa Augustini ad Ro ix Vt secundum electionem propositum dei maneret. non ex
operibus sed ex vocante dictum est maior seruiet minori. Et Cur non pro meritis
precedentibus illud dictum fuisse ostenditur scilicet Jacob dilexi Esau aut odio habui
Item nec pro meritis futuris. Et 3 super illud Nunquid iniquitas est apud deum
dicit glosa Nemo dicat deum quia futura opera prouidebat alterum elegisse alterum
reprobasse. ergo et Item dicit apostolus ad Titum 3o Non ex operibus iusticie que
fecimus nos et ergo predestinacio salutis humane non prouenit ex presciencia meritorum
Ergo dicendum secundum doctorem sanctum vbi supra ar vi q 44 Thomas distinguit inter causam et
effectum. quod quicquid est causa cause est esse causam effectus. Non autem quicquid est
causa effectus est quod sit causa cause. sicut patet quod causa prima per causam secundam producit effectum
suum. Et sic causa 2a causat aliquando effectum cause prime. ergo hic causa cause causa
non est. Sed in predestinacione autem est duo attendere scilicet ipsam predestinacionem eternam et
effectum eius temporalem duplicem scilicet graciam et gloriam. Quorum alterum scilicet gloria
sed causam meritoria actuum humanorum. Sed gracie causa non potest esse actus humanus
primo modo meriti. sed dispositiue vel quedam. inicium patrum preparantur ad gracie suscepcionem
Sed ex hoc non sequitur quod actus nostri sive graciam precedat sive sequantur
sint ipsius predestinacionis causa / ad intermediam aut predestinacionis causam. Et sic
quod predestinacio est quedam directio in finem que fit a voluntate mota. Vnde
cum hoc dicitur aliquid esse predestinacionis causam quod pater esse motiuum voluntatis
Circa quod sciendum quod aliquid mouet voluntatem 2x. Vno modo per modum
meriti aliquando per modum debiti. per modum aut debiti mouet aliquid 2x. Vno modo
absolute. aliquando ex supposicione alterius. absolute quidem mouet ipse finis vltimus
qui est voluntatis obiectum. Et hoc modo voluntatem mouet vt ab ipso diuertere non
possit. Vnde nullus homo potest non velle esse beatus vt dicit Augustinus in libro de libero
arbitrio. Sed ex supposicione alterius mouet eum debitum illud sine quo finis

h'ri no pt illud aut sine quo finis h'ri no pt s; facit ad bn esse finis ipius
non mouet zm debitum voluntate s; est libera inclinacio voluntatis in
ipsm Sz tam exquo voluntas est libere inclinata in ipm. inclina[r] in omia
sine quibus hoc haberi no pt p modum debiti. ex supposicione tam illius qd
primo volitum ponebat[r] Sicut Rex ex sua liberalitate facit aliquem militem
Sz q no pt esse miles nisi habeat equm efficit[r] debitum et necem ex suppo-
sicione liberalitatis pdicte q ei det equm. Sic ymo aut diuine voluntatis
est ipsa eius bonitas que non dependz ab aliquo alio. Vnde ad hoc q
beatitur a deo nullo alio indigz Et ideo voluntas eius non inclinatur
primo ad aliquid faciendum per modum debiti s; liberalit[r] tm inquantum sua
bonitas in eius operacione melius manifestat[r] Sz ex quo suppon[r] q deus
velit aliquid facere tunc ex supposicione liberalitatis ipsius per modum debiti
eiusdem sequit[r] q faciat. sine quibus res ipsa volita esse no pt. Vt si facere
vult hominem q det ei racionem. vbicumqz aut occurrerit aliquid sine quo
aliud a deo volitum esse possit. hoc non procedit ab eo zm racionem alicuius debiti
s; zm meram liberalitatem. Perfectio aut gracie et glorie. sunt huiusmoi bona
q sine eis natura pt esse. excedunt n limites virtutis naturalis. Vnde q deus velit
alicui dare graciam et gloriam. hoc ex mera liberalitate procedit Causa hius at
que tm ex liberalitate procedunt. racio volendi. est ipsa sue habundans affectio
voluntatis ad finem. in quo attendit[r] perfecta bonitatis ipsius. Vnde causa predestinacionis
nil aliud est q[ua]m bonitas ipsius dei Et ista modo dicto. pt solui quedam
controuersia que int quosdam versabat[r] quibusdam dicentibus Omnia a deo procede
per simplicem voluntatem. Quibusdam vero asserentibus omnia procede zm debitum
a deo Quarum opinionum vtraqz est falsa. Prima n tollit necessarium ordinem
qui est int effectus diuinos adinvicem Secunda vero ponit omnia procede a deo
zm necessitatem nature. Media aut via est eligenda. vt ponat[r] Ea q sunt a deo primo
volita procede ab ipso zm simplicem voluntatem Ea vero que ad hoc requirunt[r]
procede zm debitum. ex supposicione tamen Quod tamen debitum non ostendit deum esse
debitorem rebus s; sue voluntati. ad cuius explecionem debe[r] id qd dicit[r] procede
zm debitum ab ipso. Per hoc ad argumentum an oppositum Dicendum q debitus
vsus gracie est quoddam ad quod diuina prouidencia graciam collatam ordinat Vn
no pt esse q ipse rectus vsus gracie prestitus sit causa mouens ad graciam. Quod
ergo Ambrosius dicit. dabo illi graciam quam scio post errorem toto corde re-
versurum ad me. Non est intelligendum q perfectus cordis conuersio sit inclinans
voluntatem ad dandum graciam. s; q datam graciam ad hoc ordinat ut aliquis
accepta gracia perfecte conuertat[r] ad deum Sic etiam q origenis gloza super illo
Numeri 5o Ego tuli leuitas a filiis isrl pro omni primogenito q aperit vuluam
dicit Iacob natus posterior. primogenitus iudicatus est. Ex proposito n cordis
quod deo patuit. antequam in hoc mundo nascer[r] a quo dictum est Antequam boni vel
mali dictum est Iacob dilexi Esau aut odio habui &c. Dicendum q propositum
cordis Iacob perfectum a deo. no fuit causa quare ei graciam dare voluit. s; fuit
quoddam bonum. ad quod deus graciam ei dandam ordinat Et ideo dicit[r] q ex
proposito cordis quod ei patuit eum dilexit. q s; ad hoc eum dilexit vt
ille propositum cordis haberet. vel q prouidit q propositum cordis eius fuit dispo-
sicio ad gracie suscepcionem. Sz d predestinacio no pt esse iniusta. cum
vniuerse vie dni misericordia et veritas. vt dicit[r] in ps. Nec pt int deum et hominem aliqua
iusticia attendi q[ua]m distributiua. No n cadit ibi commutatiua iusticia. cum deus
bonorum nostrorum non egeat. nil a nobis recipiat Iusticia aut distributiua inequalia
no nisi inequalibus dat Inequalitas aut. no pt attendi int homines nisi
pro meritorum diuersitate meritorum. ergo q deus aliquem predestinat et aliquem no. procedit ex
aliquorum diuersitate meritorum. Dicendum q in illis q sunt zm debitum. inter
aliquos distribuenda esset contra racionem iusticie distributiue si inequalibus inequalia darent[r]
Sz in illis que ex liberalitate donan[r] in nullo iusticie contradicit. possum enim
vni dare et alteri no dare pro mee libito voluntatis hinc dicit Sic aut est gracia
Et ideo no est contra racionem iusticie distributiue si deus proponat se daturum graciam
alicui et alteri no nullius inequalitate meritorum considerata Et aut Augustinus
exponens illud Malachie primo Iacob dilexi Esau aut odio habui dicit

Ut voluntas ista dei qua unum eligit et alium reprobat non potest esse iniusta. Ut
enim ex occultissimis meritis, Magister xxviii di. primi libri dicit illum auctoritate
receptam ab augustino in suo simili. Vel si dicat sufficiens / referendum est ad
effectum reprobationis vel predestinationis quod habet aliquam causam meritoriam vel dispositivam. Item non obstante abusus quod non fuit causa reprobationis in Iuda nisi
forte ex parte effectus / quamvis dubium nulli volenti accipere gratiam eam denegaret
Sed hoc ipsum quod est velle accipere gratiam est nobis ex predestinatione divina. Unde
non potest esse causa predestinationis. Item non quod electio qua deus unum eligit
et alium reprobat rationabilis est. Licet tamen constet quod ratio electionis sit meritum
sed ipsa ratio electionis est divina bonitas. Ratio autem reprobationis est in hominibus
peccatum originale ut dicit augustinus. vel etiam fuit hoc ipsum quod est
non habere debitum ad hoc quod ei gratia conferatur. Rationabile enim possum velle
denegare aliquid alicui quod sibi non debetur etc. Notandum secundum eundem doctorem
ubi supra q. v. b. Duplex est certitudo scilicet cognitionis et ordinis. Certitudo
cognitionis est quando cognitio non declinat in aliquo ab eo quod in re invenitur
Sed hoc modo existimat de re sicut est. Et quia certa existimatio habetur de re
per causam rei. ideo tractum est nomen certitudinis ab ordine cause ad effectum
et dicitur ordo cause ad effectum certus quando causa infallibiliter effectum producit
consideratio ergo dei. quia non importat universaliter certitudinem cause. Secundum horum
quorum est. non consideratur nisi certitudo cognitionis tamen Sed predestinatio quia preparatio
includit certitudinem cause ad ea quorum est superaddit inquantum est directio
sive preparatio quedam. Sic supra certitudinem cognitionis habet in ea certitudinem ordinis.
Et quia predestinatio est quedam providentie pars / sic inter suam rationem
super providentiam addit / sic etiam eius certitudo super certitudinem providentie est
Nam sicut dicit idem ubi supra q. v. c. destinatio / Unde predestinationis nomen
assumitur importat directionem alicuius in finem. Unde aliquis dicitur nuntium destinare
qui eum dirigit ad aliquid faciendum. Et quia id quod proponimus ad
executionem dirigimus sic ad finem, ideo id quod proponimus dicimus destinare. Unde
illud 2 Machabeorum vi. Eleazarus destinavit in corde suo non admittere illicita
propter vite amorem. Et 2 Cor. ix. Unusquisque prout destinavit in corde suo
Sed hec propositio pre que adiungitur addit ordinem ad futurum. Unde cum destinare
non sit eius nisi quod est / predestinare potest esse eius quod non est Et
Nam ad
futurum ad hec duo predestinatio sub providentia collocatur ut patet eius Nam ad
providentiam pertinet directio in finem. Et ponitur a tullio etiam futuri et a
quibusdam diffinitur quod est presens notio futurum pertinens eventum Sed tamen pre:
destinatio quantum ad duo a providentia differt. Nam providentia dicitur universaliter
salutem ordinationem in finem. Unde se extendit ad omnia que a deo in finem
aliquem ordinantur sive rationalia sive irrationalia sive bona sive mala. Predestinatio
aut illum tantum respicit finem qui est principalis rationali creature
scilicet gloriam. Et ideo predestinatio non est nisi hominum ac eorum que spectant
ad salutem. Certitudo dicitur non quantum ad ordinationem ad finem est duo quantum ad
secundum ipsum ordinem et exitum vel eventum ordinis. Non enim omnia que ad
finem ordinantur finem consequuntur. Providentia ergo tantum respicit ordinem
in finem. Unde per dei providentiam omnes homines ad beatitudinem ordinantur
Sed predestinatio respicit etiam exitum vel eventum ordinis. Unde non est nisi
eorum qui gloriam consequuntur. Sicut ergo se habet providentia ad impositionem ordinis
ita se habet predestinatio ad ordinis exitum vel eventum. Et non quem
fine glorie consequitur non est propter ex ipsius viribus / sed ex auxilio
gratie divinitus date. Et ibi Sicut ergo predestinatio rationem suam supra providentiam
addit ista duo / sic etiam eius certitudo / est super certitudinem providentie
Ordo enim providentie duplex certus invenitur. Uno modo in particulari. Quando scilicet res
que a divina providentia in finem aliquem ordinantur / absque defectu ad finem
illum particularem perveniunt Sicut patet in motibus celestibus et in omnibus que
necessario agunt tamen non aliquo modo in universali. Et non in particulari sicut videmus in
generabilibus et corruptibilibus / quorum virtutes quandoque deficiunt a propriis effectibus
ad quos sunt ordinate sicut ad fines proprios. Sicut virtus formativa quandoque deficit
a perfecta consummatione membrorum / sed tamen ipse defectus / continuatur ordini ad
aliquem finem / et sic nihil potest deficere a quolibet fine providentie / quamvis quandoque
deficiat ab aliquo particulari fine. Sed ordo predestinationis est certus non solum
respectu universalis finis / sed etiam particularis et determinati / quia ille

qui est ordinatus per predestinacionem ad salutem numquam deficit a consecucione salutis
Alter tamen hoc modo certus est ordo predestinacionis respectu particularium finium sicut etiam
ordo providencie quia in providencia non erat ordo certus respectu particularium finium
nisi quando causa proxima necessario producebat effectum suum In predestinacione autem
virtute certitudo respectu finium singulorum et talium causa proxima scilicet liberum
arbitrium non producit effectum illum nisi contingenter Unde difficile videtur
concordare infallibilitatem predestinacionis cum libertate arbitrii Non enim potest
dici quod predestinacio super certitudinem providencie nichil aliud addat nisi certitudinem
presciencie ut si dicatur quod deus ordinet predestinatum ad salutem sicut et quemlibet
alium et cum hoc de predestinato sciat quod non deficiet a salute Sic enim
dicendo non diceretur predestinatus differre a non predestinato ex parte ordinacionis
divine sed tantum ex parte presciencie eventus Et sic presciencia esset causa predestinacionis
Alter predestinacio esset per electionem predestinatis quod est contra auctoritatem scripture et
dicta sanctorum Unde etiam preter certitudinem presciencie ipse ordo predestinacionis
habet infallibilem certitudinem Nec tamen causa salutis proxima scilicet liberum arbitrium
ordinatur ad eam necessario sed contingenter Quod hoc modo potest considerari invenimus enim
ordinem infallibilem esse respectu alicuius rei Quomodo ingenitum una causa simul
necessario inducit effectum suum ex ordine divine providencie Aliquando quando ex concursu
causarum multarum contingencium et deficere possibilium pervenitur ad unum
effectum Quarum quamquam deus ordinat ad consecucionem effectus loco eius
que deficit vel ne alia deficiat Sic videmus quod omnia singularia unius
speciei sunt corruptibilia et tamen per successionem unius ad alterum potest
in eis remanere salvari perpetuitas speciei divina providencia taliter gubernante
quod non omnia deficiant vel deficerent Et hoc modo est in predestinacione liberum
enim arbitrium deficere potest a salute tamen in eo quem deus predestinat tot
alia adminicula preparat quod vel non cadat vel si cadit quod resurgat sicut exhortaciones
et suffragia oracionum donum gracie et alia huiusmodi quibus deus adminiculatur
hominum ad salutem Si ergo consideremus salutem respectu cause proxime
scilicet liberi arbitrii non habet certitudinem sed contingenciam Respectu autem cause
prime que est predestinacio certitudinem habet Hec ille Ex quo sequitur primo quod numerus
predestinatorum est certus qui nec augeri potest nec minui Patet ex dictis et per
beatum augustinum libro de correptione et gracia Idem in Enchiridion dicit superna
illa civitas dei nulla civium suorum numerositate fraudabitur Aut
etiam uberiori copia fortasse regnabit Hec ille Secundum hoc autem patetur adverto
si aliquis presciturus posset fieri predestinatus quod esset contra certitudinem presciencie vel reprobacionis
Tamen autem hoc posset diminui si aliquis predestinatus posset fieri non predestinatus
quod est contra certitudinem predestinacionis Et patet quod certitudo numeri predestinatorum
colligitur ex duplici certitudine scilicet ex certitudine predestinacionis et ex certitudine presciencie
vel reprobacionis Sed hee due certitudines differunt quia certitudo predestinacionis est certitudo
conformis et ordinis ut dictum est Certitudo autem presciencie est certitudo conformis tantum
Non enim deus preordinat ad peccandum homines reprobos sicut predestinatos ordinat
ad merendum Tercio sequitur quod questionis de qualibet absolute concedi possit
quod deus potest eum predestinare ut non predestinare tamen supposito quod predestinaverit
Non potest non predestinare vel econverso quia tunc potest esse mutabilis Et consideratur continue
quod hec deus potest non predestinatum predestinare vel predestinatum non predestinare In
sensu composito est falsa sed in diviso vera Et ideo omnis locutiones ille que sensum
compositum implicant sunt simpliciter false Unde non est concedendum quod numero predestinatorum
addicio vel subtractio fieri possit quia addicio presupponit illud cui fit addicio Et
subtractio illud a quo fit subtractio Et eadem racione non est concedendum quod deus possit
plures predestinare quam predestinavit vel pauciores quia predestinacio et presciencia et
huiusmodi sunt actus intrinseci in quibus non possunt variacio sine mutacione
dei Et ideo nichil quod ad relacionem horum actuum pertineat concedi debet
Secus est de faccione vel creacione que terminantur ad effectum exteriorem Et ideo quod deus
prius facit et post non facit aliquid non ponit aliquam mutacionem in ipso sed in effectu solum
Tercio sequitur quod licet predestinacio certum se habeat non possit iuvari precibus
sanctorum potest tamen quantum ad execucionem et suorum effectuum in esse posicionem
Prima pars patet quia sanctorum preces non possunt ad hoc iuvare quod aliquis predestinetur
Quod patet quia nec oracio eorum quod in presenti non existunt quia sic sunt speciales predestinacio
et eterna nec etiam eorum quod existunt in presciencia dei quia presciencia meritorum vel precum
vel aliorum non est causa predestinacionis ut dictum est supra Secunda pars patet

qr in quolibet ordine causarum attendendus est non solum ordo cause ~~prime~~ prime ad effectum sed etiam ordo secunde cause ad effectum et etiam ordo cause prime ad secundam quia causa secunda non ordinatur ad effectum nisi ex ordinacione cause prime causa autem prima dat secunde quod influat super suum causatum. Patet in libro de causis
Predestinacionis igitur effectus est salus humana que ab ea procedit sicut a causa prima et cuius possunt esse multe cause alie proxime quasi instrumentales que sunt ordinate a divina predestinacione ad salutem hominum sicut instrumenta applicantur ab artifice ad effectum artis explendum. Unde sicut predestinacionis divine est effectus quod iste salvetur ita et quod per oraciones tales vel merita talia salvetur. Et hoc etiam Gregorius dicit in primo libro dialogorum quod ea que vere sancti orando efficiunt ita predestinata sunt ut precibus obtineantur. Et habetur in glosa super i° Gen. 24. deprecatus est isaac dominum pro uxore sua eo quod esset sterilis. qui exaudivit eum et dedit conceptum Rebecce. Ubi dicit glosa In Isaac facta est promissio sed sic eorum precibus adiuvanda est dei promissio. Unde et Boecius dicit v° de consolacione preces cum recte sunt inefficaces esse non possunt
Nihil igitur est quod ordinem predestinacionis possit infringere et ideo non potest impediri, multa tamen sunt, que seviant ordinem predestinacionis ut cause mediate. Et isti sunt qui dicunt iuvare predestinacionem predicto modo. Et ergo si esset ar: guet dicens Si certum est quod et qui salvabuntur ita quod sic eveniet et non aliter quiuis possit aliter evenire ergo nullus predestinatus dampnabitur in quo casu vel eventu et nullus prescitus salvabitur. ergo nullus debet curare utrum faciat bene vel male
Quia si est prescitus quicquid faciat in fine dampnabitur Si predestinatus quicquid faciat in fine salvabitur Stultus igitur est qui non comedit et letatur et non habet bona in vita sua Dicendum cum Bonum [illegible] Hoc argumentum est stul: torum quod ducit eos in torporem et impietatis excusacionem. Et ideo ostendo eos stulte arguere sicut a simili infirmo qui predicaret Utrum tu debeas etiam vivere an non, ad quid ergo comedis et bibis Qui sic arguit et tali racioni consentiret, arguitur demencie Similiter in proposito Respondeo cum queris tu dicis quod deus predestinavit, et ego dico quod deus tamquam iustus iudex iuste remuneret Nullum igitur bonum irremuneratum, nullum malum impunitum, ergo nullus laborat sine fructu nullus sine dampno torpescit Et contra idem quod predicta argucio deficit procedit. ac si deus predestinaret et presciret in omnem eventum sed non predestinat hominem ad salutem nisi per merita, licet requirat ut premiat in da: pnacionem sine meritis Et ideo non solum est vera salus ex parte dei sed etiam ex parte nostra Et tunc ipse vult omnes homines salvos fieri et omnibus gratiam impertiri Solum ex nostra malicia vel negligencia venit defectus nostre salutis, hec ille
Salubris igitur est admonicio lectoris tene quod hec etc. Et patet quia deus prede: stinacio non est tota causa salutis sed causa prima, liberum vero arbitrium causa proxima Effectus vero magis sequuntur condiciones cause proxime quam cause prime videlicet in contingencia racione inferiorum ex motu necessario superiorum. Deus predestinacio licet sit certa Non tamen imponit necessitatem sed absolutam racione cause sed predestinacionis beneficiorum dei, Ut certam racionem provisionis, quia illa nichil ponit in re vel tollit, sed tamen respicit effectum cum bonum sua condicione predicta certe unumquemque salvandum suo merito et sua voluntate Hec petrus de Tharantasia distinccione xl^{ma} primi libri sentenciarum
Qui vicerit. faciam illum columpnam in templo dei mei Et foras ~~eg~~ non egredietur amplius, Et scribam super eum nomen dei mei Et nomen civitatis nove ierusalem, que descendit de celo a deo meo et nomen meum novum
Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Quarta pars et ultima Narracionis In qua ponitur quadruplex promissio sum perseveranti in fide et iustitia Et promittuntur quinque premia. Primo firmitas et stabilitas. ibi. faciam eum columpnam Secundo sanctorum societas. ibi. Et foras non egredietur amplius. Tercio Nominis Tercio dei spiritus patris proprietas. ibi. Et scribam super eum nomen dei mei. Quarto civitatis et sancte nomen ibi Et nomen civitatis nove ierusalem que descendit de celo a deo meo. Quinto Regalis et Sacerdotalis dignitas ibi Et nomen meum novum Dicitur ad primum premium dicit Qui vicerit Subaudi?? temptaciones temptamenta dyabolica concupiscencias mundanas et delectaciones carnales Quod fit sola perseverancia virtutum, faciam illum columpnam in templo dei mei Secundum hominem templum dei electorum esse certum nullus ambigit-

Iuxta illud apostoli 1 Cor 3 Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat
in vobis. Si quis autem templum dei violaverit disperdet illum deus. Templum
enim dei sanctum est quod estis vos. Et beatus Petrus apostolus loquitur fidelibus
dicens Et vos tamquam lapides vivi superedificamini domus spirituales 1 Pet 2
Et in psalmo Replebimur in bonis domus tue sanctum est templum tuum
Huius autem templi columpne [illegible] sunt, sed potissime pastores
Iuxta quod Paulus dixit ad Galatas 2o Iacobus et Cephas et Iohannes
qui videbantur columpne esse dextras dederunt michi et Barnabe. Qui enim erant au-
ditores illorum de antiquo hoste triumphantes atque operationis firmitate
pollentes. Unde et ipsa ecclesia generalis ab apostolo columpna et firmamentum
veritatis appellatur. Hec est ergo prima promissio nostri victoris: faciam illum co-
lumpnam in templo dei mei Apocalypsis 3o. Faciam eum fortem in opere bono ut nullam
sentiat iacturam, sed insuper robore fortitudinis sue in excelso et doctus persistet
coram deo. Hec Haymo. Hoc est faciam eum prelatum in ecclesia rectum in indu[illegible]
fortem in adversis, planum in conversatione, erectum in contemplatione, stabilem
in temptatione, rotundum per circularem intentionem, alios supportantem per
compassionem. Sic est columpna in edificio materiali. Ieremie primo Dedi te in
columpnam ferream. Tales debent esse prelati ut etiam aliis cadentibus stent
quod dicitur in psalmo Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea. Ego confirmavi
columpnas eius. Olim fecit Salomon in porticu templi columpnas de
ere firmas et fortes et pondus templi fortiter sustinentes 3 Reg 7o quarum
unam vocavit Iachin quod est firmitas, alteram Booz quod sonat robur in
in robore. Porticus templi dei id est celi est ecclesia militans cuius gloria causatur
et crescat si eius honores et onera deferantur sapientibus firmis et robustis
Iuxta illud Proverbiorum XI Mulier graciosa id est militans ecclesia inveniet gloriam
et robusti habebunt divicias atque sicut scribitur Proverbiorum 24 Vir sapiens erit fortis
et vir doctus robustus et validus inveniet gloriam. Quamdiu quippe co-
lumpna est recta, fortiter sustentat omne suppositum. Sed quamcito incipit
curvari ad unam partem vel ad aliam, cito fabrica tota cadit. Sic est
et moraliter quamdiu prelatus servat rectitudinem et iusticiam secundum iura et
bonam conscientiam, iniurias supportat et exequitur curam suam. Quando
vero declinat ad latus per affectionem vel offensam, non reprimendo defe-
ctus sed defectivos fovendo, fabrica tota ruit. Legitur Iudicum XVIo
quod Sampson duas columpnas excutiendo quibus tota domus innitebatur
domum prostravit et se et omnes qui erant in ea occidit. Sic est de dyabolo qui affe-
ctat sepius unam congregationem devotorum subvertere et eos occidere, hoc est ca-
ritatem que est vita spiritualis ab eis auferre. Et ut illud faciat breviorem
viam non habet quam ut columpnas congregationis concutiat et allidat per murmura
et perturbationes. Iob IX Terram commovet de loco suo et columpne eius concutiuntur
Legitur insuper in historia scolastica super Gen [illegible] Cham filius Noe septem
artes liberales in XIIII columpnis descripsit quarum septem erant eree
et septem latericie, ut contra diluvium ignis et aque in perpetuum permanerent
[illegible]. Quod in prelatis qui columpne dicuntur ecclesie sufficientia scientie
deesse non debet. Ideo Sapientia dicitur excidisse septem columpnas Proverbiorum IX
Quia ubi prelati alicuius ecclesie non fuerint imbuti sapientia, tota fabrica ecclesie ruet
sicut heu videmus modernis temporibus [illegible] in perpaucis [illegible] in edi-
ficio ecclesie non inveniuntur columpne argentee per eloquentie venustatem
nec auree per sapientie claritatem, nec eree per predicationis sonoritatem
Sed potius sunt columpne de festucis que statim franguntur et magis indi-
gent sustentari quam valeant sustentare. Quod comminatus est dominus Ysaie 3o
dicens Ecce dominator dominus exercituum auferet a Ierusalem et Iuda validum et fortem
et omne robur panis et omne robur aque, fortem et virum bellatorem
Et dabo pueros principes eorum et effeminati dominabuntur eis. Psalmus Posuisti
[illegible] permisisti firmamentum eius, id est ecclesie, formidinem. Hoc est tales prelatos
prefecisti qui magis sunt ecclesie formido quam firmamentum. Vel sic Septimo est
Proverbiorum IX Sapientia edificavit sibi domum id est ecclesiam militantem et excidit
columpnas septem que sunt septem prelature ad defensionem, manutentionem,
robur et reparationem domus dei constitute. Prima est prelatura papalis cum
basi sua id est collegio cardinalium sibi tamquam basis adherentium. Secunda columpna

III

Et principatus imperialis cum capitellis suis et ceteris principibus terrenis hec sunt
due magne columpne templi dei de quibus habetur in figura 3° Reg. vii°
ut supra dixi quas Salomon fecit duas columpnas magnas et posuit eas in por-
ticu domus dei unam a dextris et alteram a sinistris Illam que a dextris
erat vocavit Jachin Illam vero que a sinistris vocavit Booz Et hoc est
misterium Jachin enim quod interpretatur preparator aut preparatus summum pontificem
designat cum sua basi qui et preparator et preparatus esse debet ad omnia illa que ho-
norem dei salutem animarum bonum et utilitatem communem totius templi dei
concernunt alioquin mala columpna est et tanto deterior est quanto maior
et in periculosiori loco Porro Booz a sinistris que interpretatur in quo est robur
sive fortitudo designat imperialem maiestatem cum suis capitellis que in robore
et fortitudine exequi debet et effectui mancipare que ad honorem dei salutem
animarum et boni communis totius ecclesie ab illis quorum interest preparata fuerint et
dictata Utinam sic fieret de hiis in iure habetur 96 di. c. Duo sunt
Duo quippe sunt quibus principaliter mundus iste regitur auctoritas sacra pontificum
et regalis potestas Hec sunt duo luminaria magna que posuit deus in firmamento
celi. Tercia columpna est status patriarcharum Quarta status archiepiscopalis
Quinta episcopalis Sexta abbatialis Iste columpne debent esse argentee quoad sonore
per predicationem et lucide per bona opera et exempla virtutis sic in laudem sponse ecclesie
dicitur Cantic. 3° Columpnas eius fecit argenteas Et capite xviii° quibus decentes
columpna habuit duces Septima doctoralis sive doctrinalis que non a colu-
mine [illegible] sed ab arcu dicta non enim [illegible] ut sit sed arcui aureolam recede(re)
Alioquin mali doctores et negligentes aut ociosi aureolam consequentur quod non credo
Nona hec columpna ideo [illegible] est ex coherendum et iurisdictionum non habet
sed monitionem solum et peccatorum detegendum et redarguendum Sicut dicitur Isaie 58
Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam et annuncia populo meo scelera eorum
et domui Jacob peccata eorum Sed tales columpnas ruinis peccatorum obviantes
homines hodie nolunt quinimmo si tales consurgant obsecrantur insultantur [illegible]
debellantur ut avellantur Sicut scriptum est Jeremie p° Dedi te in columpnam ferream
et fortem ad luctandum vicia principibus sacerdotibus et omni populo terre Et bella-
bunt [illegible] adversum te sit [illegible] sit et nunc Quid igitur mirum si hec septi-
ma [illegible] dei ruinosum sit Maior quippe pars columpnarum eius fracta videtur Quod
clarius ostenditur si bone columpne conditiones examinentur Ad hoc quippe quod
columpna aliquis bona sit et utilis tria sunt precipue necessaria Primum ut sit
fortis et firma ne facile cadat pondere 2° ut sit bene fundata 3° ut sit
recta quia si tortuosa esset cito frangeretur et hec tria sunt omnibus prelatis et
potissime maioribus necessaria Primo namque similiter necessarium est quod sit firmus et fortis
non corporaliter sed spiritualiter ad vincendum peccata in se et ad resistendum et
obviandum manifestis iniusticiis et iniuriis Unde dicitur hec [illegible] vincit fa-
ciam illum columpnam [illegible] Et de ... 3 Reg. 2 Confortare et esto robustus sic
ad expugnandum errores et vicia et supportandum honores et officia ac alle-
viandum dolores et supplicia Et ad tolerandum terrores pro iusticia Primo
tenetur prelatus esse robustus et fortis ad expugnandum errores et vicia iuxta zelum
sanctorum patrum qui nos in ecclesia presserunt Talis enim fuit helias ut patet 3 Reg. 18 et 4 Reg. 1°
Qui robustus dictator [illegible] Talis fuit david Sicut patet 2 Reg. 3 Qui manu
fortis interpretatur Talis fuit booz de quo Ruth 2° qui similiter robustus interpretatur
Talis etiam fuit oza qui archam declinatam manu voluit sustentare 2° Reg. 6
Qui similiter interpretatur fortis et robustus et multi alii de quibus verificatum
est illud Judit xv omnes robustissimi pugnatores et cetera Secundo tenetur esse fortis
et robustus ad supportandum honores et officia ut sit quasi columpna fortis ad
supportandum eciam utilitatem [illegible] ut dictum est Salomon in
porticu templi duas collocavit columpnas quarum una vocatur Jachin etc. Tercio
tenetur esse fortis et robustus ad alleviandum dolores et supplicia que interdum
iniuste innocentibus inferuntur iuxta id Isaie 35 Confortate manus dissolutas
et genua debilia roborate Et similiter ipsorum unicuique dici posset Job 4° Ecce do-
cuisti plurimos et manus lassas roborasti vacillantes confirmaverunt sermones tui
et genua debilia confortasti Quarto tenetur esse fortis et robustus ad tolerandum
terrores pro iusticia et veritate sacre doctrine [illegible] sic suam Gregor. 26 moral.
c. 2° exponens illud Job 36 pro robustis populi ascendunt Robusti sunt ille

Cum ad vincendum mundi huius desideria qualescunt qui pro veritate quam detinet de spiritu non pertinescunt. Sed pro robustis populi tunc descendunt. si per negligentiam agitur. iusti doctorum et fortium loco indocti et debiles sortiantur. De talibus tamquam dicitur illud Jeremie li. Devoratum est robur eorum. facti sunt quasi mulieres. Non sit ergo prelati et doctores quibus pro veritate defendenda constricte dicitur Josue x. Nolite timere neque paveatis. Confortamini et estote robusti. Secundo cuilibet plurimum necessarium est quod sit bene fundatus in illo scilicet fundamento de quo dicit apostolus ad Ephesios 3b. In caritate radicati et fundati ut non que sua sunt sed que Jhesu Christi querat. aliquin non super petram sed super arenam instabilitatis mundi fundatus descendit pluvia tempestatum. venerunt flumina adversitatum impellunt venti temptationum et impingentes in illam columpnam everterunt eam quia non erat fundata supra petram Mathei vii. Tertio quod sit rectus. hec autem rectitudo consistit in hoc ut bonum commune cuiuslibet cetus preferat omni private comoditati. alioquin curvus est. si propriam comoditatem bono communi preferat. Nam sicut omni parti persone necessarium est ad salutem ut bonum honestum delectabili racionis sensualitati. voluntatem divinam sue preferat voluntati. sic necessarium est omni principatum in ecclesia tenenti. ut bonum commune templi dei sue proprie preferat comoditati. Aliquin inique dominari est quod omni ecclesie interdicitur prelatis. j Petri v°. Non dominantes in clero sed forma facti gregis ex animo. Nam et cum quedam contentio oriretur inter discipulos Jhesu quis illorum videtur esse maior. Respondit ipse Reges gentium dominantur eorum. Vos autem non sic. Sed qui precessor est fiat sicut ministrator. Luce 22 c. Tunc ibi. Et foras non egredietur amplius. Primo per promissio perseveranti in fide et iusticia et vincenti temptamenta. que est sanctorum societas. Unde dicitur Et foras non egredietur amplius scilicet a consorcio sanctorum sive ab ecclesia unitate. Et hoc per apostasiam vel per excommunicationem. 2m. Primus enim homo ad imaginem dei conditus in paradisi delicijs est positus quasi quedam columpna firmitatis secundum Haymonem. Sed audiens dyaboli vocem a paradisi felicitate ad erumpna seculi. et a quiete ad laborem exyt. Ideo scilicet merito nos quasi per ipsum ruimus. quo exeunte nos quoque exivimus. Unde Luce x. Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho. Christus autem ingentes autor humani generis. ad hoc unde exierat effusione sui sanguinis hominem cum sua progenie reduxit. Que vero introductio non solum in hijs intelligenda est. qui iam exuti corporibus in spe letantur in celis. Verum etiam de hijs qui adhuc commorantes in carne per fidem ambulant. spe gaudentes in tribulatione. Ab hoc gaudio spei non egredientur amplius. quia in superna secretum gloria solidantur quam in primo Adam amisisse et foras exisse predicantur. Unde dominus in ewangelio dicit Johannis vi. Eum qui venit ad me non eiciam foras. Tercio ex hoc scripto videtur quod qui est in ecclesia unitate et gratia non possit amplius peccare. Cuius oppositum patuit contra illum locum. Caritatem tuam primam reliquisti. supra 2°. Dicendum quod hic loquitur de perseverante in gratia confirmatione. et in spe gaudente. et qui tantum est a parte dei. Unde psalmista Ipse deus salutaris meus susceptor meus non movebor amplius. Johannis x. Non rapiet eas quisquam de manu mea. j Johannis 3°. Qui natus est ex deo peccatum non facit. sed ut talis. Dicit ergo littera Qui vicerit faciam illum columpnam in templo dei mei etc. Glosa. secundum Haymonem Electorum unusquisque victorem esse promisso mandatorum meorum preceptis assequentes in celestis patrie edificio. quod utique ex ipsis constat electis inflexibili amore solidatus. Et foras non egredietur amplius. quia nullis inimici suasionibus vel terroribus ab illa celesti patria qui felicitate avelletur. Qui autem filius dei verum se hic dicit. sic enim in precedentibus aliquotiens dictum est. Atrium est secundum humanitatem foris positum qua non solum templo sed etiam se ipso minor esse probatur. Vel sic. Et foras non egredietur amplius. scilicet hominibus seculi se conformando. Romanorum xii. Nolite conformari huic seculo sed reformamini in novitate sensus vestri. Vel seculi negocijs se implicando. ij ad Thymotheum 2. Nemo militans deo implicat se secularibus negocijs ut ei placeat cui se probavit. Luce ix. Nemo mittens manum ad aratrum et aspiciens retro aptus est regno dei. Supra ultimo. Foris autem canes venefici et homicide et ydolis servientes et omnis qui amat et facit mendacium. Possunt enim ista clausula competenter intelligi de ecclesia generali secundum Haymonem. dicit non quod per hoc quod dicitur Et foras non egredietur amplius aperte denunciatur quod iam dudum in predecessoribus humani generis membris exierat in illo scilicet fratre iuniore qui relicta domo patris abyt in regionem longinquam. ibique substantiam suam

III

Vinculo luxuriose cum meretricibus dissipavit. Luce xv. Ab unitate signi fidei atque:
operationis concordat in edificationem ecclesie. Et occisione illius vituli saginati re:
creata fuerat. Ubi non exiet x. a gratia que non separabitur. Hec ille. Contra
ponitur eterna promissio perseveranti et vincenti scilicet nominis patrum perpetuitas, cum
dicitur: Et scribam super illum nomen dei mei Ierusalem Hayon Calamus
quo nomen istud inscribitur gratia sancti spiritus intelligitur, per quam efficimur
filii dei. Hoc est enim quod dicit: Et scribam super illum nomen dei mei. Hec est faciam
illum esse filium dei mei. Ut sic ego sum filius per naturam, ita et ille sit per
gratiam. Hec aut hoc per spiritum sanctum fiat manifestat apostolus ad Galatas quarto: Misit
deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem Abba pater. Et ipse spiritus testimonium
reddit spiritui nostro quod sumus filii dei ad Ro viii. Et dicit nomen scriptum. Quod
enim dicitur cito transit, quod aut scribitur diu manet. Hic igitur est ac si diceret: In sempi:
ternum firmam quod dicitur et sit filius dei. Hoc nomen scilicet dei portabat summus sacer:
dos in lamina aurea super frontem Exodi 28. Et dicit super eum ad designandum
quod nomen istud venit de supernis donis dei, non meritis nostris. Iacobi primo: Omne da:
tum optimum et omne donum etc. Hoc est nomen de quo dicitur in psalmo: Ego dixi dii estis
et filii excelsi omnes. Quod exponens Salvator Iohannis x dicit: Illos ad quos fa:
ctus est sermo dei deos dixit. Recipiunt enim tales in certa persona dei. Ma
loco dei in terra est prelatus et veritatis eius. Et ideo vices eius tenent operere
ut iuste et cum equalitate omnia iudicet. Sapientie xiii et sine personarum
acceptione. Actuum x. In veritate comperi quod non est personarum acceptor deus.
Sed heu multi nomen habent sine re. Volunt honorari sicut dii, sed operari nolunt
ut deus. Deus semper est in celo, ipsi frequenter in scenis. Deus iustus et iudex
et pater pauperum et orphanorum. Iuxta illud psalmi: Deus iudex iustus fortis et pa:
tiens. Et: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Isti vero
e contra. Unde queritur dominus Ysaie primo: Quomodo facta est meretrix civitas fidelis ple
na iudicii, iustitia habitavit in te, nunc aut homicide. Argentum tuum versum est
in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. Principes tui infideles socii furum. Omnes
diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant et causa vidue
non ingreditur ad eos. Et Ieremie vi: A minore usque ad maiorem omnes avaritie
student, et a propheta usque ad sacerdotes cuncti faciunt dolum etc. Isti debent attende
quod sequitur in psalmo predicto: Vos aut sicut homines moriemini et sicut unus de
principibus cadetis. Vel sic potest exponi clausula ista: Scribam super eum nomen
dei mei, id est indelebilem impressionem notitiam deitatis, que est vita eterna. Iohannis
xvii: Hec est vita eterna ut cognoscant te etc. Deinde subiungitur tertia promissio
scilicet deposita vetustatis et gratie novitatis cum dicitur: Et nomen civitatis nove Ierusalem
que descenditur. Scribam super eum qui vicerit ut sit de consortio sanctorum. Ita
intelligendum est secundum Haymonem, quia in numero sanctorum per donum spiritus sancti connumerabitur
inscribitur, ut nomen eius non sit in terris sed sit scriptum in celis. Et sic filius
Ierusalem que sursum est. Ad Galatas quarto: Illa que sursum est Ierusalem libera est que est
mater nostra. Sequitur que descendit de celo a deo meo. Ierusalem Hayon Iherusale
que visio pacis interpretatur de celo a deo descendere perhibetur in capite suo cum
unita est per fidem secundum quod dicitur Iohannis 3: Nemo ascendit in celum nisi qui
descendit de celo. Et Apocalypsis 21: Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem
de celo. Vel etiam in eo de celo descendit, quia quicquid habet in fide et operibus bonis
recitur a deo percipit. Iuxta illud Iacobi primo: Omne datum optimum et omne donum
perfectum desursum est descendens a patre luminum. Bene aut nova vocatur
quia scilicet per lavacrum regenerationis simul et spiritum dilectionis vetustate terreni ho:
minis expoliatur et celesti novitate vestitur. Secundum illud apostoli ad Colossenses 3:
Expoliantes veterem hominem induite novum qui renovatur in agnitionem dei secundum
imaginem eius qui creavit eum. Et 2 Corinthios v: Vetera transierunt et ecce facta
sunt omnia nova. Est ergo sensus: Scribam super eum nomen civitatis nove Ierusalem,
id est faciam eum pacificum et pacatum et ab omni vetustate peccati expoliatum
et celesti gratia innovatum, sicut fuit Christus et alii qui cum eo sunt in su:
perna Ierusalem. Ysaie: Restituam iudices tuos ut fuerunt prius et consiliarios
tuos sicut antiquitus. Post hec vocaberis civitas iusti, urbs fidelis. Et eiusdem
60: Ponam visitationem tuam pacem et prepositos tuos iustitiam. Non audietur
ultra iniquitas in terra tua [illegible] Vel sic id est indelebilem
impressionem et notitiam celestis patrie sit triumphantis ecclesie que est nova innovatio glorie

Finaliter subditur quinta promissio scilicet regalis et sacerdotalis dignitatis cum dicit
Et nomen meum novum scribam super eum. Qui vicerit scribam ut scilicet
a me, qui xpistus vocor ex tempore vocetur ipse xpistianus id est christus sancti spiritus unctus
ait haymo. Quod nomen novum est non secundum divinitatem qua semper est patri
semper et spiritui sancto manifestum, sed secundum formam servi accepit, quem in ipsa
conceptione unxit spiritussanctus, et a suo nomine hoc privilegium dedit ut ab ipso xpistiani
appellemur, de quo nomine dicitur Ysaie 61. Et servos suos vocabit nomine alio
id est xpistiano, hinc regie dignitatis nobis, hinc celsitudo provenit, hinc reges, hinc
sacerdotes, hinc xpistiani vocamur. Supra ipso effecit nos regnum et sacerdotes deo et
patri suo. Effecit nos regnum cuius ipse rex Apocalypsis x. Versa vice rex nobilis est
Ysaie 33. Dominus rex noster ipse salvabit nos. Et sacerdotes nos fecit. Unde de-
bemus ei offerre primo sacrificium cordis in contritione. Psalmus: Sacrificium deo spiritus
contribulatus. Oris in confessione et oratione. Psalmus: Sacrificium laudis honorificabit me.
Item holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum. Medulla que est
pinguedo et robur ossium est devotio que est virtus et pinguedo orationum.
Tertio sacrificium corporis in satisfactione. Psalmus: Sacrificium iustitie tunc imponent
super altare tuum vitulos. Item elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Vel sic Et nomen meum novum scilicet scribam super eum qui vicerit. Nomen dei
vetus est deus. Unde psalmus: Dominus nomen illi. Et in lege sepe dicit Ego dominus.
Sed novum nomen est iesus id est salvator Mathei 1. Pariet filium et vocabis nomen
eius ihesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Sed heu nomen
istud habent pauci, quia pauci sunt qui curent de salute animarum. Primum nomen scilicet
deus quod omnes usurpant, quia tamquam domino sibi volunt serviri. Unde 1 Reg. 2°
domini sunt cardines terre et posuit super eos orbem. Domini solebat esse genitivi
casus. Nunc autem est nominativi pluralis, quia plures nominantur domini, licet pauci
sint in veritate, quia qui facit peccatum servus est peccati Iohannis viii. Item prelati
septem nominibus vocatur dei filius in novo testamento, que omnia debent
habere prelati Apocalypsis xiiii. Vidi et ecce agnus stabat super montem Syon et
cum eo centum xliiii milia habentes nomen eius et nomen patris eius in fron-
tibus eorum. Primum est xpistus Mathei primo de qua natus est ihesus qui vocatur xpistus
id est unctus vel unctor. Unctus fuit tamquam rex. Psalmus: Inveni David servum
meum oleo sancto meo unxi eum. Item unctus fuit ut sacerdos Ysaie
Spiritus domini super me eo quod unxerit me. Psalmus: Sicut unguentum in capite quod
descendit in barbam barbam Aaron id est xpisti. De hiis duobus dicitur Actuum x.
Unxit eum deus spiritusancto et virtute. Hoc nomen dicitur novum quia non ha-
buit hoc nomen a principio. Sed vocatus fuit iesus in circumcisione Luce 2°.
Sed postquam baptizatus est inter homines vocatus est xpistus. Et similiter eius
fideles a principio non fuerunt xpistiani vocati ut habetur Actuum xi. Secundum nomen ...
Hoc nomen debent omnes fideles taliter habere, maxime tamen prelati quia debent esse
uncti id est mansueti et misericordes Luce vi. Estote misericordes sicut et pater vester misericors
est. Si tales essent dominus defenderet eos ut filios suos. Psalmus: Nolite tangere
xpistos meos. Secundum nomen est Nazarenus Mathei 2°. Dictum est per
prophetas quoniam Nazarenus vocabitur id est floridus. Quando floridus fuit dei
filius, quia candorem lilii habuit in nativitate Canticorum 2°. Ego flos campi
et lilium convallium. Item livorem viole in flagellatione Ysaie 53. Cuius
livore sanati sumus. Item ruborem rose in passione Ecclesiastici 24. Quasi plan-
tatio rose in Iericho id est in deserto mortis. Tunc tamen visus est flos ... sed
... iterum refloruit in resurrectione. Psalmus: Et refloruit caro mea. Similiter et
prelati debent habere istum florem: candorem lilii per castitatem, livorem viole
per humilitatem, ruborem rose per caritatem. Ecclesiastici 39. Exaudite me divini
fructus et quasi rose plantate super rivos aquarum fructificate. Quasi libanus
suavitatem odoris habete. Florete flores et quasi lilium date odorem et fron-
dete in gratiam. Et si quis de hiis floribus aliquibus marcesceret debet re-
florere per penitentiam. Ad Philippenses 4. Gavisus sum vehementer quia aliquando tandem
refloruistis. Tertium nomen est emanuel Mathei 1. Ecce virgo concipiet et pariet
filium et vocabit nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscum deus. Et hoc
nomen debent habere prelati ut semper sint cum subditis sicut pastores cum grege
Luce 2°. Erant pastores in regione vigilantes et custodientes vigilias noctis
super gregem suum. Moyses ut acciperet legem a populo xl diebus

absens fuit. Et interim fornicatus est cum ydolis populus eius. et tunc bonos
vicarios pro se dimiserat scilicet hur et aaron Exodi 32. Quid ergo fiet de
populo cum prelatus numquam vel raro presens est. Si attenderent quod districte requiret
ab eis deus racionem de populo sibi commisso, et non reciperent prelationem, et plus
starent cum grege. 3 Regum 20 Custodi virum istum qui si lapsus
fuerit. erit anima tua pro anima illius. Rome 2 adhuc [illegible]
ad manus mittere. Quartum nomen eius est filius altissimi. Istud nomen
debent habere prelati per compassionem et misericordiam Eccli 4o Esto pupillis misericors ut
pater. et eris tu velud altissimi filius. Quintum nomen est magister. Sextum dominus
De quibus dicitur Johannis 13 Vos vocatis me magister et domine. et bene dicitis
Sum etenim. Hec vero nomina debent habere prelati docendo populum ut magistri. et cu-
diendo ut domini. De primo dicit Math ultimo. Euntes docete omnes gentes. De
2o Psalmus. Dominus regit me et nichil michi deerit. Septimum est Ihesus [illegible]. Et hoc
nomen debent habere prelati ut suam et populi salutem diligenter operentur. 1 Thim 4o
attende tibi et doctrine. insta in illis. Hoc enim faciens et teipsum salvum
facies et qui te audiunt. Si hoc nomen haberent prelati. haberent honorem ab omnibus
compassi dicit ad Phil 2o In nomine Ihesu omne genu flectatur. Et hec septem
nomina prelatorum. Sunt septem cornua et septem oculi agni. De quibus
dicitur Apoc 5to Vidi in medio agnum stantem tamquam occisum habentem cornua
septem et oculos septem qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram
Et Zach 3 Vidi septem oculos in lapide uno. Tunc sibi [illegible]
ponitur ultima pars textus scilicet conclusio Et est admonitio generalis cuilibet tempore ubi
inserta sunt [illegible] attencio auditoris ut audiat penas quas malis comminatur
et premia que promittit bonis diligenter invigilet ad evitandum mala et fa-
ciendum bona dicens Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis etc. Dico
omnibus dico non [illegible]. Queritur utrum prelatus ecclesie possit licite suo con-
sanguineo conferre ydoneo curam animarum postposito meliori. Videtur quod sic quia
secundum ordinem rectum caritatis plus tenetur homo diligere sibi magis coniunctos
Sed hiis quos magis ex caritate diligimus. etiam magis tenemur providere
unde eorum meritum crescat Cum igitur ex bona dispensacione ecclesie crescat me-
ritum bene administrantis. videtur quod prelatus ecclesie magis debeat suis quam extraneis
providere etiam si sint minus ydonei. Sed contra. Pater filie querit sponsum quem
magis potest ydoneum. et sponsus sue sponse querit pro posse custodem fidelissimum
Sed [illegible] prelatus ad ecclesiam sibi subditam comparatur. vel sicut pater ad filiam
vel sicut sponsus ad sponsam. ergo debet ei de persona ydonea providere quantum
melius potest. Preterea Johannes ewangelista maxime fuit ydoneus. et tamen hoc erat
consanguineus Christi secundum carnem. et tamen contulit ei petrum in regimine ecclesie. ergo
et prelatus si habeat consanguineum eque ydoneum non debet ei providere in ecclesia
magis quam extraneo eque ydoneo. multo ergo minus si sit minus ydoneus.
Respondeo dicendum secundum doctorem sanctum de quolibet [illegible] q 15. Aliter est de consanguineo prelati
eque ydoneo. et aliter de minus ydoneo. Si non sit eque ydoneus potest suum con-
sanguineum preferre. nisi forte scandalum ex hoc oriatur vel aliquid malum exinde
accipiant exemplum. ut probabiliter sumi possit quod alii prelati hoc exemplo inducuntur ad
dandum consanguineis suis ecclesias minus dignis. Et hoc ideo quia ex quo nichil
deperit utilitati ecclesie cum eque ydoneo providetur licet circa huiusmodi [illegible]
[illegible] amori nulli satisfacere qui non excedit terminos racionis si magis caritatem
infert. Et hoc figuratur Genesis 47 ubi pharao dixit ad Jozeph de fratribus
suis. Si nosti in eis viros industrios. constitue eos magistros pecorum meorum.
Si vero sit minus ydoneus consanguineus prelati non debet eum preferre ad curam ecclesie
postposito meliori. Prima racio [illegible] quia hoc videtur esse contra fidelitatem
quam in bono dispensatore deus requirit. Non enim facit fideliter negocium
alicuius domini qui possit rem eius meliorare si hoc permittit ut suis con-
sanguineis satisfaceret. Secundo quia hoc videtur ad personarum accepcionem pertinere
Que consistit in hoc quod aliquis accipit pro causa condicionem persone vel que non facit
ad negocium. Sicut si quis daret bravium pro aliquo quia dives est. et non habet
iusticiam que est quid faciens ad negocium. Esse autem consanguineum non est aliqua
condicio pertinens ad curam ecclesie. que non obtinetur iure consanguinitatis sed dono
munere. Esse autem quid faciens ad negocium circa dispensatorem patrimonialium bonorum

Vide si in p[ro]uis p[at]rimonialibus homis magis p[ro]videat suo [con]sanguineo minus ydoneo
non est accepcio p[er]sonarum s[ed] si racione [con]sanguinitatis ei p[ro]videat in patri:
monio crucifixi. non caret viciis p[er]sonar[um] accepcionis. De qua dicit augustinus
in ep[isto]la de [con]dicionibus dispensandis exponens illud Jacobi 2o Nolite in p[er]sonarum accep:
cione habere fidem domini nostri ihesu xp[ist]i. Ihero[nimus] eciam dicit vt habetur 8 q 3 Moyses
[illegible] ex alia tribu a moyse eligitur. vt s[ed] traderet principatum in populo
non sanguini deferendum esse s[ed] vite. At nunc cernimus plurimos hanc rem
beneficio facere vt non querant eos in ecclesia columpnas erigere quos plus cogno
scunt ecclesie prodesse s[ed] quos vel ipsi amant vel quorum sunt obsequiis
deliniti et cetera ibi. Nota ergo q[uod] prelati multum delinquunt in consanguineis
carnalibus. qui edificant syon in sanguinibus. Unde dicitur Gen 17 masculus
cuius caro prepucii circumcisa non fuerit. delebitur anima eius de populo. hoc
aut multum videtur in prelatis quorum caro non est circumcisa. s[ed] parentibus
carnalibus [con]ferunt beneficia ecclesiastica similes. et sunt abimelech spurio.
qui creati sunt fortes carnales et ideo creant ecclesie alios similes. Judicum ix.
Consideret q[uod] os vestrum et caro vestra sum. Propter hoc enim perdit prelatus ex parte
fama sue glorie titulum incurrit conscientie scrupulum surgerit p[er]sone de
mestice periculum et scandalisat populum. De titulo glorie dicitur Ysaie xvii.o
In die illa attenuabitur gloria iacob et pinguedo carnis eius marcescent
q[uod] cognati carnales impinguati beneficiis non subsistent. Titulus erat glorie
cum surgebat nathan propheta quasi adeps separatus a carne Eccl[esiastic]i 47. Nunc
vero censetur cum tales promoventur in quibus viget impotencia propter etatem et
infirmitatem ignorancia propter fatuitatem concupiscencia propter voluptatem et nequicia
per iniusticiam. De primo Mathei 26. Spiritus promptus est caro autem infirma. qui
cum pueri sunt non possunt sustinere ecclesie negocia vel facere sua officia. ymo
propter officium ponunt vicarium. et sic pro columpnis fortibus ecclesia fundatur in
columpnis fragilibus. De 2o Johannis 3o Quod natum est ex carne caro est. quod
natum est ex spiritu spiritus est. Dicunt naturales et ambrosius in exameron q[uod] uxor
confert fetum admodum carnis. caro enim est s[ecundu]m Lambardum forma[lis]. Sic prelatus
carnaliter nepotulum ignorantem. donat vita carnalis eidem imprimatur. vt quo
pre talis filius habeatur. S[ed] viri spirituales querunt et moniti faciunt viros sapientes
et sibi conformes et ita ad Ro viii.o Qui enim s[ecundu]m carnem sunt que carnis sunt sapiunt
Qui vero s[ecundu]m spiritum, que sunt spiritus senciunt. Nichil enim sunt de spiritu
sancto qui promovent indignos. vel carnis affectione vel precio. Exemplum de episcopo
symoniaco qui non potuit nominare spiritum sanctum et cetera. De 3o ad Galatas v. Mani:
festa sunt opera carnis que sunt fornicacio immundicia ebrietas comessaciones et hiis
similia. Sicut enim habundant hodie in medibus ecclesie. Nec mirum quia non habent
quidam prelati in die ortus sui preciosum umbilicum. unde dicitur Ezech 16. Omnis
alienigena incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum. licet hoc hodie
dampnabiliter vsurpetur totum. De 4o Cor xvi Quod neque [illegible] [illegible]
[con]sequuntur caro et sanguis. hii sunt dilapidatores ecclesie qui pauperibus mica
non tribuunt et iura vendunt ecclesie et dignitates. De scrupulo [con]sciencie Judith
xv. dabit deus ignem et vermes in carnes eorum. Propter carnales enim
parentes quos promovent indebite. sustinent ignem et vermes. hoc est ardorem con
tinuum et [con]sciencie corrosionem. Est autem scrupulus [con]sciencie in eis propter quatuor
s[ecundu]m [illegible] execracionem affectionem [con]tencionem et divinam offensionem. Ps
Pluit super eos sicut pulverem carnes. Quia sicut pulvis excecat oculum
qui tamen minime videtur. ita per fructescentia carnis excecantur prelati circa
[con]sanguineos et nepotes non [illegible] circa [illegible] de oculo [illegible] de calcaneo. De 2o
Levitici xvii Sanguinem carnis vestre non comedetis. quia anima carnis
in sanguine est. Tota enim affectio prelatorum carnalium in nepotulis suis est. Unde
q[uod] deus abstulit eis naturales filios. dyabolus inseruit eis carnis nepotulos
[illegible] illud metrice Cum factor rerum privat [con]sorcia clerum. Dat sathane vo:
tum succrescit turba nepotum. De 3o Eccl 14 Sicut folium fructificans in arbore
viridi. alia generantur et alia deiciuntur. Sic generacio carnis et sanguinis alia
finitur et alia nascitur. In quo magis [con]fusio prelatorum q[uod] dum nepotulos suos
promovet. committit ecclesiam suam multo tempore post mortem propter parum. Sicut rationem
Sicut deus principatum dedit ecclesie petro que noluit dare iohanni licet esset cognatus eius s[ecundu]m carnem

III

Quarto de ultro xxxii Inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus devo-
rabit carnes quia contra sanguinarios et carnales deus in iudicio suas septa-
bit arcubus. De periculis persone domestice Eccli ix Ne dederis ob tuo ut peccare
facias carnem tuam quia illorum nepotibus indignis conferunt ecclesiastica beneficia sunt
eis periculum multorum ... et causa est primum periculum quod fragilem ma-
teriam ponunt in fundamento edificii Iob xxxiii Tabescet caro eius et ossa
que tecta fuerant nudabuntur tabescunt id est carnales sunt et
ossa id est viri spirituales et fortes qui prius erant tecti latentes in contemplacione destitu-
untur menbris fragilibus exponuntur in actione et labore Ecclesiastici xl deficit
omnis caro sunt et homo in cinerem redigetur deficiunt id est circa ardua sic
caro et cutis flagellis meis Secundum periculum est quod ponunt eos qui preliari
nesciunt in prima acie ubi pondus est prelii Iosue xvi Malledictus
qui ponit rectorem vel hunc sine peccaverunt cum nepotibus prelatis quas maxime
infestant demones Dicit i Regum ultimo Totum pondus prelii versum est in Saul
unde liberentur bella tenent principes hoc est brachium ... Paralipomenon xxx
Tercium periculum est signum suspendii sic enim elevantur quod suspenduntur Danielis
Videbam et ecce in medio terre arbor et altitudo eius nimia. Et sequitur
folia eius pulcherrima et fructus eius nimius et esca universorum in ea
Subter eam habitabant animalia et bestie et in ramis eius conversabantur volu-
cres celi et ex ea vescebatur omnis caro Hii sunt prelati qui debent carnales premere
et spirituales sublimare quia in ramis habitabant volucres et sub arbore agilia
et bestie animalia que vel fuerunt sunt animales variates corruptis
Bestie que serviunt ... et ... sunt spirituales variates ... Volucres
celi sunt spirituales variantes sapiencie Discat ergo prelati indisciplinatos et car-
nales premere bonos attollere et honorare hoc est contrarium nostri quia videmus
ursos et leones id est homines bestiales in ramis et summis et volatilia penatim
contra ordinem et instituta creatoris esse in ymis Psalmus Vidi impium
superexaltatum et elevatum sicut cedros libani Cur bestialia corda in sublime
attollite et velud in aere suspendite Si ... eos diligite cur non parcite
... et eos in aere suspendite et ruinam eis paratis dum ad precipicium
disponite Ezechielis xliiii Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel eo quod
inducitis filios alienos incircumcisos corde et incircumcisos carne ut sint
in sanctuario meo. Quartum periculum spiritualis naufragii Unde sicut Phara-
rao pueros necabat in flumine ... sic in fluvio deliciarum et divitiarum
perimit eos spiritu sunt nati et delicias seminant in eis et peccata que
sentiscirunt in supplicia ad Galatas vi Qui seminant in carne de car-
ne et metet corrupcionem Iob xxxiii Consumpta est caro eius a suppliciis
Ecclesiastici xi Amove maliciam a carne tua De scandalo proximi Ieremie
li Caro mea super babilonem dicit habitacio syon et sanguis meus super
habitatores caldee hoc est non conversio esse quod caro et sanguis ita promoventur
unde populus scandalizatur Sed apostolus ad Romanos xiiii dicit bonum est non
manducare carnem nec bibere vinum in quo frater tuus offenditur aut scandalizatur
aut infirmatur Sed aut sunt honesti parentes et teneamur eos diligere tamen pro ut
possumus debemus scandalum vitare Sed dicit ad Ephesios v Nemo unquam
carnem suam odio habuit sed nutrit et fovet eam Ursa et leena dilig-
ctus suos et etiam alienos si eis impederunt ... mittere Sed et
lamie ... Trenorum iiii nudaverunt mamas lactaverunt catulos suos
homo aut efferate adeo inhumanus erit ut quod dominus negligat aliquid
que innuit Iohannes secunda Sed esset consanguineus domini Tamen preceteris
a domino est dilectus Alium filium zebedei et alium Iacobum minorem et
Iozeph iustum Simonem et Iudam linea consanguinitatis a Christo ... non dimit-
titur In omni facultate fortius est quod ex natura procedit quod quod accedit ex
trinsecus unde similior esse debet ergo nos nepotum affectio quia non magis
observatur quam illa que sequitur ex fortuna Nam sicut ... quod
natura est tale magis est tale ... non natura tale Et in iure ... pactum
stipulacionem tollit pactum enim est vinculum nature Stipulacio vero vinculis
obligacio ... vero vinculum iuris nulle corrumpere non potest cum iuris vinculo

a nichil quicquam tollatur. Et in scriptura etiam divino mancipatur. Si quis suorum et ma
xime domesticorum curam non habet fidem negavit. Et sic adulatione
seductoria quidam allegant legem nec iniquitatem sanguinis beneficia mit
tere. Sed sicut dicitur Proverbiorum 3 Stultum est vas intrusare sinceri et
frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum Proverbiorum 1. Ubi dicimus
abolendum dilectionis affectum, sed temeritatis effectum. Et opus quidem bonum
et licitum propter scandalum dimittendum 1 Cor 8 Si esca scandalizat fratrem
meum non manducabo carnes in eternum. Si enim coniunctus est et propin
quus, in proximo diligamus naturam, et in consanguineo honestatem. Et
nichilominus scandalum vitemus in proximo, puritatem nostre conscientie
retineamus et gratia sui sanguinis quem fudit pro eterna fide Christo, ut que
suo parta sunt sanguine, que non premunt ex sanguine nature vel pa
rentum admissione non in carnis desideriis dispensemus sed in spiritus
libertate. [illegible] secundum apostolum 1 Cor 15 Alia est caro hominum alia iumento
rum. Unde cum beneficia ecclesie [illegible] consanguineis damus secundum apostolum 2 Cor 10
Arbitrantur quidem nos tamquam secundum carnem ambulemus. Scandalizant
ergo [illegible] memoriam [illegible] patronorum [illegible] spiritualium
[illegible] parentum et nepotum [illegible] habundantiam, tum in bonis
temporalibus quam in beneficiis ecclesie [illegible] Sanctorum memoria si [illegible]
ad medium occurrit Ecclesiastici 45 de Moyse cuius memoria in benedictione est
in fide et lenitate sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne, qui
dixit domino Numeri 27 Provideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem
qui sit super multitudinem hanc. Vide hominem Moysen amicum dei cui
facie ad faciem locutus est dominus, potuit successores principales filios suos
facere et potuit eis principatum relinquere [illegible] Sed extraneum [illegible] elegit
Iosue, ut sciamus principatum in populos non sanguinis sed vite merito con
ferendum. Unde ad Hebr 7 Melchisedech sacerdos dei summi sine genealogia
sine patre sine matre introducitur, ut in Christi sacerdotio qui sine patre fuit in
terris sine matre in celis carnalis affectio destruatur. Adam licet ultimo
spiritus carnem et ossa non habet, ex virtute spiritualis, carnis et sanguinis officium
non exerceat, ymo qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt ad Galatas 5
Ecclesia spirituales patres [illegible] ad primam adduxerit, quos carnales nunc
tum a religione quam a prima retrahunt et avertunt, qui ex sanguinibus et ex
voluntate carnis non ex deo nati sunt. Patronorum [illegible] multi
qui dotaverunt ecclesiam ditando et ut multiplicarentur intercessoribus plurimorum
orationibus, ut possent illud dicere: caro mea requiescet in spe.
Psalmo 15 et quidam eorum in ultima voluntate [illegible] statuerunt [illegible]
que videmus diminui per vitium prelatorum, qui dant plura beneficia [illegible] et
plura nepotibus [illegible] conferri. Et cum Ecclesiastici 20 In carne [illegible]
stitue testamentum [illegible] ipse in carne sua evacuat testamentum et voluntatem ul
timam patronorum, dum ponit morticinia suorum [illegible] bestiis terre
dant [illegible] superbis et cupidis temporalia, que [illegible] testamentis
ad offendendum electos. [illegible] etiam spiritualium magis est [illegible] penuria
quam [illegible] multam medium iustitie et gemere. Psalmo 101 A
voce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Vocatur [illegible] ad fletum
et planctum. Sed ecce in prelatorum nepotibus gaudium et leticia comedere
carnes et bibere vinum. [illegible] Ieremie 12 desolata est omnis terra, non est pax
universe carni, quia quod is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum
ita et nunc ad Galatas 4. Nam sic Ismahel persequebatur Ysaac Genesis 21
sic carnales persequuntur hodie spirituales. Et nisi breviati essent dies, non
fieret salva omnis caro, sed propter electos breviabuntur dies Mathei 24. Unde si diu
viverent quidam prelati, [illegible] destruerentur electi, quia nullos nisi consanguineos
eligerent, quibus tamen viam salutis preciperent. De habundantia temporalium
in istis nepotibus qui sunt filii carnis et sanguinis Jacobi 5 divitie vestre
putrefacte sunt, vestimenta vestra a tineis comesta sunt, aurum vestrum et
argentum eruginavit, et erugo eorum in testimonium vobis erit et manducabit
carnes vestras sicut ignis. [illegible] ignis [illegible] maxime vigens in eis qui [illegible]

aliquid faciunt nisi ex intuitu mercedis temporalis. Similes enim sunt piscatoribus qui mittunt per panem pictum in aquam et ipsi ardentissime ad illas currunt horas in quibus sperant habere pecuniam, similes aquile vel congregatis ad olfactum cadaveris. Cohibent etiam sibi ita quod vix potest in [illegible] templi per eos bonum aliquod ordinari Job xl membra carnium eius cohe[re]ntia sibi. Ideo enim contra bonos vehementer prevalent quia in malo se concordes tenent. Malos autem prelatos et non bonos solummodo hic intelligi, in quibus impletur illud Math. 16: Beatus es Simon Bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi etc.

Et angelo Laodicie ecclesie scribe: Hec dicit Amen, testis fidelis et verus, qui est principium creature dei. Tercia pars principalis [capitu]li .3. in qua ponitur preceptum de scribendo septimam epistolam angelo Laodicie, quem arguit de tepore et arrogancia et iactancia et ultimum et opus iusticie premia. Et ideo septimo et ultimo loco ponit eum ut ait Richardus. Et dividitur sicut et precedentes scilicet in exordium sive prohemium, in narracionem ibi: Scio opera tua, et conclusionem ibi: Qui habet aurem, vel in tria. Continet tres partes secundum quas describit epistolam. Defectus ibi: Scribe. Et demum dicitur: hec ibi: Hec dicit Amen. Quantum ad primum dicit: Et angelo Laodicie, Laodicensis ibi: Hec dicit Amen. Laodicia vero secundum Rabanum interpretatur: tribus amabilis domino sive fuit in vomitu. Que ambe interpretaciones conveniunt ecclesie Laodicensium, ut patet, in qua erant quidam spiritu fervientes et dei amori dediti, atque alii tepidi, sed quos ut necesse sibi evomendi. Hec ait vera quia ecclesia Laodicensis dicitur, sicut ecclesia generalis in qua simul sunt mixti boni cum malis. Quorum quidam a deo diliguntur, quidam vero ab ore dei repelluntur. Quo ad bonos ecclesia est deo amabilis sicut sponsa ex qua generat filios spirituales, quos deus diligit. Deus enim diligit iustos in psalmo. Cantica 2: Veni sponsa mea, amica mea etc. Consequenter introducitur persona defectus, cum dicitur: Scribe. Circa quod glosa Rabanus: quod dicitur Johanni scribe, scilicet litteris manda ad utilitatem fidelium futurorum. Consequenter dicitur: Scribe, sive quod illi dicitur hoc omni ordini predicatorum, sive quod audieris in mente tua retonde vel in mentibus auditorum. Ecce omnia que audieris in mente tua retonde libri enim et sanctos sequitur et ipsum dominum, infra xx: libri aperti sunt et alius liber qui est vite. Secundo dicitur: Scribe, scilicet in cordibus bonorum auditorum, quia ipsi sunt libri diligenter exarati que intelligit. Tercio introducitur persona demandantis cum dicitur: Hec dicit Amen. Pro quo notandum secundum Rabanum: Amen grecus sermo est et significat secundum primo capitulo adverbialiter pro vere vel certe fidelis vel infallibiliter. Sic capitur in evangelio cum dicitur: Amen dico vobis. Et secundo modo potest hic sumi ut sit determinativum huius verbi dicit. Et est sensus: hec dicit Amen, id est vere testis fidelis, sicut exponit Helmandus et etiam Richardus. Alio modo sumitur Amen verbaliter pro fiat, ita sumitur ab oratione in fine orationis cum dicitur Amen, id est fiat, psalmo: fiat fiat. Ubi in hebreo habetur Amen. Tercio sumitur nominaliter et est indeclinabile, secundum Rabanum nomen dei, quod est immobile et immutabile. Unde dicitur Rabanus: hoc nomen Amen nemo interpretum in aliam linguam transtulit, sed eisdem litteris apud omnes gentes legitur. Et sumitur vero sicut veritas incommutabilis. Veritas autem ipse est Christus qui de se dicit Johannis 14: Ego sum veritas. Unde et ipse maxime in textu hoc in medio suum sermone firmat veritatem, demonstrans quod dicit quia veritas sum incommutabilis per huius orationis. Hec enim singularis est Amen, id est sempiterna veritas, atque ideo ut incommutabilis ista veritas ac eterna dicitur, etiam ipsum nomen a nullo commutatum est interprete. Hec ergo dicit Amen, id est ipsa veritas incommutabilis et sempiterna in solvendo promissa. Unde glosa que omnia promissa scribi mandat et que commutata complet. De quo Cantica 2: Testis fidelis et verus. Sed numquid non sunt alii testes fideles et veri? Nam Jacob prohibuit testimonium Christo dicens: Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est, Genesis 49. Moyses quoque dixit: Prophetam suscitabit vobis dominus deus noster de fratribus vestris, Deuteronomii 18. Sic Ysaias, Jeremias et ceteri, qui utique omnes testes fideles sunt et veri quia verum testimonium de Christo protulerunt. Quare ergo hoc deus specialiter de se dicit, cum sint etiam multi testes fideles et veri? Respondeo secundum Ricardum quod verus ipse singulariter est testis verus qui non mutatur aliquando. Sic enim specialiter dicitur sanctus

tum et alij sancti multi sint · q2 vz illius comparacione qui est sine peccato / ho
mines iniusti sunt / licz non sint sancti / tamen q2 sunt homines peccati / pec
care non possunt / et aqua metuntur / xpus aut essencialiter est sanctus et verus
q2 peccatum non fecit · ut vniqz vllum mendacium ab ore suo processit · Testis
aut est xpus / qui sibi et pater testimonium phibent dicens Ego et pater vnum sumus
Johannis x · Similiter et pater ipse dicit / hic est filius meus dilectus Mathei 3
Tercio etiam spiritussanctus de quo dicit in domino apostolus Johannis xvi · Cum venerit
paraclitus quem mittam vobis a patre ille testimonium phibebit de me · Testis
ergo fidelis est xpus in testificando a patre audita / et in testificando humana
merita vel opera · Super illo testis fidelis In psalmo · Testis in celo fidelis / Johannes
Ecce in celo testis meus / Super quo Gregorius moralium xiij · Sanctus vero recto
adversa presentis vite tolerat / et hanc superna gracia ad premia eterna perducit
Carnis sue mortem despicit / q2 resurrectionis glorie intendit / et tristicia
sunt que patitur / pretia que postulantur / de quibus minimum bonis pectus
dubietatem non hz q2 fidele iam testimonium redemptoris sui gloriam
tenet / Carnis quippe eius resurrectionem vsque gessit / atqz ad spem fortiter
convalescit / q2 quod in suo iam factum vidit capite · Erat in eius s corpore
quod vz caput ipsa sz ecclesia est absqz dubietate secutura · Quam sz eciam
psalmista conspiciens in futura perfectionis maximum / sub appellacione lune de
scribit dicens luna perfecta in eternum · Quam quia ad resurrectionis spem dominica
resurrectio roborat · Recte subiunxit · Et testis in celo fidelis / q2 hic v sua
resurrectionem non trepidz / cum in celo qui resurrexit a mortuis teste hz
fidelis itaqz spiritus cum adversa patitur / cum diuersis temptacionibus fatigatur
ad spem celestis glorie mentem erigat / et redemptoris sui resurrectionem
considerans dicat · Ecce in celo testis meus / hec ibi · Et testis fidelis / quia
fideliter audita a patre mundo retulit / et operum nostrorum verum testimonium reddit
coram patre et angelis · Cui in omnia fides est adhibenda · Subditur · Et verus
sz in omnibus verbis suis que mundo a patre narrauit et mundum docuit
Mathei 22 Verax es et viam dei in veritate doces · Et Primus · Primo est prin
cipium creature dei · s de quo omnis creatura sumpsit inicium / [illegible]
Omnia n que sunt in celo et in terra in mari et in omnibus abissis per
verbum dei facta sunt · Cum igitur omnia per illum facta sunt · vtiqz pz q2 ipse ante
omnia fuit · Itaqz non prius processit filium tempore ut origine / sicut nec radius solis
vel ignis suum precedit calorem vel splendorem · Semper n fuit pater · sic semper eo
filius / et vtiqz a patre non est creatus sz genitus · Principium itaqz omnis creature
dicitur · q2 ab illo cuncta exordium habent inicium · Vnde et ipse interrogantibus
iudeis quis esset · Respondit principium qui et loquor vobis Johannis viij
et paulus dicit Qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature
ad Col primo · Quem etiam ne putemus creatum / statim subiunxit · In quo
condita sunt vniuersa · Primogenitus igitur est omnis creature / a quo et per
quem omnis creatura exorta est · Et hec est veritas fidei katholice · q xpus
dei filius / a deo genitus est deus / et principium omnis creature · Johannis primo
In principio erat verbum et verbum erat apud deum / et deus erat verbum / Et quod verbi
nomine filius intelligatur · ex sequentibus ostenditur · Nam subdit · Et verbum caro
factum est et habitauit in nobis · Et vidimus gloriam eius · gloriam quasi vnigeniti
a patre plenum gracia et veritate · Et paulus ad Thit 3 · Apparuit benignitas
et humanitas saluatoris nostri dei · Et Ysaye ix · paruulus datus est nobis
et filius natus est nobis / et factus est principatus super humerum eius · Et
vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis · pater futuri seculi
princeps pacis · Et psalmo Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis
virga regni tui / dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem · Et quod ad x in dicit
Propter illud quod subditur · propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie
pre consortibus tuis / homines [illegible] doctrine veritatem · Cherintus et Ebion
et plures alij suo sensu metiri presumentes · de quo varias et falsas
opiniones gesserunt · Nam considerandum est esse scripture consuetudinem eos qui
diuina gracia iustificantur · filios dei dici · Vnde illud Johannis primo · Dedit eis
potestatem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius · Et ad Rom 8
Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei · Et 1 Johannis 3
Videte qualem caritatem dedit nobis pater ut filij dei nominemur et simus

Quos etiam a deo genitos ee scriptura non tacet / d[icitur] n[am] Jacobi primo voluntarie genuit nos verbo veritatis vt simus inicium aliquod creature eius Et 1 Johannis 3 dicitur omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quia semen ipsius manet in eo Et quod est mirabilius / eisdem nomen diuinitatis ascribitur n[am] dominus ad moysen Exodi vii Ego constitui te deum pharaonis Et in ps[almo] Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes Et sicut saluator dicit Johannis x illos deos dixit ad quos sermo dei factus est Et in lra predicti Tercio per hunc ergo modum opinantes ihesum christum purum hominem ee ex maria virgine inicium sumpsisse / et per vite vite meritum diuinitatis honorem postea adeptum fuisse / estimantes eum simul cum aliis hominibus per adopcionis gratiam dei filium et per graciam ab eo genitum et per quandam assimilacionem ad deum / in scripturis dictum deum / non per naturam sed per consorcium quoddam diuine bonitatis / sicut et de sanctis dicitur 2 Petri p[rimo] maxima et preciosa vobis promissa donauit / vt per hec efficiamini diuine consortes nature fugientes eius que in mundo est concupiscencie corrupcionem / hanc autem posicionem videbantur confirmare auctoritate sacre scripture / dicit n[am] dominus Mathei vltimo data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et si ante tempora deus esset potestatem ex tempore non accepisset Item ad Ro 1 dicitur de filio dei quod factus est ei ex semine dauid secundum carnem et quod predestinatus est filius dei in virtute Quod autem factum est et predestinatum videtur non ee eternum Item dicit apostolus ad philippenses 2o Factus est obediens vsque ad mortem mortem autem crucis propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen etc Ex quo videtur ostendi quod propter meritum obediencie et passionis diuino sit honore donatus et super omnia exaltatus Petrus etiam dicit act 2o Certissime sciat omnis domus israel quia et dominum eum et christum deus fecit / hunc ihesum quem vos crucifixistis Videtur igitur ex tempore deus esse factus non ante tempora natus Et adducunt etiam in fulcimentum sui erroris ea que in scripturis de christo ad defectum pertinere videntur / sicut quod femineo portatus vtero / et profectum etatis accepit / esuriem passus est et lassitudine fatigatus et morti subiectus / quod sapiencia profecit / iudicium se nescire diem confessus est / et mortis timore concussus est / et alia que deo per naturam etiam conuenire non possent Unde concludunt quod per meritum honorem diuinum adeptus est et per graciam non quod esset nature diuine Ehyn ergo in christo / solam naturam humanam confitetur / diuinitatem vero non per naturam sed per quandam excellentem diuine glorie participacionem quam per opera meruerat in eo fuisse confingunt / Sed hec posicio tollit misterium incarnacionis / Nam secundum huiusmodi posicionem deus carnem non assumpsisset ut fieret homo / sed magis homo carnalis deus factus fuisset Et sic non esset verum quod Johannes dicit verbum caro factum est / sed magis e contrario caro verbum facta fuisset Similiter etiam non conueniret dei filio exinanicio aut descensio / sed magis hominis glorificacio et ascensio Et sic non esset verum quod apostolus dicit Qui cum in forma dei esset exinaniuit semetipsum formam serui accipiens / sed sola exaltacio hominis in diuinam gloriam de qua post modum subditur / propter quod et deus exaltauit illum Neque verum esset quod dominus dicit descendi de celo / sed solum quod ait / Ascendo ad patrem meum cum tamen vtrumque scriptura coniungat / dicens n[am] dominus Johannis 3o Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo Et ad Eph 4 Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes Sic etiam non conueniret filio quod solum missus fuisset a patre / neque quod a patre exiuit et venit in mundum / sed solum quod ad patrem iret / cum tamen vtrumque coniungat dominus Johannis xvi Vado ad eum qui me misit Et item Exiui a patre et veni in mundum Et item relinquo mundum et vado ad patrem In quorum vtroque et humanitas et deitas comprobatur / Diligenter vero verba sacre scripture considerantibus / apparet non hunc sensum in eis contineri / que predicti homines sua opinione conceperunt Nam cum Salomon dicat prouerbiorum viii o Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram / satis ostendit hanc generacionem ante omnia corporalia extitisse Unde relinquitur quod filius a deo genitus inicium essendi a maria non sumpsit Unde dicit hic Hammo Et Arrianus dicit quod filius dei creatura est in diuinitate / negantes eum ante mariam fuisse / sed mentiuntur filius n[am] dei ipse est sapiencia dicente paulo christum dei virtutem et dei sapienciam Et propheta ad deum patrem Omnia in sapiencia fecisti Cum igitur ipse sit sapiencia patris

Et isti affirmant eum creatum in tempore, atque id dicunt, quia erat tempus quando non erat
ipse. Hoc videlicet quod per Salomonem ipsa dei sapiencia dicit: Dominus possedit me vel
creavit secundum quod alia translacio habet, in inicio viarum suarum. Si hoc verum est,
quod utique nephas est cogitare, deus prius stultus erat antequam suam sa-
pienciam generaret. Et hoc ipsi negare non possunt quod ipse sit dei sapiencia,
sicut apostolus dicit. Ideo ergo illis stultissimis hominibus et racione carentibus
credendum est, si deus stultus erat. Unde ergo tam sapienter omnia condidit
et nos quemadmodum creavit? Si ille antequam crearetur sine sapiencia fuit,
utpote insipiens et nesciens quid faceret. Non ergo ipsa sapiencia facta est a
patre, sed antequam cuncta fierent, erant cum patre. Necnon ex alia littera deus
pater genuit filium, scilicet ex semetipso, veluti consilium generatur in mente. Nam quod
dicit Salomon ex persona Christi: Dominus possedit me in inicio viarum suarum
vel in principio actionum suarum, antequam quicquam faceret, taliter est intelligendum quod deus
pater ante omnem creaturam tam humanam quam angelicam suam possedit sapienciam,
per quam et omnia condidit sive in celo sive in terra. Si autem sicut in
quibusdam codicibus et in alia translacione habetur legerimus: Dominus creavit me,
ita est intelligendum quod antequam quicquam faceret ab inicio suam predestinavit sapienciam
incarnandam, ut sua passione et morte genus humanum redimeret et ad
patriam revocaret. Et nunc utique in principio viarum actionum in divinitate suam
sapienciam possedit vel creavit sibi ecclesiam, quam postea in carne sociare volu-
it. Sed in plerisque sacre scripture ea que futura sunt quasi iam facta narrat.
Nam et de nobis dicit apostolus quod elegit nos in ipso ante mundi constitucionem.
Si ergo deus omnipotens secundum apostolum suam omnes electos ante mundi constitucionem
elegit, quid mirum si ipsum caput electorum in sua predestinacione antequam quicquam
faceret ordinavit ut esset caput electorum, de quo dicit apostolus ut sit ipse
in omnibus primatum tenens. Hec ille. Et licet hoc et alia similia testimonia
~~[illegible]~~ explanare conati fuerint per sua exposicionem, dicentes hoc secundum predes-
tinacionem debere intelligi, scilicet quod ante mundi constitucionem seu condicionem dispositum
fuerit ut ex Maria virgine dei filius nasceretur, non quod dei filius fuit ante
mundum. Convincuntur tamen quod non solum in predestinacione sed eciam realiter fuit
ante Mariam. Nam post premissa verba Salomonis subiungitur: Et appendebat
fundamenta terre, cum eo eram cuncta componens. Si autem in sola predestinacione
fuisset, nil agere potuisset. Hoc eciam habetur ex verbis Johannis euangeliste. Nam cum
premisisset: In principio erat verbum, quo nomine filius intelligitur ut dictum est,
ne quis hoc secundum predestinacionem accipere posset, subdit: Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil, quod non posset esse verum nisi realiter ante mundum
extitisset. Item dei filius dicit Johannis 3: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit
de celo filius hominis qui est in celo. Et item Johannis 6: Descendi de celo
non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Apparet ergo
eum fuisse antequam de celo descenderet. Contra secundam positionem: Homo
vite meritum proficit in deum. Apostolus autem dicit ergo quod cum deus esset factus
est homo, dicit 2 ad Philippenses 2: Cum in forma dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinanivit formam servi
accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Item inter
ceteros qui dei graciam habuerunt Moyses eam habuit copiose, de quo dicitur
Exodi 33: Et loquebatur ei dominus facie ad faciem sicut loqui solet homo ad amicum suum.
Si igitur Jesus Christus non diceretur dei filius nisi propter graciam adepcionis
sicut alii sancti, eadem racione Moyses diceretur filius dei sicut et Christus, licet eciam
habundanciori modo Christus gracia fuit dotatus. Nam et inter alios sanctos unus
alio maiori gracia repletur et tamen omnes eadem racione filii dei dicuntur.
Moyses autem non eadem racione dicitur filius qua Christus. Distinguit enim apostolus Christum a
Moyse sicut filium a servo, dicit 1 ad Hebreos 3: Moyses quidem fidelis erat
in tota domo eius ~~[illegible]~~ tamquam famulus in testimonium eorum que dicenda
erant, Christus autem tamquam filius in domo sua. Manifestum est igitur quod Christus non
dicitur filius dei per adopcionem graciam sicut alii sancti. Similiter eciam ex plu-
ribus aliis scripture locis colligi potest. Item quodam singulari modo Christum pre
aliis filium dei nominat, sicut absque aliis singulariter eum filium dei vocat,
sicut vox patris intonuit in baptismo: Hic est filius meus dilectus in quo michi
bene complacui. Eciam eum unigenitum vocat. Unde Johannis primo: Vidimus
gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. Et item unigenitus qui est

in sinu patris ipse enarravit. Si aut(em) q(ui)m(odo) sicut alii filii dei dicitur
unigenitus dici non possit quia etiam primogenitus nominatur ut quedam
... ab eo sum aliis ... sicut ad Ro. viii Quos presciuit
et predestinavit conformes fieri ymaginis filii eius ut sit ipse primogenitus in
multis fratribus. Et ad Gal. iiii misit deus filium suum ... ut adoptionem filiorum
dei reciperemus alia quam ratione ipse est filius per cuius filiatis similitudinem
alii filii dicuntur. Amplius quedam opera in scripturis sacris ... a deo ipse
attribuuntur quod alteri convenire non possunt sicut sanctificatio animarum remissio
peccatorum. Dicitur enim levitici 19 et 22 Ego deus qui sanctifico vos. Et Ysaie 43
Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Utrumque aut(em) horum scriptura
xpo attribuit. Dicitur enim ad hebr. 2o. Qui et sanctificat et qui sanctificantur ex uno
omnes. Et eiusdem ultimo Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum
extra portam passus est. Ipse etiam dominus de se protestatus est quod haberet potestatem
remittendi peccata et miraculis confirmavit Mat. ix. Ut aut(em) sciatis quod filius
hominis in terra habet potestatem dimittendi peccata tunc ait paralitico et cetera. Et hoc etiam
angelus de ipso prenunciavit dicens ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum.
Non igitur sanctificans et peccata remittens sic dicitur deus sicut dicuntur dii hii qui
sanctificantur et quorum peccata remittuntur sed sicut virtutem et naturam divinitatis
habens. Illa vero scripture testimonia quibus ostendere nitebantur quod xps non esset deus
per naturam efficacia non sunt ad eorum propositum ostendendum. Confitemur enim in
xpo dei filio post incarnationis misterium duas naturas humanam scilicet et divinam.
Unde de eo dicitur et ea que dei sunt propria ratione divine nature et ea que
ad defectum pertinere videntur ratione humane nature. Ut igitur ex scripture sacre quod
xps dei filius et deus dicitur non solum sit purus homo per gratiam adoptionis
sed ut divinitatis naturam habens quam dicunt proprium creature dei. Et obviat
... quod ex tempore filio pater dedisse legitur potestatem Mathei ultimo. Et nomen
ad phil. ii quod tamen non habuit ab eterno. Est enim consuetus scripture modus
ut aliqua dicantur esse vel fieri cum innotescunt. Hoc aut(em) quod filius ab eterno
universalem potestatem et nomen divinum acceperit post resurrectionem predicantibus
discipulis mundo est manifestatum. Et hoc etiam verba Salvatoris ostendunt. Dicit
enim Iohannis xvii Clarifica me pater apud temetipsum claritate quam habui
prius quam mundus fieret. Petit non ut sua gloria quam ab eterno recepit ut deus
in eo iam homine facto esse declararetur. Et ideo dominus post resurrectionem dixit
Mat. ultimo data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Non ideo dicitur quod tunc
de novo hanc potestatem acceperit sed quia potestas quam filius dei acceperat ab eterno
in eodem homine facto cepit apparere per victoriam quam de morte habuit
in resurgendo. Et vero dicit apostolus ad Ro. i de filio loquens qui factus est
ei ex semine david manifeste ostenditur qualiter sit intelligendum ex eo quod additur
secundum carnem. Non enim dicit quod filius dei esset simpliciter factus sed quod factus est ex
semine david secundum carnem per assumptionem humane nature. Sicut et Ioh. i dicitur
verbum caro factum est. Unde etiam patet quod per hoc quod sequitur Qui predesti-
natus est filius dei in virtute secundum humanam naturam ad filium pertinet. Quod enim
humana natura dei filio uniretur ut sic homo posset dici filius dei non fuit
ex humanis meritis sed ex gratia dei predestinantis. Similiter etiam quod apostolus
ad philipp. 2o dicit quod deus xpm propter passionis meritum exaltavit referendum
est ad naturam humanam in qua fuit humilitas passionis. Unde et quod
subditur dedit ei nomen quod est super omne nomen referendum est ad hoc
quod nomen conveniens filio ex natura eterna manifestum esset in fide gentium
convenire filio incarnato. Per quod etiam manifestum est et id quod dicit quod
Petrus quod deus illum xpm et dominum fecit referendum est ad filium
secundum humanam naturam in qua incepit id habere ex tempore quod in natura divinitatis
habuit ab eterno. Convincuntur igitur iste prophetie xpi esse illi cum scribitur
quod in virtutibus ... varium et desideria tepidum precipitaret veritatem filii
dei in solvendo promissa quod est amen id est veritas. Et precipitaret fidelitatem
in testificando ... et de iniqua quod est fidelis testis. Malach. 3 Ero testis
velox maleficis. Ysaie 55 Ecce testem populis dedi eum ducem ac
preceptorem. Et precipitaret veritatem in docendo et arguendo quod verus est.
Et precipitaret lenitatis potestatem in redarguendo et instruendo et timeret
et ad penitentiam rediret

Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus Utinam frigidus esses aut calidus. Sed quia tepidus es incipiam te evomere ex ore meo Quia dicis quod dives sum et locupletatus et nullius egeo et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et cecus et nudus Suadeo tibi a me emere aurum ignitum probatum ut locuples fias et vestimentis albis induaris et non appareat confusio nuditatis tue et collirio inunge oculos tuos ut videas

Secunda pars huius epistole scilicet narracio et dividitur in 3es partes. Primo ponitur increpatoria arguicio. 2o admonitoria exhortacio ibi Suadeo etc. Tercio consolatoria promissio ibi Ecce ego sto. Et est arguicio cum comminacione, admonicio cum consolacione, promissio cum condicione. Arguicio est de duobus scilicet de torpore sive desidia ibi quia neque frigidus etc. 2o de arrogancia et virtutum ostentacione ibi Quia dicis quod dives sum etc. Quantum ad primum dicit Scio opera tua scilicet qualia sunt. Et hoc dicit quia opera istius episcopi erant pro interiori mala quamvis exterius videbantur hominibus bona. Erat enim ypocrita et ita se gerebat ut non posset aperte discerni vel cognosci cuius esset secte vel quibus magis faveret fidelibus an infidelibus. Sed deus intuetur cor. Ideo dicit Scio opera tua. Ricardus: secundum glossam non me latent quia intus video. Ecclesiastici 23: Oculi domini multo plus lucidiores sunt super solem circumspicientes omnes vias hominum in absconditis partes. Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius. Ad Hebreos 4. Ergo consciencia simplicis notitie non approbacionis ut dictum est sepe. Quia neque frigidus es scilicet per apertam infidelitatem neque calidus scilicet per fervidam et veram caritatem. Sed quia tepidus es id est nec ex toto infidelis vel absque fide, neque omnino ad Christum conversus. Unde dicit Haymo: Frigidi sunt Iudei vel pagani ab eo scilicet glaciali rigore constricti, quo dicitur Ysaie xiiii: Ascendam super altitudinem nubium, ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo. Aquilo enim ventus frigidus dyabolus est. Unde dicitur Cantica 4o: Surge aquilo id est recede dyabole et veni auster id est veniat spiritus sanctus qui suo adventu calefaciat et illuminet corda hominum ut pariant opera virtutum. Calidi vero sunt qui in fervore spiritus in dei ac proximi dilectione consistunt. Tepidi vero qui nec ex toto infideles sunt nec avide ad Christum tendunt. Et sic idem Richardus ait Neque frigidus es per infidelitatem neque calidus per caritatem Sed quia tepidus es neutrum exequens ad plenum et existimans solam fidem sufficere sine caritate et operibus fidei, et ideo inutilis es detestabilis securitate propter quod subditur Utinam frigidus esses aut calidus. Dicte modo Sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo id est excludere de sanctorum collegio, quod dicitur de domino Ieremie xv: Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris. Sed dicitur ad evidenciam huius Gualterus ait hic istum esse tepidum id est ex parte fidelem et ex parte infidelem quia nulla est conventio Christi ad Belial que non participatio cum infidelibus 2 Cor vi. Non est ergo commixtio fidelitatis et infidelitatis nec malicie et caritatis. Secundo Gualterus ait Utinam esses frigidus. Nam esse frigidum est magis malum quam esse tepidum et remotius a fervore caritatis. Ergo numquam optandum. Sicut albus est nigro impermixtus secundum philosophum 3o Thopicorum. Ergo et illud peius est quod est bono impermixtum. Malle est esse frigidum. Ergo numquam optandum quam tepidum esse plus propinqua ad bonum. Respondetur secundum Haymonem: Sunt nonnulli qui prius quidem fuere frigidi et multis criminibus obnoxii, quorum corda plerumque spiritus sanctus tangit quo inflammati ferventes efficiuntur, quia quanto se peccatores fuisse recordantur, eo amplius liberatorem suum diligere appetunt, cum credere cognoscit caritas eorum. Luce vii. Duo debitores erant cuidam feneratori etc. Et sequitur Qui plus diligit cui plus donavit Christus ibi de Magdalena. De talibus etiam dicitur Luce xv: Gaudium est in celis super uno peccatore quam super 99 iustis. Sunt autem et quidam nec etiam constituti qui vitam quidem

mixtione

ab omni crimine custodiunt sed tamen in agenda quelibet bona non assurgunt. Et
tales nec frigidi sunt nec calidi, quia non sufficit mala cavere nisi studeat
quis et bona facere. Psalmista: Declina a malo et fac bonum. Et illud Sal-
vatoris Mathei vii: Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur.
Tales quippe de suis operibus fisi solent dicere: Ecce aliena non rapio, alli-
citi, nulla furta, nec adulterium, nec homicidium, non denique hiis similia
mala facio. Sufficit michi mala non agere. Ideo quod et propriis fiducialiter vtor.
Dominus quod hec dicit, indigentibus propria non tribuunt. Et qui non sed rapinam
hec incessunt tenere tenacia, nec recordantur quod dives epulo non ideo dampnatus
est quod aliena rapuit sed quia propria non distribuit. Luce xvi. Sunt quidam et
alii qui aliena non rapiunt et propria distribuunt. Sed hoc non tamen dilectionis
dei et proximi faciunt, sed propter iactantiam inanem ut ab hominibus laudentur
sicut faciebant scribe et pharisei qui dantes elemosinas ante se canebant
tubis. Mathei vi. Et tales etiam nec calidi nec frigidi noscuntur esse, quia
qui indigentiam pauperum sublevat, cum amore caritatis hoc facere debet
audientes illud apostoli i Cor xiii: Si distribuero omnes facultates meas in
cibos pauperum, caritatem autem non habeam, nichil michi prodest. Sunt quidem et alii qui opes
terrenarum facultatum dimittunt et ad monasterium venientes habitum religionis
assumunt, deinde torpentes hec solum ad salutem sufficere credunt quod sua dimi-
serunt, quod vetera crimina sub habitu religionis commissa non admittunt, atque
ideo dormiunt bibunt et secure vivunt. Dumque hoc faciunt tepidi existunt.
Melius quod illis fuerat morari in seculo ubi et peccata sua recognoscerent, et
aliquid propter dei misericordiam compuncti bonis operibus insisterent, quam in monasterio
manere et a bonis operibus cessare. Alii quidem sunt qui ab infancia sua
in monasteriis consistunt, bonis operibus habundant, in fervore spiritus manent
et circa ultimum tempus vite sue torpescunt et tepidi efficiuntur. Et utique
talibus omnibus satius esset aut ut perfecte boni essent vel ex toto mali
quam nec omnino boni nec omnino mali, atque ideo subiungitur: Sed quia tepidus
es incipiam te evomere ex ore meo. Utinam frigidus esses etc. Quoniam
tales qui dicuntur sic frigidi et liberius arguuntur de peccatis et facilius
convertuntur ad penitenciam et fructus penitencie faciunt. Unde Haymo: Facilius
est enim paganum ad fidem Christi adducere quam talium vel tepidorum quemlibet
a suo tepore ad fervorem spiritus revocare. Ideo dicit hic: Utinam esses
frigidus etc. Unde et Salvator dicit Mathei ix: Non veni vocare iustos sed re-
putantes se esse iustos, sed peccatores. Ad Rom v: Ubi habundavit delictum
superhabundavit et gracia. Unde Haymo: Nullus invenitur calidus qui prius non
fuerit frigidus, quia nemo est bonus qui non fuerit malus. Dicit enim apostolus
ad Rom iii: Omnes peccaverunt et egent gloria dei. Tepidus ex frigido
fieri solet et ex calido, quia et alius ex frigore infidelitatis conversus ad per-
fectum iusticie fervorem non transit, et alius ab ipso iusticie calore quo prius
fervebat animum actibusque deflectit. Omnibus autem certissimum quod frigidus ut
calidum facile sumitur in corpus. Bernhardus: Calidi sunt spiritualibus de-
sideriis facti, frigidi horrore peccatorum suorum et eterne dampnacionis constricti.
Has duas affectiones summus et excellentissimus optabiles et acceptabiles domino.
Tepidi sunt utriusque huius affectionis expertes, quales modo fere omnes inve-
niuntur. Vel calidus est qui eundem calidus fervore dilectionis, frigidus consideracio-
ni ipsius. Vel calidus qui amore dei peccare non sinit, frigidus qui
timore gehenne non peccat, tepidus quem nec amor inflammat nec ti-
mor terret etc. Sed de accessibus non. Hic est optatio. Ex una est absoluta
et simpliciter que est respectu maioris boni, alia conditionalis que est respectu maioris mali
vitandi, ut quando quis optat proicere merces in mare ne submergatur. Et talis
est optatio presens. Unde Richardus: Quando quis est confidens de fidei cognitione
et sacramentorum preceptorum non animadvertens multum esse caritatem et caritate
actione, melius fuisset ei in infidelitate permansisse, non quod hic esse bonum, sed
quod nunquam esset malum, et forsitan ad fidem aliquando conversus eciam ac levius
ad veram iusticiam consurgeret. Hic ibi similiter est intelligendum quod tepidus sit [illegible]
ex commixtione caritatis que dicitur calor et iniquitatis que dicitur frigus
sicut fit in naturalibus, ut patuit argumentum primum. Sed dicendum est hoc
patet solutio obiectorum. Et sequitur: Incipiam te evomere ex ore meo

Et no ait absolute incipia evomo te sed incipiam hayom qz omnes confitemur sz ad
illam qz frigidum vel calidum facile ut dictum est quod in corpore tepidum
vero cum magis nausea ab ipso ore eicitur. Ob dei dicuntur sancti predicatores
Unde sepe prophete dicebant. Ob .n. dominus locutum est, qz tanta sanctitas erat in
illis ut in illorum cordibus deus habitaret et per eos loqueretur Math x. Non .n.
vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri. Ora ergo dei sunt etiam et ceteri
doctores per quorum misterium cottidie deus in cordibus suis quod est eterna
transit et calidos facit. Ferventes dum meliores adhuc efficiuntur. Per
divinam predicationem. Et frigidos id est infideles. Cum quilibet vel iudei vel
pagani ad eius fidem convertuntur et nunc sanctorum sociantur. De hoc eciam
dictum est petro actus x occide et manduca. Sed tepidos aut non gustat
qz eorum verba despiciunt. dum in sua securitate torpescunt. Quos et
exhortari desistunt. et velut infructuosam terram deserunt. qz ad meliorem vi
nequaquam posse reformari conspiciunt. Facilius est enim quemlibet paganum ad fi
dem xpi converti qz talium quemlibet ad fervorem spiritus revocare. Hec ille
Unde Richardus Cum in tepore consolatur, no subito ut ex toto a gra
defficitur ut ad malum trahitur. Collabitur sed primum minima deinde maiora
contemnens ad yma descendit. Eccli. 18. Qui modica spernit paulatim decidit
Et ob hoc hic dicit Incipiam te evomere sz punitiendo eum tarde. I. Johs. 2.
Ex nobis prodierunt. sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permansis
sent utique nobiscum. Super quo dicit augustinus omelia 3. Sic sunt ma
li in corpore ecclesie. quo mali humores in humano corpore. qui quando evomuntur
corpus relevatur. Sic qui mali exeunt tunc ecclesia relevatur. Et de hoc il
lud Similiter Delectamur hic quando ob domum ingredimur per baptismum et fidem
et caritatem Sed quando ab eis torpescimus evomimur. sicut aliquod mortuum
et fastidiosum et putridum Prophetius xv. Si quis in me non manserit mittetur
foras Preterea videtur loqui qui similitudine calidum. .n. et frigidum valet ad nu
tritionem corporis naturalis. qz fames est desiderium sicci et calidi ut ait avicenna
parte 2a de anima. Sed res tepida sicut aqua provocat nausiam Idem dicit hic hay
Manifestum est qz ea que frigida sunt vel calida comedere possumus et bibere
tepida vero corpus nostrum ferre non potest. Tali itaqz me accipiendum est quod dicitur in
littera abakuk 2o. Vomitus ignominie super gloriam tuam. Et dicitur qz quibus
rebus significatur vel comparantur reprobi sive mali et quidam iusti sive boni
Et quibus torpentes sive desidiosi. Math. .n. dicuntur frigidi. 2o qz frigidum
est privatio caloris ut ait philosophus xij de animalibus. Et causatur frigus ex
elongatione a proprio fonte caloris. Vel ex interpositione corporis solidi ca
lorem impedientis. Vel ex raritate et porositate corporis per quam transi
calor. ut per philosophum puncto de generatione. Et pro methaurorum. Ubi ponit terram
per quam licet propinquius terre, est calidus, sz ob terre soliditatem calor
Solis recipere et calefacientem [illegible] propinquum aere. Et ob quam terram
aer in medio interstitio est frigidus. Et non retinet calorem Philosophus frigus
generat ait algazel primo sue methaphisice. Et desiccat et indurat Actor phy
19 de animalibus. et constringit Ait ysidorus 2o ethicorum. Sic est spiritualiter de fri
gore iniquitatis. et de infrigidatione illo frigore. Unde Ezechiel xvi morat totaliter
illud Job 28. Nunquid ingressus es thesauros nivis. A thesauros grandinis
aspexisti dicit Quid aliud in nive vel grandine. nisi frigida et dura
intelligenda sunt corda pravorum. Sic .n. fervore caritatis sic solz in sancto clo
frigore malicia desiccari Dicitur namqz Jeremie vi. Sicut frigidam facit cisterna aquam
sic frigidam fecit animam malicia sua. Caritas ac significatur in calore
Et fervente caritate. dicuntur calidi. Calor enim est causa tremendi et con
stringit corpora. Et ideo homo est erecti corporis qz cor eius est calidum
Dicit philosophus xij de animalibus. Ut enim ait ysidorus super angelica ierarchia
c. vij. Caliditas est naturaliter inclinativa subiecti in dilatacionem et diffusionem
in omnem partem Et calor intensus prorumpit in inflamationem et in lucem. Sic
et amor. Et quod sic dicit augustinus homelia sermonum suorum 32. adhibentur ligna
circa ignem ut rectificentur. Et 10 dicit fuor spissamenta ut ait idem s.
Et hinc Ezechiel 21 morat totaliter Job 37. Nonne vestimenta tua calida

tum terra perflata fuerit austro. Dicit per austrum qui calidus ventus est non
inmerito spiritus sanctus signatur, quo quisque dum tangitur ab iniquitatis sive torpore
liberatur. Unde bene dicitur Canticorum 4°: Surge aquilo et veni auster, perfla
ortum meum et fluent aromata illius. Aquilonem enim iubetur ut surgat
ut nimirum is qui in otiosa corda restringit adversarius spiritus fugiat. Auster
enim venit et ortum perflat, ut eius aromata defluant, quia per adventum
sancti spiritus dum mens hominum repletur, ex ea mox opinio virtutum aspergitur
ut iure iam sit electorum lingua quasi ortus austro perflatus dicat: Christi bonus odor
sumus deo 2 Cor 2. Vestimenta ergo sancte ecclesie ~~calida~~ sunt calida, dum
terra austro perflatur, quia hii qui ei per fidem inherent, sanctis curis studiis
inardescunt dum eorum mens sancti spiritus afflatu perfunditur. Et in illa vestimentorum
est ut per semetipsa calere non possint, sed adiuncta viventi corpori dum exalatus me:
brorum poros penetrat, emanantem ab intimis calorem prebet. Quo nimirum
calore etiam hec vestimenta calefiunt, sed calefacta calorem quem accipiunt
retinendo ad corpus reddunt. Quid ergo per vestimenta viventi corpori adherentia nisi
discipulorum vita, ingressibus viventibus coniuncta signatur. Que quasi per poros calorem
accipit, quia ad amorem dei et Christi actionis et impulsu exhortationis ignescit.
Que velud frigus proprium respuit dum a pristina languitate discedit. Calorem
quem accipit retinet, quia in eo quem per documenta suscepit fervore qualescat (?)
hec ibi. Dicitur igitur per austrum terra spiritus sanctus per vestimenta ~~[illegible]~~ corde
fideles qui per se calidi esse non possunt, sed tamen sunt perflati spiritu sancto et ad:
iuncti Christo viventi et calefacienti ac vivificanti, vel etiam predicatori exhortanti.
Ezechiel 40: Super montem erat quasi edificium civitatis vergentis ad austrum. Quod
tractans Gregorius omelia 2a partis super Ezechielem dicit: Civitas que in monte constituta
est ad austrum vergit, quia electorum corda cogitationes suas in afflatu spiritus sancti aperit
atque ab omni superbie sive vitii descendens in deo cui credidit amore calore
concipit ut in nichil ei debeat nisi eius gratie submitti, dilectum calefieri, eius
afflatus semper munere repleri. hec ibi. Apocalipsis 3 (?) Non enim
est qui se abscondat a calore eius ait propheta psalmo 18. Tepidi autem sunt ut dictum
est qui a criminibus se abstinent sed ad bona opera non surgunt tepide modo dicitur
in [illegible]. Unde Gregorius 16 moralium tractans illud Job 24 Quibus non est
operimentum in frigore, dicit: Sunt nonnulli qui in quibusdam rebus peccata faciunt
in quibusdam vero recta opera sequuntur. Cum ergo ex aliis actibus delinquunt
atque ex aliis iustitiam peragunt, quid iste nisi in parte vestitur algeat et tegitur.
Quia ex alio opere fervescit ad iustitiam, qui ex aliis frigescit ad culpam
hec ibi. Et tales sunt dicti tepidi quia habent fidem informem, non tamen cari:
tatem attendere. Mat 24: Refrigescet caritas multorum. Super 2e: Caritatem
primam reliquisti. Et tales mundo evomuntur ut ... tactum est quod est tepidum
provocat nauseam sive evomitionem. Vel quia tales interius utsepe putrescunt
mundo evomuntur et cadunt utseque in aperta peccata de quibus Ieronimus 3°
Non ex corde abicit sed deus quos peccatis eorum exigentibus illi abicit. Et de
hoc Hay° et in glosa. Unde Richardus: Electi per naturalem calorem Christi dilectum
membra Christi sunt, similiter conversi ad fidem per suam incorporationem fiunt membra
Christi sed tepidi per refrigerationem evomuntur ut dictum est. Mirabilis ergo dei
patientia quod multotiens evomitum resumit per manum; tamen de cibo evomito
nullus hoc facere dignetur. Ideo dicit Incipiam te evomere. Quasi modo incipit evo:
mere sed non perevomit donec in morte. Vel quia in hoc quod dicit incipiam quo:
damodo premunit tepidum ut sibi precaveat, quod est magis misericordie ...
Unde Gregorius omelia 34 2e partis evangeliorum: Considerandum nobis est
fratres mei, cur dicit plus de conversis peccatoribus quam de stantibus iustis in
celo gaudium esse fateatur, nisi quod ipsi per quotidianum visionis experimentum
novimus quia plerumque hii qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt
stant quidem in via iustitie, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad celestem patriam
anxie non anhelant, tanto quod sibi in rebus licitis usum prebent, quanto se per:
petrasse illicita nulla meminerunt. Et plerumque pigri remanent ad exercenda
bona precipua, quia valde sibi securi sunt quod nulla commiserunt mala graviora.
At contra nonnumquam hii qui se aliqua illicita egisse meminerunt ex ipso suo
dolore compuncti ~~inardescunt~~ ad amorem dei se se quasi in magnis virtutibus exercent
inardescunt

Ca

Cuncta difficilia sancti contrariis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis iniuriis letantur, flagrant desiderio, ad celestem patriam anhelant. Et quia excessisse se a deo considerant dampna precedentia lucris sequentibus recompensant. Sicut Paulus ergo de persecutore conversus est de stante usque contradicentem fit in celo, quia et dux in prelio plus eum militem diligit qui post fugam reversus hostem fortiter premit quam illum qui numquam terga prebuit et numquam aliquid fortiter fecit. Sic et agricola illam amplius terram amat que post spinas uberes fructus profert quam eam que numquam spinas habuit et numquam fertilem messem produxit. Hec ibi. Gilbertus Cisterciensis in erudimento doctrine parte 2a. Sunt proposita non perficiunt, que fuerant inchoata convelluntur. Sicut enim navis que contra fluminis impetum ascendere nititur, si remigantium viribus adiuvetur, non solum ad locum in quo fuerat sed in posteriora et inferiora relabitur. Sic vite nostre status labitur in peiorem statum nisi totis viribus exequitur bonum quod fuerat inchoatum. Sicut carbo modico rubore concepto deficit nisi ad incendium nisi flabellis validioribus excitatus, a iacenti benefico se conferet in fervore, quia teste Salomone Qui in opere suo est dissolutus et mollis frater est sua opera dissipantis. Sicut enim tepor declinat ad frigus, sic evomitur de ore dei quem repperit tepidum. Ut enim ait Gregorius in pastorali: Cum aliquis quamquam a frigidus conversus, ne tepidus evomatur, ut videlicet a iniquitate conversus adhuc de se spem conversionis prebeat, aut iam conversus in virtutibus inardescat, ne evomatur tepidus qui a calore quem proposuit torpore ad noxium frigus redit. Sicut enim aqua tepida nauseam provocat ad vomitum sic tepor et torpor irruentes indebite turbant propositum inchoatum. Hec ille.

Circa quod est sciendum quod ponimus continuus in bono affectus sit homini ad salutem necessarius. Unde sciendum quod non quia enim hic multi non sic faciunt qui semper in uno statu bone consuetudinis, puta in eisdem orationibus et ieiuniis continuat vitam suam quod videtur nimis durum. Dicendum quod continuus profectus est homini necessarius quantum ad desiderium non autem quantum ad opera exteriora, quod sic probatur. Quilibet enim in hac vita quantumcumque sanctus debet dicere quotidie cum propheta Ps. 76. Et dixi nunc cepi. Et ideo cum consummaverit tunc incipiet. Beati viri sancti scientes hec est perfectorum summa iusticia ut se numquam perfectos esse credant ne ibi desistendi incidant in periculum, ubi perfectionis deputat appetitum. Et ideo dicit proficiendi appetitum non exercitium continuandi. Per hoc quod continuus profectus semper est homini in desiderio, non autem hoc opere in operibus exterioribus. Item Augustinus dicit: Summa perfectio vere religionis est, ut quantumcumque homo in hac vita proficiat, semper sibi putet superesse quod agat. Unde eciam apostolus ad Philippenses ipsa dicens: Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim. Nam qui se estimat ad hoc pervenisse quod cupit non repperit quod tendat sed in inquisitione deficit. Ex quibus evidenter eliditur error illorum qui dicunt quod homo in presenti vita potest tantum culmen perfectionis attingere quod amplius in gratia et caritate non possit proficere, alias enim inveniretur aliquis perfectior cuius caritas fuit finita. Sed illud dictum est omnino falsum et erroneum. Nam perfectio in Christo fuit per modum essendi universalis confirmatus et ideo sicut omnis lux recepta in corporibus inferioribus non adequatur luci solari. Sic Gregorius: Hec omnis perfectio creatura omni homini potest adequari gratie Christi et cetera. In via dei stare retrocedere est. Intellectus istius dicti Nunc ibi.

Dicis quod dives sum. Posita increpatione de torpore sive desidia Angelus de arrogantia et statuum tristicia. Et primo ponit causam scilicet bonorum suorum ostentationem sive iactantiam. 2o quoniam bonorum penuriam et curationem sibi. Et nescis vero quia tu es miser. Dicit ergo quo ad primum Quia dicis quod dives sum. Glossa. Execrabilis quidem es et abhominabilis et ideo nunc evomiberis, quia dicis scilicet falsum iactando de meritis quia dives sum, scilicet per statum acquisitum perfectus, que sunt vere divicie Prov. xiii. Et facie tegitur sive per scientias produxit sive per singularis eloquentie nitorem, sive per pontificales apicis, sive per probitatem laudem manentem ut ait Richardus et locupletatus scilicet in produxit ex effectu. Dicit enim idem Richardus Et idem est dives et locupletatus, dupliciter tamen punitur ut sublimiori gradu extollatur. Vel aliter secundum Haymonem. Dicis quod dives sum scilicet in fide, quia dicit Marci ultimo Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit. Et locupletatus sum quia recte credo et malis operibus nec [illegible] et nihil egeo, scilicet consiliorum

Quia recte credens non solum mala non perpetro sed et bona quelibet ago. Item
non fecit deum. Similiter Ysaie xlvi dicis in corde tuo Ego sum et non est
preter me amplius non sedebo vidua etc. vel dicit quod dives sum affluencia sive
secularis locupletatus affluencia sapiencie et nullius egeo ob habundanciam celeste
dantium virtutum et instancie bonis operibus / Ne scito quod ratione sue vacantie
erat arguendus et ad cognitionem defectuum revocandus. Ideo sequitur Et nescis quia
tu miser es propter peccatorum multitudinem. Misereor super populos fecit penitencia. psalmo lxx
ut ut ait Augustinus xiiii de civitate dei capitulo 12° Miseria hominis est, non esse cum
illo sine quo non potest esse, et miserabilis es carens subsequentibus pene sine ob:
ligationibus ad penam 2° Machabeorum ix. peregre in montibus miserabili obitu
vita functus est. Vel miser non amando prius amando, miserabilis inordi:
nate amatis fruendo. Dicit Augustinus 8° de civitate dei capitulo 8 Amando que
non sunt amanda, multi sunt miseri, sed miseriores cum fruuntur. Ysaie xlvii
Sapientia tua et sciencia decepit te. Veniet super te malum et nescies ortum
eius. Et irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet super
te repente miseria quam nescis. Vel miser es in te, miserabilis aliis con:
gnoscentibus tuam miseriam et compacientibus ait Richardus. Vel miser
es dum decipieris putans te posse salvari solum per fidem sine operibus
Et miserabilis quia nec intelligis scripturas [illegible] teipsum deludis. Haymo Ut enim
ait Seneca epistola lxi Nemo nisi suo vitio miser est. Miser factus
sum et curvatus. Vel miser in actu, miserabilis in situ. Job 13. Homo
natus de muliere brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Et subdistinguit
pondus istius miserie dicens Et pauper scilicet es per amissionem virtutis. Cecus
per amissionem recognitionis. Nudus per amissionem boni operis. Sic distinguit
Richardus Et quasi idem Haymo. Pauper quia non habes opera quibus ditaris in
celo. Cecus quia non habes lumen sciencie. Nudus quia spoliatus es virtutibus.
Sciendum quod beatus Gregorius 2° moralium super illud Job 21 Faciem
eius precedet egestas dicit quod egestas sive paupertas in sacro eloquio alia
electorum ponitur atque alia reproborum. Egestas namque electorum est cum vera
divicie celestis patrie ad eorum animum redeunt. Et in hoc erumpnose presentis
vite exilio positi pauperes se esse meminerunt. Illas quippe divicias sine
cessatione suspirant. De quibus Paulus ait ad Ephesios i Ut sciatis que sit
spes vocationis eius et que divicie glorie hereditatis eius in sanctis.
Psalmo Gloria et divicie in domo eius. Et quia adhuc eas nequaquam conspiciunt
studiose interim in erumpna istius paupertatis gemunt. Hanc procul dubio
paupertatem Jeremias inspexerat, cum dicebat Trenorum 3° Ego vir videns pau:
pertatem meam in virga indignationis eius. Virga enim indignationis dei
est percussio districtionis, quam indignatione tunc homo pertulit, cum ex paradiso
pulsus voluptatis interim gaudii divicias amisit. Sed quia electi quique incessanter
conspiciunt quod in presentis vite penuriam ab illa patrie ingenita facultate
ceciderunt. Unde dicitur Ego vir videns paupertatem meam. Reprobus vero adhuc
hec visibilia appetit peregrinationis sue malum non intelligit. Et hoc ipsum
quod patitur videre nescit. Hanc paupertatem intuens propheta David dicebat
Infirmata est in paupertate virtus mea. In paupertate etenim virtus infirmata
est quia lapsus in hac peregrinatione animus et corruptionis sue molestiis re:
verberatur, hoc quod perdidit contemplari prepeditur. Sed hanc paupertatem reprobi
considerare nesciunt quia dum sectantur ea que conspiciunt, cogitare invisibilia ne:
gligunt que perdiderunt. Unde et egestas eorum recte dicitur. Quia dum replentur
viciis, virtutum diviciis vacuantur. Quibus se recte eximunt ut per elationis
dementiam sublevati dum nequaquam ruine silet dampnum considerant esse se extol
a bonis actibus inopes non cognoscant. Unde recte angelica isti episcopo Lao:
dicie dicitur Dicis quod dives sum etc. Quasi divitem se asserit qui per
arrogantiam sanctitatis extollitur. Sed pauper cecus quia let illudens arguitur
pauper quia virtutum divicias non habet. Cecus quia nec paupertatem quam habet
videt. Nudus quia primam stolam perdidit. Sed peius quia nec se perdidisse
cognoscat. Hec ille. Pauper enim est spiritus privatione vere opulencie quia sine
deo et sine caritate que est mater bonorum bonorum radix et origo sine qua
nulla bona prosunt ad salutem i Corinthiorum xiii Si caritatem non habuero nichil sum

Ut enim ait augustinus super Johannem omelia ista. Nichil habet homo de suo nisi
mendacium et peccatum. Propheta dicit in psalmo. Pauperes facti sumus nimis. Et alibi
Infirmata est in paupertate virtus mea. Item peccator est cecus carentia recte
scientie. Excecavit enim eos malicia eorum Sapientie 2^o. Et Gregorius moralium 19
tractans illud Job 29 oculus fui ceco dicit. Cecus est qui quo pergit non videt.
Ysaye 59 palpavimus quasi ceci parietem. Item peccator est nudus carentia et
amissione iustitie ornatus Johelis primo. Nudans spoliavit eam et proiecit. Apocalipsis
16. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet.
Unde ista paupertas est ignominiosa ista cecitas est periculosa et ista nuditas
est obprobriosa. Et hec omnia sunt magis dampnosa peccatori qui nescit
esse miserum in predictis omnibus. Initium salutis est notitia peccati ait Seneca
epistola 29 et epistola 41. Quid aliud agatur quam ut te meliorem quotidie fa-
cias. Et sequitur ut intelligas tua vitia esse que putas vestra. Nemo avarum
se esse intelligit nemo cupidum. Ceci ducem querunt nos sine duce erramus.
Et post pauca difficulter ad sanitatem pervenimus quia nos egrotare nescimus. Et ibi bene
de hoc Deuteronomii 32. Utinam saperent et intelligerent ac novissima pro-
viderent. Apocalipsis 3. Quia dixisti absque peccato sum i. nichil egeo et nescis quia tu es
Et in psalmo. Nescierunt neque intellexerunt. Vere ego miser est ac miserabilis
qui ignorat se carere predictis. Unde beatus Augustinus libro soliloquiorum ad deum
capitulo xxvi dicit. Soli illi qui se cognoscunt pauperes et confitentur tibi domine
dantes paupertatem suam ditabuntur a te. Qui autem qui se divites existimant
cum sint pauperes a tuis divitiis inveniuntur exclusi. Et subdit. Ego con-
fiteor tibi paupertatem meam et sit tibi tota gloria tua quia tuum est
omne bonum. Per me enim domine fateor ut docuisti me nichil aliud
sum quam universa vanitas et umbra mortis et abyssus quedam tenebrosa et
terra inanis et vacua que sine tua benedictione nichil germinat fructum quia
non facit nisi confusionem peccatum et mortem. Si quid unquam boni habui a te
recepi quicquid boni habeo tuum est. Si quando steti per te steti si quando cecidi
per me cecidi. Et semper in luto iacuissem nisi tu me erexisses. Semper
cecus fuissem nisi tu me illuminasses etc. Multa ibi vide si placet.
Propter quod Bernhardus super illo Canticorum 1 Si ignoras te o pulcherrima sermone 37
dicit neminem absque sui cognitione posse salvari de qua ~~mater~~ nimirum mater
salutis humilitas oritur et timor domini qui et ipse sicut initium sapientie
ita est et salutis. Porro ad se humiliandam nichil urgentius seu accommodatius
animus potest inveniri quam si se in veritate inveniat. Tum non dissimulet non
sit in spiritu eius dolus. Statuat se ante faciem suam nec se a se avertere
abducatur. Nonne ita se intuens clara luce veritatis inveniet se in regione
dissimilitudinis et suspirans miser quam iam latere non potest vere miseriam
suam. Nonne cum propheta clamabit ad dominum. In veritate tua humiliasti me.

c xxv Nam quid non ~~vere~~ humiliabitur in hac vera cognitione sui cum se perspexerit oneratum
peccatis mole huius mortalis corporis aggravatum terrenis intricatum curis
carnalium desideriorum fece infectum cecum curvum infirmum implicatum multis
erroribus expositum mille periculis mille timoribus trepidum mille di-
fficultatibus anxium mille suspicionibus obnoxium mille necessitatibus erum-
nosam proclivem ad vicia invalidam ad virtutes. Unde huic iam extollentia
oculorum unde iam levare caput. Nonne magis convertetur in erumpna sua
dum configitur spina. Convertetur inquit ad lacrimas convertetur ad gemitus et planctus
convertetur ad dominum et in humilitate clamabit Sana animam meam quia
peccavi tibi. Et conversa porro conversa ad dominum capiet consolationem quia pater est misericordiarum
et deus totius consolationis h3 ibi. Debet igitur homo se cognoscere quod
cum fecerit sibi displicebit et deo placebit. Augustinus. O homo si te vi-
deres tibi displiceres et mihi placeres. Nunc autem quia te non vides tibi placeres
et mihi displices. Veniet tempus quo mihi et tibi displicebis mihi cum iudicaberis tibi
cum ardebis. Nunc autem peccator non videt periculum sui status. Nec mirum quia est
excecatus. IV Regum vi dixit Heliseus propheta. Percute gentem hanc cecitate. Et
sequitur. Domine aperi oculos istorum ut videant. Aperuitque dominus oculos
eorum et viderunt se in medio Samaritanorum inter hostes. Sic peccator si octo
mentis apertos haberet in medio hostium vel demonum se videret dyabolum

primo initiatur hominem excecare ut non possit peccatum suum videre. Sicut latro do-
mum ingressus, destruit primum lumen extinguere. Unde et anthiochus templum
ingressus legitur candelabrum luminis abstulisse 1 Machabeorum 1. Sicut enim Sampson
a dalida deceptus a philisteis captus primo crinibus est denudatus 2o [oculis excecatus]
postea 3o funibus astrictus. Sic peccator deceptus a carne captus a demone
primo virtutibus spoliatur 2o oculis interioribus excecatur 3o funibus peccatorum
astringitur. Et sicut ursus excecatus pelvibus clarificatis coram domino suo ludit. Sic
peccator excecatus apparenti delectatione coram demonibus in peccato lusit. Unde
legitur Judicum xvi quod philistim excecaverunt sampsonem preceperunt
ut coram eis luderet. Et sicut rex babilonis filios Sedechie coram oculis
eius interfecit et ipsi oculos eruit Jeremie 39. Sic et rex confusionis dyabolus
bona opera per peccatum mortificat et peccatorem spiritualiter excecat. Ideo quando
homo cessat a bonis operibus divine gratie et subtrahitur et penitus excecatur
pro tanto aut dicuntur peccatores excecati quia [illegible] discretionis amiserunt
significati per Sodomitas qui percussi cecitate non potuerunt ostium loth
invenire Genesis 19. Loth non inveniunt declinant quia ipsi a peccato nesciunt declinare
Ideo excecantur. Sic ergo peccatum ita facit in anima. primo maculat affectum [nota]
Ecclesiastici 47 posuisti maculam in gloria tua dicitur de Salomone. 2o excecat
intellectum Sapientie 2o excecavit eos. 3o debilitat virtutes. Psalmus infirmata est
in paupertate virtus mea. Luce 10. homo quidam descendebat de iherusalem in ie-
richo et incidit in latrones etc. Vel sic aliter et brevius legimus de septem [sic]
cecis famosis in scripturis in quibus septem genera peccatorum intelliguntur
Primus fuit Sampson qui fuit excecatus a philisteis amore dalide. Et
in hoc signatur luxuria que hominem excecat. Trenorum 4 quo erraverunt
ceci in plateis polluti sunt sanguine. hinc est quod duos sodomitas percussit
cecitate. Secundus fuit Sedechias qui captus a nabuchodonosor excecatus fuit
in reblatha 4 Regum 25. In quo signatur peccatum gule quia reblatha interpretatur
multa hec: multi hodie pro gula peccantur. hoc peccatum excecat ho-
minem Ysaie 26 Speculatores eius ceci omnes et nescierunt salutem
Tercius fuit Thobias qui excecatus est calidis stercoribus irundinum
irundines signant viros avaros qui volant per altitudinem [illegible]
ad phil 3 nostra conversacio in celis est. horum stercora sunt temporalia [illegible]
omnia arbitratus sum ut stercora quibus calidis [illegible] amore nimio
excecantur avari. Proverbiorum xvi munera excecant oculos sapientum et immutant
verba iustorum. Quartus est ille cecus de quo dicitur Luce 18 quod sedebat
secus viam In quo signatur peccatum accidie quod facit hominem sedere et ociari
Mathei xx Quid hic statis tota die ociosi. hoc vicium hominem excecat
per quod dicitur Proverbiorum 24 Usquequo piger dormis. homo dormiens non videt
Quintus est ille qui videbat homines velud arbores ambulantes Marci 8
in quo significatur peccatum ire quod impedit animum ne possit cernere verum. Psalmus
supercecidit ignis scilicet iracundie et non viderunt solem scilicet intelligentie
Sextus fuit Saulus qui et paulus qui zelo invidie motus contra christianos
in via excecatus est. quia invidia excecat hominem Sapientie 2o Septimus
fuit cecus a nativitate de quo Johannis ix Et signat superbiam que est origo
omnium viciorum Ecclesiastici x initium omnis peccati superbia. hec hominem excecat
Daniel x omne [illegible] superbum [illegible] cecitate Apocalipsis 3 hic nescis [de miseria]
quia tu es miser [illegible] miseria [illegible] a peccato dicit Augustinus [Est]
contra epistolam fundamenti peccatum efficit [illegible] miseriam quod honestatem recte vo-
luntatis beatitudine [illegible] nulla accedit [illegible] Ecclesiastici libro
contra fortunatum [illegible] peccavit anima et ideo misera est. liberum arbitrium
accepit quo usa est quemadmodum voluit. lapsa est et eiecta de beatitudine et
implicata est miseriis. [illegible] miseria peccatorum loquitur Augustinus libro meditationum
c xi. heu miserum et nimis miserum que torquet conscientia sua quam
fugere non potest. nimis miserum que expectat dampnatio sua quam vitare non potest
Nimis infelix quod [illegible] horribilis nimis infelicior cui mors est eterna
[illegible] nimis [illegible] que [illegible] sua infelicitate horrores
nimis [illegible] que [illegible] pro sua iniquitate dolores. Super
illo verbo Et nescis etc Augustinus libro de utilitate credendi [illegible] sunt homines
[illegible] improbanda ac detestanda [illegible] opinatorum [illegible] eorum qui se arbi-
trantur scire quod nesciunt. Et hoc est contra hereticorum [illegible] ad Augustinum

Homilia xvi contra pharisaeum de ipso pharisaeo. Cum non intelligat quare dicit (?) het (?) [illegible] Si quaeris unde hoc: quia inviso, quia adverso animo legit. Qui non ideo scrutatur ut sciat, sed quod nescit se scire putat. Et propterea tumide arrogantie oculum cordis vel claudit ut omnino non videat, vel distorquet ut perverse videat et aliud pro alio probet et impleret. Et ideo dicit in epistola ad optatum episcopum: Non erubescendum est homini confiteri se nescire quod nescit, ne dum se scire mentitur, numquam scire mereatur. Et idem libro primo de origine animae contra Vincentium Victorem circa finem: Melius est homini fateri se nescire quod nescit, quam in haeresim condemnatam incurrere vel novam condere per temerariam defensionem. Unde concludit libro quarto eiusdem circa finem: Cave ne quando aliquid nescias existimes te scire, sed ut scias disce nescire. Et ibi: In quibus profecto generis humani invenimus ac detestandum sed opinatum et malum est eorum qui sentiunt quidem se nescire, sed non ita quaerunt ut invenire possint. Et eorum qui nec se scire existimant nec quaerere volunt. Et ibi: Quotiens autem istorum modo iste homo nescierit, proculdubio quam multos fuit arguendus et ad eorum defectum revocandus etc. Item sermone in Augustinum sermone 2o de dedicatione ecclesiae: pauperes virtuosi divites sunt divites. Ait enim: audi quicumque de paupertate conqueris et ideo ad edificandam domum deo te invalidum protestaris. Quare solam attendis paupertatem tuam et despicis interiorem substantiam tuam? Ubi enim domus deo construitur, ibi scilicet spiritualibus divitiis habundare. Proinde si pauper es inopia terrene facultatis, esto dives habundantia caritatis. Non possides villas, posside sapientiam. Non tibi est nummus in sacculo, sit deus in animo. Esto nitidus paupertate mentis, quia multo melius est quam si corpus splendeat indumentis. Non habes delitiosos cibos quibus corpus pascitur, sint tibi boni mores quibus anima saginatur. Deliciosi enim cibi quid aliud noverunt quam in corpore nutrire libidinem? Boni autem mores sanctum in corde nutriunt castitatem. Noli ergo pro magno quaerere divitias quae hic remanebunt. Spirituales autem divitias si habueris, pauper numquam eris. Immo si talis fueris ut corporales divitias respuas et spirituales inquiras, in eo vere dives eris, quia pauper laudabilis eris. Et sic vere domum deo edificabis, quia ipsa domus dei tu eris. In edificanda quippe domo dei non est necessaria habundantia nummorum, quia non placet deo immensitas solidorum, sed puritas animorum. Vere ergo domum dei castitas edificat, non facultas. Hec ibi. Item nondum circa illud quod dicitur hic: Et ecce omne primum natum est spiritualiter exponere. 2m illud Zephonie (?) ... ambulaverunt ut caeci quia domino peccaverunt. Unde septem vitia capitalia septem inferunt caecitates mentales, quibus correspondent septem caecitates corporales que in sacra scriptura inveniuntur. Primo enim mentem excecat superbia prae sua nimia claritate. Tobiae 2. Sol suis radiis effulgens excecat oculos. Sol est gloria pompe mundialis et figuratur per Pauli caecitatem, de qua scribitur Actuum ix: Circumfulsit eum sol de caelo et cadens in terram nihil videbat. De qua caecitate est exponendum illud apostoli ad Romanos xi: Caecitas ex parte contigit in Israel. Israel interpretatur vir videns deum. Et significat hominem dentibus (?) et fortune pretium. Huiusmodi sunt homines ingeniosi, speciosi, fortes et divites. Hec enim omnia superbie sunt materia. Unde Augustinus in quadam epistola ad Dioscorum: Vitia cetera in peccatis, superbia vero etiam in recte factis timenda est, ne illa que laudabiliter sunt facta ipsius laudis cupiditate amittantur. Idem Augustinus in regula: Alia quaecumque iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant, superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant. Gregorius: Cum hic pugnis cuncta subacta putantur, cum nihil infestat, invicta superbia restat. Scribit Seneca ad Lucilium epistola 50: Harpasten uxor sua famulam quandam habuit, que subito facta caeca videre desiit. Incredibilem rem tibi narro, sed veram: nescit se esse caecam. Sed subinde rogat pedagogum suum ut educat eam de domo in qua manebat; dicit eam domum tenebrosam esse. Et subdit Seneca: Hoc circa quod in illa videmus nobis accidit. Nemo se avarum intelligit, nemo se cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine duce erramus et dicimus: Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae vivere potest. Non ego sumptuosus sum

Pro vita (?)

III

Sed vrbs ipsa mea maris exercit imperas Non est meum vinum quod iocundis
sum quia nondum consecutus sum certum terminum vite adolescentia hoc facit
Videtur quod nos capimus non est extrinsecus malum nostrum nisi nobis
est in visceribus sedet Sed ideo difficilius ad sanitatem pervenimus quia nos
egrotare nescimus ut ibi Et fuit cecitas istius episcopi cui dicitur hic dicis
quia dives sum etc. Secunda cecitas est invidia Et hec figuratur per cecitatem
Heli sacerdotis de quo primo Regum 3° Caligaverant oculi eius et videre non po-
terat lucernam dei antequam extingweretur forte sine lesione suorum oculorum
non poterat videre lucernam ardentem usque quo extincta erat de die tunc bene poterat
eam videre Isto modo est de invido quoniam lucernam ardentem id est personam gloriose
vincentem et prospere coram deo et bonis viris multo apparenter videre non potest
quia leditur in corde per invidiam Marcus de cupido et invido simul iter
agentibus quod rex de celo venit ad eos dicens concedat unicuique unum quod
voluit et habebit sic tamen quod socius suus habebit duplum Inter quos magna
fuit controversia quis eorum primo peteret Tandem invidus inquit peto
ut eruatur mihi oculus unus et socio meo eruatur uterque Et de talibus potest exponi
illud Ysaye 49 Palpavimus sicut ceci parietem et quasi absque oculis
attrectavimus impegimus in meridie quasi in tenebris hec est vere toxicum
cecitatis Nisi enim illa esset quilibet de bono alterius gauderet et de malo do-
leret quia hoc est proprium caritatis Unde Augustinus super Johannem Tolle invidiam
et tuum est quod habeo tolle invidiam et meum est quod habes Glossa super
illo Exodi 4 Ego duas formas teneo dicit Deus est vita serpentis et est mors
hominis scilicet venenum Et econtra humor aqueus id est saliva est vita hominis et mors
serpentis Isto modo quod est vita studiosi et boni hominis est mors invidi Et
econtra quod est bono viro mors vel dampnum est invido vita Et ideo maxi-
mam iniuriam facit deus invido si ponet eum in celo quia ibi est summa
felicitas in proximo et per hoc summum nocumentum foret invido Propter quod ledit
in infernos ubi nichil videbit cui possit invidere quia sola miseria caret
invidia que in inferno est in summo gradu Tercia cecitas est iracundia
Psalmus Turbatus est a furore oculus meus Et talis Impedit ira animum
ne possit cernere verum Hec figuratur per cecitatem Lamech qui huius arcum
voluit sagittare et putans se occidere feram occidit hominem sicut narrat
magister in historia Scolastica super xvi° capitulo Genesis Ita est de iudicibus concitatis
per iram contra personam accusatam putat se occidere feram id est vindictare
peccatum et ira impedientes occidunt personam De talibus scribitur ad Ephesios 4°
Ignorantia est in illis propter cecitatem cordis eorum Quarta cecitas est avaricia
Et figuratur per cecitatem Thobie quem dormiendo cecitate incurrit Thobie 2°
Quinta cecitas est cupiditas que facit homines similes talpis que fodientibus
in terris Et hec cecitas facit hominem pauperem et mendicum Unde figuratur
per cecitatem mendici qui sedebat secus viam prope Iericho quando interrogabatur
cum turba preteriret Luce xviii Seneca ad Lucilium epistola 2a Non qui parum
habet sed qui plus cupit pauper est Quid illi refert quantum in archa quantum
in horreis iaceat quantum prestet aut feneretur si alieno imminet si non
adquisita sed adquirenda computat Quis sit divitiarum modus queris Primum
habere quod necesse est proximum quod satis est Sexta cecitas est gula que
frequenter excecat hominem et spiritualiter et corporaliter Proverbiorum 23 Cui ve cuius
patri ve cui rixe cui fovee cui sine causa vulnera cui suffossio ocu-
lorum Nonne hiis qui morantur in vino et student calicibus epotandis
Hec describitur per cecitatem ceci nati de quo Johannis ix Septima cecitas
est luxuria et amor voluptuosus qui aufert homini indicium racionis
Iuxta illud Metrice Omnis amor cecus non est amor arbiter equus Illa
deforme pecus iudicat esse decus Unde 2° Regum 13 Amoris cecitas
inducitur Est prima filia luxurie iuxta illud metrice Oriens excecatio quam luxurie
famulatur Hec autem figuratur per cecitatem Sampsonis quem ut habetur Iudicum
xvi Dalida amica sua decepit et Philisteis tradidit ad excecandum
Figuratur etiam per cecitatem qua percussi fuerunt Sodomite Genesis 19 Qui
cum facerent vim angelis fuissent tabuisset quod in forma hominum apud Loth
erant hospitati ab istis cecitatibus Deus sic quilibet et presentium custodiat

custodire et etiam beati quorum multi dicitur Ysaie xlii Dedi te in fedus populi in lucem gentium ut aperires oculos cecorum et educeres de conclusione vinctum de domo carceris sedentes in tenebris etc. Ymmo per peccatum est cecus quia non videt ut recognoscat seipsum peccatorem nec deum datorem. Nec celum ad appetendum nec mundum ad contempnendum et ideo dicit psalmista Et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Tunc ibi Suadeo tibi a me emere aurum etc. Secunda pars principalis narrationis huius epistole. In qua posita increpatione arguitur de torpore sive desidia et de arrogancia et statum tercia. Consequenter subditur consultoria admonicio cum consolatione ad acquirenda bona predictorum defectuum remediativa. Et subdividitur in 3 partes. Illa prima ponitur admonicio. 2a admonitio 2o ibi Ego quos amo arguo. 3o ad imitandos dei electos in bonis agendis et ad penam de malis commissis exhortacio ibi Emulare ergo. Circa primum ad primum ait Suadeo tibi etc. Et est suasio accipiendi tria bona remediativa predictorum trium malorum licet ordine preposterum secundum Richardum. Nam contra malum paupertatis suadetur emere aurum ignitum probatum. Contra malum nuditatis suadetur induere vestimentis albis. Contra malum cecitatis suadetur inungere oculos collirio. Dicit ergo Suadeo tibi quasi diceret licet talis sis ut dictum est scilicet miser miserabilis etc. et sic indignus mea gratia tamen ego ex magna bonitate et mea suadeo tibi a me emere aurum etc.

Ad cuius intellectum sciendum quod secundum beatum Gregorium libro 3 moralium super illud Iob xxi Sternet quasi aurum quasi lutum. Appellacione auri in sacris eloquiis aliquando divinitatis claritas, aliquando splendor superne civitatis, aliquando caritas, aliquando nitor glorie secularis, aliquando pulcritudo sanctitatis accipitur. Auri siquidem nomine ipsa divinitatis intima claritas designatur sicut in Canticorum canticis sponsi species describitur capitulo v Caput eius aurum optimum. Quia enim caput Christi deus est ut dicit apostolus I Cor xi. Nil vero in metallis auro fulgencius sponsi caput aurum dicitur quia eius humanitas ex divinitatis sue claritate nobis principatur. Et ibi hoc aurum nobis suadetur nobis hic emi. Quia sic dicit idem Gregorius 18 moralium super illud Iob 28 Non adequabitur ei topasion de ethiopia nullus sanctorum ~~...~~ virtutibus plenus existens cum in exordine mundi collectus ei potest equari de quo dictum est Luce primo Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et infra huius se sapiencie quidam topasion de ethiopia equare voluit cum quidem heresiarcha saltem aurum dixit. Non invideo Christo deo facto si volo possum et ego ipse fieri quia dominum nostrum Ihesum Christum non per misterium conceptum sed per profectum gracie deum putavit, perversa allegacione astruens eum purum hominem natum sed ut deus esse per meritum profecisse atque ob hoc estimans se et quoslibet alios ei posse coequari qui filii dei per graciam fiunt non intelligens nec attendens quod non adequabitur ei topasion de ethiopia. Aliud est enim natos homines graciam adoptionis accipere aliud singulariter per divinitatis potenciam deum ex ipso conceptu prodisse ... gloria unigeniti ... nam alius accepta graciam ... conjuncte dei et homini. Homo Christus Ihesus non sic ille hereticus desipit aliter in humanitate aliter in deitate est. Non purus homo conceptus atque editus post meritum ut deus esset accepit sed nunciante angelo et adveniente spiritu sancto mox verbum in utero, mox intra uterum verbum caro et manente incommutabili essencia que ei est cum patre et spiritu sancto coeterna assumpsit intra virginea viscera ubi et impassibilis pati et immortalis mori et eternus ante secula temporalis posset esse in fine seculorum, ut per ineffabile sacramentum conceptu sancto et partu inviolabili secundum veritatem utriusque nature substantiam eadem virgo et ancilla domini esset et mater etc. Hoc aurum voluit emere qui dicebat Ysaie xiiii Ascendam super montem excelsum sedebo in lateribus aquilonis et similis ero altissimo. Dicit Bernhardus sermone xvii super cantica quia istam similitudinem altissimi appetebat ut si quemadmodum ille super cherubin sedens gubernat omnem angelorum creaturam ita et ipse aliud sedet regeret congregationes hominum. Sed absit dicit Bernhardus quia iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni vie non bone, assentiunt iniquitati. Nos autem non agnoscimus nisi creatorem. Non dyabolus sed deus indicabit orbem terre ipse deus qui fecit et in seculum seculi ipse reget nos in secula. Ego in celo conceptus dolorem

quatis habet

Et in paradiso peperit iniquitatem plenam malicie matrem mortis et examinatricem omnium que prima placens superbia ... ibi tum primis parentibus dixit illud Gen 3 Scit deus quod in quocumque die comederitis ex eo de fructu ligni quod est in medio paradisi aperientur oculi vestri et eritis sicut dii scientes bonum et malum. Tercio auri nomine splendor superne civitatis dicitur sicut hanc Johannes se vidisse testatur Apoc 21 Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo aurum namque ex quo illa civitas constat simile vitro dicitur ut et per aurum clara et per vitrum designetur esse perspicua. Et de hoc auro licam intelligendo dicitur Suadeo tibi a me ad tuam utilitatem emere contra illos qui pro nichilo volunt habere aurum istud id est regnum celorum quod emitur paupertate Math 5 Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Augustinus Venale habeo. Quid? Regnum celorum quod emitur paupertate quod per primam Mathei 3 primam agite appropinquabit regnum celorum id est probatum scilicet ab angelis et sanctis omnibus ut locupletes fias scilicet bonis meritis. Quarto auri nomine caritas intima dicitur angelus que sibi loqui idem Johannes aspexit ad mamillas zona aurea cinctum vidit super primo quia nimirum supernorum civium pectora dum penali iam neque ... subiecta sunt atque a se turpitudinem nulla scissione solvitur ex sola caritate constringuntur zonam vero auream circa mamillas habere est cunctos mutabilium cogitacionum motus per solius iam amoris vincula restringere. Et de hoc auro licam intelligendo dicitur Suadeo tibi emere aurum id est caritatem que ut aurum fulget et ignitum quia per dilectionem fervet et probatum quia in fornace tribulacionis iudicium examinacionibus sustinet ut ait Richardus Et istud est aurum purum de quo Trenorum 4o Filii Syon incliti et amicti auro primo est igitur caritas aurum quia ipsa superat omnes virtutes alias sicut aurum alia metalla 1 Cor 13 Maior horum est caritas et ardet ita vehementer in dilectionem dei et proximi ut omnino non possit extingui Cantica 8 Aque multe non potuerunt extinguere caritatem Quam qui habuerit locupletabitur quia virtutibus omnibus habundabit ipsa est enim radix omnium bonorum que igne probatur quia per amorem spiritus sancti ardenter accenditur Quam qui habuit vestimentis albis induetur quia peccatorum nigredine purgatus per eandem caritatem que operit multitudinem peccatorum multis virtutibus decorabitur Que dicit albis vestibus quia peccatorum maculam aut aliquam duplicitatem habere non novit hec ... Hec autem emitur operibus bonis sicut dicit licam Sed contra hoc ... apostolus dicit ad Rom 11 Si autem gracia iam non ex operibus alioquin gracia non est gracia Caritas autem vel est idem quod gracia dicit ei inseparabiliter annexa et per consequens non emitur per bona opera Dicendum secundum licam quod gracia ... accipitur pro habitu animam iustum deo faciente vel pro mocione dei una que movet animam ad bonum supernaturale sicut mocio naturalis movet omnia ad bona sibi naturalia Similiter meritum 2x accipitur Primo pro merito condigni alio modo pro merito congrui Tunc dicendum quod si accipiatur gracia primo modo ... prima non cadit sub merito condigni et sic intelligitur dictum apostoli Sed ... tamen huius graciam primam ex operibus meretur de condigno eius augmentacionem prima tamen gracia bene cadit sub merito congrui quia si homo facit quod in se est se disponendo ad graciam congruum est quod deus illi infundat eam Si autem accipiatur gracia secundo modo sic non cadit sub merito quia precedit omne meritum condigni et congrui talis enim influxus divinus generaliter fit omnibus hominibus quamdiu sunt in vita presenti Sed quidam secuntur hunc influxum per conatum liberi arbitrii se disponentes ad supernaturale bonum et sic merentur de congruo graciam habitualem sibi infundi a deo et per eam eius augmentacionem de condigno alii vero non secuntur et quod demeretur ... ipsis et alieni et volentes in peccata labi per defectibilitatem liberi arbitrii ... Quarto auri nomine nitor glorie temporalis exprimitur sicut dicitur Isaye 14 calix aureus Babilon Quid enim Babilonis nomine nisi huius mundi gloria designatur Qui calix aureus dicitur quia dum pulchra esse temporalia ostentat stultas mentes in sua concupiscencia debriat ut speciosa temporalia appetant et invisibilia pulchra contempnant Hoc aureo calice prima sponsa eva debriata est de qua dicitur Gen 3 Cum vidisset lignum ... vidit quod esset pulchrum visu aspectu quod delectabile et comedit Aureo ergo babilonis calice est quia dum visu exterioris pulcritudinis ... sensum intus rectitudinis subtrahit Quinto ... auri nomine splendor sanctitatis accipitur sic videtur ... a splendore iusticie ad nequicie tenebras ... Jeremias deplorat dicens Trenorum 4to

Ca

Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Aurum ergo obscuratum subsequentibus iniquitatum tenebris iusticie pulchritudo deseritur. Color optimus mutatur cum splendor innocencie in feditatem vertitur culpe. Hoc aurum sternet behemoth quasi lutum ut exponit ibidem Gregorius dicens Quia ergo leviathan iste multos qui inter sanctam ecclesiam fulgore iusticie resplendere videbantur tunc vel terrenarum rerum cupidi vel exterius dolorose contagio vel carnalibus et voluptatibus subiunt aurum procul dubio quasi lutum sternit. Aurum ergo quasi lutum sternere est in conspectum vite munditiam per illicita desideria gaudere ut hii eius sordidis eius vestigiis subiaceant qui coram illum prius virtutum splendore rutilabant. Et ibi ipse est eciam Auri nomine significatur claritas vite et divine sapiencie sicut dicit idem Gregorius 18 moralium tractans illud Job 28 Auro locus eius in quo conflatur. In auro insuper ipse vite vel sapiencie claritas designatur scilicet Auro ergo locus est in quo conflatur cum non clarescat anima in fulgore eterne pulchritudinis nisi prius ardescat in officina caritatis. Item per aurum significatur sapiencia celestis sicut dicit idem Gregorius 9o moralium tractans illud Job 3o Cum principibus qui possident aurum. Quid aurum nisi sapiam appellat que recte auri appellacione signatur quia sicut aurum temporalia ita sapiencia bona eterna mercatur. Et ibidem exponit istud Suadeo tibi a me emere aurum. Dicit Si aurum sapiencia non esset nequaquam laodicie ecclesie ab angelo diceretur Suadeo tibi a me emere aurum ignitum. Aurum quippe emimus dicit ipse cum acceptum sapiam prius obedienciam prebemus. Ad quem vero nos conductum huius sapiens invitat dicens Ecclesiastici primo Fili concupisti sapiam serva mandata et deus illam prebebit tibi. Per aurum igitur propter splendorem et valorem potest intelligi sapiencia que inter omnia dona preciosior et purior . . . per ignem vero caritatis de qua Luce xij Ignem veni mittere in terram. Suadeo ego tibi emere . . . operibus aurum ignitum id est sapiam caritate accensam aliter inflaret per superbiam ut ait . . . et probatum per veritatem simplicitatis. Hoc autem emitur per devotam oracionem per studium et assiduam scripturarum meditacionem. Psalmus In lege eius meditabitur die ac nocte. Sapiencia quo autem dicat emi determinat dicens a me. Jacobi primo Si quis indiget sapiencia postulet a deo qui dat omnibus habundanter et non improperat. Non a mundo non a carne quoniam sapiencia mundi stulticia est. Corinthiorum 2o Prudencia vero spiritus vita et pax. Ad Romanos viij. De utraque Jacobi 3o Non est ista sapiencia sursum desursum descendens sed terrena animalis et dyabolica. Terrena scilicet . . . in avaris animalis in voluptuosis dyabolica in ambiciosis. Que autem desursum est sapiencia primum quidem pudica est deinde pacifica modesta suadibilis bonis consenciens plena misericordia et fructibus bonis ac iudicans sine simulacione. Et hec a solo deo est. Ecclesiastici j. Omnis sapiencia a domino deo est. Et hec locupletat hominem. Sapiencie vij Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa et innumerabilis honestas per manus illius et letatus sum in omnibus quoniam antecedebat me ista sapiencia et ignorabam quoniam omnium bonorum mater est. Et eiusdem viij Si divicie appetuntur in vita quid sapiencia locupletius que omnia operatur. Proverbiorum 3o Beatus homo qui invenit sapiam et qui affluit prudencia melior est acquisicio eius negociacione auri et argenti primi et purissimi fructus eius est preciosior cunctis opibus et omnia que desiderantur hec non possunt huic nec valent comparari. Vel aliter per aurum ignitum igne probatum possumus intelligere dominum Ihesum Christum qui probatus est igne passionis sputis flagellatus derisus ad ultimum crucifixus et mortuus. Hec omnia paciens ferens orabat pro persecutoribus dicens Pater ne statuas illis hoc peccatum. Luce 23. Dicitur ergo tibi . . . Suadeo tibi a me emere aurum ignitum ut locuples fias id est si vis virtutibus habundare stude Christum imitari sive cum a deo flagellaris sive cum a proximis illata iniuria sustines ut et ipse fias aurum inter dies tribulacionis devotum. Psalmus id est probasti nos deus igne nos examinasti sicut examinatur argentum et infra Transivimus per ignem et aquam et . . . ut locuples fias id est ut multis virtutibus habundes. Ecclesiastici 2o In igne probatur argentum et aurum homines vero receptibiles in camino humiliacionis. Ipsa pro . . . mir . . . constans in variis tribulacionibus ut probacio fidei vestre sit preciosior auro et argento quod per ignem probatur. Sapiencie iijo Tanquam aurum in fornace probavit electos suos deus. Hic tamen . . . impensis oracionibus

III

a me a quo sunt cuncta bona spiritualis gratie. Eme ergo ut locuples fias qui
es pauper. Contra primum malum scilicet ignominiose paupertatis et egestatis, et vesti-
mentis albis induaris, contra secundum malum scilicet opprobriose nuditatis. Unde subdit
ut non appareat confusio nuditatis. Gen. 3°. Timui eo quod nudus essem. Ve-
stimenta autem hec in loco isto intelliguntur innocentia baptismalis
et ornamenta virtutum fidei scilicet et caritatis ceterorumque bonorum operum
quibus operitur confusio nuditatis id est turpitudo contine commissationis. De quibus vestibus
dicitur Eccl. ix. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Dicuntur autem virtutes
et opera virtutum vestimenta alba quia animam dealbant et mundant ab omni
labe peccati. Ps. Lavabis me et super nivem dealbabor. Item Confessionem et decorem
induisti amictus lumine sicut vestimento, id est luminositate virtutum. Ysaie 2. Apprehen-
det vir fratrem suum domesticum patris sui et dicet vestimentum tibi est, esto princeps
noster. [illegible] quia in domo mea est panis neque vestimentum. Nolite me constituere principem populi. Vestis ergo bona communiter
iusti, que dicitur esse alba per innocentiam Eccl. ix. Omni tempore etc. Longa per
perseverantiam Gen. 37. Fecit ipsi Joseph tunicam polimitam et
talarem. Item varia per virtutum varietatem. Ps. Astitit regina a dextris tuis etc.
Ezech. 16. Vestivi te discoloribus. Item contexta per veritatem non dissu-
ta per simulationem Johannis xix. Erat tunica inconsutilis desuper contexta
per totum. Item odorifera per bonam opinionem Gen. 27. Ut sensit Ysaac
vestimentorum fragrantiam etc. Item calida per caritatem Job 37. Nonne
vestimenta tua calida sunt cum fuerit austro perflata. Item duplicata
pro cordis et corporis mundiciam Prov. ult°. Omnes domestici eius vestiti
sunt duplicibus. Nunquam autem hec induuntur nisi exuantur vetera. Ad Coloss. 3°.
Expoliantes veterem hominem etc. Zach. 3. Auferte vestimenta sordida ab
eo. Hec vestimenta debent semper lavari propter pulverem et sudorem. Ysaie i.
Lavamini mundi estote etc. Ut non appareat scilicet in die iudicii quando omnia
manifesta erunt confusio nuditatis tue id est defectus predictarum virtutum
et operum unde confunderis mala confusione. De qua Jeremie xx. Con-
fundentur vehementer quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur.
Hec confusio potest vitari per modicam confusionem quam habet homo coram
sacerdote. Unde Eccl. dicit Melius est hic erubescere coram paucis quam in fu-
turo coram omnibus. Item Eccl. Fili pro anima tua non confundaris dicere
verum. Est enim confusio adducens gloriam. Breviter et collirio inunge oculos
tuos ut videas. Duo sunt oculi anime scilicet intellectus et affectus
sive cognitio et dilectio. De quibus dicit sponsus ad sponsam id est Ihesus Christus
ad ecclesiam vel ad animam Cantic. 4to. Vulnerasti cor meum soror
mea, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Cognitio enim sive intelle-
ctus vulneratur. Sed affectio sive dilectio que est oculus mentis dexter, non.
Cui dyabolus magis insidiatur et quem porius nititur extrahere. Unde primo
Reg. xi°. Dixit Naas Amonites viris de Jabes. In hoc feriam vobiscum
fedus ut eruam omnium oculos dextros ponamque vos in obprobrium cunctis
gentibus in universo Israel. Collirium autem quo debent oculi inungi est opera
bona que clarificant intellectum ad cognoscendum bonum et affectum ad amandum
bonum. Unde Ps. Intellectus bonus omnibus facientibus eam. Item a
mandatis tuis id est ab observancia mandatorum tuorum intellexi. Item Joh. xiiii°.
Qui habet mandata mea et servat ea hic est qui diligit me. Gregorius
in omelia penthecostes. Probatio dilectionis est exhibitio operis. Vel secundum Januensem
per collirium quod ex terra nascitur et pulverem aufert [illegible] intelli-
gere Ihesum Christum qui natus est de terra, hoc est de beata maria, propterea scilicet
illud Ps. Deus rex noster operatus est salutem in medio terre. Dicit ergo collirio inunge
oculos tuos id est imitare paupertatem filii dei, qui cum dives esset pro nobis
pauper factus est intantum quod non habet sicut vulpes ubi caput suum reclinaret.
Unde in hospicio natus est vilissimis pannis obvolutus et in presepio po-
situs quia non erat ei locus in diversorio Luce 2°. Collirium ergo inunge ocu-
los tuos ut videas id est quia oculos tue mentis terrene delectaciones claudebant
et excecabant redemptoris tui egestatem considera et sic evigila ad
futura celestium premia. Unde ipse in Evangelio dicit Johannis viii°. Qui sequitur
me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite. Vel [illegible] per collirium

Collirium ex colli dicitur et est quoddam [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] collirium medicamenti collirium [illegible] qui [illegible]
[illegible] [illegible]

quo illuminantur oculi, possimus intelligere divina eloquia quibus oculi mentis illuminantur iuxta illud Psalmi: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Dicat ergo collirio inunge oculos tuos, id est adhibe precepta divina mentis oculis, ut unde quid pateris meditando videas, et videns per opera bona festines operire ut per munditiam videas. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt Mathei v°. Collirium in quolibet scripture aspiratione per singulas scripturarum paginas, quid deus iussit legendo vel audiendo ad mentem revocat, collirium unicum confectum ex virtutibus omnibus habet, vel certe si ex toto non habet, sic quod quasi ex unctione collirii reparat ad videndum clarius dum per dei verbum illuminatur intuitus illius. Ut enim ait Augustinus super Iohannem omelia 2a colliria et medicamenta unde sit nunc de bona vita. Et per collirium significatur fides incarnationis vel per collirium quod per amaritudinem oculos purgat, amaritudo penitentie significatur que per compunctionem clarificat sensus cordis. Fit collirium per effusionem lacrimarum, oculos lacrimis ait Hieronymus. Ut enim ait Ysidorus libro 4° ethimologiarum: Collirium dictum est, quod vicia deterat oculorum. Unde in figura Iohannis ix Christus linivit luto super oculos ceci nati et dixit: vade in natatoria Syloe quod interpretatur missus sive missio, et significat missam a deo vel per collirium significatur sufficientia consolationis que amaritudinem purgat. Ysaie 28: vexatio dabit intellectum. Unde et oculi Thobie fuerunt illuminati felle piscis Genesis xvi. Et in hoc suadet remedium contrarium malum scilicet dissuadens. Ecclesiastici per igitur quod elegerunt rudent in ea bona predictis verbis mutat illam cum hoc quod super dixerat cum pauperem suadet emere aurum ut locuples fiat, cum nuditatem suadet induere vestimentis albis ut non appareat confusio nuditatis. Cum cecitatem suadet inungere oculos collirio ut videat etc.

Ego quos amo arguo et castigo. Emulare ergo et penitentiam age. Ecce sto ad ostium et pulso. Si quis audierit vocem meam et aperuerit ianuam, introibo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo. Sicut et ego vici et sedeo cum patre meo in throno eius. Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Posita consultoria admonitione cum consolatione ad acquirenda bona malorum huius temporis <u>remedialis</u> Hic ponit hic admonitionibus correctionem et ad sustinendum inplicationem exhortationem dicens: Ego quos amo arguo et castigo. Ut enim ad id quod suadet inducat ponit se arguere quos amat, ut ait Richardus, et ne ex asperitate correctionis desperet, consolationem adiungit quod dicit. Non desperes ex predicta redargutione non procedit ex odio sed ex amore, quia quos amo arguo scilicet verbis et castigo scilicet verberibus. Unde Haymo: Omnipotens deus iustificator et misericors multis modis arguit et castigat quos amat. Ideo et libenter toleranda sunt eius verba et verbera. Propter quod dicitur Proverbiorum 3°: disciplinam domini fili mi ne abicias scilicet sive verborum sive verberum, nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim deus diligit corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. Ad Hebreos xii: Noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina autem perseverate. Tamquam filiis offert se vobis deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri et non filii estis. Et loquitur de utraque disciplina scilicet verborum et verberum de qua dicitur in Psalmo: disciplina tua ipsa me docebit. Et ut dicit Haymo: facit hoc deus sicut grandia sunt humana dominus in more peritissimi patris duos filios habentis, quorum unum quem sibi vult substituere heredem diversis modis flagellat, a cibo et potu exiguitat, aqua et vinctis pedibus tota nocte immobilem stare facit, incessantibus contumeliis afficit, et aliquando velud extraneum a suo obsequio excludit. Alterium vero quem sibi heredem non destinat futurum sine voluntatis esse permittit comedendi et bibendi licenciam tribuit, ad ambulandum quocumque voluit liberos egressus concedit. Ita deus omnipotens facit iustos et electos per minima tormenta et varias tribulationes affligit, ut postmodum in celo regnare faciat et heredes eterne beatitudinis constituat.

III

Lucent replebis in fine voluptatibus d'inanie punitur / Ex illud psi dimisi eos sm desideria cordis eorum Job 21 Quare impii vivunt sublevati sunt confortati quoque divitiis et ibidem et non est virga dei super illos Super quo Greg. xv moralium Virga superne discipline non percutit eos et tanto amplius in culpa sua proficiunt quanto minus ex culpa feriuntur / Hanno Rapsodus itaque qui modo mundi desideriis et voluptatibus dediti sunt eterna suspectat supplicia Unde vero qui nunc temporalibus flagellis atteruntur ab eternis sunt verbe liberandi quia et vitulus qui occisioni preparatur liber pastus saginari permittitur / Sed vero ad usus necessarios reservatur jugo et loris domatur / Simul stringitur / verberibus ceditur Sicut et eger cuius vita desperatur quicquid animus concupierit exigi in salute eius / cuius autem a medico non negatur nimio credit / Cuius vero recuperanda salus estimatur / quicquid saluti eius sunt contraria animo quoque eius desiderabilia omnino negatur Hec ille Ergo

Gregorius vi moralium dicit Electus quamquam eterna supplicia evadat vel ad celestem gloriam ascendat, dum hic assiduis flagellis atteri, quatenus in iudicio valeat purgatus inveniri / Ipso namque instrumentum uti pendere deorsum quotidie ducimur nisi mira manu artificis per superna media flagella sublevemur Unde dicitur Job v Beatus homo qui corripitur a domino Greg. prima virtus est ne vestri de[...]ant si vitari peccata / secunda autem vel perpetrata corrigere Sed plerumque culpas non solum committentes minime vitimus verum etiam nec commissas cognoscimus / et peccatorum mentes tanto altius tenebre sunt quanto nec dampnum sue cecitatis intelligunt / Unde fit plerumque divini muneris largitate ut culpam pena subsequatur et flagella oculos delinquentibus aperiant / quos inter vitia securitas cecabat torpens quippe animus percussione tangitur ut excitetur / ut qui statum sue rectitudinis securus perdidit / afflictus considerat quo iacet / hinc itaque ipsa asperitas correptionis oculo fit luminis / Unde dicit apostolus ad Ephesios v omne quod arguitur a lumine manifestatur / argumentum ergo salutis est verbis dolor/ibus / hinc est enim quod Salomon ait Eccl. x Curatio faciet cessare peccata maxima / hinc voce angelica dominus dicit ad Johannem Apocalypsis quos amo arguo et castigo Et Paulus ad Hebr. xii omnis autem disciplina in presenti quidem non videtur esse gaudii sed meroris postea autem fructum placatissimum exercitatis per eam reddet iustitie Increpatur ergo domini ne reprobes / dicitur Job v Gregorius Qui sibi enim pro culpa percutitur / si in querelas sue percussionis elevatur / increpationem domini reprobat / qui hanc iniuste se perpeti accusat Job x Nunquid homo dei comparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir Ubi Gregorius xv moralium Quisquis de percussione susurrat quid aliud quam iustitiam ferientis accusat / Puriorem ergo se vir factore suo estimat / si contra flagellum querelam parat / eum quoque sibi procul dubio preponit / cuius iudicium de sua afflictione redarguit Sit ergo homo superbe ne pravus / iuste eius iudicium de sua afflictione non audeat vindicare culpe / hinc humiliter cogitet auctorem / quia qui mire ex nichilo hominem fecit factum impie non affligit / Et quod idem dicit in registro Epistola c xl / In hiis que patimur / nullo modo dominum murmur cordi nostro surrepat / quia ad quid hoc creator noster operetur incognitum est / forsitan in in prosperis positi deum offendimus Unde clementi amaritudine nos vult purgari / Et eo licet temporalis nos frangat afflictio ut rerum dampna destituant / quia si in adversis ei gratias referentes deum nobis placatum fecerimus esse placabilem / et que amissa sunt multiplicata redderentur Et super hec gaudia eterna prestantur / hinc ibi Ideo dicendum cum Job illud eiusdem x loquar in amaritudine anime mee / dicam deo noli me condempnare Super quo Gregorius dicit lib. ix moral. Qui peccatorem se in amaritudine anime asserit quid aliud deo quam ne condempnetur dicere debet / quia amaritudo penitentie presentis extinguit supplicia perpetuis ire Et ibidem Nam quos presentia mala non corrigunt / ad sequentia perducunt / Sed autem repente quosdam pena presentis ab eterno supplicio defendit Apostolus Paulus nunc dixisset Cum iudicamur a domino corripimur ut non cum hoc mundo dampnemur / i Cor. xi Et ibidem allegat verum istud Et idem moral. xviii tractans illud Job 21 Emittet super eum flagellum et non parcet / dicit / scilicet deus quotiens feriendo corrigit / ad hoc flagellum emittit ut parcat Cum vero eum vitium in peccato permanentem feriendo concludit flagellum emittit / sed nusquam parcit Cui emisit flagellum ut parcat ad hoc emittet quousque ne parcet

Nunc hic numquam vitat deus tanto magis studet ut peccat quanto magis expectando flagellat. Et ibidem allegat hoc quod hic voce angeli dicitur ad Johannem Ego quos amo castigo. Job 24 [illegible] non infert furorem suum nec ulciscitur valde scelus. Super quo Gregorius libro 26. Dum quippe deus tolerat quos in peccatis dampnat et furorem nunc inferre dissimulat, ad effundendum sine fine in posterum servat. Electorum namque est hic gravi ut ad [illegible] vocant [illegible] hereditatis se erudire. Nam est hic flagella propter quibus [illegible]

12 de civitate gaudent. Unde scriptum est ad Hebreos xii Flagellat omnem filium quem recipit. Et ibidem exponit hoc quod dicitur hic in littera Ego quos amo arguo et castigo. Unde dicitur i Petri 4 Tempus est ut incipiat iudicium de domo dei, ubi mox admirans adiungit Si autem primum a nobis quis finis iudicium [illegible] finis eorum qui non credunt dei evangelio. Petri [illegible] divina severitas multum [illegible] punitit [illegible] iudicii [illegible] correptione inchoat, ut in reproborum dampnatione terminetur. [illegible] ibi. Et inducit hic Haymo Leo [illegible] multis modis deus homines hic flagellat. Sunt tamen quinque modi speciales quibus homines a deo flagellantur, aliquando ad augmentandum merita, sicut fuit in Job et Thobia, aliquando ad custodiam virtutum ut fuit de Paulo 2 Cor xii, aliquando ut peccata priora corrigantur, ut fuit de paralitico cui dictum est Johannis v Ecce sanus factus es, vide ne peccare ne deterius aliquid tibi contingat, aliquando ut dei gloria per hoc [illegible] manifesta ut fuit de ceco nato Johannis ix et de Lazaro eiusdem xi, aliquando vero non ut [illegible] ut duplici pereant perditione ut fuit de Herode Actuum 12 et de Antiocho 2 Machabeorum ix. Et sumpsit hanc distinctionem a beato Gregorio in prefatione moralium ubi distinguit genera percussionum dictorum. Et hinc in libro metris [illegible] probat, includit paulum sese manifestat. [illegible] purgat Mariam, punit Herodem. Item [illegible] alia [illegible] de eodem [illegible] homo torquetur ut ei mitius [illegible] [illegible] homo torquetur ne fastus ei dominetur, [illegible] penis culpa [illegible] ut Christus glorificetur, ut ei pena duplicetur secundum illud Jeremie xvii Duplici contritione contere eos [illegible] ibi. [illegible] electi quo cum sepe flagellantur a deo, meliores efficiuntur ex flagello, propter quod [illegible] in littera ad imitandum electos dei et ad penitendum exhortatur cum dicitur Emulare ergo id est imitare electos dei, sustinendo dei castigationem.

Unde Richardus [illegible] et emulatio in bono aliquando simpliciter emulari pro invidere ut [illegible] xii Quid emularis [illegible] aliquando sumitur pro eo quod est diligere 2 Cor x Emulor enim vos dei emulatione aliquando pro imitari ut 1 Cor xv Emulamini spiritualia magis. Et hic emulare ergo [illegible] affectibus bonis. Unde Hanno hic emulus studiosus emulus invidus et emulus imitator. Unde [illegible] emulor [illegible] amator invidus et imitator. Hic autem ponitur pro imitatione penitentie [illegible] in eadem civitate Laodicensium quos Christus flagellavit [illegible] ut eos ipse cum aliis imitaretur. [illegible] proselibus ex vobis flagellari [illegible] eorum penitentiam imitari sustinendo patienter flagella in presenti [illegible] eorum [illegible] sequitur Et age penitentiam, scilicet de tepiditate et iactantia ac aliis malis commissis et bonis omissis. Mathei 3 Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum. [illegible] 2 Si penitentiam non egeritis incidemus in manus domini et non in manus hominum. Jeremie 18 Si penitentiam egerit gens ista a malo suo quod locutus sum, agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei. Sed certe deus cum penitentibus veniam pollicetur dicit Ezech. 18 [illegible] die iustus peccaverit, omnes iustitie eius in oblivione erunt coram me [illegible] ut dicit beatus Gregorius omelia xiii 2 partis evangeliorum

Pensemus [illegible] dispensationem superne pietatis. Stantibus si ceciderint minatur penam, lapsis vero ut resurgere valeant promittit veniam. Illos terret ne presumant in bonis, istos refovet ne desperent in malis. Ergo si iustus es iram pertimesce ne corruas. Si peccator es presume de misericordia ut surgas. Ecce enim lapsi sumus, stare nequimus, volumus in pravis desideriis iacemus. Sed qui nobis rectos condidit, ad hoc exspectat et revocat ut surgamus, sinum sue pietatis aperit, nos per ad se recipere per penitentiam querit. Dicitur penitentiam age [illegible] penitentiam digne agere non possumus nisi modum quoque eiusdem penitentie cognoscamus, penitentiam quippe agere

est et perpetrata mala plangere et plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia
deplorat ut tamen alia committat adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissi:
mulat. Quid enim prodest si peccata luxurie quis defleat et tamen adhuc ava:
ricie estibus anhelat? aut quid prodest si ire culpas iam lugeat et
tamen adhuc invidie facibus tabescat? Sed dicit Gregorius ubi supra adhuc
hoc est intuendum quia qui peccata deplorat plorando nimie committit et que
planxit virtute perpetrare vicia timeat. Nam cogitandum summopere est ut
qui se illicita meminit commisisse a quibusdam licitis studeat abstinere
quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita sibimetipsi
abscidere debeat etiam concessa et se reprehendat in minimis qui se meminit
in maximis deliquisse. Sicut exstitit unde David qui quondam concupiscens
alienam uxorem inequaliter timuit 2 Reg. xi. Post et qui aquam
concupivit exposuit. Qui [?] se illicita perpetrasse meminerat contra semetipsum
iam licitis et a licitis abstinebat. Gregorius omelia xx [illegible] Summopere
cogitandum est quod amicus sponsi non solum fructum penitentie sed dignos
penitentie fructus admonet esse faciendos. Luce 3. Aliud namque est fructum
facere aliud dignum fructum penitentie facere. [illegible] non enim dignis fructibus
penitentie loquimur. Certum quia quisquis illicita nulla commisit huic iure conce:
ditur ut licitis utatur sicque faciat opera pietatis ut tamen si voluerit
ea que mundi sunt non relinquat. At si quis in fornicationis culpam forte sive
quod gravius est adulterium lapsus est, tanto a se licita debeat abscindere
quanto se meminit et illicita perpetrasse. Neque enim par fructus boni operis
esse debet eius qui minus et eius qui amplius deliquit aut eius qui nullis
et eius qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo quod dicitur facite
unusquisque conscientia convenitur ut tanto maiora querat bonorum operum lucra
per penitentiam quanto graviora sibi intulit dampna per culpam. Sed ibi. Agamus igitur
penitentiam agamus ut ea que commisimus perfecte deploremus. Pensemus supernas
divitias nostri conditoris qui peccantes nos vidit et pertulit et qui nobis ante
culpam prohibuit etiam post culpam expectans ad veniam non desistit.
Ecce ipse nos quem despeximus vocat aversi ab illo sumus et tamen non
avertit. Unde [?] per Ysayam dicit c. xxx. Erunt oculi tui videntes preceptorem
tuum et aures tue audient vocem post tergum monentis. Quasi in faciem
homo est monitus cum ad iusticiam conditus precepta rectitudinis accepit
sed cum hec eadem precepta contempsit, quasi conditori suo dorsum in fa:
ciem dedit. Nos tamen adhuc vocare non cessat. Quasi dorsum in faciem
dedimus cum verba despeximus cum precepta calcavimus sed stans post tergum
nos aversos revocat qui et videt quod despicimus et tamen per precepta clamat
per patientiam expectat. Pensemus hoc. Si cuilibet nostrum loquenti famulus
suus subito superbiret et terga in faciem mitteret, nunquid non contempti
domini superbiam eius feriret, vindictam districte animadversionis infligeret?
Ecce nos peccando auctori nostro terga in facie dedimus et tamen sustinet
superbe aversos benigne revocat et qui ferire nos adversantes potuit ut
revertamur munera promittit. Tanta ergo conditoris nostri misericordia duriciam
nostri reatus emolliat et homo qui malum quod fecit experiri renuerat
poterat saltem expectatus erubescat. Sed ibi. Sed attende quod dicitur
Matth. xi. A diebus Iohannis baptiste usque nunc regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud. Quod sic exponit Gregorius omelia xx super
evangelio dicens. Quid est enim regnum celorum nisi locus iustorum. Solum
enim iustis premia celestis patrie debentur ut humiles casti mites atque mise:
ricordes, ad gaudia superna perveniant. Cum vero quis vel superbia tumidus
vel carnis facinoribus pollutus vel iracundia accensus vel ex crudelitate
impius post culpas ad penitentiam redit et vitam eternam percipit quasi in locum
alienum peccator intrat. A diebus ergo Iohannis baptiste regnum celorum vim
patitur et violenti rapiunt illud, quia qui penitentiam peccatoribus indixit quid
aliud quam regnum celorum fieri violentiam docuit? Recogitemus ergo mala que
fecimus et nosmetipsos assiduis lamentis atteramus. Hereditatem iustorum
quam non tenuimus per vitam rapiamus per penitentiam. Vult a nobis
omnipotens deus talem violentiam perpeti. Nam regnum celorum vult rapi nostris
fletibus quod nostris meritis non debetur ad spem ergo certitudinis nulla nos

malorum meorum qualitas, nulla quantitas frangat, constat magna fiducia
venie latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis unde latro. Ma
latro fuit ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Recognoscimus quia sunt
incomprehensibilia in omnipotenti deo misericordie viscera. Latro iste ten
entibus manibus abstractus a fauce itineris suspensus est in patibulo
crucis. ibi confessus est, ibi sanatus, ibi meruit audire: Hodie mecum eris
in paradiso. Quid est hoc quod tantam bonitatem dire, cuius sufficiat ex
estimare. De ipsa pena crucis pervenit ad premia virtutis. Petro autem deus dispen
electos suos in quibusdam lapsibus cadere permisit, ut aliis in culpa ia
centibus, si toto corde ad eum consurgant, spem venie reddat, et eis
per lamenta penitentie viam pietatis aperiat. Precamur ergo nosmetipsos in la
mentis extinguamus fletibus et dignis penitentie fructibus culpas quas fecimus
ad indulgendum nobis tempora indulta non pereant, quia qui multos a
pravis iniquitatibus iam sanctos aspicimus, quid aliud quam superne misericordie
pignus tenemus. Tunc ibi Ecce ego sto ad ostium et pulso
ponit consolatoriam promissionem cum conditione, quia movet deus ad penitentiam
et dat fiduciam venie concedende illis qui penituerint. Et promittit eis au
xilium suum, et sic ponit promissionem cum conditione. Et primo ponit tertiam consolationem.
Secundo conditionalem promissionem ibi Qui vicerit. In prima parte dicuntur tria.
Primo tangitur quod ad salutem quidem necessaria prestita est divina gratia exci
tans liberum arbitrium hominis. 2° innuitur quod ad hoc requiritur consensus liberi
arbitrii ibi Si quis audierit etc. 3° insinuatur quod his duobus concurrentibus
sequitur infusio divine gratie ... ibi intrabo ad illum. Notandum
Ita suasum est tibi simulare et imitari bonos et agere penitentiam. Neque
diffidas de venia quia Ecce ego sto qui paratus adiuvare. Actuum vij°
Vidit Stephanus Ihesum stantem etc. ad ostium scilicet cordis quod est liberum
arbitrium scilicet rationis et voluntatis facultas, quod idem est, qua bonum
eligitur gratia assistente, vel malum ea deserente. Et pulso scilicet verbo
predicatoris et manu largientis. Cantica v°. Vox dilecti mei pulsantis. aperi
mihi soror mea sponsa. Cui tandem maxime aperiendum est, quia ipse nobis
aperuit ostium sui corporis in cruce. Iohannis xix. Unus militum lancea
latus eius aperuit, ut ibi columba posset refugere a facie accipitris scilicet
dyaboli. Cantica 2° Columba mea in foraminibus petre. Bernardus
sermone 61 Foramina petre vulnera sunt Christi. Nam petra Christus. In his
passer invenit sibi domum et turtur nidum ubi reponat pullos suos.
In his se columba tutatur et circumvolitantem intrepida intuetur accipitrem etc.
Et infra. Et revera ubi tuta firmaque infirmis requies nisi in vulneribus salva
toris. Tanto illic securior habito quanto ille potentior est ad salvandum.
Fremit mundus, premit corpus, dyabolus insidiatur, non cado, fundatus e
nim sum supra firmam petram. Peccavi peccatum grande, turbabitur conscientia sed non perturbabitur
quia vulnerum domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras etc.
Sequitur Si quis audierit vocem meam scilicet predicationis illam recipiendo
et opere implendo et obediendo predicatori. Non enim audit qui eam non recipit
nec opere implet. Et aperuerit mihi ianuam scilicet cordis per consensum liberi
arbitrii vel per veram fidem. Intrabo ad illum scilicet intus ibo per gratie
illustrationem et auxilium prestabo et peccatum gratie factum extrahabo gratiam
infundendo et secretum cordis illuminando, sicut sol intrat per fene
stram. Et cenabo scilicet delectabor cum illo per eius iustificationem. Proverbiorum viij°
Delicie mee esse cum filiis hominum. Et ipse mecum scilicet cenabit scilicet delectabitur
per eterne mense iocunditatem et securitatem. Proverbiorum xv. Secura mens
quasi iuge convivium. Vel cenabo cum illo scilicet delectabor infundendo gratiam
Et ipse mecum opere cooperando et inspirationi consentiendo. Et quia pauci sunt
Ideo dicit Si quis audierit. Ieremie viij° attendi et auscultavi. Nemo
quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo dicens
Quid feci. Nec dicit ... prandebo ... recessurus, sed cenabo cum eo perma
surus. Et in hoc innuit quod bonum quod hic in mundo incipitur per caritatem in
celo perficietur per beatitudinem, semper conservatur per eternitatem, nec ei aliud succe
dit propter temporis mutabilitatem. Contra illum apponit Iheronimus Cum deus ordina
sit obligari per penitentiam sue divinitatis et celum et terram impleat, quid est quod
ait hic Ego sto ad ostium et pulso. Respondet quod hoc ostium debes intelligere.

intelligenciam cordis ad quod dominus stat et pulsat cum cor hominis sive per internam inspiracionem sive per predicatorum doctrinam illuminat, pulsantem aut illum audit et consensu illius monita ope custodit. Hec ille. Et Richardus de sancto victore super eodem: cum paratus ad intrandum ad hostium scilicet cordis introitum et pulso per predicacionis verbum. Si quis audierit vocem meam predicacionem resipiscendo et aperuerit per veram fidem credendo, intrabo ad illum per gracie spiritualis infusionem et cenabo cum illo per eius institucionem et ipse mecum per augmentum gracie et spem future glorie. Hec ille. Johannis xiiii. Si quis diligit me sermonem meum servabit et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Et eodem modo exponit haymo dicens: Si quis audierit vocem meam vel ipse divina eloquia legendo vel aliis exponendo et aperuit ut ianua scilicet cordis sui ut ea que intelligit opere perficiat, intrabo ad illum illuminabo secreta illius et cenabo cum illo etc. Ex qua lectura sequitur primo quod licet deus velit omnes homines salvos fieri. i. thimo. 2º. nullum tamen salvabit nisi qui liberum arbitrium voluntati dei coaptabit. Unde Linconiensis super ix c. celestis ierarchie: Cum in nostra potestate non est ut divinam illuminacionem divine nobis offeratur, ita non est in potestate nostra est ut oblatum suscipiatur. Nam quando et cum nolumus offertur, sed nunquam suscipitur nisi cum volumus, quando volumus quia donum dei est voluntas bona. Cum aut nolumus et nobis nolumus quia nolle nil aliud est quam non velle quod est desercio boni. Hec ille. Omnis igitur principalis opus virtuosum et salus nostra procedat a gracia divina, nullus tamen agit meritorie nisi suscipiat lumen gracie quod consistit in arbitrii libertate. Et ideo ut dicit Bernhardus libro de libero arbitrio: Tolle liberum arbitrium non est quod salvetur, tolle graciam non est unde salvetur. Opus hoc sine duobus effici non potest, uno a quo fit, alio cui vel in quo fit. Deus enim est auctor salutis. Hec ille. Secundo sequitur quod cum gracia dei presto sit et pulset ad ostium cordis non habenti malum velle ut dicit de Tengrano, sed intuetur utrumque deus hominis preparantis se ad graciam iuxta suam facultatem. Certo infundat eam. Et videtur sic ex dictis Alberti super illud ad Rom. vº: Iustificati ex fide pacem habeamus dicit glosa: Deus recipit eum qui ad se confugit, aliter in eo esset iniquitas. Sed impossibile est in deo iniquitatem esse, ergo impossibile est quod deus non recipiat eum qui ad se confugit, ergo ex necessitate gracia assequitur. Item dicit augustinus in libro de casu dyaboli: Ideo ista est causa quare deus dyabolo non dedit graciam quia ipse non voluit recipere, nec paratus fuit, sed remota causa necesse est removeri effectum. Ergo si quis velit accipere, necesse est quod ei detur. Item Bonum est sui communicativum. Unde Dionysius iiii c. de divinis nominibus. Sed bonum gracie melius est quam bonum nature. Cum igitur forma naturalis ex necessitate eveniat materie disposite, videtur quod multomagis detur gracia preparanti se ad graciam. Sed contra est quod homo comparatur ad deum sicut lutum ad figulum. Iuxta illud Ieremie 18: Sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea. Sed lutum non ex necessitate accipit formam a figulo quantumcumque sit preparatum, ergo nec homo recipit ex necessitate graciam a deo quantumcumque se preparet. Hec Thomas de aquino prima secunde q. c xii. ar. 3º. Preparatio hominis ad graciam est a deo sicut a movente, a libero autem arbitrio sicut a moto. Potest igitur preparacio dupliciter considerari. Uno modo secundum quod est a libero arbitrio et secundum hoc nullam necessitatem habet ad gracie consecucionem, quia donum gracie excedit omnem preparacionem virtutis humane. Alio modo potest considerari secundum quod est a deo movente et tunc habet necessitatem ad id ad quod ordinatur a deo, non quidem necessitatem coactionis sed infallibilitatis, quia intencio dei deficere non potest. Secundum quod dicit augustinus in libro de predestinacione sanctorum: quod per beneficia dei certissime liberantur quicumque liberantur. Unde si ex intencione dei moventis est quod homo cuius cor movet graciam consequitur, infallibiliter ipsam consequitur. Iuxta illud Johannis vi°: Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. Ad primum ergo dicendum quod illa glosa loquitur de illo qui confugit ad deum per actum meritorium liberi arbitrii iam per graciam informati, quem si non reciperet esset contra iusticiam quam ipse statuit. Vel si referatur ad motum liberi arbitrii ante graciam, loquitur secundum quod ipsum confugium hominis ad deum est per mocionem divinam, quam iustum est non deficere

Ca

Ad cor[r]eccionem defectus gracie. Prima causa est ex nobis sed collacionis gracie
prima causa est a deo secundum illud Osee xiii° Perdicio tua israel, tantummodo
ex me auxilium tuum. Ad correccionem quia sicut in rebus naturalibus dispositio
materie non ex necessitate consequitur formam nisi per virtutem agentis que dispositionem
causat. Hec ille. Notandum quod ex ista littera patent decem. Quatuor ex parte filii dei
quibus significatur intensitas sue dilectionis. Sex ex parte hominis fidelis
in quibus figurantur ea que sunt debita et congrua ad susceptionem tanti hospitis.
Primum est omnium bonorum oblacio cum dicit Ecce sto ad ostium quasi paratus
ad intrandum et promptus ad vivificandum et offerens gracie beneficium
Cantici 2° En ipse stat post parietem nostrum ipse enim spectat ut misereatur
nostri Isaye xxx. Job x. Circumdedisti me. Quidam glossa vere est adiuvantis
ut Gregorius moraliter xiii° post principium Luce 11. Stans enim iussit illum
venire ad se. Secundo figuratur ad ipsum capiendum et ex hoc ad dua
bona suscipienda excitacio cum dicitur pulso scilicet per internam inspiracionem
per sacre scripture erudicionem, per sanctorum predicatorum instruccionem, per be-
neficiorum collacionem per premiorum promissionem. per compulsionem seu
penarum comminacionem, per penam castigacionem. Ut enim ait Helmandus ipse
pulsat pluribus modis scilicet diversis flagellis. promissionibus minis exhorta-
cionibus miraculis et exemplis. Cantici v° Vox dilecti mei pulsantis. aperi
michi soror mea quia caput meum plenum est rore et cincinni mei guttis noctium. plenitudine
Luce xii Cum venerit et pulsaverit confestim aperiet ei. Sicut Gregorius in
omelia xiii parte prima pulsat cum per egritudinis molestias mortem vicinam
esse denunciat Cui confestim aperimus si hunc cum amore suscipimus. Tercio
figuratur condescensiva dignacio inhabitando animam cum suscipientem cum dicit
Intrabo ad illum sicut rex in palacium suum, pontifex in templum. sponsus
in thalamum. In animas enim sanctas se transfert Sapiencie vii. Et cum omnibus
bonis venerit. Venerunt enim michi omnia bona pariter cum illa scilicet increata sa-
piencia Celum enim michi sedes est Isaye ultimo id est anima sancta ut exponit
Bernhardus super cantica sermone 27 dicens Audiant cum deum per prophetam
dixisse legunt celum michi sedes est. Celum hoc volubile visibile
quod intelligunt et non potius illud de quo alibi apertius scriptura commemorat
dicens, anima iusti sedes est sapiencie. Sed ait Apostolus Christum dei virtutem et dei sapienciam
salvatoris spiritum esse deum et in spiritu adorandum et sedem dei non ambi-
git assignare spiritualem. Ego vero fidenter id dixerim Non minus in habitis iusti
quam in angelicis spiritibus. Confirmat me in hoc sensu maxime illa fidelissima pro-
missio salvatoris dicentis Ego et pater, ad eum id est ad sanctum hominem ve-
niemus. et mansionem apud eum faciemus, prophetam quoque non de alio dixisse
celo arbitror. Tu autem in sancto habitas laus israhel manifeste et
Apostolus dicit habitare Christum per fidem in cordibus nostris Ad Ephesios 3°. Nec mirum
si libenter inhabitat celum hoc dominus Jhesus, quod utique non quemadmodum ceteris
dixit tantum ut fieret, sed pugnavit ut acquireret occubuit ut redimeret
Ideo et post laborem voto potitus ait, Hec requies mea in seculum seculi. Hic
habitabo quoniam elegi eam. Et alibi cum dicitur Veni electa mea et po-
nam in te thronum meum. Hec ibi. Quarto figuratur cum suo introitu saciativa
iocundacio cum dicit cenabo cum illo. Ipsum reficiendo quia ipse panis
vite. Unde Haymo dicit pascit nos Christus quem illuminat nos fide. Sed
Et sicut ait cenabo Super Luce dicit ubi Haymo Cena dicitur quasi refectio
quia cenon grece dicitur quod latine, communis quasi communis refectio incipit hic
in fide et caritate et perficitur in eternitate Secundum illud psalmiste Saciabor
cum apparuerit gloria tua Job 36 Requies mense tue erit plena pinguedine
dicit Luce xiiii homo quidam fecit cenam magnam Gregorius omelia xvi
2e partis post prandium cena restat post cenam vero nullum convivium restat
Et quia huius refectio mentis sacre celi in illa aula ad quam intrat filius
dei post refectionem suam nisi de ipso id est nunc ait cenabo cum illo
Apocalypse 19 Beati qui ad cenam nupciarum agni vocati sunt. Similiter
Insinuatur hic quatuor que debent esse in homine fideli. Primum primo est
divine vocis id est doctrine exaudicio cum dicit Si quis audierit vocem
meam id est monita operibus prefecerit ut exponit Haymo Luce xi Beatus
qui audit et servat Et sicut ait Si quis id est interius absque ...

Et singularis. Si quis, quia non multi sunt parati eum audire. Secundo figuratur
filii dei ad ostium pulsantis per varia dilectum ad cor missio cum dicitur
[illegible] voluntatis consensum dilatando cor per dilectum
et obstacula removendo Cantica v° Surrexi ut aperirem dilecto meo. Ubi
pessulum ostii mei aperui dilecto meo. Cuius rem considerans pulsat
maiestatem et volentis intrare suavitatem dilectionem et ut intret instanter
pulsationem et honorum adventum cum intrare multiplicatum. Non
festinat ad aperiendum dicendo illud Gen. xxiiii Ingredere benedicte dei cur foris
stas preparavi domum etc. Luce xi Si perseveraverit pulsans sequitur surget et
dabit illi. Tercio figuratur eorum qui dei filium diligunt preparatio cum dicitur
Cenabo cum illo. In quo implicatur quod aptiores filio dei [illegible] ea que
xpus diligit scilicet cordis munditiam et eiusdem humilem obedientiam et operum
iustitiam etc. Unde Crisostomus super Johannem omelia x. apponamus ei
pulmentum quod vult comedere. Faciamus eius voluntatem. Invitamus
enim esurientem, potemus eum sitientem etc. Et Hanno. Si queras quibus
sit cibus xpi quo eum reficimus ipse utique manifestat qui dicit Meus
cibus est ut faciam voluntatem patris mei Joh. iiii. Unde legimus
eiusdem xiiii. quod appropinquante passione dixit discipulis suis Venit princeps
mundi huius et in me non habet quicquam. Et quod diceret aliquis Cur ergo mo-
reris. Statim subiunxit Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem
et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Surgite eamus. Voluntatem
itaque patris implevit qui pro nobis ad mortis passionem premit. Cenat
itaque caput cum membris et membra cum capite, quia et xpus mortuus
est pro electis, et electi moriuntur pro illo, ut et ipsi perficiant volun-
tatem patris. Hec ibi. Quarto insinuatur talis anime in xpo filio dei et
in eis qui sunt eius plena iocunditas ibi Et ille cenabit
mecum scilicet iocundando de mea presentia. Nam secundum Gregorium super illo mo-
ralium tractantem illud Job 3 [illegible] comedunt [illegible]. Comedere autem
est superne lucis contemplationibus pasci. Et licet ita filius dei pulsaverit
et assidue pulset, pauci tamen sunt qui aperiunt [illegible] et multi sunt
qui claudunt ostium cordis et filium dei expellunt. Unde Helinandus
Conscientiam claudit scilicet ne intret filius dei [illegible] dissimulatio
commissionis dilatio, voluntatis obstinatio, correptionis desperatio
pudor confessionis, timor satisfactionis. Hec ille. Et ibi [illegible] item
filio dei claudit ostium cordis, qui suis pauperibus claudit ostium sue do-
mus. Ait enim apostolis suis Math. x Qui vos recipit me recipit. Et de
pauperibus Math. 25 Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis
Ut sibi possit dici illud Jeremie xiiii Quasi colonus futurus es in terra
et velud viator declinans ad manendum scilicet non habens corda ipsum sui
[illegible] Math. viii Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Econtra
dicitur de Job c. 31 ostium meum viatori patuit scilicet xpo et
pauperibus eius. Et nota quod est ostium sensus exterioris Ysaye 26
Vade populus meus intra in cubicula tua, claude ostia super te. Math.
vi° Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora
patrem tuum. Et est ostium sensus interioris scilicet intellectus [illegible] est
expositum et est ostium divini sermonis vel sacre predicationis vel scri-
pture et ianue celestis. Infra eodem capitulo Dedi coram te ostium aper-
tum. Et est ostium regni celestis ipsum aperiens [illegible] et est ostiarius introdu-
cens scilicet xpus [illegible] post hec vidi et ecce ostium apertum
in celo. Et Johannis x Ego sum ostium per me si quis etc. De primo ostio
potest intelligi littera [illegible] intelligitur [illegible]. Tertio Et xpus appellatur
sol iustitie Malachie iiii Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitie
Qui saluti iusticia vocatur in glosa caritas [illegible] quoniam
quemcumque diligit flagellat et castigat. Ideo hic premisit Ego quos amo
arguo et castigo. Et propterea subiunxit Ego sto ad ostium. Vel ideo quia
non lucet nisi conscientiis iustorum. Vel autem ex quo ortus est mane,
tota die stat ante ostium paratus intrare. Si ei aperias intrabit et cum
plus vel minus aperueris plus vel minus intrabit claritatis. Si non aperueris
ei non intrabit. Nec inde vituperandus est sol quia per eum non stetit fecit enim

quod suum erat Si vero non aperueris ei ante ostium si veniente nocte
primo capias vero in nichilo fugis uno recipabis claritate cuius eciam nox
durabit. Sic est de xpo vero sole qui stat ad ostium nostrum et ad primam
intrandi nos expectans et invitans Et sic radius solis omnibus rebus se
offert paratus est sunt nec per eum stat quin illuminetur immo per obstaculum
quod oppo[nitur] Sic gracia divina nisi impediatur obice peccati unde
Ambrosius tractans illud psalmi 118 misericordia domini plena est terra
dicit Unde est terra plena misericordia nisi per passionem domini nostri ihesu xpi per quam
data est omnibus remissio peccatorum omnibus sol iusticie ortus est omnibus
venit omnibus passus est omnibus resurrexit Ideo autem passus est ut tolle-
ret peccata mundi Sed quis autem non credit in xpm ipse generali beneficio
ipse se fraudat ut si quis clausis fenestris radios solis excludat
Non ideo sol non est omnibus ortus quia calore et luce eius ipse se fraudavit
Sed quod solis est prerogativam suam servat quod imprudentis est ipse
a se gratiam lucis excludit hec ille Ostium tuum os tuum sive lingwa
tua Si per hoc ostium si male aperuerus illud intrat dyabolus Contra
quod orandum tuum psalmista pone domine custodiam ori meo et ostium
circumstancie labiis meis non declines cor meum in verba malicie etc.
Idem posui ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me etc. Cum detra-
hat cum indicas fratrem cum murmuras contra deum cum excusas peccatum
tuum et huiusmodi tunc claudis deo et aperis dyabolo Ergo cum aperis os
tuum ad veritatem confitendum ad veniam postulandum ad creatorem laudandum
ad pauperem consolandum ad ignorantem instruendum et huiusmodi et concludis
illud ad peccatum tunc intrat lux solis gracia dei ad animam tuam et illu-
minat mentem tuam Et Item quanto magis dilatas os tuum hiis et aliis bo-
nis modis Et eciam ostium cordis tui desiderium tuum maiori gracia dominus
illuminat mentem tuam Sicut dicit psalmista dilata os tuum modo dicitur et implebo
illud. Illarget ergo desideranda sunt gracia et misericordia redemptoris quia quantum
desideriis tuis eos attrectaveris Illum dicit psalmista x desiderium suum exaudivit dominus
Sed ubi vasa vacua desunt et corda thyarna per desideriu et vacuata
ab amore terrenum oleum gracie stare non est sicut dicit beatus Bernhardus
Item de aperione ostii et fenestrarum seu portarum domus nostre dicit
sponsus ad sponsam Canticorum v Aperi michi soror mea sponsa etc. propter
ostium anime ut dictum est est lingwa qua habundancia intrat ad lum[en]
mortem mors et vita Proverbiorum xviii mors et vita in manibus lingwe
et in operacionibus eius fenestre seu porte sunt alii sensus nostri de fenestris
dicitur Jeremie ix ascendit mors per fenestram et dyabolus per fenestras Ipse
in domos nostras et consumat. De portis dictum est Sicut Genesis 22 Se-
men tuum vir nostrum possidebit et diliget custodiet portas inimicorum suorum
et quinque sensuum per quos ut dictum est ingrediuntur demones et peccata
dicit Augustinus libro de honestate mulierum Ne illas in quos ad animas
mors intrat per fenestras Si per lingwam animo tuo a famulo tuo
miseris ut ad te mentem adducat aut turpe cum mente locutus fueris
Si per os tuum ad animam tuam gladius eterne mortis ingreditur Si aut
iniurium vel sordidum consilium libenter audieris Si delectante luxuriose
loquentem cantica turpia confiteantem non respuis per aurem tuam
fenestras mors intrat ad animam tuam Et quibus dicit dominus videlicet
fenestras mors intrat ad animam tuam Et quidem dicit dominus Qui viderit
mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo voluntas
enim prona faciendi reputatur pro opere facti At sic dum quibus li-
benter libidinoso oculo mulierem considerat per fenestras sui corporis
in secretum mentis venenum mortis instillat Talis non credatur lectl
si aliquo casu impeditur ut non impleat voluntatem suam mechaleris
lectionis tunc condempnatur a domino At si ista casta est cum qua libidinis
malum voluit esse ille tamen iam adulter tenetur in corde Ideo an-
ima dicitur scripturam ducentem Omni custodia serva cor tuum Et illud Averte
oculos tuos ne videant vanitatem Unde si quis carbones apprehenderit si
cito proiecerit nichil ei nocebunt Si vero diucius tenere voluerit sine
vulnere non poterit abire Ita ille qui ad concupiscendum oculos defixerit

intuitum / et libidinis malum in corde insipiens. morari in corde libere
permiserit / extunc a se sine anime plaga non pateris ideo iugiter
clamemus cum propheta Oculi mei semper ad dominum quia ipse evellet
de laqueo pedes meos. Ps ille. ffenestre igitur id est sensus aperiende sunt
vero soli quod fit cum pie respicis pauperes / cum lugens peccata tua vel
aliena quod plus est / quando autem oculos tuos ne videant vanitatem Item
aures aperiuntur huic soli quando obturas eas ne audias malum / quando
libenter auscultas verbum dei et clamorem pauperis, ymo Christi in paupere. etc.
de ceteris sensibus Cum igitur huic soli omnes sensus exteriores aperiet
claritate pietatis et gratie sue / domum eius sol iusticie habundanter illustrat
et Et hoc est quod hic dicit Si quis mihi aperuerit intrabo ad illum / aperitur
ei, cum aperitur os ad confitendum oracionem et huiusmodi Intrat ad illos
quos sua gratia dignos fecerit Cenat cum illis, in quorum obsequiis delectatur
Nota quod si non aperueris huic soli quamdiu durat tibi dies vite
presentis In morte tua occidet tibi sol id est gratia dei Unde Gregorius Neminem
misericordia redemptoris post mortem liberat quos ante mortem gratia
ad veniam non reformat Unde durabit nox eterna, non recuperabis clari
tatem eius Et si postea cum fatuis virginibus clamabis domine domine aperi
nobis Respondebitur tibi cum eis Amen dico vobis nescio vos Mathei 25 Et
de peccatore qui noluit aperire soli stanti ad ostium suum dicitur in psalmo Usque in
eternum non videbit lumen / Sed adhuc notandum quod si a parte solis aperias
ostium vel fenestram id est aliquod foramen ut dictum est, statim intrabit
sol et illuminabit domum secundum conditionem / partem solis appello negocia spiri
tualia negocia anime Si sunt aperias in oppositam partem id est ad terrena
vel carnalia, non intrat sol, nec illuminat te gratia salvatoris. Et non
quod parum aperiatur ostiolum per confessionem peccatorum / per quemadmodum ianua sine por
ta ut introducatur princeps Ps / Nota quod dicit mihi, qui sum gigas
gemine substantie, quia sum rex regum et summus imperator, cui non sufficit apertio
ostioli nisi aperiatur ianua sine porta per dilatacionem caritatis Item
solis radius intrans domum minutas athomos invisibiles et perceptibi
les reddit, que sine lumine solis sunt imperceptibiles Similiter si conscien
ciam illustret radius gratie, tunc omissiones nostras et peccata, defectus
et debilitates velud athomos percipimus Unde Job xii dicitur de Christo qui
revelat profunda de tenebris et producit in lucem umbram mortis
Sequitur Cenabo cum illo et ipse mecum, id est reconciliabor ei et ipse michi
Nam mutua cenatio signum est mutue reconciliationis ac dilectionis Cenat ac
deus cum homine gratiam infundendo qua confortatur et homo cum deo, gratie
cooperando ut dictum est. et sic uterque cum utroque cenat partem suam
ponendo Sed deus primo cenat cum homine gratiam infundendo ut liberum
arbitrium excitando, et homo postea cum deo cenat gratie cooperando et inspi
rationi consentiendo unde dicitur ad Hebr. xii Contemplantes ne quis desit
gratie dei neque radix amaritudinis sursum germinans impediat Item cenat
deus cum homine in mutuo convivio refectionis iuxta illud Ysaie 28 Hec requies
mea reficite lassum et hoc refrigerium meum Sed homo cenat cum deo in
premiis quibus reficitur iuxta illud Psalmi Satiabor cum apparuerit gloria tua Et
cenat deus cum homine in via, homo cum deo in patria Melior est cena
quam facit deus homini, quam illa quam facit homo deo, quia dicitur ad Romanos viii
Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur
in nobis Sequitur Qui vicerit ponitur promissio quinta militi fideli in
bono perseveranti cum dicit Qui vicerit scilicet dyabolum et eius temptamenta
carnem et eius incitamenta sive delectamenta / mundum et eius machina
menta / dabo ei sedere mecum in throno id est iudiciariam potestatem Beatus Bernardus
Cum thronus est sedes iudicis, per thronum iudiciaria potestas designatur, in qua
venturi sunt sancti ad iudicium cum capite Et quo sensus rex cum Qui
vicerit Sed hos tres hostes in via scilicet mundum carnem et dyabolum / faciam
illum sedere in throno meo et faciam illum mecum regnare et in iudicio
iudicare. Hos tres hostes vincere est ut expugnet et vincat in via, qui cum
Christo regnare cupit in patria Mundum autem vincat paupertate carnem castitate
dyabolum humilitate

Sed quia exponit haymo dicens: cum sedere in throno .i. habere iudiciariam potestatem sit
solummodo promissum relinquentibus omnia propter deum et ipsum sequentibus Matth. 19
ubi dicitur: Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me in regeneratione
cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis et vos super sedes
.xii. Qualiter ergo pertinet illud hic omnibus vincentibus? Ad istud respondet
haymo dicens: non moveat quemquam quod unus thronus iudiciarie potestatis intel-
ligitur, cum in evangelio dominus dicat: Vos qui secuti etc. Sequitur vero [illegible]
[illegible] libri legimus .xx. thronos, duodenarius in [illegible] dictus .xx. sedit
in quo comprehenduntur omnes patriarche et apostoli, omnes quoque perfecti, qui cum deo
venturi sunt ad iudicium. Nam in .xii. patriarchis omnes perfecti veteris testamenti
comprehenduntur, per .xii. apostolos omnes novi testamenti, sicut et per .12. tribus Israel
omnes gentes. Dicitur tamen unus thronus singulariter propter unam iudiciariam
potestatem. Dicuntur .xii. propter perfectionem electorum qui iudicaturi sunt. Dicitur
.xx. propter eos qui in utroque testamento perfecti cum deo ad iudicium sunt
venturi. Sed cum non omnes qui vincunt [illegible] iudicio cum deo sunt sessuri
sed tantum perfectiores ut innuit salvator Matth. [illegible] in isto capitulo, quare dominus
hic omnibus victoribus promittat sedere secum in throno suo? Et ut appareat
hoc fiat dicit haymo: Ponamus duos homines in exemplo, quorum unus
passus est pro christo, alter vero [illegible] et [illegible] carnis et mundana
vicit concupiscentiam, et sic ad eternam pervenit beatitudinem. Numquid ergo equa-
liter erunt in futuro qui non equaliter vixerunt in presenti? Et dicendum quod non. Illam enim in-
equalitatem [illegible] fiet compensatio premiorum secundum illud salvatoris Johannis 14:
In domo patris mei mansiones multe sunt. Item [illegible] ut dicitur in collationibus
patrum: Beati dicuntur quorum est regnum celorum. Et beati qui possidebunt
terram, et beati qui recipient consolationem, et beati qui saturitate potientur. Tamen
multum credimus interesse inter habitationem regni celorum et possessionem
illius qualiscumque est terre, et inter receptionem consolationis et plenitudinem saturitatis
quoque iustitie, multum quoque distare inter illos qui gloriosissima visione dei
perfruuntur. [illegible] Alia enim gloria solis et alia gloria lune et alia gloria
stellarum. Stella enim a stella differt in gloria et claritate. Sic et resurrectio
mortuorum. 1 Cor. xv. Verumtamen secundum haymonem quod [illegible] illi
tales et ceteri non habent in se, habent in [illegible] suis. Qui ergo per se non
iudicabunt, iudicabunt utique per suos prepositos. Tanta enim erit in illis cari-
tas ut quod quisque viderit in alio, suum deputet. Ergo quod non habet
in se, habet in altero. Sic quod omnes electi potestatem iudicandi habebunt in
prelatis. Sicut habet potestatem totum corpus hominis loqui per os, videre per oculos,
audire per aures, odorare per nares, operari per manus, cum tamen singula
membra habeant officia sua, quia quod unumquodque membrum non habet in
se, habet in alio. Sed ut ad hanc dignitatem perveniamus, in hac interim
peregrinatione humiliemur et hostibus resistamus et eos cum dei adiutorio
vincamus, quia ut dicit apostolus 2 Thim. 2: Non coronabitur nisi qui legitime certa-
verit. Per hoc ad argumentum dicendum quod est iudicare cum christo pluribus modis.
Uno modo privilegiali dignitate. Et sic sedebunt in throno iudicantes apostoli
et apostolici viri, iudicium enim dabit pauperibus Job 36. Nam ex [illegible]
conversationis apostolorum et aliorum virorum perfectorum apparebit conformi-
tas earum ad vitam christi, propter quod ipsi dicuntur assessores christi in iudicio.
Alio modo est iudicare approbando, et sic iudicabunt omnes electi, quia videbunt
[illegible] et illorum qui assistent iudicio, quando eas ad perfectum christi ap-
probabunt suam iudicis sententiam clarissimam et inevitabilem et irrefraga-
bilem. Et propter istam approbationem dicuntur etiam iudicare. Vel alio modo est iudi-
care ~~melioris vite comparatione Matth. xii. Viri ninivite surgent in iudicio~~
~~cum generatione ista et condempnabunt eam~~ in aliis propter caritatem et voluntatis
conformitatem, et sic dicuntur subiecti iudicare cum prelatis suis, ut dicit
haymo. Tertio est iudicare melioris vite comparatione. Matth. xii. Viri ninivite
surgent in iudicio cum generatione ista et condempnabunt eam, scilicet melioris vite
comparatione secundum glossam ibidem. Ille vero modus tertius scilicet comparationis est improprius.
[illegible] malorum indignitas repellet eos a [illegible] iudicandi [illegible]
secundum illud apostoli ad Rom. 2o. In quo alium iudicas te ipsum condempnas. Alio
dicitur iudicare in illo iudicio propter clare evidentiam et clarificationem
iudicii. Ut dicit Gregorius libro xxvi moralium exponens illud Job 36: Et [illegible]

plurimos et. Aliquid est tam robustum testimonium quam cum ille loquitur lauda-
do qui defectum inferre videbatur. Sed dicitur Solus ille debet iudicare qui novit
causam iudicanda et circumstantias eius, sed unusquisque est bonus iudex eorum
que cognoscit. Unde dicit ethicorum. Etiam in re dubia non est ferenda certa sententia
sicut clamant multa iura tam civilia quam canonica. Et nullus homo
competenter perfectus habet notitiam omnium peccatorum et omnium circumstantiarum eorum
cum multa sint peccata in corde humano abscondita que nullo signo ex-
teriori apparent. Ergo nullus purus homo potest esse talium secretorum
bonus iudex. Dicitur negando minorem, nam omnes perfecti qui in examinatione
extremi iudicii erunt assessores Christi habebunt plenam notitiam omnium peccatorum
tunc iudicandorum, ut latebit eos aliqua circumstantia iudicanda. Nam
communis talia non possunt cognoscere naturali cognitione, tamen poterunt huiusmodi
cognoscere divina revelatione. Quod tangens apostolus i ad Cor iiii dicit Nolite
ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus, qui et illuminabit abscon-
dita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Super quo vero dicit glossa
Tunc gesta et cogitata bona et mala tunc erunt omnibus nota. Ergo multo
magis perfectis scilicet assessoribus Christi. Sed adhuc dicitur In nullo iudicio bene
ordinato accusator debet esse iudex, ut ex iure. Sed viri perfecti in extremo
iudicio erunt accusatores peccatorum secundum illud Sapientie v Stabunt iusti
in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt. Ergo viri perfecti in
extremo non erunt iudices aliorum. Dicitur quod maior non est universaliter vera
si peccatum de quo agitur in iudicio est evidens et manifestum, tunc enim
iudex non indiget alio accusatore, sed per se ipsum potest reo peccatum suum improperare
et ipsum iuxta sua demerita iudicare, propter quod dicitur in decretis Evidentia
patrati sceleris non indiget accusatore. Cum igitur sicut iam dictum est in
predicto iudicio omnia peccata ibi iudicanda erunt nuda et aperta, ideo illi
iudicio non derogatur ex hoc quod iudex est accusator. Propter quod etiam dominus
Ihesus Christus qui est summus iudex, qui ut verus deus cum patre et
spiritu sancto habet potestatem iudicandi auctoritate principali et ordinaria, sed ut verus
homo auctoritate delegata, per se ipsum impios accusabit eorum impietatem ipsis
improperando Mathei xxv Esurivi etc. Sed adhuc dicitur Qui iudex est per se
sufficiens sapientie et auctoritatis sive potentie tunc non indiget assessore. Sed Christus
in illo iudicio erit sufficiens auctoritatis sive potentie et est infinite sapientie, quia
omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo, ad Hebr iiii.
Ipse enim est ars omnipotentis dei plena omnibus rationibus viventium omnium, etc. Augustinus
libro de trinitate. Et sapientie eius non est numerus in psalmo. Dicitur quod maior non
est vera, quia licet iudex ex se habens sufficientem scientiam et potentiam non indiget
assessore, ex hoc tamen non habetur quin possit si velit accipere assessores.
Nam quantumcumque iudex sit per se sufficiens iudicare, potest tamen aliquem
assumere pro assessore et eum honorare iudiciaria dignitate. Et sic etiam dominus
Ihesus Christus in extremo iudicio speciales suos amicos assumet pro asses-
soribus non propter suam indigentiam sed propter ipsorum assessorum excellentiam ostendendam
insinuandam. In quibus tamen ut in placitis eorum omnes alii sancti tamquam
subditi iudicabunt ut dictum est prius. Unde Gregorius xxvi moralium super
illud Job xxvi Dominus iudicium pauperibus tribuit dicit [illegible] quod
hii qui nunc mundi despiciunt, tunc sunt assessores suos iudices veniunt et
ibidem diffuse tractat de quatuor ordinibus eorum qui in iudicio apparebunt
dicens. Que quippe sunt partes electorum sicut atque reproborum. Sed bonorum or-
dines eisdem singulis partibus continentur. Alii namque iudicantur et pereunt, alii
non iudicantur et pereunt, alii iudicantur et regnant, alii non iudicantur et
regnant. Eandem distinctionem quasi sub eisdem verbis ponit magister in
quarto distinctione xlvii. Iudicantur et pereunt quibus dominica increpatione
dicitur Esurivi et non dedistis mihi manducare etc. Quibus pariter discedite
a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius Mathei
xxv. Alii vero in extremo iudicio non iudicantur et pereunt, de quibus prophe-
tat in psalmo dicens Non resurgent impii in iudicio. Et de quibus dominus dicit Johannis iii
Qui autem non credit iam iudicatus est. Et de quibus Paulus dicit ad Rom ii
Qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Resurgent vero etiam omnes
infideles sed ad tormenta non ad iudicium scilicet discussionis. Non enim eorum
tunc causa discutitur, quia ad conspectum districti iudicis iam cum dampnatione

sue infidelitatis attendit, professionem vero fidei retinentes, sed professionis operibus non congruentes redarguuntur et pereunt. Qui enim vel nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extremo examinacione non audiunt, quia prejudicati infidelitatis sue tenebris, eius quem despexerant invectionem redargui non merentur. Illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius fidei saltem verba tenuerunt. Isti in dampnacione sua eterni iudicis nec verba percipiunt, quia eius reverenciam nec verbotenus servare voluerunt. Illi legaliter pereunt, quia sub lege positi peccaverunt. Isti in perdicionem sua de lege nil dicitur, quia nil habere conati sunt. Quemadmodum princeps, utrumque terrenam rempublicam regens, aliter punit civem interius delinquentem, aliter hostem exterius rebellantem. In illo iura sua consulit, cum quem sub verbis dicte iure invectum adiciat. Contra hostem vero bellum movet, instrumenta perdicionis exercet, digneque eius malicie tormenta retribuit, de malo vel levius quid lex habeat non requirit. Neque enim per legem interire est puniri, qui per legem nunquam potuit teneri. Ita in extremo iudicio et legaliter illum invectio perimit, qui ab eo quod confessionem tenuerit actione declinavit. Et iste sine iudicii invectione perimit, qui lege fidei non tenetur. Ex electorum vero parte, alii iudicantur et regnant, qui vite maculas lacrimis tergunt, qui mala precedencia factis sequentibus redimentes, quicquid aliquando illicitum fecerunt ab oculis iudicis elemosinarum superductione cooperuerunt. Quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicit: Esurivi enim et dedistis mihi manducare etc., quibus premittit dicens: Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum a constitucione mundi. Alii autem non iudicantur et regnant, qui eciam precepta legis perfectionis virtute transcendunt, quia nequaquam hoc solum quod cunctis divina lex precipit implere contenti sunt, sed preeminentiore desiderio plus exhibere appetunt, quam preceptis generalibus audire potuerunt, quibus domina voce dicitur: Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me etc. De quibus propheta ait Ysaie 3: Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Et de quibus Salomon cum de sancte ecclesie sponso loqueretur intulit dicens, Proverbiis ultimo: Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terre. Isti itaque extremo iudicio non iudicantur et regnant, quia cum auctore suo eciam iudices veniunt. Relinquentes quippe omnia, plus propter devotionem efferunt sunt quam iuberi generaliter audierint. Specialiter namque iussionem paucis perfectioribus et non generaliter omnibus dicitur hoc quod adolescens dives audivit: Vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me. Mathei 19. Si enim sub hoc precepto cunctos generaliter iussio restringeret, culpe profecto esset aliquid nos de hoc mundo possidere. Sed aliud est quod per scripturam sacram generaliter [illegible] perfectioribus imperatur. Illi ergo certi sibi generalia mandata tenentur, quia et precepta generalia vivendo vicerunt. Sicut ergo non iudicantur et pereunt qui servare perfidia lege teneri contempnunt, ita non iudicantur et regnant qui suadente pietate etiam ultra generalia divine legis precepta proficiunt. Hinc est quod Paulus etiam specialiter precepta transcendens, plus opere exhibuit quam institucionem permissionis acceperit. Cum enim accepisset ut evangelium predicans de evangelio viveret, et evangelium audientibus contulit et tamen evangelicis sumptibus sustentari recusavit. Sicut patet in pluribus locis suarum epistolarum, I Cor. IX. Clarum ergo est quod iste intelligitur ut regni summi minus quod sumeret accepit, sed magis quod ubi vivet invenit. Phil.

Notandum tamen, quod cum duo sint actus in quibus extremum iudicium principaliter consistit: unus est discussio meritorum, alius est redditio premiorum. Primus istorum actuum est minus universalis, secundus magis universalis. Cum igitur in extremo iudicio aliquos homines non iudicabunt quantum ad meritorum discussionem, omnes tamen homines in illo iudicio iudicabuntur quantum ad premiorum retribucionem, ut patet ex dictis. Quia quorum merita sunt totaliter mala, aliquorum totaliter bona, ideo tales non iudicabuntur quantum ad discussionem meritorum. Patet, quia infideles non possunt habere aliqua merita bona, cum fundamentum omnium bonorum nostrorum sit fides, sine qua impossibile est placere deo, ut patet ad Hebr. XI. Patet eciam ergo, quia omnis discussio iudicialis est propter comparationem et declaracionem aliquorum permixtorum. Ideo quorum merita sunt non permixta, puta penitus mala vel sincere bona, illorum merita non indigent discussione.

Patet ergo quod aliqui in extremo iudicio iudicabuntur et dampnabuntur.

Qui hii qui sunt christiani fidei professione sed non operatione in hiis locum habet
discussio cum in eis sit mixtio bone professionis et male operationis tum
huiusmodi discussio vel disceptatio similiter ad eorum dampnationem eo quod
eorum mala demissa non sunt deleta per penitentiam et per opus veritatis varium
non vero non iudicabuntur et tamen dampnabuntur eo quod eorum merita penitus
sunt mala sicut infideles qui iam sunt iudicati quia non credunt in nomine
filii dei. Tercii vero iudicabuntur et saluabuntur. Qui iudicabuntur quidem eo quod
mixta habuerunt merita tamen saluabuntur quia bona eorum merita vincunt mala
eo quod mala sunt per penitentiam deleta et debilitata. Quarti vero non iudicabuntur
sed saluabuntur. Saluabuntur quidem eo quod merita eorum sunt bona sed non
iudicabuntur eo quod eorum merita sunt sincera et impermixta bona. Et idem cum
non iudicabunt ut dictum est supra eo quod perfecte exercitati sunt non solum in
preceptorum obseruatione sed etiam in virtutum operatione et consiliorum adimpletione
fideles. Non inmerito non iudicabuntur sed cum rege iudicabunt eo quod consueti
sunt et iura celestis regni magis pre ceteris cognouerunt. Ipsi quod iudicabunt
nationes et dominabuntur populis et regnabit dominus eorum in perpetuum. Sapientie 3°.
Secunda vero pars patet quia in illo iudicio in quo vnusquisque per se homo determinabitur
vel ad gaudium eternum vel ad penam eternam in illo quilibet
dirigitur secundum ad priorum retributionem sed in extremo iudicio per
sententiam iudicis quilibet homo determinabitur vel ad gaudium eternum
vel ad penam eternam atque ex fide secundum illud apostoli 2 Cor 5. Omnes nos
manifestari oportet ante tribunal Christi ut referat vnusquisque propria corporis prout gessit
siue bonum siue malum. Et ideo hoc verbis Augustinus 3° sermone de finali
iudicio nos admonet ut hanc lectionem memorie semper teneamus et eius
sententiam assidue cogitaremus dans hanc rationem quia etsi alias scripturas non
audiemus hec sola sufficere poterit ad faciendum omne bonum et ad evi-
tandum omne malum. Manifestum dicit Ambrosius exponens illud ad Romanos 10
omnis qui credit in eum non confundetur. Cum ceperit examinari omnis reus in
die iudicii et omnia falsa conuicta et dogmata in confessionem deduci tunc
repudiabunt credere in Christum videntes omnibus esse manifestum quia verum
est quod crediderunt et prudens quod stultum putauerunt et firmum
et stabile quod debile estimabant. Conspicient in seipsos gloriosos et
videntes ac potentissimos qui hic estimati sunt debiles contemptibiles et
insensati. Tercio qui non crediderunt Christo domino videbunt omnia falsa fuisse
quibus crediderunt stulta fuisse quibus adheserunt et debilia ac caduca quibus
innixi fuerunt et conspicient se confusos contemptibiles et fatuos qui seipsos
gloriosos reputabant. Et subdit Ambrosius ibidem. Non vera est probatio ubi re-
muneratio et dampnatio. Non. Non qui seipsum commendat ille probatus est sed quem
deus commendat ut dicit apostolus 2 Cor 10. Cum ergo tunc sic hoc est in die
iudicii, debet esse finalis approbatio vel reprobatio, cuius memoria deberet nos
ab omni malo abducere et stimulare ad omne bonum. Nunc namque ut dicit
Ambrosius tempus est diuinorum donorum instita quod nulli desperandum sed
omnibus dicitur tunc thronum caritatis ... Non venit omnia diuidicare
in misericordiam tunc volentibus credere fidem vere fiet tempus desperationis quia tunc
palam omnes clauderetur quia tunc illi qui hic bonis operibus tenuerunt lampadibus
intrabant cum sponso deo remanebunt clam non erit opus ut quis pulsaret
et ianuam clam non erit tempus ut quis exoraret veniam clam hoc tunc
erit prima stamen erit nimis sera. In veritate si quis aduertet diuina promissa
et etiam comminationes eius anhelaret in hac vita ut ea que deus promisit
caperet et aspiceretur quod pollicitus est. Reddet unicuique eorum quod commisit
et promisit. Comminatus est deus ut Ambrosius dicit malis in inferno
abundantem penam et reddet eis unicuique dicens Ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebras exteriores ubi erit fletus et stridor dentium. Mathei
22. Secundo promisit bonis mercedem in celo copiosam et reddet vnicuique
dicens Euge serue bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis super
multa te constituam intra in gaudium domini tui. Mathei 24. Et hic in lectione pro-
mittit victoribus iudiciariam potestatem dicens. Qui vicerit dabo ei sedere
mecum in throno et dicit sicut et ego vici scilicet mundum. Johannis 16.
Confidite quia ego vici mundum et dyabolum Johannis 12. Nunc princeps mundi
huius eicietur foras. Deinde et sedi cum patre meo in throno eius. Apocalypsis ultimo

Capitulum

Sedet a dextris dei, i. in equalitate patris secundum divinitatem et in potioribus bonis secundum humanitatem, que in victoria fuit et est causa victorie nostre. i Cor. xv Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Ihesum Christum. Et i Joh. v Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et patet hic meritorum perfectibilitas, cum dicitur qui vicerit etc. Et premii honorifica dignitas, quod premium est sedere in throno glorie. Vel sicut ait Richardus, promisit vincenti consessum regum celestium. Item notandum premii eternitas, cum dicitur sedere. Ysaie 32° Et sedebit populus meus in pulchritudine. Unde et septem prerogative vel dignitates promisse vincentibus in hiis septem epistolis, secundum septem eminentias in regno glorie, ut potest patere volenti investigare. Et septimus conclusio epistole, cum hic etc. Et forte totius competit idem, ut amplius memorie imprimetur. Et per hoc concludit audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Apostolus ostenditur, quia quod vicinius esse dictum est communiter cunctis equaliter quere. Ubertinum etiam Richardum, quia quare non dicit angelus, audiat quid filius dei dicat ecclesiis cum specialiter in persona illius apparuerit, sed dicit quid spiritus dicat. In quo nomine tota trinitas intelligitur, quia quorum est una substantia una operatio, una est et locutio. Quod in nomine spiritus toti trinitati significatur, Salvator manifestat in evangelio Joh. 4to dicens Spiritus est deus. Et eos qui adorant in spiritu et veritate, oportet adorare. Aliquando autem dei filius loquitur de sua humanitate specialiter ut cum dixit Oportet filium hominis pati crucifigi mori et sepeliri etc. Quod solummodo ad eum pertinet, quamvis et hoc sine spiritu dei dici non possunt. Hic autem loquitur ex persona deitatis, ideo quia verba filii verba sunt patris et spiritus sancti.

Post hec vidi Et ecce ostium apertum in celo Et vox prima quam audivi tamquam tube loquentis mecum dicens, Ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec statim fui in spiritu Et ecce sedes posita erat in celo, et supra sedem sedens Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis, et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine.

Capitulum Quartum quod secundum ordinem quartum est. Narrata prima visione que fuit de septem ecclesiarum Asie specialiter et exequitur universaliter etc. misteriarum et presidentium increpatione et correctionis eorundem prelatorum, hic narratur secunda visio de misteriorum revelatione. Unde Richardus, Postquam sacramentum prime visionis descripsit, ad sacramenta 2e visionis procedit. Et hoc ordine congruo, quia correctis competenter revelatio sequitur. Hec autem glo. Et durat ista visio usque ad capitulum octavum. Et dividitur in 4 partes secundum numerum misteriorum principalium in ea revelatorum. In prima parte de visione sedentis in throno et assistentium narratur. In 2a de visione libri signati et circumstantibus adiunctis, capitulo quinto, Et vidi in dextera sedentis in throno librum. In 3a de septem sigillis et eorum apertione declaratur c. 6 Et vidi cum aperuisset agnus unum ex septem sigillis etc. Unde in primis duobus capitulis revelantur misteria attendenda circa caput ecclesie. In aliis duobus capitulis ~~circa eius membra misteria~~, scilicet sexto et septimo revelantur misteria circa ipsum corpus quod est ecclesia. Ad intellectum prime partis sciendum quod sicut patet ex dictis in c. primo et prologo, tota trinitas revelat apocalipsim homini Christo. Christus autem Iohanni per angelum in cuius persona loquentem. Christus in homo, superior est angelus propter unionem ad suppositum divinum et plenitudinem gratie, licet sit minor angelis ratione nature, secundum quod dicitur ad Hebr. 2°. Ponitur ergo primo maiestas dei revelantis. 2° dignitas hominis Christi revelationem recipientis, ut sequitur. Primum declaratur ex tribus scilicet ex imperiali throno et ex nobili consortio, et ex reverenti obsequio. 2a ibi Et in circuitu sedis. 3a ibi Et requiem non habebant. Prima pars adhuc subdividitur, quia primo premittit antecedentia visione, 2° ponit ipsam visionem et visorum descriptionem ibi Et ecce sedes posita erat in celo. In prima, tria antecedentia visionem declarantur scilicet hostium apertum in celo visio, et vocis alloquentis auditio, et visus videntis sublimatio. 2a ibi Et vox prima quam audivi. 3a ibi Post hec statim fui in spiritu. Dicit ergo sic primo Post hec vidi Et ecce hostium apertum in celo etc.

Quartum

Citur ad euidentiam lre Julit ait post hec vidi Sic enim apparet quod non sint
visa omnia sed aliqua post alia Eiusdem ergo videtur quia supra primo dixit
fuit in spiritu Et sic videtur quod simul omnia vidit Ad hoc respondet hayo
dicens Cum autem ait post hec vidi non ad vicissitudinem temporum referens est
ad ordinem visionum quia postea que superius viderat vidit Et isti que se
quuntur visiones igitur iste non distinguuntur a parte temporis in quo facte
sunt quia Johannes totum vidit una die scilicet dominica utrum vero sic vel non
distinguuntur a parte temporum in quibus partim complete sunt et partim sunt
complende Sicut dicit Nicolaus lira Una videt hec non visione corporali solum
que fit per oculos corporis nec imaginaria solum que fit per simili
tudines rerum corporalium future misteria presagantes Sicut vidit Na
buchodonosor lapidem precisum de monte sine manibus Danielis 2o Et
Pharao septem boves et vaccas septem et spicas plenas Gen xli Sed
utrumque quod viderat non intellexit ut idem dicit Sed vel imaginaria ut
intelligibili simul vel intellectuali solum Ad quod intelligendum Nondum
sunt augustinus xiio super Gen ad literam visio sine cognitione prophetia non
est Que pertinet ad mentem Circa cognitionem autem humane mentis dicunt doctores
ut patet 2a 2e q 173 ar 2o quod duo considerare scilicet acceptionem sive repre
sentationem rerum et iudicium de rebus representatis Representantur autem hu
mane menti res aliquae secundum aliquas species Nam secundum philosophum 3o de anima
lapis non est in anima sed species lapidis Et secundum ordinem nature oportet quod primo putentur
sensibili 2o imaginationi 3o intellectui possibili qui immutatur a speciebus
phantasmatum secundum illustrationem intellectus agentis In imaginatione autem
non solum sunt forme rerum sensibilium secundum quod accipiuntur a sensu sed diversimode
transmutantur Vel per aliquam transmutationem corporalem sicut accidit in dormientibus
et furiosis Vel etiam secundum imperium rationis disponuntur
phantasmata in ordine ad id quod est intelligendum Sicut ex diversa ordi
natione literarum earundem accipiuntur diversi intellectus Ita etiam secundum
diversam dispositionem phantasmatum resultant in intellectu diverse species intelligibiles
Judicium autem humane mentis fit secundum vim intellectualis luminis
Per donum autem prophetie confertur aliquid humane menti supra id quod
pertinet ad naturalem facultatem quantum ad utrumque scilicet et quantum ad iudicium
per influxum luminis intellectualis Et quantum ad acceptionem seu representationem
que fit per aliquas species Et quantum ad hoc secundum potest assimilari do
ctrina humana revelationi prophetice non autem quantum ad primum Homo enim
suo discipulo representat aliquas res per signa locutionis non autem potest interius illu
minare sicut facit deus Horum autem duorum primum principalius est in
prophetia quia iudicium est completivum cognitionis Et ideo si cui fiat divinitus
representatio aliquarum rerum per similitudines imaginarias ut pharaoni
et nabuchodonosor vel etiam per similitudines corporales ut balthazar
non est talis censendus propheta nisi mens eius illuminetur ad iudicandum
Sed talis apparitio est quoddam imperfectum in genere prophetie Unde a quibusdam
vocatur casus prophetie sic etiam divinatio somniorum Erit autem propheta si
solum intellectus eius illuminetur ad diiudicandum etiam ea que ab
aliis imaginarie visa sunt ut patet de Joseph qui exposuit somnium pharaonis
Gen xli Sed sicut augustinus xiio super Gen ad literam dicit Maxime propheta
est qui utroque precellit ut videat in spiritu corporalium rerum significativas
similitudines et eas vivacitate mentis intelligat Representantur autem divinitus
menti prophete quedam quidem mediante sensu exteriori quedam fore sensibiles
Sicut Daniel vidit scripturam parietis ut legitur Danielis 5to Quedam autem
per formas imaginarias omnino sine divinitus immissas non per sensum
acceptas puta si alicui ceco nato imprimerentur in imaginatione colorum
similitudines vel etiam divinitus ordinatas ex hiis que a sensibus sunt
accepti Sicut Jeremias vidit ollam succensam a facie aquilonis ut habetur
Jeremie primo Sive etiam imprimendo species intelligibiles ipsi menti sicut patet de
hiis qui accipiunt scientiam vel sapientiam infusam sicut Salomon et Apostoli
Lumine autem intelligibili quandoque imprimitur menti humane divinitus ad diiudi
candum ea que ab aliis visa sunt Sicut dictum est de Joseph Et sicut patet
de apostolis quibus dominus aperuit sensum ut intelligerent scripturas ut habetur

lure xl

Et ad hoc pertinet intellectus sermonum, sine certum ad diiudicandum secundum veritatem ea que sensu nati homo apprehendit. Sine etiam ad diiudicandum varie et efficaciter ea que agenda sunt, secundum illud Ysaie [illegible] Spiritus domini ductor eius fuit. Sic igitur patet quod prophetica revelatio quandoque quidem fit per solum luminis influentiam, quandoque etiam per species de novo immissas vel impressas vel aliter ordinatas, sicut quod divinitus ordinantur species imaginarie separate a sensu secundum convenientiam ad veritatem revelandam. Thomas ille. Et isto modo Nicolaus Lira dicit beatum Johannem visiones in hoc libro contentas dicit enim quod in spiritu sub quibusdam imaginibus vidit decursum ecclesie ab apostolorum tempore usque ad finem mundi, continuum ad tribulationes consolationes et immutabilitates notabiles, quarum tamen aliqua preterite et aliqua sunt future. Visiones autem istas imaginarias beatus Johannes secundum intellectum totum earum non exposuit licet ad plenum intellexerit. Aliqua tamen imposuit per que datur via ad reliqua aliqualiter capienda. Sicut primo capitulo dixit Septem candelabra aurea, septem ecclesie sunt. Et septem stelle, septem angeli [illegible] capitulo. Et similiter in sequentibus aliqua dicit licet raro ad capiendum aliqualiter intellectum occultorum verborum in locis suis domino concedente, propter quod intellectus litteralis non est ille qui per verba significatur immediate, sed ille qui per imagines significatur. Sicut dicitur [illegible] quod ligna locuta sunt ad arborem campi [illegible] et [illegible] nobis sensus litteralis non est de arboribus vel lignis sed de viris sichem ligna signatis, qui fecerunt super se abimelech regem. Thomas ille. Similiter dicit Haymo quod in istis visionibus nichil hystoricum est accipiendum quod ipsa [illegible] si subtiliter inspiciuntur videre probantur. [illegible] ut e multis plura dicamus quod videlicet [illegible] equos in visione quorum ascensores habebant loricas igneas et iacinctinas et sulfureas etc. quod vel imaginarias similitudines vidit et intellexit ad plenum quid per hec significaretur secundum litteram vel quod solum in mente [illegible] secundum Haymonem. Ideo [illegible]. Cum alii prophete describant tempora visionum suarum, ut Ezechiel primo et Daniel primo, Quare Johannes [illegible] hic tempus sue prophetie non descripsit. Et ad hoc respondet Haymo dicens quod est prophetarum antiquorum visionibus sue tempora describere per reges et numerum annorum et mensium et dierum [illegible]. Unde et Ezechiel dicit In anno quinto transmigrationis Joachim in mense quinto, decima mensis factum est verbum domini. Similiter Daniel anno tercio Nabuchodonosor et cetera. Iste autem novus propheta tempus sue prophetie nequaquam descripsit per tempora [illegible] annos aut menses, sed tamen mentionem facit, cum dicit Fui in spiritu in die dominica supra primo. Ex quo datur intelligi quod omnem hanc prophetiam una die vidit. Hec ille. Post hec scilicet visa in prima visione [illegible] temporum vicissitudine. Vidi non corporeo intuitu sed visione [illegible] Et ecce ostium apertum in celo. Celum in hoc loco [illegible] secundum [illegible] dicit [illegible] per prophetam Ysaie ultimo Celum mihi sedes est. Salomon dicit Proverbiorum [illegible] Anima iusti sedes est sapientie. Vel ut habet translatio [illegible] Prudencia requiescit in corde iusti. Si ergo anima iusti sedes est sapientie que est Christus, iuxta quod apostolus dicit prima Corinthiorum primo Christum dei virtutem et sapientiam. Et celum sedes est dei, utique ecclesia est celum in quo ipse residet, dicit Haymo. In hoc celo id est in ecclesia que celum in scriptura multociens nominatur, vidit Johannes ostium apertum id est Christum revelatum qui de se dicit Johannis x Ego sum ostium; per me si quis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Nemo venit ad patrem nisi per ipsum per quem ingreditur ad fidem et egreditur a fide ad speciem, ubi inveniuntur pascua eterne refectionis. Hoc ostium prius erat clausum, quia ante adventum ipsius eius mysteria latebant omnes nisi paucos prophetas qui per spiritum sanctum illuminati viderunt eius incarnationem passionem et mortem et resurrectionem, quia cum mysterium erat revelata per totum orbem per predicationem omnium apostolorum. Vidit autem Johannes hoc ostium [illegible] oculis scilicet corporeis, vidit [illegible] utpote qui illi adherens eius miracula vidit cum suscitavit mortuos, illuminavit cecos et his similia presente illo complevit.

Ad novissimum qui mortuus est et ecce sum vivens in sua vita suscept,
vel oculis mentis sicut in hac prophetia apte ostenditur. Vidit igitur ostium
apertum in celo i. christum revelatum in ecclesia, vidit oculis corporis et mentis
Iohannis i. Quod fuit ab inicio quod audivimus quod vidimus oculis nostris
quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite et vita mani-
festata est et vidimus et testamur et annunciamus vobis vitam eternam
que erat apud patrem et apparuit nobis. Ostium ergo apertum in celo est
corpus revelatum in terra quia celum in scriptura nominatur Math v. Qui
solverit unum de mandatis istis et docuerit sic homines minimus vocabitur
in regno celorum, quia sicut celum est corpus nobile sublime altissimum lu-
minosum et primum corporum ut dicit philosophus primo de celo et mundo. Sic eius ecclesiam
dicta est per celestem conversationem elevata ad Phil. 3 nostra conversacio in celis
est per firmitatem et constantiam solidata Iob 37 celi solidissimi quasi ere
fusi sunt, ad omnes scilicet amicos et inimicos per dilectionem dilatata ps. extendens
celum sicut pellem, sapientie et scientie sanctorum claritate illustrata Dan xii qui
docti fuerint et qui ad iusticiam erudiunt plurimos fulgebunt quasi stelle in
perpetuas eternitates etc. Per quod ostium debet esse introitus ad eternam mansio-
nem et sic in eternam triumphantem. De hoc ostio augustinus super iohannem
omel. xl et crisostomus 49 et Gregorius super Ezech omel. [illegible] pl. textus
illud Ezech 40 ostium contra ostium dicit quod ostium contra ostium est cum
recto itinere ab exteriori ad interiorem aditus premitur. In cognitione vero
[illegible] dei primum ostium nostra fides est secundum vero spes illius ad quam
[illegible] ambulando pervenimus. In hac etiam vita [illegible] ingredimur ut ad
illum primo perveniamus. Ostium ergo contra ostium est quia per meritum fidei aperitur
aditus visionis dei etc. Vel per celum scriptura sacra significatur ut ait
Gregorius per partem evangeliorum omel. [illegible] in qua lucet sol sapientie
luna scientie et stelle exemplorum et virtutum sanctorum patrum lucent. In
quo celo christus est ostium, quem apertum i. quo dignus est agnus aperire librum
[illegible] scriptura est [illegible] celum clausum et clavis apertum ab eo qui aperit
et nemo claudit et [illegible] clavem david sup. 3o et dicitur scriptura celum a
celando quia sub littera celatur multiplex intelligentia. Cuius ostium est christus
quia per ipsum solum eius intelligentia. Unde [illegible] omnis sapientia a domino deo
est. Vel ostium scripturarum est obscuritas figurarum que usque ad christum clausa
se fuerunt ita ut pauci intellexerint aliquid de scripturis [illegible] tenebrosa
aqua in nubibus aeris i. obscura scriptura in lege et prophetis [illegible]
christus qui est lux vera recessit obscuritas figurarum et patuit ostium scriptu-
rarum proverb. 27 Aperta sunt prata et apparuerunt herbe virentes. Cla-
vis quo aperitur hoc ostium est humilitas cordis Iacobi primo Si quis
vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et ecc 24
Orde humiliatus se inultus penetrat i. obscuritates scripturarum. Math 18
Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli istis non intrabitis in regnum celorum
i. in abdita scripturarum. Sup. 3o Ecce dedi coram te ostium apertum quod
nemo potest claudere quia modicam habes virtutem i. humilitatem que modicum
facit animam sui reputatione et iudicio. Secundum autem visionem scilicet vocis
allocutionis audivit cum dicit Et vox prima quam audivi
[illegible] scilicet in celo i. in terra militante vel in scriptura vox prima respectu
terre est vox angelica Luc 5 scilicet vox scripture est vetus testamentum quod
precedit novum tamquam tube loquentis i. terribilis et obscura propter obscuritatem
legalium cerimonialium et iudicialium preceptorum et terribilibus [illegible]
ad plurimum. Dicens ascende huc i. ad ostium [illegible] i. vetus testamentum
[illegible] ad christum ut dicitur [illegible] i. christum Math 17 levantes oculos
apostoli neminem viderunt nisi solum Ihesum. Secundum Hugonem vox pa-
trum audivit iohannes vetus testamentum intelligitur ubi misteria christi
[illegible] sunt predicta i. prefigurata prenunciata et prophetata prima i. que in
hac prophetia vel iam impleta vel in proximo implenda continet ante in
lege et prophetis ceteris scripturis veteris testamenti sunt prenunciata prefigurata
et prophetata. Que vox [illegible] tamquam vox tube fuisse dicitur per ora predicatorum
sonuit [illegible] dicitur Ysaie 58 Clama ne cesses quasi tuba exalta
vocem tuam tubis [illegible] antiquum in bellis Num x fiat [illegible] duas
tubas quibus [illegible] multitudine qui movenda sunt castra et nobis
sacra scriptura [illegible] in [illegible] dum [illegible] cont [illegible] detrimenta

tuba

et inventiua carnis nostre de hac tuba mox viii°. date sunt eis septem tube
Et de hoc Richardus dicit. voces sunt diuine admonitiones in quibus prophetica doctrina prima in quam ordine non discrepat. Nam euangelica
prima est dignitate. Item vox veteris testamenti prima quia promittit terrena
et transitoria sed vox euangelica promittit celestia. sed prius est quod animale
est j. Cor. xv. Vox mea tube loquentis id est sic vbi distinguerete loqui
enim est vocem distinguere dicit philosophus secundo de animalibus Et loquentis mecum id est ad me dirigentis sermonem non tumultibus vocis sed dictis. ascende
huc Ad euidenciam huius obiicitur qualiter ait hic ascende Respondeo non
deerat et erat in spiritu ut dictum est supra. Kunc zum Richardum In imo
positi minus perspicue cernimus. sed in altum ascendimus ut maiora videamus In hoc ergo quod ait ascende liquet excellenciora esse ea que visurus
erat quam ea que precedebat quia prima visio fuit de correctione errorum. ista
visionem celestium misteriorum. vel in processu Quod ait ascende. non quod
ipse altius ascenderit quantum ad statum. sed quod sublimiora et altiora
vidit Ascende mecum visurus maiora et sublimiora et occultiora Et addit huc. id est ad ostium zum Haymo Omnis namque scriptura veteris
testamenti nos inuitat ad intuenda misteria Christi. Vnde dicitur Isaye
In nouissimis diebus erit mons domus domini preparatus in vertice montium. et fluet ad eum omnes gentes. Mons iste Christus est quem vidit
Daniel precisum sine manibus. qui creuit et impleuit vniuersam terram
Daniel ij°. Domus autem Jacob. est ecclesia fidelium. Hoc est itaque saluti
ad ostium aptum ascende quod etiam ad montem id est ad Christum confluere
dicitur ergo Iohannis et in illo cunctis predicatori Ascende huc non gressu
corporis sed mentis et fidei Et vide omnia in Christo iam completa que
prius sunt per prophetas de eo pronunciata Sequitur Et ostendam tibi que
oportet fieri cito id est in presenti tempore quod eternitati comparatum. breuissimum
est momentum hora ait haymo et post. de hiis que oportet fieri cito. Sed
queritur, cum hic narretur que erant preterita pro magna parte vt
de passione Christi et misteriis suis qualiter ait. que oportet fieri cito. ad hoc
Respondet haymo in eo quod dicitur Ostendam tibi que oportet fieri non negat
quod iam non essent facta Sed declarat quod deinceps essent mansura Quedam
enim dicuntur oportere fieri que iam erant facta. vtpote in eodem statu
quo ceperunt permansura. dicuntur non certe nam erat exaltata
quam Johannes cernebat ista. que vsque in fine seculi quo cum domino ad
iudicium vectora est hac sancta prerogativa mutatur Vel loquitur
quantum ad illa futura tempore future persecutionis antichristi et quamvis que
ventura sunt in ordinacione dei. que non potest frustrari Et sequitur
Sed augustinus post hec statim fui in spiritu Non legitur intelligendum quod spiritus
eius a corpore fuerit separatus. et sic viderit istam visionem. Sed quia
mente totum hoc vidit. Set vis. id est spiritus sancti sublevauit mentem
illius ad contemplanda misteria celestia Nichil quam per corpus vel
audiuit vel vidit ait haymo Sed qualiter hoc quod supra dixerat fuisse
in spiritu. nec prius legitur quod descendisset Idem quod modo dicit quod fuit
in spiritu. quia prius vidit ea que erant inferiora et planiora quam
essent magis et que erant ad correctionem et instructionem septem ecclesiarum specialiter. et illis fuit intentus. Sed quia hec visio continet maiora
et sublimiora et obscuriora sacramenta Et ad erudicionem vniuersalis ecclesie
vt ait Richardus Ideo in huius visionis ingressu. Recte dictum est
ascende huc. et quod fuit in spiritu. Specialiter ac sequitur Qui volentes
speculari celestia sacramenta dicunt ascende Ecclesiastici 24 Transite ad me
omnes qui concupiscitis me Et dicunt esse ac viuere in spiritu Ecclesiastici
Cogitaui abstrahere a vino carnem meam vt transferrem ad sapienciam
animum meum Job 28 Non inuenitur in terra suauiter viuencium Sed
dicit
precia maxime celestis et diuina Nam zum Bernhardum super cantica
sermone primo Ante edomitam carnem disciplinae studiis et mancipatum
spiritui ante spretam et abiectam seculi pompam et sarcinam indigne
a nobis loca sancta presumuntur Quomodo nempe lux incassum circumfunditur
oculos cecos vel clausos ita animalis homo non percipit ea que sunt
spiritus dei j Cor. 2 Amplius Spiritus disciplinae effugiet fictum Quod

quod est vita ingtunes. quia nec erit ei unquam pars cum mundi vanitate. cui
est spiritus veritatis Joh. 14. Que in societas ei que desursum est sa-
pientie, et sapientia mundi que stulticia est apud deum. 1 Cor. 1. aut sapie-
terrenis que et ipsa inimica est deo. Jacobi 4. Vel vox prima quam au-
divit Johannes, fuit vox angeli qui ista ei intimabat. Que tube compara-
tur, quia vocem angelicam seu inspiracionem divinam humana fragilitas
vix potest ferre. De qua dicitur Act. 2°. Factus est repente de celo sonus tanquam
advenientis spiritus vehementis. Est ergo sensus. Et vox prima, id est vox angelica seu
inspiracio divina, que dicitur prima respectu vocis corporee, que posterior est et
tempore et dignitate et qualitate, tanquam tube, que invitabat ad pluri-
morum dyaboli temptamenta, contra mundi blandimenta, contra terrenis oblecta-
menta, et ad convivium Christi et ad festum celi, loquentis mecum, id est in me
solum intus, id est in mente. Secundum illud psalmi: audiam quid loquatur in me do-
minus deus. Sic dicuntur vox spiritualis et corporalis. Una vox spiritualis
loquitur in homine, corporalis ad hominem. Spiritualis formatur intus
in mente, corporalis exterius in aure vel aere. Vel mecum, id est michi
non dissencienti sed concordanti, quia mens eius loquenti concordabat.
Et ex hoc patet quod Johannes idem desiderabat quod angelus admonebat
dicens: Ascende huc, id est erige mentem, dilata intellectum, et que non
potes cernere oculis terrenis, mentis intuitu contemplare. Et ostendam tibi solum
post ascensum que oportet fieri cito, scilicet tribulaciones et persecuciones, et postea
consolaciones et remuneraciones maiores. 1 Pet. 1. Prenuncians eas que in Christo
sunt passiones et posteriores glorias. Post hec statim, id est hoc audito.
Fui in spiritu, id est in spirituali contemplacione statim. Dicit quod pigros qui [illegible]
procrastinant quod eis precipitur faciendum, ut cetera voce terreat. Sed
vera obediencia [illegible] parata invenitur. Unde Bernardus: Verus obediens
mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, linguam voci,
pedes itineri, manus operi, et se totum intus recolligit ut mandatum
paragat imperantis. Gen. 18. Festinavit Abraham ad Saram, dixitque ei:
Accelera tria sata simile commisce. Quod ibi dicitur [illegible] ordienes: Festi-
nat Abraham, accelerat Sara, currit puer, nullus piger in domo iusti.
Vel ascende huc, scilicet ad sensum spiritualem. Quasi dicat: noli morari in superfi-
cie littere, in quo arguit perfidia Judeorum, qui adhuc ad litteram [illegible]
expectant cum asino, id est cum sensu stolido. Gen. 22. Et ostendam tibi que
oportet fieri cito, scilicet ante finem mundi. 1 Joh. 2°. Filioli mei novissima hora
est. Notandum quod hec visio respicit universalem statum ecclesie a principio
usque ad finem. Et quidam dicunt de ultimis fidelibus et passionibus eorum.
Quidam de hiis que passi sunt fideles ante Christi incarnacionem. Que omnia
valent ad eorum exhortacionem et premunicionem. Et quia nemo ydoneus est pati
tribulaciones nisi prius correxerit mala acta vel neglecta, ideo bene hec visio
que est de eorum exhortacione sequitur primam que fuit de eorum correccione.
Post hec, scilicet que dicta sunt, non tempore sed ordine. Vidi, id est revelacionem
seu visionem habui. Et ecce quod admiracionem et evidenciam notat. Ostium
apertum, scilicet erat in celo, id est in ecclesia militante, que dicitur celum propter vite sub-
limitatem quam habet, propter claritatem sapiencie qua fulget, propter varietatem stellarum,
id est fidelium, quam continet. Math. 13. Simile est regnum celorum sagene
misse in mare. Huius celi ostium est Christus, quod nulli clauditur, neminem
eum venientem ad se repellit. Unde quicumque excluditur vel non ingreditur, non
ostii, sed ipsius est culpa. Johannes 6°. Omne quod dat michi pater ad me veniet,
et eum qui venit ad me non eiciam foras et cetera. Sequitur ibi: Et ecce sedes
posita erat in celo et cetera. Premissis antecedentibus visionem subiungit ipsarum visionum
et visorum descripcionem. Et primo narratur visio sedis et sedentis in throno.
Secundo ponitur eorum que erant in circuitu throni descripcio ibi: Et iris
erat in circuitu sedis. In prima dicit se vidisse sedem. 2° describit sedentem.
Et hec in duo. In prima notatur excellencia sedentis in throno simpliciter
et indistincte. In 2a narratur eius excellencia quantum ad suam dignitatem ibi:
Et qui sedebat similis erat aspectui et cetera. Ait ergo: Et ecce, quod evidenciam notat,
sedes posita erat in celo. Celum secundum Jeronimum et Bedam scilicet ecclesiam
que est sedes dei, secundum illud psalmi: Parasti in celo sedem tuam. Et iterum

terra dicitur celum

Joachim

Domus in celo sedes eius Et dicitur terra celum quia licet carne in terra versetur mente tamen celum inhabitat ait Haymo ad philippenses 3 Nostra conversatio est in celis Et propter alias causas dictas in precedenti lectione Unde Joachim dicit gloriosa et felix sancta mater terra sedes dei est Gregorius super Ezechielem omelia 5a Sub uninis nominibus appellationis solent per prophetie spiritum multa significari Sed tunc aliquid unum huiusmodi Sic terra est sedes dei et celum est est terra ut dictum est Ergo si sedes est in celo terra est in terra Ysidorus huius est hoc non est inconveniens quia spiritus terra que adhuc in corpore peregrinatur a domino mente est in terra que non requirit tamen illo Vel aliter secundum eundem Sicut legitur Genesis 7 octo anime tempore diluvii salvati in archa Quo in loco octo anime multitudinem signant fidelium archa vero ecclesiam universalem Sicut igitur ibi quod est archa hoc sunt octo anime et quod octo anime hoc est archa vel universalis ecclesia sunt et hic quod est sedes hoc est celum et quod est celum hoc est sedes Sic unum dicitur hic sedes posita in celo vel terra in terra hic ibi Vel aliter secundum Nicholaum liram Sedes in celo est auris et potestas dei eternum effectus quam quia regit per angelos et prelatos Propter quod qui sedes in celo sunt angeli et prelati pro divina providentia positi et ordinati in terra in quibus deus principaliter residendo regit ait Richardus Vel sedes est omnium rerum universitas Ysaie 6 vidi dominum sedentem super solium excelsum Unde Gregorius omelia 8 prime partis super Ezechielem tractans illud Ezechielis similitudo throni dicit Quid per thronum nisi virtutes angelice designantur

Quamvis enim mundi conditor ac rector universam per se possit administrare creaturam quippe cuius virtus et sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter Sapientie 8 tamen creaturis suo habundantia bonitatis sue forent participes non solum contulit esse et bene esse sed etiam ut aliis essendi aut bene essendi existerent quodammodo causa Itaque per superna media atque per hec infima deus instituit administrare ac regere creaturam corporalem per spiritualem regit corporalium terrena per celestia spiritualium infimos per medios medios per supremos purgat illuminat et perficit Precara tuctes homines tum pacis poterat vel illustrare sapientia quam pares non credebant Sed homines hominibus doctores preficere voluit et pastores quo terminus humanum venustaret ordinem multiplicaret et virtutum bonitate contineret hinc ecclesie pulchritudinem propheta commendat quod a dextris regis assisteret ut regina in vestitu deaurato circumdata varietate scilicet ordinum gradum et officiorum deinde sponso in canticis eciam dicit oculum fortem meum tenui dixi mi vinctum quod habeat rubeos quia dentes sui sunt ut grex ovium que omnes sunt gemellis fetibus et sterilis non est inter eas his enim insinuans ex ubertate fecunditate multarum in eius sponsis vero eius tomas ad pondera subiectorum Subditis vero ad obedientiam prelatorum hac postremo dispensavit deus homines cum sibi non essent carnali natura nec lascivientia saltem spirituali vellet copulare Nam sicut dicit augustinus 20 de doctrina christiana Ipsa caritas que sibi invicem homines nodo unitatis astringit non haberet aditum refundendorum et quasi miscendorum sibimet animorum si homines per homines nichil discerent Et proinde nulli etiam iusti defuerunt et sapientes preones iustitie qui alios erudirent ut deducit beatus Gregorius libro primo moralium In quibus tamen ut dicit Richardus deus principaliter residendo regit Reg. 10 Ibi resedit deus super sedes deus sedet super sedem sanctam suam Sedes igitur posita in celo est chorus angelorum et cetus prelatorum ordinatus in terra fide et miraculis choruscans sicut celum luminaribus suis De quibus dicitur Johannis xv posui vos ut eatis et fructum afferatis Et actus xx attendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo

Vel sedes in celo dicitur pro anima fidelis et sancta Ysaie ultimo Vel ecclesia triumphans in gloria residens Vel humanitas Jhesu Christi vel mater eius regina Regnatrix et super sedem sedens scilicet ipse deus trinus et unus secundum Hugonem Quia per unitatem sue potentie continet maiestatis deitatis cui cuncta subdita sua virtute continet ait Richardus Vel super sedem sedens est Christus vel ut dicit Haymo Consuetudo est istius psalmiste ut aliquando per sedentem deum patrem intelligat aliquando filium patrem appellat assessorem intelligi vult Ubi dicit Vidi in dextera sedentis in throno librum Dexteram scilicet sedentis in throno filium appellabat per quem facta sunt omnia ipsum vero sedentem deum patrem intelligens

Hic autem per sedentem debemus secundum eum intelligere dominum Ihesum Christum. Sed tunc queritur quare dictum est supra 2° quod vidit similem filio hominis ambulantem in medio candelabrorum aureorum, hic autem ait quod vidit eum sedentem. Respondet Haymo quod dominus dicitur ambulare quando dona sue gratie electis diffundit. Sedere vero cum singulorum merita diiudicat et discernit. Et dicitur sedere supra sedem ratione eminencie et dignitatis, quia excedit omnem dignitatem et regit potestate secundum illud Iohannis 3°: Qui de celo venit super omnes est. Et Matthei ultimo: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Ibi ergo ambulat dividens dona gratie discutiens et inquirens merita singulorum, hic sedet videns et reddens singulis secundum merita eorum. Ibi ambulat querens requiem, hic sedet inventa requie. Ibi ambulat in medio ut socius, hic sedet super sedem ut dominus. Simile habetur Ezechielis primo: Super firmamentum similitudo throni et super similitudinem throni erat aspectus hominis desuper. Gregorius: quia et super sanctos homines adhuc in hac corruptione corporis viventes, et super angelicas potestates Deo proximas, elevatus est mediator Dei et hominum homo Christus Ihesus.

Consequenter ponitur ipsa descriptio sedentis magis distincte cum subditur: Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis et sardinis. Quantum ad evidenciam littere. Queritur quare dicitur similis erat aspectui lapidis. Respondetur quod sicut dicit Dyonisius libro angelice ierarchie c. 1 et ultimo: Neque possibile est nobis ad immaterialem illam ascendere celestium ierarchiarum contemplacionem nisi formativis imaginibus et similitudinibus multiformibus [illegible] in sacris revelacionibus utentibus visibilium imagines ut mens nostra per assueta ad occulta discat penetrare que videre non consuevit. Anima enim que visibilia novit nisi manuductione materiali et corporalium similitudine, que secundum ipsum est per quam novit ad immaterialem nunc possit ascendere contemplacionem. Hec ille et ibi multum et bene de hoc. Et ideo dicit hic similis, quia qualis sit equalis qui gloria divine maiestatis subsistit incomprehensibile est ut ait Richardus.

Item queritur quare dicitur quod erat similis aspectui lapidis. Secundo quare similis aspectui istorum lapidum. Ad primum dicendum quod sicut dicit Augustinus super Iohannem omelia xiii: Omnia possunt dici de deo, et nichil digne. Quere [illegible] nomen sed unum non invenies quid simile invenies. Assimulatur est lapidi [illegible] ob quandam similitudinem. Hec ille. Dicitur ergo similis lapidi ob suam firmitatem et immutabilitatem, quia in seipso firmatus est et indivisus et solidus et quia stabile fundamentum sanctis electis. Et de hoc Richardus bene et Helinandus similiter. Unde sicut firmus est omnia per suam potentiam continens, omnia corda nequaquam tangitur lapis preciosus [illegible] electis stabile fundamentum existens contra bonos et malos immutabilitatem virtutis custodiens. Ideo dicitur similis lapidi. Ysaye 28: Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem angularem preciosum probatum in fundamento fundatum. Danielis 2°: Abscisus est lapis de monte sine manibus et percussit statuam in pedibus etc. Gregorius super Ezech. 28 moralium in fine tractans illud Iob 38: Quis dimisit lapidem angularem eius. Dicit quod Redemptor noster lapis angularis dicitur quia duos in se populos iunxit, vel quia communis [illegible] vite active scilicet et contemplative in se exemplar monstravit. Hunc ergo deus dimisit quia unicum quem sine peccato genuit redimendum hominibus cum peccatore ostendit, in cuius vita discerent etiam diversa vivendi studia non discerpere. Hec ibi. Hic lapis factus est in caput anguli, ait propheta in psalmo. Matthei 21: Qui ceciderit super hunc lapidem confringetur, super quem vero ceciderit comminuet eum. Prima Petri 2°: Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini domus spirituales.

Ad secundum dicendum secundum Litaniam quod tales apparuit fuit secundum convenientiam ad id quod revelatur. Et quia secundum eum super sedem sedens deus trinus et unus significatur hic agitur apparebat ut [illegible] etiam multitudinem ea qua se habet ut consolator et incensor caritatis, ipse quod in [illegible] super apostolos misit spiritum in similitudine ignis. Ideo dicitur hic colore iaspidis viridis cum color est confortativus visus, et sardinis rubei coloris qui propter similitudinem ad ignem ostendit incendium caritatis. Sed secundum Haymonem super sede sedens est Christus Ihesus qui similis dicitur aspectui istorum lapidum ad insinuandum in eo duplicem naturam scilicet divinitatis et humanitatis. Nam per iaspidem qui viridem habet colorem debemus intelligere claritatem divinitatis filii dei. Viriditas enim inter omnes colores magis delectat visum et reficit et confortat

Iaspis

Sardius

Sic divinitas inter omnia intelligibilia magis delectat et confortat et reficit intellectum. Sardius autem lapis terre rubee similitudinem habet et ideo per eum humanitas filii dei designatur, que rubore sanguinis perfusa est tempore passionis. Unde et angeli tempore sue ascensionis in celum mirantes dixerunt illud Ysaie 63: Quare rubrum est vestimentum tuum indumentum et vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Cum itaque habet virorem in divinitatis claritate, habet etiam ruborem in humanitate, per quam et ipsum adam, id est in rubra terra interpretatur, cum ceteris electis ad celestia revocavit. Aliud est enim inquam quod viret et aliud quod rubet, non tamen alius est qui viret et qui rubet, quia hec duo sunt unus, quia unus deus et homo constat ex duabus naturis, perfectus enim deus perfectus est et homo. Et ideo quod in eo viret est potentie, quod rubet misericordie. Et quod ex eo viret nos creavit, ex eo quod rubet nos redemit. In hac ergo visione consistit totius hominis beatitudo, ut sive intus ingrediatur per intellectum ad contemplandam divinitatem, sive foras egrediatur per sensum ad videndam humanitatem, in suo salvatore pascua inveniat, intus in aspectu divinitatis, foras in intuitu humanitatis. Unde dicit Augustinus in libro de spiritu et anima: quia ideo assumpsit totum hominem deus, ut totum in se beatificaret. Secundum vero Augustinum in originali iaspis colorem habet aque, sardius colorem ignis. Et in hiis duobus duo iudicia dei intelliguntur, unum quod factum est in aquis diluvii, aliud quod erit in igne, quia ignis in conspectu eius exardescet, ut dicitur in psalmo, et 2 Petri ultimo: celi calore solventur. Mediator ergo dei filius habens virorem in divinitatis claritate et ruborem in humanitatis passibilitate dicitur similis hiis lapidibus. Canticorum 5: dilectus meus candidus et rubicundus. Vel similis dicatur hiis duobus lapidibus, quia in potestate sua habet duo iudicia, quorum unum consumatum est per aquam, alterum consumabitur per ignem. Vel potest hoc referri ad filium dei in iudicio futuro, in quo suis electis apparebit clarus blandus dulcis et delectabilis, reprobis autem iratus et terribilis. Unde et angelus nuntius eius resurrectionis apparuit mulieribus, cuius aspectus erat sicut fulgur, vestimenta autem candida sicut nix. Mathei ultimo. Tangit quod Gregorius in omelia prima 2e partis ewangeliorum: In fulgure terror timoris designatur, in nive vero blandimentum amoris. Quia igitur omnipotens deus et terribilis est peccatoribus et blandus iustis, recte testis resurrectionis eius angelus in fulgore vultus et in candore habitus demonstratur, ut ipsa specie sua esse et terreret reprobos et mulceret pios. Unde recte est populum per desertum conducere columpna ignis in nocte et columpna nubis in die precedebat. Exodi 13 et post. In igne etenim terror est, in nubis autem visione leue blandimentum. Dies vero vita iusti, nox autem accipitur vita peccatoris. Unde et conversis peccatoribus Paulus dicit ad Ephesios 5: Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. In fine ergo per nubem columpne monstrata et nocte per ignem omnipotens deus et blandus iustis et terribilis apparebit iniustis, quia istos in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem demulcebit, istos vero per iusticie districtionem terrebit. Gregorius. Et de hoc etiam dicit hic Richardus: Primus lapis viret, secundus rubet. Viror significat inmarcessibilitatem eternitatis, rubor ignem dampnationis. Vel ideo dicitur esse similis hiis lapidibus quia electis promittit gloriam eternitatis et reprobis gehenne dampnationem. Illos per promissum virorem demulcet, istos per comminatum ruborem terret. Et ibi bene dicit et idem Helinandus. Et de hiis lapidibus dicit Ysidorus libro 16 ethimologiarum capitulo 7o: Iaspis est viridis coloris, et est gemma preciosa, et ut dicitur in tractatu de lapidibus: fugat febres et malicia ydropisi, creditur pie tutamentum et ut fertur fantasmata noxia pellit. Sardius vero rubeum habet colorem, ut dicit Ysidorus libro 16, et ut dicitur in predicto tractatu vilis reputatur, et tamen virtuosus est, quia ut ait quidam sapiens: onix enim dicitur hic lapis facies sompniare terribilia et multiplicare lites. Nec nocet portanti sardium, et ob has proprietates multo dicatur sedentem in sede similem esse aspectui predictorum lapidum, de quibus etiam habetur Exodi 28: In primo versu erat lapis sardius etc. Et Apocalypsis 21: Fundamentum primum iaspis. Vel per istos lapides etiam potest significari ornamentum, qui virore in sapidis, habet in dei contemplatione manens. Atque ideo cum huius mundi prosperitas pro nichilo reputat, quia pastus eterne viditate inheret. Habet etiam rubeum colorem sardii, quia electi nec divina extollantur visione, fragilitate humana ammonentur. Unde prophetis divina misteria cognoscentibus sepe dicebatur

fili hominis, acsi diceretur eis Et si claritatem diuine gracie apprehenditis me-
liores estote, quam homines estis et de propagine peccatorum hominum descen-
distis. Ideo quia ex humana infirmitate rubra terra estis. Hec ille. Et frequenter
sicut dictum est, nomine sedis intelligitur dignitas et auctoritas platorum.
Unde dicitur Eccli vii°: Noli querere ab homine ducatum neque a rege cathedram
honoris. Et eiusdem: Sedes ducum superborum destruxit dominus et sedere fecit mites
pro eis. Et eiusdem xi: Multi tyranni sederunt in throno et insuspicabilis por-
tauit dyadema. Quod scribitur tercii Regum x: Quod ad thronum Salomonis
sex gradibus ascendebatur ad innuendum quod sex proprie debet inesse hec quilibet
volens ad platum ascendere. Primum est innocencia qua nulli noceat et cunctis
proficiat. Unde quidam auctor diffiniens eam dicit: Innocencia est que nec facit iniuriam
alteri nec relinquit iniuriam. Hoc est quod nulli noceat et omnibus proficiat. Secundum
est mundicia cordis de qua Ysaie 43(?): Mundamini qui fertis vasa domini. Hinc
est quod aaron et filii eius primo precipiuntur femoralibus lineis et camisia can-
dida indui. Exodi 36. Tercium est sanctitudo spiritualis ad Romanos xii(?). Qui prestat(?) in soli-
citudine non conuertit(?) occupacionem temporalium. 2 ad Thymotheum 2°: Nemo militans deo
implicat se secularibus negociis. Quartum est virtutis prouissio(?) ut quicquid
promittit in clisteprion(?) regiminis soluat in exercicio officii. Unde Jetro
tales docuit moysen eligere adiutores in quibus essent virtutes. Exodi xviii.
De hiis gradibus dicitur in psalmo: Quis ascendet in montem domini id est ad platum
aut quis stabit in loco sancto eius id est in dignitate platus. Cui re vera
locus sanctus est et sanctum debet facere vel sanctificare sessorem. Et sequitur: Innocens
manibus, hoc primum. Et mundo corde quo ad secundum. Qui non accepit in
vano animam suam id est qui vanitatibus mundi etc non implicat animam suam. Tercium(?)
Nec iurauit in dolo proximo suo. Quintus gradus est sapiencia id est intelligencia
spiritualis. Sapiencie 13: Vani sunt omnes homines in quibus non subest sciencia dei.
Ad Romanos viii°: Prudencia carnis mors est, prudencia spiritus vita et pax. Propter hoc
non est pax in ecclesia quia plati non habent prudenciam sed carnis et mundi
que licet(?) facit et mortem. Jacobi 3: Non est ista sapiencia desursum descen-
dens sed terrena animalis et dyabolica. Que autem desursum est sapiencia
primum quidem pudica est, deinde pacifica modesta suadibilis bonis con-
senciens plena misericordia et fructibus bonis, iudicans sine simulacione. Ba-
ruch 3: Disce ubi sit prudencia ubi virtus ubi sit intellectus ut scias simul
ubi sit diuturnitas vite et victus ubi sit lumen oculorum et pax. Ubi principes
gencium et qui dominantur super bestias que sunt super terram, qui in auibus celi
ludunt, qui argentum thezaurizant in quo confidunt homines et non est finis
acquisicionis eorum. Et statim ibi describuntur plati forte nostri temporis.
Sextus gradus est zelus animarum sine quo nullus omnino preficii debet
in platum. Unde et dominus petrum interrogat de dileccione sua priusquam commisit ei
custodiam ouium suarum. Iohannis xx. Sed heu modicum apparet hodie vel quasi
nullus zelus animarum in platis. Ideo pereunt anime [illegible]. Ysaie lvii°:
perit iustus et non est qui recogitet. [illegible] cadit asina et est qui
subleuet, perit anima et non est qui curet. Ezech 34: Disperse sunt oues
mee eo quod non est pastor et facte sunt in deuoracionem omnium bestiarum
agri. Iohannis x: Bonus pastor etc. Hec sedes posita dicitur in celo
ut ostendatur quod qui sedet in ea debet esse celestis. Math 19: Vos qui secuti
estis me etc. Unde et hic dicitur quod qui sedebat super sedem similis erat
aspectui lapidis iaspidis et sardii. Unde per viriditatem iaspidis uel fides
et per ruborem sardii caritas platorum designatur vel iusticia et [illegible]
que sunt maxime necessaria plato. Unde Gregorius in pastorali: [illegible]
et clemencia debent esse platis. Nam iusticia sine clemencia ~~[illegible]~~ cru-
delitas est, clemencia sine iusticia remissio nimia. Propter hoc dicit Math x:
Estote prudentes sicut serpentes et ut astucia serpentis temperet simplicitatem co-
lumbinam, et columbina simplicitate acuat astuciam serpentinam. [illegible] 19 mo-
ralium: Rectoribus valde summopere sunt tenenda ut et in disciplina [illegible]
mansuetudinem ne rectum in mansuetudine districcionem deserat di-
sciplina, [illegible] ne [illegible] pietatis obdurescat. Cum [illegible] corri-
gunt nec disciplinae rigorem molliant [illegible] conso-
lentur. Regat ergo disciplinae rigor mansuetudinem et mansuetudo
ornet rigorem, ut nec rigor sit rigidus nec mansuetudo dissoluta
rigorem

Sex gradus platorum

Et yris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Et in
circuitu sedis sedilia viginti quatuor. Et super thronos xx iiii se-
niores sedentes circumamicti vestimentis albis et in capitibus eorum
coronas aureas. Et de throno procedunt fulgura et voces et to-
nitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum que sunt
septem spiritus dei. Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile
cristallo. | Posita narratione visionis et visorum scilicet sedis et excellentia
sedentis in throno subiungitur descriptio eorum que erant in thro-
ni circuitu. Et primo premittitur eorum que erant in circuitu sedis descriptio. 2° descri-
ptionis eorum que erant in medio sedis et in circuitu sancti subiuncto ibi
Et in medio sedis etc. In prima quinque narrantur. Primo premittitur de yride.
Secundo subditur de xx senioribus ibi Et in circuitu sedis sedilia etc. 3°
subiungitur de procedentibus de throno ibi Et de throno etc. 4to de lampa-
dibus ibi Et septem lampades etc. Quinto de mari vitreo ibi Et in conspectu
sedis etc. Dicit ergo quo ad primum Et yris erat in circuitu sedis. Secundum
Hugonem yris grece latine dicitur arcus. Arcus autem in die pluvie paret
et est signum reconciliationis dicente domino tempore diluvii ad Noe Gen. ix. Po-
nam arcum meum in nubibus celi et signum erit reconciliationis et recordabor federis
mei. Quid itaque per arcum debemus intelligere nisi dominum Ihesum Christum. Quod etiam
si soleret inspiciatur effectus ipsius yridis indicare videtur. Nam radius
solis ingreditur nubem imbriferam et sic formatur arcus. Quod utique valde
Christo congruit ipse enim est sol per divinitatem. Nam deus est sol iusticie. De
quo scriptum est Malachie 3° Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie.
Radius istius solis id est claritas lucis eterne sive filius dei qui est candor lucis
eterne Sapientie vii° ingressus est nubem qui in utero virginis carnem accepit
imbriferam. De qua nube dicitur Ysaye 19 ascendet dominus super nubem
levem et ingredietur Egyptum. Que nubes vero caro domini sive virgo Maria
recte imbrifera dicitur propter plenitudinem gratie et multitudinem doctrinarum. Est
autem arcus ille signum reconciliationis et pacis quia videlicet in Christo omnis nostra salus
pax et reconciliatio consistit. Unde in eius nativitate angeli pacem annunciaverunt
dicentes Luce 2° Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis.
Et ipse ad patrem ascendens dixit discipulis suis Pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis Iohannis xiiii. De quo etiam scribitur 1. Iohannis 2 Si quis peccaverit
advocatum habemus apud patrem Ihesum Christum et ipse est reconciliatio pro peccatis nostris.
Unde et yrim grece si additur ei hec littera .i. ut dicatur yrini id est quod pax
ut dicit Hugo. Et Christus Ihesus est pax nostra ad Ephesios 2° Christus itaque erat in
circuitu sedis quia dei filius Ihesus Christus est corona et protectio sanctorum suorum
et est signum federis inter deum et electos suos. Et in arcu sunt duo co-
lores principales scilicet viridis id est aquosus et rubeus sive cereus. In quibus
ministerium apte designatur aqua baptismatis et sanguis redemptionis vel gratia
spiritus sancti per que duo mundamur ab omnibus peccatis. Quibus duobus misterijs
totus orbis tingitur et mundatur et per hec in novitatem spiritus renovatur.
In cuius figuram de latere Christi dormientis in cruce exierunt sanguis et aqua Iohannis 19.
Unde Gregorius omelia viii prime partis exponens id Ezech. 1 Velud aspectus arcus
cum fuerit in nube in die pluvie dicit Arcum omnipotens deus inter se
et homines in signo posuit ut ultra mundum diluvio non deleret. In arcu
autem aqua et ignis apparet et post mediatoris adventum totus sanctus spiritus
in humano genere claruit qua electos dei et aqua baptismatis lavit
et igne divini amoris accendit. Quasi enim admixto colore aque simul
et ignis quidam arcus in nube ad reconciliationem ponitur cum veritas dicit
Iohannis 3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in
regnum dei. Cum arcus in nube est in die pluvie quia in diversa mentium
incarnationem ad effusionem predicatores ostendit ut ad veniam corda credentium duo parentes
revocentur. Nubem enim redemptoris carnem non inmerito accipimus de qua
per prophetam dicitur Qui ponis nubem ascensum tuum. Nubem quippe ascensus
sui posuit quia is qui divinitate ubique est carne ad celestia ascendit. Hugo

Et quod sensus littere et iris erat in circuitu sedis, id est, Christus in circuitu ecclesie tuitione eam protegens et irrigans aqua et sanguine suo signum eius federis inter deum et hominem. Et additur in littera similis visioni smaragdine. Secundum hugonem smaragdus est viridis coloris et per hunc sicut et per lapidem iaspidem designatur divinitas filii dei qua tota ecclesia fundatur et gubernatur. Cuius eius colore viridi quam super ceteris intensius videbatur per ... designabatur consolatio dei suis electis affutura maxime in tribulationibus et in futuris eo quod viridis color est confortativus visus. Et sicut smaragdi viriditas ut dicitur omnes herbas et omnium arborum frondes superat et oculos turbatos recreat sic divina consolatio sine visione [illegible] illud psalmi: Epulentur iusti in conspectu dei et delectentur in letitia. Aliud igitur notat iris in circuitu sedis nisi quod ostendit quod nemo venit ad deum nisi per Christum. Iohannis X: Nemo venit ad patrem nisi per me. Item iris est arcus sine corda ad nos mittens tamquam in signum quod non vult ferire sed parcere iuxta illud Ezechielis 18: Nolo mortem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. Et aut quibus dicitur similis smaragdo qui lota virtute suo colore induit et informat, signum est quod divina consolatio et misericordia super omnes se extendit. Mathei V: Qui solem suum facit oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Iris igitur in circuitu sedis similis visioni smaragdine significat quod misericordia Christi protegit illos in quibus sedet et quod nullus accedit ad ipsum nisi sua misericordia mediante seu gratia preveniente. Trenorum 3o: Misericordie domini quia non sumus consumpti quia non defecerunt miserationes eius. Et multa flagella peccatoris sperantem autem in domino misericordia circumdabit. Psalmi: Qui ad deum convertitur preveniente auxilio et gratia dei in secretis et nos convertentis. Unde dicit apostolus ad Romanos IX: Non est volentis neque currentis sed miserentis dei. [illegible] ad bene volendum et ad operandum homo prevenitur auxilio divino. Et quod quidem eius deo principaliter attribuitur sicut consuetum est quod effectus non attribuitur primo operanti sed primo moventi. Victoria enim attribuitur duci que labore militum peragitur. Non igitur per huiusmodi verba excluditur liberum voluntatis arbitrium sicut quidam male intellexerunt quod homo non esset dominus suorum actuum interiorum et exteriorum sed ostenditur deo esse subiectum. Unde dicitur: Converte nos domine et convertemur. Dicit sanctus Thomas libro 3o contra gentiles c. 181: Divina tamen in huiusmodi motionibus divina [illegible] non violentat sed allicit ut illud auxilium infundit nisi talibus motionibus assentientibus. Et tota vita ad tale divinum auxilium preparatio est a deo et etiam a nobis aliter tamen et aliter quia a deo est efficienter, a nobis autem consentientibus a deo principaliter a nobis autem quasi instrumentaliter. Inde est quod auctores sacri canonis huiusmodi conversionem etiam quandoque attribuunt nobis. Ut dicitur Zacharie I ex persona domini: Convertimini ad me et ego convertar ad vos. Non dicitur hoc quasi dei operatio nostram conversionem preveniat ut dictum est sed quia nostram conversionem gratia ad ipsum convertimur primo prevenit et adiuvat subsequenter eam roborando ut ad effectum perveniat et stabiliendo ut debitum finem consequatur. Secundum vero Richardum smaragdus viret et rubet et ideo iris in circuitu sedis dicitur similis visioni smaragdine quia iusti examinati divino iudicio introducuntur ad pascua virentis eternitatis. Mali vero eduntur in igne rubentis conflagrationis. Mathei 24 quando dicetur electis: Venite benedicti et reprobis: Ite maledicti in ignem. Et quasi idem dicit Helinandus. Possunt etiam per iridem intelligi[?] bene quia est signum clementie et reconciliationis dei, iris quoque humanum quod dicitur esse in circuitu sedis quia sua gratia trinit omnia pericula et munimenta. Genesis 24: Sidereum celi et terre circuivit sola. Duo colores iridis sunt due virtutes: igneus color est caritatis, rubeus castitas. Sapientie 8: O quam pulchra est casta generatio cum caritate. Cantica: Fulcite me floribus et purpura induimentum eius. Dicitur vero similis smaragdo propter nitorem fidei que nunquam in ea emarcuit. Nam omnibus cadentibus ipsa sola in fide stetit. Iohannis 19: Stabat iuxta crucem Ihesu mater eius. Et quamvis alie etiam dicuntur stetisse cum ea non tamen ita recte sicut ipsa que nec ad momentum titubavit. Ecclesiastici 24: Et sic in Syon firmata sum, id est, in fide. De hoc arcu dicitur Ezechielis 1[?]: Vide arcum et benedic qui fecit illum. Speciosus est in splendore suo, gyrat celum in circuitu glorie sue. Vel iris smaragdo similis in circuitu sedis est pietas regnans quam habet continue ad peccatores ut eos inclinet ad

terram

Tunc ibi et in circuitu sedis sedilia xx. Secundum literam describitur dei maiestas ex nobili consortio et circa eundem per xx sedilia designantur vniuerse kathedrales ecclesie per xx seniores sedentes super thronos vniuersi episcopi in quibus debet esse maturitas etatis et morum et claritas sapiencie que per aurum in capite significatur. Et licet multo plures sint ecclesie et episcopi tamen sub tali numero designantur propter concordantiam sue correspondentiam noui testamenti ad vetus. legitur enim primo paralipomenon 24 quod sanctus dauid volens augmentare cultum diuinum statuit xx sacerdotes in templo. per ebdomadas succedentes ministrantes. et addit quod in sacra scriptura sepe ponitur determinatus numerus pro indeterminato sicut per septem demonia vniuersa vicia significantur et per septem spiritus dei multitudo sanctorum angelorum. Super primo et secundo hoc videlicet satis conabiliter dictum et non doctores antiqui alium ponunt huius lettere intellectum. vnde dicit haymo Cum dominus in euangelio dicit Math. xix. xii thronos tantum memorat. super quos xii testatur apostolos sessuros in iudicio dicens Sedebitis super sedes xii iudicantes xii tribus israel. Quare Iohannes hic xx iiii thronos et totidem sedilia commemorat se vidisse. et respondet. Numerum propter geminum testamentum, veteri scilicet et nouum, dicimus. in euangelio xii sedes propter dignitatem apostolicam. hic vero xx. propter patres vtriusque testamenti, qui cum domino venturi sunt ad iudicium et sedebunt in sedibus per que designatur iudiciarie potestates. secundum illud psalmi Quia illic sederunt sedes in iudicio. Ouidius vii. Apprehendam donec thronos positi sunt. Sedile enim est quasi thronus vt dicit Isidorus libro 2° c. 1°. De numero vero duodenario dicit augustinus libro xx° de ciuitate dei c. xx1° quod est in patriarcharum et apostolorum numero insignius. propter septenarii partes alterum per alterum multiplicatas. Nam ter quaterni vel quater terni ipsum faciunt. hec ibi. Et sic videtur quod duodenarius est numerus perfectus propter septenarii partes. De septenario vero numero dicit beatus Gregorius. I. moralium tractans illud Iob p°. per allegoriam nati sunt ei septem filii. Quid inquit in septenario numero nisi summa perfectionis accipitur. Vt enim humane rationis causas de septenario numero teneamus, que asserunt quod ideirco perfectus sit quia ex primo pari constat et primo impari. ex primo qui diuidi potest et primo qui diuidi non potest. Certissime scimus quod septenarium sacra scriptura pro perfectione consueuit ponere. Vnde septimo die dominus requieuisse ab operibus asseritur. hinc est etiam quod septimus dies in requiem hominibus, id est in sabbato datus est. hinc est quod iubileus annus in quo plenaria quies exprimitur septem ebdomadibus consummatur. Nati sunt ergo et id est Christo septem filii ad predicandum scilicet videlicet apostoli. qui dum perfectionis opera parturit, quasi superioris sexus fortitudinem in conversatione tenuerit. Hinc est enim quod perfectionem septiformis gratie implendi, xii sunt electi. A septenario quippe numerus in duodenarium surgit. Nam septenarius suis in se partibus multiplicatus ad duodenarium tenditur. Siue enim quatuor per tria siue tria per quatuor ducantur septenarius in xii vertitur. Quia sancti apostoli ad trinitatem in quatuor partibus mundi predicare mittebantur. xii sunt electi. vt etiam numero perfectionem ostenderent quam voce et vita predicarent. hec ibi. Clarius adhuc de hoc numero dicit vltimo moralium tractans illud Iob vltimo. Sumite vobis septem thauros et septem arietes et ite ad seruum meum Iob et offerte holocaustum pro vobis. Et post hoc etiam addens quod inconcussa fide tenere debemus. quia quos spiritus gratie septiformis repleuit quod perfecte eius. Non solum trinitatis notitia sed etiam quatuor virtutum id est prudentie temperantie fortitudinis atque iustitie operationem per eum in ipsis quos ingreditur sibi quadam partibus augetur. Dum et per trinitatis notitiam quatuor virtutum actio designatur. et per eandem quatuor virtutes vsque ad manifestam trinitatis speciem peruenitur. Et addit. Et apud nos ergo septenarius non longe dissimilis quia plene. et non inaniter in duodenarium surgit. dum et per fidem opera. et rursum per opera perficit fidem. Subiungit. Sancti quoque apostoli gratia septiformis spiritus implendi xii sunt electi. qui in quatuor mundi partibus trinitatem que deus est innotescere mittebantur. xii ergo electi sunt. Et etiam ex ipsius numeri rationis causa clarescet. quod per quatuor infima trina summa predicarent. hec ibi.

Ex hiis ergo patet intellectus huius lettere qua dicitur Et in circuitu sedis sedilia xx. Et super thronos xx seniores sedentes id est patres veteris et noui testamenti. Qui tali numero designantur propter causas dictas et etiam propter hoc quia xii sunt patriarche filii iacob ex quibus alii patres veteris testamenti originem traxerunt. et xii apostoli ex quibus alii patres noui testamenti ortum habuerunt.

hic

Hy dicuntur esse in circuitu sedis sedentes super thronos. quia cum domino iudica:
bunt tunc assessores eius iudices per omnia consentientes et ipsum approbantes. vig.
xx seniores sunt patres veteris et novi testamenti. Sedilia vero sunt circumstantia
p xij tribus israel significat. Secundum haymonem. in quibus patriarche obtinent principatum
et apostoli qui ecclesie prefuerunt. Est igitur unus thronus ut patuit supra precedenti
capitulo quia una iudiciaria potestas. Sunt et xx. propter unius presidentium perfectionem
patriarcharum et apostolorum ceterorumque fidelium. qui exemplum apostolorum in presenti
vita sunt secuti. Sicut in petro dicitur apostoli et predicatores acceperunt claves
regni celorum. Mathei xvi. Ipsi quippe erunt sedes. in quorum cordibus
deus sedebit. ipsi et sedebunt cum alios iudicabunt modo dicto. Secundum autem
augustinum in originali. Seniores tamen etiam significat in xij apostolis
presbiteros sive platos in aliis reliquam etiam quia populum subiectum desi:
gnant. Et dicuntur cum prefecti et predicatores sunt de corpore esse ut me:
liorant. Qualiter autem hic quod erat in circuitu. Signum quod tales sunt in
ecclesia principalia. Quales autem sunt in circuitu sedis vigi:
stitue in ipsa ecclesia. Et in actu et effectu dicuntur esse in circuitu sedis vigi:
lant custodiunt et protegunt. quia sicut In medio sedis et in circuitu quatuor
animalia. Ysaie lxi. Super muros tuos posui custodes. Et 3° esse vigilas &c.
Et figuratur hic plures prerogative platorum et predicatorum ecclesie. Primo
in presidentie dignitate et iudiciaria potestate ibi. Super thronos xx. Unde
et hec electi sunt et distributi in ministerium domus dei. i. paralip. 23
Ut enim ait glo. 2° thronus regni sedes est. quia de illis dicitur In ps.
Constitues eos principes super omnem terram. Secundo figuratur in eis sapientie
vitalis et vite maturitas ibi Seniores In antiquis est sapientia Job xij. Co:
rona senum multa peritia. Eccli xxv. Num. xi. Congrega septuaginta viros de
senioribus israel quos tu nosti quod senes populi sunt. Ysaie 3. dominus ad iudi
cium veniet cum senibus populi sui. Tertio figuratur eorum imperturba
bilis tranquillitas in iudicando ibi Sedentes. Sedere enim est quiescere. Gregorius
2° moralium. Unde in hoc figuratur quod cum tranquillitate eorum iudicare
cum deo. qui cum tranquillitate iudicat. Sapientie 12. Tu autem dominator virtutis cum
tranquillitate iudicas et cum reverentia disponis nos. In ps. Sedisti super thro:
num qui iudicas iustitiam. Quarto figuratur vite immaculate puritas cum
subditur in terra circumamicti vestimentis albis. Apocalypse 3. ambulant mecum
in albis. ibi de hoc. Dicit tamen hic haymo. quod hoc non solum ad apostolos pertinet
sed et quislibet ad omnes qui vestimenta baptismatis inviolata a capitalibus cri
minibus custodiunt. Baptisati enim christum sunt induti. Iuxta illud apostoli Quicumque
baptisati estis christum induistis. ipsi enim habent vestimenta alba si inviolata ser:
vant baptismatis sancta. Quinto figuratur eorum de temptationibus trium:
phalis victoriositas cum subditur. Et in capitibus eorum coronas aureas
Et habundet vide Secundum glosam. Corona enim victoribus in signum victorie debetur.
Unde dicit haymo. Prima victores accipiunt coronam quando de hostibus trium
phant. non immerito per coronas hic sanctorum regum et coronae triumpho
rum qui de mortis auctore triumphat. Et sicut in ille sedentes iudi
cant ita per illum victoriam possident. quia dicit confidite ego vici mun:
dum Johannis xvi. Et de hiis ricchardus breviter dicit et bene. Seniores
dicuntur propter equitatem maturitatis animi vestimentis albis propter munditiam ca:
stitatis atque boni operis. Coronas in capite ob gloriam [illegible] decore et in:
finitatem regni celestis. aureas propter fulgore contemplationis vel secundum lucam
propter sapientie claritatem. tamen in mentibus eorum. que dicuntur capita respectu
virium sensitivarum dicitur refulgere sapientie claritas que per aurum sepe
in scriptura sacra designatur. Et Ricardus idem helmandus. Secundum vero
augustinum in originali. et rupertum in plogo galeato qui sponsam libri
regum et haymonem. per xx seniores libros veteris testamenti quibus vete
ris testamenti canonice auctoritatis possumus intelligere. in quibus novum testa:
mentum et ea que in eo completa sunt nuntiata cognoscuntur. Unde evangeliste
de duobus latronibus qui cum christo sunt crucifixi. dicunt hoc ideo factum
ut impleretur scriptura que dicit Et cum iniquis deputatus est. Marci xv. Ysaie
53. Vel aliter corone auree in capitibus eorum sunt intentio recta. cogitatio
vera et affectio sancta in mentibus platorum. Eccli 45. Induit eum deus
scilicet aaron stola glorie et coronavit eum in vasis virtutis et cetera. Corona au:
rea super caput eius expressa signo sanctitatis. 1 Machab. 4 e°. Ornaverunt faciem
templi coronis aureis quia platos qui sunt pulcrior et alior et nobilior pars
ecclesie. Et quod corona non datur nisi regibus et pastoribus. in hoc ostenditur quod plati

Vult esse reges et facit alios bis reges 1 pet 2o vos estis genus electum
regale sacerdotium etc et victores vitiorum 2 thy 4 Bonum certamen certavi
cursum consummavi fidem servavi de reliquo reposita est michi corona iustitie
quam reddet michi in illa die iustus iudex etc Contra quia iris est signum dilu
vii non futuri videtur quod non. illud enim quod fit ex necessitate nature non videtur
institutum ad aliquid significandum sed iris sive arcus nubium provenit ex
necessitate nature propter oppositionem solis ad nubem roridam ergo non videtur esse si
gnum diluvii non futuri Preterea iris sive arcus nubium et halo id est cir
culus circa solem et lunam et alie huiusmodi apparitiones aeris proveniunt
causaliter ex vaporibus humidis in aere existentibus ex quibus sequuntur
pluvie que diluvium faciunt ergo apparitio iridis magis est signum diluvii
futuri quam non futuri Preterea si esset signum diluvii non futuri vel esset signum
diluvii nunquam futuri vel esset signum diluvii non futuri usque ad aliquod
tempus Si esset signum diluvii nunquam futuri non exigitur quod appareret nisi
semel Si vult esse signum diluvii non futuri usque ad aliquod tempus oporteret
illud tempus esse determinatum quod quidem determinari non potest nisi auctoritate
scripture vel ratione humana ergo frustra datur huiusmodi signum Sed contra est
quod dicitur Gen ix arcum meum ponam in nubibus celi et hoc erit signum
federis inter me et terram et post pauca sequitur et non erunt ultra aque diluvii ad
delendam universam terram Dicendum dicendum est secundum de quolibet 3 q 4 3a In hiis
que in veteri testamento dicuntur primo quam observanda est veritas ...
Sed quia vetus testamentum est figura novi ... legimus in veteri testamento ...
aliqua promittuntur ut ipse modus loquendi aliquid futurum designet Dicendum ergo
quod causa dicitur rerum multis sunt latentes effectus autem sunt manifestiores ideo
effectus ponuntur in designationem causarum Est autem sciendum quod pluviarum causa
effectiva est sol materialis vero vapor humidus elevatus de terra et aquis
per virtutem solis Et aut duo in triplici dispositione se possunt habere Contingit enim
calorem solis omnino supervincit vapores et exsiccat eos et tunc pluvie sequi
non possunt Unde in egypto et in terris multum calidis raro sunt pluvie
In estate etiam propter vehementiam caloris sunt pluvie rariores In hyeme vero
frequentiores Contingit vero econtrario virtus solis ad hoc vix valet quod vapo
res multiplicat sed non potest eos desiccare et tunc superhabundant
pluvie et est ad diluvium aptum Contingit vero medio modo scilicet ut virtus
solis non solum operetur ad elevationem vaporum sed etiam sit victoriam super
eos ut non tantum multiplicentur quod diluvium inducere possint Neque etiam ut
vapores omnino desiccentur et pluvia non sequatur sed ex hac media di
spositione vel comparatione solis ad vapores causatur iris que non apparet va
poribus omnino desiccatis neque etiam in aere eis omnino superhabunda
tibus Et ideo iris est signum diluvii non futuri inquantum procedit ex tali
causa que ~~predicit~~ repugnat diluvio Ideo autem scriptura tali modo loqui
videtur quia per iridem significatur Christus per quem protegimur a spirituali
diluvio Ad primum ergo dicendum quod licet iris procedat naturaliter ex talibus causis
que repugnant diluvio et ideo convenienter iris dicitur ~~diluvium~~ signum diluvii
non futuri Ad secundum dicendum quod licet significet pluvias scilicet non superhabundan
tes usque ad hoc quod faciant diluvium Ad tertium dicendum quod licet semel
apparens sufficeret quod tamen non erit diluvium quamdiu sol et vapores in ea
dispositione consistunt et ideo non est superfluum quod frequenter appareat Hec ibi
Et nota ergo quod nube fit iris quia ex unione deitatis et humanitatis fit
reconciliatio humani generis Forma huius arcus modo sunt ad nos inclinata
Quia apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei Et ideo non
timemus Sed in die iudicii vertentur contra nos cum veniet in nubibus celi
cum potestate magna et maiestate Et ideo valde timendum quia horrendum est
incidere in manus dei viventis ad hebr x capitulo Et ut dicitur in historiis
tradunt sancti quod xl annis ante diem iudicii non videbitur arcus Et contingit
hinc in aurora dicens Et sancti tradunt annis decem quod arcus fugiet
ante iudicium et exul erit Quod etiam naturaliter ondit desiccationem aeris nimium
inceptam Et propter quod dicitur in ps. Ostendisti populo tuo dura potasti nos vino
compunctionis dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus
Iam arcu ut dicit Gregorius moralium xix exponens illud Iob 29 Arcus meus in
manu mea instaurabitur quanto longius corda tenditur tanto ab eo districtior
exit sagitta Sic nimirum extremum dies iudicii quanto longius differtur

fructu

ut veniat. tanto enim venit ille districtior sua procedit. Qui vero auditis ut diversis gladiis pericium ut hiis correcti peccatores tunc invenire valeamus. unde alibi praemissum est. Ostendisti populo tuo dura flagella scilicet seculi que servitutem gravibus iniquitatibus diem pervenit. Potasti nos vino compunctionis. ut terrena gaudia in lacrimis vertentur. Dedisti metuentibus te significationem. ut fugiant a facie arcus. Acsi diceret hoc tempus misericordie est. illud tempus iudicium erit. facie arcus. Acsi diceret. hoc tempus flagella significabis quomodo tunc percussurus es. quando iter ista tempore huius temporis flagella significabis quomodo tunc percussurus es. quando nouissime tunc iudicabis. quam sit districte modo percutis quasi parcens. Et post arcum suum tetendit et paravit illum et in eo paravit vasa mortis. Arcum nunc sui domini tetendit. quia cunctis peccatoribus per scripturam sacram minas exhibuit. In quo arcu vasa mortis paravit. quia iam eos qui suam eos correctionem negligunt condempnabit. Hec ille. Sunt ibi. Et de throno procedebant. posita notificatione sedis ab hiis que in circuitu eius erant. Cont. describit sedem sive thronum ab hiis que ab ea procedebant. et que in conspectu eius erant. Quantum ad primum ponit ea que procedebant de throno scilicet fulgura voces et tonitrua dicens. Et de throno scilicet dei vel de auctoritate et potestate dei ecclesiasticis a rectoribus vel prelatis in ecclesia. secundum Nicolaum Lira. que fuit residet in cetu prelatorum quibus commissum est regimine ecclesie procedunt fulgura voces et tonitrua vel choruscationes miraculorum dilectionum. de miraculis penitentium pro bonis operibus et terror suppliciorum pro malis. Ista non tamen in primitiva ecclesia et per ea credebantur adeo etiam modo credunt ecclesie prelatis. In fulgure non notitur miraculorum choruscatio in voce consolationum et beatitudinis promissio. In tonitrua pene terribilis et eterne comminatio. De throno ergo id est de cetu prelatorum procedunt fulgura id est signa miraculorum. de quibus dicitur in psalmo Illuxerunt choruscationes tue orbi alia translatio habet fulgura tua orbi terre. Ut ne fieri signa miraculorum hec fulguribus comparantur. quia terret et illuminant. fulgura enim ex nubibus descendunt. Et sancti apostoli et eorum successores sunt nubes. que pluunt verbis et choruscant miraculis. emittunt que voces id est verba predicationis et consolationis. Et tonitrua id est terrores comminationis. fulgura de throno procedebant. quia ad umbram petri sanabantur infirmi. Actuum 5. Voces dabat thronus quando dicebat per illud Ad Romanos 12. Obsecro vos per misericordiam dei. ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem rationabile obsequium vestrum sit. Tonitrua exibant de throno quando Johannes baptista dicebat Mathei 3. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et cetera. Job 26. Cum vix parvam stillam sermonis eius audiverimus quis poterit tonitruum magnitudinis illius sustinere. Et in psalmo Vox tonitrui tui in rota. Dicit ergo per fulgura voces et cetera prelati miraculis choruscant. vocibus consolatoria predicant et minis terribiles sonant. Unde Gregorius exponens super Ezechielem recitans illud Ezechielis primo. Animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris choruscantis. dicit quod animalia sancta vadunt cum ad insinuandam celestis domini gratiam in predicationem mittuntur. atque ut ad fidem vocant. mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt quia hec omnipotentis domini virtuti tribuentes. sibimetipsis que faciunt non ascribunt. Enim non stupenda faciunt. fulgura sunt. quia corda intuentium grauiter terret et illuminant et attendunt. Unde dicitur Abacuk 3. In luce sagittarum tuarum ibunt in splendore ~~choruscantis~~ haste tue fulgurantis. Vel alia translatio habet In luminibus iacula tua ibunt In splendore fulguris armorum tuorum. Iacula sive sagitte sunt verba sanctorum que corda peccatorum feriunt. Sed ista iacula habent arma. quia verbis adiunguntur miracula. quibus velud armis se muniunt ne ipsi feriantur. In lumine itaque iacula tua ibunt. quia in aperto exeunt verba dei. Sed quia sermonis doctorum comitatur dominus facta miraculorum recte subditur. In splendore fulgurantis armorum tuorum. quia dum audiendis eis arma miraculorum mentes presentium fulgurant. ut eos presentium non presumat. Si per quem sancti mira inter homines faciunt. Propter quod corda audientium spiritus luminis intendunt. ad dandam auctori suo gloriam redeunt ut illi laudem reddant. per quem se posse talia sciunt. Sic petrus cum sanato homine qui claudus ex utero matris fuerat. signum fecit quod omnes qui eum cognoscerent valde mirarentur. dixit. Quid miramini in hoc aut nos quid intuemini. quasi nostra virtute aut ~~pietate~~ fecerimus hunc ambulare. Deus Abraham

potestate

Deus Ysaac et deus Jacob deus patrum nostrorum glorificavit filium suum ihesum act
2o Et sparkopost in fide nominis eius hunc quem vidistis et nostis con
firmavit nomen eius etc. Signum quippe faciens intuentium oculos miracul
lumine velud fulgure perstrinxit. sed humilitatem custodiens et laudem
auctori reddens quasi unde venerat redyt. quia lux fulguris unde fuit
ostendit etc. hec ibi. Secundum vero augustinum in originali super fu
lgura et thonitrua. heretici possunt significari. quia vero extra procedunt contra illud [?]
scriptum est ex nobis prodierunt. sed non erant ex nobis etc. De quibus eciam dicit
Godfrid ix in figura Cessabunt fulgura et thonitrua. Secundum vero Jeronimum
hec tria scilicet fulgura voces et thonitrua. significant eterne predicatores pro
missiones et minas. ut habetur in glosa super verba ista et circa hoc. hec sunt illa
tria que sunt ostensa Ezechieli scripta in libro scilicet lamentaciones carmina
et ve. Eiusdem 2o. Unde quo dicit Gregorius omelia ix super ezechielem Pensandum nobis
est quid hec tria in sacro volumine scripta sunt. lamentaciones videlicet. quia in eo scri
pta est penitentia peccatorum. Carmina vero quia ibi predicantur gaudia iustorum. Ve
autem quia illic expressa est dampnatio peccatorum. Ut ergo peccata puniantur lege
que in hoc volumine scripta sunt lamenta. Scindite corda vestra et non ve
stimenta vestra Johel 2o et Jacobi 3o. Miseri estote et lugete. risus vester
in luctum convertetur et gaudium in merorem. Ut autem de possessione gau
dii sequentis hilarescas. cognosce que in hoc volumine scripta sunt carmina
laudis eterne Beati qui habitant in domo tua in secula seculi laudabunt
te. Et Thobie xiii de celesti civitate dicitur quod ex lapide precioso et mundo
omnes platee eius sternentur. et per omnes vicos eius alleluia cantabitur. Sed si
adhuc presenti seculo iuncte inhereas. Si adhuc terrenis voluptatibus delectare
amas nondum potes gaudia eterna que audis cognoscere. ergo in hoc volumi
ne quod in eo scriptum est atque ab animo pretendere expelle quod diligis
ut possis ex iudicio certitudine amare quod legis. Ibi quippe sub omnis
dampnati ipse omnis multitudo exprimitur reproborum. cum voce veritatis dicitur
ligatis pedibus eius ac manibus. mittite eum in tenebras exteriores
illic erit fletus et stridor dentium Math 22. Cum vero reprobi in exteriores
tenebras recedentes cadunt. quia nunc in interioribus se sua sponte deiciunt
ut veritatis lumine non credendo. non bene operando sequerentur. In quibus ligatis
pedibus ac manibus mitti perhibentur. quia nunc dum tempus est operandi atque
incedendi hic manus et pedes liberos in bona actione habuerunt. Ibi de
reprobis scriptum est Vermis eorum non morietur et ignis eorum non ex
tinguetur. Ysaye ultimo Ibi dampnatis ac repulsis dicitur. discedite a me
maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo etc. Math 25 In hoc itaque
volumine. cuncta que consistunt. omnia hec erudiat scripta continentur. peccati
si nondum et tamen te penitet illicita perpetrasse. Ut ad assequendum penam doceare
Ibi invenies lamenta. Spe celestium gaudiorum mentem relevare deside
ras. ibi ad consolationem tuam invenies carmina. Si vero et mala perpetrasti
et hec te perpetrasse non penitet. sed animum melius erigis. ad nullas penitencie
lamentaciones inclinaris. nulla celestium gaudiorum expectatione corrigere
velis nobis. ibi scriptum audiatur est ve. ut eos quos non terror ad penitentiam
humiliat nec spes ad superna premia exaltat. dampnatos sue iam innuit pe
nam perspiciat. et sine excusatione in eterna supplicia cadat. hec ibi. Quid
igitur fratres restat. nisi ut mala que nos egisse meminimus fletibus puniamus
ut per lamenta penitencie perveniamus ad carmen vite. Ne si affligi modo
penitendo nolumus ve penis sine fine senciamus. Quod eciam doctoribus
lectorum et plani sine subditorum ex officio tenetur et debent significare. Ut
sit de throno procedat fulgura voces et thonitrua. Sic enim faciebat
pastor primus felix Beatus petrus qui ad penitentiam inducendo dicebat
christianitate in fide vera virtute. In virtute autem scientiam In scientia autem absti
nentiam. In abstinentia autem pacienciam. In paciencia autem pietatem In pietate
autem amorem fraternitatis In amore autem fraternitatis caritatem Ad Corinth aut
ammirando subiungit Sic enim habundanter ministrabitur vobis introitus in
eternum regnum domini et salvatoris nostri ihesu christi. Et rursus bonis pa
storibus pollicetur dicens Cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcescibilem
glorie coronam Sed ne taceat de ve comminatorio sermone dicit Adveniet

2 p. 1

2 p. 3

aut dies domini ut fur in qua celi magno impetu transibunt Elementa vero
calore solventur et terra et que in ea sunt exurentur. Cum igitur hec omnia
dissolvenda sint qualis oportet nos esse in sanctis conversationibus et pietatibus ex-
pectantes in adventum diei domini per quem celi ardentes solventur Elementa
vero ignis calore tabescent. Et et paulus ad [illegible] inducendo dicebat
mortificate membra vestra que sunt super terram fornicationem immunditiam libidi-
nem concupiscentiam malam et avariciam que est idolorum servitus ad Col 3
Et ad spem elevando dicebat vita nostra abscondita est cum Christo in deo
cum Christus apparuerit vita nostra tunc et vos apparebitis cum illo in gloria
Et comminando dicit In revelatione domini nostri Ihesu Christi de celo cum angelis vir-
tutis eius in flamma ignis dantis vindictam hiis qui noverunt deum et non
qui non obediunt ewangelio domini nostri Ihesu Christi qui penas dabunt in interitu
eternas a facie domini et a gloria virtutis eius Et alibi Terribilis quedam
expectatio iudicii et ignis emulatio que consumptura est adversarios
Et quia hec omnia procedunt a throno dei non ex odio sed ex zelo
et caritate ideo subiungitur septiformis spiritus in similitudinem lampadis
ardentis ante sedem describens cum dicitur Et septem lampades ardentes
ante thronum filii dei que sunt septem spiritus dei. Et exponendo quid
per lampades intelligitur aperitur aliqualiter via ad alia exponenda dicitur
[illegible] Septem spiritus dei septem dona spiritussancti patet dari dispo-
nentibus se ideo dicuntur [illegible] esse Unde Haymo Septem spiritus dicuntur
cum unus sit propter septiformem gratiam que super dominum requievisse narra-
tur Ysaie xi Requiescet super eum spiritus domini spiritus fortitudinis et spiritus co-
silii sapientie et intellectus spiritus scientie et pietatis Et replebit eum spiritus
timoris domini Bene autem lampadibus comparatur spiritussanctus quia ad dei
amorem sanctos accendit et lumine fidei illuminat [illegible]
intrat lampas in greco flamma dicitur latine ait Haymo Et hii spiritus septem
non alibi nisi ante thronum dei lucent quia vero [illegible] hec non sunt
quicumque extra ecclesiam sunt sicut heretici Unde et in canonibus dicitur quod
tales iterum ecclesie coniuncti per rectam fidem voluerint accipiant manus
[illegible] impositionem ut [illegible] possint recipere spiritum sanctum quem perdiderant
[illegible] super primo et septem spiritibus qui in conspectu throni sunt Zach 3
Super lapidem unum septem oculi [illegible] et [illegible] candelabrum aureum et lam-
pas super caput eius et septem lucerne quod exponit Gregorius de Christo mo-
ralium 29 circa finem ut dictum est supra Et de hoc etiam dicit [illegible] Ri-
chardus quia per lampades significantur septiformis spiritus quia ad agnitionem
illuminat et ad amorem inflammat Et simile habetur Cantic viij. lam-
pades eius lampades ignis Tertio ait Nicolaum Lyram per septem
lampades ardentes ante thronum qui sunt septem spiritus dei potest intelligi
universitas sanctorum angelorum parata ad dei beneplacitum exequendum
secundum illud ad Hebr primo omnes sunt administratorii spiritus etc. Qui dicuntur
lampades ardentes quia illuminant et accendunt fideles ad agnitionem et amo-
rem celestium potest etiam per septem lampades ardentes intelligi
universitas electorum qui in [illegible] positi lucent ex se rectitudinis
multos [illegible] secundum Gregorium omelia [illegible] super Ezechielem exponentem illud
Ezechiel i Similitudo animalium aspectus eorum quasi carbonum ignis
ardentium et quasi aspectus lampadarum Aspectus inquit animalium carbonibus
ignis ardentibus atque lampadibus comparatur [illegible] carbone tangit
incendit quia qui viro sancto adheret ex eius assiduitate visionis usu locutionis
exemplo operis accipit ut accendatur in amore veritatis peccatorum suorum tene-
bras fugiat in desiderio lucis exardescat et iam per virtutum amorem ardeat
qui prius in iniquitate tam mortuus quantum frigidus iacebat Lampades
vero lucem suam longius spargunt et cum in alio loco sint in alio
resplendent Qui vero spiritum prophetie verbo doctrine miraculorum
pollet gratia [illegible] quia ut lampas lucet Et quicumque
bona eius audiunt quasi per hec ad amorem celestium surgunt in
eo quod se per bona opera exhibent quasi ex lampadibus lumine resplendent
[illegible] sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo ad amorem

parte celestis attendimus, carbones sunt. Luna vero quibusdam et longe positi lu-
cent, eorum in terminis ne in peccati sui tenebras torqueant. Lampades
sunt. Et subdit ibidem dicens: Hoc inter carbonem et lampades distat, quia
carbones ardent quidem sed eius loci in quo iacuerint tenebras non expellunt;
lampades autem quia magno flammarum lumine resplendent, diffusas circumquaque
tenebras effugant. Sic sunt plerique sanctorum, ita simplices et occulti se se
in locis minoribus sub magno silencio constringentes ut vix eorum vita posset
ab aliis agnosci. Quid itaque isti nisi carbones sunt, quia etsi per fervorem
spiritus ardorem habent, tamen exemplum flammam non habent, nec in alienis
cordibus tenebras peccatorum vincunt, sed vitam suam omnino stare confugiunt.
Sibimetipsis quidem accensi sunt, sed aliis in exemplo luminis non sunt. Hii vero qui
et exempla virtutum prerogant et lumen boni operis per vitam et viam itinerantibus
dirigant, pure lampades appellantur, quia et per ardorem desiderii et per flammam
verbi a proximorum cordibus erroris tenebras expellunt. Cum ergo in occulto
bene vivit, sed in alienum profectum minime proficit, carbo est. Cum vero in imitationem
sanctitatis positus lumen ex se rectitudinis multis diffundit, lampas est, quia et sibi
ardet et aliis lucet. Et ibi: De talibus lampadibus erat ille de quo dicitur
Johannis v: Ille erat lucerna ardens et lucens. Et ille de quo dicitur Eccli. xlviii: Surrexit
Helias quasi ignis et verbum illius quasi facula ardebat. Et hii septem spiritus,
id est omnes tales sancti dicuntur esse ante thronum Dei, quia quicquid faciunt
totum referunt ad caritatem que est Spiritus Sanctus, vel a Spiritu Sancto. Et
bene dicuntur hee lampades esse ante thronum non retro, quia tales semper debent
ea que sunt ante se videre et visa desiderare. Ad Philip. 3: Que retro sunt obliviscens,
ad ea que sunt ante me extendens, extendens ad destinatum persequor
bravium eterne vocacionis. Consequenter notificatur sedes ab hiis que in conspectu
eius erant, cum dicitur: Et in conspectu sedis mare vitreum simile cristallo. Glossa
Jeronimi hic et Bede: mare donum baptismi significat, quia sicut in mari
Rubro submersus fuit exercitus pharaonis, sic in baptismo perimitur exercitus vi-
ciorum. Exodi xv: Ingressus est pharao cum curribus et equitibus in mare
et reduxit super eos dominus aquas maris. Et dicitur vitreum, quod tamquam aqu-
am stabilem non vento agitatam nec in pelum defluentem, sed tamquam do-
num Dei immutabile fidelibus ostendit. Ideo enim licet dicatur simile cristallo, quia non
est mobile vel fluidum, sed imprimit caracterem indelebilem. Et quod hoc mare de-
bemus intelligere baptismum testatur apostolus qui dicit I Cor. x:
Patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes baptizati sunt in nube et in mari.
Vitreum autem comparatur, quod est perspicuum, propter fidei puritatem que in baptismo
dirigitur, dum baptizandi se credere ... patrem et filium et spiritum sanctum
fateantur. Mare vitreum intus et foris splendet, quia corde creditur ad iusti-
ciam, ore autem confessio fit ad salutem. Ad Ro. x. Et dicitur simile cristallo.
Cristallum enim ex aqua nascitur, et multo frigore durescit in lapidem.
Et significat quod sancti per aspera tribulacionis vite presentis ad firmitatem per-
ducuntur. Unde in figura Gen. 31: Die et nocte estu urebar et gelu.
2 Cor. xi: In frigore et nuditate. Et iuxta mare vitreum dicitur esse in
conspectu throni, quia tunc in ecclesia baptisma secundum sanctitatem et fides electorum
manifestatur ... vita quia illorum conflat et a sordibus viciorum purgat. Et istud
mare significatur per fontem de quo dicitur Zacharie 13: Erit fons patens domui
David in ablucionem peccatoris et menstruate. Job 28: Auro locus est in quo
conflatur. Super quo Gregorius 18 moralium dicit quod hiis verbis convenienter hereti-
ci et scismatici de sua stulta passione videntur increpari. Nam sepe perfi-
di ... in nomine multa patiuntur, sed hiis eisdem passionibus, cuius fieri martires
sperant. Omnibus sancti viri voce dicitur: Auro locus est in quo conflatur.
Hunc ergo conflatorii locum querentes hanc formare qua aurum apte pur-
gari valeat invenire. Una est ecclesia in qua quisquis conflari voluerit
ab omni poterit peccatorum labe purgari. Si quid pro Deo amaritudinis, si
quid tribulacionis extra hanc posita sustinet, ... potestis, immo non purgari.
Unde dicit apostolus I Cor. 13: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem
autem non habeam, nichil mihi prodest. Etsi apostolus dicat extra locum sine conflatorem
ignis si non adhibeat ... me ... mundatione non purgat

Gen. 23(?) frigidus ventus aquilo flavit et congelavit cristallus ab aqua et sic quod caracter in aqua baptismi confertur, qui non potest peccato deleri ... cristallus ...

Hinc ergo sancte pacis amatores locum summo studio querunt. Hunc querentes inveniunt. Hunc invenientes fiunt scientes. Confessio vel ubi vel quando vel quibus [illegible] ubi quippe nisi in catholice matris sinu. Quando nisi an ventum exitus diem quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2 Cor. vi. Et Ysaye 44 [illegible] dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. [illegible] nisi confessis qui ad penitentiam invitatum magna humilitate se [illegible] quibus dicitur: Venite [illegible] ad me venire, talium est enim regnum celorum. Math 19, Marci vi, Luce xviii. Et ille. Propter quod et hic mare vitreum simile cristallo dicitur esse in conspectu throni. Et istud mare significare potest fontem de quo dicitur Zach. 13: Erit fons patens domui David in ablutionem peccatorum et menstruate etc. Alio modo per mare vitreum simile cristallo potest significari sacra scriptura que dicitur mare ratione profunditatis et obscuritatis archanorum. Et vitreum ratione claritatis et speciositatis, simile cristallo ratione stabilitatis et soliditatis. Ezech. 1: Aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Super quo dicit Gregorius omel. vi: Recte sacra eloquia visioni maris similia narrantur quia in eis magna sunt volumina sacrarum cumuli sensuum et fluunt in ea sine locutione sacramento baptismatis. Vel si enim mari simile scriptura sacram tenent propheta nunc dixisset: Repleta est terra scientia domini. Ysaie xi. Sicut aque maris operientis. Clamabat enim in mari clamantibus tu ad desiderabiles terras tendimus. Nobis autem quid est in desiderio nisi illa terra de qua scriptum est in ps. Portio mea in terra viventium. Lignum autem crucis qui nunc transit et sagi quia scriptura sacra lignum nobis crucis per legem prenunciat cum dicit: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Deut. 21. Quod redemptori nostro Paulus ad Gal. 3 attestatur dicens: Factus pro nobis maledictum. Per prophetas lignum annunciat cum dicit: Dominus regnavit a ligno. Et rursum: Mittamus lignum in panem eius. Per evangelium vero lignum crucis aperte ostenditur ubi ipsa passio domini que prophetata est declaratur. Per apostolos autem hic eadem crux et in verbis et operibus tenetur, cum Paulus dicit: Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Et rursus: Absit ad Galatas vi: Michi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi. Nobis ergo qui ad eternam tendimus patriam sacra scriptura mare est que crucem annunciat, quia nos ad terram viventium ligno portat per ibi. Item per mare potest intelligi ecclesia significari que multis amaritudinibus est repleta. Unde dicitur Job vii in persona ecclesie: Numquid mare sum ego aut cetus quia circumdedisti me carcere. Quod dicitur vitreum propter quorundam fragilitatem et simile cristallo propter quorundam firmitatem. Hec item ecclesia in se fragiles et fortes parvos et magnos filios. Apoc. 13: Simile est regnum celorum sagene misse in mari et ex omni genere piscium etc. Item per mare potest intelligi penitencia propter amaritudinem contritionis confessionis et satisfactionis. Trenorum 2: Magna est velud mare contritio tua. Ysaye 38: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Item recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Dicitur autem vitreum quia sicut vitrum intus mittit radios solis, sic penitencia gratiam spiritus sancti. Cristallo vero simile dicitur quia sicut cristallus gignitur ex aqua flatu ventorum, sic penitencia oritur de peccatis flatu stimulationis. Eccli. 43: Frigidus ventus aquilo flavit et gelavit cristallus ab aqua etc. Item per mare potest significari mundus tumidus per superbiam, elevans per invidiam, ferviens per iracundiam, profundus per avariciam, inquietus per accidiam, spumosus per luxuriam, absorbens per castrimargiam, ubi maior piscis devorat minorem. Abacuc 2°: Facies homines sicut pisces maris etc. Hoc mare magnum et spaciosum. Dicitur autem vitreum propter fragilitatem, quia transit mundus et concupiscentia eius. 1 Joh. 2 et 1 Cor. vii: Preterit figura huius mundi. Cristallo vero simile dicitur propter duriciam obstinacionis etc. Hoc multiplex mare dicitur in conspectu sedis, quia prelati debent habere divina iugiter speculum et aliis quod viderint enarrare. Ysaye 21: Pone speculatorem qui quodcumque viderit annunciet etc.

Et in medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni. Et secundum animal simile vitulo. Et tercium animal habens faciem quasi hominis. Et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas

senas et in circuitu et intus plena sunt oculis et requiem non habebant die
ac nocte dicentia Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus omnipotens qui erat
et qui est et qui venturus est. Expositio notificatur sedis per ea que in circuit[u]
eius fuerunt et que de ea procedebant et que in conspectu eius erant. Sequit[ur]
subiungitur descriptio eorum que erant in medio sedis et in circuitu. Et dividitur
in 2o primo ponitur descriptio [a]nimalium que erant in medio sedis et in
circuitu et quantum ad numerum et quantum ad formam vel similitudinem. Secundo
additur eorum indefessa operatio ibi Et requiem non habebant. Ideo describit[ur]
seniorum describitur et animalis operatio ibi et cum darent et procedebat et
Quantum ad primum dicit et in medio sedis et circa sine circuitus ipsius sed
quatuor animalia per que principaliter significantur quatuor evangeliste qui dicuntur esse
in medio sedis velud eam sustinentes et in circuitu sedis velud eam defen-
dentes. Vel in medio dum sacre evangelice lectionibus [illegible] vacat et
in circuitu dum foris dominus predicat ut ait Richardus. Vel in medio sedis qui
in iudicium predicare inceperunt de qua Ezechiel 1 in medio gentium posuit eam et
circuitu quia mundum circuierunt usque ad fines terre iuxta illud psalmi in omnem
terram exivit sonus eorum. Et de hoc Haymo dicit Nulli dubium quin hec
animalia significent principaliter quatuor evangelistas et quasi omnes sanctos qui in medio
sedis et in circuitu esse dicuntur quia incipientes ab Iherusalem predicando
pervenerunt usque ad fines terre [illegible] Iherusalem quippe in medio
est orbis terre sicut per prophetam dicit teste dicens In medio gentium posui
in circuitu eius terras Ezechiel vii animalia inquam plena oculis per ocu-
lis animalium iuxta Haymonem dicuntur scripturarum sacramenta significantur plena ergo
oculis sunt animalia quia quot sunt scripturarum eloquia totidem sunt sancta
lumina quibus illi corda suorum illuminant auditorum. Ante et retro
oculos habent quia tam de hiis que facta sunt quam de hiis que facienda sunt
loquuntur. Vel plena oculis ante et retro quia prophetis veteris et novi te-
stamenti universa sacramenta continent et enarrant. Vel quia que sunt implet[a]
et que adhuc sunt implenda prenunciant scilicet dominice incarnationis misteria et
eiusdem nostri redemptoris dispensationem et misteria et impiorum separationem
illa predicta et impleta ista autem implenda. Concordant autem et isti oculi
quia quod latet in veteri testamento hoc fulget in novo. Vel quatuor animalia
oculos habent ante et retro quia evangeliste et omnes evangelici predicatores
redemptorem suum et imitatum in primo sue humilitatis adventu et iudicaturum
in 2o celsitudinis sue semper attendunt. Item quilibet electi vel exteriu[s]
electi prelata peccata recolentes deflent et que subsequuntur solicite prave...
Ante et retro animalia oculos habent ait Haymo. Et Richardus animalia ple-
na oculis per contemplationem celestium ante per cognitionem futurorum retro per
cognitionem preteritorum. Vel plena oculis quia sancti sunt de preteritis et futuris. Et
totum corpus scilicet animalium erat plenum oculis. Super quo dicit Gregorius
Omelia ... Corpora autem ideo plena oculi describuntur quia sanctorum actio ab
omni parte circumspecta est bona desiderabiliter prudens et mala solerter cavens
et fugiens. Et hoc est laboriosius ubi sanctorum mentes vehementer invigilat ne se
ante eorum oculos mala sub specie bonorum abscondunt. Circumspecta est enim
vita sanctorum ne sic sit libera ut superba sit quia sepe superbia excedit et vi-
detur libertas puritatis ne sic sit humilis ut formidolosa quia aliquando
timor restringit animum ut loqui que recta sunt non presumit. Si timor in ipso
tumida cogitacione humilitatem esse simulat. Ne sic sit parca ut tenax sit
quia plerumque tenacia parcimonia appetit estimari. Ut iuste ac recte videa[tur]
tenere quicquid ceteris [illegible] non vult tendere. Ne sic sit inco-
ut effusa sit quia nonnumquam effusione esse misericordiam putat. Aliud est non prestare stud-
ium plurimis dare atque aliud ea que possident sine mercede ... distri-
buere. Quicquid vero agitur in radice intentionis pensandum est quo intento apud mentem
creatoris habetur. Unde et Salvator dicit Luce xi. Si oculus tuus simplex fuerit
totum corpus tuum lucidum erit. Oculum vero intentionem vocavit
actionum quia nisi mea intentio apud deum simplex fuerit in cuius in ductu intra actio
tenebrosa erit. Omnia ergo sancti viri solerter invigilant ut se undique

aspiciant, undique custodiunt, ne et mala ipsa appetant, et hec eadem sub specie bonorum
agant scilicet ne se eis vitia virtutes mentiantur esse. totum corpus plenum oculis sunt
quia omnis eorum actio providentia solicitudinis repletur. Et I. Sed verum nos quia
sepe dum alijs rebus intendimus fit ut alia negligamus. et ubi negli-
gimus, ibi procul dubio oculum non habemus. Et exponit de pharizeo dicens,
Pharizeus ille qui ascendit in templum orare, teste ewangelio, que dixit
Ieiunio bis in sabbato, ait, Deus gratias ago tibi. Certe autem deo gratias agebat a quo
acceperat bona ut faceret. Cui etiam subiungit Quia non sum sicut ceteri
raptores iniusti adulteri, velud etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato
decimas do omnium que possideo. Certe ad exhibendam abstinenciam et ad impen-
dendam misericordiam et ad referendas deo gratias oculum pharizeus habuerat
sed ad humilitatis custodiam oculum non habuit. Et subdit Et quid prodest
quod contra hostium insidias pene tota civitas caute custoditur, si unum foramen
apertum relinquitur, unde ab hostibus intretur. Quid ergo prodest custodia
que pene ubique circumponitur, cum inimicis tota civitas per neglectum loci
unius aperitur. Pharizeus qui ieiunium exhibuit, decimas dedit, deo gratias retulit
quasi per circuitum in sue civitatis custodia invigilat. sed quia unum foramen
in se superbie non attendit, ibi hostem pertulit. ubi per negligenciam oculum
clausit. Quia ergo sanctorum mentes undique se cura inspiciente invigilant atque
in omni suo opere pavoris et solicitudinis oculum circumducunt, ne et prava
agant, vel recta que precepta sunt non agant, aut bonis actibus expletis
in suis cogitacionibus intumescant. et tanto amplius offendant conditorem quanto iusti
videntur foris oculis peccatoris, recte dicitur totum corpus eorum plenum oculis
in circuitu. Et ibi Et hic dicitur quod in medio sedis et in circuitu sedis quatuor
animalia plena oculis ante et retro scilicet erant. Vel visa sunt a Iohanne
per que satis dictum est. quatuor ewangeliste designantur. per quos valitura non immerito
perfectorum omnium vita exprimitur, quia omnes qui in ecclesia modo perfecti sunt, perfectionis
sue rectitudine per ewangelium didicerunt. Require Gregorium omelia 3a super
Ezechielem. Vel quia quatuor sunt que precipue dicuntur predicari scilicet credenda speranda
attenda et fugienda. Vel quia quatuor dicuntur facere, scilicet peccatores ad penitenciam
vocare, pusillanimes confortare, penam peccatoribus comminari et gloriam
promittere. In primo fiet vitulus ubi immolatur caro. In 2o homo. In 3o leo. In
quarto aquila. Unde et hic consequenter subditur ipsorum animalium descriptio
quantum ad similitudines sive formas. Et primo declarat que forma unicuique con-
veniat, et qua unum ab alio differat. 2o commemorat eorum concordiam ibi Et quatuor
animalia singula etc. Dicit ergo quantum ad primum Et animal primum simile leoni
In quo rex Iherosolimorum designatur beatus Marcus qui incipit a clamore et rugitu
in deserto. Et secundum simile vitulo In quo significatur beatus Lucas qui incipit a
sacerdocio. Et tercium habens quasi faciem hominis In quo designatur beatus Mathe-
us qui Christi humanitatem describit. Et quartum simile aquile In quo significatur beatus
Iohannes. qui assumptis pennis in altiora ascendit. Hec ille. Et quasi idem Ezechiel.
Super Ezechielem omelia 4ta dicens Quatuor hec animalia sanctos iiii or ewangelistas
designant. Ipsa unusquisque libri ewangelii exordia testantur. Nam quia
ab humana generacione cepit, iure per hominem Matheus, quia a clamore in de-
serto, recte per leonem Marcus, qui a sacrificio exorsus est, bene per vitulum significatur
Lucas. Lucas vero a divinitate verbi cepit, digne per aquilam significatur
Iohannes, qui dicit In principio erat verbum etc. qui dum in ipsa divinitate substancia
intendit, quasi more aquile oculos in solem fixit. Sed instat Nicolaus Lira
dicens Cum per faciem hominis intelligatur Matheus ut dictum est. Matheus
vero non est tercius in ordine ewangelistarum, sed primus et primus scripsit ewangelium
ut dicit Ieronimus in prologo super Matheum. Hic autem habens faciem quasi hominis
ponitur ut tercium et animal simile leoni primum. Ideo sibi videtur quod per ista quatuor
animalia non possunt convenienter intelligi quatuor ewangeliste. sed rectius intelliguntur
quatuor ecclesie patriarchales, quarum prima est Ierosolimitana. Nam ibi cepit ecclesia
et assimilatur leoni propter constanciam ibi exhibitam, scilicet de Petro et Iohanne Actuum V
qui constanter dixerunt principibus iudeorum Obedire deo oportet magis quam ho-
minibus. Et iterum Si iustum est in conspectu dei vos pocius audire quam
deum, ipsi iudicate. Non enim possumus que audivimus et vidimus non loqui

Secunda est anthiocena que assimilatur vitulo quia parata fuit obedire mandatis
apostolorum in illum exitum ut patet act. xv Et quia primo in ea vocati sunt disci
puli christiani act. xi Tercia est alexandrina que assimilatur homini. Nam
ea fuerunt a principio doctores docti non solum in litteris divinis sed eciam in huma
nis ut panthenus [illegible] et athanasius et plures alii Quarta est con
stantinopolitana que assimilatur aquile volanti. Nam in ea fuerunt viri per con
templacionem elevati ut gregorius nazanzenus et plures alii. Ille [illegible] licet
dictum suum possit sustineri racio tamen sua non cogit ad hoc tenendum, propter
quod ad eius argumentum potest dici secundum hugonem et gregorium ubi supra quod prophecia
non semper servat ordinem historie quod si faceret iam non esset prophecia sed historia
Spiritus enim sanctus loquitur prophetis sicut vult et quando vult Ezechiel ergo primo
faciem hominis id est mathei secundum ordinem historie quia ille incepit evangeli
um ab humanitate christi sive incarnacione filii dei dicens liber generacionis ihesu
Deinde subdit leonem per quem marcus significatur quia a clamore incho
avit utique leo dicens factum est verbum domini super Iohannem in deserto sicut scriptum est
ecce vox clamantis in deserto Tercio faciem vituli per quem lucas sufficienter
quia incepit a sacerdocio dicens fuit in diebus herodis regis sacerdos quidam
qui erat maxime circa templum versatus a quo et eciam suum [illegible] terminat quia
erant semper in templo laudantes et benedicentes deum Ultimo ponit aquilam
per quam significatur iohannes quia a divinitate incepit Secundum igitur christus
primus natus est ut homo deinde clamavit et terribilem vocem emisit ut leo
Tercio passus est et ymolatus ut vitulus ac demum ascendit ad celos ut aquila
Ideo quod in hoc ordine servatur ordo historie Iohannes vero primo ponit hic leonem
quia christus iam surrexerat a mortuis quia vix non ideo crediderunt in christum
populi quia natus est ut homo et quia passus est ut vitulus sed quia surrexit a
mortuis ut leo Hinc apostolus dicit ii ad cor v Si cognovimus christum secundum car
nem sed iam non novimus Et sic dicit secundum hugonem Non tamen in animalibus
hominem mortuum sed leonem attendimus post mortem invictum virtutum Unde dicitur
infra 4to vicit leo de tribu iuda Et gen xlix Iacob in persona illius loquitur
Iude Ad predam fili mi ascendisti requiescens accubuisti ut leo et quasi leena
leonis quis suscitabit eum quod fuit prophetatum in figura christi resurgentis
Nam dicunt qui de naturis bestiarum disputant quod leo non clausis oculis
dormit Et christus mortuus est ex humanitate vigilat et impassibilis manet
ex divinitate dormiens quia leo nascitur et ad vocem sui patris excitatur quia
et christus ex voce patris excitatus est secundum illud psalmi Exurge gloria mea
exurge psalterium et cithara Quia quod soli crediderunt in christum unde
resurrexit Ideo Iohannes primum leonem proposuit primus itaque ordine est homo
postea vitulus Sed primus in obitu leo Leo quidem rex est bestiarum atque ideo
non inmerito per eum marcus intelligitur qui dominum ex stirpe regia
descendisse describit et frequenter eum in suo ewangelio regem commemorat vel
Et conversione alio et alio modo ordinat Ezechiel et Iohannes Ezechiel enim
de futuris prophetabat et ideo quod prophetice videbat de christo sic incarnacionem preordinavit
Et animal significans suam incarnacionem premisit Iohannes vero hec omnia completa
iam videbat et ideo prius preordinavit animal significans suam resurreccionem cui
resurreccioni innixa est fides christiana tamquam fundamento [illegible] Queritur
Qualiter ait hic Tercium animal habens quasi faciem hominis cum christus fuit
verus homo. Videtur quod debuisset dixisse Et tercium animal fuit simile homini
sicut dixit de aliis animalibus Ad hoc respondet Richardus quod homo multipliciter
dicitur in scriptura vel secundum ethimologiam nominis sicut quando dicitur homo quasi
de humo i cor xv primus homo de terra terrenus Aliquando dicitur secundum dignitatem
condicionis Gen i faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram
Aliquando secundum affectum vel effectum iniquitatis i cor 3 Cum sit inter vos zelus
et contencio nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis Aliquando dicitur
secundum typum significacionis mathei xiii inimicus homo hoc fecit id est dyabolus
qui seminat diversas heresis Aliquando sumitur secundum defectum fragilitatis Ieremie
xvii Maledictus homo qui confidit in homine Aliquando secundum rectitudinem equitatis

Eccles. ultimo Deum time et mandata eius serva. hoc est omnis homo i. vetus homo
et perfectus ut exponit Augustinus de civitate dei c. 2. Quia ego quoque in malo
accipitur. Alia expositio. In hac visione describitur Matheus, Marcus, Lucas, Johannes, facie
hominis scilicet quasi hominis, quia non in carne peccati sed in similitudine carnis peccati
venit ad Romanos 8 in illo. Sed quoniam ut dicit Gregorius super Ezechielem omelia 2. Quia eius
electi sunt membra redemptoris nostri ipse autem redemptor noster caput est omnium
electorum. per hoc quod eius membra formata sunt nichil obstat si etiam in hiis
omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus dei filius veraciter factus est homo
ipse in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori ut vitulus. Ipse per virtutem
sue fortitudinis surrexit ut leo. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens
ad celos in superioribus est elevatus sicut aquila. Totum nobis simul est nobis
qui et nascendo homo et moriendo vitulus et resurgendo leo. et ad celos
ascendendo aquila factus est. Sed quia per hec ut etiam in eius et sub eorum
specie simul omnes perfecti figurantur ut dictum est supra. restat ut quod unius-
cuiusque electorum istis animalium visionibus exprimatur ostendamus. Dicit Gregorius
Omnis etenim electus atque in via dei perfectus. et homo et vitulus et leo sunt et
aquila est. homo enim animal rationale est. vitulus autem in sacrificio mactari solet. Leo
vero fortis est bestia. Sicut dicitur Proverbiis 30 leo fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum. aquila ad sublimia volat et irreverberatis oculis solis radiis
intendit. Job 39 in arduis ponet nidum suum. unde contemplatur escam suam. et de
longe oculi eius prospiciunt. Omnis itaque qui in ratione perfectus est homo est
et qui semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat vitulus. Qui vero
ipsa sua spontanea mortificatione contra adversa omnia fortitudine securitatis est
leo est. unde dicitur Proverbiis 28 justus quasi leo confidens absque terrore erit.
Qui vero sublimiter contemplatur ea que celestia atque eterna sunt aquila est.
Igitur quando iustus quisque per rationem homo. per sacrificium mortificationis
sue vitulus. per fortitudinem securitatis leo. per contemplationem vero efficitur
aquila. recte per hec quatuor animalia signari unusquisque perfectus potest.
Quod ideo dicitur ut ea que de quatuor animalibus dicuntur etiam cogitositer
ad perfectorum singulos pertinent. in illo. Similiter quod perfectus debet esse fortis
ut leo qui scilicet leo ut dicit philosophus libro 1 de animalibus fortis est audax et
fortis largitatis nobile magnanimum. De eius proprietatibus dicit Isidorus libro 12
c. 2. Et Solinus libro quarto multum enim virtutis debet esse quilibet iustus et perfectus
Item debet esse ut vitulus quia debet se mortificare a voluptatibus mundi. 1 Cor. 9
castigo corpus meum et in servitutem redigo. Et in sacrificio debet se offerre deo
debet etiam eo esse unitas fortitudo atque discretio. Ezech. 1. planta pedis
eorum ut planta vituli. Super quo Gregorius omelia 3. Omnis predicatores sancti
bovum nomine designantur. Doctor Paulus apostolus 1 ad Thimotheum 5 legis testimonium
exponens. Non obturabis os bovi trituranti. Qui sanctis ergo predicatoribus
planta pedis est vituli scilicet mature incedens et fortis et divisa. quia unusquisque
predicator et veneratorem sed in maturitate et fortitudine in opere. et divi-
sione ungule in discretione. Non enim facile predicatio eius accipitur si levis
in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitas divisio si contra adversa omnia
non affuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amittit
si discreta non inclita non fuerit. in libro. Item quilibet perfectus debet esse et vivere
ut homo ratione se regens. Job 33 Respiciet homines et dicit peccavi. Super
quo Gregorius moralium 24 homines dicit quos ratio distinguit a bestiis.
Ezech. 34 Vos greges pascue mee homines estis. quia illos nimirum deus pascit
quos voluptas carnis iumentorum more non afficit etc. Item debet vivere
ut aquila sursum per contemplationem ascendens. Job 38 Numquid ad preceptum
tuum elevabitur aquila. Super quo Gregorius 31 moralium de proprietatibus
aquile. de quibus dicitur libro 8. Super illud Audivi vocem aquile volantis. Querit
autem Gregorius super Ezech. omelia quarta Quare de duobus animalibus scilicet ho-
mine et leone dicitur quod erant a dextris. de vitulo vero quod erat a sinistris
de aquila autem quod erat desuper ipsorum quatuor. Et respondet dicens quod a dextris
leta a sinistris vero tristia habemus. unde et sinistrum nobis dicimus hoc esse
quod adversum esse deputamus. Et sicut dictum est per hominem incarnatio.
per vitulum passio per leonem auctoris nostri resurrectio designatur. De
incarnatione autem unigeniti filii dei qua redempti sumus et electi letati sunt

De morte vero illius ipsi electorum primi sancti apostoli contristati qui iterum de eius
resurrectione gavisi sunt Unde vero et eius nativitas et resurrectio letan
discipulis exhibuit quos eius passio contristavit homo et leo a dextris
vitulus vero a sinistris eis fuisse describitur Ipsi namque electi sancti de
eius humanitate gavisi sunt et eius resurrectione confirmati qui de eius
passione fuerant contristati homo ergo et leo a dextris est quia post redemptionis
eos mysterio vivificavit resurrectio confirmavit Ex vitulus a sinistris
quia mors illius eos ad inmunctum tempus in infidelitate prostravit Unde a
loris aquile non iuxta sed desuper esse describitur quia sive per hoc quem
ascensionem signat sive quia verbum patris deum apud patrem esse denunciat
Super evangelistas ceteros volat contemplationis extremum cum quibus et de
eius deitate loquitur hanc tamen omnibus subtilius contemplatur Ex si
quila cum fratribus aliis adiuncta quatuor animalia esse memoratur in eorum
ergo desuper ipsorum quatuor esse describitur Nisi quia Iohannes per hoc quod in
principio verbum vidit etiam super semetipsum transivit Nam nisi nolten
sissi verbum in principio non videret Quid ergo et semetipsum transgressus est
Non cum solummodo super ea que adiuncta et se super quatuor fuit De hys
etiam quatuor animalibus Augustinus super Iohannem omelia 36 vel et in
Hec quatuor animalia significant quatuor flumina paradisi de uno fonte in m
suum manantia et irrigantia faciem universe terre sunt enim irrigan
tes tamquam ab orientali fluvio Similiter et quatuor tuli aere quibus
tatur eius hys significatur venti per quatuor mundi partes quatuor docuere virtut
et quatuor exruerunt affectus Ezech. i. Manus hominis sub pennis eorum in
partes Quatuor sunt quatuor sunt mundi regiones oriens occidens septentrio me
ridies per hec quatuor climata predicatis per quatuor civitas est expressa
que per quatuor velutur cardinales virtutes Et quia sequitur due penne singulorum
iungebantur et due tegebant corum corpora quatuor affectus designant quorum
a terrenis penarum animal sublevatur Amor enim et spes ad superna nos
elevat et iunguntur ad invicem dum electi amant celestia que sperant
et sperant que amant Timor vero et dolor corpora tegunt quia ab oculis de
mala cogitata abscondunt Hec isti sunt quatuor cornua et quatuor fabri quibus fabricat
arma lucis quibus se munit et hostes expugnet De cornibus dicitur Zach. 2
Vidit in domino quatuor fabros et dixi quid isti veniunt facere qui ait hec sunt
cornua que ventilaverunt Iudam Item isti sunt quatuor equi scilicet rufi varii
albi et nigri quos misit deus ut perambularent terram Zach. i. Isti hys sunt quatuor
columpne que sustentant velum vel tectum Exodi 26 Isti sunt quatuor
vectes et quatuor circuli aurei quibus portabatur archa et mensa domini Exodi
Item quatuor quadrige de quibus Zach. vi. et hec 10 quia ipsi cetum celestium
doctores serviunt et eisdem eam sustentant Ihesum Christum per mundum defer
ad hostes destruunt et eamdem etiam firmant et muniunt Qui sunt leonis
per audaciam vituli per paciencie homines per mansuetudinem et aquile per
contemplationem Erunt ibi et quatuor animalia Et super posuit formas
quibus animalia adinvicem discernuntur Hic vidit ea in quibus conveniunt Et conveniunt
in duobus Primo in hoc quod senas alas habebant 2o quod plena oculis intus
et in circuitu erant ubi et in circuitu et intus plena sunt oculis
Et sic ponitur descriptio predictorum animalium quantum ad alas in figura sue subtracta
cum repeticione de oculis Unde dicit Et quatuor animalia scilicet ut premissum
est per formas et similitudines suas distincta singula eorum habebant alas
senas de quarum dispositione non tangitur hic expresse Dicitur tamen Ysaie vi quod sex
ale uni et sex ale alteri et duabus alis velabant faciem et duabus vel
bant pedes et duabus alis volabant per senarium autem hic significatur
omnis creatio dei que in sex diebus et in sex huius seculi etatibus facta est
vel perficitur Quatuor autem ad numerum unum pertinent que ex quatuor humoribus
constat Quatuor igitur animalia senis alis utuntur quia quorum sancti viri etiam
sine perfecti in hac vita consistunt ea tamen prevident conspicere que per sex huius
seculi etates peraguntur Hinc est quod faciem et pedes alis velare referuntur
per Ysayam Et vero nosse ea que fuerunt ante mundi constitucionem neque ea que
post finem seculi futura sunt sancti cognoscere possunt Facies ergo velate sunt ea
que sunt in eternitate ante mundi constitucionem Pedes vero sunt ea que
erunt post mundi consummacionem Medias vero sunt que cursu temporis medio fugit

Facies igitur et pedes alis velant, quia illorum notitia nobis non plene revelatur. Et
duabus alis volant, quia de hiis que medio tempore aguntur, instruimur quorum
opus est ministerio sanctorum angelorum. De mediis ergo plus scimus. Et aliquid
per experientiam et viam racionis, aliquid vero per revelationem. Sed de facie et
pedibus nichil vel modicum scimus. Et ergo dicuntur velate duabus alis, quia
respectu predictorum humanus intellectus deficit. Non solum quo ad naturalem
cognitionem, sed etiam quo ad specialem revelationem. [illegible] Non est verum nosse [illegible]
vel momentum. Possumus et hac alas senas aliter intelligere secundum Haymonem
et Nicolaum de Lyra. Illam, alia prima, ut dicit lex naturalis. Secunda lex mo:
sayca. Tertia prophetarum oracula. Quarta evangeliorum consiliorum. Quinta doctrina apostolorum.
Sexta statuta generalium conciliorum sive canonica auctoritas et doctrina catho:
licorum virorum summorum pontificum sanctorumque doctorum, Iheronimi, Augustini,
Ambrosii, Gregorii, ceterorumque sanctorum patrum. Hiis ii alis viri ecclesiastici sine etiam
quotidie sustolluntur, et ad celestia sublevantur ad contemplationem divinorum
et deorsum se demittunt ad edificationem proximorum. Volant ad dextram per
gloriarum actione in prosperis, et ad sinistram per patientiam in adversis. Quatuor
igitur animalia, id est homines in ecclesia perfecti, qui perfecerunt sue rectitudine per quatuor
evangeliorum doctrinam didicerunt. Habebant senas alas, id est sacram scripturarum,
hoc est erant instructi ad exequendum officium predicationis per scripturam sacri
canonis, que continetur in duobus testamentis et in corpore iuris etc. Et non
immerito. Nam intime pertinet ad sacerdotes scire legem domini et hec plenius [illegible]
tiam divinarum scripturarum, quia dominus per prophetam talem notitiam in sacerdo:
tibus requisivit. Unde scribitur in Malachia 2°. Labia sacerdotis custodiunt scientiam.
Dicit glosa: Si sacerdos de lege interrogetur, doceat et resistentes convincat.
Alioquin dignitatem frustra iactat cuius non habet operationem. Et super illud Aggei 2°
Interroga sacerdotes legem domini, dicit glosa: Sacerdotum est scire legem domini
et ad interrogationem de lege respondere. Si sacerdos est, sciat legem domini. Si ignorat
legem, ipse ignorat esse sacerdotem. Et Deuteronomii 32: Interroga patrem tuum et
annunciabit tibi, maiores tuos et dicent tibi. Ad hec Dionysius [illegible] in multiplici
[illegible] sacerdotibus propter hanc [illegible] quod ideo quia status et ordo sacerdotalis dignitatis
in ecclesiastica ierarchia exigit et requirit, nedum competentem litteraturam et generalem
sanctitatem, sed eciam quandam in talibus perfectionem, scilicet quod ipsi eos quibus presunt
precedant in scientia et virtute, sicut eos excedunt in honore et dignitate.
Et hoc ex eo quia ad sacerdotalem statum pertinet exercere trinum actum ierarchicorum,
quem secundum Dyonisium sunt purgare, illuminare et perficere. Pontifices quidem eius commissos
ab errore credendorum, ab ignorantia attendendorum et ab omni macula viciorum et
sic purgatos illuminare de [illegible] credendis, agendis, attendendis et fugiendis
et ulterius sic illuminatos assiduis doctrinis et exhortationibus perficere in fide
et virtute. Videntur ergo sacerdotes et maxime prelatus et quilibet curatus ad quem
pertinet actus ierarchici predicti, nedum scientia plena, sed etiam sancta vita, quia
tertius actus ierarchicus est perficere, quod non potest fieri solum verbo doctrine, sed
etiam operis exemplo sancte vite, ex quo procedat devote orationes sacrificiorum
applicate et acceptabiles deo, sacrificiorum oblationes et satisfactiones pro peccatis
populi [illegible] debet, et tenetur ex ordine ecclesiastice ierarchie devotis
orationibus, ieiuniis, precibus et aliis huiusmodi spiritualibus exercitiis, impetrationem populi
in huiusmodi supplere, et deum per talia ipsi commisso populo placare. Sic
legimus sub antiqua lege sacerdotes et prophetas fecisse, qui compacientes tri:
bulationibus populi steterunt in conspectu dei et interposuerunt se inter deum
et populum devotis orationibus ac durissimis et continuis afflictionibus sepe impe:
traverunt graciam populo tribulato, sicut Moyses, Aaron, Daniel et ceteri
[illegible] omitto. Nunc ergo sacerdotes nove legis perfectiores et digniores
debent esse sacerdotibus antique legis, multo magis se debent affligere et de:
votionibus intendere pro dissipato et tribulato populo christiano eis commisso. Et ad
maiorem evidentiam predictorum, ut appareat quam inexcusabiliter ex ordine divine
dispositionis obligentur sacerdotes, maxime curati, ad illuminationem populi
dei verbo predicationis et sacre eruditionis necnon sacre conversationis exemplo ad:
vertendum, quod secundum beatum Dyonisium, sicut totius universi triplex est ierarchia,
scilicet suprema, media et infima. Suprema est supercelestis et divina. Media celestis
et angelica. Infima subcelestis et ecclesiastica. Prima suprema est sanctus trinitas personarum

In media trinitas ierarchiarum. In infima trinitas statuum. Ad erudicionem et di-
rectionem hominum diuinitus ordinatorum. Et primo in diuina seu supercelesti
ierarchia non sit ordo reductionis infimi ad supremum, cum tres diuine persone
sunt equaliter perfecte, tamen ibi est ordo originis et processionis et quedam trini-
tas. Nam ibi est persona que est a nullo et a qua alie scilicet pater. Est et ibi
persona que est ab alia et a qua est alia scilicet filius. Et est ibi persona que est
ab aliis et a qua nulla scilicet spiritus sanctus. Licet possunt in diuinis plures
intelligi [illegible]. Solum tamen sunt ibi due emanaciones, tres ypostases, quatuor
relaciones et quinque notiones. Et ex hiis tamen tres proprietates personales. Hec est
ierarchia summa et [illegible] omni virtute et perfectione. [illegible] conformiter
fieri pro capacitate in sapientia pace iusticia et omni bonitate laborat angelica
et creata ierarchia, ut ipso talem deiformitatem attingunt angeli. Diuisi sunt
in tres ierarchias, quarum suprema illuminat mediam et media infimam. Supremam
ierarchiam summus vniuersi princeps scilicet illuminat irradiando et adiuuat. Huius de-
iformis angelice beatitudinis est disposita creata ierarchia, ita vero quod in ea est
trinitas statuum scilicet supremi medii et infimi. Supremus status est prelatorum,
medius regularium [illegible] et infimus laicorum. Istos tres status tangit
Saluator Mathei 24 sub metaphora existencium in agro in lecto et in mola,
dicitur enim ibi: Duo erunt in agro, vnus assumetur et alter relinquetur. Duo
in lecto. Due molentes in mola etc. Secundum beatum Augustinum in agro sunt
qui in ecclesia presunt. In lecto sunt qui contemplacioni vacant. In mola sunt qui
mundana tractant. Et hic talium status mola dicitur, quia multis curis et
sollicitudinibus agitatur et quasi per circuitum humanas mentes [illegible] et rotat. [illegible]
[illegible] status [illegible] Augustinum est [illegible] ceterorum secundum [illegible] celibum [illegible]
alia [illegible] quam [illegible] hec [illegible] vel hos tres status [illegible] legimus [illegible]
Supremus [illegible] status ecclesie est prelatorum. Et quamuis tres gradus scilicet supremus medius
et infimus. Supremum tenebat Christus homo ipse enim erat et est caput ecclesie
[illegible] et [illegible]. Medium vero gradum tenebat apostoli. Infimum autem
discipuli. Supremus enim sub deo est Christus homo caput et monarcha totius ecclesie
in spiritualibus et temporalibus, sicut dicit ipse Mathei vltimo: Data est mihi omnis potestas
in celo et in terra. In ipso enim secundum beatum Dionisium [illegible] celestis ierarchie
omnis nostre ierarchie dispositio perficitur et completur. Ipse enim in altum ascendens
optimo ordine diuini regiminis ecclesiam disposuit, vnum principem vicarium suum
relinquens in terris, qui caput esset et monarcha totius ecclesie militantis.
Vt sicut in tota ierarchia vniuersitatis [illegible] [illegible] que nolunt male dis-
poni mecum etc. est vnus princeps simpliciter primus scilicet deus. Sic in tota ecclesia mili-
tante esset deueniendo ad vnum monarcham a quo procedit dispositio illuminationis
et perfectionis totius ecclesie militantis, et qui supremus in subcelesti ierarchia
[illegible] illuminationem in capitibus [illegible] ab infimo ordine angelice ierarchie.
Secundum gradum ecclesiastice ierarchie tenebant apostoli, quorum vicem et statum
nunc tenent episcopi, sicut dicit Augustinus super illo psalmo: Pro patribus tuis nati
sunt tibi filii. Tercium gradum tenebant 72 discipuli, quorum vicem et locum tenent
nostri presbiteri curati, qui etiam potestatem erudiendi in suis antecessoribus
immediate acceperunt et ab ipso missi sunt. Luce x: Post hec designauit dominus
et alios 72 discipulos, et misit eos ante faciem suam etc. Et dixit eis: Ecce
ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Non patet quod Christus misit eos
et non apostoli. Hic igitur apparet qui secundum diuinum principatus ordinem
qui ierarchia appellatur sunt ordinarii ecclesie doctores, ad quos inexcusabili-
ter racione qualitatis et altitudinis sui status pertinet illuminare populum dei et ex-
ercere actus ierarchicos ecclesie, propter quod in [illegible] dicitur: Et quatuor animalium
singula habebant senas alas, acsi diceret aliis verbis, quod hii instructi
erant et dispositi ad exercendum officium predicatoris. Ex hiis quilibet aduer-
tere potest ad qualia et quanta se obligat qui prelatum vel curatum vel pastoralem
presbiteratum etiam [illegible] assumit. Vnde ego [illegible] de illis qui
[illegible] in sue dampnacionis precipicium, magnis conatibus celum et terram mouere
sunt pro[illegible], talibus importune se statibus ingerunt, quorum actus et
operationes [illegible] facere nesciunt aut si sciunt, implicationibus deditis negociis, facere
negligunt [illegible]. Secundus status ecclesiastice ierarchie secundum Augustinum erat celibum
vel religiosorum, qui sufficiunt [illegible], similiter habet tres gradus. In primo
sunt abbates vel ministri vel generales. In 2° priores et alii officiales. In 3°

ze͂s cornicularios / Tercius status ecclesie ierarchie est laycorum siue coniugatorum q
similiter continet tres ordines · In primo sunt Imperatores Reges et principes · In 2°
barones et milites · In 3° layci vulgares · Hec ethor introduxi · vt quilibet vn-
quisque videat quam alte vel basse situetur in ordine sacri ecclesie Imperatus vel
ierarchie · Et hic nemo sui status aut ordinis limites transgrediatur in sursum vel
deorsum · Et quilibet aduertat ad que eum huius diuini ordinis dispositio obli-
getur · et in illis fideliter persistat · Non enim cuilibet expedit pro salute sua quod
status mutetur · Sepius enim deus aliquibus subtrahit et non concedit siue lar-
gitur statum dominium temporalis aut spiritualis · quia scit quod vnoquoque talis esset si foret
in tali potestate siue statu constitutus · Et ita multis propter mala que facerent
et propter tirannidem quam exercerent si essent in potestate et eorum saluti prouidendo
non largitur eis statum honoris temporalis · Et similiter a statibus spiritualium dignitatum
sepius electos suos deus subtrahit · ne sint eis in ruinam · Unde patet quod talibus
statibus non est se ingerendum · quia vix homines collati sunt cum tremore assu-
mendi · cum quanto periculo quis appetat verum · Et ideo nescit homo qualis in eo futurus
est finis · Unde dicit Augustinus 19° de ciuitate dei c. 19 quod quia episcopatus est nomen operis · non
honoris · illa sarcinam si nullus imponit portandam · vacandum est veritati
si autem imponitur · portanda est propter caritatis necessitatem · non propter propriam vtilitatem · Ex
quibus apparet quod hic docent dolere serui dei si non promoueantur ad status et
gradus altos in ecclesia · quia docent cogitare · quod in hoc forte deus magis prouidet
eorum saluti · Nam quamquam diuina electio vel promotio ad statum apostolatus vel
episcopatus vel doctoratus etc. · est effectus diuine predestinacionis eius qui eligitur
sicut fuit in beato paulo · de quo dixit saluator actuum ix · vas electionis est mihi iste etc.
Quandoque vero non · sicut fuit in apostolo Juda · Quandoque vero est effectus predestinacionis aliorum
Quandoque vero talis electio est effectus demeriti popularium · quia propter peccata populi
deus facit regnare ypocritam Job 34 · Vel dat eis principes effeminatos et pu-
eros Ysaye 3° · Quandoque etiam est effectus ire dei factus importuno hominum
conatu · Et hic me deus dedit populo Regem Saule · primi Regum viii° · Quandoque
vero collatio dominii vel alterius status · est premium pro actu iusticie vel moralis
virtutis vt patet per Augustinum 5 de ciuitate dei c xv dicentem · Et quia deus non erat daturus
romanis hereditatem eternam · dedit eis pro suis bonis diuicias et gloriam
mundi · Nimirum · quia talia bona querunt · et pro eis laborant filii huius seculi
quibus non est pars in hereditate eterna · Et ideo deus tempus talibus communi-
cat · quia aliquid boni egerunt · Cum enim presitos vel dampnandos contingat sepius
habiliores esse et magis idoneos quam pro dona naturalia vel per dona dei gratie
quam predestinatos et electos · Et largi-
ta que receperunt ad gubernandum · quam predestinatos et electos gubernandi · non propter
ipsis sepe vel forte sepius dignitates seu status alios gubernandi quos frequenter
possident · propter patrem et conuenientem gubernationem subditorum quos frequenter defen-
dunt amatores honorum diuiciarum et dominiorum · ymo tyranni fuerunt · Et ideo pro-
uident et melius disponunt quo ad temporalia quam veri dei amatores · Et ideo Christus
dixit prudentiores esse filios huius seculi filiis lucis in generationibus suis · luce
xvi capitulo · Hec ... adducit pro intellectu lre · Cum eidem spiritus loquitur in h'
Ezechiele propheta et in libro Johannis · Quare dicit hic quod singulum earum habebat
senas alas · cum dicatur Ezechielis 1° Quatuor penne vni etc. · Respondetur quod sic scriptura
dictum est ab haymone · Omnipotens locutus est in prophetis sicut voluit et
quomodo voluit · Unde et diuersimode tangit metis prophetarum vt ait Gregorius super
Ezechielem omelia · Et ideo reuelauit deus aliter illi et aliter isti ob varie-
tatem misteriorum in istis animalibus figuratorum · Aliter enim virtutes figurantur per
pennas apud Ezechielem et aliter per alas hic apud Johannem · Per quatuor
enim pennas ibi significantur 4or virtutes vt ait Gregorius omelia 3a · Due penne
extense · sunt spes et amor · que mentes sanctorum eleuant ad superiora · due
vero penne quibus tegebantur · sunt timor et penitencia siue dolor que corpora
tegunt · quia ab oculis dei mala perpetrata abscondunt · Et ibi tamen de hoc · Per sex
vero alas hic significantur sex ... tribus · quas enumerat glosa
et expositores sicut dictum est supra · Vel sex ale · sunt sex opera misericordie · que
enumerantur Mathei 24 · Quibus volatur ad celum · Et de hiis alis dicitur Ezechielis 3
et vocem alarum animalium percucientium alteram ad alteram · Ubi Gregorius omelia
x dicit · Et ale animalium · sunt virtutes sanctorum · Quas ideo vnumquodque animal

alas suas excuciens altum ad altum percutit. Nisi q aptè da intelligi. quasi sancta
animalia efficimur cotus in nobis virtutem excitat. dum vna alteram ad
profectum pulsat Quod declat ita subiunctes tere etem quis hz unum verbi
dei sectatum discit ut etiam visceram misericordie habeat per sentiam qm
verbi dei didicit. date elemosinam. et ecce omnia munda sunt vobis
luce xi. Cumque unum reperit esse misericordiam in elemosinis. valde sanctè aug
legit. et quicquid in eis dicitur de mia. uberius per experimentum intelligit
Job in scriptum est Job 29 Pes etiam pauperum Quod fortasse antea legerat
et preterierat Sed cum in eius corde iam misericordia cepit imitari naturam
Quod est patrem esse pauperum legit et recognoscit. quia introrsus rediens in se
metipso intelligit quod foris audit. Aliud namque est elemosinam ex precepto
facere. aliud ex caritate. Ex precepto non facere bonum inchoantium est. Ex caritate
aut facere bonum est perfectorum. qui non solum faciunt quia iubet. sed etiam dili
gunt faciendo quod iubetur. Hinc est illud quod in mater virtute. ps potum
Unde quia mandata tua dilexi domine In mia tua vivifica me. Mandata
dei prohibicione facere. seruientis est et obedientis. diligendo autem facere obedientis et amantis
Ceteris et per sanctam caritas mue discitur. Et per caritatem mue in cordis
compunctio spiritualis multiplicatur. ala in nobis alam percutit. quia virtus virtute excitatur
Sic qui castitatis lumen in suo corde custodit. dum luxuriantes zelo arguit
ut ab immundicie maculis exprimant. Et sepe dum quosdam in lapsibus in
edomat affligit. atque ad castitatis munditiam restringit. Sicque si forte mens
de immundicia luxurie fuit temptata. ex ipso zelo quo alios correxit. semet
ipsum corrigit et erubescit immunda cogitacione. que se in aliis recolit correxisse
Sic hoc modo ala alam percutit dum virtus virtutem pulsat et ab immundicia custodit
stodit. Ezechiel ibi Consequenter ponitur sequitur In quo predicta alia conueniebant cum
et in circuitu et intus plena sunt oculis. Ut iam premissum est prius. Hec vero alia
significant omnes predicatores. siue prelatos in ecclesia. qui dicuntur plena oculis
retro. pro visum conspectum preteritorum Et ante per fidem et spem futurorum Et
circuitu pro circumspectionem morum siue agendorum. Et hic addit Et intus sed
rectum discrecionem internam cogitacionum ut ait Richardus In circuitu ergo et intus
plena sunt oculis. quia et in opere et in cogitacione mundos se custodiunt ait
Magister intus in conspectu dei et in circuitu in hominum conspectu. ad Ro xii
providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. ad Philip ii
Ut sitis simplices sicut filii dei sine reprehensione in medio nacionis prave et
perverse. Nam ut dicit Gregorius Moralium 14 exteriora opera patent oculis hominum. Sed
incompatibiliter interiora ac subtilissima cogitaciones aperta patent oculis dei
Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius ad Hebr 4o. Et sepe in exteriori
parte ante oculos hominum inordinate apparere metuimus Et in interiori cogi
tacione illius respectum non timemus. que videntur omnia non videmus Multo
magis inferiorum illi quam extrinsecus hominibus conspectabiles sumus. Unde sancti
foris se intus quam custodiunt. et vel reprehendendos se extra vel iniquos
se videri intus inuisibiliter timet. Hinc est enim quod hec animalia sancta in circuitu
oculos habent. Et intus plena esse oculis memorantur. Quippe enim exteriora
honeste disponit. sed interiora negligit. in circuitu oculos habet sed intus non habet
Sancti vero ob quem exteriora sua circumspiciunt ut bona de se exempla prebeant
prebeant. et interiora sua vigilanter attendunt. quatenus sese irreprehensibiles et
irreprehensibiles interni iudicis obtutibus prebeant. et in circuitu et intus oculos
habere perhibentur Magis enim se ut deo placeant interna sua componunt
Sicut de sancta ecclesia per psalmistam dicitur Omnis gloria eius filie regis ab
intus Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibiliter custodit Iure de ea subdit
In fimbriis aureis circumdata varietate. Ut et pulcra sit intus sit et alijs
foris. et se prebens per internam gloriam. et alios erudiens per exteriorum
bonorum exempla. Hec ibi. Vel aliter In circuitu et intus plena sunt oculis id est habent
noticiam exterioris historie et interioris allegorie. ut per historiam simplices
per allegoriam siue spiritualem intelligenciam perfectos instruere possent. i Cor
Cum venissem ad vos fratres. Non veni in sublimitate sermonis aut sapiencie. Et
ibidem. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus. sed quasi carnalibus Et sic quasi
foris oculos habebat dum quasi interius vero oculos habebat cum perfecta submittit

capitulum loquimur de perfectis. Erit ibi. Et requiem non habebant etc.
posita animalium que erant in medio sedis et in circuitu describendo et
ponentium ad numerum et quantum ad formarum et similitudinem dispositionem
per quod subdit eorum indefessam operationem. Et demum subiungit seniorum
congratulationem. ibi Et cum darent illa animalia etc. Quantum ad primum dicit
Et requiem non habebant die ac nocte dicentes Sanctus etc. dicens. Cum ista
quatuor animalia describantur hic ut sunt figure sanctorum in ecclesia militante
quomodo hic dicitur quod non habebant requiem die ac nocte cum hoc non sit
possibile in hac mortali vita. Respondetur quod duplex est requies scilicet corporis contra pugna:
tionem. dyaboli temptationem. et mentis fluctuationem contra divini mandati
prevaricationem. De primo dicitur Sapientie ix. Corpus quod corrumpitur aggravat animam
Sapientie 9. Et Augustinus super illo psalmo 146. Lauda anima mea dominum dicit
Ecce homo stat cantat deo aliquando prolixius et sepe labia movet ad cantum
cogitatio autem per nescio que desideria volat. Stat ergo mens nostra quodammodo
ad laudem dei. sed anima nostra per diversas cupiditates vel curas negociorum
hac illac quasi fluitat. Quam quidem inquietudine molestiarum respiciens ipsa mens
attendit et quasi conversa alloquitur. lauda anima mea dominum. Quid est quod de
aliis rebus agis. Quid est quod te occupat cura rerum terrenarum aliquarum mor:
talium. Ecce interim lauda dominum. Et quasi ipsa anima perturbata et non va
lens ita consistere ut dignum est. Respondet mens. laudabo dominum in vita mea
Quid est in vita mea. Quia modo in morte mea sum. laudo quantum possu
m. Veniunt Exilii infirmitates. Quare. quia quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino
2 Cor v. Quare sic laudas dominum non stabiliter non perfecte. Interroga scriptu:
ram. quia corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inha:
bitatio sensum multa cogitantem. Tolle ergo corpus quod aggravat animam
et laudabo dominum. Tolle inhabitationem terrenam deprimentem sensum multa
cogitantem. ut a multis in unum colligam et laudem dominum. Unde autem ita sum
non possum. Secundum requiem et secundum gloriam enim distractio mentis. Primo in oratione
sine deo laude ex corporis aggravatione. Secundo ex dyabolicali temptatione. Nam sicut
dicit petrus damianus. Cum psallimus et oramus ad ecclesiam festinamus. illico
tenebrarum principes adversum nos feraliter dimicant. ut per illusiones fantastico
rum hec per labia defluunt vagabundas mentes evocat. Et hec ille. Instabili:
tas autem mentis originaliter provenit ex peccato primi parentis. Unde dicit hugo
libro de archa noe Videamus unde est unde tanta cordis instabilitas et vi
cissitudo mentis oritur. Et subdit. Primus homo ad hoc conditus fuit ut si non
peccasset per contemplationem presentia vultus creatoris sui semper assisteret. Ut eum semper
videndo. semper amaret. semper amando semper ei adhereret. semper ei adherendo. qui
immortalis est. etiam ipse vitam sine termino possideret. Sed proiectus est a facie
domini. cum per peccatum concupiscentie cecitate percussus ab intima contemplationis
illius luce foras venit. cor suum profundius ad terrena desideria mente inclinat
quo magis supernorum dulcedinem. quorum iam gustum perdiderat. obli
visci cepit. Sic ergo factus est vagus et profugus super terram. Vagus videlicet
per inordinatam concupiscentiam. profugus per pertinaciam conscientie. Cor
enim hominis quod prius amoris divini affixum stabile persistit et unum
amando unum permansit. postquam per desideria terrena defluere cepit. quasi
in tot divisum est. quot sunt ea que concupiscit. Sic quod fit ut mens que
verum bonum amare nescit. numquam valeat esse stabilis. quia desiderium suum
finem in hiis que amplectitur non inveniens. dum se super se desiderio extendit
quietem quam querit non valet. numquam requiescit. Hinc agitur versatur mens
sine stabilitate. labor sine requie. cursus sine proventu. ita ut semper sit
inquietum cor nostrum donec illi adherere ceperit. ubi et desiderio suo nil deesse
gaudeat. et ea que diligit semper mansura cognoscat. quod erit in futura vita
Cum igitur ut dictum est. animalia predicta describuntur hic ut sunt
figure sanctorum in hac vita. sicut perfectorum. quia secundum Gregorium ubi supra
perfecti sine rectitudine per quatuor evangeliorum doctrinam didicerunt et quadrat
quomodo hic de eis dicit littera quod requiem non habebant die ac nocte. Dicendum
quod hoc dicitur ob continuitatem boni operis vel sancte orationis ut fructuose
predicationis. Unde glossa super illud luce xviii. Oportet semper orare. dicit. Semper
orat qui semper bene agit. Et .1. Cor. 5. Oratio semper agentes pro vobis. Secundo autem

per continuacionem bone operacionis sive occupacionis, sic quod operacio bona non interrumpatur
per peccatum mortale. Unde Augustinus super titulum psalmi 148. Quisquis
non cessat bene vivere semper laudat deum. Tunc desinis laudare deum quando a iu-
sticia et ab eo quod ei placet declinas. Nam si a vita bona numquam declines
lingua tua tacet et vita tua clamat, et aures dei ad cor tuum. Quoniam
aures nostre ad voces nostras, sic aures domini ad cogitaciones nostras. Et super illud
psalmi 70 lingua mea predicabit iusticiam tuam tota die laudem tuam
dicit sermone 2o. Quamvis lingua durat tota die meditari laudem dei. Referens
suggero remedium, unde tota die laudes deum. Si in omnibus operibus que agis, bene agis
et laudasti deum. Cum cantas ympnum laudas deum. Lingua tua quid agit nisi laudat
sed si laudat lingua, laudet et consciencia. Tu cessasti ab ympno cantando, discessisti
ut reficiaris, noli inebriari et laudasti deum. Discedis ut dormias, noli
surgere ad maleficium et laudasti deum. Negocium agis, noli fraudem facere et lau-
dasti deum. Agros colis, noli litem movere et laudasti deum. In innocencia
operum tuorum prepara te ad laudandum deum tota die. Et super 10 psalmo 70 Repleatur
os meum laude ut cantem tota die magnificenciam tuam. Quid est tota
die sine intermissione. Hec ibi. Sic ergo necessitates non habent, id est a laudibus non re-
cedunt. Non ergo necessitas laborum excluditur, ut labor laudancium affligitur, sed
laudis continuitas demonstratur, hoc est nunquam cessare a laude dei numquam bene.
Unde dicit Augustinus in fine de civitate dei, ibi vacabimus et videbimus, videbimus
et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.
Ecce vacacionem coniungit laudacioni. psalmo Benedicam dominum in omni tempore semper lau-
(de)s eius in ore meo. Sed ecce modo sic statutum est, non sufficit laus oris si non
affuerit laus cordis et operis. Unde dicit ~~Augustinus~~ Augustinus super psalmo 146. Ne sola
vox tua sonet laudes dei, sed et opera tua concordent cum voce tua. Cum
ergo voce cantaveris, silebis aliquando, vita sic tamen ut numquam sileas. Negoci-
(a)ris et fraude cogitas, siluisti a laude dei, et quod est gravius, non
solum a laude siluisti, sed in blasfemiam processisti seu incidisti. Cum enim de
laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas deum. Et cum blasfematur de-
us de malo opere tuo, opere tuo blasfemas deum. Itaque ad vivum exhortatur.
Canta voce corde, ne sileas, vita ne taceas. Non cogites in negocio
fraudem, psalles, cum manducabis et ~~psalles~~ bibis psalle, non intermiscendo
sonorum suavitates ad aures aptas, sed modeste frugalitate et temperantia
manducando et bibendo, quia hoc dicit Apostolus 1 Cor. x. Sive manducatis
sive bibitis sive quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Si ergo bene
vivis quia et manducabis et bibis et ad refectionem corporis sumis, reparacionem
membrorum, gracias agens ei qui prebuit tibi mortali et fragili ista supple-
mentorum solacia et cibus tuus et potus tuus laudat deum. Si vero
modum nature debitum immoderacione voracitatis excedas, et vino te
(in)gurgitas corporis licet laudes dei lingua tua sonet, vita tua blasfemat.
Post cibum et potum regressus ut dormias nec in lecto turpiter aliquid
agas. Et si cum sompnus advenerit et cum dormis, non te excitet mala
consciencia a quiete tua, et innocencia sompni tui laudat deum. Si ergo
laudas non tantum ~~vita~~ lingua cantet, sed etiam assumpto bonorum psalterio quod
bonorum est psalmus, laudas cum agis negocium, laudas cum cibum et po-
tum capis, laudas tu in lecto requiescis, laudas tu dormis. Quando ergo non
laudas. Crescet ergo in nobis laudes dei cum ad illam civitatem venerimus
que effecti fuerimus equales angelis dei, quia nulla nos corporalis necessitas vel
extra solicitabit, non fames non sitis interpellabit, non estus fatigabit, non
frigus astringet, non febris decoquet, non mors finiet. Ad illam perfe-
ctam laudem exerceamus nos ista laudacione in operibus bonis. Et si enim
cum laudant deum vita simul et lingua, vocibus pariter et bonis operibus, dum
in se provocat graciam dei. Qui vero non prevalent deum laudare vocibus lau-
dent bonis operibus assiduis oracionibus et sanctis cogitacionibus. Hec ibi.
Quod dicit facere die ac nocte ut dicitur in textu, hoc est in prosperitate et
adversitate. Unde dicit Augustinus super psalmo 48. Sive tribulemur et angustiemur,
sive letemur et exultemus, ille laudandus est, qui et in tribulacionibus erudit
et in leticia consolatur. Laus enim dei a corde et ore christiani recedere non debet.
Non ut laudet in prosperis et maledicat in adversis, sed quemadmodum
psalmus ille prescribit Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo

laudes agnosce patrem blandientem flagellantis agnosce patrem emendantem. Siue blan:
ditur siue emendat erudit eum cui parat hereditatem. hec ibi. Et ut dicit
libro supputacionum parte 3 c. 1. Iustum est ut creatura laudet creatorem. Ipse enim
nos ad laudandum se creauit. ipsi nostris laudibus non indiget. Est enim virtus
incomprehensibilis nullius indigens ipsa sibi sufficiens. Magnus dominus et laudabilis
ualde. Hunc itaque mens diligat lingua canat. scribat manus. atque in hijs
cunctis studijs fidelis animus se exerceat. hec ibi. Et Hayno dicit hic quod hijs animalibus
omnis cura defigitur que facit hoc scilicet laudat dominum die ac nocte. id est in prosperis
et in aduersis seu eciam per continuatam laudes creatori suo agere satagit. Apocalypse 4.
die ac nocte non cessabant laudare nomen domini. Unde Richardus. laudauerunt
eum in vita sua verbo. laudant adhuc scripto. laudant per opera fidelium. scilicet
et auctoritate testimonio. laudat adhuc in celo ipsum contemplando. hec ille. Sub:
ditur modus et forma laudandi cum dicitur Sanctus sanctus sanctus etc. Unde
ad euidenciam littere. Quare ter ait sanctus et postea subiungit in singulari dominus deus.
Unde secundum expositores quia ter sic ait ad ostendendum in personis trinitatem
et in maiestate unitatem. Unde Hayno. Cum sancta animalia ter dixerent sanctus ad sin:
gularitatem unum redeunt dicentia dominus deus. quia licet sit trinitas in personis unitas
tamen est in maiestate. dicitur ergo ter sanctus. quia in personis est trinitas. dominus
deus omnipotens. quia in simplicitate deitatis est unitas. ait Richardus. Et circa in
prefacione de sancta trinitate. Vere dignum et iustum est etc. cum vnigenito filio tuo et spiritu sancto.
Et Gregorius super illud Ezechielis xl. Thalamum porte ad viam orientalem tres
hinc et tres inde. et inferius una forma. dicit omelia 2a 2e partis. quod hoc
siue de veteribus siue de nouis patribus est sentiendum. quod eam fidem quam tenu-
erunt corda precedencium. que replent corda subsequencium sub testamento
noue positorum. Unde et per Paulum dicitur. habentes autem eundem spiritum fidei
sicut scriptum est Credidi propter quod locutus sum et nos credimus propter quod
loquimur 2e ad Cor. 4. Spirituales quippe illi patres omnipotentem deum trinitatem
ita esse crediderunt. Sicut eandem trinitatem noui patres apostoli locuti sunt. Ysayas
namque audiuit angelica agmina in celo clamancia Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth
Ysaye vi. Ut enim personarum trinitas monstraretur ter sanctus dicit. sed ut una esse substancia
trinitatis appareat non dominum sabaoth sed dominus deus sabaoth esse perhibetur. Et
Dauid quoque similiter perhibens ait Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus.
Cum enim ter dixisset ut unum hunc esse ostenderet subdidit Et metuant eum
omnes fines terre. Paulus quoque loquitur ad Ro. xi dicens Quoniam ex ipso
et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ex ipso videlicet patre. per ipsum scilicet filium. in ipso
autem spiritu sancto. Qui autem cum ipsum ter dixisset adiunxit. Ipsi gloria
in secula seculorum amen. Qui enim non dixit ipsis sed ipsi. ideo ter ipsum destinxit
personas. et subiungens ipsi gloria non diuisit substanciam etc. Et notandum
quod eleganter ponitur ter sanctus in laude dei. Sanctus enim agyos dicitur quasi
sine terra. Terra autem inter elementa est infimior obscurior et frigidior
siue aridior. Unde et arida vocatur Gen. 1o. Dicitur ergo primo sanctus scilicet pater
hoc est sine terra id est sine inferioritate. quia omnibus preest. cunctis creaturis et
ceteris personis auctoritate. Secundo dicitur sanctus scilicet filius id est sine terra. hoc est
sine obscuritate ignorancie. quia ipse est dei virtus et sapiencia patris 1 Cor. 1. Tercio
dicitur sanctus scilicet spiritus sanctus id est sine terra id est sine frigiditate iniquitatis
et ariditate siue duricia malicie. Nam spiritui sancto benignitas et bonitas
appropriatur Sap. 1. Benignus est spiritus sapiencie. Et [illegible] xii. O quam bonus et suauis
est spiritus tuus domine in nobis. Ergo sanctus pater sanctus filius. sanctus spiritus sanctus
ecce personarum trinitas. dominus deus omnipotens ecce essencie unitas. eo quod ad
singularitatem unum redit. Sanctus inquam iusticia. dominus gloria deus noster. Omni:
potens virtute siue potencia ut distinguit Richardus. Qui est sine mutacione
Iacobi primo apud quem non est transmutacio. Apocalypse. Tu autem idem ipse es etc. Et
qui erat sine inchoacione eciam ante mundi constitucionem Gen. 1. In principio creauit etc.
Et qui venturus est scilicet ad iudicium ut reddat unicuique iuxta opera sua. Et si mo:
ram facere videatur Abacuc 2o. Et si moram fecerit expecta eum quia
veniens veniet. Unde querit Hayno. Cum prius premisit de trinitate
Qualiter ait venturus est. cum dicatur Joh. v. Pater non iudicat quemquam
sed omne iudicium dedit filio. Et ita videtur quod filius solus sit ad iudicium

Respondetur secundum eundem quod in iudicio solum persona filii videbitur quia in forma qua iudicatus est iudicabit. Post quod omne iudicium dicitur ei a patre datum. Simul tamen cum eo est pater et spiritus sanctus in unitate divinitatis et ipsa invisibilis trinitatis non per assumptam filii humanitatem ... iudicabit. Vel aliter possent distingui predicta vocabula. Sanctitas, eminentie sublimitate. Sanctus enim ut dictum est idem est quod agios id est sine terra super omnia. Non enim sanctus ut est dominus, primo Regum 2°. Dominus munificus bonitate. Ipse enim non eget bonis et tamen dictus est esse deus. Et ideo ipse solus verus dominus, ait Augustinus super ... ad laudem laudate dominum quoniam bonus est dominus ait psalmista. Deitas virtute sapientie dicitur. Nam deus a theaste quod est considerare ut dicit damascenus libro primo capitulo 9°. Omnis enim sapientia a domino deo est, Ecclesiastici primo. Omnipotens virtutis sive potentie magnitudine. Non enim ob aliud dicitur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest, ait Augustinus 21 de civitate dei capitulo 7. Item ipse est qui erat et qui est et qui venturus est immutabili eternitate. Deus enim regnabit in eternum et ultra. Exodi 15. Super quod Anselmus prologion capitulo 20: transis cuncta eterna omnia, quia tua et illorum eternitas tibi presens est, cum illa nondum habeant de sua eternitate quod futurum est. Cum ergo dicuntur aliqua de deo sub diversis temporibus, nulla in deo variabilitas denotatur. Ipse enim solus est Job 23. Ubi Gregorius moralium 16° de hoc. Et Job 30: Mutatus es mihi in crudelem. Ubi Gregorius moralium 20 declarat qualiter diversi temporis dicuntur de deo sine mutabilitate. Terminus ... nature obmitto propter brevitatem. De pluralitate ergo personarum in unitate nature hoc dicit vera fides tenendum esse quod in unitate nature sunt tres persone pater et filius et spiritus sanctus. Quarum prima est a nulla. Secunda per generationem est a sola prima. Tercia per spirationem sive processionem est a prima et secunda. Ita quod trinitas personarum non excludit ab essentia divina summam unitatem, simplicitatem, immensitatem, eternitatem, incommutabilitatem et etiam plenitudinem omnipotentie, includit summam fecunditatem, caritatem, liberalitatem, equalitatem, connaturalitatem, conformitatem et inseparabilitatem. Que omnia fides sana intelligit esse in ... tissima trinitate. Ratio autem ad intelligendum huius veritatis est hec. Una fidei ... sit principium cultus dei et fundamentum eius que secundum apostolum 1 thimothei 6° est secundum pietatem doctrine, dictat de deo esse sentiendum altissime et piissime. Non autem sentiret altissime si non crederet quod deus se posset summe communicare. Non sentiret piissime si crederet quod posset sed nollet. Ideo ut altissime et piissime sentiat, dicit deum se summe communicare, eternaliter habendo dilectum et condilectum, ac per hoc deum ~~...~~ et unum et trinum. Huic autem fidei ... dictat de deo esse piissime sentiendum attestatur tota sacra scriptura que dicitur secundum pietatem doctrina, quia deum fatetur habere prolem quam summe diligit verbum coequale quod ab eterno genuit, in quo cuncta disposuit, per quod cuncta produxit et regit et per quod etiam carne factum pro summa benignitate ... summe preciosissimo eius sanguine redemit redemptumque reparavit, per quem etiam in fine mundi sententiam ... imponendo ab omni miseria liberabit ut per Christum omnes electi sint filii summi patris. In quo erit omnis pietatis consummatio et dei ad nos et econtra. Huic instinctui fidei inquantum dictat de deo sentiendum altissime non tantum attestatur et scriptura sacra verum etiam omnis creatura. Iuxta quod dicit Augustinus xv de trinitate capitulo 2°. Neque enim diuturnum librorum ... auctorem deum esse predicat, sed omnibus que nobis circumstat creatura ad quam nos etiam pertinemus universa ipsa rerum natura proclamat se habere prestantissimum conditorem qui nobis mentem rationemque dedit, qua videamus viventia non viventibus, sensu predita non sentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, iusta iniustis, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, invisibilia visibilibus, incorporalia corporalibus, beata miseris preferenda iudicamus. Ac per hoc quia rebus creatis creatorem sine dubitatione preponimus, oportet ut eum summe vivere et cuncta sentire atque intelligere credamus et mori ac corrumpi mutarique non posse nec corpus esse sed spiritum omnipotentissimum, iustissimum, speciosissimum, optimum, beatissimumque fateamur. Ecce in hiis xii includuntur altissime hee xii nobilitates. Et ut ipse post ostendit possunt ad tria reduci scilicet eternitatem sapientiam beatitudinem. Et hec tria ad unum scilicet ad summam sapientiam in qua includuntur mens generans, notitia nascens et amor utrumque nectens

In quibus fides dictat btissimam consistere trinitate Et quoniam summa sapia
ponit trinitatem ponit scilicet thelonum omnibus prius habitibus nobilissimas
dictos scilicet unitatem simplicitatem et ceteras conditionibus Notare est igitur
omnibus predictas nobilitates diuinitatis simul stare cum btissima trinitate
personarum et unitate essentie quod tamen non est humanitus cognoscibile
in solo lumine nali si soli fide tenendum et firmiter credendum Et hec inmensa
btissime trinitatis et indiuise unitatis beneficia que nobis collata sunt cum
ex nichilo creati sumus et conditi nos constringunt ad debitum continue di
lectionis et gratulationis ac laudis impendere ad hoc n. cum non esse
mus sola gratuita bonitate diuina creati sumus et ad ymaginem et similitu
dinem eius facti ut eum diligendo semper et sine fine collaudemus Un
Anshelmus in proslogion dicit Excita animam meam adhere domino vere
intende semptimis temporalibus delictis Considera in ipso creationis exordio
quid sublimitatis quid dignitatis conditor tibi contulerit Et perpende quo amore
qua reuerentia colendus sit Certe cum uniuersitatem rerum visibilium et in
visibilium crearet et ordinaret humanam naturam facere disposuisset summo consilio
de tue conditionis dignitate tractat utpote quam ceteris creaturis que in
mundo sunt altius honorare disposuit Vide ergo sublimitatem tue creationis
et recita debito reddendi amoris faciamus ait deus hominem ad imagi
nem et similitudinem nostram Attende ergo diligenter quid sit ad imaginem et simi
litudinem dei te esse creatum Similitudine ad deum hic modo poterimus hic
si enim bonum esse considerantes nos bonum esse studuerimus Si eum iustum esse
cognosceremus nos iusti esse contendimus Si misericordem contemplantes nos
misericordie operam demus Quo ad ad imaginem attende suam attende deus
semper meminit sui intelligit se amat se Et tu ergo si pro modulo tuo
infatigabiliter memor fueris dei intellexeris deum amaueris deum eris ad
imaginem eius qui hoc facere niteris quod semper facit deus Ad memorandum
intelligendum ac amandum summum bonum totum debes referre quod vivis ad
hoc omnis cogitatus omnis voluntas cordis [illegible] tota et confirmet
hoc infatigabili affectu sis memor dei intelligas deum et ames deum et tue
creationis dignitatem que ad imaginem dei creata es salubriter exprimis ut qui
te deus tam preclare conditionis privilegio sublimaret insite sinis laudibus
indesinenter intende velle ad laudandum ergo creatorem tuum condita es ut
eius laudibus vaceris et hic iustitie inite in illo semper efficiaris et in futuro
eius laudibus vaceris et hic iustitia et ibi btitudine ... hec ille
Cum hiis ergo animalibus non requiescas et non cesses a laude die ac
nocte dicens Sanctus Sanctus etc

Et cum darent illa quatuor animalia gloriam et honorem et benedictionem sedenti
super thronum viuenti in secula seculorum procidebant xx. seniores
ante sedentem in throno et adorabant viuentem in secula seculorum et mittebant
coronas suas ante thronum dicentes Dignus es domine deus noster accipere gloriam
et honorem et virtutem quia tu creasti omnia et propter voluntatem tuam erant
et creata sunt Posita descriptione animalium quatuor adiectorum officium
sine operatione Subiungit seniorum animalibus deum laudantibus congratulationem
Et intitur duo primo ponitur modus quo predicta animalia deum laudabant
Secundo exprimitur seniorum congratulatio et modus quo deum collaudando
se humiliabant ibi procidebant xx. seniores etc Dicit ergo Et cum da
rent illa quatuor animalia et quatuor euangeliste principaliter et qui omnes perfecti
predicatores qui in perfectionis sue rectitudine per quatuor animalium doctrinam
didicerunt et nos suis scriptis et dictis ad virtutum perfectionem animauerunt
et docuerunt Darent inquam et attribuerent vel dandam esse presterent
et predicaret et predicarent Gloriam ob immensitatem eminentie Gloria
enim est celebre preconium et frequentata oratio ut dicit Cassi super illo psalmi Rex
glorie que debetur soli deo Ysaie xl Gloriam meam alteri non dabo
Et honorem ob plenitudinem sapientie honor enim est exhibitio reuerentie in
testimonium virtutis ut dicitur libro quarto ethicorum Et debetur sapientie et sapientibus
Sapientie viii habebo propter hanc scilicet sapientiam claritatem ad turbas et honorem
ad seniores Ideo asserit domino gloriam et honorem I Thimothei I Soli deo
honor et gloria Et quinto Et benedictionem ob munificentiam beneficentie tertii regum

Benedicetis dominum exaltate illum quantum potestis maior est enim omni laude vel gloriam pro creacione · honorem pro recreacione sive redempcione vel reparacione et benediccionem pro promissa glorificacione sive beatificacione · Ex ipso · n et per ipsum et in ipso sunt omnia ipsi honor et gloria · ad Romanos xi · Item gloriam pro conversione · honorem pro ascensione et benediccionem pro spiritus sancti missione · Sedenti super thronum · i · ihesu xpo etc sive presidenti sic dicit haymo · Cum dabunt gloriam et honorem et benediccionem tunc dicebant Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens · Omnia predicabant et laudabant in hiis verbis deitatem magnificenciam eternitatem dominacionem omnipotenciam Et per hoc quod hoc illi faciebant · admonemur ut et nos simul faciamus laudantes deum pro omnibus · que ab ipso recepimus ut videlicet quicquid habemus in gloria fidei et honore spei et caritatis · et in benediccione superne remuneracionis totum ad ipsum referamus · ait haymo · Hoc est enim deo dare cognoscere et recognoscere omnia bona esse ab eo nichil nobis tribuendo Unde Bernhardus super cantica · sermone · 13 Hoc est deo gracias agere quicquid est virtutis dei virtuti et sapiencie deputare propter quod haymo exponens illud apostoli ad Romanos 2° gloria et honor omnium operanti bonum Iudeo primum et greco dicit Non quod a iudeo et greco vel gentili sit illud bonum · vel illa gloria et honor · sed a deo quia ipse dicit sine me nichil potestis facere Johannis xv et ysaye 26 Omnia opera nostra operatus est in nobis · Et Jacobi primo Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum · propter quod precipit apostolus 2 ad Cor x ut qui gloriatur in domino glorietur · Et Viventi in secula seculorum · i · absque fine vel terminacione regnat super populum ibi Fui mortuus et ecce sum vivens Et de seculo dicto multipliciter determinat damascenus libro 2° c primo et Augustinus super illo psalmi noni · Nomen eorum delesti in seculum seculi dicit Seculum est quamdiu tempus volvitur Seculum vero seculi · est ex effigie et tanquam umbram habet hoc seculum · Vicissitudine · n · rerum sibi succedencium · dum luna minuitur et rursus impletur Sol omni anno locum suum repetit · dum ver vel estas vel autumpnus vel hyemps sic transit ut redeat · eternitatis quedam imitacio est · Sed huius seculi seculum · est quod in commutabili eternitate consistit · hic ibi · Sed an idem sit in seculum seculi et in secula seculorum · De hoc dicit idem Augustinus libro xii de civitate dei c x · Secula seculorum an intelligantur contexta sibi connexione et ordinata per dissimilitudine percurrencia tempora · An secula seculorum intelligantur · in sapiencia dei inconcussa stabilitate manencia · istorum que tempore transeunt tanquam efficiencia seculorum · Diffinire non audeo fortassis · n · possit dici seculum quae sunt secula · ut nichil aliud dicatur seculum seculi quam secula seculorum Sicut nichil aliud dicitur celum celi quam celi celorum · propter quod in seculum seculi · ut in secula seculorum · idem est quod in eternum Unde dicit idem Augustinus libro 21 de ci dei c x · Quod in eius ewangelio 24 dicitur discedite a me maledicti in ignem eternum · In apocalipsi scriptum est · quod diabolus et bestia et pseudo prophete · missi sunt in stagnum ignis et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum · Quod ibi dictum est · in eternum hic dictum est in secula seculorum · Quibus verbis scriptura divina nichil significare consuevit · nisi quod non habet finem temporis · Et ibi · propter quod · hoc quod hic dicitur in littera Viventi in secula seculorum intelligendum est · i · in eternum Et Considerantur subiungitur seniorum congratulacio et in collaudando deum concurrencia · ubi exprimitur et primo describitur laudancium humilitas in hoc quod dicitur procidebant · 2° unanimitas · quia 24 3° maturitas · quia seniores · 4to intencionis recta ordinabilitas · quia ante sedentem in throno · 5to divini cultus exhibitus · quia et adorabant · Sexto iusticie equitas · quia mittebant coronas suas ante thronum deo victorias suas attribuendo · Dicit ergo procidebant 24 seniores · i · d · Cum quatuor animalia · i · doctores · dederunt et omnes perfecti predicatores darent gloriam etc · i · dicerent et ostenderent solum Christum glorificandum honorandum et benedicendum · qui solus dat sanctis suis gloriam et honorem et benediccionem Tunc procidebant · i · se humiliabant · secundum haymonem · procidunt · quia seipsos humiliant · vel quia de suis meritis presumunt · sed omne bonum sciunt se

ab illo habere propter quod et omne bonum suum referunt ad ipsum dicentes illud psalmi
Non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam Luce v°. procidunt
ad genua iesu. Sequitur 24 seniores per quos secundum Richardum in-
telliguntur omnes patres veteris et novi testamenti sive prophete sive
predicatores Et in hoc quod ait seniores significatur vite veritas sive hone-
stas sive maturitas Sapiencie 4° Etas senectutis vita immaculata Se-
nectus enim venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata
In hoc autem quod ait 24 significatur ut dictum est laudancium multitudo
duodenarius enim est numerus sanctorum apostolorum predicancium fidem trinitatis
per quatuor partes mundi quorum signum erant xii patriarche ex quibus simul
iunctis resultat iste numerus scilicet 24 Et ita per hunc numerum intelliguntur
patres utriusque testamenti Cadebant ante sedentem in throno In quo sicut
dictum est notatur intencio recta ordinabilitas querendo gloriam dei
qui se in eius comparacione nichil reputabant non sibi sed illi totum attri-
buentes Unde sequitur Et adorabant viventem in secula seculorum In quo
notatur cultus divini reverencia Ysaie 60 adorabunt vestigia pedum
tuorum q. d. divinum honorem ei exhibebant licet esset verus homo secundum illud
Psalmi Venite adoremus et procidamus ante deum Sequitur Et mittebant
coronas suas ante thronum In quo notatur iusticie cultus in attribuendo
deo suas victorias. Unde haymo Corona coronam victores accipiunt. non
inmerito per coronas sanctorum triumphum et victorias dicimus hic
accipere. hoc est itaque coronas ante thronum mittere coronarum suarum
victorias non sibi tribuere sed auctori ut ad illum referant gloriam
laudis a quo se sciunt vires accepisse certaminis secundum beatum Gregorium 22 moralium
Super verbo illud Job 31 Si osculatus sum manum meam ore meo quod
per manum operacio per os autem locucio designatur Manum igitur suam
osculatur ore suo qui laudat quod facit et testimonio proprio locucionis sibi
virtutem tribuit operis Corona in re quibus despicitur nisi ipsa mirea
operandi largitur Unde bene per egregium predicatorem dicitur Quid habes quod
non accepisti 1 Cor 4. si autem accepisti quid gloriaris quasi non acce-
peris Sancti autem viri sciunt post primi parentis lapsum de corruptibili
stirpe se editos. et non virtute propria. sed preveniente superna gracia ad meliora
se vota vel opera commutatos Et quicquid de mali in se cognoscunt de mortali
propagine sciunt meritum Quicquid vero in se boni inspiciunt inmortalis
gracie cognoscunt donum. ei quod de accepto munere debitores sciunt qui
et preveniendo dedit eis bonum velle quod noluerunt et subsequendo concessit
bonum posse quod volunt propter quod hic bene dicitur quod adoraverunt viventem
in secula seculorum mittebant coronas suas ante thronum etc. Ante thronum
quippe electi coronas suas mittunt secundum haymonem quia secundum virtute et forti-
tudinem ipsi in certamine meritis sue tribuunt a quo ut vincere possent accepe-
runt. ideo mundum et temptamenta sue carnis fortitudine preparavit hec ille.
Itidem de Job ut dicit Gregorius ubi supra quia si bona que operatur est
enarrat ut hec non sue operacioni tribuat sed ad auctoris laudem reservat ma-
num suam ore suo osculatum se abnegat. Ac si patenter dicat Ego mea
opera tamquam non mea refero quia laudem sui ... negare convincitur
quisquis se habere quod operatur. Quod ut cuncti dicit Idem Job. est
iniquitas maxima et negacio contra deum altissimum Ubi Gregorius. liquet
quod illum negat cuius dispecta gracia sibi vires boni operis arrogat
Quod recte quia et iniquitas maxima vocatur quia omne peccatum quod est ex
infirmitate spem veniae nequaquam perdit. quia a superno iudice veniam querit
presumptio autem virtutis ipse tanto gravius in desperacione est quanto longius ab
humilitate. quia vires se habere operibus ad adiutorium non recurrit auctore
fit quod ut eo gravius peccatur pereat quo et ipse hoc quod peccat est ignorat
hec ibi. Hoc denique scilicet quod triumphum victorias et auctori non nobis
decernimus tribuere figuratum est Johannis 21 cum domino Ierusalem venienti
turba que illi obviam venit. palmas quibus victoria signatur an pedes
asine super quam sedebat prostravisse sive proiecisse legitur ut inquit
haymo Quod enim per palmarum ramos in terra stratos hoc significatur
per coronas ante thronum missas sive positas auctores ante coronas quod
dicunt audiamus Sequitur dicentes non solum voce sed et ore secundum glosam

Exemplum aliis dantes. Est enim dicitur corde ore opere ait Augustinus super Jo-
hannem omelia 1 x. Dignus es domine ob maiestatem tuam in
divinitate et ob susceptam mortem in humanitate accipere gloriam
in preclara resurrectione et honorem in gloriosa ascensione et virtutem
in dominatu omnium subiectione. Sicut distinguit Haymo dicens
gloriam Christus accepit qua tercia die resurrexit a mortuis, honorem
quando xl(mo) die resurrectionis elevatus est ad dexteram paterne maiestatis
et virtutem quando ei omnia subiecta sunt sicut ipse testatur dicens discipulis
Mathei ultimo: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. De quo
honore dicitur in figura Hester 6: Sic honorabitur quem rex hono-
rare voluerit. Induetur vestibus albis et sedebit super equum etc. Vel
possunt hec tria distingui sic tria superdicta et eis rendere. Et per
hoc quod dicitur dignus es accipere gloriam etc. non est intelligendum
quod deus accipiat aliquid de novo vel quod ei aliquid accrescat ex operibus
et laudibus humanis sed quod homines ex beneficiis ab eo receptis tenentur
assurgere ad laudandum et glorificandum excellentiam eterne sue ma-
iestatis. Ideo dicit dignus es accipere gloriam et honorem et virtutem
id est laudandus glorificandus et honorandus es corde ore et opere.
Et vere dignus es hec accipere quia tu creasti omnia scilicet de nichilo pro-
ducendo ut esse possent. Et propter voluntatem tuam erant et creata sunt.
Venitur ad evidentiam secunde questionis. Ait Tu creasti omnia et tu scilicet
propter voluntatem tuam erant et creata sunt. Si non erant videtur quod
inconveniens fuisset creasti omnia quia creator id est causa. Respondetur secundum
Haymonem quod erant in predestinatione dei et tunc creata sunt in opere visibili
et que prius erant in artificis voluntate sunt tunc creata sunt. Secundum quod
in arte creatoris disposita erant in tempore creata. Quod eciam ponit Johannes.
Nam cum dixisset omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
continuo subiungit quod factum est in ipso vita erat. Et pariter apostolus
de electis dicit ad Ephesios 1o: Qui elegit nos ante constitutionem mundi.
Propter quod voluntatem tuam vel iuxta voluntatem tuam erant scilicet in dispositione
tua ab eterno antequam crearentur in tempore sicut domus materialis antequam fit in effectu
preexistit in artificis dispositione. Et secundum hoc dicitur 1o metaphysice quod domus
materialis fit a domo que est in anima. Omnia vero creata sic se habent ad deum
sicut artificiata ad artificem. Secundum id Sapiencie 1o: Omnium enim est artifex
omnem habens virtutem. Et creata sunt vel producta in effectu in tempore. Et hoc
ex divina voluntate et bonitate non ex necessitate. Et ideo sunt ad
deum referenda ut ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum
fluant. Ecclesiastes 1o. Judith ex dicitur tocius creature tu es. Et ideo cuncta que
tibi a tuis geruntur tibi ascribenda sunt omnia ut esse possent et ea
que tua sunt acceperunt scilicet a te acceperunt. Tercio patet quod deus est omnium
creaturarum causa productiva et conservativa. Probatur quia omne quod secundum se deficiens
perdit proprium esse seu est non ens, hoc modo presupponit causam productivam
ipsum conservantem in esse. Sed omne quod est sub deo est huiusmodi. Maior
patet ex eo quod secundum se deficiens cadit in non esse. Minor quod ex se non habeat
esse. Sed quicquid ex se non habet esse hoc presupponit causam efficientem a qua
habeat esse et conservari. Sed licet probatur quia quando non dependet ab altero
illud circumscripta tali dependencia vel propter sibi deficientem non potest
remanere quia si remaneret circumscripta tali dependencia tunc non dependeret
ab eo necessario. Si omnia que sunt citra deum necessario dependent a deo, patet non solum
per theologos convincitur sed omnes veros philosophos habetur. Secunda. Deus non
producit creaturas ex naturali necessitate. Probatur quia si sic tunc vel
solum unam perfectissimam produceret vel si plures produceret omnes essent equales
et eiusdem perfectionis et dignitatis. Falsitas consequentis patet ad sensum.
Sed consequencia patet quia agens ex naturali necessitate non agit quantum vult sed quantum potest
tamen agat tota sua virtute. Et ideo non produceret uno tempore effectum magis
perfectum quam alio tempore nisi sua potencia sit magis efficax uno tempore quam alio
vel materia sit magis uno tempore quam alio disposita. Cum ergo virtus
divine potencie sit penitus immutabilis ut in actione sua presupponat materiam dispo-

ergo semper idem et eodem modo produceret. Si hoc faceret ex necessitate naturali, etiam
si esset, tunc mundus fuisset ab eterno, quod est falsum ex fide. Secundo quia agens
ex naturali necessitate, cum agat quantum potest, et secundum ultimum sue virtutis, semper
suum effectum produceret et subito, nisi resistentiam aliquam pateretur; sed infinita
autem dei potentia nullam ab eterno habuit resistentiam, igitur etc. Tertio deus
produxit omnia libera sua voluntate. Probatur quia agenti nobilissimo debet attribui nobi-
lissimus modus agendi. Sed deus est agens nobilissimum. Sed nobilior modus
agendi est producere per intellectum et voluntatem, secundum hunc modum solum in-
venimus in entibus nobilioribus, puta in angelis et hominibus, qui magis
ceteris creaturis sunt ad imaginem dei; ideo talis modus maxime est deo
attribuendus. Et hec est intentio sanctorum doctorum. Dicit enim Hilarius in libro
de synodis: Omnibus creaturis substantiam divina voluntas attulit. Et ibidem: Ut
tales sint creature, quales eas deus esse voluit. Propter quod dicitur in psalmo: Omnia
quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra etc. Et beatus Augustinus 3° de trinitate
c° 4°: Dei voluntas est prima et summa causa omnium. Et idem Augustinus 12° confessionum dominum
alloquens dicit: Duo fecisti domine, unum prope te, scilicet angelum, et aliud prope nihil,
scilicet materiam; neutrum tamen est de natura tua, quia neutrum est quod tu es. Sed di-
cendo agit sine ratiocinatione et electione, videtur agere quasi naturali necessitate et non ex
libera voluntate, quia deus est huiusmodi, quia ut ait Dionisius de di. no. c° 4°:
Sicut sol non ratiocinans nec preeligens omnibus quantum unumquodque suam capacitatem
radios sue claritatis immittit, ita divina bonitas per essentiam sua omnibus
existentibus proportionaliter suam bonitatem infundit. Dicendum quod Dionisius non
ostendit ibi similitudinem in eo quod est non ratiocinari vel non pre-
eligere, sed in eo quod est generaliter vel universaliter diffundere. Sed adhuc dicit
Augustinus de doctrina christiana dicit quod quia deus bonus est, sumus; et in quantum ipse
nos sit bonus, videtur quod necessario facit nos esse, igitur etc. Dicendum quod quamvis tantum
relucere in effectu, non oportet tamen quod omnis modus cause appareat in
effectu, nisi talis effectus adequet huiusmodi causam. Et quia necessitas divine
bonitatis est quidam modus eius, et creatura non adequat divinam
bonitatem, igitur in productione creature nullam oportet esse necessitatem, que se te-
neat ex parte producti seu productionis. Sed adhuc dicit: Ubi natura et voluntas
sunt penitus idem, necesse est aliquid fieri voluntate quod non fiat
naturali necessitate. Sed in deo natura et voluntas sunt penitus idem, igitur etc. Dicendum
quod sicut aliquid verificatur de intellectu divino quod non verificatur de voluntate
divina, quamvis idem sunt realiter et sola ratione differant, sic in proposito etc.
Et cum deus per actum sue voluntatis de novo producit, non oportet quod no-
vum incipiat actum voluntatis, sicut credidit Avicenna, sed sine omni mu-
tatione sue voluntatis, ex eterno actu sue voluntatis voluit effectum
in tempore esse productum, et eodem actu non alio ipsum effectum produxit
eo tempore quo ab eterno voluit et disposuit eum esse producendum. Unde de
eterna et incommutabili dei scientia et voluntate, que semper illi universa
que fecit sic placuerunt facienda quemadmodum facta. Declarat beatus Augustinus
xi° de civitate dei c. xx dicens: Et Plato ausus est dicere elatum esse deum
gaudio mundi universitate perfecta. Ubi et ipse scilicet Plato non usque adeo desi-
piebat ut putaret deum sui operis novitate factum beatiorem, sed sic ostendere
voluit artifici suo placuisse iam factum, quod placuerat in arte faciendum.
Non quod ullo modo dei scientia varietur, ut aliud in ea faciant que facta non-
dum sunt, aliud que iam facta sunt, aliud que facta fuerunt. Non enim more nostro ille vel quod
futurum est prospicit, vel quod presens est aspicit, vel quod preteritum est re-
spicit, sed alio modo quodam a nostrarum cogitationum consuetudine longe
lateque diverso. Ille quippe non ex hoc in aliud cogitatione mutata, sed omnino
incommutabiliter videt, ut illa quidem que temporaliter fiunt et futura nondum sint
et presentia iam sint et preterita non sint, ipse vero hec omnia stabili ac sempi-
terna presentia comprehendit, nec aliter oculis, aliter mente. Non enim ex animo
constat et corpore, nec aliter nunc, aliter antea, nec aliter postea, quoniam non sicut nostra ita etiam
eius scientia trium temporum, presentis videlicet, preteriti et futuri, varietate mutatur, apud
quem non est immutatio nec momenti obumbratio. Neque enim eius intentio
de cogitatione in cogitationem transit, in cuius incorporeo contuitu simul assunt
cuncta que novit, quoniam tempora ita novit nullis suis temporalibus notionibus,
quemadmodum temporalia movet nullis suis temporalibus motibus etc.

Et de hoc etiam dicit Boetius 3° de consolatione philosophie metro nono O qui
perpetua mundum ratione gubernas terrarum celique sator qui tempus
ab evo ire iubes stabilisque manens das cuncta moveri Que non
externe pepulerunt fingere cause materie fluitantis opus verum
insita summi forma boni livore carens tu cuncta superno ducis ab exemplo
pulcrum pulcerrimus ipse mundum mente gerens simili que imagine formans
et cetera ibi. Maxime ergo omnes ex quo creati sunt ut essent et regenerati ut
boni essent et unitati ad regnum ut beati fiant debent attribuere gloriam
deo ratione creationis et honorem ratione regenerationis et virtutem sive bene-
dictionem ratione promisse beatificationis Unde Beda dicit hic Animalibus pro-
nunciantibus laudem gloriam honorem et benedictionem id est evangelistis predicantibus
Christi dispensationem. Omnis ecclesia que stat in prepositis et subditis per 24
seniores significatis procidunt et adorant et mittunt coronas suas ante
thronum Ezech. 1 Cum fieret vox super firmamentum animalia submittebant
alas quia ut Gregorius dicit omnes Sanctorum mentes tum potentiam dei
considerantes creatoris sui intenta contemplatione considerant vilescunt eis vir-
tutes quas habent et tanto fiunt apud se humiles quanto eis illud altum
est quod super angelos sonat et ibi multum de hoc. Ad dandam ergo deo
gloriam et ad ipsum glorificandum et honorandum et benedicendum exemplo
istorum animalium et seniorum sine interruptione et sine fine studeant
omnes corde devoto Eccl. 43 Glorificantes dominum quantumcumque potueritis supera-
bit adhuc Proverb. 3° honora dominum de tua substantia Et in psalmo Benedicam
dominum in omni tempore

Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum
intus et foris signatum sigillis septem. In capitulo precedenti
narrata prima parte visionis 2e in qua fuit revelatio de statu ecclesie
hic narratur 2a pars visionis eiusdem de visione libri sedentis in dextera
et de eius apertione sicut communiter distinguunt expositores Bonaventura tamen dicit
quod hic incipit visio tercia et durat hec pars usque ad capitulum sextum et dividit
in duas partes principales primo narratur libri sigillati cum gemitibus manifesta
visio Secundo de apertione consolatoria et aperientis librum magnifica laudatio
ibi Et unus de senioribus et cetera. In prima parte quatuor insinuantur primo notatur ipsius
libri revelativa visio 2° ponitur de aperiente librum angelica inquisitio ibi
Et vidi angelum fortem Tercio subiungitur ad aperiendum librum alicuius digni
impossibilis inventio ibi Et nemo poterat Quarto innuitur ipsius videntis
de hac impossibilitate lugubris lamentatio ibi Et ego flebam et cetera Quantum
ad primum dicit Et vidi sed hic et est coniunctio copulativa per quod designatur
quod hec visio non est alia a precedenti Sed coniungitur ei sicut pars toti In
capitulo vero precedenti quod incipit ibi Post hec vidi per dictionem ordinativam
ostenditur illa visio fuisse alia a prima que fuit de literarum et presidentium
admonitione et informatione hec vero est de misteriorum revelatione Dicto ergo de
visione sedentis in throno et assistentium Subiungitur de libri visione et
contentu Et addit Vidi visione scilicet intellectuali sicut ut dictum est supra
In dextera sedentis super thronum Secundum Haymonem Sedentem hic debemus
intelligere deum patrem dexteram vero illius filium eius unigenitum per quem
omnia facta sunt Et psalmo Posuit dexteram suam super me Et psalmo Dextera domini fecit
virtutem per quem operatus est salutem humani generis in medio terre
Psalmo dicitur Salvavit sibi dextera eius hoc est salutem fecit ad suum honorem
filius Per thronum vero debemus intelligere ecclesiam ut dictum est supra et sumitur
vel super quam sedet dei filius ratione eminentie et dignitatis Liber autem
in dextera sedentis super thronum secundum Haymonem est scriptura sacra veteris et novi
testamenti que bene in dextera sedentis super thronum fuisse dicitur Prima prin-
cipalis intentio sacre scripture pertinet ad Christum cuius nativitatem mortem
resurrectionem ascensionem et secundum adventum ad iudicium continet de quibus
omnibus veteri se convenientibus exemplis offert Petro autem vetus et novum te-
stamentum unus liber appellatur quia nec novum a veteri nec vetus a
novo valet disiungi Sed quicquid predictum est in veteri completum constat
in novo. Nam vetus testamentum figura est et velamen novi Novum vero

revelatio et adimpletio est veteris In cuius figuram et significationem vidit
Ezechiel propheta rotas quatuor facierum et rotam in medio rote eius pro-
xima veteris testamentum in novo et econverso Unde dicit augustinus de ci dei
li^o xvi c. 26 Quid est vetus testamentum nisi novi occultatio Et quid
novum nisi veteris revelatio Et contra sensione libri contra fausti dicit Vetus
fidem novo conciliat et novum vetus confirmat ita sibi omnia in utroque
testamento concordant ut tamquam uno ore dicta iustissima et prudentissima pie-
tate credantur et sensissimo intellectu inveniantur et solertissima diligentia
discernentur Et damascenus li^o 4 c 9 Unus est deus qui a veteri testamento
et a novo predicatur qui salutem nostram operatus est pro qua omnis scriptura
et omne misterium est ut ibi Qui liber bene intus et foris scriptus esse dicitur
Intus propter vetus testamentum et foris propter novum Vel foris scriptus propter
superficiem lre sive propter sensum historiarum Intus propter misticum sensum
sive propter allegoricos sensus Unde scriptus foris et intus quia vetus testa-
mentum promittit terrena Ysaye p^o Si volueritis et audieritis me bona terre
comedetis et alia multa Novum vero promittit spiritualia et celestia Matt v
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Unde Gregorius omelia 9 super
Ezechielem illud Ezech 2^o Ecce manus missa est ad me in qua erat
liber involutus qui erat scriptus intus et foris exponit dicit sacra scriptura
dicitur quod liber involutus est scripture sacre eloquium obscurum quod pro-
funditate sensuum involvitur ut non facile sensu omnium penetretur Qui
liber est scriptus intus per allegoriam foris per historiam Intus per
spiritualem intellectum foris autem per sensum lre simplicem adhuc infir-
matibus congruentem Intus quia invisibilia promittit foris quia visibilia
preceptorum suorum rectitudine disponit Intus quia celestia pollicetur foris
autem quia terrena contemptibilia qualiter sint ut in ipsa vivenda vel ex desi-
derio fugienda precipit alia namque de secretis celestibus loquitur alia vero in
exterioribus actionibus iubet et ea quidem que foris precipit patent quia illa que
de internis narrat plene apprehendi nequeunt Et ergo scriptum intus et foris
quia in sacris eloquiis et dictis occultioribus atque sublimioribus saciantur fortes
et preceptis apertioribus nos parvuli nutrimur ut ibi et multum de hoc Idem
etiam liber septem sigillis dicitur scriptus et sigillatus Septenarius autem numerus
ut sepe dictum est ad universitatem refertur Super septem ergo sigilla plени-
tudine et universitatem obscuritatum misteriorum que in veteri latebant
testamento debemus accipere Unde et abacuk dicit c^o 3^o Deus a libano veniet
et sanctus de monte umbroso et condenso Mons quippe libanus umbrosus
et condensus libri sunt veteris testamenti opti ficturis allegoriarum a
quibus dominus veniente prohibetur quia ibi predictus fuisse cognoscatur Ps tene-
brosa aqua in nubibus aeris id est obscura intelligentia in scripturis Vel aliter
Septenarius numerus ad septiformem spiritum sanctum refertur Septem
siquidem sigillis liber signatus est quia videlicet omnis scriptura per graciam spiritus
eiusdem et data est et reserata Unde et lex digito dei id est spiritu sancto
descripta legitur Exodi 32 Et dominus resurgens a mortuis et apiens
sensum discipulis ut intelligerent scripturas dicit eis Accipite spiritum sanctum
Johannis xx Vel aliter liber sacre scripture dicitur signatus septem sigillis
propter septem modos intelligendi eam Ipsa namque sacre scripture locutio se-
ptem sensibus quasi sub septem sigillis intelligentie continetur quorum per septem
modos distinctur Ingredientibus nobis scripturas primus geste rei
nobis textus occurrit qui videlicet ea tantum scripturarum eloquia comprehendit
que nil mistice significant sed tamen simpliciter rerum casus evolvunt ut est
illud Deutero vi Audi israel dominus deus tuus unus est Secundus alle-
goricus gestus occurrit qui licet aliquid gestum narret gestus tamen
ille totaliter computatur allegoricus unde mysteria sequuntur Sicut est quod ut
scribitur 3^o Regum p^o In omnibus finibus israel puella queritur regi david
et invenitur tamen ferventi iuvencula algentis senis membra calefaciat et calefactum
tamen ad libidinem non provocet per quam designatur sapientia que cum in
senibus non senescit sed insuper eos igne divini amoris accendit Ut deduxit
Jeronimus in epistola ad Nepotianum Ad hunc etiam modum pertinet quod populus

Israheliticus a serpentibus in deserto percussus aspectu enei serpentis sanabatur Numeri 21.
Per quem redemptor noster intelligitur in cruce suspensus qui nos a morsu
dyaboli liberans vite inmortalitatis remedium fidelibus tribuit Johannis 3° Sicut
Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis
qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam eternam. Hec enim si ad litteram
discussa tenentur, ludicra pro tempore putabuntur. Si vero misteriis
apostolicis machina insinuat sacramenta. Tercius modus est utrumque scilicet hi-
storiatus et allegoricus sicut quod Abraham habuit duos filios qui duos
significarunt testamenta ad Galatas 4. Et quod Ysaac propria devocione dispositum
lignum sibi bauilasse dicitur Genesis 22. Insinuabat Christi passionem designans
quem pater pro omnibus tradidit. Ipsum quoque baiulare passus est crucem.
Quo eciam modo de latere viri dormientis formatur mulier ecclesiam scilicet
ex latere Christi in cruce pendentis edificandam. Quartus modus est quo
nobis aliquando proprie, aliquando vero mistice caracteribus nostri divinitus sacre
oraculis intimatur. Proprie scilicet sicut ipse Moysi dicit Ego sum qui sum
et sic dices filiis Israel Qui est misit me ad vos Exodi 3°. Mistice vero
ut [illegible] dicit sicut plaustrum onustum feno strideo se dicit
Amos 2°. Tunc quia hominum peccata portare se indicat. Vel sicut Ysayas
super solium excelsum et elevatum sedere describit Ysaie 6°. Significans
angelicas potestates quas sibi ad quod voluit subiecit. Quintus modus
est parabolicus, qui tam relatu verborum quam actu efficitur operum
Quod utrumque est multiplex atque occultus ut solum multa que
iuxta litteram fieri non possunt admittat. Verum eciam in quibusdam
locis mistica narraturus testimonium de historia assumens ipsum littere
textum immutet parabolis 21. Verborum hic modus conficitur ex quibus est
illud Judicum ix Iverunt ligna ut ungerent super se regem Cum nequaquam
eciam ligna possint ambulare aut regem sibi constituere. Sed aliud
quoddam per occultum significatum metaphorice talibus scripturarum
sentenciis efficitur. Immutatur aut ut dictum est ipsius littere textus quando
per misticum intellectum ut in titulo psalmi 33° Davidi. Cum ipse David quando
immutavit vultum suum coram Abimelech et dimisit eum et abiit
tum hoc factum sit coram Achis rege Geth sicut habetur 1 Regum 21.
Cum ergo pro Achis Abimelech ponitur utrique eadem ex ipsius interpre-
tacione nominis litteris alicuius penetrare misterium. Abimelech quippe interpre-
tatur mei regnum. Significans Judeos in quorum conspectu verus David manu
fortis dominus Jhesus Christus immutavit vultum suum quando apparens in forma
servi humiliavit semetipsum usque ad mortem crucis. De quo dicitur Ysaie 53
Vidimus eum et non erat aspectus et desideravimus eum despectum
et novissimum virorum, virum dolorum et scientem infirmitatem et quasi abscon-
ditus vultus eius et despectus. Unde et repulsum eum dimisit eum
Abimelech et abiit quia vere Christus a Judeis minime receptus ad gentes
tum apostolis transiit. Unde ipsis Paulus dicit Actuum 13 Vobis oportebat primum
loqui verbum Dei sed quia repulistis illud et indignos vos iudicastis
vite eterne ecce convertimur ad gentes. Aliquando vero idem modus in parabo-
lerum de ipsis eciam peccatis hominum et transgressionibus adulterorum
[illegible] insinuat opus futurorum sicut factum in David constat quod uxorem
Urie sibi assumpsit quam de solario videns concupierat et ipsum gla-
dio peremit 2 Regum xi. Significat quippe David in illo loco Christum qui
de celo misericorditer cernens ecclesiam in sua predestinacione lavacro aque in
verbo mundandam concupivit eam primitus ut mistificatam sibi coniungeret
legitime. Sed ut Bersabee David coniungatur, Urias vir eius interficitur quia
ut misterium ecclesie celesti sponso adhereat antiquus hostis virtutibus confringitur
et pedibus electorum calcandus proteritur. Unde et eis dicitur a domino
Luce x Ecce dedi vobis potestatem calcandi super omnem virtutem inimici. Sextus
Sextus modus est de gemino Salvatoris adventu, quo vigilans discre-
cio est adhibenda ne aut primus accipiatur pro 2°, aut 2us pro primo
sicut Judei ipsi ignorancie cecitate usque laborant nescientes
quid ad primum et quid ad 2um eius pertineat adventum [illegible]

locum humilitatis se vendicat. Iuxta illud deutro. 18. prophetam suscitabit dominus
de fratribus vestris tamquam me etc. Et baruch 3°. post hec in terris visus
est et cum hominibus conversatus est. Cetera quae huiusmodi Secundus vero
celsitudinis ac gloriae obtinet locum iuxta illud ps. deus manifeste
veniet. Tertius autem ipsum precedit etc. Et luce 21. tunc videbunt filium
hominis venientem in nubibus cum potestate magna et maiestate. Hunc
ipse per malachiam dicit. Accedam ad vos in iudicio et ero testis
velox maleficis et adulteris et periuris et reliquis. malach. 3°. Septimus
modus est qui eternam preceptorum retinet qualitatem, id est vite [cancelled]
agende vite quae figurande et quidem agende vite precepta nunc usque
manent. ut est illud deutro. 6°. diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et proximum tuum sicut teipsum. Et cetera talia quae eciam nunc cristiana
auctoritate servari iubentur. Vite vero figurande manifestata veritate cessere
ut est circumcisio sabbatum oblatio victimarum, quae sic dictum est cessare
umbra in veritate spiritualis patuerunt. Sic igitur liber sacre scripture
dicitur signatus id est sigillis septem id est modis dictis. Sed quia hic liber intus et fo-
ris fuisse scriptus asseritur. Videndum est de hiis id est modis, qui dicant intus
et qui foris scriptus reputari. Primus itaque historicus idem quod simplex, nihil in se
misterium continens, totus est foris. Secundus allegoricus totus omnino
intus. Tercius vero utrumque geminam in se continens formam ex parte foris
et ex parte reputatur intus. Quartus qui de deo apud quem non est transmutacio
nec vicissitudinis obumbracio. Iacobi p° utrorumque sensus dicitur intus
accipi. Quintus porro in parabolis verborum diffusus in quibusdam etiam
gestum lege imitantes et de peccatis et adulteriis hominum vel propheciam eorum
vel secreta spiritualium sensuum multa presignans, cunctis modis omnibus
est reputandus. Sextus etiam de gemino salvatoris adventu ceteris
claret testimoniis. foris in promptu positus, tantis latet intus occultus
ut et dubitacionem auferat et fideles creat. Septimus ad extremum
in preceptis vite agende foris, in preceptis ac vite figurande, intus latet
in preceptis vite agende foris, in preceptis ac vite figurande, intus latet.
Hos modos ante redempcionis quidem tempus absconditos, ipso vero redemptore
per xpm atque in xpo novimus revelatos. In hanc quibus scilicet
ipse per xpm atque in xpo novimus revelatos et pulcra loquitur. Vel intus
Ambrosius luculento et pulcro stilo quae pulcra loquitur. Vel intus
clausum ut secreta sapientie indignis claudantur. Et foris ut dignis occasio
extendi in studio detur et sic mentium augeatur. Alio modo per id est sigilla
possunt intelligi id est regulas quas
possunt intelligi id est regule Ticonii qui donatista fuit et id est regulas condidit
que non parum adiuvant ad penetranda que tecta sunt divinorum eloquiorum
quas regulas recitat beatus augustinus 3° li° de doc. xpiana versus fine. Quarum
prima caput xpm cum corpore
sua in hiis metris breviter continetur. Regula prima caput xpm cum corpore
iungit, corpore de vero loquitur mixto quae secunda. Tercia describit quod lex
quid gracia possit. Quarta genus ponit speciem partem totumque resolvit.
Sexta refert item que post
tempora mater variat. Quinta quae numeri. Sexta refert item que post
facta fuere. Septima supplex caput et membra reflectit. Est ergo prima
regula de domino scilicet xpo et eius corpore. in qua sciendum aliquando caput et
corporis id est xpi et ecclesie nobis unam personam intimari. Neque enim frustra
dictum est fidelibus. Ergo semen Abrahe estis, cum unum sit semen
Abrahe quod est xpus. non hesitemus quando a capite ad corpus vel a
corpore transitur ad caput. et tamen non recedi ab una eadem que persona
Secunda regula est de domini corpore bipertito. quod quidem non
ita debuit appellare. Non enim re vera corpus domini est quod cum illo
non erit in eternum. Sed dicendum fuit de domini corpore vero atque permixto, aut vero
atque simulato vel aliquid aliud. quia non solum in eternum verum etiam nunc
ypocrite non cum illo esse dicendi sunt, quamvis in eius esse videantur ecclesia.
Unde poterat ista regula secunda appellari ut diceretur de permixta ecclesia.
Tercia regula est de promissis et lege. quod alio modo dici potest de spiritu et
litera vel de gracia et mandato. Quarta regula est de specie et genere.
Sic enim eam vocat volens intelligi speciem partem, genus autem totum
cuius ea pars est quam nuncupat speciem. Sicut unaqueque civitas pars
est utique universitatis gencium. hanc ille vocat speciem. genus autem omnes
gentes. Quintam regulam ponit quam de temporibus appellat. qua regula
plerumque possit inveniri vel conici latens in scripturis quantitas temporum.
Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam, aut tropo sinodoche

cũ

xxvij

aut legitimis numeris. Tropo synodoche aut a parte totum aut a toto partem facit intelligi. Hoc modo locutionis quo significatur a parte totum illa de domini resurrectione solvitur questio. Nam pars ultima diei qua passus est, nisi pro toto die accipiatur adiuncta etiam nocte preterita, et nox cuius ultima parte resurrexit adiuncta etiam die illucescente scilicet dominico, non possunt esse tres dies et tres noctes quibus in corde terre predixit se futurum. Legitimos autem numeros dicit quos eminentius divina scriptura commendat, sicut septenarium vel denarium vel duodenarium, vel quicumque alii sunt quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumque enim numerus huiusmodi pro universo tempore ponitur, sicut Septies in die laudabo te. Nichil aliud est quam Semper laus eius in ore meo. Tantumdem valent et cum multiplicantur sive per denarium, sicut septuaginta et septingenti. Unde possunt et septuaginta anni Ieremie pro universo tempore spiritualiter accipi quo est apud alienos ecclesia, sive per se ipsos, sicut decem per decem sunt centum et duodecim per xii sunt centum xl, quo numero significatur universitas sanctorum in apocalipsi. Unde apparet non solas temporum questiones istis numeris esse solvendas, sed latius patere significationes eorum et in multa proserpere. Neque enim numerus iste in apocalipsi ad tempora pertinet, sed ad homines. Sextam regulam recapitulationem vocat, in obscuritate scripturarum satis vigilanter inventam. Sic enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine temporis vel rerum continuatione narrantur, cum ad priora que pretermissa fuerant latenter narratio revocetur; quod nisi ex hac regula intelligatur erratur. Septima Ticonii regula est eademque postrema de dyabolo et eius corpore. Est enim ipse caput impiorum qui sunt eius quodammodo corpus ituri cum illo in supplicium ignis eterni, sicut Christus caput est ecclesie que est eius corpus iturum cum illo in regnum et gloriam sempiternam. Sicut ergo in prima regula quam vocat de domino et eius corpore vigilandum est ut intelligatur, cum de una eademque persona scriptura loquitur, quid conveniat capiti quid corpori, ita et in ista novissima aliquando in dyabolum dicitur quod non in ipso sed potius in eius corpore possit agnosci. Quod corpus habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt, sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant tamen ad tempus miscentur ecclesie, donec unusquisque de hac vita exeat vel a frumento palea ventilabro ultimo separatur etc. Propter quod et dominus dicit ... ideo prophete vix intelliguntur quia personas nimis et tempora subito commutant et de ... re transeunt ad aliud etc. Psalmo per librum scriptum istum potest intelligi filius dei incarnatus. Item est liber vite Apocalipsis xx. qui dicitur esse in dextera sedentis, qui est verbum eternum a patre genitum ante secula pro nobis caro factum. De quo libro dicit Hugo de sacramentis libro primo parte 2a c. v. Liber scriptus est filius dei incarnatus, scriptus intus in divinitate, foris in humanitate, ut legeretur foris ad imitationem, intus ad contemplationem; foris ad sanitatem, intus ad felicitatem; foris ad meritum, intus ad gaudium; foris quia verbum caro factum est, intus quia verbum in principio. De hoc eodem libro dicit Hugo de archa Noe libro 2o: Hic est liber cuius origo eterna, cuius incorruptibilis essentia, cuius cognitio vita, cuius scriptura indelebilis, cuius inspectio desiderabilis, cuius doctrina facilis, cuius scientia dulcis, cuius profunditas inscrutabilis, cuius verba innumerabilia et omnia verbum unum in eo etc. Iste liber est scriptus intus quia verbum eternum, et foris quia verbum caro factum etc. Vel scriptus intus sapientia increata, et foris sapientia creata qua scivit omnia scibilia. Item scriptus intus in anima libris virtutum, foris in corpore vulneribus lateris pedum et manuum. Psalmo: Foderunt manus meas et pedes meos. Ysaie xlix: Ecce in manibus meis descripsi te. Item scriptus intus in anima septem donis spiritus sancti. Ysaie xi: Requiescet super eum spiritus domini etc. Et foris in corpore septem infirmitatibus. Ysaie iiii: In illa die apprehendent septem mulieres virum unum, id est universe infirmitates humane preter ignorantiam et peccatum. De quibus Job v: In sex tribulationibus liberabit te dominus et in septima non tanget te malum. Huius libri signacula sive sigilla sunt signacula nostre redemptionis de Christo in veteri testamento figurata et prophetata. Quorum primum est ipsa conceptio sine maritali ... que figurata fuit in conceptione Isaac Gen. 21 et prophetata Ysaie viii: Accessi ad prophetissam et ipsa concepit filium. Secundum est ipsa nativitas que figurata fuit in nativitate Isaac Gen. 21 et prophetata Ysaie ix.

Septuaginta

cf

parvulus natus est nobis etc. Et de utroque dicitur nobis Isaye vii° Ecce virgo con-
cipiet et pariet filium. Utrumque eciam figuratum fuit Numeri xvi in virga
Aaron que una nocte floruit et fructum fecit. Tercium est passio que fi-
gurata fuit in morte Abel Gen. iiii et in immolacione vitule ruffe Num. 19 et
agni Exodi xii et Ysaye 53 Tamquam ovis ad occisionem ductus est Ieremie x
Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Quartum est descensus
ad inferos qui figuratus fuit in Sampsone qui tulit portas Gaze Iudic. xvi
et Zach. ix Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu
in quo etc. Quintum est ipsa resurreccio que fuit figurata in filio mulieris
Sareptane 3 Reg. 17 et Osee 6 Vivificabit nos post duos dies et die 3a
suscitabit nos. Sextum est ascensio que fuit figurata in translacione Enoch
Gen. v° et in raptu Helie 4 Reg. 2 et Ysaye 63 Quis est iste qui venit
de Edom tinctis vestibus de Bosra et Ps. Ascendit Deus in iubilacione. Septimum
est adventus eius ad iudicium qui fuit figuratus in arcu celi post diluvium
per colorem igneum Gen. ix et Ysaye 3 Dominus ad iudicium veniet cum
senibus populi. Hiis sigillis clausus fuit et signatus liber donec ipsemet ape-
ruit. De quibus Gregorius super Ezech. parte 2a omel. ... Agnus eius
veni qui cuncta que de eo scripta sunt opere implevit et que intelligi audita
non poterant visa patent sine cunctacione. Ibi incarnacio ibi passio ibi resurreccio
ibi mors ibi ascensio illius cognoscitur. Sed quis nunc que audita credit nisi facta
cognoverit. Signatum ergo librum quem aperire et legere nullus potuit Redemptor
tamen noster aperuit quia omnia eius nobis misteria in sua passione ac re-
surreccione patefecit. Hic liber secundo per librum potest significari divina dispositio
de hominis reparacione prout dicitur in glosa De quo dicitur illud Ezech. 2x Hec
omnia liber vite habet. Et Ysaye 29 Erit vobis visio omnis sicut verba libri
signati quem cum dederint scienti litteras dicent ei lege librum et respondebit
non possum signatus est enim. Et iste signatus est iste liber i. sigillis
i. obscuritatibus quibusdam salvacionis generis humani donec Dei filius
aperuit in sua incarnacione et eius misterium I Thim. 3 Et manifeste magnum
est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne iustificatum est
in spiritu apparuit angelis predicatum est gentibus creditum est in hoc
mundo assumptum est in gloria. Scriptus intus i. in veteri testamento sub
obscura littera clausus et paucis admodum revelatus et foris i. in novo
testamento ubi manifestata et impleta dispositio eius ubi. Unde Iudeis di-
ctum est Exodi 12 Ad vesperum immolabitis agnum i. in ultima etate reparacionis
humani generis scitote futuram per Christi passionem. Septem sigilla libri
sunt figurativa facta patriarcharum et enigmata dicta prophetarum sub quibus
divina dispositio de reparacione hominum clausa latebat. Ab eterno enim dispo-
suit Deus reparare genus humanum sed non ab eterno fuit cognitum. Sicut
dicunt Augustinus in libro Cur quod et qui Deus homo c. 2 dicens Quomodo
homini lapso subveniendum foret in consilio Trinitatis latebat et solus Deus
noverat qui ante tempora disposuit qualiter in tempore omnia fient etc. Sigillatus
ergo fuit liber in divina presciencia sive predestinacione. Sed cum cepit esse figura
tunc cepit liber ostendi et insigillari. Sigillum vero appositum ad librum
claudit ne videatur scriptura tamen significat quod id quod secretum in eo latet
nondum videtur. Unde dicitur Ysaye 24 Secretum meum michi. Quid enim
fuit Ade de terra virgine plasmacio quid eius dormicio quid mulieris
de costis dormientis formacio. Quid Abel occisio quid diluvii mundacio
quid Abrahe circumcisio quid rubi visio quid virge floracio quid agni
immolacio quid serpentis elevacio et multa huiusmodi sigilla fuerunt que omnia
per Christum aperta sunt 1 Cor. x Omnia in figura contingebant illis. Alio modo
secundum Nicolaum Lyram sedens super thronum est Deus trinus et unus. Liber autem
est secreta divina sciencia in qua sunt omnia scripta. Ponitur autem in Deo secun-
dum duplex sciencia vel pocius una dupliciter modo dicta. Scilicet sciencia simplicis noticie
que se extendit ad omnia possibilia que numquam fuerunt nec erunt. Et sciencia visionis
que respicit existencia pro quacumque differencia temporis scilicet preteriti presentis vel futuri
et ista sunt in voluntate Dei operativa. Includuntur secundum ipsa in aliquo tempore
talia vero sunt que revelata sunt homini Christo. Et liber eo per angelum
Iohanni apostolo Et hec virtus Dei operativa metaphorice dicitur manus eius
dextera quia per manum dexteram operamur Et in libro qui dicitur Dei noticia
de dispositis ab eo fieri continentur esse dicitur in dextera manu Dei

Ca

Scriptio vero libri designat clausionem divine scientie de dispositis ab eo fieri quasi fuerit ab eo revelatum fieri vel in effectu producta. Sigilla vero non sunt aliud nisi voluntates dei claudentes et aperientes suum secretum. quibus vult et quando sibi placuit. que licet in se sit una tamen dicitur multiplex respectu ad varios effectus relata iuxta illud psalmo c x Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Septenarius igitur sigillorum apud eum est septenarius revelationum divine voluntatis ad revelandum Iohanni distincta scilicet revelationibus vel fiendis in vi temporibus Et cum in hiis verbis innuitur profunditas divini secreti tunc dicitur Et vidi in dextra sedentis super thronum librum scriptum intus et foris Clausum sigillis septem etc.

Et vidi angelum fortem predicantem voce magna Quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius Et nemo poterat neque in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum neque respicere illum Et ego flebam multum quia nemo dignus inventus est aperire librum nec videre eum. Posita libri signati visione in qua innuitur profunditas divini secreti Subiungit de libri apertione angelorum inquisitionem et querit ad librum aperiendum aliquem dignum impossibilem invenerit Ibi et nemo poterat etc. et videntibus et de hac impossibilitate lugubrem lamentationem ibi Et ego flebam etc. Quantum ad primum dicit Et vidi angelum fortem per quem angelum significatur collectio patrum veteris testamenti et prophetarum prefigurantium et desiderantium adventum Christi in carne. Unde Richardus Quis est iste angelus nisi antiquorum patrum cetus Angelum namque bona nunciantem fortem carne invidum et dyabolum vincentem predicantem voce magna id est summo desiderio estuantem et dicentem Quis est dignus aperire librum et solvere signacula eius id est sacri eloquii secreta clausa sub figuris et enigmatibus reserare. Secundum Gregorium xiiii dyalogorum Angeli quippe id est predicatores veteris testamenti scilicet sancti prophete et patriarche quorum quilibet potest dici angelus id est nuncius iuxta illud Malachie ii Labia sacerdotis custodiunt scientiam angelus enim domini exercituum est anxie requirebant quis possit legem spiritualiter intelligendo reserare ut dicit Haymo Sed dices Quare non ait in plurali numero vidi angelos fortes. Dicendum quod mos est scripture sacre quandoque loqui de una persona in singulari per quam omnes consimiles intelligantur. Mathei xiii Omnis scriba doctus in regno celorum profert de thesauro suo nova et vetera. per quem omnes consimiles intelliguntur. Vel ideo dicit in singulari ad denotandum concordiam patrum in petendo de Christo et in desiderando eius adventum Et sic sepe ponitur in isto libro unus scilicet pro quo tamen multi intelliguntur. Ostenditur igitur in hac littera desiderium antiquorum patrum de implecione divine promissionis super reparatione generis humani que erat in libro signata. Unde glossa Secundum hoc prelati intellexerunt aliquem adeo dispositam reparationem hominum et quod fieret expectabant, sed quid fieret ignorabant. Et hoc pulchre deducit Augustinus libro Cur deus homo c x dicens Talis factus fuit homo ut si non peccaret filios gehenne minime generaret sed eo in innocentia permanente tot solum innocentes procrearet quot ad angelorum consortia asciscendi sunt post finem seculorum. Ergo autem si homo peccaret in consiliis scientie dei statutum erat ut unus quidam ad secula in finem prius manebat [illegible] ex homine propter hominem assumeret quod fieret [illegible] et mediator humani generis et tunc quasi deus repararet omnia que in celo vel in terra perdita erant. Adam ergo propter inobedientiam morti addictus multo potuit dolere sed multotiens ac inenarrabiliter possit lugere si reparationis sue misterium divinitus ignorasset. Sciebat enim bene quod deus angelis delinquentibus non pepercerit sed irrecuperabiliter eos dampnaverit Ideoque multo multotiens sibi parcendum opinari potuit. Demum itaque quia eius fingendo vetita quasi ruinam fecerat satis graviorem et incomparabiliter valde deteriore desperando incurrisset nisi semper adventum domini ad instar angelorum dampnatorum cognovisset venturum. propter quod divina providentia que lapsum humanum pertingere disposuit cum videret quod ex toto conduxit quod tandem ad gloriam rediret ei insinuare voluit ut quasi sub multis miseriis existentes de spe recuperande salutis letificaret et quodammodo pondus instantis ei dolore

alleviare videret. Primo igitur homini revelatum adventum domini nisi multo de
instanti miseria doleret valde tamen de suo sive de posteritatis redemptione iam
de longinquo gaudet et plures sanctis quibus [...] mortis imperat quasi
congratulando exemplum receptum per adventum domini possum intimare. Unde
veteri itaque textu didicimus quod ab Adam domini postulatur adventus
quia nemo adventum domini precedentium ipso adventu domini redimi
aut salvus esse potuit nisi qui in illum venturum fide cognovit et credidit
et qui in eo certam spem sue redemptionis habuit. Et [...] eos creator in-
tegrum quos patres summo desiderio estuabant ut redemptor adveniret
de celis descendens quibus de tenebrarum locis eos quatenus erueret
atque ad supernam patriam reduceret quam perdiderat. Gemebant [...] post
primi parentis lapsum nemo ex eius stirpe more nullo [...] erat
qui se vel alios erigere valeret nisi desursum veniret qui [...] divi-
nitatis de carne peccati sine peccato arriperet humanitatem cum qua
homines iacentes erigeret et de palude cui inhesant valde magno
ut ita dicam conamine extraheret. Cum quippe desiderio priores patres
estuabant et tali spe patriarche refocillabantur usque ad illud optatum tempus
quo deus mirabile opus implevit quod per multa tamen tempora mundo
promiserat. Hinc prophete predicabant [...] salvatoris adventum verbis
et moribus quos signabant et quasi [...] per huius vite noc-
tem [...] veri solis ortum diu sedentibus in tenebris et umbra
mortis luminis argumentis pandebant. [...] Et hoc similiter in
littera [...] dicitur [...] intellexi angelum et patres veteris
testamenti qui dicuntur angeli singulorum [...] gaudiis et fidei uni-
tatem fortem propter expectationis longitudinem [...] et tribulationum to-
lerantiam [...] insurgentem et [...] voce magna
et desiderio et [...] magno [...] de qua salute exquisierunt
atque scrutati sunt prophete qui de futura in nobis gratia prophetaverunt
scrutantes quid vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi
prenuntians eas que in Christo sunt passiones et posteriores glorias. [...]
Luce X multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis
Et Ysaye 64 [...] in persona patrum desiderantium adventum Christi Utinam
dirumperes celos et descenderes. [...] victurus est quando
ista faciet Deus. Hoc autem secundum adventum Christi in carne desidera-
bant antiqui patres propter multa. Primo ut deo reconciliaret. Job IX
Non est qui possit ponere manum in ambobus. Super quo Gregorius
IX moralium Christus in ambobus manum posuit quia homini operandi
exemplum tribuat et deo in se opera quibus placeatur ostendit quod
nullus alius unquam facere potuit. Secundo ut dei familiaritatem quam
amiserant assequerentur. Cantica VIII Quis mihi det te fratrem meum
sugentem ubera matris mee ut inveniam te foris et osculer te et
iam me nemo despiciat. Et Cantica primo Osculetur me osculo oris sui.
Super quo Bernhardus sermone 2o Iam promissos et visos non recipio
figuras et enigmata nolo ipsas quoque angelicas [...] fastidio. Quia
quippe superat specie et pulchritudine illos meus. Tertio ut legis
austeritas et onus mitigaretur. Actuum XV Hoc est onus quod neque nos
neque patres nostri portare potuimus. Ysaie X Computrescet iugum
a facie olei. Quarto ut captivi de limbo liberarentur ubi multi
erant. Job [...] In profundissimis inferni descendit anima mea. Sed
Christus liberavit. Zach. 9 Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos. Quinto
ut ab eis opprobrium inimici tolleretur. Psalmus Aufer a me opprobrium et
contemptum. [...] exaltabitur caput meum super [...] Sexto
ut humana natura exaltaretur. Psalmus Tenuisti manum dexteram meam et in
voluntate tua deduxisti me et cum gloria suscepisti me. Et horum
desiderium antiquorum vehementia exprimitur per antiphonas que cantantur
ante nativitatem domini in adventu. De quo dicit Bernhardus super Cantica
sermone 2o Ardorem desiderii patrum suspirantium in carne presentiam
frequenter cogitans compungor et confundor in meipso et vix contineo la-
crimas. Cui namque nunc tantum gaudium ingerat huius gratie exhibitio
quantum antiquis contulit sola promissio. Septimo ut scripture clause prius aperirentur

Job 38 Nunquid post ortum tuum precepisti diluculo et ostendisti aurore locum suum. Aurora est scriptura. que post ortum xpi fuit apta. Unde dicitur in Apocalypsi quis est dignus aperire librum. id est divinam dispositionem de reparatione humani generis implere et misteria clausa sub figuris et enigmatibus manifestare et solvere sigilla eius id est obscuritates legis explanare. Sed postquam qui per ordinem verum primus non est solvere signacula quam librum aperire. Sed hic ordinat ergo videtur quod inconveniens. Dicit enim Haymo quod ordo litere preposterus ordine sensus ostendit. quia prius dominus librum aperuit id est scripturam veteris testamenti in se factus homo complevit. Mathei v Non veni solvere legem sed implere. et sic demum resurgens a mortuis sigilla reseravit quando discipulis aperuit quedam de hiis que de eo dicta fuerant et scripta in lege psalmis et prophetis Luce ultimo. Et etiam ut dicit Augustinus librum aperuit cum illud opus paterne voluntatis aggressus est id est cum conceptus est et natus. Sed sigilla solvit cum pro genere humano occisus est. aliud est ergo de apertione huius libri et aliud de quo procedit obiectio. Et sequitur 3a particula huius prime partis in qua exprimitur impossibilitas inventionis apertionis libri cum dicitur et nemo id est nulla creatura rationalis poterat neque in celo id est in angelis neque in terra id est in hominibus. neque subtus terram id est in animabus iam corpore exemptis aperire librum id est reserare misteria scripturarum. quia necdum plenitudo temporis advenerat cum talia precepta legis impleri Augustinus dubitabat ut ait Haymo. Et ut Augustinus neque angelus erat in terris vivens neque mortuus poterat librum aperire. nec etiam respicere illum id est contemplari splendorem novi testamenti Sed dicit Cum ipse de se Johannes dixerit vidi in dextra sedentis librum. quo dicit hic quod nemo poterat illum respicere Si enim nemo neque in celo nec in terra neque sub terra poterat respicere librum. ergo nemo ipse scilicet Johannes potuit illum. Unde Nunquid ei soli concessum est quod nemini aut hominum aut angelorum permissum est Dicendum enim Haymo quod respicere ponitur hic pro eo quod est dignè comprehendere Nullus enim angelorum vel hominum potest comprehendere quo ille incircumscriptus et incensitator spiritus intra uterum matris virginis sit animatus Quomodo qui celum et terram implet intra sinum unius mulieris est gelatus. Quomodo ille per resurrectionem suam verum habens corpus et palpabile clausis ianuis intra solidos parietes ad discipulos intravit. Nullus itaque ratione mentis potest comprehendere qualiter hec tamen a dei filio complentur. Ysaie 53 Generationem eius quis enarrabit. quod non solum intelligitur de divina sed etiam de humana christi generatione ut sentit glossa. propter quod ut habetur Johannis primo dixit beatus Johannes baptista. Non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius. quod exponit Gregorius super evangelia lecta omelia prime partis de misterio incarnationis. ad quod explicandum professus est se esse indignum et dicit. Non sufficio sensu capere nec verbis explicare naturarum unionem in christo. Vel enim Jeronimum aperire librum est mortem devincere et regnum celorum aperire satisfaciendo pro homine ad quod nullus fuit dignus nisi dei filius incarnatus. Hoc etiam deducit beatus Gregorius ix moralium tractans illud Job ix. Non est qui possit ponere manum in ambobus. Et ibidem xvi super illo Job 23 ponat iniquitates contra me ut perveniat ad victoriam iudicium meum. Et xvii super illud Job 26 prudentia sua percussit superbum. Et xx in principio super illo Job 33 Si fuerit pro eo angelus loquens unum de milibus Et 31 super illo Job 31. Quis mihi tribuat auditorem ut desiderium meum omnipotens audiat et librum scribat ipse qui iudicat ut in humero meo portem illum. ubi dicit quod non fuit via redeundi salutis ad regnum nisi per hominem deum ubi habes de hoc. Oportebat enim esse equalem deo cum satisfacere posset. et esse de genere illius scilicet ade cum satisfacere tenebatur. Omnes enim in adam peccaverant ideo oportebat esse deum

et hominem genitum de genere ade sicut dicit anselmus li° Cur deus homo et quia deus
homo ... cum anselmo . debitum quidem ade tam erat ut illud
non posset solvere nisi deus & non debebat nisi homo ita ut idem esset homo
qui erat deus Ergo necesse fuit ut in unitate persone deus hominem
assumeret. Sicut homo qui in natura debebat solvere & non poterat esset
in persona qui posset. quia satisfactionem pro peccato non poterat solvere nisi deus
& non debebat nisi homo Ecce ... necessario constat ut de hominibus
fieret illa superne civitatis restauracio . quod fieri nequiret nisi
fuisset reddita pro peccatis satisfactio . quam nemini facere nisi deus
nec debebat nisi homo necesse fuit ut eam faceret deus homo sicut
eum vertunt Et pro culpa hominis satisfaciat homo ita necesse est
ut satisfaciendo idem sit qui peccator de eiusdem generis &c Ergo
Nullus homo de ade stirpe nullus poterat reparari per quem
valuisset genus humanum reparari . patet ex dictis Et racione augustini .
Et illi per hominem unde hominum redempcio fieri videatur quem
ut intelligat quod de ade stirpe nullus nascitur reparari poterat qui illius
delicto non teneretur astrictus Et ideo quilibet continuo universale
chirographum delere posset quanto universali vel propria culpa minime careret
Unde rex potens et clemens tali modo homini subvenire disposuit quo
melius nusquam excogitari potuit Et unde condescendit clementer inde
illum elevavit potenter quia enim primus homo cecidit quia deus naliter
hominem condedit oportuit ut homo secundus conderetur cui rectitudinem
quam primus homo non tenuerat . iste quasi emendando teneret Ergo
& neque per ullum angelicum spiritum congrue solvi potuit ade
debitum . patet ex predictis Et racione anselmi ubi supra qui si aliquem
ade debitum solvi potuisse opinatur Cogitet quod angelica natura et ipsa
partim erat corrupta et quia ad incommutabilitatem suam gratuitam
sine confirmandam nec ipsa sibi suffecerat . iam ad aliorum ruine
reparacionem nulla racione sufficeret Fuit et aliud quidem et si multo
posset pro quo ad hominum redempcionem mitti non debuit angelus
Quicumque qui aliquem redimit quasi iure illius obsequium exigit
et se velud dominum ipsius vult multo ... Esset ergo valde incon:
veniens ut honor qui soli creatori debetur a creatura creature
exhibetur Et homo qui ad angelorum equalitatem deducendus erat
quasi ab omni honore et dignitatis consorcio alienus valde inferior
angelis velut non ab ... inveniretur Semper itaque in homine
maneret confusio et cordis insanabilis contricio . qui videt se sub angelo
velud ab aspectu dignitatis abiectum Et ... reassumpsisse quem
pro culpa contingit amisisse Quod utique absque timore meo ore
umquam posset homo tolerare vel ... omnimodas illi reddi
qui nos adeo dilexit quod paulo minus ab angelis non est deditus mino:
rari . quibus illa sua miseracione nos cunctos lapsos erigeret et ad
equalitatem angelorum perfecte reduceret Hec ille Quod hic tangitur in
litera cum dicitur Et nemo poterat neque in celo neque in terra
neque subtus terram aperire librum Et sequitur . ita piacula scilicet videbat
de hac impossibilitate lugubris ... cum dicit Et ego fle:
bam multum . quia nemo dignus inventus est aperire librum nec vide:
re eum Ricardus Haymo cum iam quia beatus Iohannes ista videbat
iste liber de quo iam supra dictum est per misterium nativitatis passio
resurreccionis ascensionis et adventus spiritus sancti fuit revelatus Cur
se flevisse dicat eo quod nullus sit inventus qui librum posset aperire
Respondet dicens quod beatus Iohannes non ex persona sua flet sed ex persona
patrum veteris testamenti qui flebant desiderantes adventum filii dei
in mundum Proverbiorum 13 Spes que differtur &c Ex quo patet
quod nullus potuit librum aperire neque respicere nisi unigenitus filius ~~...~~
ut dictum est . sive dicatur apercio libri revelacio archanorum miste:
riorum sive satisfactio pro genere humano ipse namque solus est ille fortis
qui intrat domum fortis et eripuit vasa eius Mathei 12 &c

Circa vero istum fletum notandum, quod secundum quod dicitur in glosa super Mathei 2, Rachel luctum implet qui consolacionem futuram querit. Deflet ipsa pastorum cum David et Jeremia. Flet cum flentibus cum Paulo ad Romanos 12. Et flet cum Johanne hic, quia nemo est inventus dignus aperire librum. Primus est fletus contricionis, secundus compassionis, tercius desiderii celestis. Non ergo flevit in persona patrum pro defectu alicuius rei temporalis, sed pro defectu intelligencie divine disposicionis et dilacione humane reparacionis. Et hoc cum Thobia dicens: Quod mihi gaudium est qui lumen celi non video. Unde est fletus multorum remissionis culpe, quo fletu flevit Petrus, de quo Mathei 26: Egressus foras flevit amare. Et est fletus multorum renovacionis divine et gracie hic. Unde et Salvator apparuit Marie flenti ad monumentum, Johannis XX. Et est fletus multorum fecunditatis virtuose in prole virtutum, qui fuit figuratus in fletu Anne primo Regum primo. Et est fletus multorum vite eterne, Luce VI: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Unde et vita Ezechie flentis fuit prolongata, quarto Regum 20. Ex omnibus igitur dictis patet quod nullus potuit librum aperire nisi unigenitus Dei filius. Nam quamvis plures antiqui futuram cognoverunt incarnacionem et passionem et secreta nostre redempcionis, nunquam tamen ad plenum modum potuerunt scire. Unde et beata virgo quasi in dubitacione dixit Luce primo: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Et adhuc dicitur quare non dicit Johannes quod angelus fortis predicans voce magna flebat, tum quia erat tempore antiquorum XXI ad similitudinem; et una est etiam ex patribus veteris et novi testamenti secundum illud Canticorum sexto: Una est columba mea. Secundum autem Nicolaum Lira iste angelus fortis videtur fuisse Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei, qui predicavit voce magna: Quis est dignus aperire librum, id est manifestare Dei secretum, et solvere signacula eius, id est sigillatim ostendere qualiter singula que scripta sunt procedunt ex divina voluntate. Et nemo poterat in celo quantum ad angelos, neque in terra quantum ad homines, neque subtus terram quantum ad demones, in quibus remanserunt naturalia integra, aperire librum, quia nullus istorum potest ad secreta Dei attingere nisi Deo revelante, qui primo revelavit Christo homini et Christus per angelum Johanni. Per fletum autem Johannis designatur eius desiderium de sciendo ecclesie futurum processum.

Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris; ecce vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum et solvere septem signacula eius.

Secunda pars principalis huius capituli quinti, in qua narrata libri signati visione, de aperiente librum angelum inquisitum ad aperiendum librum aliquem dignum impossibili invento, et ipsius videntis sancti Johannis de hac impossibilitate lugubri lamentacione, consequenter subdit de apercione libri consolacionem et ipsius apercioris libri magnificam laudacionem. Et dividitur in 3 partes. Primo narratur promissio prophecie de libri apercione. Secundo subditur visio ipsius apercionis sive revelacionis, ibi: Et vidi et ecce in medio throni. Tercio pro ipsa revelacione relacio laudis, ibi: Et cum aperuisset. Prima subdividitur, quia primo ponitur consolacio Johannis in persona sanctorum veteris testamenti et prohibetur ne fleat. 2º subditur causam quare flere non debeat, ibi: Ecce vicit. Circa primum dicit: Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris. Per hunc seniorem secundum Haymonem quemlibet patrem veteris testamenti possumus accipere, qui prenuncians adventum filii Dei ceteris consolacionem prebebat, quorum unus scilicet Jacob dicebat, Genesis 49: Non auferetur sceptrum de Juda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Et idem ibidem: Salutare tuum expectabo Domine. Dum ergo ista dicere videbat utique librum illum per adventum filii Dei reserandum, sive dicitur apercio libri misteriorum archanorum revelacio, sive satisfactio pro genere humano. Unus ergo de senioribus, hoc est de patriarchis sive prophetis

...pectus a deo ad pronunciandum illud misterium dicit Iohanni flenti. Hoc est
exprimenti desiderium sanctorum ~~patrum~~ patrum de adventu filii dei. Ne
fleveris. Ecce vicit leo de tribu Iuda. Vel propter Ysaias qui dicit ca. lo
iii. Tamquam ovis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram ton-
dente obmutescet. Et propter hoc maximo desiderio adventum ipsius sitiens
dicebat eiusdem xvi. Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deserti
ad montem filie Syon. Vel Ieremias qui dicit ca. xi. Et ego quasi agnus
mansuetus qui portatur ad victimam. Aut alius ex prophetis. Nam ut
dicitur Act. 3. Deus per os omnium prophetarum suorum prenunciavit pati
Christum suum. Propter quod Richardus dicit quod senior iste chorum significat
prophetarum antiquorum de redemptore futuro confitentium et [illegible].
Chorus ergo prophetarum dicitur unus propter unitatem fidei et prophetie
rei et unitatem spiritus quo loquebantur inspirati. Numeri 2º. Et uno
spiritu prophetabant. Vide beatum Gregorium 29 moralium tractantem illud Iob
38. Numquid coniungere valebis micantes stellas pliades. Dicit: Micantes
stelle pliades que et .7. sunt, quid aliud quam sanctos omnes denunciant. Qui
inter presentis vite tenebras spiritus septiformis gratie lumine nos illustrant. Qui
ab ipsa mundi origine usque ad eius terminum diversis temporibus ad prophetandum
missi [illegible] aliquid sibi coniuncti sunt et [illegible] aliquid non coniuncti. Stelle namque
pliades ita vicine et dense sunt condite ut et sint et tamen coniungi
[illegible] possint [illegible] vicinitate eadem [illegible] sint, quia tamen disiuncte
simul quidem sibi sunt et tamen lucis sue varios radios fundunt. Ita
sancti omnes aliis atque aliis ad predicandum temporibus apparentes et dis-
iuncti sunt per visionem sue incarnationis et coniuncti per intentione meritis simul
micant, quia cum predicant quod non semetipsos tangunt, quia in diversis temporibus
apparuerunt. Diversis temporibus Abel, Ysaias et Iohannes apparuerunt,
diversi quidem fuerunt tempore sed non predicatione. Nam Abel redemptoris passionem
significans agnum in sacrificio obtulit. Gen. 4. De cuius passione Ysaias
ait: Sicut agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum.
Ysaie 53. De quo Iohannes quoque ait: Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata
mundi. Iohannis primo. Ecce diversi quidem temporibus missi et tamen concorditer de-
nuntiati redemptoris innocentia sentientes eundem agnum Iohannes ostendendo,
Ysaias providendo, Abel offerendo locutus est. Et quem Iohannes in ostensione,
Ysaias in locucione, hunc Abel significando in manibus tenuit. Et ideo sequitur
in littera subditur: de qua littera [illegible] dicitur Ecce vicit leo de tribu
Iuda. Secundum beatum Gregorium 4to moralium tractantem illud Iob 4º.
Rugitus leonis et vox leene et dentes catulorum leonum contriti sunt.
Certa namque uniuscuiusque rei ex diversitate [illegible] in sacro eloquio [illegible]
qualibet littere diversa significant. Hic quippe leo virtutem, hic et seviciam.
Virtute ergo dominum, sevicia dyabolum significat. Hinc etiam de dyabolo
dicitur 1 Petri 5. Adversarius vester dyabolus sicut leo rugiens circuit querens
quem devoret. Hinc de domino dicitur: Hic vicit leo de tribu Iuda.
Ut enim ait Haymo, Christus appellatur leo propter resurrectionem, quia victor a mortuis
resurrexit. Dicitur etiam agnus propter victimam, quia oblatus est pro
nobis in cruce. Et ille leo enim magnus est per divinitatem, agnus
parvus per humanitatem. Leo per potentiam maiestatis, agnus per
mansuetudinem humilitatis. Leo fortitudine, agnus pietate. Ut ait
Richardus: Ecce inquit vicit leo, id est Christus, qui ex pietate et condicione
fuit leo primo in Nativitate. Nam sicut leo cauda sua vestigia
delet ne comprehendatur, sic Christus cauda humanitatis vestigium divinitatis
abscondit, ne dyabolus eum agnosceret. Ysaie 45. Vere tu es deus abscon-
ditus. 1 Cor. 2º. Loquimur dei sapientiam in misterio absconditam, quam
nemo principum huius seculi cognovit. Si enim cognovissent, numquam
dominum glorie crucifixissent. Hugo: Tres leo naturas et tres habet inde figuras.
Nam leo stans fortis super alta cacumina montis, qualicumque via vallis
descendit ad ima, venatorem per notum sentit odorem, cauda cuncta
linit quo pes vestigia figit. Sic tibi qui celsi residens cacumine celi,
cum libuit tandem terrena visere partem, ut genus humanum relevares
crimine lapsum, non penitus notum fuit ulli demonio viscera Marie
tibi Christe fuisse cubile. Natus non vigilat dum sol se 3º gyrat. Sed
leo dat rugitum, vox eius suscitat illum, tunc quasi vivescit et sensus quinque capessit.

R

Sic qui te genuit tradidit post surrexit fecit Cum mortis vindex meriti
creatis inde sublevet Cum hiis custodiis qui nullo tempore dormiunt pingit
ut pastor ne deviet a grege captor Et quociens dormit magnum
suo lumina claudit ut theobaldus episcopus in libello de naturis xii animalium
Secundo leo fuit in predicacione sive processu vite quia peccatores audacter
sine humano timore corripiebat Math 23 Ve vobis scribe et pharisei
ypocrite Tercio leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum Quod
exponens Gregorius xxx moralium dicit Quibus hoc loco leo dicitur nisi de
quo scriptum est Vicit leo de tribu iuda Qui fortissimus bestiarum dicitur
Quia in hoc illud quod infirmum est dei fortius est hominibus i Cor i
Qui ad nullius pavebit occursum dicat in persona sua Iohannis xiiii venit enim
princeps mundi huius in me non habet quicquam hec ibi Tercio leo fuit in passione
spiritualiter tunc ipse dyabolum vicit et predam de faucibus eius abstulit Numeri
23o Quasi leo erigetur et non accubabit donec devoret predam Gen
49 Catulus leonis iuda ad predam ascendisti fili mi requiescens accubasti
ut leo Deuteronomii 33 Dan catulus leonis fluet largiter ex basan
Dan interpretatur iudicium basan confusio Et in passione domini largiter fluebat
quia peccatores admiracioni sunt confusionem Quarto leo fuit in resurreccione
Quia mortuus tercia die statim prius velud eius voce suscitatus fuit
Numeri 24 accubans dormivit ut leo et sicut leena quam suscitare
nullus audebat dicunt naturales quod leo dormit apertis oculis sic ut dicit
glosa christus iuncte divinitatis carne expiravit Quinto leo fuit post ascen-
sionem in spiritussancti missione quando fortes fecit apostolos ne eius for-
midarent Ysaie 31 Quod si rugierit leo et catulus leonis super
predam suam occurrerit ei multitudo pastorum a voce eorum non formidabit
Hoc factum est post spiritussancti missionem tunc ita fortes fecit apostolos
ut multitudinem phariseorum et scribarum non timerent Sexto leo erit in
iudicio quando rugitum terribilem emittet Amos 3 Rugiet leo quis non
timebit dominus deus locutus est quis non prophetabit etc Et iste leo quod dicit ecce
quod est adverbium demonstrandi quia visibilis erit ille qui venit Ysaie 25 dicet
in illa die ecce deus noster iste expectavimus eum et salvabit nos Ysaie vii
ecce virgo concipiet et pariet filium quod est visibilem ostendet Baruch 3
post hec in terris visus est ecce vincit vicit leo Quid vicit iste leo secundum
expositores Certe iiii inimicos vicit mundum mortem infernum et dyabolum
De primo Iohannis xv Confidite ego vici mundum de 2o et 3o Osee 13
O mors ero mors tua morsus tuus ero inferne De 4to Iohannis 12
Nunc princeps huius mundi eicietur foras Sed videamus quomodo christus cum
dyabolo pugnavit et qualiter eum vicit Et intuendo scripturam ewangelistarum
invenimus quod dyabolus primo aggressus est christum tempore sue na-
tivitatis persecucione iudeorum tamen eum gravat tunc in domino erat
innocencia paupertas et humilitas et iam incepit austeritate vite ~~Primo~~
Tunc pastores cognoverant ipsum esse regem angelorum et hominum et hoc
divulgaverunt Luce 2o Tunc magi visa stella cognoverunt ipsum
esse regem hominibus dominaturum unde venientes ierusalem inquirebant dicentes
Ubi est qui natus est rex iudeorum vidimus enim stellam eius in oriente etc
Math 2o Tunc Simeon prophetavit eum esse lumen promissum gentibus
et missum ad gloriam plebis israel Quod ipsum fuisse verum messiam pro-
missum in lege et prophetis Luce 2o Et tunc dyabolus contra eum concitat
Herodem qui turbatus est et omnis ierusalem cum illo Math 2 Sed deus
fugit in egiptum et redeundo conservavit ea pro quibus perdendis dyabolus
seviebat scilicet innocenciam paupertatem humilitatem et austeritatem
vite et fidem illam quam existens puerulus plantavit in cordibus
multorum Et ibi tunc incepit victoria christi pro hiis per que debebat
dominium suum in hominibus reparare quia et hec duo in processu temporis
in sermonibus et in operibus dilatabat Secundo dyabolus aggressus
est christum in deserto ubi volebat eum primo decipere peccato gule et cibi
delectacionis sicut decepit primos parentes Alio peccato elacionis et superbie
propter quod ipse met erat eiectus de celo Tercio peccato avaricie que fere
totum mundum solet involvere christus autem ista vicit significans quod sui
fideles debent vivere in sobrietate in humilitate et voluntaria paupertate

Et quod contra hec vicia bellare debent pro hiis virtutibus obtinendis. Eo quod hec
vicia sunt fontes ex quibus profluit universitas viciorum. Omne enim
quod est in mundo aut est concupiscencia carnis aut oculorum aut superbia
vite. 1. Iohannis 2°. Tercio dyabolus aggressus est Christum hoc sue predicacionis
quo cepit vicium exarcem ducere et miraculis choruscare. Na tunc
concitat contra Christum quosdam qui contradicerent eius doctrinis. Et aliquos
qui impugnarent famam lenis sanctitatis. Et alios qui miracula eius calumpniarentur.
Hec hoc volens Christum fidem et eius imitacionem et robur in [illegible]
amittere. Sed dominus hec omnia devicit ad omnes quod ewangelium docet.
Eterna militat eius regno. Quod sed imitacio vite eius est neccessaria cuilibet
salvari cupienti. Et quod quilibet volens ei servire et in doctrina et in imi-
tacione debet esse firmus non obstantibus calumpniatoribus quibuscumque.
Ex quibus colligi potest quod sunt valde multi qui dei filius in assumpto
homine devictis omnibus adversitatibus reliquit fidelibus suis. Col.
Eum enim hii et non alii regnum eius et dominio sunt subiecti. Necessarium
putandum quod solum habes victorias dominus et legifer noster fuisset operatus
sine certo. Sathanas aggressus est eum hoc sue passionis quo iudeos
omnes etiam et illos quibus benefecerat contra eum [illegible] concitavit
unde detentus est. Qua detencione nos liberati sumus. Ligatus est. Qua
ligatura nos soluti sumus. Deturpatus est multis modis. Qua deturpacione
nos ornati sumus. Vilificatus est diversimode. Qua vilificacione nos
honestati sumus. Vexatus est variis modis. Qua vexacione nos pacificati sumus. Vulneratus est a planta pedis usque ad verticem capitis per totum
corpus. Qua vulneracione nos sanati sumus. Crucifixus est. Qua cruci-
fixione nos erecti sumus. Mortificatus est. Qua sua morte nos vivificati
sumus. Lanceatus est et de latere eius exivit sanguis et aqua quibus
abluimur et redempti sumus. Hec pugna nostri salvatoris pro regno
acquirendo in hominibus quod dyabolus super eum iniuste usurpaverat. Quem
tunc dominus vicit et ad celos victor ascendit cum a mortuis re-
surrexit. Tunc enim dixit illud Mathei ultimo Data est michi omnis potestas
in celo et in terra. Propter quod sponsa Canticorum 3° omnes in Syon admonet
ad considerandum humilitatem filii dei in homine assumpto dicens Egredimini
filie Syon scilicet ab ignorancia infidelitatis. Canticorum 3° Et videte et intelligite
Regem Salomonem id est filium dei in humanitate hominibus deo pacificante
in dyademate quo coronavit illum mater sua id est in humanitate honesta
pura sancta quam habuit ex matre. Quod virgo non deturpavit filium suum
ut alie matres sorde originalis peccati. Considerate ergo conspicue quomodo hoc quod deus
latuit in homine humilitatus est et est causa ipse dominus humanatus vinceret
dyabolum et auferret ei in hominibus regnum. Nisi enim deus carne obumbraret
dyabolus eum non apprehenderetur. Propter quod ut dicit Gregorius super Ezechielem
omelia 2a parte 2a [illegible] xvi totum libri argumentis [illegible] quam cuncta
que de eo in sacro eloquio scripta sunt opere implevit. Ut que audita
intelligi non poterant visa panderentur. Ibi quippe incarnacio. Ibi passio. Ibi
resurrexio. Ibi ascensio illius continetur. Sed quis nostrum hec audita crederet
nisi facta cognovisset. Signatum ergo librum que aperire et reserare
nemo poterat. Leo de tribu Iuda aperuit. Quod omnia eius nobis misteria
in sua passione ac resurrectione patefecerat. Et propter hoc quod infirmitate nostre
mala pertulit sue nobis potencie ac claritatis bona ministravit. Caro enim
factus est ut nos spirituales faceret. Benigne inclinatus est ut nos elevaret.
Exivit ut introduceret. Visibilis apparuit ut invisibilia [illegible] monstraret.
Flagella pertulit ut salvaret. Obprobria et irrisiones sustinuit ut ab obprobrio
eterno liberaret. Mortuus est ut vivificaret. Agamus ergo gratias tam mi-
sericordi et mortuo. Unde bene salutem nostram et passionem illius Ysayas
contemplatus ait c. 28. Ut faciat opus suum alienum opus eius. Ut operetur
opus suum peregrinum est opus eius ab eo. Opus enim dei est animas quas
creavit colligere et ad eterne lucis gaudia revocare. Flagellari autem
atque sputis illiniri crucifigi mori ac sepeliri non hoc in sua substancia
opus dei est sed opus hominis peccatoris. Qui hec omnia meruit per peccatum.
Sed peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. 1. Petri 2°. Et quod in
natura sua manet semper incomprehensibilis in natura nostra comprehendi dignatus est
ac flagellari

Ca nisi ea que erant infirmitatis nostre susciperet · nunquam nos ad sue fortitu-
dinis potentiam sublevaret · ut quo faciat opus suum, alienum opus eius
Et ut operetur opus suum · peregrinum est opus eius ab eo · quia Incar-
natus deus ut nos ad suam iustitiam colligeret · dignatus est pro nobis
tamquam peior homo vapulare, et alienum opus facit ut faceret suum
Omnia per hoc quod infirma et mala nostra sustinuit · nos qui tradiderant
illius sumus · ad fortitudinis sue celsitudinem perduxit · hec ille · propter quod
merito de eo dicitur pro consolacione specialiter · Ecce vincit leo de tribu iuda
leo inquam de tribu iuda · eo quod natus est ex tribu iuda secundum carnem · quia
unde de semine iude descendit david · De cuius stirpe fuit virgo maria
Ideo quia radix david appellatur · luce quod dicitur ysaie xi · Egredietur virga de ra-
dice iesse · Sed contra · Videtur quod xpistus non sit natus ex tribu iuda · nec
genitus ex semine david secundum carnem · quia matheus genealogiam xpisti texen-
cam perduxit ad ioseph · Ioseph autem non fuit pater xpisti vere sed solum con-
firmatum marie conservandam pater est ab hominibus existimatus · luce 3° ut
putabatur filius ioseph · Secundo aaron fuit de tribu levi · ut zacharias
ygia vel uxor dicitur elizabeth cognata · que fuit de filiabus aaron luc
primo · Cum ergo david fuerit de tribu iuda · math primo · videtur quod xpistus
non descendit de semine david · Tercio semine xpisto dicitur de ieronia
Scribe virum istum sterilem · Nec enim erit de semine viri qui sedeat
super solium david · Sed de xpisto dicitur ysaie ix · Super solium david sedebit
ergo xpistus non fuit de semine ieronie · et per consequens nec de genere david · quia ma-
theus a david per ieconiam seriem generacionis perducit · Sed in opposito est quod
dicitur · vincit leo de tribu iuda radix david · Et apostolus ad Romanos primo · Qui
factus est ei ex semine david secundum carnem · Dicendum quod xpistus specialiter duorum
antiquorum patrum filius dicitur esse ~~secundum doctorem sanctum in 3a parte~~
~~q. 31 ar 2~~ scilicet abrahe et david ut patet math primo · liber generacionis ihesu xpisti
filii david filii abraham · Cuius racio potest esse secundum doctorem sanctum in 3a parte
q. 31 ar 2° · Prima · quia ad hoc specialiter de xpisto promissio facta est · di-
ctum est enim abrahe Gen 22 · Benedicentur in te omnes gentes terre · quod
Apostolus exponit de xpisto dicens ad Gallatas 3 · Abrahe dicte sunt promissiones
et semini eius · non dicit et seminibus quasi in multis sed quasi in uno · Et se-
mini tuo qui est xpistus · Ad david autem dictum est de fructu ventris tui po-
nam super sedem tuam · Unde et populi iudeorum xpistum ut regem honorifice
suscipientes dicebant · math 21 · Osanna filio david · Secunda ra-
cio est · quia xpistus futurus erat rex propheta et sacerdos · Abraham autem sacerdos
fuit · ut patet ex hoc quod dominus dixit ad eum · Gen xv · Sume tibi vaccam
trienem et capram trimam et arietem annorum trium · turturem quoque
et columbam et cetera · fuit eciam propheta secundum quod dicitur Gen 22 · propheta est et
orabit pro te · David autem rex fuit et propheta · Tercia racio · quia in
abraham primo incepit circumcisio · In david autem maxime manifestata
est dei dileccio secundum quod dicitur 1 Reg xiii · Quesivit sibi dominus virum iuxta
cor suum · Et ideo xpistus utriusque filius specialissime dicitur · ut ostendatur esse in sa-
lutem circumcisioni et eleccioni gentilium · Ad primum ergo dicendum quod hec
obieccio fuit fausti manichei · volentis probare xpistum non esse filium david · quia non
est conceptus ex ioseph usque ad quem mathei series generacionis perducit
Contra quod augustinus respondit xx libro contra faustum dicens · Cum illud
ewangelista dicat · virum marie ioseph esse · et xpisti matrem virginem esse ex se-
mine david · quid restat nisi credere mariam non fuisse extraneam a cognacione
david · et eam ioseph coniugem non frustra appellatam · propter animorum confederacionem
quamvis ei non fuerit carne commixtus · et pocius propter dignitatem virilem ordo
generacionum ad ioseph perducitur · Sic ergo nos credimus eciam mariam
fuisse de cognacione david · quia in scripturis credimus quod utrumque debuit et
xpistum de semine david secundum carnem et eius matrem mariam non cum viro
concumbendo sed virgine · Et ut Ieronimus dicit super math · Cum ioseph
non sit pater domini salvatoris · ordo tamen generacionis eius usque ad ioseph
deducitur · primo · quia non est consuetudinis scripturarum ut mulierum in genera-
cionibus ordo texatur · deinde ex una tribu fuit maria et ioseph
unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam · propter quod et simul censentur

in bethleem quasi de vna stirpe generati. Et ut dicit augustinus in libro de
mirabilibus et quibusdam [illegible] fuit quandam [illegible] usque ad ioseph [illegible]
ne in illo generatio vili [illegible] utique potiori fieret [illegible]. tamen [illegible]
nichil unde [illegible] quia ex semine dauid et ioseph erat et maria [illegible]
ad [illegible] dominum quod [illegible] obediuit Iuxta Gregorium nazanzenum dicit
quod hoc nutu superno contigit. ut regium genus sacerdotali stirpi misceret
ut christus qui rex est et sacerdos ab utrisque nasceretur secundum carnem. unde
et aaron qui fuit primus sacerdos secundum legem. duxit ex tribu iuda
uxorem elizabeth filiam aminadab sororem naazon Exodi vi
Sic premisse fieri potuit. ut scilicet elizabeth aliam uxorem habuit de
stirpe dauid [illegible] beata virgo que fuit de stirpe dauid esset elizabeth
cognata. vel potius [illegible] beate marie de stirpe dauid [illegible] uxorem
habuit de stirpe aaron. vel sicut augustinus dicit 26 contra faustum si
scilicet ioachim marie fuit de stirpe aaron ut faustus hereticus per quasdam
scripturas apocrifas asserebat credendum quod ioachim fuit de stirpe [illegible]
dauid vel etiam uxor eius. ita quod per aliquem [illegible] dicimus mariam
fuisse de progenie dauid. ad [illegible] quod per illam autem prophetiam
[illegible] ambrosius dicit super lucam [illegible] de semine [illegible] posteros
nasciturus. Et ideo christus est de semine eius. et quod regnat christus non est
contra prophetiam. non enim honore seculari regnauit. ipse enim dixit Regnum
meum non est de hoc mundo Iohannis 18. Secundo [illegible] quod dicitur
radix dauid. Cum glosa dicit [illegible] a dauid. Queritur quomodo dicitur
eius radix. et quomodo radix procedit a dauid. Dicendum ad hoc secundum [illegible]
quod sensus est Radix dauid est ipse christus secundum diuinitatem in qua [illegible]
dauid excedit [illegible] Richardus. vel radix dauid [illegible] firmamentum ipsi
dauid. Nam etsi caro christi descendit de stirpe dauid. ipse tamen dauid
descendit a christo secundum quod deus. [illegible] superius
vnde ysaie xi et Romanos xv Erit radix yesse et qui exurget
[illegible] Michee v Et tu Bethleem
[illegible] in [illegible] radice
[illegible] Ex te egredietur qui sit dominator israel. ut [illegible] in radice
originalis et virtualis est [illegible] arboris [illegible] et eiusdem firmitudo
et unde vigoris et fructus plenitudo. [illegible] quod radix [illegible] comparatur
in plantis [illegible] 2o de anima. Sic a christo procedit [illegible] plenitudo. virtutis
firmitudo fructuum multitudo ysaie 37 Et ascendet sicut [illegible]
[illegible] et sicut radix de terra sicienti de hoc augustinus multum in [illegible]
et sic radix apparet [illegible] magna [illegible]
fuit de christo vnde Gregorius 19 moralium [illegible] illud Iob 29 Radix
mea aperta est iuxta aquas dicit Radix [illegible] ipse redemptor intelligitur
[illegible] intelligi. que iuxta aquas aperta est dum [illegible] inuisibiles per
assumptionem humanitatis sue patuit [illegible] visionis [illegible] creator [illegible]
qui in diuinitate videri non poterat. assumpsit ex nobis vnde videretur
a nobis. Radix ergo secus aquas aperitur. et autor humani generis per
humanitatem suam hominibus demonstratur. Vnde [illegible]
[illegible] Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum
[illegible] in arido
Et de semetipso [illegible] dicit Si in ligno viridi hec faciunt
quid fiat luce 23. lignum ergo secus decursus aquarum est. quia [illegible] et
[illegible] apparuit creator in carne. ut humanum
[illegible] quotidie [illegible] in morte
[illegible] fieri. vnde quod [illegible] defectu
vicit [illegible] leo aperire librum et soluere signacula eius. q.d. In hoc quod vicit
librum aperuit [illegible] impleuit. hoc est genus humanum
redemit. et soluit septem sigilla eius [illegible] occulta [illegible] misteria declarauit
vicit [illegible] aperire librum [illegible] ut aperiat librum. uel potius aperire librum
[illegible] Richardus dicit aperire librum. quia [illegible] librum [illegible]
[illegible] scripture soluit. Et haymo [illegible] librum aperuit et [illegible]
eius soluit. [illegible] omnia [illegible] de se. veniens in mundum impleuit
[illegible] Nec moueat [illegible] non dicit vincet tamen sit vox
[illegible] patrum quia [illegible] scriptura sepe preteritum ponit pro futuro [illegible]

foderunt manus meas et ille propter certitudinem prophetie. quia quod futurum erat
in dei presentia. viderunt prophetae iam factum et in dei presentia sine providentia.
Sic 1 Regum 2 Arcus fortium superatus est et infirmi accincti sunt robore.
Secundum vero Nicolaum lirani In ista littera insinuat dignitas christi quia
solus inventus est dignus librum aperire et secreta dicta. primo autem
et alius per Johannem mitiare cuius dicitur et unus de senioribus
dixit in consolando me de desiderii mei impletione Senior autem iste
videtur fuisse beatus petrus qui dicitur unus et primus de senioribus id est
prelatis ecclesie secundum eum dicuntur hic seniores eo modo loquendi quo dicitur
Regum 8 factum est vespere et mane dies unus et primus Consecrat enim
iam beatus petrus per martirium ad gloriam quia sub nerone passus fuit
Johannes autem postea tempore domitiani hanc revelationem accepit Et sic dum
petri assistens christo vel quasi effigies consolans dixit Johanni Ne fle
ecce vicit et aperire librum et manifestare esse decretum a deo per dominum

Et vidi et ecce in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum
agnum stantem tamquam occisum habentem cornua septem. et oculos septem
qui sunt .7. spiritus dei missi in omnem terram Et venit et accepit de dextera
sedentis in throno librum Proposita consolatione fletus ex impossibilitate de
libri apertione hic subiungit impressionem exhibitionem secundum Richardum Et dividitur
in duo primo ponitur apertio libri descripta. 2° subiungitur ipsius libri apertio
ibi Et venit et accepit etc Circa primum ad primum dicit Et vidi scilicet visione
spiritu ut supra dictum est Et ecce in medio throni et quatuor animalium
Queritur secundum quod supra 4to premissum est Et in medio sedis et in circuitu
erant animalia Qualiter ait hic quod vidit agnum in medio istorum omnium
et tamen hoc qualiter hoc fuit possibile Dicit secundum Haymonem Et hoc est
thronus quod quatuor animalia. hoc etiam seniores quod thronus et quatuor
animalia id est omnis ecclesia electorum. in cuius medio est christus id est in medio
ecclesiarum per orbem terre in nomine suo constitutarum Sicut ipse dicit Matthei
ultimo Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi
Et hoc est quod dicit hic Et ecce in medio throni et quatuor angelorum
id est in medio prelatorum per quatuor mundi climata consistentium Vel in medio
ecclesie militantis Et in medio seniorum id est doctorum. in quibus est sapientia
dei secundum illud Job 12 In antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia
vidi magnum agnum scilicet christum. qui dicitur agnus propter innocentiam Johannis 1
Ecce agnus dei Super quo Beda dicit Statera quasi paratum ad adiuvandum
et interpellandum pro nobis Ysaye 40 Sicut hominis sunt ait dubitancium
occisum scilicet pro peccatis humani generis 2 Corinthiorum ultimo Et si crucifixus est
ex infirmitate sed vivit ex virtute Sed queritur ad evidentiam litere
Primo Qualiter christus est in medio throni et animalium et seniorum Dicendum
secundum quod de hoc dictum est de 4to et 5° capitulis tamen circa sufficit ad
presens Et quia medium reperitur triplex Nam quoddam medium est potentie sine
virtutis cuius unum extremum est opus carnis secundum est opus glorificationis
ipsum vero medium est opus redemptionis Matthei 21 Perfecerunt turrim
in medio eius scilicet vinee quod hoc dicitur hic in medio throni Aliud
est medium sapientie cuius primum extremum est notitia per rationem secundum est notitia
per speciem medium vero notitia per fidem Et secundum hoc dicitur in medio animalium
Unde de ipso dicitur Ecclesiastici 50 quasi stella in medio nebule Tertium est medium
bonitatis sive sanctitatis cuius primum extremum est bonitas gratie quibus date
secundum felicitas glorie. medium ipsa bonitas gratie. Ideo dicitur hic in medio seniorum
Zacharie 2° In gloria ero in medio eorum Et Osee 11 Ego in
medio tui sanctus Sic dicitur tam in presenti dicitur domine in circuitu ipsius sunt
quod non in medio Dicendum quod est in medio presides et iudicans ecclesiam in circuitu
vero ambiens et defendens eam Secundo queritur qualiter dei filius
dicitur agnus cum super eodem vocatus est leo Dicendum secundum Regulam concordantie
Augustini super Johannem omelia 13 Et utrumque dicitur de christo scilicet agnus
et leo cum tamen non sint quid simile Et dicit quod multa ponuntur dicta de deo scilicet

nichil dicunt. Queris utrum non, sed unum, non invenis quid simile
invenies, agnus est. leo est sed ob quandam similitudinem. Unde dicit
Augustinus libro sermonum primo sermone vi. Una res multis significatur
et nichil horum est per naturam sicut christus nec leo nec agnus est
naturam. est tamen per figuram. Et contra faustum xii. per leonem et
agnum significatur christus non proprietatis nature sed similitudinis. Unde hic
primo vocatus est leo. unde vocatur agnus. Et non notatur in christo
quia in leone significatur divinitas et fortitudo deitatis. quia vicit ut leo
in agno figuratur mansuetudo humanitatis. in qua fuit occisus. Jeremie xi.
ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Item christus est leo. unde
...os puniendo. agnus bonos redimendo. Primum leo fuit resurgendo. agnus
moriendo. Et sponitur leo ut spes resurrectionis conforte et eiciat timorem
mortis. Apocalipsis eius doctrinam. Sic unusquisque prelatus. ut ergo christus sit leo
et agnus. leo per constantiam et fortitudinem. Proverbiorum 28. Justus quasi leo con-
fidens absque terrore erit. Et eius xxx. leo fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum. Talis fuit Helias. de quo dicitur Ecclesiastici 48. In diebus suis
non pertimuit principem et in potentia nemo vicit illum. nec superavit illum
...aliquid. Talis vobis quibus dicitur Ecclesiastici vii. Noli querere fieri iudex nisi
valeas irrumpere iniquitates. ne forte extimescas faciem potentis et ponas
scandalum in agilitate tua. Agnus autem per esse per mansuetudinem et hu-
militatem. Mathei xi. discite a me quia mitis sum et humilis corde. Propter
...or electus fuit Moyses in principe et duce populi. quia mitissimus erat. Numeri xii.
Erat Moyses mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Psalmus
... inveniet et in superiores veniet mansuetudo et corripiemur. quia prelatus
mansuetus utilis corripit quam durus. Debet igitur in prelato fieri quedam mixtura
ex fortitudine leonis et mansuetudine agni. ut sit iustus et mitior. Ideo
... plus mitior sit. ut legitur de domino Justus et multum mitior. Am-
... plus mitior sit homo mitior. plus tum a nobis appetit dominus amari
... timeri. Jacobi ii. Judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam. Superexaltat
... Ecclesiastici vii. Noli esse iustus multum. neque plus sapias quam
... est Ysaye xv. lupus et agnus pascetur. et leo quasi bos paleam
... hoc accidit cum sit in prelato mixtura iusticie et mansuetudinis
ita ut ut iusticia ... expellat nec ... iusticiam nimis excellat.
In prelato dicitur. Ubera patris habes ubera matris habe. Bernhardus sermone
... illud Canticorum primo. Introduxit me rex in cellaria sua. Exulta-
bimus et letabimur in te memores uberum tuorum dicat Eius adolescentule
... quo eius lux et gaudia sua reputat. ... repulse
... confidet ... intueantur consolantes ... Et videt ... condiat hoc prelati qui ... Volunt esse ...
... utilitati. Erudimini qui iudicatis terram. Discite subditorum matres
... non dominos. Studete magis amari quam metui. Et si interdum
... esse debet non dominus. Studete magis amari quam metui. Et si interdum
severitate opus est paterna sit non tirannica. matres fovendo. patres corripi-
endo vos exhibeatis. Mansuescite. ponite feritatem. Suspendite verbera
producite ubera. pectora lacte pinguescant non typo turgeant. Unde ingenij
... Numeri ... super eos ... onera portare debes. Tunc mortis
... Mapthei ... ad cuius magis ... Sermone ...
... tunc ad sinum ... ipsa tempore. Ad Galatas vi
... Sed heu ad litteram. hodie leo vivit et agnus occiditur. quia multi prelati
per violentiam opprimunt subditos et devorant mansuetos. Ecclesiastici 13. Venatio
leonis onager in heremo sic pascua divitum pauperes. Ezechiel 19. Factus est
leo et didicit predam facere ... et homines devorare. Quod ne fiat
dicitur Ecclesiastici 4. Noli esse ut leo in domo tua subvertens domesticos tuos.
Quod quia heu minime curatur. Non sine misterio Johannes vidit leonem vi-
ventem et agnum quasi occisum. quia in prelatis hodie vivunt et vincunt fe-
ritas rapacitas et crudelitas. Sed mansuetudo et pietas fere in omnibus
est occisa. Apocalipsis xiii. Agnus qui occisus est ab origine mundi. quia statim
ut oritur prelatus in mundo. moritur in eo pietas et mansuetudo

Ratio contra hoc quod dicitur stantem dicet aliquis. Unde 2° premissum est quod vi-
derit eum ambulantem in medio candelabrorum. Et supra eo dictum est quod
vidit eum sedentem. Nam dicitur ibidem et super sedem sedens. Aliter di-
citur quod vidit eum stantem. Ad hoc respondetur secundum glosam quod dominus dicitur
ambulare qui dona sua distribuit electis. 1 Cor. 12. Alii datur sermo sa-
pientie alii scientie etc. Dicitur autem sedere qui singulorum facta dijudi-
cat et distribuit. Sedere enim est iudicantis ait Gregorius super evangelia
parte 2a omelia ix. Dicitur autem stare qui certantes adiuvat. Stare enim
adiuvantis vel pugnantis ait idem Gregorius ubi supra. Unde et Stephanus
vidit Ihesum stantem a dextris virtutis dei. Act. ix. Et quia dei filius qui di-
citur agnus venit iuvare nos. Ideo stat in intellectu ipsum illustrando in
concupiscibili inordinatos affectus refrenando. In irascibili ad sustinendum
pro Christo voluntarie animando. Cuius signum precessit in Stephano
huius dicitur cum videret Ihesum stare, ipsum sic illuminavit quod intuebantur vul-
tum eius tamquam vultum angeli. Actuum 2m. Et non poterant resistere sapientie
et spiritui qui loquebatur. Actuum primo. Lapides torrentis illi dulces fue-
runt 2m. Quarto dicitur qualiter erat tamquam occisum, cum tamen
fuerit vere mortuus. Nam videretur ex hoc dare occasionem errori hereticis
ponentibus ipsum non esse hominem nec vere passum, nec suscepisse ca-
rnem sed fantasticam. Respondetur secundum glosam quod hoc ideo dicit quia licet crucifixus
tamen est ex infirmitate sed tamen vivit tamen ex virtute sed divinitatis.
Ut dictum est secundum expositionem litere quia quod erat vivens deus licet fue-
rit mortuus homo. Ideo erat tamquam occisus vel quia in electis suis cotidie
quasi moritur licet in se semper vivit. Math. 24. Quod uni ex minimis
meis fecistis mihi fecistis. Propter quod Act. ix dixit Paulo Saule Saule quid
me persequeris. Et Petro fugienti de Roma obvians dixit. Venio Romam
iterum crucifigi. Vel ideo dicitur tamquam occisum quia adhuc habet cicatrices vulne-
rum in corpore suo in testimonium contra reprobos quod moriebatur pro eo volunt put-
quas ostendet in iudicio. Zach. 13. Quid sunt plage iste in medio
manuum tuarum. Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui me dilige-
bant. Vel dicendum quod hic tamquam non semper est signum similitudinis sed est aliquando expres-
sivum veritatis sicut et hic quando Iohannes primo vidimus gloriam eius glo-
riam quasi unigeniti a patre. Ubi [struck] sumitur quasi pro veritate non pro sim-
ilitudine secundum Gregorium 18 moralium post principium. Vel tamquam occisum
quia cito surrexit. Ut non de morte sed de sompno surrexisse videatur. Psalmus
Ego dormivi et soporatus sum et exurrexi. Vel secundum literam Christus sicut
dictus est leo ratione resurrectionis, ita dicitur hic agnus ratione immolationis.
Propter quod etiam dicitur stans quia resurrexit ad vitam immortalem. Ad Roma.
Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Et tamquam
occisus, quia quotidie in ecclesia immolatur non secundum carnem quia resurrexit ad vi-
tam immortalem sed secundum effectum et representationem quia per oblationem eucharistie
communicatur nobis effectus sue passionis. Ipsa etiam oblatio eucharistie
est similitudo representativa passionis et mortis Christi secundum quod ipse dicit Luce 22. Hoc
facite in meam commemorationem. Illud autem quod reddit aliquid nomina-
tur nomine ipsius sicut imago Petri nominatur Petrus et eo eodem modo eucharistie
dicitur agnus immolatus. Et ad hoc designandum non dicitur hic agnus occisus
simpliciter sed tamquam occisus. Unde dicit Augustinus in libro sententiarum prosperi. Semel
immolatus est in semetipso Christus et tamen quotidie immolatur in sacramento. Du-
plici ratione celebratio sacramenti eucharistie dicitur immolatio Christi. Primo
quia sicut dicit Augustinus ad Simplicianum. Solent imagines earum rerum
nominibus appellari quarum imagines sunt sicut cum intuentes tabulam aut
parietem pictum dicimus ille Cicero est, ille Salustius. Celebratio autem sacramenti
eucharistie est quedam imago representativa passionis Christi que est vera immolatio. Un-
de dicit Ambrosius super epistolam ad Hebreos. In Christo semel oblata
est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos. Nonne per
singulos dies offerimus ad recordationem mortis eius. Alio modo quantum ad
effectum passionis quia scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus

domine passionis unde dicitur in quadam ordine dominicali servetur quarto Quibus
omnis ecclesie commemoratio celebratur opus nostre redemptionis exercetur. Quintum
capitur ad primum modum poterat et dici immolari etiam in figuris veteris
testamenti xiij et i. 13 dicitur quorum nomina non sunt scripta in libro
vite agni qui occisus est ab origine mundi scilicet principio. Secundum
ad modum secundum, quintum est eucharistie sacramento quia eius celebratio xpistus
immolatur et sic tangitur quinto scilicet secundum effectum et veritatem. Et Beda dicit
in omelia Qui non solum pretio sanguinis agnum dei vocavit quia vere enim pre-
ceteris mortalibus singulariter innocentem hoc est ab omni peccato mundum
noverit, et quia nos suo sanguine redemptos quia dona sua vellere
monuit, et quia nos vestem nuptialem facere possemus vel exa-
ponte largitus est quod nobis vestem nuptiale facere possemus
remedi nobis relictum providit quibus in dilectionem tales fieri debemus
ut innocentes et ab omni peccato immunes ut preter quod
tre inquit agnus dei ... innocentes et ab omni peccato immunes. Secundum
quidem ex ossibus adam ... nullam ... carnis peccati ... matu-
ram quidem ex ossibus adam, secundum nullam ... carnem peccatricem traxit
lam turpe. Secundum statum qui paratum ad adiuvandum et intercedendum
pro nobis. Ysaye 40 ... Secundum autem cornua id est scilicet elevata
caput et oculos id est scilicet in capite et exponendo subdit Qui sunt id est septem
spiritus unde haymo Quod per id est cornua hoc est significat et per id est oculos
spiritus sanctus sicut ipse manifestat cum subiungit Qui sunt id est septem
dei et cum sit unus septem ... secundum celestia ... illud Sapiencie i. Spiritus domini
replevit orbem terrarum. Decimo tertio id est cornua ... id est oculos hec septem
septiformes ipsius gratiam ... id est cornua figurat quia suos electos
confirmat et munit et ab adversitatibus protegit et defendit. Sunt enim cornua
lormat et munit et ab adversitatibus protegit et defendit. ... et sub-
stantia ... vigorem et firmamentum ... xiij ... et sub-
in se solida est significat ... roborantes De ... 33 cornua ...
noterat cornua eius Abakuk 2° Cornua in manibus eius ...
etiam gratia septiformis ... oculos id est quia suos electos illuminat et dirigit
destruentes ... terram Zach 2° Super lapidem unum id est oculi
... septem ... ut exponit Gregorius 29 moralium
... super xpistum ... attendit et inflammat
... per id est ... Quia ... adeo sunt emittuntur
Et ... missi in omnem terram quia effunduntur a deo sunt spiritussancti omnibus
omnibus volentibus accipere. Xpistus enim paratus est dare dona spiritussancti omnibus
ad ea se debite disponentibus. Osee 3° Effundam spiritum meum super omnem
carnem. Secundum et hoc ... quia cornua in capite sunt
et carnem excedunt ... per cornua possunt intelligi eminentes
in ... sine ... valde ceteris ... et capiti xpisto adherent
... illud psalmi Exaltabuntur cornua iusti in quo ... Zacharie 2°
Nam per cornua etiam reges intelliguntur ... spiritussancti munere
per cornua ... principali hinc paulus ... ne ... sit
quadam membra ceteris ... ait. Nos in ... ut cetera corporis ossa carne
... alibi ... dicit ... ut cetera corporis ossa carne
... et ossa ... cornua super carnem et ossa excedentes ... et ...
dentes in ... cornua ... excedentes ... et per fide et
... et capiti xpisto ... medium et per ... intelligunt ...
amorem que sunt radices cordis ... oculos ... intelligunt ...
... ... in capite et toti corpori ... unde ... de
... Oculi ... in capite eius. Psalmus Oculi mei ad fideles
terre ut sedeant mecum. De 2° ... et oculi tui videant ...
et palpebre tue precedant gressus tuos. Secundum Pelegrinum Cornua id est
significant ... electos. Primi eorum sunt electi ante diluvium vel
illos significat. Secundum sunt electi exinde usque ad legem. Tertium
electi sub lege. Quartum ... Quintum ... ex iudeis. Sextum
... ex paganis. Septimum electi in fine mundi. ... Cornua
... sunt solida ... et munitiva aliis defensiva ... quod
... significant sanctos qui ... id est dona spiritus quibus se et alios
muniunt ... et defendunt ... mundi ... et inimici
... Vel tamen cornua id est ... potestatis perpetuitatem quia
per cornua designatur regia potestas Luce i. Erexit cornu salutis nobis
per id est ... universitas seu ... perpetuitas ... omne ... septenario

dicerim mo pagitur danielis vii° ptas eius ptas eterna que non aufe
et regnum eius quod non corrumpetur luce primo et regni eius non
erit finis Et oculos s. x cogitacionis vinusitudum per oculos namque
cognitio designatur per s. vnusitas Ecci 23 Domino deo antequam crearentur
omnia sunt agnita sic et post perfectum respicit omnia Et sequitur v°
accepcionis et apercionis libri cum dicitur Et venit et accepit librum de
dextra sedentis in throno Querit haymo Cum pater et filius et spiritus sanctus
in diuinitate sunt vnius substantie quare et quare dicit ipsum agnum
accepisse librum de dextra sedentis in throno Respondet ipse hoc vtique quia qui
agnus factus est tamquam christus ipse homo assumptus a dei verbo non solum
a patre et spiritu sancto sed etiam a diuinitate ipsius verbi accepit vt
adimpleret opere que cuncta de eo predicta et prophetata in lege Hec ille vel
ego per caritatis assumptus ad humana redemptionem Johannis 1 in propria venit
Et accepit librum i. v. promissum soluendum que aperuit quod est redemptionis
generis humanum promissum et in scriptura satis signatum completum ostende
Sicut distinguit Richardus Johannis primo lex per moysen data est
gratia et veritas per ihesum christum facta est Mathei v° Non veni soluere legem
sed adimplere Vnde augustinus contra phaustum 18 Que vero ibi s. in lege
veteri vel rebus gestis vel sacrificiorum celebracionibus vel locucionis
modis figurate prophetata sunt in christo et ecclesia implentur hic ibi libri
ego ab agno aperire est ea que de ipso sunt pronunciata adimplere venit
igitur scilicet agnus in mundum et accepit de dextra sedentis in throno
id est a seipso deo et dei filio librum i. legem ad sciendum et aliis a
aperiendum et ad promissum soluendum Et licet christus homo etiam intelligere
scripturas et aliis aperiendi accepit a tota trinitate dicitur tamen accepisse
a filio propter vnione Et quod filio appropriatur sapientia Et quod filius dicitur
Christus homo Math 23 Non vocemini magistri quia magister vester vnus est
Notandum tamen quod anima christi ab instanti sue creacionis diuinitati coniuncta
habuit noticiam omnium que deus cognoscit sua visione que est presens
tota a principio vsque ad finem mundi Et ideo per hoc quod Johannes videt
agnum accipere librum de dextra sedentis in throno non significatur designatur
accepcio noticie prius habite sed de nouo Johanni reuelande et per eum
vniuersali ecclesie Vel aliter agnus dei dicitur esse in medio throni et
animalium et in medio seniorum Nam etsi sacre pagine volumina
solerti indagine perscrutari innotescat medium intimitatem quandam
extremorum ex proprietate vocabuli denotare ligat quod deum esse intimum
maxime putem omnibus creaturis per essenciam presenciam et potenciam
Vnde Moyses psalmum hebreorum [illegible] ac in mandatis dei pene de-
ficientem consolabatur eum quod confortabat dicens Dominus deus tuus in medio
tui est deutronomii Michael tamen agnus hoc est ipse verbum incarnatum
inter diuinas personas medium est quodammodo spiritualiter medium nostrum
hoc est intimius sicut dicit augustinus in confessionibus Tu es intimior omni intimo
Quam intimitatem beatus paulus expressit act xvii dicens In ipso viuimus
mouemur et sumus Vnde sicut verbum in medio trinitatis eternaliter consistit
et est medium totius creaturis Sequitur ponitur in misterio redempcionis nostre et
reparacionis semper medium seruare disposuit quod in conuencione generacionis et
corrumpi voluit vt in [illegible] temporis medio ad Galatas 4 At vbi
venit plenitudo temporis misit deus filium suum In medio noctis nasci
Sap. xviii° Cum quietum silencium continerent omnia et nox in suo cursu
medium iter haberet omnipotens sermo tuus domine exiliens de celis a regalibus
sedibus venit In medio duum animalium reclinari abacuc 3° In medio
doctorum disputare luce 2° In medio discipulorum administrare luce
In medio Judeorum ambulare Johannis viii° In medio latronum
crucifigi Johannis 19 In medio discipulorum manifestari luce 24 In
medio mundi salutem operari ps. 73 In medio candelabrorum post ascen-
sionem apparere Supra po In medio sedis sedere 6 3° Et hic in medio
throni stare Quod quidem medium hoc est hoc in actibus nostre reparacionis
seruare voluit Quia cum medium sit sitibus aptior ad instruendum virtus
fortior ad influendum nexus forcior ad connectendum Status durabilior
ad permanendum ipsi agno hoc est dei verbo incarnato competat ex innocente
conuersacione inspiracio status recte affectus Reformare nostre
terre dilectos humano fluxus vane corrupcionis quod ad hoc caro factum est

salutem quam procurare instituat quemadmodum efficere valet. Ideo decuit ut medium eligeret, ut sit essentialiter in medio throni et animalium et seniorum sicut sol inter sidera ut eos illuminet, sicut flos inter lilia ut decoret, sicut princeps inter milites ut eos roboret, sicut magister inter discipulos ut eos informet, sicut pater inter filios ut eos in pace concordet, sicut cor inter membra ut ea vivificet, sicut amicus inter amicos ut eos ad geminum effectum inducat. Et communibus medium multiplex invenitur. Est enim quoddam medium equaliter distantie sicut punctum in circumferentiam circuli, ... participationis sicut in tepido respectu calidi et frigidi, conclusionis sicut dominus que est in medio et inter muros cuiuslibet civitatis, et abnegationis quod abnegat sua extrema sicut fortitudo est medium audacie et timoris. Et quelibet virtus moralis medium duorum viciorum oppositorum secundum illud poete: Est virtus medium vitiorum utrimque reductum.

Et cum aperuisset librum quatuor animalia et 24 seniores ceciderunt coram agno habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum novum dicentes: Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnabimus super terram. Narrata apertione libri describitur ... libri apertionem subiungitur pro dicti libri apertione laudis exultatio ... electis in civitate dei et cum hoc aperientis magnificatio. Et subdividitur in tres. Primo narratur ab hominibus congratulatio et laudis exhibitio. Secundo subiungitur ab angelis congratulatio et collaudatio ibi: Et vidi et audivi vocem angelorum. Tertio narratur ab universis simul ibi: Omnis creatura. Circa primum dicitur: Et cum aperuisset librum scilicet agnus ... dicentes. Ad primum dicitur: Et cum aperuisset et divina dispensatione legis misteria primo occultata manifestasset et divina dispensatione redimendo genus humanum implesset. Quatuor animalia id est evangeliste et 24 seniores per quos ... per quos universi doctores evangelii et ... testamenti figurantur ut expositum est supra proximo, ceciderunt ... sentirent cum cognovisset filium dei esse librum aperuisse ... ceciderunt coram agno se humiliantes et subicientes ipsi ... quia humiliavit se propter eos factus obediens usque ad mortem crucis. Propter quod ... dedit ... ut in nomine Ihesu omne genu flectatur etc. Ad Philippenses 2°. Infra 19: ... cadentes coram agno in facies suas ... omnibus ... et cadentes sic coram agno in facies suas. Super quo Gregorius: ... ceciderunt Ezechiel 2°: Cecidi in faciem meam. ... Super quo Gregorius ... in faciem cadunt qui ex malis erubescunt ... retro cadunt ubi non videt ... quia cadunt retro ... retro ... Genesis 49: Ut cadat ascensor eius retro ... Moralium 31 ... Job 39 ... In faciem cadere est in hac vita suas ... confessione ... Retro vero cadere est ex hac vita ... et penitendo deflere. ... ignorare ... Unde et Heli ... cecidit retro 1 Regum 4. Quidam non cadunt coram ... quod ait: Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me ... cadendo domino Mathei 4 ... ceciderunt dei notatur magnificatio a sanctis cordis ... quod dicitur ceciderunt ... Unde dicit Haymo quod omnes sancti ... illum ... humilitate ... quo tanta misteria sunt ... cadunt ... humilia de se sentiunt ... ipsum imitantur. Unde et sequitur: habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum. Et ut ait Augustinus in originali per cytharas corda laudum per phialas que erant vasa in domo domini ... sanctorum significantur. Vel secundum Bedam in citharis ubi ligno ... tenduntur corpora mortificata, in phialis cordis latitudine caritatis designantur. Vel secundum Richardum cithare que pulsibus manuum ... sonant bona opera figurant que suis effectibus ... animos ad celestem patriam ... phiale vero que sunt late et ... unde sanctorum corda ... per sapientiam lucida per caritatem dilatata

Per contemplacionis splendorem aurea per redundanciam devocionis
odoramentis plena ut ille Petrus dicit Haymo vel In cithara est lignum et
corde sed tamen diverso ordine tense per lignum possumus intelligere crucem
per cordas ipsam carnem sanctorum sive corpora extenduntur corde in ligno
quia sancti xpi cruorem imitantur et passionem iuxta illud i pe ii
xpus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequimini vestigia eius
Sic tales diversimode tenduntur quia non omnes equaliter patiuntur Quidam
crucifiguntur aliqui decollantur aliqui lapidantur ad Hebr xi Secti sunt
lapidati sunt etc Unum tamen sonum omnes reddunt quia unam fidem
sunt professi Et sicut xpus mortuus est pro illis ita et ipsi moriuntur
pro xpo Per phialas vero latitudinem caritatis illorum possumus ...
unde bene orationibus plene fuisse referuntur Odoramenta quae
significant orationes unde psalmista dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo
Congrue itaque post citharas fiale ponuntur quia xpus dominus passus
et sit pro inimicis orat dicens pater ne statuas illis hoc peccatum Et
passione tali ostendit latitudinem sue caritatis dum pro suis cruci-
fixoribus exorat Habent itaque sancti citharas quia imitantur xpi passionem
Habent et phialas quia non solum pro amicis sed etiam pro ipsis orant
sicut legimus de Stephano act vii qui positis genibus orauit dicens
Domine ne statuas illis hoc peccatum Et a venerabilibus comparatur ipse s...
oracionis quia nulla magis grata potest esse oracio quam ea que funditur pro inimicis
ut domini preceptum impleatur quod dicit diligite inimicos vestros et
pro persequentibus etc Math v Et in hoc significatur magnificencia laudum
Sequitur Et cantabant canticum novum scilicet quia de rebus semper novis
et numquam veterascentibus scilicet quia de reparacione generis humani et glorificacione
ait Richardus vel ut ait Haymo Canticum novum novum est testamentum
in quo nove res continentur scilicet incarnatio filii dei cum suis conse-
quentibus passione morte resurrectione missione spiritussancti ii Cor v Ecce
nova facta sunt omnia In quo etiam scilicet novo testamento sub compendio pre-
ceptum tota lex comprehenditur et prophete ipso dicente Iohannis xiii Mandatum novum
do vobis De hoc cantico psalmista dicit Cantate domino canticum novum etc Hoc
canticum sancta ecclesia cantat quia ... hoc recolit et talia eum pre-
gisse cognoscit ... operibus hoc confitetur dum in eius nomine
fonte baptismatis regeneratur sed quia cum viciis et concupiscentiis mortuus
spe et fide cum illo resurgit et ad celestia sublevatur Dono sancti spiritus
completur Et ad individuum pariter se cum capite suo ...
... Et Notandum quod hic septem figurantur que sunt con...
perfecte laudatibus dei quorum primum est cordis humiliacio quod figuratur
cum dicitur ceciderunt non dicit descenderunt quia humilitas nescit d...
sum quia semper est in infimis implens illud consilium salvatoris luce
Cum invitatus fueris ad nuptias vade et recumbe in novissimo
ita ut ait Bernhardus sermone 38 super cantica solus omnium novi...
sedeas te quam nemini non dico preponas sed neque comparare presumas ...
est enim periculum quantumcumque te humilies quantumcumque reputes minorem
quam sis hoc est quam te veritas habeat est aut grande malum horrendumque
si te vel modice plus vero extollas si vel uni vel in tua te co-
gitatione preferas quem forte tibi parem veritas indicat vel etiam superiorem
Talis humiliati deus laudem acceptat ps ... Cor contritum et hu-
miliatum deus non despicies Secundum est recte intencionis ordinatio cum
coram aliquo non coram hominibus Math v attendite ne iusticiam vestram
faciatis coram hominibus ut videamini ab eis Nam dicit Augustinus li° 2
de verbis domini sermone 2° Intencio cordis humani quo dirigatur
et quid expectat intuendum est Si enim qui vult ab hominibus bona sua
opera videri gloriam et utilitatem suam ponit coram hominibus et ...
in conspectu hominum querit nichil eorum que deus precepit implevit
et attendit iusticiam suam facere coram hominibus ut videatur ab eis
Et ideo sic eluxit lux eius coram hominibus ut ad hoc viderent opera
eius ut glorificarent patrem qui in celis est Se quippe voluit glo-
rificari non deum et sua querit utilitate non dilexit domini voluntatem

Tertium est carnis mortificatio. unde dicitur habentes singuli citharas. Quia cum
cithara concavitatem ligni interius et cordas tensas exterius et per
manus excitantur in diversis modis. et fiebat apud hebreos cum 24
cordis ut ait Iohannes in tractatu de carminibus. Et significat mortificationem
carnis penalem. ubi tot sunt corde quot in homine membra. habentes singuli
citharas id est carnis mortificatas. Et omnes erunt tamquam ipsi omnia membra
que peccaverunt erunt puniti. ad Ro. vi humanum dico propter infirmitatem
carnis vestre. Sicut exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati
ad iniquitatem. ita nunc exhibete ea servire iusticie in sanctificationem. Ysaye
23 Sume citharam circui civitatem meretrix oblivioni tradita bene cane
frequenta canticum ut memoria sit tui. Et dicit notanter habentes singuli citharas
quia non omnes unam penitentiam sed unusquisque secundum congruam agere debet. Luce ix
Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam
unde Gregorius xx moralium in fine tractans illud Iob 31 Versa est in
luctum cithara mea. dicit Corde siccantur ut in cithara consonum sonum
seu cantum reddat. quia et sancti viri castigant corpus suum et sanctitati
subiciunt. atque ab infimis ad superiora tendunt. Et subdit ibidem pensandum
est quod corda in cithara si minus tenditur non sonat si amplius
raucum sonat. quia nimirum virtus abstinencie aut omnino nulla est
si tantum quisque corpus non edomat quantum valet vel valde inordinata
est si corpus atterit plus quam valet per abstinentiam quippe carnis vi-
cia sunt extinguenda non caro. et tanto sibi quisque debet moderamine
preesse ut et ad culpam caro non superbiat. et tamen ad effectum rectitudinis
in operatione subsistat Et exsistat ubi de paulo quanta arte magisterii
fidelium animas velud in cithara cordas tensas. alias amplius ten-
dendo extenuabat. atque alias a tensione sua laxando conservabat
aliis enim dicit non in comessationibus et ebrietatibus ad Ro. xiii
Item mortificate membra vestra que sunt super terram. ad Colossenses 3
Et tamen predicatori carissimo scribit dicens Noli adhuc aquam bibere
sed modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes infirmitates tuas
j ad thy. v. Illas ergo cordas extenuando tendit ne non tense omnino
non sonent. hanc vero a tensione temperat ne dum plus tenditur minus
sonet. hec ibi. quia secundum hugonem Sic caro nostra mutatur ut serviat. sic
dometur ut non superbiat. Qui in carne nimis affligit cives suos
interficit. Qui vero plus quam oportet alimentis reficit hostem suum nutrit
hec ille. Vnde Crisostomus super Iohannem omelia prima Quemadmodum quandam
liram bene compactam auream habentem plectrum Ita suam preparet quis
animam ut per eam magnum quid et excelsum consonare possit spiritui
sancto Et idem in sermone de penitentia dicit Cithara idem est quod psalterium
decacordum. decem corde sunt decem mandata que cithara psallitur
cum mandata implentur In ps. Confitemini domino in cithara in psal-
terio decem cordarum. Augustinus in li. de x cordis dicit deca-
logus legis decem sunt precepta. que sunt x corde psalterii. quas
tangendo feras perimis occidis Tangis primam cordam qua colitur
unus deus et cecidit bestia superstitionis. Tangis 2am qua non accipitur
nomen dei in vanum et cecidit bestia erroris nefandarum heresum. Tangis
3am ubi propter spem futuri quietis spirituale sabbatum custodis et interficitur
amor seculi. Tangis 4tum ut honorem parentibus deferas Et cecidit
bestia impietatis. Tangis quintam cordam et occidis bestiam crude-
litatis. Tangis sextam et cecidit bestia fraudis. Tangis septimam
et cecidit bestia libidinis. Tangis octavam et cecidit bestia falsitatis
Tangis nonam et cecidit bestia adulterine cogitationis Tangis de-
cimam et cecidit bestia cupiditatis Et ita cadentibus omnibus bestiis
securus et innocens in deserto et humana societate versaris. hec ibi
Idem in originali hic Cithara lignum est concavum cui corde innituntur
ut tacte consonent Et lignum licet cithara in parte inferiore. tympanum in
superiore. Deus autem est laudandus et in adversitate et in prosperitate
adversitates sunt ex inferiore parte sicut in doloribus et pressuris
et qui deum laudat in talibus citharisat. Et ibi bene de hoc. Ex istis igitur
ex dictis quod est multiplex cithara et est multipliciter citharisare Apoc. 14
Et vocem quam audivi sic citharedorum. Ibi similiter de hoc

Sed quia ut dicit beatus Gregorius 2o libro pastoralis c. 23 Nonnulli saepe
dum quaedam specialia dona percipiunt superbiendo donum concordie et caritatis
quod maius est amittunt. Ut si forte carnem perfectius gule re-
frenatam quibus edomat concordare eis quos superat abstinendo spernit
Sed quem abstinentia a concordia separat quid admonet psalmista perpendat
Nam cum dixisset laudate dominum in psalterio et cithara protinus sub-
iunxit laudate eum in tympano et choro. In tympano namque sicca
et percussa pellis resonat. In choro autem voces sociate concordant
Quid ergo per tympanum nisi abstinentia quid per chorum nisi cari-
tatis concordia designatur. Quisquis itaque corpus affligit sed concordiam caritatis
deserit deum quidem laudat in tympano sed non laudat in choro
Sed quia ut dicit idem beatus Gregorius omelia super Ezechielem Antiquus
inimicus abstinentiam in nobis non timet si fuerit sine concordia cari-
tatis quia ipse cibo non utitur qui [illegible] corporis non urgetur. Valde autem in
nobis caritatis unitatem et amorem humilem quem nobis vicissim impen-
dimus timet et nimis concordie nostre invidet quia hanc nos tenemus in terra
quam ipse tenere nolens amisit in celo. Propter quod dicitur de ecclesia canticorum
vjo Talis quae est ut castrorum acies ordinata quia videlicet electorum multi-
tudinem eo maligni spiritus pertimescunt quo eos per caritatem concordium
unitos contra se et conglobatos aspiciunt. Tertio ibi Apocalypsis v. miro pagina dictum
est habentes singuli citharas subiungitur et phialas aureas. In quo
insinuatur latitudo caritatis quod est quartum competens ymno nostro ad
perfecte deum laudandum. Phiale enim dicte sunt quia olim ex vitro fiebant
phyalum enim graece vitrum dicitur ut ait Ysidorus libro 20. Papias vero
dicit quod phiale sunt vasa amplitudine diffusa et significant corda
caritate lata. Unde et dicuntur hic phiale auree per aurum enim caritas
significatur ut dictum est supra 3o. Et de hac latitudine dicitur 2 Cor. vi
Cor nostrum dilatatum est dilatamini et vos. Hec autem dilatatio caritatis
fit per spiritum sanctum secundum illud apostoli ad Rom. v. Caritas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis ad hoc scilicet
ut diligamus deum et proximum amicum in deo inimicum propter deum secundum
Gregorium. Unum enim latum est mandatum dilectionis in psalmo secundum
Ambrosium. Nec solum latum sed et altum et profundum et quodammodo
infinitum. Nam ex parte divina bonitatis sine dilectionis non clauditur
Non potest sic diligi quin plus possit amari. Similiter ex quo merita
quodammodo sunt infinita non potest tantum diligi quin plus meruit
amari. Sic eius membra secundum Augustinum per totum orbem sunt diffusa
et sunt quodammodo infinita propter quod ipse dicit Si amas Christum qui est
caput extende caritatem per totum orbem quia Christi membra per orbem
iacent. Si autem amas partem et partem non amas divisus es. Si di-
visus es in corpore non es. Si in corpore non es sub capite non es
Et si sub capite non es quid prodest quod in caput credis et membrum
odis. Quid prodest quod caput adoras et illud idem in membro blasphemas
amat ille corpus suum. Si tu te precidisti a corpore caput tamen illius
corporis non precidit se a corpore. Et ergo sine causa credis et sine causa
honoras. Et ponit exemplum dicens Si quis vellet alicuius caput osculari
pedes vero premere vel calcare. Nonne clamaret quid me calcas
Et subdit. Cum unus homo Christum credat et honoret tamen per quandam
compagem unitatis illud quod geritur et opprimitur pervenit ad eum
et plus dolet de eo quod quis geritur quam gaudeat de hoc quod honoratur
Cave ergo ne percutias ne violes ne calces. Nam Christus in celum
ascendendo membra commendavit in terra. Iam de celo loquitur
quare sua membra in terra calcantur. Unde Paulo dixit Saule
Saule quid me persequeris Act. ix. Christus licet in celum ascendit tamen
adhuc in terra iacet. Christus sedet ad dexteram patris et tamen adhuc
in terra peregrinus est et adhuc esurit et sitit. Unde dicturus est in
die iudicii illud Math. 25 Quod uni ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. Quinto significatur devota oratio cum dicitur plenas odoramentorum
per que significantur orationes sanctorum. Et etiam multitudo in hoc quod
dicit plenas. Sicut enim vasa plena odoramentis circumquaque diffundunt
virtutem suam et odorem suum ad omnes emittunt et omnibus se communicant

Sic est de orationibus sanctorum que ad omnes se extendunt et quanto odor inte-
rior est tanto diffusior. Sic oratio quanto devocior et quanto ardentior tanto fru-
ctuosior ut dicit glosa. Unde paulus pro omnibus docet orare j thy 2
Obsecro primo omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones
pro omnibus hominibus. Et hii ordines dicuntur odoramenta quia sursum
ascendunt ut ait Richardus odorabilia non delectant nisi zumi fortis
cunt ut dicit dionisius celestis ierarchie c° x. Sic et orationes sanctorum
proverbiorum 21 unguento et variis odoribus delectatur cor. Canticus 3°
Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aroma-
tibus mirre et thuris et universi pulveris pigmentarii. Dicuntur ergo orationes
ascendere ut sint in conspectu dei per devocionem. Secundum illud psalmi dirigatur
oracio mea sicut incensum in conspectu tuo. Non in conspectu hominum per
ostentacionem. Unde Ezechias fuit increpatus a domino quia ostendit cellam aro-
matum et odoramentorum nunciis regis babilonis ysaye 39 · iiii regum 21
Oracio humiliantis se nubes penetrabit donec propinquet non consolabitur
et non discedet donec aspiciat altissimus. Sexto exprimitur divine laudis
magnificencia cum dicitur Et cantabant canticum novum. Cantabant scilicet
corde et ore scilicet laudando et exultando. Canticum novum id est premium laudis
de quibus humani reparacionis de donorum gratuitorum collacione de regni
celestis apercione. Canticum enim vetus id est in veteri testamento erat pro colla-
cione beneficiorum temporalium ut exodi xv et pro eo saepe quoniam deus
conferebat propter beneficia laudes decantabant. Unde Bernhardus in prologo
super cantica. Cecinit israel carmen domino quia gladium et iugum
evasit pharaonis gemino maris obsequio mirabiliter liberatus simul
et vindicatus. Cecinit ait scriptura moyses et filii israel carmen hoc domino
et dixerunt Cantemus domino gloriose enim magnificatus est equum et ascensorem
eorum proiecit in mare et cetera. Cecinit etiam delbora et barach filius
abynoen pro interfectione zizare principis exercitus iabin regis chanaam
iudicum v. Cecinit et iudith pro interfectione holofernis iudith 16.
Cecinit et anna mater samuelis primi regum 2°. Prophete quoque alii cecinerunt
et sicudit Sane omnes ni fallor cecinisse reperies pro gaudiis suo sicut eorum
ve precepto tempore scilicet pro obtentu victorie pro evasione periculi
aut pro cupite rei gloriosius adepto beneficio ita ergo plerique cecinerunt
singuli pro singulis causis ut nimirum divinis beneficiis inveniuntur
iuxta illud psalmiste. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Propter illa
Sed canticum ecclesie est pro collacione spiritualium beneficiorum ut pro
filii dei incarnacione pro humani generis innovacione et glorificacione. Jeremie 31
Novum faciet dominus super terram femina circumdabit virum. Ibi fuit
res mira novitatis scilicet deus homo mater virgo et cetera fidele. Propter quod
illo die tunc erit canticum Cantate domino quia mirabilia fecit. Nota
quod ait cantabant ut enim cantus est regulatus modulacio secundum arsim
et thesim scilicet elevando et deprimendo Sic spirituale canticum fit in elevacione
desiderii ad deum quasi ascendendo et in consideracione proprie fragilitatis
quasi descendendo. Unde augustinus super psalmos xi Cantus spiritualis est cum
gaudeo gratias ago et ordinatissime vivo. Et est cantare corde
et operibus xvii de civitate dei c ix. Unde Bernhardus ubi supra dicit
Cetezum vos si vestram experientiam advertatis nonne in victoria qua
vicit mundum fides vestra in exitu vestro de lacu miserie et de luto
fecis cantastis et ipsi domino canticum novum quia mirabilia fecit. Rursus
cum adiecit super petram statuere pedes vestros et dirigere gressus
vestros puto quod et tunc in labiis vestris novitate vite immissum
sit in eis vestrum canticum novum carmen deo nostro. Quid cum penitentibus
vobis non solum peccata dimisit sed insuper promisit et premia. Nonne
multomagis spe gaudentes futurorum bonorum cantastis in viis domini
quoniam magna est gloria domini. Quod si tu forte vestrum clausum et obscu-
rum aliquid de scripturis illuxit tunc presens necesse est pro percepta
celestis panis alimonia divinas mulceat aures in voce exultacionis
et confessionibus sonus epulantis. Sed et in cotidianis exerciciis et bellis
que nulla hora piis in christo vivere volentibus desunt a carne a mundo
a dyabolo sic militiam esse vitam hominis super terram incessanter experimini

in vobismetipsis quotidiana nostra est cantica pro assecutis victoriis immo vari[illegible] noctes temptacio supera[illegible] aut vicium subnixe[illegible] a [illegible] peccatum declinat[illegible] et laqueos insidiantis deprehendi[illegible] et annosa et inveterata quomodo anime passio semel perfecte sana[illegible] et multo diu quomodo turpita et sepius petita votis tandem aliquid dei munere obtinetur quid in tractens inxta psalmistam personat quarmatis et vox laudis et ad singula beneficia benedicitur deus in donis suis alioquin ingratus reputabitur cum districtio venerit qui non potuerit dicere deo Cantabiles mihi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee Ps. [illegible] Dignus es dicto quo ad digne et perfecte laudandum deum requiritur cordis humiliatio recte intencionis ordinatio caritatis materialis caritatis dilatatio fervens oratio et divine laudis magnificatio Contra subiungit magistrorum beneficiorum dei recognitio et eorum expressio cum subditur dicentes sed corde ore et opere dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius Secundum hugonem accepit deus librum et eius signacula solvit seu aperuit qui factus homo ea que de se fuerant predicta opere implevit Vnde Johannis xix dicitur Cum eum gustasset acetum dixit Consummatum est sed omne quod in me oportuit fieri usque ad mortem atque si dicerent omnes electi [illegible] hugonem ad comparationem victoriarum [illegible] tua sola videtur digna victoria cum singulari passione et morte [illegible] cipe a maledicto legis sumus redempti Vnde subditur in littera Quoniam occisus es sed mortem pro nobis assumendo ex summa caritate Maiorem enim caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis Johannis xv ad Ro v Commendat deus caritatem suam quoniam cum peccatores essemus christus pro nobis passus est O[illegible] iniquam et non pro te quod peccatum non fecisti sed pro sceleribus liberandis Vnde sequitur Et redemisti nos Redimere non est de captivitate liberare ait Gregorius 18 moralium super illud Job 28 Non dabitur aurum obrizum pro ea Et augustinus contra Julianum ubi redemptio sonat intelligitur et paulus ad Romanos 3 Iustificati per graciam ipsius per redemptionem que est in christo ubi haymo per redemptionem captivi redimuntur qui ab hostibus captivantur Vnde ait propheta Redemptionem misit dominus populo suo Erat enim genus humanum venditum in potestatem diaboli Ysaie l Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis Sed christus redemit non quolibet precio sed sanguine 1 Pet. 1 Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterne tradicionis sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati ihesu christi 1 Cor vi Empti estis precio magno Sed queritur sicut exponit Bernhardus super Cantica sermone xi ad quid fuit opus filium dei [illegible] Nonne valuit opus suum reparare creator absque illa difficultate Respondetur quod valuit sed maluit cum iniuria sui sic reparare ne pessimum atque odiosissimum vicium ingratitudinis occasionem amplius reperiret in homine Certe multum fatigationis assumpsit quo multe dileccionis hominem debitorem teneret quam moneret quamadmodum difficultas redemptionis que nunc esse devotum faceret facilitas condicionis dicebat enim homo creatus et ingratus Gratis conditus sum sed nullo auctoris gravamine vel labore Ipse enim dixit et factus sum quemadmodum et universa Quid magnum est quod libet magis in verbi facilitate donaveris Subdit sic beneficium creacionis attenuans humana impietas ingratitudinis materiam inde sumebat unde amoris causam habere debuerat et hoc ad excusandas excusationes in peccatis Sed obstructum est os loquencium iniqua luce clarius patet quantum pro te homo dispendium fecit de domino servus de divite pauper caro de verbo et de dei filio filius hominis fieri non despexit Memento tamen etsi de nichilo factum tamen non de nichilo redemptum Sex diebus condidit omnia et te inter omnia At vero per totos triginta annos operatus est salutem in medio terre Subdit O quantum laboravit sustinens carnis necessitates hostis temptationes et demum crudelissima mortem quam ignominia crucis aggravavit mortis cumulat horrore Misericordie quidem sic homines et iumenta salvasti domine quemadmodum

multiplicasti misericordiam tuam domine. Ut hec meditaremur in hiis versaremur
et talibus odoramentis refoveremus viscera nostra que diu torsit mole:
stia peccatorum. hec ibi. Si ergo volumus insuperabilem atque inexhaustam
divine maiestatis virtutem equo libramine mentis perscrutari cum beato
Augustinus 13 de trinitate fateri nos oportet alium modum redemptionis
nostre deo fuisse possibilem cuius potestati cuncta subiacent. Sed nostre
miserie sanande convenienciorem modum alium non fuisse nec esse oportuisse.
Nichil quippe mentes nostras tantum erigere potuit et ab mortalitatis
desperacione liberare quam quod tanti nos fecit deus ut dei filius immutabiliter
bonus in se manens quod erat et a nobis accipiens quod non erat dignatus
nostrum inire consorcium mala nostra moriendo perferret. Item redempcio
est actus iusticie commutative que secundum philosophum v° ethicorum consistit in
equalitate quantitatis. Precium autem redempcionis humane non equalenter
culpe. non potest esse nisi creator et non sola creatura propter res duas simul
iunctas. primo propter valorem redimendi. hoc enim fuit tota humana
natura in omnibus suis individuis. cui nulla umquam creatura potest equiparari
Secundo propter infinitatem offense. quia cum contemptus summe magnitudi-
nem ex sublimitate videlicet in humanis. Ubi ut dicit philosophus v° ethicorum
Si enim si quis alapam daret regi vel pontifici
iusticie non lesit 9
non sufficeret quod ipse idem pateretur. sed multo maiori et plurima pena
dignus existeret. Unde dicitur quod contemptus infinite maiestatis infinitum
demeritum habet sibi ratum annexum. cui nichil cuiusque creature cum sit finite
virtutis equari non potest. Sed oportet quod nichil creature sit opus dei per unionem
creature cum deo. etsi accipiat virtutem infinitam. Et ideo propter inopiam
creature que nichil habet boni quod suum sit sed totum est dei. Et ideo
cum per seipsam totum se teneatur impendere creatori Secundum rom
stricti iuris pro nullo satisfacere potest Quod david propheta dei munere
eruditus breviter sermone complectitur dicens frater non redimet et christus non
potuit redimere Redimet homo salus pauus 2 d Non. Et quia
non dabit quia non potest dare deo placacionem suum et quia precium redempcionis
anime sue sed condignum Multo ergo minus dabit pauus homo placa-
cionem pro tota natura humana Et hoc pulcre deducit beatus gregorius
xviii° moralium super illud Iob 26 prudencia eius percussit superbum dicens
Ipse namque dyabolus in illa nostri primi parentis radice supplantatus sub
captivitate sua quasi iuste tenuit hominem. qui libero arbitrio conditus
ei iniusta suadenti consensit. ad vitam namque conditus in libertate
proprie voluntatis sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo
erat talis culpa. sed nisi per sacrificium deleri non potuit Querendum itaque
erat sacrificium. Sed quale sacrificium poterit pro absolvendis hominibus
inveniri. Neque enim iustum fuit ut pro rationali homine brutorum
animalium victime cederentur. Unde dicit apostolus ad hebreos ix. Necesse est
ergo exemplaria celestium hiis mundari. ipsa autem celestia melioribus hostiis
quam istis. Ergo si bruta animalia pro rationali animali videlicet pro hominibus
digne victime non fuerunt. Querendus erat homo qui pro hominibus
offerri debuisset. ut pro rationali peccato rationalis hostia mactaretur
Sed quid est quod homo sine peccato inveniri non poterat Et oblata est
pro nobis hostia. quando nos a peccato mundare potuisset. Si ipsa con-
taminatio peccati non careret Inquinata ipse hostia inquinatos mun-
dare non posset. Ergo ut rationalis esset hostia homo fuerat offerendus
Ut vero a peccatis mundaret hominem et homo esset sine peccato. Unde
Sed quis esset homo sine peccato si ex ipsa commixtione descenderet. Inde
venit propter nos in uterum virginis dei filius. ibi pro nobis factus
est homo. Sumpta est ab illo natura non culpa. fecit pro nobis sacrificium
corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato. que et
humanitate mori et iusticia mundare potuisset. Hunc ergo cum post
baptisma vidit antiquus hostis. mox temptacionibus impetiit
Et per diversos aditus ad interiora eius moliri irrumpere conatus est
atque ipsa inexpugnabili mentis eius integritate prostratus. Sed quia ad
interiora eius non valuit ad eius se exteriora convertit [illegible] quia

meritis virtute victus est, eum que dyre temptacionem non valuit, carnis saltem videtur morte superare, atque primissis est in illud quod ex nobis mortalibus mediator acceperat, sed nichil potuit aliquid facere. ibi ex omni parte devictus est. Et unde exterius accepit potestatem dominice carnis occidende, inde interior potestas eius qua nos tenebat occisa est.

Ipse namque scilicet dyabolus interius victus est dum qui vicit exterius. Et qui nos iure debitores mortis tenuit, iure in nobis ius mortis amisit, quia per satellites suos eius carnem puniendam appetiit, in qua nil ex culpe debito invenit. Dominus ergo in pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis mors debita non noceret. Sic itaque dictum est prudencia eius percussit superbum, quia antiquus hostis pro excessu presumpcionis sue eum etiam perdidit que iniquitate persuasionis lege possedit. Et dum audacter eum in quo nil sibi competebat appetiit, iure illum quem quasi iuste tenebat amisit. Prudencia itaque nostri virtute percussus est, quia dum ad temptandum deum solvitur, ab homine possidendo religatur, ut inde eum qui sub ipso erat perderet, unde cum illo qui supra ipsum est congredi presumpsisset. Hec ibi. Hoc est enim ut inquit apostolus ad Colossenses 2o cirographum decreti quod erat contrarium nobis, quod Christus delevit sanguine suo, et tulit ipsum de medio, solvendo debitum quod in ipso fuit descriptum, et affixit ipsum cruci id est ipsum morte remittenda. Hoc cirographum decreti illius plene in dei iusticia debitum fuit, qua ipse dixerat Quacumque die comederitis ex eo, morte moriemini. Gen 2o. Et quia hoc durissimo vinculo sanctos captivos hostis humane salutis tenuit, ideo ipso soluto expolians principatus et potestates infernales animabus captivis, palam id est aperta iusticia triumphans eos in semetipso triumpho iusticie potius quam potencie, quia tirannice utens sua potestate contra eum in quo nil iuris habuit, ipse meruit privari. Traduxit scilicet ipsos sanctos in suam domum eternam ad modum sponse cum ascendens in altum captivam duxit captivitatem. ad Ephesios 4o.

Ex parte etiam operis tanti huius redempcionis esse potest, quia homo non suis sufficienter a servitute peccati et dyaboli liberatus nec etiam ab exilio omnino servilis condicionis erectus esset, que condicio fuit quod ipse a dyabolo et peccato victus extitit. Condicio autem victi est condicio servi, quia a quo quis superatus est illius servus est. 2 Pet 2. Nam iuri leges servus dicitur a servando, quia captivus ab hostibus servabatur in vita ad serviendum victori. Et quia quando conditum, non plene potuit homo liberari, nisi ipse idem vinceret qui victus fuerat. Et hec victoria fuit victoria virtutis que est per passionem, per quam Christus palam triumphavit principatus et potestates in semetipso. Cum igitur homo proferre libertati nec nisi per redempcionem congruencius restitui potuit, congruentissime divina sapiencia hunc modum liberacionis pelegit et per eum abstulit obprobrium de universa terra. Sic dicitur Isaie 25. Unde dicit Apostolus ad Hebr 2o. Decebat enim illum propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passiones consummari. Qui enim sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes.

Patet igitur ex premissis quod licet alius modus liberacionis deo possibilis fuerit, tamen nobis redempcionis per mortem et sanguinem eterna dei sapiencia propter res premissas tanquam convenientissimum pelegit.

Propter quod commendent sancti recognoscentes et experimentes magnifica Dei beneficia dicunt. Dignus es domine accipere librum et aperire signacula eius quoniam occisus es et redemisti nos deo in omnibus verbis. Congruitas humane reparacionis notificatur ex tribus. Scilicet ex parte reparantis. Ex parte modi reparacionis scilicet per mortem. Et ex parte utilitatis inde sequentis. Quantum ad primum dicit Damascenus super illo Math. XVI Tu es Christus filius dei vivi. Quia hoc nomen Christus in persona filii dei duplicem exprimit naturam scilicet divinam et humanam, dignitatem regiam et sacerdotalem et gracie plenitudinem propter unctionis prerogativa. Hic autem quo ad divinam naturam sit patri et spiritui sancto coeternus, consubstancialis et coequalis virtute que ad creacionem et gubernacionem rerum et peccatorum

iustificacionem . prout dicit apostolus ad Hebr primo Cum sit splendor glorie dei
et figura substancie eius . imago portans omnia verbo ~~virtutis~~
virtutis sue . purgacionem peccatorum faciens . sedet que ad dexteram maie:
statis in excelsis Congruenter tamen per personam filii expletur miste:
rium nostre redempcionis quod apparet tamen ex rationibus que ex appropriatis
sibi propria sunt . imago filius verbum . et medius in trinitate persona
decuit enim ut imago increata creatam assumeret et repararet
Et quoniam filius dei patris est in deitate . filius esse voluit in huma:
nitate Et quoniam filius est naturalis tamen divine competit hereditas filios
faceret adoptivos et heredes . Et quoniam verbum est . sapiens manifestativum
viam salutis manifestaret humano generi . sicut ipse dicit Johannis 17
Pater manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti michi . Et quoniam media
est persona in divinis . sit mediator reconciliator humani generis 1 Thimo 2
Unus est mediator dei et hominum homo ihesus christus . Similiter idem patet
ex appropriatis que sunt sapiencia virtus equalitas species et decor . ut homo
sapiencia dei creditus . qui astucia dyaboli seductus appetens equalitatem
divine sapiencie cecidit in ignoranciam . in infirmitatem et dyaboli servitutem
servata equitate iusticie decuit . ut deformata imago virtutis pre-
illum qui est dei sapiencia . virtus equalitas species et decor de hoste triumphans
reformaretur Pro hoc facere dignus est agnus scilicet ihesus christus . qui
licet haberet humanitatem . in qua cum ceteris conversabat hominibus . quia
tamen in se maiorem habuit gracie plenitudinem preceteris . dignus fuit /
Habuit enim gracie plenitudinem secundum quatuor genera cause scilicet finalis for:
malis et efficientis . Finis enim gracie est . ut hominem deo coniungat
quod plane fit cum constituta dei benignitate . humana natura assumitur a dei
verbo in unitatem persone divine ; non solum quantum ad animam que est
dei imaginis similis . sed quantum ad carnem , a divina similitudine magis
elongatam . quod est indicium maxime benignitatis et pietatis divine
1 Thimo 3 hoc magnum pietatis sacramentum . quod in carne incarnatum est . Et ad Colos 2o In ipso
Ideo dicit Johannes primo Verbum caro factum est . Sic igitur humana natura in christo
habitat plenitudo deitatis corporaliter . ab ipso autem fonte divinitatis
per graciam plene consequitur finem suum . humanum modum . quod supereminet et ex-
cedit gracia formalis cuiuslibet hominis . carismatum virtutum graciarum
excellenter fuit in christo per plenitudinem . Ideo dicit Johannis 1
et donorum quantum ad omnes usus et effectus gracie
Vidimus gloriam eius . gloriam quasi unigeniti a patre plenum gracia
et veritate . Intantum quod ab ipso effective in omnia membra ipsius est
omnis gracie plenitudo tamquam a capite . tali ordine quod a divinitate
fluit in ipsius corpus verum . a quo in corpus ipsius misticum usque
in oram vestimenti eius . Christi enim caput deus est . Et omnis viri
caput christus 1 Cor xi . De cuius plenitudine omnes accepimus Johannis primo . Nobiles ope:
Ipsum enim dedit caput super omnem ecclesiam ad Ephe 1 .
rarios influxit in ipsam . que eam redemit et edificavit in sanguine suo
Influxit ipsi fidem et motum caritatis . Nam ~~[struck]~~ gracia et ve:
ritas per ihesum christum facta est Johannis 1 . Et tamquam pugil invictissimus
pro ea contra hostem humani generis campum certaminis ingressus est ut
David contra Goliam . Et ut summus pontifex per proprium sanguinem introivit
semel in sancta eterna redempcione inventa ad Hebr ix . ipse enim di-
lexit eam affectu . et dedit effectu semetipsum pro ea ut eam san:
ctificaret gracie et virtutibus mundans eam lavacro aque in verbo
vite per baptismum et alia sacramenta que fluxerunt de latere pendentis
in cruce ut exhiberet sibi eam gloriosam fidelem et pacificam . non habentem
rugam scissure aut divisionis neque maculam deformitatis morum Sic
ergo propter plenitudinem gracie quam super omnes habuit unionis secundum genus
cause finalis singulariter secundum genus cause formalis . et capitis
secundum genus cause efficientis dignus fuit aperire librum et solvere signacula
eius . quod fuit primum Sed Quo ad secundum scilicet de congruitate ex parte
modi reparacionis quoniam notandum in hoc quod dicitur Dignus es etc . Cum
est quod per peccatum primi parentis totum genus humanum erat alienatum
a deo . non quidem ab eius potestate cui subsunt omnia . sed a visione

beneficia faciei eius. ad quam filii domestici admittuntur. ad Colos. primo
vos cum aliquando alienati essetis et inimici reconciliavit in corpore carnis
sue per mortem. Et in potestate dyaboli usurpative detinebamur. cum hoc per
offendendo se subdidat. Ideo xpus per passionem suam duo fecit. Deo pro
offensa satisfecit. nos per reconciliando filios et domesticos fecit. Et
a potestate dyaboli nos liberavit vincendo eum per gratiam. quibus hominem
vicerat. Primum fecit cum secundum dei ordinationem ex maxima caritate re
pretiosissimam. scilicet dei et hominis vitam. pater pro humano genere obtulit
ad Ephes. v°. Dilexit nos et tradidit, non vendidit sicut impius Judas
semetipsum, non rem temporalem, non angelum, non servum pro nobis oblationem et
hostiam deo in odorem suavitatis. Quod fecit iuxta dei ordinationem. quia
filius hominis vadit secundum ad mortem sicut diffinitum est. Luce xxii. Ipse la
tem est agnus qui occisus est ab origine mundi. Apoc. 13. scilicet secundum dei or
dinationem et provisionem. Quod etiam fecit ex maxima caritate. Maiorem
caritatem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Johannis
15. Et tu bone iesu tu maiorem adhuc habuisti. qui posuisti eam pro
inimicis vilibus miseris et dyabolicis viris per imitationem expressis
contemptoribus divine maiestatis. et ingratis divine pietatis. Vix pro
iusto quis moritur. ad Rom. v°. Et tu pro iniustis et peccatoribus mortuus
es ex inestimabili caritate que omnem modum excedit, omnem mensuram
superat ac omnibus supereminet. 1. Johannis 3. In hoc cognovimus caritatem
dei quoniam ille animam suam posuit pro nobis. Et iste modus est efficacissimus
ad attrahendum nos ad amorem suum. Et inquit Bernhardus super cantica
sermone xx. Super omnia inquit reddit amabilem te michi bone ihesu calix
quem bibisti opus nostre redemptionis. hoc omnino nostrum amorem facile
vendicat totum sibi. hoc inquam est quod nostram devotionem et blandius
allicit. et iustius exigit. et artius stringit et afficit vehementius.
Hoc autem opus nostre redemptionis processit ex maxima caritate patris
qui in hoc commendat caritatem suam in nobis. quoniam proprio filio suo non
pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. ad Ro. viii°. Et iste modus
fuit deo acceptissimus ad reconciliandum genus humanum. quia in hoc servatur[?]
rectitudo divine iustitie. ordo divine sapientie. prerogativa divine mise
ricordie divine potestatis et honorificentia divine maiestatis. cum tanta offensa
non relinquitur impunita. quod exigit rectitudo divine iustitie. sed de
decus illud ad debitum ordinem per penam reducitur. secundum ordinem[?]
divine sapientie. Et cum homo purus hoc facere non potuit. deus pater
ad hoc dedit filium suum quod est maioris amoris testimonium. quia si solo
verbo remisisset offensam. ad Rom. iii°. Iustificati sumus per gratiam dei
quem filium suum proposuit propitiatorem pro peccatis nostris. Servatur auctoritas[?]
divine potestatis cum non subtrahitur tanta offensa et honorificentia divine
maiestatis que reparatur per oblationem et mortem filii dei. Ipse per ober
dientiam pene austeritatem humilitate ac abiectionem pati voluit
sustinendo contraria hiis quibus hostis antiquus primum hominem vicerat
scilicet per inobedientiam ac presumptionem. cibi vetiti delectationem. superbam
excusationem. Qui cum in forma dei esset. non rapinam
arbitratus est esse se equalem deo. sed exinanivit semetipsum formam
servi accipiens. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem
crucis. ad Philippenses 2°. Et sicut per inobedientiam unius constituti multi
erant peccatores multi. ita per unius obedientiam iusti constituuntur multi.
ad Ro. v°. Ex qua obedientia pati voluit penam acerbissimam. Cuius acer
bitatem ostendunt. Nobilitas subiecti integre et vacue passionis. malignitas
iudicantium populi crudelitas sevientis. Et atrocitas supplicii doloris et igno
miniosi punientis. Primum patet quia nullus unquam fuit dignitate sublimior
neque vita innocentior. Ideo pena maior reputabatur[?] et minus debita
que integrum erat tantum ad passibus[?] subiecti venales et integrales. et
quantum ad universitatem peccatorum propter quos patiebatur. Unde Bernhardus
in quodam sermone. Caput angelicis tremendum spiritibus densitate
spinarum pungitur. facies pulchra pre filiis hominum sputis iudeorum deturpa
tur. oculi lucidiores sole caligant in morte. Aures que audire consueverant

angelicos cantus. nunc audivit peccatorum insultus blasphemias et opprobria illusiones et convicia. Os quod dulces angelos felle et aceto potatur. Pedes quorum scabellum adoratur. et manus que formaverunt celos crudi clavis affiguntur. corpus flagellis laceratur latus lancea perforatur. Et ut totaliter fateam. non remansit in eo nisi lingua ut inimicis discipulos commendaret et pro peccatoribus exoraret. Nam a planta pedis usque ad verticem non erat in eo sanitas. species neque decor. Ysaie 53. vidimus eum novissimum virorum quasi leprosum percussum a deo et humiliatum. hic autem dolor non solum erat in corpore. sed pervenebat usque ad animam. que tristis erat usque ad mortem apprehendens causas doloris scilicet maximam peccatorum multitudinem. pro quibus omnibus Christus sustinuit penam condignam debitam. Et ideo cum secundum mensuram delicti debeat esse plagarum modus. et ipse patiebatur pro peccatis totius mundi. oportuit penam illam esse acerbissimam. Verum etiam patiebatur quantum ad lesionem corporis. quod erat tenerrime complexionis. quia miraculose formatum. Que autem miraculose fiunt potiora sunt ut aut Crisostomus de vino facto ex aqua in nuptiis. Patet etiam quantum ad perceptionem lesionis propter vivacitatem sensuum. que sequitur nobilitatem complexionis. Et propter immixtionem gratiarum. quia secundum damascenum. divina dispensatione et voluntate virtutes Christi permittebat agere et pati secundum modum suum. neque consolatio virtutis expediebat ad finem redemptionis humane. neque consolatio virtutis materie. Et quod viribus inferioribus non inmittebatur consolatio sive doloris mitigatio a superioribus. Et propter hoc pendens in cruce dicebat. deus deus meus ut quid dereliquisti me Matheus 26. scilicet tantis doloribus exponendo. licet enim anima esset gloriosa per unionem divinitatis. tamen gloria anime non redundabat in corpus. sicut erit in corporibus glorificatis. ut in carne expleretur misterium nostre redemptionis. Unde dicit per prophetam Sustinui qui simul contristaretur et non fuit qui consolaretur et non inveni. Et Ysaie 63. torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum. excepta piissima matre. cuius animam pertransivit filii gladius in augmentum doloris ipsius filii. Crescebat insuper dolor eius ex malignitate iudaici populi crudeliter seviens Unde dicit secundum Bernhardum sermone XX super cantica habebat contradictores in dictis seu in verbis observatores in factis. in tormentis illusores. et in morte exprobratores. De quibus constat in historia evangelica cum maxima ingratitudine pro multis beneficiis ab eo susceptis. Unde dicit ut habemus Bernhardus O bone Ihesu quam dulcis cum hominibus conversatus es. quam habundanter multa et magna opera largitus es. a quibus tamen tam indigna tam aspera et magna pateris. dura verba. duriora verbera et durissima tormenta. Crescebat denique dolor eius ex atrocissimo crucis supplicio. ipsum celeriter et ignominiose perimente. quod erat latronum supplicium. quo nullum exercebatur tunc formidabilius. quo tunc supplicium. Crescebat. Et inde dolor gravior. dicebant loca magis nervosa scilicet manus et pedes. Et inde dolor gravior. quod tamen tormenta pati voluit. ut qui in ligno vicerat in ligno vinceretur. Voluit insuper pati mortem per separationem anime a corpore. salva tamen unione divinitatis cum utroque. quia anathema sit qui dicit dei filium naturam quam semel assumpsit umquam reliquisse. et in hoc solvit debitum. ad quod totum genus humanum in divino iudicio erat obligatum. De quo dicitur Genesis 2°. Quacumque die comederitis morte moriemini. Que mors etiam fuit acerbissima propter etatem perfectam in qua mori voluit. ut dilectionem suam ad nos magis commendaret et ut in tali etate resurgeret perfectam resurgentium demonstraret. Et ut in tali etate resurgeres perfectam resurgentium unitatem. ut dicit apostolus ad Ephesios 4°. donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum et mensura etatis plenitudinis Christi. In qua quidem etate gratissima et iocundissima. erat anime et corporis quietis sine rebellione carnis ad spiritum. Ut non dicere possit cum apostolo Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius ad Romanos 7°. Quorum gratissima et perfecta quietis pacifica. mortem reddebat acerbiorem Ecclesiastici 41. O mors quam amara est memoria tua homini habenti pacem in substantia sua et valenti sumere cibum. Hec est perfecta etatis

Qui nec morbo corruptus est neque senio. Si memoria mortis fuit in
xpo tam amara quod sudor eius factus est tamquam gutte sanguinis
decurrentis in terram, quanto amarior fuit realis passio. Fuit etiam
ignominiosa ex loco insigni tempore celebri, consortio vili scilicet duorum latro-
num. In calvarie pati voluit quia erat locus oblacionis sacrificiorum
passionem suam per quam deo pro nobis oblatus est figurantium
Et ut salutem humani generis operaretur in medio terre habitabilis
In tempore solemni quod ut ait leo papa divino dispositum fuit consilio
Ut manifeste implerentur effectu que diu figurate fuerant promissa
misterio. Extra civitatem quoque passus est ut vitas [illegible] respiceret
figure quia sacrificia que fiebant pro toto populo offerebantur extra civitatem
ut dicitur levitici xvi de vitulo ariete et hirco. ad hebr. xiii
Iesus ut sanctificaret populum suum extra civitatem passus est, dans nobis
exemplum vite cum volumus deo acceptum offerre sacrificium a mundana con-
versatione exire debemus. Exeamus igitur extra castra, improperium eius
portantes. Qui sicut pro nobis maledictum crucis portavit, sic pro
omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Unde quod in
futuro iudicio facturus sit, electos ponens a dextris et reprobos a sinistris
Et quod in presenti vita quidam eius crucem portant pro eterna gloria
alii pro mani et temporali subsidio. Sic passus est passionem crudelissimam
acerbissimam contemptoriam ac ignominiosissimam. Et quibus videtur
illud trenorum i. de xpo. O vos omnes qui transitis per viam attendite
et videte si est dolor sicut dolor meus. Dolor magnus ex afflictione
proprii corporis, maior ex compassione aliene miseriatis, maximus ex lesione
divini honoris cum debitum ordinem caritatis quo quis tenetur plus
diligere proximum quam corpus proprium et deum super omnia. Quod iugiter
debet insistere memorie devote anime, ut dicat cum celesti sponsa. Cantic.
fasciculus mirre, id est amarissime mortis dilectus meus, inter ubera
mea commorabitur, scilicet intellectus per meditationem et affectus per com-
passionem et devotionem. Quoniam ut ait bernhardus ser. xliii. hec medi-
tari dixi sapientiam in hiis iustitie perfectionem in gestis [illegible] plenitudinem
scientie divitias salutis copias meritorum. Hec me erigunt in adversis
in prosperis deprimunt et inter leta tristia que vite presentis via regia in-
cedenti tutum prebent utrobique ducatum. Hinc inde mala imminentia
repellendo. Hec mihi in ore frequenter in corde semper. Hec mea sublimior philo-
sophia scire ihesum et hunc crucifixum, qui est agnus occisus, cuius sanguine
si fuerint duo postes domus nostre scilicet intellectus et affectus tincti non
nocebit exterminator, liberabimur ab egipciaca servitute et durissimo
pharaonis imperio, securi transibimus mare rubrum presentis vite per cordis
contritionem ac per desertum penitentie veniemus ad terram promissionis. Quod omnia
nobis facere dignus fuit agnus qui occisus est, aperiendo librum et
solvendo signacula eius. Et subditur fructus sive utilitas inde
sequens cum dicitur et redemisti nos deo in sanguine tuo. Circa quod possit
queri. Quare non dicit per sanguinem tuum [illegible] quod ideo
quia redemit omnes quantum ad precii sufficientiam. Et sic dicitur redemi-
sti per sanguinem. Sed bonos redemit quantum ad efficaciam. Ideo dicit redem-
isti nos in sanguine id est in sanguinis seu passionis fide et imitatione
Et de hoc bernhardus dicit. Vigens ex [illegible] quia solus a peccato alienus re-
demisti nos ut simus dei, cum prius eramus dyaboli. Non dicit
redemisti unum vel ex una gente, sed ex omni tribu. Secundum ii. haymo-
nem et Richardum. Tribus dicuntur a filiis Noe tribus. De quibus gen. ix
A quibus tres tribus dicuntur provenisse. Vel ex omni tribu id est ex-
omni ordine scilicet prelatorum activorum et contemplativorum, qui figurantur
per Noe daniel et iob. Ezech. xiv. Et quia in illis sunt multe lingue
scilicet quadraginta due, ex quibus multi sunt ad fidem collecti. Ideo subdit
Et lingwa. Et quia in singulis lingwis sunt plurimi populi, ideo subiungit
Et populo. Populus enim est cetus multitudinis rationabilis rerum quas di-
ligit concordi communione sociatus. aug. de ci. dei li. xix c. xxiv.
multi enim populi locuntur una lingwa. Et quia in uno populo sunt multe
naciones natio non dicitur quasi regio, ideo subdit Et nacione. Ad denotandum quod

q nō est apud deum psonarum acceptō. s in om̄i gente qui timet deū
et operatur iusticiam acceptus ē illi actuū x. Ideo sic loquitur
hic om̄i tribu et lingue et simile. Et nō solum sic redemisti a malo li:
berando. s fecisti nos scilicet redemptos deo nr̄o regnum .i. ut deus
regnet super nos per Christum. sup quos prius regnabat dyabolus p culpam
tam scilicet regnum cuius non sit de hoc mundo Johānis 19. est tamē in
hoc mundo regnabit .n. sup nos deus nr̄. Sequitur. Et sacerdotes
vt qui nosmetipsos prius obtulimus dyabolo redempti offeramus nos deo
et regnemus sup Christum .i. quicquid in nobis est Christum sibi yciemus
ut dicit Richardus. Et qui idem haymo electi inquit reges appellan-
tur quia tyrannidem viciorum in se consurgere nō sinunt. sacerdotes vero
dicuntur. qr seipsos in ara cordis sacrificium contribulatum offerunt.
Omnes electi dicuntur sacerdo:
tes. qr membra x. Sic enim ait Augustinus 2° de civitate dei c. xi. sup p° id fecit nos regnum et sacerdotes. ibi.j.19.
Et in hoc pz affectus passionis ihu xp̄i in liberacōn et extimacōne
omnis mali ibi redemisti nos. Et in collacōn omnis boni. ibi fecit nos
regnum et sacerdotes. Et in subieccōn repugnantis adusarii ibi regibus
regum et sacerdotes dissolvit. ducit sacerdotes inglo:
rios. Job 12. Balteum regum dissolvit ducit sacerdotes inglo-
rios. ibi Gregorius moral. xi Reges sunt qui motus suos bene rege-
re sciunt. Job 36. Reges in solio collocat. ibi moral 26 ... de hoc
vbi ait Reges et plati motibus carnis. modo luxurie appetitu fre:
nant. modo estum avaricie sperant. modo gloriam elacōis inclinant et

Et vidi et audivi vocē angelorū multorū in circuitu throni. et
animalium et seniorū. Et erat numerus eorū milia milium voce magna dicen:
cium. Dignus ē agnus q occisus est accipe virtute et divinitate et sa:
piencia. et fortitudinē. et honorē. et gloria. et benedictōm. et omne
creaturam que in celo est. et q sup terra et sub terra. et que
sunt in mari. et q in eo sunt. Omnes audivi dicentes sedenti in
throno et agno. Benedictio et honor et gloria et potestas in secula se-
culorū. Et quatuor animalia dicebant amen. Et 24 seniores ceciderunt
et adoraverunt viventem in secula seculorum. Narrata ab
hominibus congratulacōn et laudis exhibicōn pro libri apercōn et pro
humani generis reparacōn. Subiungit ab angelis congratulacōn et collau:
dacōm. Et p° ponitur laudancium descripcō. 2° ipsorum laudis expre:
ssio. ibi. dicentium. Dignus est agnus. Quantum ad primum dicit Et
vide et audivi vocem angelorum multorum. Dicit haymo. Et hec
visio tota spiritualis fuerit. hic manifeste legis cum tamen dicat et vidi
vocem. licet .n. vox videri nō possit ... vide positum est pro
intelligere. Sicut legitur Exodi 20. Cunctus populus videbat voces
.i. intelligebat. Sic .n. solemus et nos dicere cuicumque aliquid ostende-
re cupientes ... videas .i. vtrum intelligat ea que dicimus ... totus
visus vel auditus Johannis in spiritu fuit ... spiritualis. est ergo sensus
vidi et audivi scilicet spiritualiter .i. intellexi. de si vidissem et audissem.
Sequitur vocem angelorum multorum. Sed. cum vox sit forte
corporalibus organis cum percussione aeris. vtz per phm 2° de anima
in quibus nō sunt
Qualiter ait hic audivi vocem angelorum multorum. Et vox angelorum
predicta. Respondetur secundum Gregorium 2° moralium ... principium
laudis et admiracōs interne contemplacōnis
eorum. est in laude conditoris ipsa admiracōnis obstupuisse. est dixisse. qr excitatum
a[illegible] contuitu divine maiestatis
cum reverencia motus cordis. magnus ē ad aures incorporei scripti
clamor vocis. Que vox quasi se per distincta verba explicat
dum sese per innumeros modos admiracōnis format. Angeli ergo
locutionis dominio. cum per hoc q sup semetipsos conspiciunt in motu
admiracōnis surgunt. ibi. Vnde Richardus hic. Vox spiritualis sit
affectu devocōnis. Vox corporalis ictu aeris. j Cor 13. Si linguis hominum
loquar et angelorum etc. Sequitur In circuitu throni et animalium
et seniorum dictum est sup proximo Quod thronus hic alia et seniores

= castrum

v[e]l c[ivi]t[a]s electorum uel potius militans vel per thronum circa quem per animalia doctores, per seniores plebi et presidentes in quorum circuitu sunt angeli protegentes et custodientes iuxta illud Ysaye 62. Super muros tuos custodum custodes. Omnes enim sunt administratorii spiritus missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. ad Hebr. j. Quod quidem ministerium ipsi letanter perficiunt et nos custodiunt valde diligenter. Sic dicit Aug[ustinus] li[bro] soliloquiorum c. 29. Magna cura et vigilanti studio assunt nobis omnibus horis et locis succurrentes et prouidentes necessitatibus nostris et soliciti discurrentes inter nos et deum gemitus nostros et suspiria referentes ad deum eum, ut impetret nobis facilem clementissime benignitatis eius propiciationem et referunt ad nos desideratam gratie sue benedictionem, ambulant nobiscum in omnibus viis nostris, intrant et exeunt nobiscum attente considerantes quam pie quam honeste conuersemur in medio nationis praue et peruerse. Quanto studio quantoque desiderio queramus regnum dei et iustitiam eius, quanto quoque timore et tremore seruiamus ei et exultemus in letitia cordis nostri. Ad iuuant laborantes protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes. Congaudent gaudentibus de deo, compatiuntur patientibus propter deum. Grandis enim est eis cura de nobis et magnus affectus dilectionis eorum erga nos conciues suos per quos sue ruine dispendia expectant restaurari desiderantes vt[ique] coetibus possemus ad eorum consortium peruenire. Hec ille. Et ut dicit Aug[ustinus] li. x de ci[vitate] dei c. vij°. Merito illi in celestibus sedibus constituti immortales et beati qui creatoris sui participatione gaudent, cuius eternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt nos mortales et miseros ut immortales beatique simus misericorditer diligunt. Cum ipsis enim sumus vna ciuitas dei cui dicitur in ps. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, cuius pars in nobis peregrinatur in illis opitulatur. Et Vgo hay[mo]. Non est ergo dubium tempore de reparatione humani generis angelos letatos sunt qui prius a suo consortio deputabant homines exteros. Vnde nato domino affuit multitudo militie celestis laudantium deum et dicentium Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. luce 2°. Vnde et hic eorum multitudo innumerabilis ostenditur cum subiungitur Et erat numerus eorum milia milium. Sed queritur. Quare non posuit numerum certum. Respondetur ... hayom ... certum non possit summam exprimens eorum et diceret decem milia et centum milia aut aliquid huiusmodi. Videtur finitum recipere numerum ... ideo numerus angelorum nobis esse ... numerus eorum nobis est incertus et innumerabilis, licet non deo, ideo sic ait Milia milium id est multa milia de numero milium. Mille enim numerus est finitus. Sed propter pluralem numerum redditur infinitus, quia non dicitur duo milia etc. sed milia milium. Deo igitur qui videt omnia finitus est numerus angelorum, nobis autem infinitus. Iob 25. Numquid est numerus militum eius. Super quo Gregorius li° xvij° moralium dicit. In cogitatione humane mentis supernorum spirituum numerus non est. Quanta sit illa frequentia inuisibilis exercitus nescit. De quo dicitur Daniel vij°. Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Supernorum quoque ciuium numerus et infinitus est et definitus exprimitur. Vt qui deo numerabilis est, nobis innumerabilis demonstretur. Quibus ut ibidem dicitur. Aliud est assistere aliud ministrare. Assistunt enim ille procul dubio potestates que ad quam hominibus nuncianda non exeunt, ministrant vero hii qui ad explenda officia nunciorum veniunt. Sed tamen ipsi quoque contemplationem ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant quam hii qui principaliter assistunt assistentium numerus quasi definitus, ministrantium vero indefinitus ostenditur. Et subdit angelicos vero spiritus recte dei milites dicimus, quia eos debellare contra potestates aereas non ignoramus. Que tamen certamina non labore sed imperio peragunt, quia quicquid agendo contra immundos spiritus appetunt ex adiutorio cuncta regentis possunt. Hec ibi et plura. Et subditur expresso laudis cum dicitur voce magna id est magna congratulatione, quia sicut gaudium est in celis angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. luce xv. Quanto maius est gaudium de tocius humani generis reparatione. Vel voce magna id est immensa admirationis et laudandi voluntate. Ezech. j.

Cum fieret vox super firmamentum stabant animalia et c. Job . Gregorius omnem
vim distinguit de quadruplici voce dicens Querendum nobis est que sit vox
super firmamentum . Sed eadem voce melius intelligimus si ab imis ad superiora
gradientes quibusdam passibus ascendamus . Sicut auditus corporis
excitatur voce . ita sensus mentis excitatur intellectu quod de interioribus
auditur . Vox ergo est in mente quasi quidam sonus intelligentie . Subdit
Sed sciendum nobis est quod interius sensibus aliqui loquntur vox carnis aliqui
vox anime . aliqui vox firmamenti . aliqui vox que est super firmamentum
declarat dicens Ponamus . n . ante oculos quemquam sit lesus a proximo
qui ex humana ratione cogitat ut vice lesionis reddat . malum pro
malo retribuat . huius vox carnis loquntur in mente . quia cum divina
mandata precipiant benefacere hiis qui nos oderunt . impugnans malefacere
se adiectibus cogitat . in eius animo carnis vox sonat . Subdit
Multa terrena quotidie agimus post hec ad orationem redimus . attendit
a compunctione animus . quia carnium rerum quas egimus imagines versantur
in mente . et interdum compunctionis impediunt in oratione . et quod volentes
fecimus egimus . hoc intelleximus patimur inviti . ut quedam cogitationum
fantasmata . in mente per imagines corporeas defigunt ne stricte co-
tam in oratione se colligat . hec est vox carnis est . Cum vero et ista
subicimus atque ab oculis mentis . etiam corporeas imagines effugamus
querentes in nobis metipsis naturam anime . qualis sit que carne
vivificare sit . quia semetipsam stringere in bonis cogitationibus sit desiderat
non potest . invenimus quendam intellectualem spiritum per creatoris potestatem
vivente corpus quod sustinet vivificare . sed tamen subditum
mutabilitati subiectum . quem sepe timor afficiat . letitia extollit . ipse
itaque intellectus . vox eius est . quia sonat quod est . que tamen ad hoc vox
sub firmamento est . Sed transcedentes animam voce de firmamento conamur
cum illa sanctorum angelorum summa multitudo in conspectu dei consistit .
qualis sit investigamus . que sit in eis sine fine festinatis visionis dei
que letitia sine defectu . quis amoris ardor non cruciatus sed delectans
quantum in eis sit desiderium visionis dei cum satietate . et quanta satietas
cum desiderio . in quibus nec desiderium penam generat . nec satietas
fastidium parit . quo inherendo beatitudini sunt beati cuius contemplando
semper eternitate sunt eterni . quo coniuncti vero lumini facti sunt lux
quomodo aspicientes semper incommutabilem . mutati sunt in incommutabi-
litatem . Sed cum ista de angelis cogitamus . adhuc vox est de fir-
mamento non super firmamentum . Transcendat igitur animus . et ab ipsis
transcendat omne quod creatum est . et in solo creatoris sui lumine fidei
oculos figat . quod unus vivificet omnia que creavit deus . quod ubique totus
est . quod nature circumscriptus et incomprehensibilis sentiri potest et videri non potest
Quod inquam deest . et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est . quod nec
ibi deest . quia veri non est per gratiam adest per vindictam . Et omnia
tangit . nec tamen equaliter tangit . Quod ubique presens est et invenire vix potest . quem
stantem sequimur et apprehendere non valemus . Ponamus ergo ante oculos
mentis que sit illa natura que et omnia implet omnia circumplectitur
omnia supercedit omnia sustinet omnia . nec alia ex parte sustinet atque
alia superexcedit . nec alia ex parte implet atque alia circumplectitur . Sed
circumplectendo implet . et implendo circumplectitur . sustinendo superexcedit
et superexcedendo sustinet . hanc ne potuerim cum stricte in ea co-
gitat animus . vox super firmamentum fit . quia eius intellectum concipit
qui et angelorum sensum sua incomprehensibilitate transcendit . Hec ibi
Gregorius 2° moralium post principium Incorporea natura quia inter rar:
ne pestitur . invitatenus ab ea humano modo aere flatus folle vere
atrahitur . vox per organum gutturis vocis expression reddatur . Sed dum natura
invisibilis loquntur . dignum est ut mens inquam qualitate corporee locutionis
excedens ad sublimes atque incognitos modos locutionis intime suspensionis
Nos itaque ut ea que sentimus interius exprimamus . per organum
gutturis per sonum vocis emittimus . aliorum que oculis intra secretum mentis
quasi post parietem corporis stamus . Sed cum manifestare nosmetipsos
cupimus quasi per linguae ianuam egredimur . ut quales sumus intus ostendamus

Spiritualis aut nu no ita est que ex mente et corpore non est composita Que
quidem incorporea nu tunc loqui dicitur cuius locucio no una et
eadem qualitate formatur. Nam alit' loquitur deus ad angelos. alit' angeli
ad deum. alit' deus ad sanctorum animas. alit' anime sanctorum
ad deum. alit' deus ad dyabolum alit' dyabolus ad deum. Et ad pro:
situm dicit q vox angelorum est in laudem conditoris ipa admiraco
interne contemplacois. vtzint b. Et sequitur expsso laudis cum dicit
dignus est agnus qui occisus est accipe virtutem etc. Agnus igitur per
innocenciam et simplicitatem et q in sacrificium est oblatus. Deus sed
cum occisus est p indebitam penam. Dignus e per singularem
excellenciam accipe virtute etc. x ut predicetur dei virtus. Et ut deus
sapiens fortis honorificandus gloriosus benedictus credatur et laudetur
Sic distinguit Richardus reddendo singula singulis. Ysaye ix. vo
cabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis etc. i. Cor. i. Qui fa:
ctus est nobis a deo sapientia et iusticia et sanctificacio et redempcio. Sz
Queritur quare ait hic occisus est. Sup vo dixit. vidi agnum tamq
occisum. Dicendum ubi dictum est q ibi ait tamq occisum ob detencionis
sue a morte impossibilitatem. hic vo ait occisus absolute ob morte
veritatem. Item queritur. Qualit' ait hic dignus est agnus q occisus
est accipe virtutem etc. Nam cum hic habuit ab inicio sm apostolum
i. Cor. i. videtur q no per meritum passionis dignus est h' accipere
quod tunc lra videtur inne. Dicendum q lz verum est q h' omnia habuit
ab inicio iure hereditario secundum dignitate tamen meriti dignus est
accipe ista. ad phil 2o. humiliauit semetipsum etc. Sequitur propter quod deus
exaltauit illum. no q hu propter sit causale ut dicat causam sine qua
non esset exaltandus. sz dt causam meriti Et pz exemplum de filio regis li:
berantis regnum de captiuitate tyranni inuadentis. lz n debeatur ei
principatus regis iure hereditatis nichilominus debetur racone liberacionis
ab adusario Sic in proposito Alij dicunt hoc q dicitur dignus e agnus
qui occisus est accipere virtutem. Dicit glo x immunitate a peccato
Qualit' hoc ait cum semp hoc habuit qui peccatum no fecit Ysaye
13. No n. ex merito passionis xpus habuit immunitate a peccato. sed
ex vnione anime ipsius ad verbum eternum. Vnde tamen immunis fuit
a peccato in primo instanti sue concepcionis sicut post passionem. Dicendum q dicitur
accipe virtutem x immunitatem a peccato. no in sua psona solum in ca
pite sz in membris. q ex merito passionis eius puenit nobis immunitas
peti. Nam baptismus hz efficaciam a passione. q ex passione inest
baptismo vis regeneratiua et omnia sacramenta inde hnt virtutem
suam. Vel q h' omnia accipe dicitur qo ad euidenciam seu noticiam
hominum. q res tunc dicitur fieri cum innotescit. Vel accipe ~~dicit~~ dt
h' prius confusum ipse n accepit virtutem x ptatem principante. Sic l'
principes regis terre Et diuinitatem q fuit deus et ho Luce 21 vere
filius dei erat iste. Et sapiam ad Coloss 2o In ipo omnes thezauri sapie
et scie Et fortitudine sz in passione. q occisus occidit morte et
dyabolum vicit. Quod n infirmum est dei fortius est hominibus i. Cor. i.
Et honorem in resurreccione Gloria n et honore coronasti eum Et gloria
in ascensione. q cum ascendit in nubibus. tunc manifestauit q fuit rex
glorie Et benediccionem x donorum spiritualium collacionem pro quibus fuit me:
rito benedicendus et laudandus ab omnibus. q tunc infudit benediccionem dextere
implens omne al benediccione. Ecci 23. Benedicetis dominum exaltantes
eum. Dignum est n. ut humanitas filij dei que tanta sustinuit cruciamenta
post sputa post alapas post morte et sepulturam resurgat et in dextera
patris collocetur. et ab omni creatura laudetur adoretur benedicatur et glorificetur
inquit haymo. Et sequitur et omne creaturam sz dignus est accipere
ut vz ipa humanitas vnita verbo possideat omnia q sunt in celo etc. ad
Philipen 2o. In nomine ihu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum
vel omne creaturam sz dignus est accipe in fide sui conuersione ad fidem
qui in omnem terram exiuit sonus eorum sz aplorum. et in fines etc. Ps
laudent eum celi et terra mare et omnia reptilia in eis. Vel dignus
est accipe omne creaturam sz p ptate Math vlto Data e m
omnis ptas in celo et in terra Et hec aut que in celo est x in angelis

Et in terra id est in hominibus Et subtus terram id est in inferno Et sic dignus est accipere in terra et que in eo sunt. ps. omnia subiecisti sub pedibus eius oues et boues vniuersas insuper et pecora campi volucres celi et pisces maris etc.
Et sequitur exhibicio laudis ab omnibus creaturis cum dicitur Omnes audiui Ubi primo ponitur laudis exhibicio siue magnificatio 2o laudis confirmacio ibi Et quatuor alia dicit ergo omnes audiui scilicet homines et angelos gaudentes dicentes sedenti in throno id est ipsi trinitati et agno id est christo homini ut humanitati dicit gloria virtutis Benedictio id est exaltacio sic sit ei et sit honor id est impassibilitas et gloria in resurrectione et potestas in plena dominacione Hic distinguit glo. et haymo in parte Vel ut dicit Ricardus Benedictio etc. quia et benedictus et honorificandus gloriosus et glorificandus nimis resurrexit Vel 4 supradicta possunt referri ad 4 dona spiritus sancti ad denotandum quod in eo requieuit secundum triformis spiritus ut ait Belegranus Ista vero 4or possent referri ad 4or dotes corporis quas accepit christus et accepturi sunt omnes qui sunt eius membra Vel ad prerogatiuas 4or de quibus dictum est supra et eius potestas in secula seculorum id est eternaliter ut expositum est supra ps. Et sequitur laudis confirmacio siue congratulacio de ipsa laude cum dicitur Et 4or animalia per que doctores significantur dicebant amen id est vere dignus est agnus accipere Et 24 seniores ceciderunt in facies suas se humiliantes et adorauerunt mente ore et opere ait glo. viuentem in secula seculorum id est christum deum verum viuum et immortalem supra primo Eum vidi et fui mortuus ad ro. vi christus resurgens ex mortuis iam non moritur Et patet hic concors vnanimitas omnium fidelium in benefactorum dei recognicione et in concorde collacione eorum professione et in vera ipsorum humiliacione et in recta dei adoracione laudis plenius in eterna statu in congregacione ut ait propheta omnes gentes plaudite manibus Et secundum istum modum Sanctus Bernhardus in sermone 1 9 dicit omnibus Et sup tantica in opere nostre restauracionis ponit ea scilicet deum angelos et homines Deus siquidem per se et sine cuius sibimet in hoc opere cooperatur Deus siquidem per se et sine istorum adminiculo sufficientissimus ad complendum opus nostre salutis hij vero sine ipso possunt facere nihil Ergo quod ex illis assumit in opus ministerij huius non est solacium sed effectum confert illis Nam hominibus cunctis mita locauit in opere idem illud dignus est operarius mercede sua Et vnusquisque recipiet secundum proprium laborem accipiet siue qui in fide plantat siue qui rigat quod plantatum fuit Angelorum aut cum ad salutem humani generis ministerio vtitur Nonne facit ut ab hominibus diligantur Nam quod ab angelis homines diligimur inde vel maxime aduerti potest quod antiqua sue ciuitatis dampna ex hominibus resarciri non ignorant Nec alys profecto legibus regum caritatis decretat regi quam puris ipsorum quos parit recepti sunt mutuis quoque amoribus et puris affectionibus inuicem et in christo ibi Idem sermone 1 8 Cum tercium agitur quod nunc eterna in loco peregrinacionis tue de celo venit auxilium tibi qui custodiunt te non dormitant neque dormiunt Custodes tui angeli sancti Non errat qui te inquietam ab angelis senserit et custodiri Et est huius solicitudinis causa quia non de te ad sui plenitudinem nunc restauretur Nam quis nesciat sathana cadente de celo et eius complicibus minui superne multitudinis partem non modicum imminutam de te itaque expectat numeri consummacio Ubi Item custodiunt te in omnibus vijs tuis dicitur in ps. Super quo Bernhardus Quantam tibi debet hoc verbum inferre reuerenciam afferre deuocionem afferre fiduciam Reuerenciam pro presencia deuocionem pro beniuolencia et fiduciam pro custodia Custodiunt stantes ne cadant cadentes adiuuant ut resurgant resurgentes custodiunt ne recidant Qui intus Ad hebr. 1 Omnes sunt administratorij spiritus Dicit supra largis
Utrum vna et eadem adoracione christi diuinitas et eius humanitas sit adoranda. Quaere in 3a sancti thome parte q. 24 ar. 1 quod in eo quod honor exhibetur honoratur Duo possumus considerare scilicet eum cui honor exhibetur et causam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti Non enim dicimus quod manus hominis honoretur sed quod homo Et si quando contingat quod dicitur honorari manus vel pes alicuius hoc non dicitur ea racione quod huiusmodi partes secundum se honoretur sed quia in istis partibus honoratur totum per que tercium modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori puta in veste aut in imagine aut in nuncio Causa aut honoris

est illud ex quo ille qui honorat͛ hʒ aliquā excellētiā. Nam honor est exhi-
bitio reverencie et reverencia alicui exhibita in testimonium virtutis. Hec est
ppt excellenciam sui ex 1o ethic͛. Et ideo si in uno homine sunt plures cause
honoris putā plato sciencia virtus et cet͛ quidem illius hōis unus
honor ex parte eius qui honoratur. possunt tamen esse plures honora-
tiones ex parte cause qua honoratur. ut ppt sciam et virtute platoꝝ et cet͛
Cum aut in xpo sit tm una persona divine et humane nature et
etiam una ypostasis et unum suppositum. est quidem eius una adoratio
et unus honor. ex pte eius qui adoratur. sʒ ex pte cause q̄ ado-
ratur. ponūt dici plures esse adoratões ut scilicet alio honore honoret͛
ppt sapiam increatam et ppt sapiam creatam. Si aut poneret͛ in
xpo plures psone seu ypostases. sequeretur qꝫ simpl͛r essent plures ado-
rationes. et hoc in sinodis reprobatur. dicit͛ n in capitulis cirilli. Si
quis audet dicere assumptū hominem coadorari cum deo verbo quasi alter
alteri et nō magis una adoratione honorificat emanuele. prout qꝫ verbum
caro factum est. anathema sit. Cum igitur honor adorationis debe-
atur ypostasi subsistenti. tamen ratio honoris pt esse aliquid non subsistens. ppt
quod honorat͛ psona cui id inest. Adoratio ergo humanitatis xpi
dupl͛r pt intelligi. Uno modo ut sit eius sicut rei adorate. et sic adorare
carnem xpi nichil est aliud qz adorare verbum dei incarnatū. Sicut
adorare vestem regis. nichil aliud est qz adorare regem vestitū. Et scdm
hoc adoratio humanitatis x͛ est adoratio latrie. Alio modo pt intelligi
adoratio humanitatis xpi que fit ratione humanitatis x͛ perfecte omni
munere gracie. et sic adoratio humanitatis x͛ nō est adoratio latrie sed
dulie. ita scilicet qꝫ una et eadem psona x͛ adorat͛ adoratione latrie ppt
suam divinitatem et adoratione dulie ppt perfectionem humanitatis. nec hoc
est inconveniens. qz ipsi deo patri debetur honor latrie ppt divinitatem
et honor dulie ppt dominium quo creaturas gubernat. Unde super illud
ps. Domine deus meus in te speravi. Dicit glosa. Domine omnium ppt potenciam
cui debetur dulia. Deus omnium ppt creationem cui debet͛ latria. Si autem
arguetur qꝫ cultus latrie nulli creature debet͛. sʒ humanitas xpi est
creatura. Dicendum qꝫ adoratio latrie nō exhibetur humanitati x͛ ratione
sui ipsius. sed ratione divinitatis cui unitur. Et ut ibi. De hoc ponit exem-
platis familiare Johannes damascenus li. 3o de carbone ignito dicens
Si quis tangit carbonem nō ppt carbonem sʒ ppt ligno coniunctum igne.
Sic adoro xpi dei mei simul utrumqꝫ naturam. ppt carnem unitam divinitati.
Et beatus Augustinus Ego inquit dominicam carnem. immo perfectam in xpo
humanitatem ideo adoro qꝫ a divinitate assumpta et divinitati unita e
et nō alium et alium sed unum eumqꝫ deum et hominem filium dei
esse confiteor. Si enim hominem separaveris a deo. illi nunqz credo sʒ
tanqz deo illi nunqz servio sʒ cultu latrie. Et dedit exm similitudinem de
purpura vel dyademate regali carente. quam nel quod nullus cogit͛
adorare. Sʒ cum rex hijs indutus fuerit periculū mortis incurrit
si ea cum rege adorare contempserit. Ita in xpo humanitatem non
solam nel nudam. sʒ divinitati unitam si quis adorare contempserit
eternalit͛ morietur. hec Augustinus

Et vidi qꝫ aperuisset agnus unū de septem sigill. Et
audivi unū de quattuor aīalibus dicens quasi voce
tonitrui. Veni et vide. Et vidi. Et ecce equus albus. Et q̄ sede-
bat super illum habebat arcū. et data est ei corona et exivit
vinces ut vinceret. Capitulum sextum huius totius lib͛. Con-
tinuatur sic ad precedentia. Premissis duabus
primis partibus huius 2e visionis scilicet de visione sedentis in throno
et assistentibus. et de visione libri signati et commitatibus. hic
prosequitur de 3a pte visionis scilicet de aperi- sigillorum et declaratione
status universalis ecclesie pro tpe futuro ad premunitionem eciam ne de-
ficeret si de improviso insurgeret tribulacio. Ait glo. agnus n͛ fecit
racula que pendet͛. Ait Gregorius in omel. xv 2e pte evangeliorum

Et nos tolerabilius mundi mala suscipimus si cum hec prudencie clipeo mu:
nimur. Unde Richardus cum illa gloria gerendus dicitur. Que in precedentibus
huius visionis continetur ad sacramentum redempcionis pertinet humane.
Que vero in septem sigillorum apercione distinguntur ad sequentis temporis
ordinem referuntur. Et durat ista pars usque ad capitulum octavum.
Unde prius narrata sunt que fiebant in capite. Nunc de hiis agitur
que futura erant in corpore ecclesie. Et dividitur in 4 partes secundum usum septem
sigillorum. 2a ibi Et cum aperuisset sigillum 5m. 3a ibi Et cum
aperuisset tercium. 4a usque ad 4. Et de hiis sigillis Beda. In primo
inquit sigillo decus ecclesie primitive. In sequentibus tribus triforme eius
bellum scilicet a fundentibus sanguinem martirum. A persecutoribus hereticorum
et a dolosa fictione fratrum. Et de hoc in glo. In quinto sigillo gloria
triumphorum. In sexto que ventura sunt tempore antixpi. In suo initium
eterne quietis. Ibi ille. Et quasi idem alii expositores. Primi. Prima vero
pars de apercione primi sigilli subdividitur in tres. Primo ponitur apercionis sigilli
visio. 2o vocis invitatus ad videndum audicio. ibi Et audivi unum de
Terno lateribus archani apercio. ibi Et vidi et ecce equus albus. Dicit
ad primum dicit Et vidi quod aperuisset agnus unum de 4 sigillis. Ut ait Haymo
Apertio sigilli revelatio est sacramenti. per 4 sigilla plenitudo misteriorum
absconditorum designatur, que latebat ante adventum domini. que multa sunt
et multis modis preminciata sicut dicit apostolus ad Hebr. 1. Multifarie multis-
que modis olim deus loquens patribus in prophetis. Novissime diebus istis
locutus est nobis in filio suo. Et sic idem alii expositores. Primum ergo
sigillum aperuit, dum mundum redimendo, et primitive ecclesie dona
spiritus infundendo proprie passionis primordia vosque ad illud tempus latencia
in se et per se completa et exhibita manifestavit. Daniel 12. Signa
sermones usque ad tempus. Sic enim sigillum est rei secreti celatum continens
Sic est de sacra scriptura que est co-
signatum et auctoritate munitum. Sic est de sacra scriptura que est cus-
todia archanorum misteriorum dei. Ysaie 28. Secretum meum mihi.
Hester viii. Hec erat consuetudo ut ex epistolis que ex regis nomine
mittebantur et illius anulo signate erant contradicere nemo audeat. Et sic
sigilla tunc agnus aperuit quia pro salute nostra sicut erat in scripture
veritatis promissum adimplevit. Unde et resurgens a mortuis aperuit
discipulis suis sensum ut intelligerent scripturas. Luce ultimo. Unde eciam est
quod discipulis spiritum sanctum se missurum promisit qui eos doceret omnia. Et ipsi
bus que vetera erant annunciaret. Iohannis xvi. Dicit ergo. Et vidi scilicet oculis
mentis. hoc est intellexi quod aperuisset agnus scilicet qui solus hoc potuit
quia ipse solus est dei virtus et dei sapiencia. 1 Cor. 1. Ipse sapiencie dux
et emendator. Sapiencie vii. Cum aperuisset unum de 4 sigillis id est primum. Ro
mo loquendi. quo dicitur Gen. 1. Factum est vespere et mane dies unus id est
primus etc. id est quod complesset quicquid de ipso usque ad ascensionem et spiritus sancti
missionem in veteri lege sigillatum id est obscure predictum fuerat. Et subdit
2a particula scilicet vocis invitantis ad videndum audicio. cum dicitur Et audivi
unum de 4or animalibus. Secundum Haymonem in hoc loco unum animal
primitivam ecclesiam significat ex Iudeis de quibus scriptum est Actuum 2o
Et una die crediderunt tria milia, alia quinque milia. et deinceps
multa milia, de quibus precipua dicit quod multitudinis credencium erat Actuum 4
cor unum et anima una. Richardus autem dicit eum in hoc loco significat
ecclesiam sequentem. Iohannis ex 4or animalibus. Sicut dicitur ecclesia
Dicit ergo unum ex 4or animalibus Iohannem. id est doctorem eccl.
primitiva sua predicacione et doctrina invitat eciam sequentem dicens Veni
scilicet ad fidem Christi. non gressibus corporis sed fidei et mentis. et Sursum
in misterio legis et prophetarum eloquio ad cognicionem intellectum. Et vide scilicet
ea que ante predicta sunt iam aperte completa. Iuxta illud Ps. Audi
filia et vide. audi scilicet predicta et vide completa. Veni inquit cre:
dendo. Et vide intelligendo. Ysaie vii. Nisi credideritis non intelligetis
Veni a figuris umbrarum abstinendo. Et vide veritatem rei complete intelli:
gendo. ad Hebr. x. Umbram habens lex futurorum bonorum. non ipsam ima:
ginem rerum. Vel aliter secundum Richardum unum ex 4or animalibus hic est
primum est ordo predicatorum in novo testamento. qui resurreccionem Christi corporale
et eius ascensionem spiritualem triumphique predicat. Et compellit per primum animal

Vitulus marcus intelligitur. qui primus est in hac visione nominatim specialiter
agit de resurrectione christi. Similiter et Ieronimus unus de senioribus dixit
michi. Glosa vero dicit unum i. iohannem. Sed hoc dicit quia Johannes apertius
et lucidius quam ceteri de divinitate intonuit. Vitulus enim quia christus a mortuis
surrexit. De qua resurrectione marcus apertius ut dictum est scripsit. Et
per hunc primus ordo predicatorum signatur qui ut dictum est corporalem
ibi resurrectionem et etiam renascentiam spiritualem cumque predicavit.
Sequitur dicentes tamquam vocem tonitrui. Sed de primis predicatoribus de resurrectione
esset suavis et dulcis. quare hic signatur per vocem tonitrui. Responsio
secundum Richardum. quia subito nova mirabilia gaudia [illegible]
mirantibus nunciaverunt. Ideo quasi vox tonitrui sonuit et eiusdem et talibus
multa nova mirabilia et terribilia predicaverunt et fecerunt apostoli. Vel magis
dominus quem ipsi predicabant. Unde dicitur actuum 2o. Stupebant
autem omnes et mirabantur ad invicem dicentes. Nonne omnes isti qui lo-
cuntur galilei sunt. Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram
in qua nati sumus etc. Sicut omnes audiunt tonitruum. ps. vox tonitrui
tui in rota i. in orbe terrarum. Apoc. 4to. de throno exibant tonitrua.
Ibi de hoc vide. Et infra xiiii. tamquam vocem tonitrui magni. Deinde
quid dixit primum animal. Audiit dicentes veni scilicet attendendo et vide in-
telligendo vel veni fide et vide spe. Ut enim ait augustinus super Johannis
omelia 26. Qui credit in me. id est vadit in me. Et subditur tercia
particula scilicet lateris agni aperio cum dicitur. Et vidi scilicet hoc audito.
Et ecce equus albus. Secundum beatum Gregorium 21 moralium tractantem de
Job 39. Numquid prebebis equo fortitudinem aut circumdabis collo eius hinnitum.
In scriptura sacra equi nomine aliquando lubrica vita puerorum. aliquando dignitas
secularis. aliquando hoc ipsum presens seculum. aliquando preparata recte intentio. aliquando
sanctus predicator exprimitur. Et declarat dicens. Equi nomine lubrica
puerorum vita signatur. sicut scriptum est in ps. Nolite fieri sicut equus et
mulus. Et sicut dicitur Jeremie v. Equi amatores et emissarii facti sunt
unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Secundo equi nomine di-
gnitas secularis accipitur. Salomone attestante Eccl. x qui ait. Vidi servos
in equis et principes ambulantes quasi servos super terram. Omnis quippe qui
facit peccatum servus est peccati. Johannis viii. Servi igitur in equis sublimium
rectores presentis vite dignitatibus efferuntur. principes vero quasi servi am-
bulant. cum multos virtutum dignitate plenos nullus honor erigit
Sed summa hic adversitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum
dicitur dormitaverunt qui ascenderunt equos. ps. lxxv. i. in morte animae
mentis oculos a veritatis luce clauserunt qui in presentis vite honore
confisi sunt. Tercio equi nomine hoc ipsum presens seculum designatur. Sicut
Jacob voce dicitur Gen. 49. Fiat dan coluber in via. cerastes in
semita. mordens ungulas equi ut cadat ascensor eius retro. Quo
in loco equus secundum Gregorium hunc mundum insinuat qui per elationem
suam in cursu labentium temporum spumat. Cuius ascensor est quisquis
in dignitatibus mundi extollitur. qui retro cadit quia ex hac vita re-
pente decedit. et ad que supplicia ducitur ignorat. Quarto equi nomine
preparata recte intentio accipitur. Sicut scriptum est prov. 21. Equus paratur
ad diem belli. sed dominus salutem tribuit. quia contra temptationes se animus
preparat. sed nisi desuper adiuvetur salubriter non certat. Quinto equi nomine
sanctus quisque predicator accipitur. Propheta attestante qui ait Abacuc 3o
Misisti in mare equos tuos turbantes aquas multas. Mentes quippe aque
iacuerunt quia mentes humane diu sub vitiorum suorum torpore sopite
fuerunt. Sed equis dei mare turbatum est. quia missis sanctis predicatoribus
omne quod pestifera securitate torpuit impulsu salutiferi timoris
expavit. Hec itaque licet secundum Bedam et alios expositores per equum album
ecclesia primitiva baptismo dealbata portans christum sessorem significatur
Isaie 61. Induit me dominus vestimentis salutis. per quod vestimentum
statur iustitie indumentum. et ps. vestimentis albis induere. Unde Ri-
chardus. Equus albus est primitivorum electorum cetus sive multitudo ab
omnibus peccatis in unda baptismatis purificatus et donis spiritualibus

alter exi
patet

sup niuem dalbatis Et dicitur equus ppter securitatis audaciam contra tempta
cionum et tribulacionum insultus et ppter fortitudinem qua audacter pre:
dicabant Unde dicitur Job 39 Numquid prebebis equo fortitudinem vel
circumdabis collo eius hynnitum hynnitus enim ut Gregorius dicit vbi s.
vox predicacionis exprimitur Narus aut ipsis predicator prauas fortitudine
et post hynnitum accipit quia cum in se prauas viciorum extinxerit tunc
pro audiendis alijs ad vocem predicacionis venit Equus iste habet for:
titudinem quia aduersa constanter tolerat habet hynnitum quia ad superna clam
diens vocat huic equo dominus et fortitudinem et hinnitum se dare
testatur quia in eius predicatore nisi vita et sermo conueniant nequaquam
virtus predicacionis apparet Non enim multum prodest quod sit sublimis vite
operacione insufultus si loquendo non valet aliós ad hoc excitare quod sentit
vel quid prodest alios loquendo attendere si semetipsum indicat male vi:
uendo torpuisse Recta ergo in predicatore vtrumque est ut ad perfectionem vtraque
conueniant equo suo dominus et cum actionis fortitudine hynnitum vocis
et cum hynnitu vocis fortitudinem iniungat accionis hec ibi Et sequitur ibi
Gloria narium eius terror vngula terram fodit exultit audacter
in occursum pergit armatis contempnit pauorem non cedit gladio procul
odorat bellum etc. Sella huius equi est iusticia que parat locum sessori
vel xpo ps. Justicia et iudicium preparacio sedis tue Hester 6 homo quem
rex honorare cupit debet indui vestibus regis et poni super equum
qui de sella regis est Frenum quo diriguntur equi huius et illac est obediencia
ps. In chamo et freno maxillas eorum constringe Equus
frena in ore mittimus ad consenciendum nobis Tegimenta equi sunt
exempla sanctorum quibus dicuntur esse pedes muniti Cantica vij Quam pulcri
sunt gressus tui in calciamentis filia principis Ad Ephesios v Calciati pe:
des in preparacione ewangelij pacis Calcaria quibus stimulantur equi sunt
timor et amor 2 Cor. v Caritas xpi vrget nos Dicitur autem albus
equus ppter baptismum quem predicabant in quo dealbati erant et quam
albedinem innocencie viuendo seruabant ps. Asperges me domine ysopo
et mundabor lauabis me et super niuem dealbabor Et Ysaias primo
si fuerint peccata vestra sicut coccinum quasi nix alba erunt et si fuerint rub
ra quasi vermiculus velut lana alba erit Item dicitur albus ppter maiorem
claritatem cognicionis albedo enim magis participat de luce inter omnes
colores Et apostoli plus habuerunt de vera cognicione Unde eis specialiter
dictum est Vos estis lux mundi Math. v Sic igitur per equum album
et quod intelligitur in litera cetus apostolorum dealbatus sanctitate vite: Et qui
Jacobus Jerosolimitane ecclesie episcopus vt dicitur in libro illustrium vi:
rorum dicitur visus fuisse tunc vestibus lineis et pannis albis Et idem
estimari potest probabiliter de alijs apostolis Unde Crisostomus super Matheum vocat
eos viros dealbatos Qui sedebat autem super equum istum intelligitur xps
sessor et ductor eorum secundum illud apostoli Ad Ro. viij Quicumque spiritu dei aguntur
hij filij dei sunt Non enim potest homo ex suo libero arbitrio in itinere
virtutum recte ambulare nisi habeat sessorem qui freno diuine legis
ipsum dirigat calcaribus pungat vel flagello compellat Sed nec deus
volt in homine facere virtutes meritorias sine homine nec homo potest
facere sine deo ideo requiritur gracia dei per quam liberum arbitrium
hominis excitatur Sicut pulcre deducit Augustinus libro ypono:
sticon responsionum contra hereticos Recte arbitror liberum arbitrium iu:
mento comparari Unde dictum est in ps. Vt iumentum factus sum apud
te Et ego semper tecum Gracia sessori quia sicut iumentum animal indomitissimum ut domet
ad opus necessarie de armento vagum apprehenditur et impellitur per curam
domantis se eius perficere voluntate Ita liberum arbitrium quod vinculatum
viuit in homine gracia dei apprehenditur de armento luxurie seculi in quo
sub pastore dyabolo vagabatur per innumerabiles voluptates Per Zacharia:
rem dyabolum dixi secundum Zachariam prophetam dicente O pastor et ydolu
apprehenditur gracia liberum arbitrium ad domandum et male consuetudo
deposita feritate humilietur ad obediendum in opus domino manu et corrigatur
et ita semper eius cura nitiatur in dei perficere voluntate Et sicut
iumentum domitum in via dirigitur sessoris manum regitur ut iter rectum

sive levius sive tardius cum sedentis voluntate possit incedere quousque
ad locum perveniat destinatum. Ita liberum arbitrium dum in via
a in Christo esse reperit. Sic regimine regitur ut possit in semitis domini
recto corde seu pariter caritatis seu fervore spiritus vel cum dilectione gratie
ambulare quousque ad premium regni celorum perveniat. Ideo psalmista dicit Spiritus
tuus bonus deducet me in terram rectam. Et sicut iumentum cum ali-
quotiens sub sessore pastu largioris cibi intumescens fero cursu extollitur
sessoris flagello redditur ut cum eius ambulet voluntatem. Similiter
liberum arbitrium dum dono gratie immemor in prosperis efficitur et tamquam
de suis possibilitatibus gloriando extollitur eius flagello corripitur cum va-
riis tribulationibus paululum subiugatur ut humiliatus homo in sua infir-
mitate ad gratie recurrat auxilium. Et sicut sedens iumento cum pergit in
quo intersit xxx miliaria se fecisse dicit que non fecisset nisi tam iu-
mento cucurrisset ut iumentum nisi a sessore directum fuisset scilicet la-
bor itineris imputatur utrique. Ita gratia et liberum arbitrium pergit sine
dubio iter fidei liberum arbitrium dum currens facit precepta. sed non
sine gratia dirigente et gubernante. Unde quod dicitur in psalmo Dirige in conspectu
tuo viam meam et a domino gressus hominis dirigentur. Hec ille.
Per igitur ex dictis intellectus litteralis quo dicitur Et ecce equus albus
scilicet apostolorum senatus qui dicitur equus et albus candoribus dictis. Et
qui sedebat super eum scilicet Christus per gratiam suam eos dirigens et
gubernans. Habebat arcum in manu. Secundum Gregorium 19 moralium
arcus nomine in sacro eloquio quoque malorum insidie designantur
Sicut per psalmistam dicitur Intenderunt arcum rem amaram. Et
aliquando vero dies iudicii figuratur Sicut per eundem rursus dicitur
dedisti metuentibus te significationem ut fugiant a facie arcus. Ali-
quando vero per arcum etiam sacra scriptura significatur. Ipsa quidem arcus est
esse. Ipsa arcus est domini. De qua ad corda hominum sic ferientes sagitte
sic terrentes sive veniunt. Unde recte quod per psalmistam dicitur Arcum suum
tetendit et paravit illum. et in eo paravit vasa mortis sagittas suas
ardentibus effecit. Arcum namque suum dominus tetendit quia peccatoribus cunctis
per scripturam sacram minas exhibuit In quo scilicet arcu vasa mortis
paravit quia cum eloquium suum eos qui corrigi negligunt dampnat
In quo etiam sagittas suas ardentibus effecit quia ad eos quos amore
corrigit acutas verborum suas emittit. De hoc predicatorum arcu per
Ysayam dicitur Cum sagittis et arcu ingredientur illuc. c. vii. quia mi-
[illegible] sancti apostoli ad feriendum [illegible] vite durum cum distinctis
verborum spiculis venerunt. Quid igitur hoc in loco arcus nomine
nisi sacrum eloquium debet intelligi. In corda etenim testamentum novum
In cornu vero testamentum vetus accipitur. In arcu autem dum corda
tangitur cornu curvatur. Sic in eodem sacro eloquio dum testamentum
novum legitur duritia testamenti veteris emollitur ad eius namque
spiritualia et blanda precepta illius se littere rigor inclinat. quia testamentum
novum dum quasi quoddam bone operationis brachium tenditur in testamento
veteri severitatis ira flectitur. Nec videret dominum corde testamentum
novum congruere quod dominum misterium doctrine tantum est extitisse.
corda ergo tenditur et cornu curvatur. quia dum in novo testamento incarnationis
mediatoris agnoscitur. ad spiritualem intellectum rigor testamenti veteris
inclinatur. Dicit ergo littera Et qui sedebat super illum scilicet equum album
scilicet Christus apostolorum senatui et generaliter ecclesie presidens et eam re-
gens sicut sessor equum. habebat arcum scilicet predicationis vel sacramentum scrip-
turarum in manu scilicet operationis quia cepit facere et docere. Actuum i. Et sic
fecerunt apostoli et faciunt successores eorum per instinctum et ductum
ipsius. Iob 29 Arcus meus in manu mea instaurabitur. Ubi Gregorius
19 moralium in fine. Arcus in manu est sacra scriptura in operatione.
In manu etenim arcum tenet qui divina eloquia que intellectu cognoscit
opere perficit. instauratur ergo arcus in manu dum quicquid de sacro
eloquio studendo cognoscitur operando completur. Hec ibi. Ex quo arcu
tot sagitte prodeunt quot sunt divina eloquia quibus interficiuntur
reprobi ut peccatis moriantur et vivant deo. Secundum illud psalmi Sagit-
te tue acute etc. per predicationem scilicet apostolorum et ceterorum predicatorum

arcu

ingis divini sibi · xpus percussit corda gentilium et reproborum multorum et in
terfecit in eis vicia et peccata vt possit regnare caritas virtutis hayno
Regum et data est ei corona · per quam possumus intelligere credulitatem
omnium gencium in circuitu huiusmodi seculi gloriatur · exit hayno ysa 61
quasi sponsam decorauit me corona · ps audices coronam anni benignitatis
ne etiam ps 90 per illum coronam fratrum · Surrexit n victor a mortuis
predicatus est ab apostolis creditus a toto mundo qui sunt eius corona exit
illud apostoli · Nonne gaudium atque corona gaudii mei · nonne vos estis · Vel
arcus damprio malorum · corona retributio bonorum · vel arcus potentia
diuinitatis · corona glorificationis humanitatis · exit Richardus · Sequitur et exiuit
vincens ut vinceret · exiuit inquam vel a patre · Johannis xvi · exiui a patre
vel qui vir caro factum est · exit haymo · exiuit vnde nisi ex apto sigillo
ex reuelato scripturarum sacramento · tunc exiuit de sigillo quod sic predictum
fuerat incarnatus est · hoc est quod verbum caro factum est · Vel exiuit per
effectum suum · dando apostolis in signo visibili spiritum sanctum · vincens scilicet
aduersarios suos in Judea primo · Nam eadem die conuersi sunt ad eum
dicente petro tria milia actuum 2° · et alia die quinque milia · act 3°
vt vinceret scilicet per totum orbem subiciendo sue fidei iugo colla gentium
Nam in breui tempore per predicacionem apostolorum et aliorum xpi discipulorum
xpo cooperante et sermonem eorum signis sequentibus confirmante · marci vltimo
predicatum fuit ewangelium per totum mundum · Nam vincente adhuc verbo
dicente petro · fides katholica diffusa fuit vsque ad fines terre habitabilis · vt de
clarat lira super illud ps 18 · In omnem terram exiuit sonus eorum
et super epistolam ad Rom x et 1 · Vel exiuit a Judeis illos delinquens · vincens
apostolos ad gentes act 13 · Ecce conuertimur ad gentes · vincens ut vinceret
duplicat verbum exit glosam et Richardus · quos de Judeis elegit quos vo
luit vt vinceret in gentibus eligendo quos posuit Joh 15 · Confidite ego
vici mundum · Super primo vicit leo de tribu iuda · ibi de hoc · Vin
dicit apostolus ad Hebr 2° · Que salus humana cum initium accepisset enarrari
per deum ab eis qui audierunt in nos confirmata est contestante deo signis
et prodigiis et portentis et variis virtutibus et spiritussancti distribucionibus
secundum suam voluntatem · Quod verbum tractans sanctus thomas libro po
contra gentiles c° vj dicit · diuina sapiencia que omnia plenissime nouit
sue sapiencie secreta dignata est hominibus reuelare que sui presenciam et doctrine
veritatem conuenientibus argumentis ondit · dum ad confirmandum ea que na
turalem cognicionem excedunt · opera visibiliter ondit · que totius nature
superant facultatem · videlicet in mirabili curacione languidorum · in suscitacione
mortuorum et mirabili immutacione celestium corporum · et quod est mirabilius
in humanarum mencium inspiracione · vt simplices et ydiote dono spiritus sancti
repleti · summam sapienciam et facundiam in instanti consequerentur · quibus
inspectis predicte probacionis efficacia non armorum violencia non voluptatum
promissione · et quod est mirabilissimum inter persecutorum tyrannidem innumerabilis
turba · non solum simplicium sed sapientissimorum hominum ad xpianam fidem
conuolauit · in qua omnem humanum intellectum excedencia predicantur · volu
ptates carnis cohibentur · et omnia que in mundo sunt docentur contempni
quibus animos mortalium assentire · maximum miraculorum est et ma
nifestum diuine inspiracionis opus · vt contemptis visibilibus · sola inui
sibilia cupiantur · Et subdit quod hec tamen mirabilis mundi conuersio
ad fidem xpianam certissimum est indicium preteritorum signorum · vt ea non sit
necesse vlterius iterari · cum in suo effectu appareant euidenter · Esset enim
omnibus signis mirabilius · si ad credendum tam ardua · et ad operandum
tam difficilia · et ad sperandum tam alta mundus absque mirabilibus signis
inductus fuisset · a simplicibus et ignobilibus hominibus · quibus deus non
cessat · etiam nostris temporibus ad confirmacionem fidei per sanctos suos mirabilia
operari · hec ibi · propterea dicit apostolus ad Hebr 2° · Si qui per angelos
dictus est sermo factus est firmus et omnis preuaricacio et inobediencia
accepit iustam retribucionis mercedem · quomodo nos effugiemus si tantam
neglexerimus salutem · que scilicet salus cum initium accepisset enarrari
per deum · ab eis qui audierunt in nos confirmata est etc · propter quod
dicit Richardus libro j° de trinitate · Nichil certius et firmius tenetur

scilicet quod ex constanti fide apprehendere nitimur Utinam non infideli confirmarentur
sitis pro argumentis prodigiis pro experimentis Et subdit Sothar
attendent Judei et plagam contra securitate pro hac parte ad divinum
iudicium poterimus accedere. Nomine cum omni confidentia deo poterimus
dicere. Domine si error est a te decepti sumus Nam ista nobis talibus signis
et prodigiis confirmata sunt et talibus que non nisi per te fieri po-
tuissent Hec ibi Et hoc de apertione huius sigilli

Et cum aperuisset sigillum secundum audivi secundum animal dicens veni et
vide Et exivit alius equus rufus et qui sedebat super illum datum est
illi ut sumeret pacem de terra Et ut invicem se interficerent Et datus
est ei gladius magnus. Secunda pars partis huius capituli In qua agit
de apertione secundi sigilli hoc est de secundo statu ecclesie qui fuit tempore martirum
In cuius apertione revelatur persecutio ecclesie a principibus mundi et tirannis
Unde augustinus de hiis in originali per equum album ecclesia alba significatur
id est munda a peccato per equum rufum populus malus multorum sanguine rubicundus
Cuius sessor est dyabolus Et quasi idem Beda et haymo Sic superius
per album equum intelleximus corpus christi hoc est sanctam ecclesiam a peccatis
mundam per baptismum et christi passionem Sic in hoc loco per equum rufum
debemus intelligere omne corpus dyaboli hoc est omnes reprobos quia
sicut christus caput est omnium fidelium et omnes fideles corpus eius in quibus
ipse per fidem habitat Ita caput omnium reproborum est dyabolus et omnes
reprobi ~~caput~~ eius corpus in quibus ipse habitat et in quibus sua potestate sic
alligatus in pectore suo. Apertio huius sigilli potest dici predicatio passionis christi
que in lege sigillata erat Et recte sequitur hoc sigillum ad precedentem
id est apertio huius sigilli ad apertionem precedentis quia predicata resurrectione christi
per quam innotuit esse deus multi de iudeis crediderunt ut dictum est
in litera precedenti quibus dyabolus invidens quia dolet satis et erubescit
civitatem quam in celo nequit quia noluit habere homines constitutos ex li-
tera mea in terra tenere. xxiii q ii Nisi et eos illuc ascendere unde
ipse ceciderat movit contra eos persecutores cives que a morte beati ste-
phani inceperunt ut dicitur Actuum vii Unde oportuit dispersi credentes
huic civitates ubi cives sustinuerunt molestias infestationes et afflictiones
propter quod non est finis predicare christi passionem et eius crucem non timuerunt mor-
tem eo cum ipse mortuus sit pro eis Equus vero rufus est tirannorum
crudelissimus cetus Sessor eius est dyabolus magnus gladius est mag-
na potestas persequendi et occidendi sanctos Et hic est litere intellectus In hiis dicuntur
tria sicut et supra primo ponitur sigilli apertio secundo subditur ad intelligendum
invitatio ibi veni et vide tertio secreti sub sigillo latentis revelatio
ibi Et exivit Quantum ad primum dicit Et cum aperuisset scilicet ille idem
qui precedens aperuerat scilicet agnus qui aperit et nemo claudit Apocalypsis iii
Secundum sigillum id est latens secretum hoc est cum consummasset passionem
et ipsa rei evidentia ostendisset quod sub lege clausum erat apertio [illegible]
sigilli est revelatio latentis secreti dictum est [illegible] Et dicitur secundum
ordine videndi non tempore vel gloria Et sequitur secunda particula scilicet ad
intelligendum invitatio cum dicitur audivi secundum animal per istud secundum animal
designatur ordo predicatorum permittendum ea que hic revelantur primum
enim et secundum hic ponitur secundum usum loquendi non quia diversis temporibus illud
precessit et hoc secutum fuerit In apertione ii huius sigilli passio mar-
tirum revelatur ut dicit Richardus Et apparatur latus leonis per
istud animal significatur Prima in principio sui sermonis egit de passione
christi sine immolatione Et per ipsum quasi confessio predicatores passionis eius
Vel quia secundum animal significat ordinem predicatorum qui tempore martirum
passionem christi predicabant Et significatur per lucam qui specialius
ordine passionis describit vitulo. Sequitur dicens veni scilicet mente et vide
intellectu literam vel veni attendendo et vide diligenter providendo vel
veni de prosperitate ecclesie et vide eius adversitatem ut sicut accepisti gau-
dium de prosperitate ita cautelam sumas de adversitate Et sequitur 3a
particula scilicet secreti sub sigillo latentis revelatio cum dicitur Et exivit
scilicet ab amicitia dei ad odium et persecutionem hominum Vel ab occulta

aliua cordis in aptam se initiam opus secundum illud psalmi Concepit dolorem et
pepit iniquitatem sabinus equus ruffus scilicet crudelis purpureus et tyrannorum
exercitus et sanguinolentus sanguine sanctorum cruentatus seu rubicundus
ut Richardus Et est idem hayino equus ruffus antichristi hostis est corpus
ttis cruentatum et sanctorum hominum interfectionibus sanguineum Qui
em sanguinis peccata significat psalmista manifestat dicens libera me de san
guinibus et Unde tales christi sunt peccatis cruentati Et etiam homi
cidiis et peccatis fedati Unde quibusdam dominus dicit Ysaye primo Cum clamaveritis
ad me non exaudiam vos manus enim vestre plene sunt sanguine hinc
tiam est quod meretrix sedet coccinea esse
bestia super quam meretrix sedet coccinea esse
perhibetur Vel per equum ruffum potest hic significari quilibet vo:
luptuosus in fervore concupiscentie petulans Equus enim plus diligit
turbidum quam alia animalia Unde dicit plinius in de animalibus Equus aquam
turbidam bibit suo pede prius turbatam primo de animalibus Equus in putredine
iacet et quiescit Joelis primo Computruerunt iumenta in stercoribus
suis quod est homines carnales in fetore sue luxurie vitam finire Unde
Gregorius in xx moralium Ezechielis 23 Sicut fluxus equorum fluxus eorum
Ille equus dicitur ruffus ratione carnalis ebulitionis Rubedo enim fit
ex habundantia sanguinis unde qui sanguinem habent mobile statum rube:
sunt ait Seneca epistola xi per sanguinem in carnalitas figuratur Regum 24
da in de hac ratione ruffa quod sunt figura lascivie carnalis c. 1 42
dicto magnus et ruffus Super quemlibet talem sedet dyabolus libro 2o Ubi
est sedes sathane Sequitur Et qui sedebat sedebat super eum scilicet dyabolus
qui tyrannos erexit et duxit in mortem et oppressionem sanctorum Unde
Beda Contra virtutem vincentem quia ciram exit equus ruffus contra populum
minister ex sessore suo dyabolo sanguinolentus Zacharie 1 Vidi in nocte
et ecce vir ascendens super equum ruffum Et sequitur ait alius equus
vere alius ait Richardus et ab alio valde diversus ille candebat et rubebat
novitatem regenerationis iste sedebat per effusionem sanguinis illius sessor
erat christus istius dyabolus et ille Sequitur datum est ei ut sumeret pa:
cem de terra libro 2o dicit obiciendo Si datum est ei hoc non est igitur ei
imputandum quod pacem auferat Unde secundum haymonem et alios expositores quod
datum est ei sumere pacem contra permissum iusto iudicio dei ut posset
hoc facere Johannis xviiio Non haberes in me potestatem nisi datum esset
tibi desuper Simile est illud induravit dominus cor pharaonis Et significant
ait ut sumeret pacem de terra non de celo Celum quippe stat sanctos
qui sunt alti per vite eminentiam sive sublimitatem per mentis hu:
militatem Stellati per virtutum varietatem luminosi per scientie commer:
sationis claritatem Quibus dominus afferens ad pacem dicit pacem relinquo
vobis pacem meam do vobis Johannis xiiii Ab hiis dyabolus non
potest auferre pacem scilicet pectoris quantumcumque eos persequatur quia celestes sunt
et bellum restant hinc quippe pacis habitatores De quo paulus dicit
ad Philippenses 2o Ipse est pax nostra pax multa diligentibus legem tuam fuit
ait psalmista De illa autem contra de terrenis hominibus sumit pacem quia terra
quia eos discordes et zizaniarum dimicatia inter eos seminat quia terra adhuc
sunt contra terrena et transitoria immoderate ambiunt dicit haymo Sed adhuc
dicens Sicut salvator ait Mathei x Non veni pacem mittere sed gladium
Et sit idem opus dei et dyaboli Qualiter ait hic datum est illi ut
sumeret pacem Secundum dominum Thomam quod duplex est pax scilicet bona
et mala De bona dixit Ezechias ad Ysayam prophetam quarti Regum xx
Fiat pax et veritas in diebus meis Et dominus per Ysayam c. 48 Utinam
attendisses ad mandata mea facta fuisset sicut flumen pax tua Et
Baruch 3o audistis Si in via dei ambulasses habitasses utique in pace
super terram De qua pace dicit augustinus 19 libro de civitate dei tantum est bonum
pacis ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nil gratius soleat audiri
nil desiderabilius concupisci nil postremo possit melius inveniri Et
est xx scilicet temporis pectoris et eternitatis temporis pax potest subdividi
Quia sicut distinguitur triplex bellum scilicet inter carnem et spiritum inter ho:
minem et deum inter hominem et angelum et inter hominem et hominem Sic est

Quadruplex bona pax temporis distinguitur scilicet inter carnem et spiritum quam
facit subiectio carnis ad spiritum. Dictum est in angelus ancille Sare re
vertere ad dominam tuam et humiliare sub manibus eius. Gen xvi. Se
cundam pacem scilicet inter deum et hominem facit iustitia ex parte nostra et
misericordia ex parte dei. ps. And. et virtus obviaverunt sibi iustitia et
pax osculate sunt. Tertiam vero pacem inter deum et angelum fecit incar
natio filii dei. Retonciliati sunt enim angeli homini cum cognoverunt
humanam naturam associatam et unitam divine nature in una persona. Isaie
lvii. Creavi fructum labiorum pacem scilicet pacem ei qui longe est et
et pacem ei qui prope est scilicet angelo. pacem vocat fructum labiorum quia
vaticinata erat per prophetas et orationibus impetrata. pacem vero inter
hominem et hominem facit patientia et mansuetudo. ad Ro. xii. Si fieri potest
quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos
defendentes. Unde Gregorius in pastorali lex Christi est caritatis unitatis quam
soli perficiunt qui nec cum gravantur excedunt. De pace vero pectoris
quam non adimunt quibus tumultuent populorum se huiusmodi. Quam sibi
vacando dicit salvator Johannis xiiii pacem relinquo vobis. hanc pacem
pectoris non abrumpit pugna cum viciis si qua accidat. Unde glossa ad
Ro. dicit In pace homo paratus et si bellum gerat cum viciis in illa
pacem abrumpit quam deus probuit. De pace vero eternitatis dicitur Isaie
32. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis. Et ps. Qui posuit fines
tuos pacem. Que tunc erit ut dicit Isidorus. 1. libro de summo bono. Cum ad de
contemplandum absorpta carnis infirmitate convaluerit. Cuius gaudii pu
lcher lcissitura. in Gregorius non est hic vestigium quedam. Quod autem
demeritus esse potest quod vestigia impressa pulveri. diliges quod ipsum a quo
impressa sunt non limare. propter quod apostolus dicebat ad philipenses quarto
pax dei que exsuperat omnem sensum. Glossa scilicet deus qui est summa pax
que ut cogitari potest. custodiat corda vestra et intelligentias vestras in
Christo Ihesu scilicet voluntates et intellectus vestros ut extra ipsum nichil appetatis
vel intelligatis. Et hoc de bona pace. Mala vero pax quam multi sce
leribus mederunt dicentes pax pax et non est pax. Jeremie vi. Qui lo
quuntur pacem cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum in ps. Non
est vi pax impiis dicit dominus Isaie 48 que est tripliciter subdividi. Nam quedam
est inordinata. alia simulata. tertia inquinata. Inordinata est cum
superior obedit inferiori ut prelatus subdito vel deus suo vel spiritus carni.
proverbiorum penultimo per tria movetur terra et quartum sustinere non potest
per servum cum regnare ceperit. Non vi decet est servum dominari principibus.
proverbiorum 19 pax ista deterior est quam gwerra. quam observavit Adam
potius obediens uxori quam deo. Gen 3o. Quia audisti vocem uxoris tue
maledicta terra in opere tuo. Pax simulata fuit Jude. luce 22 Jude
osculo filium hominis tradis. Et ipsius Joab qui ait ad Amasam Salve
mi frater et tenuit manu dextra mentum Amase percussit eum in latere
et effudit intestina eius. 2o Reg. 20. hii tales ore suo cum amico lo
quuntur et occulte ponunt insidias. Jeremie ix. Contra quibus dicit propheta. Qui quidem
pacifice loquebantur. sed in iracundia terre loquentes scilicet more Zenorum inquit
in ore fel in corde gerentes dolos cogitabant. inquit doctor literalis
Et sequitur vidisti domine scilicet tantam duplicitatem igitur ne sileas. hoc est
non dimittas tantum dolum impunitum. cuius punitio tibi soli pertinet
tamen et solus est intueri cordis abscondita. Pax autem inquinata est
eorum qui sunt in malo concordes et uniti sicut pilatus et herodes
in morte Christi. luce 23. De quo dicit Gregorius l. 33 moralium c. 28. Sicut
esse noxium solet si desit unitas bonis ita perniciosum est si non desit
malis. perversos quippe unitas corroborat. Dum concordat et tanto
magis incorrigibiles quanto unanimes facit. Tunc dominum ad accipiendum
quod diabolo. datum est scilicet promissum sumere pacem scilicet bonam tempus et pectoris
de terra scilicet decem Christus ait Venit sumere pacem scilicet malam puta inor
dinatam simulatam inquinatam etc. Unde Richardus ablato pax est
illarum persecutionis. Unde sublata in terra et invicem se interficerent scilicet homines
datum est ei scilicet permissum et hoc sine gladio mali pro occisione bona spirituali

per malam suasionem ait Richardus Mathei x Tradet frater fratrem in morte
persequitur et morte afficiet ex vobis persequentur Et datus est illi
gladius magnus secundum Gregorium 3 et moralium super illud Job xi
cum apprehendit eum gladius In Scriptura sacra gladius dicitur
aliquando sancta predicatio ad Ephesios ultimo Et gladium spiritus quod est verbum
vel aliquando eterna dampnatio Job 27 Si multiplicati fuerint filii
eius in gladio erunt Aliquando dicitur spiritualis tribulacio Luce 2 Tuam
ipsius animam pertransibit gladius Aliquando sua districte animadversionis
Job 19 Fugite a facie gladii quoniam ultor iniquitatum est gladius et
maligni hostis persuasio in psalmo A gladio maligno eripe me
Ut enim ait Haymo Gladius hic intelligitur
isto modo capitur in proposito
persuasio mala locutio prava decepcio iniqua de quo in psalmo lingua eorum
gladius acutus Item exacuerunt ut gladium linguas Magnitudo gladii
quantitas est tormenti ait Richardus Vel gladius magnus est potestas
magna ad persequendum iustos Unde dicit Haymo quod hoc gladio diabolus de
diabolus homines interficit tum vero occulte mala suggerit persequendo
vel etiam cum aperte per membra sua iustos persequitur Unde dicitur
Johannis 13 Cum dyabolus misisset in cor Jude ut traderet eum primum
eundem gladio male persuasionis eum transverberavit in anima ut eum
traderet deinde persuasit ut [illegible] interficeret semetipsum Unde ille
miser desperans seipsum laqueo suspendit Mathei 27 Similiter quod mulieri
locutus est per serpentem dicens Cur precepit vobis deus ne comederetis
de ligno vite Et per eam interfecit Adam Genesis 3 Et hoc est quod
hic dicitur ut invicem se interficiant homines per membra sua crudeliter
iugulat multos et spiritualiter separando a fide et corporaliter sufficiendo
Sicut per Neronem Domicianum et ceteros Vel sic
ut sumeret pacem de terra id est ut illatis persecutionibus inretes bonorum
ut sumeret pacem de terra ut illatis persecutionibus Cum mundus
avelleret ab amore terrenorum Nam ut Gregorius dicit Luce 12
tot calamitates ingerat quid aliud nisi ut fugiatur clamat Non dico vobis sed separationem
Quid putatis quod pacem veni mittere in terram Non hoc deus iudicio suo
scilicet deo permittente et dyabolo suggerente permittit autem hoc deus indicio suo
occulto sed iustissimo videlicet ad ostendendum quod ad consequendum eterna gaudia
nemo redditur ydoneus nisi temptationibus et tribulationibus fuerit examinatus
Quod satis eleganter deducit Macharius in sermonibus suis c xxx de
velut quedam [illegible] seu lini [illegible] nisi super [illegible] pressa fuerit
non usque bene fiet [illegible] in suavissima filorum operationem quanto
plus fuerit compressa et quanto magis mollificata tanto magis munda atque
[illegible] lenior quam fiet Et sicut nemo fictum vas neque missum in ignem
usum hominis est ineptum Ita multotiens homines etsi divine gratie consortes
etsi divina dulcedine repleti [illegible] tamen puritate et pulcritudine nec
examinati neque a [illegible] malignus dissentientes sunt expressi
et extorti tribulationibus adhuc non puritate tenetur Et ut ita dicta nec
ad celorum regnum aptitudinem habet iter ille Quales non sunt ille supreme
structure sancta nostra ecclesia ostendit dum cantat Tunsionibus
pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis per manum artificis dispo-
nuntur permansuri sacris edificiis Ut ergo contra insultus inprebellium
et invisibilium inimicorum nostre salutis muniti clipeo fortitudinis intrepidi
persistamus Sanctus Petrus nos amonet dicens Quis est qui vos noceat
si boni emulatores fueritis prima Petri 3 Quod commendans Crisostomus dicit in
quibusdam suis dictis Nemo potest ledi ab alio nisi prius ledatur a seipso
Pro cuius evidentia premitto Omne quod in rebus [illegible] creatis
passionum [illegible] subicitur habet aliud in quo corrumpi
possit et ledi ferrum erugo ledit lanam tinea greges
lupus Vinum leditur permutata dulcedine mellis amaritudo corrumpit
Rubigo segeti nocet [illegible] vinee virgulta ac densa plantaria
locuste [illegible] vastat Et singulis quibusque corporibus variae morborum
species inferunt corruptelam Sic igitur habet unumquodque quo noceri possit

et status eius ac incolumitas corrumpi. Requiramus autem ad propositum quid
sit illud quo virtus animi ledatur ac vincitur. Et alii quidem qui
vite presentis illecebris inhiantes per omnia terrenis adherent, alii opinantur.
Quidam nempe putant quod noceat homini paupertas, alii quod dampna, alii quod
calumpnie aut morbi. Et in hiis esse hominum miserias deflent multaque in
[illegible] dignos dicunt eos esse qui in hiis positi videntur. Isti non omnes deflent
ab hominibus, hii vero qui male agunt et inique vivunt a paucis deplo-
rantur et quod infelicius est frequenter etiam ab hominibus laudantur. Et
quos dicitur Ysaie V° Ve qui dicitis malum bonum. Ostendi autem potest
nichil horum que premissa sunt nocere, nocere prudenti viro potest non corrumpere
animi virtutem. Et profecto mox id clarebit si cognoverimus que nam
sit animi virtus. Que ut evidentius possit agnosci comparacionem et simili-
tudinem ex corporeis rebus capiamus. Via. Equi que est virtus? Utrum
enim in argenteis frenis pulcris que tapetibus faleris que gemmis
eius virtus et valencia videbitur iudicari, an in velocitate cursus
ac pedum fortitudine gressus que tutela ac pectoris firmitate? Cum et
qui autem properando vincere aptus dicitur aut pluribus precedere. Nonne ergo
in hiis potius eius virtutem quam in aliis de quibus supra dictum est declaramus?
Quid autem et reliquorum animalium? Nonne in eis omnibus eorum virtus
habebitur si vel ferre onera fortiter vel robusta possint movere corpora?
Numquid volens aliquod animal probare respicit ad ea que viderit ex-
superposita, aut ut dixi si membris seu pedibus si ungulis validum sit
inspicit. Item si vineam probare velimus, numquid ad hoc appetimus
si lectos habeat pampinos et flagella diffusa, aut id magis appetimus
si densior ei fructus sit et uva fecundior. Igitur pari forma de homine
agamus discernentes que et ubi sit hominis vera virtus. Et profecto
non divicie, ne timeas paupertatem, nec sanitas corporis ne languorem
expavescas, non fama vel opinio humana ne te hominum maledicta
perterreat, nec vita hec communis ne forte metuas mortem, nec libertas
ne servitutem perhorrescas, et cetera de consimilibus ad similia raciocinando.
Restat ergo concludere et vere dicere animi virtutem esse recte sentire et recte
inter homines agere. Illa non que premissa sunt auferri ab homine possunt etc.
Ista vero si habeat auferre ab eo nullus homo potest, sed nec ipse nostre salutis
inimicus, nisi ea ipse qui possidet perdat. Sciebat non hunc ordinem dyabolus
et ideo cum nequissimus [illegible] Job omnem substanciam eius perdidit. Certe non ut eum
pauperem faceret, sed ut pro hiis doleret in quantum aliquid in deum proferret [illegible].
Propterea denique et totum corpus eius afflixit, non ut faceret [illegible]
in quo nichil ledebatur, sed ut per egritudines [illegible] si fortissimus constancia et
[illegible] animi virtute [illegible]. Ob hoc nequaquam omnia intulit ut male
aliquid de divinitate sentiret. Ob hoc etiam amici qui ad consolandum
venerant ad irritandum instigavit, aiunt non non indigne [illegible] que pecca
flagellaris. Et multa alia huiusmodi incusantes deum locuntur. Ille autem divi-
tiis facultatibus simul que liberis nudatus, sterquilinium pro domo, pro stra-
mentis humum, simum pro induviis habebat, sed in hiis omnibus non solum
non leditur Job, verum et clarior et per hoc redditur magnificencior. Qui-
a ergo si iste quod tanta pressus est et ab eo qui omnes homines nequicia et cru-
delitate precellit ledi in animi virtute non poterat, quis iam erit iste
cuius dignus videatur esse accusacio cum dicit: ille me lesit, ille no-
cuit, ille impedivit. Si enim hostis antiquus qui omni plenus est nequicia
commotis universis viribus suis atque omnibus telis armisque vel in do-
mum iusti vel in corpus eius directis eum omnino ledere non potuit,
sed magis eum ut dixi gloriosum et spectabilem reddidit, quis digne qu-
erelam hominem culpabit quod ab eo sit offensus? Profecto nullus. Unde et
infero quod adam non est lesus a dyabolo, sed sua ipsius ignavia lesit dum circa
mandati observacionem non vigilavit. Nam qui tot machinamentis totque frau-
dibus adversum beatum Job pugnavit armatus non tamen valuit superare, quomodo
ullius horum porcionis decipere potuisset nisi per ignavia sua semetipsum adam
sponte deiecisset. [illegible] Quid in illo qui calumpniis [illegible] possunt et
amittit universam substanciam suam, numquid non est lesus cum [illegible] in-
datus bonis extrema egestate [illegible]. Non. Immo nedum lesus non est
sed et lucri aliquid capiet si vigilaverit. Nonne in fame et siti et

mundati degebant apostoli Et pro hiis clari et magni habebantur atque ingentem per
hec fiduciam acquirebant apud deum vt colligitur ex libro actuum apostolorum:
Quid nempe et lazarum nonne egritudo et vlcera et egestas ultima
ad beatitudinem duxit et afflicto hunc inundi coronam ei preparauit luce xvi
Quid vero et apostolus innumeris temptacionum subiectus imbribus et ex
hiis omnibus omnino lesus non est sed per hec gloriosior effectus Quid
ei fames quid nuditas quid frigus nocuit quid flagella quid verbera
quid saxa nocuerunt quid detrimenti de naufragiis aut in profundo maris
passus est Verum in hiis omnibus non solum nil blasfemum ex ore suo
protulit sed gaudebat dicens Gaudeo autem in passionibus meis ad colloss primo
Et iterum sed et gloriamur in tribulacionibus ad rom v Vides ergo quoniam
qui seipsum non lesit a nullo potuit ledi quinymmo et angustiis rerum
magis est solidatus Nolo tamen ut inferas Cur ergo pene et supplicia
et gehenna cur mine multe si nemo leditur ergo nemo ledetur Si vero
nemo leditur quid erit ut nemo ledet Fateor namque quod mali homines
leduntur a quibus grassantur contra vitam et bona iustorum Nam et iozeph fratres sui
et inique egerunt contra ipsum sed ipse lesus non est Et in abel inique egit
cayn Et ipse michil exinde detrimenti passus est sed magis gloriosus effectus
est hec ergo pene et supplicia Non in paciencie virtus qui patiuntur coronam
illorum abstulit qui impio proposito iniuriam proximis irrogauerunt Quinimo
cum ipsi clariores effecti sunt per toleranciam non tamen eximuntur a scele
posite qui malignantur Et ideo virtus animi illos extulit ad gloriam istos vero
malicia animi demersit ad penam Ex quibus certe apparet non solum quod
probandum proposui quod nullus leditur ab alio sed quod licet maxima rapiant sancti
homines in hiis quibus affliguntur vel afflicti videntur Propter quod si abla:
te tibi sunt facultates tue dic Nudus egressus sum de ventre matris
et nudus reuertar illuc Iob primo Et illud nichil intulimus in hunc mundum
nec auferre quid possumus i thi vi Audisti te maledici infamari et co:
ntemelys exhonorari recordare et ante oculos pone verba domini dicentis Ve
tum benedixerint vobis homines luce vi Et item beati eritis tum vos ode:
rint homines Et expulsus es a patria et domo recordare quod non habemus
hic manentem ciuitatem ad hebr xiii Quid ergo computas ex patriam perdi:
disse cum in tota terra peregrinus es In carcere reclusus es et mors crudelis
imminet Adhuc ante oculos Iohannem in carcere et capud eius et tum prophe
taque saltatrici puelle in mercede libidinis datum Hec ergo singula cu
inferant iniuste communiter ferat et leuius proculdubio si consideraueris ea
que pro hiis retribuuntur melius Vnde ergo satis probabiliter aliquis ledi
posse tamen ex premomoratis omnibus non ledatur hunquam neque diuicie
neque paupertas neque libertas neque alia talis modi sed bona hominis sunt
solum sed sola animi virtus Et ideo tamen in hiis que extrinsecus sunt dampni
aut amissio a afflicto prouenit non leditur homo quia omne bonum ipsius
in animi virtute consistit et in ea non leditur ab alio nisi prius ledatur
a semetipso vt si quis ab aliquo a spoliatus facultatibus aut aliquo quo:
cumque modo afflictus blasfemum et impium ex ore suo protulerit verbum
lesus in hoc et vere lesus est non tamen ab alio sed pusillanimiter a semetipso
per impacienciam suam Propter quod nullum quod perturbare qualiscumque insultus
tyrannorum aut supplicium contra deum etiam inente temere presumat Et du:
plicium per crudelitates hominis persecucionis incepit a tempore neronis
Blondum per crudelitates hominis persecucionis incepit a tempore neronis et du:
rauit vsque ad tempus constantini magni imperatoris infra quod tempus
nimia milia martirum cesa sunt et gloriose coronata Nam tempore dyo:
cleciani infra paucos dies xxvii milia rome cesa sunt vt habetur
in ecclesiastica hystoria Et propter hoc ista persecucio dicitur hic gladius magnus
tum propter multitudinem occisorum tum eciam propter magnitudinem eorum
quod non solum minores sed eciam maiores occisi sunt sed apostoli et alii insi:
gnes martires Quod admirabili et humane redempcionis ordine Iob
beatus contemplatus dicit c ix Qui extendit celos solus et graditur super
fluctus maris qui fecit arcturum et orionas et yadas Quod
exponens beatus Gregorius ix moralium dicit Extensis celis deus for:
mauit arcturum quia in honore deductis apostolis in celesti conuersacionis

fundavit etiam formatorem arcturo fecit oriones quia roborata fide ecclesie contra procellas mundi edidit martires. Arcturus enim in celi axe constitutus septem stellarum radiis fulget per quem universalis ecclesia exprimitur que in hoc libro per septem ecclesias et septem candelabra figuratur que dum in se dona septiformis gracie spiritus sancti gerit claritatem summe virtutis irradiatur qui ab axe volvitur lucet. Et sicut arcturus semper versatur et nunquam mergitur sic ecclesia sancta persecutores iniquorum sine cessacione tolerat sed tamen usque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sepe namque eam reprobi usque ad interitum persecuti sunt qui hanc se funditus extinxisse crediderunt sed eo mirabilius ad statum sui profectus redyt quo eam manus persequencium premendo laboravit. Arcturum ergo dum versatur erigit quia tunc sancta ecclesia valencius in virtute reficitur cum ardencius pro veritate fatigatur. Unde et apte post arcturum oriones subdit. Oriones quippe tempore hyemali oriuntur et ortum tempestatis excitant et maria terrasque perturbant. Per quos martires designantur qui dum sancta ecclesia ad statum perfeccionis erigitur pondus persecutorum molestias quas passuri ad celi faciem quasi hyeme venerunt. Hys etenim natis mare terra que perturbata est quia cum gentiles mores suos destrui appareret illorum fortitudine doluit. In eorum nece non solum iracundos et turbidos sed etiam placidos erexit. Ex orionibus quippe hyemps inhorruit quia clarescente sanctorum fide frigida mens infidelium ad tempestatem se persecucionis excitavit. Oriones ergo celum edidit cum sancta ecclesia martires misit qui dum recta loqui rudibus ausi sunt omne pondus ex frigoris adversitate pertulerunt. Ubi predicaverunt [illegible] et hunc crucifixum quod apud eos stulticia [illegible] predicabant contemptum mundi quod videbatur apud eos esse contra racionem. Docebant quod quilibet tenetur seipsum abnegare si salutem vult consequi et quod non secundum proprium intellectum sentiat nec secundum propriam voluntatem vivat quod apud eos erat abhominabile. Ostendebant quod gentiles in omnibus male senciebant et de creatore et de creaturis et de seipsis. Et quod non deos adorabant sed demones et quod in omni cultu suo erant ydolatre et blasfemi et dei veri inimici et [illegible] Dicebat quod quod in morte corporali esset speranda vita eterna et per mortem debere fieri resurrectionem que ab eis videbantur impossibilia. Cum igitur ut dicit propheta montes fuissent translati in cor maris id est apostoli et alii discipuli domini excelsi celsitudine non mundana sed celesti venisset in medium gencium cum ceperit predicare patrem non quam dat mundus secundum quod factum est. Certe dicit propheta conturbate sunt aque id est gentes populi cum in aquis intelligitur Apocalypsis 19. Et tunc multe et multi conturbati sunt montes in fortitudine eius id est tyranni ac potestates sive sapientes mundi. Et commoti sunt ad arma ad gladios ad lapides et talia quibus possent eos hinc repellere. Sed quanto magis eos persequebantur tanto magis divina virtute eis assistente crescebant et augebantur et confortabantur nobis in documentum ut salvemur etc.

Et cum aperuisset sigillum tercium audivi tercium animal dicens veni et vide. Et ecce equus niger et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Et audivi tamquam vocem in medio quatuor animalium dicentem bilibris tritici denario uno et tres bilibre ordei denario uno et vinum et oleum ne leseris. Tercia pars huius capituli in qua declaratur apercio tercii sigilli. Et dividitur in quatuor partes. Primo ponitur aperitionis sigilli premissio. Secundo subditur ad intelligendum excitacio ibi audivi tercium animal. Tercio latentis secreti revelacio ibi et ecce equus niger. Quarto vocis consolatorie expressiva exaudicio ibi et audivi tamquam vocem. Circa primam partem dicit. Et cum aperuisset scilicet agnus tercium sigillum id est reserasset archanum secretum de persecucione ecclesie per maliciam hereticorum. Ut enim ait Richardus Cernens dyabolus per apertum persecucionem nequaquam profecisse ad nocendum ecclesie et nomen suorum dei diminuere per occultam hereticorum maliciam et versuciam temptavit eam. Ille videns tamen se nichil profecisse in occisione martirum sed eorum paciencia et virtute ecclesiam roboratam substituit hereticos qui prave exponentes scripturas heresis induxerunt

Unde dicit cresinus super cantica . postquam cessarunt persecutiones tyrannorum et donata
est pax ecclesie . protinus surrexit in terra vesania hereticorum que atrocius
bellum ecclesie intulit quam que prius protulit a paganis quanto peior est enim
hostis qui intra menia positus . civibus impugnat quam qui extra exclusus muros
oppugnat . Cum ergo post sudorem persecutionis milites Christi in ortu ecclesie
fruerentur quiete pacis . ecce tortuosus draco a matribus victus de antro
malicie caput extulit virus perfidie per agmina Christi fudit et ut latro de
insidiis improvisus resiliit . atque incautos milites Christi telis errorum usque quaque
prostravit . Siquidem maledictas hereses per maliciosos homines mellitis [illegible]
delicium infudit quibus totum ortum ecclesie quasi quadam lepra vitiavit
Sed rex glorie Christus suum auxilium prebuit . Cum universam heresim per doc-
tores ecclesie destruxit . Cum ergo aperuisset tercium sigillum id est ea que
in tercio statu ecclesie scilicet tempore hereticorum futura erat ostenderet scilicet he-
reses quas dyabolus non dicte suscitavit . audivi tercium animal per quod
ordo predicatorum verum Christi humanitatem et divinitatem attestantium . Unde et
per istud animal matheus sub facie humana designatur . de qua Christi humanitate .
heretici falsis verbis scripture falsis rationibus et operibus obfuscavit falsa
finxerunt . Cum enim fere quelibet heresis circa nativitatem filii dei versatur
ideo necessarius fuit tercius ordo predicatorum qui incarnationem domini predicarent
Et ideo per tercium animal spiritualiter significatur sanctus matheus qui expressius
scripsit de incarnatione verbi et eius nativitate . animal inquit dicens
veni et vide ubi expositum est . Veni mente credendo et vide intelligendo
in spiritu veniet et videte . Et exivit alius equus niger hoc est nigredinis scilicet cetus hereticorum . Tunc de:
latio ecce equus niger hereticorum scilicet cetus sine nube . Niger per
viciorum occultationem . quia sicut in coloribus nigredo magis recedit a luce
Sic et heretica falsitas a veritate . Baruch VI . Nigre sunt facies eorum . Et
Naum 2° facies eius sicut nigredo olle . Dicitur ergo cetus hereticorum
niger . quia in sordibus peccatorum denigratus sed rigore pacis exterius ne
possit eius malicia deprehendi palliatus . Unde dicitur niger eius . quia nigredo
provenit ex labore exteriori et carnis mortificatione per quam extinguitur
calor naturalis et ipsi in odiis omnibus intendunt in aliis extinguere fidem
que est spiritualis calor naturalis vivificans hominem Abacuk 2° Iustus ex fide
vivit . Et iste equus penitus contrarius est priori . Nam iste niger per maliciam . ille
albus per innocentiam . ille astruit fidem . iste destruit eam . Sessor illius
Christus istius dyabolus . Frenum illius obediencia vel laus divina . iuxta illud
Isaye 48 Infrenabo te laude mea ne intereas . Frenum istius inobediencia
et dei blasfemia . Bella illius iusticia istius iniusticia . Ille subiecit ferro
pacis iste desperatus sine pacis . Illius sessor habebat arcum in manu
huius vero statera . Unde sequitur . Et qui sedebat super eum id est ipse
dyabolus in talibus reses et eos regens et dirigens ad libitum suum
habebat stateram in manu sua id est perversam scripture expositionem . que statere
comparatur . quia sicut statera sine pondere de facili inclinatur huc atque
illuc . Sic perversa expositio sacre scripture . sine pondere communis auctoritatis
et solide rationis movetur pro voluntate prave exponentis . Statera
enim dolosa non est bona . proverbiorum XX . Item sicut statera per astuciam falsi expo:
falsi mercatoris potest male inclinari . sic scriptura per astuciam falsi expo-
sitoris false potest exponi . Sed catholicus doctor sequitur sanctorum expositionem
iuxta illud . Ysachar asinus fortis accubans inter terminos . Ysachar
Genesis XLIX . [illegible] interpretatur donum memorans . Et significat catholicum doctorem qui
accubat inter terminos quos patres posuerunt id est sanctorum expositiones sanctorum
a spiritu sancto editas . iuxta illud proverbiorum 22 . Ne transgrediaris terminos quos
posuerunt patres tui . Quod tamen non advertunt illi qui sicut dicit dominus
in epistola ad paulinum . si forte ad scripturas sanctas post seculares venerint literas
et sermone composito aures populi mulserint . quicquid dixerint hoc
legem dei putabunt . Nec scire dignantur quid prophete quid apostoli senserint
Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia . quasi grande sit et non
vitiosissimum docendi genus depravare sententias et ad voluntatem suam sacram
scripturam trahere repugnantem etc . Et sequitur dicitur hic . habebat stateram
Quia heretici scripturam habent et non habentur ab ea . Nam scripture ei dicantes

suo sensui eam trahunt contrario katholicis doctoribus non habent sed habent
a scriptura quod humiliat se subiciunt illi, captivantes intellectum suum in
obsequium Christi 2 Cor x. Alius dicit in manu sua quod servos mercede
et iuxta sufficienciam litere grando affligunt. Sed hoc totum faciunt ut
boni videantur et sic faciliter decipiunt credentes sibi. De talibus dicitur
Ozee xii Chanaan in manu eius statera dolosa. Vel aliter statera
quam dyabolus habet in manu sua est tribulacio qua deo permittente
bonos et malos ponderat affligendo ubi enim cito cognoscitur qui
sunt graviori aut leviori ponderis. Nam secundum Gregorium in primo libro dya-
logorum unusquisque apud se lateat contumelia illata probat. Nam qui
ex tribulacione movetur murmurando vel peccando leves sunt nec
sunt iusti ponderis et tales proicit diabolus. Cum vero non movetur iusti
sunt ponderis et tales ponit deus in thezauris suis. Act xiiii per
multas tribulaciones etc. Sed est notabile quod ista potestas ad tribulandum commissa
est mensurata 1 Cor x fidelis deus qui non permittet vos temptari
ultra quam potestis. Et xiiii de Job de quo domino dixit ecce omnia que habet
in manu tua sunt tantum animam illius serva Job i. De hoc Gregorius
moralium 2o. Vel ut ait Haymo dyabolus mercator pessimus est qui dat
vilia et temporalia et aufert preciosa et eterna. Sicut et Ade dedit pomum
et totum per illum in filiis suis accepit mundum. Statera ergo persuasio
eius suasio intelligitur. Solent enim mercatores portare stateram in
qua mercantur ea que sibi placent pesant quod ea que dant et accipiunt
Sic et dyabolus vitam multorum mercari querit ut suam esurien-
(tiam) saturare queat et ut hoc possit facere primus eis quibus temporalia promittit
alimentum verbi dei subtrahit vel inficit quo necatos in corpus
suum assumens famem malicie sue augeat potius quam depellat. Hec ille
Et sequitur ipsa consolacio que est de duobus scilicet de redempcione
ab infestacione hereticae pravitatis et de cohercione dyabolice potestatis ibi
vinum et oleum etc. Dicit ergo et audivi tamquam vocem in medio quatuor
animalium. Continuatur ad evidenciam litere. Notare supra ait audivi unum
de quatuor animalibus hic autem non ait de uno animali sed dicit audivi
vocem in medio quatuor animalium. Unde secundum glosam ut in principio hereticorum
maximus est periculum ipse ruentes nunc apta inquit periculosa est quod stulta. Ideo
ait hic audisse se voce in medio animalium ad excitandum omnes
ad cavendum versuciam hereticorum. Unde Haymo vox hec quam audit
Johannes tamquam voce in medio quatuor animalium vox intelligitur dei dicto
quando adventus ad fidem gentibus a lesione suorum electorum diabolus
antiquum hostem compescuit ipsos quod docuit quemadmodum infestacionem
illius possent evadere cum ait primam apostolis etc. Mat 3 Apostolus legitur misit
ut euntes baptisarent omnes gentes docentes eas ut a cultura idolorum ad
unius dei converterentur cultum etc. Tunc enim dyabolus perdidit triticum
et ordeum etc. Unde sequitur bilibris tritici denario unius et tres etc.
Ad evidenciam litere notandum quod bilibris ut ait Ysidorus libro xvi ethy-
mologiarum est duarum librarum qui bis assumptus dicitur bilibris
et convenit significare sextarium satram dupliciter autem intelligendi
scilicet hystoricum et misticum sive literalem et spiritualem. Triticum vero
quod cibus est nobilium hominum melius significat testamentum. Bilibris ergo
tritici est intelligencia novi testamenti duos sensus continens quasi duas
libras scilicet literalem et spiritualem. Ordeum vero quod est cibus rusticorum
sive iumentorum et habet duriciam in cortice sed medullam intus dul-
cem significat scripturam veteris testamenti que data est iudeis. Iudeis
et exterius in litera pretendit duriciam sed interius continet suavem intelli-
genciam et quod continencia veteris testamenti scripta est apud Hebreos secundum
legem prophetas et agiographa ut in prologo galeato libri Jeronimi qui
ponitur in libro regum. Ideo sunt tres bilibres ordei id est tres partes
veteris testamenti quarum quelibet est bilibris id est habet duas libras
hoc est duos sensus scilicet intellectum literalem et spiritualem. Per denarium
vero unum designatur unitas fidei katholice. Denarius enim habet imaginem
regis et suprascripcionem. Mat 22 obtulerunt ei denarium et ait illis Jesus

tritici

Cuius est imago et superscriptio hec, ymago refertur ad humanitatem Christi, superscriptio
vero ad divinitatem. Hec quibus est vera fides catholica. Denarius igitur
unus est unitas fidei perfecte. Quasi quod diceret vox audita in medio
quatuor animalium: nolite timere vos fideles, quod heretici male exponunt scripturam
sacram, quod bilibres tritici id est intelligencia novi testamenti tantum secundum litteralem
sensum [illegible] denario uno scilicet venditur vel emitur id est unitate
perfecte fidei, quia solum habentibus unitatem fidei datur intelligencia
novi testamenti. Jacobi primo: Si quis vestrum indiget sapiencia postulet a deo
qui dat omnibus affluenter et non improperat. Postulet autem in fide nil
hesitans. Ubi patet expresse quod nisi fidei datur intelligencia sacre scripture.
Vel quod dicitur bilibres tritici denario uno, accipiuntur et tres bilibres
ordei id est sana intelligencia veteris testamenti quo ad tres eius partes dictas
secundum utrumque sensum litteralem et spiritualem venditur et emitur denario
uno id est perfecta unitate fidei sicut et novum. Et ideo idem precium est utrobique
quia eadem est intelligencia veteris et novi testamenti, quia rota in me-
dio rote. Ezechielis primo. Unde secundum Augustinum [illegible] contra Phaustum: Ita
sibi omnia in utroque testamento concordant, ut tamquam uno ore dicta cu-
stissima et prudentissima pietate credantur et sanissimo intellectu inve-
niantur et solertissima diligencia dicerentur. Humanum quod laborant
heretici quia numquam perveniunt ad rectam intelligenciam scripturarum nisi per
unitatem fidei, quia in malivolam animam non introibit sapiencia. Sapiencie primo.
In cuius signum Christus non nisi leprosos sanari postulantes, quos heretici
significatur, legitur misisse ad sacerdotes. Vel id novum testamentum dicitur
bilibres tritici propter duo que continet scilicet precepta et consilia. Unde adolescenti
dicenti mandata servavi a iuventute mea dominus dixit: Unum tibi deest,
vade et vende omnia que habes. Mathei 19. Vetus vero testamentum dicitur tres
bilibres ordei propter tres partes, quarum quelibet duas habet libras id est cerimonias
exteriores et veritatem interius latentem, que usque hodie iudeis occultatur.
2 Cor. 3. Usque in hodiernum diem cum legitur Moyses velamen est positum
super corda iudeorum, quia hii tenacissime adherent paleis et corticibus, me-
dullam interiorem non percipientes. Job XXX: mandebant herbas et arborum
cortices. In cuius signum dominus quinque milia hominum saciavit quinque panibus
ordeaceis et duobus piscibus, et XII cophinos fragmentorum mandavit
discipulis reservari. Johannis VI. Unde secundum Innocentium quinque milia hominum
significant iudeos qui iuxta sensus corporis vivebant quia solum ad
temporales promissiones attendebant. Hos dominus saciavit quinque panibus et duobus
piscibus, quia populum illum saciavit lege que consistebat in quinque libris
Moysi et duabus tabulis in quibus lex preceptorum continebatur. Et precepit
colligere fragmenta ne perirent, quia illum in populum [illegible] frangendo panes
integros quia alebat eos intelligencia legis literali, que nimis erat
dura. Et fructuosis fragmentis debuit refici intellectu vero legis interiori
ut verum esset illud: Nam et catelli edunt de micis etc. Mathei 15.
Denarius etiam unus potest significare vitam eternam. Unde quicumque
ad hunc notitiam veteris et novi testamenti attendunt propter hunc denarium de-
narium debent attendere et non aliud precium sive mercedem debent querere nisi
vitam eternam. Math. XX. Conventione facta ex denario diurno misit
eos in vineam, hoc est in sacram scripturam. Et secundum hoc erit sensus
bilibres tritici et tres bilibres ordei, id est intelligencia veteris et novi testamenti,
debet emi a discipulis et vendi a magistris pro vita eterna. Nec aliud pre-
cium debet querere doctor sacre pagine vel auditor nisi vitam eternam. Unde
Job 28 de sapiencia dicitur: Nescit homo precium eius etc. Non dabitur aurum
obrisum pro ea nec appendetur argentum in commutacione eius. Prov. 3°.
Preciosior est cunctis opibus et omnia que desiderantur huic non valent
comparari. Miserabiliter ergo decipiuntur qui sacram paginam docent vel audiunt
pro mercede temporali. Unde Proverb. 23. Noli vendere sapienciam et doctrinam
et intelligenciam. Sequitur consolacio ex cohercione [illegible] in predicte
hereticis tunc dicitur: vinum et oleum ne leseris, scilicet tu qui sessor
es equi nigri id est bonos predicatores qui male viventes arguit et mor-
dantes increpant et pusillanimes suaviter et dulciter consolantur. Et sana-
[illegible] qui vinum dure correpcionis et oleum suavis consolacionis

infudit vulneribus sauciati luce x. Sed de qualiter hic prohibet dyabolum a le-
sione bonorum, cum dicat b. y. Ego quos amo arguo et castigo. Dicendum
quod hic prohibet ne ledantur electi et in temptacione opprimantur. Ut enim ait Gre-
gorius in 2° moralium super principium: quatuor modis loquitur deus ad dyabolum
quia et iniustas vias eius arguit et electorum suorum contra illum iusticiam
proponit et temptandam eorum innocenciam ei concedendo permittit et aliquando eum
ne temptare audeat prohibet. Et ibi de hiis exsistunt. Et ex hiis patet quod licet
deus et spiritus eius hereses permittat et scismata que necesse est fieri
1 Cor. xi, prohibet tamen virtutem sancte ecclesie et puritatem sacre scripture quo-
vismodo violari. Unde daniel in lacu reclusus cum leonibus et ab inie-
[illegible] mansit illesus, Daniel xiiii. Michael .n. leones iniqui heretici
danieli vero desideriorum doctoribus sanctis facere permittit, immo probati
manifesti fiunt, ut dicit apostolus ubi supra. Secundum auctoritatem apostoli
testatur beatus augustinus libro de vera religione c. 2°, dicit: Divinissime dictum est
oportet multas hereses esse ut probati manifesti fiant inter vos. Utamur ista
divine providencie beneficio. Ex hominibus enim foris sunt plurimi [illegible], non verum
discendo quod nesciunt, sed ad verum querendum carnales et ad verum
aperiendum spirituales catholicos excitando. Subdit: Sunt enim innumerabiles
in ecclesia sancta deo probati viri, sed manifesti non fiunt inter nos, quamdiu
imperitie nostre tenebris delectati dormire malumus quam lucem veritatis intueri.
Quapropter multi ut diem videant et gaudeant per hereticos a sompno
excitantur. Et concludit: Utamur igitur hereticis non ut eorum approbe-
mus errores, sed ut catholicam disciplinam adversus eorum insidias asse-
rentes vigilanciores et cautiores simus, etsi eos ad salutem revo-
care non possimus. Ex hiis ergo elucidare potest apparere quam admirabilis sit
firmitatis sacra scriptura. Nam invalescente contra eam nunc tyrannorum
potencia, nunc paganorum perfidia, nunc philosophorum prudencia, nunc hereticorum
astucia, ipsa Christo auctore suo defendente stabilis et immobilis perseveravit,
immo ut dicit Aug. xiii contra faustum manicheum: Sicut lilium inter
spinas sic ipsa pullulat et flagrat inter hereses et persecutores. Et sicut
triticum inter zizania crescit cum paleis usque ad tempus trituracionis,
sic ipsa toto orbe diffunditur usque ad tempus dominice ventilacionis. Tercio
alcioris per bilibrem tritici, quod sua contricione fit panis virtuosus ad
refectionem, significantur [illegible] predicatores utriusque testamenti et membra
nobiliora Ihesu Christi, qui quasi molantur sub duplici mola in hac
vita, scilicet passionibus corporis et compassionibus mentis, et qui excoquuntur
igne tribulacionis ut sint panis purus et delicatus quo Ihesus Christus
reficiatur. Unde ut ait sanctus Ignacius martir: Frumentum Christi sum, be-
stiarum dentibus molor et subigor ut panis mundus efficiar, ut dicitur
ecclesiastice historie libro 3 c. 36. Et de hoc bene dicit hayo: licet omnibus com-
sit frumentum iuxta quod ait apostolus 1 Cor. x: Unus panis unum corpus
multi sumus in Christo, specialiter tamen hic frumenti sive tritici hic debemus
intelligere predicatores utriusque testamenti, qui molantur tribulacionibus et
[illegible], et excoquuntur igne passionis et efficiuntur puri velut panis
Christum imitantes qui de se dicit Joh. xii: Nisi granum frumenti cadens
in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit
multum fructum affert. Triticum enim dicitur a tritura, ut dicit Ys. li. ethi.
xvii c. 3. Cantic. vii°: Venter tuus sicut acervus tritici vallatus li-
liis. Mathei xiii: Seminavit zizania in medio tritici. Una quoque bilibris
ex duobus sextariis intelligi potest una ecclesia ex duobus populis in
unum collecta iuxta illud Salvatoris Iohannis x: Alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere et vocem meam au-
dient et fiet unum ovile et unus pastor. Sive duplicatus autem numerus
comprehenditur propter duo testamenta vel propter geminum dileccionis preceptum
scilicet dei et proximi, vel propter dualem iusticiam seu libram scilicet
affectus cordis et effectus operis, vel propter opera iusticie in prosperis
et adversis. Proverbiorum viii: librabat fontes aquarum. Ysaye xl: Libravit
in pondere montes. Iohannis xii: accepit libram unguenti, per quam
significatur iusticia. Unde Augustinus: Fratres, aut bilibres ordat

Subtiles significarent et simpliciores auditores. qui sub denario uno comprehenduntur. quia fide sancte caritatis ornantur. dicit haymo. Unde augustinus in originali. Uel tritico et ordeo etiam significantur in prepositis et populis ordeum enim est minus preciosum tritico. sed dicitur quod ceteris prius fiat aridum. Vel quod palea eius ordinatius haereat ait ysidorus. libro 3. Bilibres itaque tritici denario uno et tres bilibres ordei denario uno soliti valent vel empti sunt et etiam comparabuntur. quia omnes sancti maiores et minores uno denario sunt empti scilicet ipso Ihesu christo qui significatur denario precioso perfecto imagine regia insignito. De qua imagine dicit apostolus I Cor XV portemus imaginem celestis empti non estis precio magno I Cor VI. non corruptibilibus auro uel argento sed precioso sanguine agni immaculati I Pet I. Unum est itaque precium tritici et ordei. quia etsi alius alium fortitudine et dignitate precellit. tamen omnes uno christi sanguine sunt redempti. Etsi etiam alius plus alius minus in vinea domini laborat. tamen unum omnes post laborem denarium recipiunt Mathei XX. Etsi enim ibi erit diversitas mansionum iuxta diversitatem meritorum tamen una erit remuneratio. quia omnes in genere unum habebunt deum et quod in se quisque non habebit. habebit utique in altero. quia erit illis deus omnia in omnibus I Cor XV. Unde augustinus in omelia super illud Iohannis XIIII In domo patris mei mansiones multe sunt dicit. denarius quidem equalis est omnibus. quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari cunctis. Non in eo distinctus quia minus et quia amplius laboraverit. Quo utique denario vita eterna significatur. ubi amplius alio nemo vivit. Quia non est diversa in eternitate mensura. Sed multe mansiones diversas vivendi non est diversa in claritate mensura. Sed multe mansiones diversas iustorum in una vita eterna significant dignitates. alia est enim gloria solis. alia gloria lune. alia gloria stellarum. Stella enim a stella differt in gloria. Sic et resurrectio mortuorum I Cor XV. tamquam stelle sancti diversas sub mansiones diverse claritatis tamquam in celo sortiuntur in regno sed propter unum denarium nullus separatur a regno atque erit omnia in omnibus ut quoniam deus caritas est. per caritatem fiet ut quod habent singuli commune sit omnibus. Sic enim etiam quisque ipse habet cum amat in altero. Non erit itaque aliqua invidia impares claritatis. quoniam regnabit in omnibus unitas caritatis. Hec ille. Sicut enim in mundo quilibet hominum ceteris preesse magis vellet quam subesse. Ita in celo propter caritatem ineffabilem qua se invicem diligunt anime beate. quilibet sanctorum ita gaudet de alterius gloria sicut de sua. qui etiam vellet quisque maior quam minor esse eiusque et pene maior quam eius gloria esse sua. et tamen minor maioris gloria gaudet sicut etiam gaudere, immo potius de sua si possibile esset impartiret. Unde gloria singulorum est gloria cunctorum et gloria cunctorum est gloria singulorum. Ita scribit beatus augustinus in epistola ad Cirillum narrans quod cum ipse cogitaret quas laudes deberet de virtute Ieronimi proferre beatus Iohannes baptista ei apparuit cum beato Ieronimo. et hec inter cetera dixit. Et vinum et oleum ne leseris. Sicut Haymo. Quod prius significatum est per triticum hoc hic intelligitur per vinum et quod supra per ordeum hoc nunc per oleum. quia omnibus sanctis in eternitate et recte quidem per vinum et oleum exprimuntur. quia sicut vinum et oleum ex multis botris in prelo pressis producuntur Ita iusti multis tribulationibus ex multis botris in prelo pressis producuntur ita iusti multis tribulationibus. in celestis domini cellariis reconduntur. Et in apotecam domini cellariis reconduntur. Unde istud est vinum germinans virgines Zach IX. Et Gen XLIX lavit in vino stolam suam. Et de hoc oleo psalmus. XLIIII. Oleum in ...ulo insti... Quia ergo vinum sunt baptizati in fide dominice passionis et gratia acceperunt oleum spiritussancti prohibet divina virtus antiquum hostem ne eos ledat et ne suadendo mala cum eos ad peccatum pertrahat inquit Haymo. Et ex hiis patet divine iustitie moderantia et largitas in hoc quod permittit electos suos tribulari ad eorum purificationem et exercitationem. et tamen eos protegit in tribulationibus a nequitia et malitia temptationum. Et ideo laudanda est sua iustitia et magnificanda sua misericordia. cum propheta dicente Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. quia sanctos temptari permittit. et tamen temptatos defendit. Spiritualiter tamen vinum et significare penitentes. oleum vero misericordes. quos precipue precipit deus non ledi

Quia licet hic tangantur tribulacionum penis que dicuntur mors pena tamen
non leduntur a morte 2a quia vivebant. Super 2o Sapie 3o Iustorum
anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie id est
pena infernalis. Pena vero mundialis sepe tangit eos et vult dicere
ut hic tangantur. Gregorius. Sancti penalem presentem luctum putant
per hanc eternam evadere non ignorant. Aliud vinum legis austerius
est oleum cuius suavitas illud inebriat istud saluat. illud pungit
istud ungit. illud metes evertit istud dementes reunit. Litera enim
occidit spiritus autem vivificat. Hec leduntur quando prave intelligunt
vinum efficitur et oleum ledit qui vetus et novum testamentum male
exponit. De hereticis qui significantur per equum nigrum dicitur
vinum et oleum ne leseris

Et cum aperuisset sigillum quartum audivi vocem quarti animalis dicentis veni et
vide. Et ecce equus pallidus et qui sedebat super eum nomen illi
mors et infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor
partes terre interficere gladio et fame et morte et bestiis terre.
Quarta pars capituli in qua agitur de apercione quarti sigilli in cuius
apercione revelatur persecucio electorum in ecclesia a falsis fratribus
ut ypocritis ambulantibus sicut communiter expositores dicunt. Videns
enim dyabolus quod neque per violentas persecuciones tyrannorum neque
astucias et fraudes hereticorum potuit proficere, sed magis per hoc ecclesiam
fieri robustiorem et candidiorem. Nam secundum Augustinum exponentem illud
Apostoli 1 Cor xi. Oportet hereses esse ut probati manifesti fiant. Cuius in
ecclesie. Si arripuerit potestatem corporaliter affligendo exercent eius paciencia[m].
Si vero male senciendo adversentur exercent eius sapienciam. Ab ad-
versario in questione mota discendi est occasio etc. Si potestas intro-
duxit per quos servos et familiaris domesticos impugnaret hii
sunt ut vulpes subdole que latent vineam domini demoliri intuitur.
Secundum illud Canticorum 2o capitulo nobis vulpes parvulas que demoliuntur
vineas. Hec ut quidam dicit est immanis bestia crudissimum monstrum
fraudis esca pabulum iniusticie que sola inventa est ad fallendum
Nullus etenim simulatoria cum nocere volunt nullis insidiis id agunt. Nulla
simulacionis specie sed palam hominum vicia experta. Dolosus potissimum
maxime nocere studet. Simulat se profutura. Sub pedibus cordi nostro
vel vulneris insinuat. Sed ego illius tela potuit conspexisse. Nullam ma-
gis vel[?] ... esse capitulatorem pestem mihi ... eam quam homini inferre
ab homine. Hos simulatores fraudulentos designans de quibus ut
ait. Pessimum genus est hominum eorum qui cum mali sint id agunt ut
viri boni videantur. Tales enim simulatores et callidi provocant iram
dei Job 36. Super quo Gregorius libro moralium 26 capitulo 23 dicit
Cum simulatores diceret apte subiunxit et callidi quia nisi ingenio callere[nt]
quod videri appetunt simulare cognite non possunt. Sunt enim nonnulla
vicia que eciam a sensu tardioribus facile perpetrantur. Elacionem namque inhi-
nescere avaricie estibus inhiare luxurie pulsanti succumbere eciam
quilibet obtusis sensibus potest. Simulacionis vero falsitatem exercere nisi qui
subtilioris ingenii fuerit non potest. Cuius namque tribus est cura custodienda
duo continua ostentacionis dividitur ut callide noverit et occultare quod est
et ostentare quod non est et vera mala premere et bona falsa monstrare
Nec ipse apte in hoc quod videtur extollere atque ut maiorem gloriam
teneat sepe se simulat gloriam declinare. Quam enim ante oculos hominum
secundo tam apprehendere non potest studet plerumque gloriam tenere fugiendo.
Hec itaque simplicibus minime congruunt quia si congruunt simplices iam
non sunt. Et bene cum diceret simulatores et callidi non subdidit merentur
sed provocant iram dei. Nam meriti est eciam nesciendo peccare. Provocare
vero est mandatis illius sciendo contraire. Scire bonum sed despicere
facere posse nec velle. Hii enim vestrorum nescie miseri membra sunt
et ostentacioni iusticie in superficie dealbantur quibus vox domini dicit
Ve vobis scribe et pharisei ypocrite quia similes estis sepulcris dealbatis

<margin> agendunt[?]

que foris apparet hominibus speciosa intus vero sunt plena ossibus mor:
tuorum et omni spurcicia. Ita et vos foris quidem apparetis hominibus iusti
intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate. Foris enim ostendendo
servant que vivendo intus impugnant. Intus vero nulla cogitatus exag:
gerant que foris aliud superducentes occultant. Ante districtum itaque iudicem
excusationem iam de ignorancia habere non poterunt, qui dum coram oculis hominum
omnem modum sanctitatis ostentant ipsi sibi sunt testimonio quod bene vivere
non ignorant. Recte ergo dicitur quod simulatores et callidi provocant iram dei.
Hec ibi. Et beatus Bernhardus super cantica sermone 33 exponens illud psalmi Scuto
circumdabit te veritas eius etc. Vocat istam pestem negocium perambu
lans in tenebris dicens. In illo sermone prophetico quatuor genera temptacionum
ipsius corporis Christi quod est ecclesia per ordinem describitur. Et subdit. Videte
primitivam ecclesiam si non primo pervasa sit acriter nimis a timore nocturno.
Erat enim nox quando omnis qui interficeret sanctos arbitrabatur obsequium se
prestare deo Johannis xvi. Hac autem temptacione devicta et sedata tempestate
inclita facta est et iuxta promissionem ad se factam in brevi posita in superbiam
seculorum. Ysaie lx. Et dolens inimicus quod frustratus esset a timore nocturno
convertit se callide ad sagittam volantem in die et vulneravit in ea quosdam
de ecclesia. Et surrexerunt homines vani cupidi glorie et voluerunt sibi facere nomen
exeuntes de ecclesia diu eandem matrem suam afflixerunt variis et diversis
et perversis dogmatibus. Sed et hec pestis depulsa est in sapientia sanctorum sicut
et prima in paciencia martirum. Sed tempora ista libera quidem deo miserante
ab utraque illa malicia, sed plane feda a negocio perambulante in tenebris.
Et subdit. Ve generationi huic a fermento phariseorum quod est ypocrisis. *Luce xii*
Si tamen ypocrisis dici debet que iam latere pre habundancia non valet et
pre impudencia non querit. Serpit hodie putida tabes per omne corpus ecclesie
et quo latius eo desperacius, eoque periculosius quo interius. Nam si
insurgeret apertus hereticus mitteretur foras et aresceret. Si violentus inimicus
absconderet se forsitan ab eo. Nunc vero quem eiciet, aut a quo se abscondet?
Omnes amici et omnes inimici, omnes necessarii et omnes adversarii. Omnes
domestici et nulli pacifici. Omnes proximi et omnes que sua sunt querunt. Omnes mi:
nistri Christi sunt et serviunt antichristo. Honorati incedunt de bonis domini, cui
honorem non deferunt. Unde is quem quotidie vides meretricius nitor, hi
strionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis, in sellis,
in calcaribus; plus calcaria quam altaria fulgent. Inde mense splendide cibis
et ciphis. Inde commessaciones et ebrietates. Inde cithara et lira. Inde redundancia
torcularia et promptuaria plena eructuancia ex hoc in illud. Inde dolia pig:
mentaria. Inde referta marsupia. Pro huiusmodi volunt esse et sunt ecclesiarum
prepositi, decani, archidiaconi, episcopi, archiepiscopi. Nec enim hec merito cedunt sed negocio
illi quod perambulat in tenebris. Olim predictum est et nunc tempus impletionis
advenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece
martirum, amarior post in conflictu hereticorum, amarissima nunc in moribus
domesticorum. Non fugare non fugere eos potest. Ita invaluerunt et multipli:
cati sunt super numerum. Intestina et insanabilis est plaga ecclesie. Et ideo in pace
amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est et non est pax.
Pax a paganis, pax ab hereticis, sed non profecto a filiis. Vox plangentis
in tempore isto: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem contempnentes spreverunt me.
Spreverunt et maculaverunt a turpi vita, a turpi questu, a turpi commercio,
a negocio denique perambulante in tenebris. Hec ibi. Et modicum ante in
eodem sermone dicit. Hec est pestis scilicet ypocrisis que ambulans descendit et in
tenebris habitacio eius. Malum abscondit quod est et quod non est mentitur. Nego:
ciatur autem omni tempore formam continens pietatis ad sese occultandum, virtutum
autem eius vendicans et emens honores. Hec ibi. Ambicio ergo nullum terminum
habens, non sinens homines rebus mediocribus esse contentos, ypocrisim ad nos usque
induxit. Dum quisque vult videri dignus honore quem expetit, sic quasi to
tum fere mundum falsa bonitatis specie subornatum vel infecit. Dum celum
terramque fatigamus altera petentes, dum iura divina et humana confundimus
ut corruptis dignitatibus potiamur. Et de ista introductione ypocrisis in
ecclesiam determinatur ut dictum est in apercione quinti sigilli. Et dividitur

in textu vero sicut et predictis primo ponitur sigilli apertio 2o ad audiendum
excitatio tibi audivi vocem tercii secreti revelatio. ibi et ecce equus
pallidus. ait ergo et cum aperuisset sigillum quartum vidi revelasse arcana
secretorum persecutionis ecclesie a falsis fratribus ambulantibus in ypocrisi
simulacione ut exponit glosa. audivi vocem quarti animalis, per quod
animal significatur spiritualis ordo predicatorum detegentium occultas malicias
falsorum fratrum in ypocrisi ambulancium. aquila vero significatur
beatus Johannes qui divinitatem filii dei atque eternitatem et immortali
tatem presignavit ut ait Richardus. Quartum igitur animal fuit Johannes
aquila ceteris altius volans et clarius videns qui vivi apud pa
trem extulit et in mundo carne humiliatum factum omnibus clarius
deo revelante clarius prospexit et ecclesie revelavit et occultas ma
licias falsorum fratrum detexit. Et in epistola et in ~~[struck]~~ cum exposit
Unde et Paulus dicit 2 Cor xi periculis in falsis fratribus. Et sa
tanam sub secreti revelacio cum dicitur Et ecce equus pallidus. de
ypocritarum cetus falsa religione palliatus. qui ut de religione lau
dentur ieiuniis vigiliis et aliis corporalibus exerciciis coram hominibus
se affligunt. Unde vigore subtracto et sanguine minorato quasi
homines minorandi moribundi pallescunt. Unde de eis dicit Salvator
Mathei vi Exterminant facies suas ut appareant hominibus ieiunantes
dicit beatus Gregorius li viii moralium c xxx plerumque se ypocrite
nimia abstinencia affligunt omne robur corporis atterunt et qua
si vitam carnis funditus in carne viventes extinguunt. Sic quippe per ab
stinenciam morti appropinquant ut pene cotidie morientes vivant. Un
et hic equus subditur: mors sequitur eum. Sed ad hec humanos ocu
los querunt admiracionis gloriam expetunt. Veritate attestante qui ait
Exterminant facies suas ut appareant hominibus ieiunantes. Nam ora
pallescunt corpus debilitatum quatitur pectus interrumpentibus suspiriis
urgetur. Sed inter hec ab ore proximorum sermo admiracionis queritur. et nil
tanto labore aliud nisi estimacio humana cogitatur. Quorum nimirum ty
pum Simon ille significat qui dominice passionis tempore in angaria crucem portavit
De quo scriptum est Mt xxvii Invenerunt hominem Cireneum venientem
sibi obviam nomine Simonem hunc angariaverunt ut tolleret crucem Ihesu.
Quod enim per angariam agimus non hoc ex studio amoris operamur.
Crucem ergo Ihesu in angaria portare est afflictionem abstinencie pro alia
quam nunc est intencione tolerare. An non Ihesu crucem portat in angaria
qui quasi ad preceptum domini carnem domat sed tamen spiritualem patriam
non amat. Unde et Simon idem crucem portabat sed necesse tamen mor
tuus est. Sic omnis ypocrita corpus quidem per abstinenciam affligit sed
tamen per amorem glorie mundo vivit. Contra quos Paulum delectat
dicitur ad Gal v. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vi
ciis et concupiscenciis. Cum viciis et concupiscenciis carnem crucifigimus si sic gulam
restringimus ut iam de mundi gloria nil queramus. Nam qui corpus macerat
sed honoribus anhelat crucem carni intulit sed mundo per concupiscenciam
prius vivit. Quia et sepe per sanctitatis imagine locum regiminis indignus
assequitur quem nisi aliquid virtutis in se ostendat nulla propere
hypocrisis mereretur. Sed tunc quod delectabilis obtinet, et per illud quod forinsecus
manet sanctitatis vim fiducie in ore hominum ponitur, sed cum interna
apud se iudex secreta cordis examinat testes vite exterioris non
querit. Unde bene dicitur Job viii Sicut tela aranearum fiducia eius
~~[struck]~~ innitetur super domum suam et non stabit. Et Gregorius
ubi supra. Sicut tela aranearum fiducia ypocrite quia ante cordis
teste perierit omne quod exterius de humano favore considerat. Super
domum autem suam innititur cum vanis erroribus deceptus qui de
fiducia sanctitatis elevatur. Multa quippe mala ypocrite faciunt in occulto
quedam vero bona in publico. Cumque ex bonis patentibus laudes
recipiunt ab occultis malis consideracionis oculos avertunt. Tales quasi se esse
estimant quales foris audiunt non quales intus noverunt. Unde ple
rumque fit ut ad supernum iudicium cum fiducia veniant qui tales
se apud eternum arbitrum credunt quales ab hominibus habentur

Sed stare domus ypocrite non valet, quia in terrore districti examinis omnis
ancxiata fiducia sanctitatis cadit. Unde et fatue virgines que oleum
in vasis non sumpserant, quia in alienis verbis gloriam et non in suis
conscienciis habebant, turbate per sponsi adventum dicunt: Date nobis
de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Mathei 25. Oleum quippe a proximis
petere est gloriam boni operis a testimonio alieni oris implorare. Et quod
~~Cum vero repelli sine retribucione conspicit dicit de operibus nostris~~
quod vidistis etc. Conveniunt igitur ypocrite significantur per equum pallidum.
Pallor enim est color mixtus ex claro et opaco colore. Et quia ypocrite habent
oppacitatem iniusticie et simulatoriam apparenciam clari iusticie dicuntur
pallidi. Levitici xiiii°: Si videris in parietibus valliculas pallore deformes
Sequitur: preciosos lapides extrahi. Iheremie xiii: Si mutare potest
ethyops pellem suam aut pardus varietates suas, et vos poteritis
bene facere cum didiceritis malum. Sequitur in littera: Et qui sedebat super
eum scilicet ~~cetum~~ ypocritarum quia ductor et rector. Nomen illi mors et
dyabolus ut enim ait Richardus hoc nomen dyabolo convenit, quia per eum
mors intravit et ad mortem eterne non desinit. Cum sedet in ypocritis
qui sunt vacui a gracia dei et superbia inflati. Ut enim ait Augustinus
de verbis domini sermone 43 capitulo 8: Ubi inflacio ibi inanitas, ubi
inanitas ibi dyabolus nidum facere molitur. Iob 40: Sub umbra dormit
in secreto calami per calamum enim qui interius est vacuus et exterius
nitidus significatur ypocrita in cuius secreto id est corde dormit dyabolus cum
nomen mors. Iob 12: Producit in lucem umbram mortis. Quod exponens
Gregorius xi° moralium dicit: umbra mortis sua opera que quasi de inimi-
catione antiqui hostis producuntur. Cum nomen mors. Et Iob 18: Calcet
super eum quasi rex interitus. Ubi secundum Gregorium 18 nomine interitus
significatur ille cuius nomen interitus. Et Iob xxviii: lapidem caliginis et
umbram mortis, ubi Gregorius ut supra: Et super ille perdicio et mors dixerunt.
Dicit Mortis et perdicionis nomine specialiter hostis designatur. Secundum
vero Augustinum et eciam Haymonem per equum pallidum significantur omnes
reprobi ad pallorem eterne mortis deducti, et qui habent opera mortis, cum
et ipsi sint mortui. Pallor enim causatur ex paucitate caloris et sanguinis
vel ex recessu sanguinis qui est amicus nature et cum tendit ad interiora
fit homo pallidus dicunt naturales. Unde Helinandus dicit quod pallor accidit
pavore, languore, abstinencia, morte totum corpus occupante. Et per
hoc per equum pallidum possunt significari reprobi vacui colore divini amoris.
Pallor eciam causatur ex debilitate digestionis et putredine interiorum humorum.
Et sic per pallidum equum signantur putridis affectibus pleni. Trenorum 1:
Egressus est a filia Syon omnis decor eius. Et eiusdem 4: Mutatus est
color optimus in quibus habitat dyabolus ut dictum est cuius nomen mors.
Invidia fuit auctor mortis. Sapiencie 1: Invidia dyaboli mors intravit in orbem
terrarum. Et Osee 13: Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne.
Sequitur: Et infernus sequebatur eum id est ypocritam et ceteros inferno
dignos. Sequitur et infernus sequebatur eum scilicet mors; ista capitis
dignitatem scilicet omnis collecio dampnandorum sequebatur eum sicut membra caput
hic in culpa, tunc in pena. Unde Sapiens cum dixisset quod invidia dyaboli
mors intravit in orbem terrarum statim adiunxit: Imitantur autem illum qui sunt
ex parte illius, et merito dicitur infernus, quia sic infernus iniquorum dicitur sufficit, sed
semper ad recipiendas animas ~~........~~ laxat. Iste est et de illis qui numquam
sufficiunt. Proverbiorum xxx: Tria sunt ~~insaciabilia~~ et quartum numquam dicit sufficit, — *insaciabilia*
infernus terra aqua ignis. Vel infernus dicitur sequi dyabolum, quia quos ille
decipit iste recipit. Ysaye v°: Dilatavit infernus animam suam et aperuit
os suum absque ullo termino. Dicitur enim infernus eo quod sit inferius positus
ait Gregorius 4 dyalogorum. Per quod reprobi per infernum significantur.
Sequitur: Et data est illi potestas scilicet divina permissione super quatuor partes terre
id est super omnes reprobos in quatuor partibus mundi scilicet oriente, aquilone, occi-
dente et meridie morantes. Vel super quatuor regna principalia Assiriorum,
Persarum, Medorum et Romanorum. Vel super paganos, Iudeos, hereticos
et ~~........~~ cristianos
falsos

Sunt super quatuor partes terre .i. super omnes habitantes in terra quatuor affectibus
animi. De quibus Boethius libro primo de conso. metr. 7 Gaudia pelle
pelle timorem spem quoque fugato nec dolor assit. Dicit Haymo super hunc lo-
cum terre .i. terrenorum hominum et per desiderium terram inhabitantium
et dyabolus habet potestatem. Infra viii° Ve ve ve habitantibus in terra
amando enim habitamus ait Augustinus super Iohannem omelia 2a. Job
terra tradita est in manus impii .i. in potestatem dyaboli. De quo
in psalmo Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et data est potestas inter-
ficere gladio scilicet mali vel male suggestionis ait Haymo. Ecclesiastici 21
Rumphea bis acuta omnis iniquitas et plage illius non est sanitas.
Jeremie 14 Qui ad gladium ad gladium, et fame scilicet mali vel
audiendi verbum dei. Amos viii° mittam in terram famem non famem panis
sed audiendi verbum dei. Et morte scilicet mali vel spirituali. Jeremie 14 Qui
ad mortem ad mortem. Psalmus Non est in morte qui memor sit tui. Et
bestiis terre .i. bestialibus hominibus et efferatis secundum Haymonem per quos
dyabolus interficit multos sicut fuit Nero Domicianus et cetera per-
secutores sanctorum martirum. Baruch 3° Ubi sunt principes gencium
et qui dominantur super bestias. De talibus dicit apostolus ad Tytum
Cretenses semper mendaces male bestie. 1 Cor 15 Ad bestias pu-
gnavi Ephesi. De quibus in psalmo Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.
Ex quibus omnibus patet quomodo ecclesia sit persecuta in terra a falsis fratribus
quod periculosa et a fictis [illegible] et tota potestas dyabolo concessa est per
tales ad malorum exterminium et ad bonorum exercicium. Jeremie ix Unus-
quisque a proximo suo se custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam.
Diligentibus enim deum omnia cooperantur in bonum. Ad Ro viii°. Nec deus
sineret fieri tanta mala si non ex eis faceret elicere bona ut dicit Augustinus
in Enchiridio

Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi sub altari dei animas
interfectorum propter verbum dei et propter testimonium quod habebant
Et clamabant voce magna dicentes usquequo domine sanctus verus non
iudicas et vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra. Et
date sunt illis singule stole albe et dictum est illis ut requiescerent
tempus adhuc modicum donec impleatur numerus conservorum et
fratrum eorum qui interficiendi sunt sicut et illi. Quinta pars huius capituli
in qua agitur de apercione quinti sigilli. Et ut continuat glosa et Richardus
dictis tribulacionibus que imminent fidelibus a tirannis hereticis et ypocritis
consolatur eos qui debebant talia pati puta electos, astruens de co-
rona. Unde hic ostenditur desiderium sanctarum animarum ut mundus cito
finiatur et earum gloria per resumpcionem corporum augeatur. Et dividitur
in duas partes. primo ponitur sigilli apercio. 2° ipsa visio ibi vidi sub
altari. Et hec subdividitur in tres partes. primo ponitur animarum de-
sideratarum descripcio et loci in quo erat specificacio. Secundo desiderii
earum expressio ibi Et clamabant. 3° earundem consolacionis revelacio
ibi Et date sunt etc. Quantum ad primum dicit Et cum aperuisset scilicet agnus
qui alia aperuit quintum sigillum .i. secreta quinti status manife-
stasset scilicet permissionem divine consolacionis super tribulacionibus premissis
Huius enim sigilli apercio secundum Richardum erat promissi celestis ex-
hibicio. Et subdit visionem dicens Vidi sub altari dei etc. Sicut scri-
bit hic Haymo In thabernaculo moysi duo fuerunt altaria. Unum sub
divo in quo sacrificia cremabantur. De quo habetur Exodi 38. Aliud vero
interius ante velum in quo tantum sancta ponebantur et thimiamata quod erat
vestitum auro. Per hec autem duo altaria secundum eundem duo populi si-
gnificantur. Unus per altare exterius scilicet carnalis in iudeis. qui
tantummodo per legis opera et sacrificia putabant et adhuc putant
se salvari posse et iustificari. Per aureum autem quod erat interius
altare .i. spiritualis, patres scilicet utriusque testamenti. qui non putabant
se posse salvari solummodo per legem et opera sacrificiorum sed pocius per
fidem Christi futuri qui sicut doctores legem spiritualiter intellexerunt

ita faciebant et illi scilicet prophete patriarche et ceteri. Quod beatus augustinus
x libro de ciuitate dei c. 5to probat multis auctoritatibus veteris
testamenti. et signanter dictis dauid. qui ab adulterio suo se non
posse purgari per legis sacrificia dicebat ps. 50. Quoniam si vo:
luisses sacrificium dedissem vtique holocaustis non delectaberis. Deinde quod
hoc fieri non posse considerans. adiungit. Sacrificium deo spiritus con
tribulatus etc. Illud autem altare aureum de quo nunc agitur. prius
quidem erat ante archam scilicet velum pendebat ante eam et illud quod
solum velum sancta et sancta sanctorum diuidebat. Intus vero sancta sanctorum
erat archa in qua due erant tabule digito dei scripte. per quam
archam xpistus significatur. in quo sunt omnes thezauri sapientie et scientie
absconditi ad colossenses primo. Postquam vero summus pontifex venit et vela:
men scidit facta est archa et altare vnum. quia scilicet caput et membra
idest xpistus et ecclesia vnum corpus sunt. hinc itaque altaris in hoc loco
mentio fit 2m cum cum dicitur vidi sub altare dei animas inter:
fectorum. Nam cum non sunt duo altaria sed vnum. quia xpistus coniunctus
est corpori suo. Cum quidem xpistus est altare sacerdos et sacrificium. Sacer:
dos. quia per illum munera nostra deo patri dirigimus. vnde sacerdotes
in singulis fere orationibus optantes domini exaudiri sub ipsius nomine
suas finiunt oraciones dicentes. per dominum nostrum ihesum xpistum filium tuum.
Est etiam altare et sacrificium. quia semetipsum obtulit deo patri in ara
crucis. Non ergo iam duo sunt altaria sed vnum. postquam ut dictum est
verus pontifex ingressus est sancta sanctorum. cum proprio sui corpore
et sicut illi cum eo iam sunt in re. ita et ipsi in spe. Itaque ipse aie
occisorum sunt altare. et tamen subtus altare sunt. quia membra coniuncti
capiti suo non perimunt. quia ipse est verus illi homines. ipse dominus. isti serui
sunt igitur altare capiti suo coniuncti. Sunt et sub altari. quia nondum illi
per omnia coequantur. Vel aliter ipsi qui sunt altare, subtus altare sunt
hoc est sub se. quia nondum peruenerunt ad eam ad quam venturi sunt
gloriam. quando erunt similes angelis dei Math. 22. Dumque ipse est
adhuc desiderium eorum. quoniam expectat resurrectionem sui corporis
Ut sicut cum corpore et anima seruierunt xpisto sic in corpore et anima remu:
nerentur. quod reuera dignum est. Ideoque quia nondum ad illam
dignitatem peruenerunt ad quam venturi sunt. dicuntur esse sub altari
hoc est sub seipsis. quia post modum maiores futuri sunt. Cum autem venerit
ad talem gloriam. iam non erunt sub se sed in se. et hugo. quod
tali confirmat exemplo dicens. Ponamus quilibet in monasterio nutritum
et postea abbatem constitutum. Quamdiu talis sub prioribus viuit. quasi sub se
est. Cum autem abbas fuerit electus iam non est sub se sed in se. Talium
itaque anime fidelium sub se non erunt. quia sunt cum corporibus immor:
talitate gaudebunt. Pro quorum dictorum ampliori declaracione me:
rito peto queritur. Utrum beatitudo anime consistens in actu potentie volitiue
post resurrectionem corporis augebitur intensiue. quia sit ante hugo dicit conceptum
Et videtur quod non. quia illud quod consistit in cognicione et dilectione summe
purissime. summe a materia separate hoc non augetur in anima per hoc
quod ipsa coniungitur ad corpus materiale. Sed vera beatitudo anime consistit
in cognicione et dilectione dei que est substancia purissima ab omni materia separata
vt 12 methaphisice etc. Sed contra beatitudo tali impedimento quo anima beata
retardatur ne totum intentione feratur in summum celum quod est ipsa
diuina essencia, tunc anime beatitudo videtur augeri vel intendi. Sed resumpte
corporibus tunc huiusmodi impedimentum aufertur ab huiusmodi animabus ideo
etc. Quia ex quo beatitudo animarum consistit in perfecta cognicione cum illo
summo celo, sequitur quod ab eodem augetur anime beatitudo. Non tamen aufferetur
impedimentum huius condicionis Et hoc patet per beatum augustinum dicentem. quod
anime inest quidam appetitus naturalis corporis administrandi. quo quodammodo
retardatur ne tota intencione pergat in illud summum celum donec ille
appetitus conquiescat. Nota. De beatitudine 2r possumus loqui. vno
modo est illud quo formaliter beatus dicitur esse beatus. Alio modo prout est id
a quo tamquam a re extrinseca immediate causatur iam dicta beatitudo

formalit' perficiens ipsum beatum. Primo modo appella(tur) b(ea)titudo formalis, eo q(uod) sit aliq(ua) p(er)fectio formalit(er) inherens ipsi beato. 2o appella(tur) b(ea)titudo finalis, eo q(uod) sit ultimus finis om(n)i(um) s(cilicet) ipse deus. P(ri)ma istarum beatitudinu(m) dicitur b(ea)titudo creata, secunda increata, q(uia) ipsa est creatoris essencia. Utraq(ue) istarum b(ea)titudinu(m) replet et q(ui)etat ip(s)ius beati omne desiderium, alit(er) tamen et alit(er), q(uia) p(ri)ma replet formalit(er), et ideo quandoq(ue) appella(tur) finis intrinsecus, q(ui)a dici(tur) finis quo. Secunda replet et quietat finalit(er) et effective, et io dici(tur) finis extrinsecus seu finis in quo. Quem finem allegans Augustinus in lib(r)o confess(ionum) dicit: Ad te nos fecisti domine et inquietu(m) est cor meum donec requiescat in te. Et q(uia) desiderium non quietatur nisi bonum desid(er)atu(m) adipiscat(ur), ideo b(ea)t(u)m diffiniendo dicit Aug(ustinus): Beatus est qui h(abe)t o(mn)ia q(ue) vult et nichil mali vult. Hinc est q(uod) q(ui)dam describentes b(ea)titudinem dicunt: B(ea)titudo est sufficie(nti)a omnis boni. Nam cum desideriu(m) sit re(spectu) boni, ergo omne desideriu(m) non p(otes)t quietari nisi per illud quod h(abe)t in se sufficienciam omnis boni, et hoc vel simp(licite)r, et sic est b(ea)titudo increata, que sic claudit in se p(er)fect(i)o(n)es om(n)i(um) generu(m), ut p(atet) p(rim)o me(taphisice). Sic claudit in se bonitatem om(n)i(um) bonorum, p(atet) q(uia) quod deus volens seipsum ondere moysi dixit Exodi 33: Ego ostendam tibi omne bonum. Vel quo(m)odo et respectu hominis, sicut beatitudo creata, que licz non claudat in se formalit(er) omne bonum, tam(en) concernit et quotat sufficie(nte)r omne illud q(uo)d ille desid(er)at q(ui) informat(ur).

Secundo nota potenciarum anime q(ui)dam h(abe)nt actionem transeuntem, sicut motiva et generativa, alie h(abe)nt actionem imanentem, et he sunt 2(plic)es, q(uia) q(ui)dam fundan(tur) in organo corp(or)ali, sicut potencie sensitive. Queda(m) vero sunt separate ab organo corporali, sicut potencie p(ar)tis intellective, puta intellectus et voluntas. Con(clusi)o p(ri)ma: Omnis homo actualiter recte considerans quid importe(tur) nomine b(ea)titudinis, na(tura)lit(er) appetit b(ea)titudinem. P(atet), q(uia) omnis homo qui na(tura)lit(er) considerat tale bonu(m) quo habito habe(tur) sufficie(nti)a omnis boni, ille na(tura)lit(er) desiderat huiusmodi bonu(m). Sed quicumq(ue) actu recte considerat illud q(uo)d importa(tur) nomine b(ea)titudinis, ille actualit(er) apprehendit tale bonum quo habito h(abe)tur sufficie(nti)a omnis boni, ergo etc. Ma(i)or p(atet), q(uia) q(ui)l(ibet) na(tura)lit(er) desid(er)at illud in quo est eius summa p(er)fecta comoditas et delectacio. Sed in tali bono quo habito habe(tur) sufficie(nti)a omnis boni consistit hominis summa p(er)fecta comoditas et delectacio, q(uia) si summa p(er)fecta comoditas et delectatio no(n) existeret in illo bono, tunc in illo bono non haberetur sufficie(nti)a omnis boni.

Conclu(si)o 2a: Quicumq(ue) p(re)dicto mo(do) considerat seu apprehendit beatitudinem, ille ne(cessari)o appetit eam. P(atet), q(uia) nullus p(otes)t no(n) appetere id in q(u)o consistit eius p(er)fecta comoditas et delecta(ci)o, s(ed) summa illa consistit in b(ea)titudine, i(gitu)r etc. Ma(i)or p(atet) in lib(r)o Anshelmi de concordia p(re)destinac(ionis) et gr(aci)e cum libero arbit(ri)o, ubi ait q(uod) voluntas non p(otes)t non velle summum comodum. Mi(no)r etiam p(atet), q(uia) b(ea)titudo omne bo(nu)m hominis includit et cont(inet) vel saltem concomitatur.

Con(clusi)o 3a: B(ea)titudo formalis no(n) consistit in actu potencie na(tura)lis q(ue) transit in materiam exteriorem. P(atet), q(uia) actus transiens non est p(er)fect(i)o agentis, s(ed) b(ea)titudo est summa b(oni) p(er)fect(i)o, ergo b(ea)titudo no(n) p(otes)t esse actus talis potencie cuius actus est transiens in ma(teri)am exteriorem. Ma(i)or p(atet), q(uia) p(er)fectio est in eo cuius est p(er)fectio, s(ed) actio transiens no(n) est in agente, si enim esset in agente tunc non transiret in ma(teri)am exteriorem et sic esset transiens et non esset transiens, quod implicat contradictionem. Mi(no)r vero non solum per theologos s(ed) etiam per philozophos, dicit n(am) ph(ilosoph)us p(rim)o ethi(corum) q(uod) felicitas est om(n)i(u)m operabilium optima.

Conclusio 4ta: Vera beatitudo hominis no(n) p(otes)t consistere in actu potencie sensitive. P(atet), q(uia) in illo actu no(n) consistit ho(min)is b(ea)titudo, qui ordinat(ur) ad actum nobiliorem et p(er)fectiorem actu, s(ed) omnis actus potencie sensitive ordinatur ad alios actus perfectiores, puta ad actus intellectus et voluntatis. Ma(i)or p(atet) p(rim)o et x ethic(orum). Mi(no)r p(atet) ex 2o et 3o de anima et multis aliis locis ph(ilosoph)ie.

Con(clusio) 5ta: Vera beatitudo hominis p(rincipali)ter consistit in actu potencie volitive. P(atet), q(uia) q(uo)cumq(ue) actu coniungimur bono increato p(er)fectius et intimius, in illo actu p(rinci)paliter consistit n(ost)ra b(ea)titudo creata. S(ed) actu voluntatis intimius et p(er)fectius coniungimur et unimur deo qui est b(ea)titudo increata, ig(itu)r etc. Ma(i)or p(atet)

qr in hoc consistit principalit summa pfcio cuiuslibz rei qp sume coniungi^r et pfectissime suo fini. Sz summa pfcio hois est btitudo formalis seu creata set ultimus ac etiaz pfectissimus finis hominis est btitudo increata seu finalis que est ipse deus. Ad 2^m vo pz qr amor qui est actus voluntatis transformat amatem in amatu. Vnde pr dyonisium c^o 4^o de divinis nominibus dicitur omne amore sive divinu sive angelicu sive intellectualem sive atem sive nalem unitiua esse quandam virtutem et subdit ibidem amor transformat qr ponit amatem ext se et collocat eum in amato. est eni extasim faciens diuinus amor, non dimittens sui ipsorum esse amatores sz amatoru. i. rerum amatarum. Con^o vi^a

Beatitudo hominis aliquo consistit in actu intellectus. quis non eque princ sicut in actu voluntatis. pz qr quilibz actus aie, cui est beatificus quatinus per ipm attingitur ipse deus. Sz actu intellectus attingitur ipe deus quis non sit intime pfecte sicut actu voluntatis. igitur etc. Ad 2^m pz. Ad 3^m pz quia ea que sut priora generatione sunt posteriora pfectione. Sz attactus quo attingimus deum per actu intellectus est prior generacione ipso attactu quo attingimus deum per actu voluntatis eo qp dilecto psupponit cognitionem cum bonum cognitum est obiectum voluntatis. ergo licz actu intellectus attingamus deum qr videbimus eum sicuti est. 1 Johis 3. tamen illa attactio non est ita pfecta sicut ea qua attingimus per actum voluntatis. 2m quam attactionem in ipso deo ultimate quiescimus et in ipm intime transformamur a quo videlicet ex gtton pz. Etiam in actu visionis intellectiue consistit aliquo modo vita eterna Johannis xvii. ergo aliquo btitudo etc. Conclusio vii^a

Beatitudo animarum post resumptionem suorum corporum augebitur extensiue. pz qr facta resurrectione aia magnum gaudium habebit qd ante non habuit. pz qr facta resurrectione aia magnum gaudium habebit de sui corporis glorificatione. igitur. Etiam ceteris paribus tunc ad est extensiue btitudo anime duplici stola decorate qr una tum. Sz ante corporis resumptionem aia bta decoratur una stola decorata et post resumptionem duplici. Unde canitur de sancto Augustino qui sitiuit martirium sustinuit etc. decoratus una stola secundus qr de reliqua etc. in lra. Conclusio viii^a et ultima. Etiam intensiue beatitudo aie maior est resumpto corpore. pz qr quanto anima est pfectior tanto pfectius operari. Sz anima bta reunita suo corpori est pfectior qr ab eo separata. ergo anime reunite btitudo que consistit in sua nobilissima operatione erit pfectior et per consequens intensior. Maior pz qr ceteris paribus tunc sola ubi et operatio se proportionabiliter consequuntur. Et ideo pfectiore modo subiecti sequitur pfectior modus virtutis et pfectiorem modum virtutis pfectior modus operacionis. Minor pz qr nisi pactum impediatur tunc pfectio legendo qualibz pars pfectior est in suo toto qr ab eo separata. Sz anima est pars essentialis humane nature integrate ex anima et corpore. igitur etc. Corpus universale. Questio est vera. pz ex dictis. Ad argumentum an oppositum dicendum qp quamvis dicit sit vera de corpore mali obstructo et corruptibili qr tale corpus est impeditum cognicionis. Sm illud Sapie ix. Corpus quod corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitacio sensum multa cogitantem, tamen non est vera loquendo de corpore glorificato et incorruptibili ut in pposito. Per hoc igitur altare subtus quod vidit Johes animas interfectorum significatur ihs xpus. Sicut qd oblaciones nras et sacrificia deo patri offerimus. Unde fere omnes oroes nre per ipm terminantur ut dictum est. Sub quo altari anime interfectorum dicuntur esse qr sub capite membra per humilitatem et paruitatem deo adherentes. Vel sub. i. descendite qr nemo in hac vita videt quod sunt ibi. Vel sub. i. subse. qr nondum peruenit ad eam gloriam ad qua sunt peruentur post corporum resumptionem. Vel vidit subtus altare. i. in secretorio diuine glorie. Nam 2m Remigiu ara aurea celum significat. Terra vero terram. Et per excepcionem non sub ara viderit. qr ociosos sub ara. i. sub testificacione nominis xpi. Sicut de Machabeis dicitur 2^o Mach vii. Sub testamento dei ceciderunt. 2m aliam literam ut ait Beda animas inquit interfectorum propter verbum dei. i. propter confessionem verbi dei sz ewangelii et pt verbum fidei. Ad Ro. x. hoc est verbum fidei quod predicamus qp si confitearis in ore tuo dominum ihm xpm et in corde tuo credideris qp deus suscitavit illum a mortuis

salvus eris. Et propter testimonium quod habebant scilicet per instantiam bonorum operum Christum imitando, Actuum 4o: Virtute magna reddebant apostoli testimonium Jesu Christi resurrectionis. Quod enim ore predicabant hoc opere adimplebant. Vel propter verbum dei, id est propter predicationem filii dei quem asserebant esse deum verum et hominem. Unde istud est verbum de quo dicit Johannes: In principio erat verbum etc. Et propter testimonium quod habebant, id est predicationem ipsius incarnationis: caro factum est. Apocalypsis primo: Qui testimonium perhibuit verbo dei et testimonium Jesu Christi. Sed dices ex hoc videtur quod sub illo altari dictum non fuerint anime nisi martirum interfectorum propter verbum dei. Ad hoc respondet Haymo dicens: Duo sunt martiria quando in hoc mundo, unum scilicet apertum quod fit in corpore, sicut martirisatus est Petrus Paulus et ceteri. Alterum vero occultum cum sancti ab impiis obprobria irrisiones et contumelias sustinent. De his duobus quibus martiriis dicit dominus filiis Zebedei, Mathei XX: Calicem meum bibetis. Cum unus eorum fuerit decollatus, alter in pace vitam finierit, et tamen non sine martirio fuit quia multa obprobria et adversitates pro Christo sustinuit. Unde legimus enim in actibus apostolorum flagellatum cum ceteris, quando ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati, Actuum V. Et de hoc Gregorius 3 dyalogorum c. 26 et super Evangelia omelia XV 2e partis, ubi etiam existit de Johanne qui fuit mente martir. Et beatus Augustinus in libro de honestate mulierum dicit: Si omnino (?) dicat fratres quod temporibus nostris martirium clarum esse non possint, habet enim pax martires suos. Nam frenare iracundiam, mitigare libidinem, fugere (?), justiciam custodire, cupiditatem contempnere, pars magna est martirii. Et Bernhardus super cantica sermone 31: Genus martirii est spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum quo membra non ceduntur ferro, horrore quidem mitius sed diuturnitate molestius. Unde Salomon dicit Ecclesiastici XV (?): Qui amat animam suam parcet eam. Parcet dixit sine ponendo iniurie (?) sine affligendo ut penitens etc. Et beatus Augustinus libro XVIII de civitate dei c. 58 (?) dicit quod id quod ait apostolus 2 Thimothei 3: Omnes qui volunt in Christo pie vivere persecutionem patiuntur, nullis putandum est deesse posse temporibus, quia et cum ab hiis qui foris sunt non sevientibus videtur esse tranquillitas, et revera est, plurimumque consolationis affert maxime infirmis, non tamen desunt, immo multi sunt intus, qui corda pie vivencium suis perditis moribus cruciant, per quos blasfematur christianum et katholicum nomen, quod quanto carius est eis qui volunt pie vivere in Christo, tanto magis dolent quod per malos intus positos fit ut minus quam piorum mentes desiderant diligatur. Ipsi quoque heretici cum cogitantur habere nomen et sacramenta christiana et scripturas et professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum, quia et multi volentes esse christiani propter eorum dissensiones hesitare coguntur, et multi maledici eciam in hiis inveniunt materiam blasfemandi christianum nomen, quia et ipsi quodammodo christiani appellantur. His atque huiusmodi pravis moribus et erroribus hominum omnes persecutionem patiuntur qui volunt in Christo pie vivere, etiam nullo infestante neque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus sed in cordibus. Unde illud psalmiste: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. Non enim ait in corpore meo. Sed rursus quando cogitantur inmutabilia divina promissa et quod ait apostolus: Novit dominus qui sunt eius. Quos enim prescivit et predestinavit conformes fieri ymaginis filii sui, ex eis perire nullus potest. Ideo consolatur eos letificans de corona ut dictum est in principio littere. Tunc ibi: Et clamabant voce magna etc. Premissa animarum desiderancium descriptione et loci in quo erant specificatione, subiungit desiderii earundem expressionem et quantum consolationis revelacionem ibi: Et date sunt illis. Circa primum dicit: Et clamabant voce magna. Sed notandum ad evidentiam littere: cum vox sive clamor fiat corporalibus organis sive artheriis, qualiter ait hic animas interfectorum clamare? Dicendum secundum Haymonem: Non est putandum quod anime corporeo modo vocem emittant sicut nos qui aereum flatum in follem ventris trahimus

per organum gutturis, sed vox earum desiderium est ipsarum et tanto magis quo
clarius clamat, quanto magis desiderio flagrat. Unde beatus Gregorius 2° moral
post principium exponens hunc passum Iob dicit. magnus clamor animarum
est magnum desiderium. tanto enim quisque minus clamat quanto minus desiderat
et tanto maiorem vocem in aures incircumscripti spiritus exprimit quanto
se in eius desiderium plenius fundit. animarum igitur verba sunt ipsa
desideria. Nam si desiderium sermo non esset propheta non diceret desiderium cordis
eorum audivit auris tua. et in 20 moral tractans illud Iob 22 Quis
michi tribuat adiutorem ut desiderium meum audiat omnipotens
dicit. Nostra postulacio non in oris est vocibus sed in cordis cogitationibus
valenciores namque voces apud secretissimas aures dei non faciunt verba
nostra sed desideria. Eternam enim vitam si ore petimus nec tamen corde deside-
ramus. clamantes tacemus. Si vero desideramus ex corde etiam cum
ore conticescimus. tacentes clamamus. Hinc est quod in heremo populus
vocibus perstrepit et moyses ab strepitu verborum tacet et tamen silens
aure divine pietatis auditur cui dicitur Quid clamas ad me Exodi xiiii°
Intus est ergo in desiderio clamor qui ad humanas aures non pervenit
et tamen auditum conditoris replet. Hinc est quod anna ad templum pergens
ore quidem tacuit et tamen sui desiderii voces emisit primi Regum 1. Unde
in psalmo desiderium pauperum exaudivit dominus. Et item domine tu scis desiderium
meum. Ubi Augustinus in originali qui in bibliotheca habetur dicit ergo in litera
et clamabant voce magna idest affectu et desiderio magno flagrabant
De quo clamore dicitur in psalmo Clamaverunt iusti et dominus exaudivit
eos. Dicit clamavit moyses in deserto et Susanna Daniel xiii°.
dicentes idest desiderantes quia desiderium est dictio intrinseca hominis. quam
dominus audivit ut dictum est. Sanctus domine idest ad quod tunc domine scilicet
qui potes omnia quia virtute omnipotens. Sanctus scilicet in verbo et verus scilicet
in solvendo promissa. Non iudicas desinendo malos a bonis et vindicas
sanguinem nostrum idest mortem et effusionem sanguinis nostri puniendo. ab hiis
qui habitant in terra. scilicet terram et terrena amando ut expositum est
qui mali enim in terra habitant amore et affectu. Ubi enim est thesaurus tuus
ibi et cor tuum Mathei vi° In hoc quod dicit domine notatur professio omnipotencie
In hoc quod ait sanctus professio omnis sanctimonie. Levitici 19 Sancti
estote quoniam ego sanctus sum. In hoc quod ait verus professio fidelitatis
in promissis solvendis Numeri 23 Non est deus ut homo ut mentiatur. Et in
hiis tribus veritas personarum designatur. Domine refertur ad patrem. verus
ad filium. sanctus ad spiritum sanctum. et hoc per appropriacionem. In hoc autem quod ait
Non iudicas implicatur seu supponitur iusticia. Deus enim iudex iustus fortis
et paciens. Subditur et non vindicas. Sed queritur sicut insinuat glossa hanc
et patres. Quidnam sancti cum domino manentes iudicium et vindictam de iniustis expetunt
Cum dicat dominus in ewangelio Mathei v. Orate pro persequentibus et calumpniantibus
vobis. Et Levitici 19 dominus dicit. non queras ulcionem nec memor eris
iniurie civium tuorum ergo vindictam petere non congruit sanctis nec in via
nec in patria. Et caritas sanctorum maior est in via quam in patria. Contra illud
Ysaie 23 Haec dicit dominus cuius ignis in Syon et caminus in Ierusalem. Si
ergo sancti in via ex sua caritate non petunt vindictam de reprobis
multominus in patria. Et augustinus epistola 8 beatus est qui habet omnia
que vult et nichil mali vult. ergo beatorum non est aliquid petere quia habent omnia
que volunt. Respondetur ad primum cum Gregorio 2° moral ubi quod cum
sanctorum anime ita in interni secreti sunt deo inherant ut inherendo re-
quiescant. Quo dicuntur petere quos ab interna voluntate constat
nullatenus discrepare. Quo dicuntur petere quod et voluntatem dei
dicitur est. et ea que futura sunt non ignorare. Et respondetur dicens
quod anime sanctorum in ipso deo posite dicuntur ab eo petere non quod quicquam
desiderent quod ab eius quem cernunt voluntate discordet. Sed quo mente
ardencius inherent eo etiam de ipso accipiunt ut ab ipso petant quod eum

facere velle nouit. de ipso ergo bibunt quod ab ipso sitiunt et modo nobis adhuc
incomprehensibili in hoc quod petendo esuriunt perfruendo saciantur. Discorda-
rent ergo a voluntate conditoris si quod eum videt velle non peterent. eique
minus inhererent si volentem dare desiderio pigriori pulsarent. Hec ille
In sanctis ergo animabus non est peticio vindicte ex libidine vindicandi et
malum alijs inferendi. sed petere vindictam dicuntur diem iudicij et resurrectionem
desiderare. vnde Gregorius ibidem. Quid est enim animas vindicte petitionem dicere
nisi diem extremi iudicij et resurrectionis extinctorum corporum desiderare. vn-
de hijs vindictam dicuntur petere qui habitant in terra. Et qui amore ter-
norum capti sic festinant ad celum. quia sic sancti consummarentur in glo-
ria vtraque stola recepta. Non enim consummabuntur sine nobis ad hebr. xi. hij
testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem deo pro nobis aliquid melius
prouidente vt non sine nobis consummarentur. Et per hoc patet ad obiecta quod
in gloria non dicuntur petere vacationem insufficientie vel claritatis aliquorum quod desiderant
habere uel scire. sed modo dicto. Ait tamen hic Hayno in lectura quod possunt sancti vindi-
ctam de iniustis petere ex caritatis. vt scilicet qui ad vitam eternam predestinati
sunt a malo conuertantur ad bonum. Qui vero perfecte deo dampnandi sunt non
corrigantur et peccare desistunt. vt per hoc minorem penam in inferis habeant
vbi vnusquisque iuxta qualitatem operum sustinebit magnitudinem penarum. Quod certe
utrique caritatis est et misericordie. Hec ille. Quod eciam potest intelligi de sanctis
in via. Vnde Augustinus libro 2o contra aduersarios legis et prophetarum c. 24 dicit. Intelligendum est
eam vindictam esse iustorum. vt omnes mali pereant. pereunt autem duobus mo-
dis conuersione ad iusticiam aut amissa per supplicium potestate que aduersus
bonos nunc quidem hoc ipsum bonis expedit uel confert aliquid valere. Quo-
modo autem vindictam possit expeti ostendit libro de vera innocentia c. 228 dicens
de beniuolentia est non malicia cum letatur iustus in impios expressa
vindictam. qui non peioris exitum placere quem volunt corrigi. sed iusticia
dei qua scit multos sic conuerti. Et in epistola ad donatum et est in 6o
Non sit vindicta de inimicis regnum ut delinquantur quid nobis prop-
ter tuum veritate ac nomine patimur qui diligimus inimicos nostros et oramus
pro eis. vnde ex occasione terribilium iudicium ac legum ne in eterni
iudicij penas incidant corrigi eos cupimus non necari. ut disciplina circa
eos negligi volumus. ut supplicia quibus digni sunt exerceri. Sic ergo
voluntates reprimimus vt sint quos peniteat peccauisse. Cuius racio-
nem ponit in 2a epistola ad marcedonium. et est in 6o c. 8. Non frustra insti-
tuta sunt potestas regis ius gladij cognitoris. vngule carnificis arma militis
disciplina dominantis seueritas etiam boni patris. habent ista omnia modos suos
causas rationes vtilitates. Hec cum timentur coercentur mali quietius inter malos
viuunt boni. Hec ibi. Propterea differentiam inter iustos et iniustos expetentes vindi-
ctam ponit super psalmum 58. Cum et homo iustus et homo malus de ini-
micis velint a domino vindicari. vnde discernuntur. Nisi quia iustus magis
cupit inimicum suum corrigi quam puniri. Et cum in eum videt a domino vindicari
non eius delectatur pena quia non eum odit. sed diuina iusticia quia deum diligit.
Deinde si in hoc seculo in eum vindicatur vel pro eo eciam letatur
si corrigitur. uel certe pro alijs ut eum timeant imitari. Ipse quoque fit melior in
supplicio eius cuius odia non pascendo sed errata emendando. Et per hoc de
beniuolentia non de malicia est quod letatur iustus cum videt vindictam et ma-
nus suas lauat et opera mundiora efficit in sanguine. hoc est in exitio peccatorum
sumens inde non mali alieni gaudium. sed diuine admonitionis exemplum. Si
autem in futuro seculo vltime dei iudicio vindicabitur. hoc ei placet quod de-
ne bene sit malis. ne prorsus peius eciam impij perfruantur. Quod vtique
iniustum est et a regula veritatis quam iustus diligit alienum. Cum enim
nos ad diligendos inimicos dominus hortatur. exemplum proponit patris nostri
qui in celis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos. et
pluit super iustos et iniustos. Aliquid tamen ideo uel talibus correptionibus
non emendat vel pertinaces durosque in fine non dampnat. Sic diligo
inimicos diligatur. vt non displiceat dominum iusticia qua punitur
et sic placeat iusticia qua punitur. vt non de malo eius sed de bono iudicis
gaudeatur

Malivolus vero animus constituitur si eius nutus exarsit penam et cum pu:
nitur eum videt vindicari se ita gaudet vt non iusticia dei quam nec dili
git sed illius quem odit iniuria delectetur et tunc deus dimittit iudicium
vt plus noceat deus quam ipse nocere possit expectat. hec ille. Aliud tamen mo:
dum quo sancti dicuntur vindictam petere ponit libro 2° concordie veteris et
novi testamenti q. 68 dicens Sanguinis sanctorum effusus vindicari se po:
stulat non voce sed racione. Nam et opus opificem laudare dicitur per hoc
ipsum quod videntes se delectat et delectat. Non enim tam impacientes sunt sancti
vt vrgeant fieri quod sciunt tempore prefinito futurum quod nec anticipari
potest nec differri. Sed hoc dicto voluerunt ostendere vindicaturum deum sanguine
sanctorum suorum. ne quod tamen paciens vult videri nullum putaret impune bellum
quod contra sanctos gereret. et ut recte intimat perseverantibus dei servos
et exhortaret prope se pacientes. Relevatur vero animus pacientis qui se vindi:
cari audit a potente. pacienciis autem fert si mortem suam audiat iudica
ri displicere. Tunc. vero profecto habet iniquitatem se esse. Et deus quidem misericors
et paciens est sed moderate expectat enim ut impii credant. hec ibi. Si ergo
diucius expectat. durius punit. Quanto vero amplius expectat ut corrigantur
tanto expectatos ex iusticia vero commissos districtius punit. ad Ro. 2° An
divicias bonitatis eius et paciencie et longanimitatis contempnis ignoras quoniam
benignitas dei te ad penitenciam adducit secundum duriciam autem tuam et cor
impenitens thezaurisas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii
dei qui reddet vnicuique secundum opera sua. Sic igitur patet ex dictis secundum doctorem
sanctum 2 2 q. r. vlt.(?) Circa vindicatam considerandum est vindicantis
animus Si vero eius intencio feratur principaliter in malum illius de quo
vindictam sumit et ibi quiescat. est omnino illicitum quia delectari in
malo alterius pertinet ad odium quod caritati repugnat qua debemus omnes
homines diligere. Nec aliquis excusatur quod malum intendit illius qui sibi iniuste
intulit malum sicut non excusatur aliquis per hoc quod odit se odientem.
Non vero debet homo in aliquem peccare propter hoc quod ille prius peccavit in ipsum.
hoc vero est vinci a malo quod prohibet apostolus ad Ro. xii dicens. Noli vinci
a malo sed vinci in bono malum. Si vero intencio vindicantis feratur principaliter
ad aliquod bonum ad quod pervenitur per penam peccantis puta ad emendacionem
peccantis vel saltem ad cohibicionem eius et quietem aliorum et ad iusticie con:
servacionem et dei honorem potest esse vindicatio licita aliis debitis circumstantiis
servatis. hec doctor sanctus 2 2 q. r. viii. Patet etiam 2° quod electorum anime beate
propter conformitatem voluntati dei visa damnatorum ineffabili calamitate non
afficiantur ad eos aliqua compassione sed magis attendent ad gratiarum actiones
de sua liberacione. patet ex dictis et specialiter per beatum Gregorium in omelia super
illud Luce xvi. fili recordare. dicentem Iustorum anime etsi in natura
sue bonitate misericordiam habeant tamen tunc creatoris sui iusticie coniuncte
tanta rectitudine constringentur vt nulla ad reprobos compassione moveantur.
Non vero apud animum iustorum poterit fuscare beatitudinem aspecta pena
reproborum quia ubi iam compassio miserie non erit minuere lectitiam beatorum
non valebit. ymmo letabitur iustus cum viderit vindictam. Letabitur inquam
de penis non ipsis se vel propter eam quod hoc sonaret in crudelitatem sed propter
divinam iusticiam. iniquitati videbit quod iuste sunt inflicte et prout considerabit
ab eis se gratia et dono dei liberatum. et exinde gracias vberiores aget
deo. Patet etiam 3° quod anime beatorum quamvis compatiuntur miseriis et penis
viatorum tamen videntes damnacionem suorum propinquorum non possunt non velle
penas et cruciatus eorum. Racio patet quod sunt ad tunc conformati divine
voluntati quod non possunt non velle penas et cruciatus eorum. Nec hoc velle est
nota vel signum alicuius crudelitatis. ymmo pocius signum magne perfeccionis et bo:
nitatis. Sicut vero vnaqueque res tanto est imperfeccior quanto magis deviat
a prima et rectissima regula. Sic quelibet res tanto melior et perfeccior esse cre:
ditur quanto vicinius huiusmodi regule conformatur. Cum igitur voluntas divina
sit humane voluntatis regula rectissima. ut dicit magister in primo. sequitur quod tunc hu:
mana voluntas erit rectissima et perfectissima quando non poterit aliud velle
nisi quod videbit deum velle. quod solum erit in illa beata patria. vbi secundum
Anshelmum

illud quod cognoscunt deum
velle. et ipsi vi:
debunt deum velle
damnacionem suorum
propinquorum. ergo non
possunt non velle
penas etc.

omnibus erit una voluntas quia nulla illis erit nisi dei voluntas etc. Tunc ibi. Et date sunt illis ponitur consolacionis revelacio et hoc in 3bus scilicet in primo collacione in desiderii adimplendi denunciacione ibi Et dictum est illis etc. Et 3o in glorificacionis fratrum certificacione ibi donec impleantur etc. Dicit ergo Et date sunt illis singule stole albe quia tunc scilicet eorum data est gloria anime. que dicitur stola alba similitudinarie Stole enim tegunt decorant ornant et honorificant que sunt precise munde et candide Et ideo per illas conveniente signatur gloria animarum. Nondum tamen quod est 2x stola prima vestis innocentie vel candor munditie per graciam baptismalem de qua luce xv Cito proferte stolam primam. prima quippe stola inquit Gregorius 12 moral c 3 exponentem illud Job xxix hoc est in martiris fuit et induatus atque consumptus. Et est vestis innocentie quam homo bene conditus accepit male a serpente persuasus perdidit etc. Contra hanc inducitur dicitur. c 16 Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Vestimenta quippe custodimus cum precepta innocentie servamus in mente ut cum iudicii culpa nudat ad anxietatem redeuntes innocentiam primam operiat hec ibi. Secunda stola est glorie que est animarum in patria 3a est stola in corporis glorificacione de qua c 1b lavuerunt stolas suas in sanguine agni. Unde et dyalogorum c 28 ad inquisitionem beati Petri dyaconi Si nunc in celo sunt anime iustorum. quid est quod in die iudicii pro iusticia sua retribucionem recipiunt Gregorius respondit dicens hoc eis nimirum crescit in iudicio quod nunc sola perfruuntur mentium vero etiam corporum beatitudine perfruentur. ut in ipsa quoque carne gaudeant in qua dolores pro domino Christo cruciatusque pertulerant. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est Ysaie 61 In terra sua duplicia possidebunt quia remoto labore presentis vite non solum ad animarum gaudium sed etiam ad beatitudinem corporum perveniunt quia nimirum beatitudine mentis simul et corporis gaudebunt. Inquit beatus Gregorius pro moral c xii et 34 moral c ix Certe illud Job ultimo addidit dominus omnia quecunque fuerant Job duplicia dicit Scilicet eum in fine suo duplicia recipere est in singulis nobis et de beatitudine anime et de carnis incorrupcione gaudere. Hinc est quod hic in littera beatus Iohannes apocalypsis de sanctis mundi fine convenientibus ait date sunt illis singule stole albe a resurrectione quippe stolas singulas accepisse dicuntur quia sola adhuc mentis beatitudine perfruuntur binas vero accepturi sunt. cum cum animarum perfecto gaudio etiam corporum incorrupcione vestientur. postea subditur in littera 2a consolacio que est in desiderii adimplendi denunciacione cum dicitur Et dictum est illis ut requiescerent Sed quantum ad evidenciam littere Cum dicere sit ore exprimere. quid est quod hic exprimitur de sanctis in gloria Dicendum secundum Gregorium 2o moral ubi hoc exponit desiderantibus inquit animabus dicere ut requiescerent etc. est inter ardorem desiderii ex ipsa prescientia solacium consolacionis aspirare. ut et vox animarum sit hoc quod amatores desiderant. et responderet dei sermo sit hoc quod eas retribucionis certitudine inter desideria confirmat hec ille. Dictio ergo ista est inspiracio divina. qua mentibus illorum desiderantibus diem iudicii committitur patiencia ut patienter ferant omnia expectantes numerum illorum qui similiter interficiendi sunt pro Christo cum eis per amorem recepturi et quod desiderant recipere sua corpora. gaudeant ex numero colligendorum fratrum inquit Haymo Ideo sequitur ut requiescerent idest patienter expectarent ait glosa Tempus adhuc modicum idest usque ad iudicium equale. quod vocatur modicum comparacione eternitatis 1 Johannis 1 Filioli hora novissima est. supra hoc. que oportet fieri cito Subditur donec impleantur numerus conservorum et fratrum eorum Ubi ponitur 3a consolacio in glorificacione societatis certificacione Certe eorum dicuntur conservi quia habent eundem dominum Ysaie 64 Servi mei comedent Et dicuntur fratres quia habent eundem patrem Mathei 23 Unus est pater vester Et hunc ergo decet ut collectionem fratrum expectare debeant secundum Gregorium 30 moral. est eorum mentibus libet expectandi moras infundere ut cum carnis resurrectionis appetunt etiam ex colligendorum fratrum augmento gaudeant Sequitur qui interficiendi sunt sicut et illi Sed videtur quod secundum hoc soli interfecti glorificabuntur. Dicendum quod est interfectio 2x vel gladio materiali quo interfecti sunt interfecti vel spiritualis gladio qua omnes qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis ad Gal v Et omnes glorificandi sic vel sic interficiuntur

Ysaye 26 Vivent mortui tui interfecti mei resurgent. Apoc. xiiii. Beati mortui qui in domino moriuntur. Et ponit hic Hayno exemplum quod tibi modo loquuntur deus dicto sanctis veluti quilibet paterfamilias habens multos filios singulis quos de agro revertentibus et rogatibus ut cibum sibi tribuat respondit refero quia vestra parata est sed expectate fratres vestros ut cum in unum omnes positi fuerint omnes in unum comedatis et epulemini gaudentes. Quia ut ait anshelmus in fine libri prosologion. Tamen gaudebit quilibet beatus de gloria alterius sicut de sua ut prius. Et patet ex huius sigilli apertione plenitudo glorie sanctorum. Rom. honorificentie quia subtus altare id est cum Christo. Et ratione decoris sine decentie quia date sunt eis stole singule id est plene glorie animarum. Et ratione altitudinis de corporum resurrectione. quando sunt habiture quasi aliam stolam de gloria corporum. Proverbiorum ultimo Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Et Ysaye 61. In terra sua duplicia possidebunt etc. Item exprimitur eorum gloria ex glorie confratrum multiplicatione de quorum gloria gaudebunt sicut de sua. Unde anshelmus ubi supra Gaudium quale et quantum est ubi tale ac tantum bonum est? Interroga intima tua anima mea. si possunt capere gaudium suum de tanta beatitudine sua. Certe si quis alius quem omnino sicut teipsum diligeres. eandem beatitudinem haberet. duplicaretur gaudium tuum. quia non minus gaudes pro te quam pro ipso. Si vero duo vel tres vel multo plures idipsum haberent. tantum pro singulis quantum pro teipso gaudebis si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa perfecta caritate singulorum innumerabilium angelorum et hominum beatorum. ubi nullus minus alium quam seipsum diliget. non aliter gaudebit quisque pro singulis aliis quam pro seipso. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capiat suum gaudium. quomodo capax erit tot et tantorum gaudiorum. Et utique quia quantum quisque diligit aliquem. tantum de bono eius gaudet. Sicut in illa perfecta felicitate unusquisque plus amabit sine comparatione deum quam se et omnes alios secum. Ita gaudebit plus absque estimatione de felicitate dei quam de sua et omnium aliorum secum etc.

Et vidi cum aperuisset sigillum sextum. Et ecce terre motus magnus factus est. et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus. Et luna tota facta est sicut sanguis. et stelle celi de celo ceciderunt super terram. sicut ficus emittit grossos suos. cum a vento magno movetur. et celum recessit sicut liber involutus. et omnes montes et insule de locis suis mote sunt. Et reges terre et principes et tribuni et divites et fortes et omnis servus et liber. et absconderunt se in speluncis et in petris montium. Et dicunt montibus et petris cadite super nos. et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni. quoniam venit dies magnus ire ipsorum. Et quis poterit stare.

Sexta pars huius capituli. In qua ponitur apertio sexti sigilli. Cuius apertio est revelatio status ecclesie tempore antichristi. Et dividitur in duas partes. primo ponitur sigilli apertionis visio cum dicitur. Et vidi scilicet in spiritu. hoc est intellexi cum aperuisset sigillum sextum id est manifestasset misterium sexti sigilli. quod est tribulatio miserrima ecclesie tempore antichristi. Consequenter ipsa revelatio. Et illa subdividitur in duas partes. primo ponitur vetitus tribulationis tempore antichristi revelatio. 2o ne desperent boni. subditur ecclesie ex parte Christi consolatio sequenti capitulo scilicet 1o post principium. ibi Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis. Et quoniam erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio. Mathei 24. Primo ad ostensionem vehementie tribulationis introducitur mutatio in corporibus celestibus et etiam terrenis ad figurandum tribulationis universalitatem. Secundo illa subdividitur adhuc in tres. primo ponitur ipsius tribulationis figura tanquam significatio. 2o corporum celestium et inferiorum mutatio. ibi. et sol factus est niger. 3o subiungitur malignorum spirituum in subtrahendo bonos tyrannica persecutio. vii capitulo in principio post hec vidi. Ait ergo quantum ad primum Et ecce. quod est nota admirationis. terre motus factus est magnus. per quem significatur validissima persecutio tempore antichristi. Et ideo non ait simpliciter terre motus. sed cum addito magnus ut ait Haymo. Quia et si semper moveantur reprobi ad inferendum mala. tunc tam magnus saviet furor crudelitatis. Erit enim tunc

tribulacio magna qualis non fuit ab initio et nisi breviati fuissent dies illi non
fieret salva omnis caro Math. 24. Et terremotus tribulacio sequitur quia terre mo-
tum qui fit quando flant venti in locis cavernosis sicut patet per philosophum
et per Isidorum li. 13 ethimologiarum c. 1 et per Rabanum de naturis rerum
lib. 12 c. 1. Sic ex tribulacionibus in cordibus cavernosis illa agitantibus
ad malignandum fiet tunc tribulacio magna quia in omnibus plurimis modis movebunt
satellites antichristi ad inficiendum populum christianum. Et subditur similitudo in corporibus
corporibus ad illius tribulacionis significacionem. Et primo in corporibus celestibus
2o in corporibus inferioribus ibi Et omnis mons et insula etc. 3o de illis
de terroribus et timoribus in hominibus ibi Et reges terre et principes etc.
Dicit ergo quantum ad primum istorum Et factus est sol niger tamquam saccus cilicinus
ut ait Haymo et alii expositores In sole christus significatur Malach.
4 Orietur vobis timentibus nomen meum sol iusticie. Qui et licet in sanctis suis fu-
tur nigrescet tamquam saccus cilicinus et hoc in se quantum ad famam non
et etiam in membris suis quia tunc imponetur eis quod essent malefici et mag
et in hoc a christo edocti. Nec tunc miraculis nec predicacione clarescet
in pravitatibus Math. 24 Sol obscurabitur. Tunc non hii in quibus lucebat christus
sicut rei interficietur et ita obscurabuntur. Vel sol potest significare col-
lectionem predicatorum de quibus dicitur Math. 5o Vos estis lux mundi. Quorum
quidam obscurabuntur quia timore gravissimi vel blandiciis deliniti negabunt
christum ut ait Haymo Ysaye xiii Obtenebratus est sol in ortu suo. Et
Iohelis 2o Sol convertetur in tenebras. Quod dicitur hic quod sol factus est niger
similiter per apparenciam vel modo dicto sicut saccus cilicinus id est vilis et spretus
reputacione malorum. Saccus enim cilicinus est vilis et asper quo utuntur
penitentes per quod innuitur quod sancti tunc erunt in magna vilitate et asperitate
Sequitur Et luna id est ecclesia a sole christo illuminata tota facta est ut sanguis
quia in ea erit ubique persecucio et sanguinis effusio. Iohelis 2o Luna con-
vertetur in sanguinem. Sequitur Et stelle celi ceciderunt super terram id est credentes
aliquid luminis in illa tenebrosa persecucione habentes adherebunt terrenis
promissionibus antichristi. Et hoc sicut ficus emittit grossos suos id est fructus
leves et varios et primos efficiens a fervida vocatur. Et ob habundanciam
humorum emittit primos fructus et cum non sit sufficiens calor ad digerendum
moti a vento cadunt. Ieremie 24 ficus malas malas valde. Sed
Qualis sancti sicut cadent cum fructu in caritate radicati. Et apostolus dicit
ad Ro. viiio Quis nos separabit a caritate christi. Secundum eundem Haymonem et alios
expositores quod illi qui videbantur stelle per fidei claritatem et doctrine lu-
cem et honestatem et celestem conversacionem cadent in terram timore gravissimi vel
terrena delectacione deliniti ut dictum est. Unde Beda Etiam celestes
in ecclesia fulgere visi novissime persecucionis impulsi terreni fuisse probabuntur
quorum opera grossis immaturis et inutilibus et caducis ficus fructibus
comparantur. Et sequitur Et celum recessit sicut liber involutus id est ipsa ecclesia
quia dum dominum legis contrariatorem legem christi legere scriptam non in tabulis
lapideis sed in tabulis cordis. Et ideo per librum involutum ecclesia significatur
In libro enim involuto quid interius continetur non videtur nisi illis qui re-
voluntarie aperiuntur. Ita erit de sanctis illius temporis. Quibus enim se manife-
stabunt et extraneis se celabunt ait Haymo. 1. Ioh. 4o Nolite credere
omni spiritui sed probate spiritus si ex deo sunt. Vel celum recessit sicut liber
involutus quia tunc ecclesia et electi occultabunt celestia sacramenta
quia missa. Vel per celum potest figurari sacra scriptura prout ait Gregorius super
Ezech. omelia ix per celos que tunc involventur ut non aperte et vere
archana illius intelligantur. Ysaye 29 Erit visio sicut verba libri signati.
Vel possunt hic intelligi ad literam prout ait Ioachim quia tunc erunt
signa in sole et luna et stellis. Luce 21. Vel possunt hic exponi specialiter
de ecclesie prelatis in bone vite et iusticie defectibus. Per solem enim significatur
prelatus sive prelatorum cetus qui tunc fit niger et deformis cum peccat.
Ysaye 4o Induam celos tenebris. Et luna que est luminis a sole receptiva
fit tota ut sanguis id est ecclesia cum sequitur malum prelatum in malis operibus et eum imitatur

Et stelle similiter cadunt super terram qui quasi videbantur iusticia fulgidi. Deficiet enim
eis humore gratie inherent terrenis. Unde Haymo: Grossos fici appellat fru-
ctus primi temporis qui antequam veniant ad maturitatem ~~bonorum operum~~ vero
grossi cadunt ita quod non pervenerint ad maturitatem bonorum operum. in terrenis
delectationibus decidunt. Ezech. 32: ingrediar faciam stellas eius. Job 3: obscurentur
stelle caligine eius. Ibi Gregorius moralium 4°: Per stellas ipsorum significantur
Apoc. xij: draco traxit terciam partem stellarum. Super quod Gregorius: Celi stellas
trahit in terram, est eos qui videntur celestis vite ex amore terreno iniquitate studio inherere
aperti erroris ~~[illegible]~~ Per celum vero scriptura sicut prius quia inde lucet
sol sapientie et luna scientie et stelle exemplorum lumine. Et tunc erit sicut liber in-
volutus ob paucitatem explicancium veritatem misteriorum. Ysaie 34: Compli-
cabuntur celi sicut liber. Et quia in Apocalypsi huius sigilli revelatur ut dictum est
status et persecutio ecclesie tempore antichristi. Ideo sciendum quod circa diem iudicii quidam
homo contra Christum et eius fidem venturus est. qui proprie hoc antonomasice
vocatur antichristus. Christum enim se mentietur. cum venerit et contra eum dimicabit et
adversabitur sacramentis eius et veritatem eius evangelii solvet. Ut dicit Ysidorus viii° ethimologiarum
c. de nominibus. Nascetur autem de tribu Dan. Gen. 49. et in Babilone conceptus
ut filius confusionis et tenebrarum secundum congruentiam loci producitur. Nascetur autem
de adultera per operationem demonis a quo inhabitabitur corporaliter non per assumptionem
et unionem in supposito sed per talem possessionem illius a dyabolo secundum illud
apostoli 2 ad Thess. 2: Cuius adventus est secundum operationem sathane. quia sicut dicit
Glosa dyabolo instigante qui illum possidebit totum faciet quod est facturus
non tamen sine consensu ut frenetici qui culpam non habent de malo. ita si ve-
xaretur tamquam freneticus a dyabolo non ei imputaretur quicquid ageret. Theologi
ergo quod non dicetur ut erit dyabolus per communicationem ydiomatum sicut Christus
Jesus est verus deus. sed inhabitabitur ab eo per talem possessionem eius a demone
et imbutum voluntatis eius. Unde Gregorius 32 moralium dicit: antichristus non
dicetur dyabolus incarnatus quemadmodum dei filius est homo factus sed dicitur homo
a dyabolo assumptus et ab eo passus quia in illud hominem perditum ingredietur
tamquam in vas perditum [illegible]. per quod plenitudinem sue malicie diffundet
et in omne genus. Sicut enim supremus dyabolus seipso multos abstraxit
angelos inferiores se et deduxit eos post se in infernum. per quos non aliud
nititur nisi fidem in hominibus destruere et extinguere caritatem. Unde tamen
per aliquem ex demonibus tantum potestatem operari quantum faciet per istum hominem
filium perdicionis ut deducit eidem beatus Gregorius super ultra. Nam quia cuncti
qui leges [illegible] servitur ad legem antichristi facilius [illegible]. tum quia consona
votis eorum. tum quia signa illius ut varia mirabuntur. Ideo qui in solos
christianos gladius sue persecutionis utetur. hinc et scilicet christiani qui soli audebunt
ipsius mendaciis contraire. Et vero atrox et seva erit illa persecutio
predixit Daniel propheta c. xii dicens: veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo
gentes esse ceperunt usque ad tempus illud. Et antichristus secundum glosam interlinearem
Ci. n. sathanas in membris antichristi scilicet Nerone Domiciano Dyocleciano et
aliis sic neque afflixit ecclesiam. Constat quod per illum qui caput omnium per-
versorum erit in fine persecutionis crudelius ecclesiam affliget. ut non videatur
humana persecutio sed plane dyabolica et maligna ex effectibus cognoscitur
causa. Unde Ysidorus de summo bono c° xx dicit: Multo gravius sub antichristo
contra ecclesiam deseviet synagoga quam in ipso adventu salvatoris christianos
persecuta est. Et dicitur quanto propinquius fine mundi dyabolus videt tanto
crudelius persecutiones exercet secundum illud quod scribitur Apoc. xii°: Ve terre et mari quia
descendit angelus ad vos habens iram magnam sciens quod modicum tempus habet.
Nam ille homo sanguinolentissimus sanguine christianorum siciens. per exquisita
martiria coget christianos veritatem fidei denegare et secundum [illegible] confiteri.
In primitiva autem ecclesia sub persecutionibus tyrannorum. signa Christi choruscantia
in sanctorum passionibus solatium et confortationem christianorum in tormentis eorum
faciebat. Sed in extremis vero temporibus sub persecutione antichristi illud solacium
secreto iudicio dei subtrahetur. Fideles enim tanti miracula non facient sed
potius persecutores eorum perversi signis mendacibus exterius choruscabunt
Et ideo tum ex immanitate suppliciorum. tum ex subtractione solacii. tum

ex apparentia falsi prodigii in persecutore. santi tunc gravissime patientur. Renon
bimetur igitur antiqua gravia martyriorum, et eo amplius patientur electi tunc
temporis, quo eorum persecutores fulgebunt exteriori apparentia et refulgentia
signorum. Hinc dicit beatus Gregorius 32 moralium exponens illud Job xl
Stringit caudam suam quasi cedrum. Considera inquit valde cum vehemens
iste scilicet antichristus caudam suam sicut cedrum elevat. in quo tunc atro
cius ut se exerit surgit. Quae n. penarum genera non novimus que iam in
vires martyrum extruisse gaudemus. alios namque inviso ictu tinere in gu
gladius stravit. alios crucis patibulum affixit. in quo et mors provocata
repellitur ut repulsa provocatur. alios hirsutis serra dentibus concidit. alios
inflato ferro insultans ungula sparsit. alios belluina rabies morsibus
trucidando comminuit. alios ab intimis viscerum per cutem posita vis
verum rupit. alios effossa terra viventes operuit. alios in praecelsum dir
in morte praecipitium fregit. alios in se proiectos aquis replendo absorbuit. alios
edax flamma usque ad cineres depastam consumpsit. Cum igitur iste vehemoth
caudam suam in fine mundi nequius dilatat. quid est quod in hiis tormentis
tunc atrocius crescat. nisi hoc quod in ewangelio per semetipsam veritas dicit.
Surget pseudo christi et pseudo prophete. et dabunt signa magna et prodigia ita
ut in errore inducantur si fieri potest etiam electi. Nunc n. fideles nostri mira
faciunt cum perversa patiuntur. Tunc autem vehemoth huius satellites
faciunt cum perversa patiuntur. Tunc autem vehemoth huius satellites
etiam cum perversa inferunt mira facturi sunt. Et subdit. pensemus quae que
erit humane mentis illa temptatio quando et plus martir corpus tormentis
subicit. et tamen ante eius oculos miracula tortor facit. Cum tunc virtus
subicit. et tamen ante eius oculos miracula tortor facit. Cum tunc virtus
ab ipso cogitationum fundo concutitur, cuius is qui flagris cruciat signis choruscat
et ille. In quibus verbis ostenditur aperte quod omnia antiqua tormenta renovabuntur
illo tempore. sed ex hoc erunt atrociora, quod in furia martirum tortores miraculis
choruscabunt. Hinc concordat quod dicit Beda super Marcum. Dies inquit tribulationis
temporibus antichristi tunc erunt, quando non solum crebra tormenta et acerbio
ra quam prius consueverant, ingerenda sunt fidelibus. sed quod gravius est, signorum
quoque operationes tormenta ingerentium comitabuntur. Tunc etiam implebitur illud
eos operatio quam tormenta ingerentium. Veniet hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur obsequium
verbum Christi. Veniet hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur obsequium
se prestare deo. Johannis xvi. Quia vero rursum Augustinus. Immania levia
hinc nulla facit amor ille scilicet qui foris mittit timorem. hinc est quod
in principio persecutionis ecclesie virescente igne divine caritatis. tormenta immania
pro nichilo ducebantur a multis. Sed quia in fine instante seva persecutione
in paucorum cordibus erit talis amor foris mittens timorem. sed cum
horrore penarum fere omnium corda concutietur exceptis cordibus electorum. Vnde
Christus in ewangelio Mathei 24. In illo quasi vehementi turbine multi timore
penarum ad infidelitatem labentur. Vnde rursum beatus Gregorius. Vnde sub antiochi tempore cum hac de omnibus caudam loquitur dicens. deiecit de
sub antiochi tempore cum hac de omnibus caudam loquitur dicens. deiecit de
fortitudine et de stellis et conculcavit eas. et usque ad principem fortitudinis
magnificatus est. et abstulit ab eo iuge sacrificium. et deiecit locum
sanctificationis eius. Robur autem dei datum est contra iuge sacrificium propter peccata
et prosternetur veritas in terram et faciet et prosperabitur. Danielis viii. De
fortitudine quippe et de stellis deicit. cum nonnullos et iustitie luce re
splendentes et virtute operis robustos frangit. Qui usque ad principem
fortitudinis magnificatur. quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Iuge
quoque sacrificium tollit. quia studium conversationis ecclesie in eis quos ceperit interrumpit.
Robur vero ei propter peccata contra iuge sacrificium datur. quia nisi pereuntium
merita exigerent. eos qui recti credebantur. obtinere adversarius nequaquam
posset. Apocalypsis xii. Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi et misit
eas in terram. Gregorius v. Celum namque est ecclesia quae in hac nocte vite
presentis. dum in se innumeras sanctorum virtutes continet. quasi radiantibus
desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas deicit. quia illa
sathane extremitas per audaciam assumpti hominis erecta. quosdam quos
velud electos dei in ecclesia invenit obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque
de celo in terram cadere est nonnullos relicta spe celestium illo duce ad

ambitum glorie secularis inhiare Job xli Sub ipso erunt radii solis ubi Greg
in moralium Multi qui in sancta ecclesia luce sapientie resplendescere videbantur
tunc vel persuasionibus capti vel minis territi vel tormentis fracti leuia:
than usque terroni se subiciet Quod dicitur sub ipso erunt radii solis Quia dicit
hii qui nunc solari etiam per aurea sapientie quasi radiis lucis videbantur
aspergere et per auctem rectitudinis desuper resplendere prostrati leuiathan
istius iniqui se operatim subsistunt ut non eum rectitudine portando desuper luceat
sed ei perverse obsequendo famulentur Et persecutionis autem illius extrema do:
lores sancti fideles assistent rones Bartus in augus xx li v c ix
quinque rones assignat prima ut appareat hostis illius maliciosa potentia Secunda
ut appareat sancte ciuitatis fidelissima patientia Tertia ut appareat dei
permittentis iustissima sapientia que tanto malo permisso ad summum bonum
electorum utetur Quarta ut sancta ecclesia in tanta victoria glorietur
Quinta ut sublimitas virtutis in sanctis tunc temporis in comparatione ad virtutes
sanctorum medii temporis declaretur Nam tanto virtutis eorum erit sublimior
quanto eis permittetur euenire temptatio persecutionis fortior dicit enim
si nunquam solueretur minus appareret eius malitia potentia Ecce prima ro Quinque
fidelissime ciuitatis fidelissima patientia probare Ecce secunda ro Quinque demissus
prospiceretur quam magno malo eius tam bene fuit usus omnipotens qui eum
ut ommne a temptatione sanctorum alligauit ut eum in temptatione infirmorum
omne maliciendi voluntatem permittet exere ne quantum possit effundendo et
exercendo maliciam in infirmos aliquos credituros alios iam credentes hos
venire ad fidem pietatis deterreret hos frangeret Ecce tertia ro Subdit aliam
duas rones dicens Soluetur in fine ut quem fortem aduersarium dei ciuitatis sui:
perauit cum ingenti gloria sui redemptoris adiutoris aspiciat Ecce quarta ro
et in eorum fine qui tunc futuri sunt sanctorum atque fidelium quod sum
appareat qui quando ad illos probandos statuetur soluetur inimicus cum quo
est nunc ligatus tantis periculis dimicauimus Ecce v ro Talium ro tangit
Bernardus Gregorius in pluribus locis ut scilicet qui stabunt apparentia extrinsecus
sancte sanctitatis et gloriabuntur super de virtutibus manifestentur clarius ex
causa temptationis permisse Et ut illi qui in beatitudine stare non potuerunt
ruent cum perfidis in foveam dampnationis ut illi qui caritatem veritatis
non receperunt ut salui fierent mittentur in operationem erroris ut crederent
mendaciis 2 Thess 2 postquam igitur hominum exigentibus fient hec Et etiam ut illi
qui sunt in fide probati manifestiores fiant Commemet igitur ante diem
iudicii fient ista in permutatione electorum ne sermonibus falsorum capiantur
ne prodigiis eorum decipiantur et ne terroribus eorum a fide diuertantur Erunt
enim dies illi dies perfidie dies erroris dies tenebrarum et persuadet quod
tunc dicit Lira Et erit terre motus magnus factus est et sol factus est niger Et
Metho dius martir in libro suo de
ante aduentum igitur antixpi Metho dius martir in libro suo de
primis et nouissimis temporibus de quo dicit magister historiarum c iiii super Gen
Quem
lex eo exiit in carcere reuelata sunt ei et prima et nouissima
reuelata fuerunt et ista prima Spondit gualiter
commedat Bartus Jeronimus in prologo super daniele c xii
persecutionem ecclesie per ysmaelitas qui Saracenos se nominant Vnde dicit
persecutionem ecclesie per ysmahelitas qui Saracenos se nominant per ysmahele filium
abrahe ex agar ancilla abrahe per ysmahele filium
sunt agarem de agar ancilla abrahe per ysmahele filium
cuius geniti in hunc mundum In nouissimis sexti millenarii gauderen
sarracenis filii ysmahel de heremo et aduecti sicut eorum castigatio sic in ira sua
et nunc mia et tradet deus in manibus eorum cuncta regna gentium propter peccata
et scelera que operati sumus contra dei precepta Et itaque tradet nos in ma:
nibus barbarorum quia obliti sumus precepta dei propter quod tradet nos pollute
barbaris effecerunt in terram multa illicita et maculant semetipsos quod
turpissimum est dictu et postea tradet eos deus in manibus sarracenorum et
addit ibi multa de potestate et latitudine eorum et de terris eis subiectione
In hac autem generali persecutione mundi et ecclesie a filiis ysmahel scilicet Saracenis
dicit implendum esse verbum apostoli 2 ad thess 2o Cum venit discessio
primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis In qua discessione
corripietur vniuersi habitatores a filiis ismahel quod magnum appellat
ysmahele patrem eorum Et

Quorum arbitratum super eterum deserit subdes mulieres gravides in utero et
partus simul interficient gladio. Sacerdotes in locis sanctorum interficient, in locis
sanctorum cubabunt cum mulieribus et sacramenta pollucent. Sacrata vestimenta
induent ipsi et uxores eorum. Iumenta eorum ad sepulcra sanctorum ligabunt
tamquam ad presepia. et multa alia ibidem committent de acerbitate persecutionis eorum
que hic obmittuntur. libatum autem esse sub hac crudeli persecutione subdit idem
dicens. Et post tribulationes que facte sunt a filiis Ismahel et dissoluta erit
omnis terra ab eis. Et fuerunt vincti ornamento purpureo et splendidis vesti-
mentis dicentes. Neque possunt eripi christiani de manibus nostris. Tunc recordabitur
dominus deus noster magnam misericordiam suam quam promisit diligentibus se. et
in Christum sunt credituri, et liberabit eos de manibus sarracenorum. Insurget
autem rex romanorum, et preliabitur cum eis et occidet eos gladio, et tradet eos in
romanorum, et erit regnum romanorum exaltatum super omnia regna. Et imponet
romani iugum super eos graue, et erunt servi ipsi qui remanent. Et erit indignatio
magna regi romanorum super eos qui Christum negauerunt. hec ille. Et ita multa
de hiis prophetauit. Utrum autem hec persecutio iam sit completa a tempore macha-
meti qui legem carnis et gladii dedit istis Ismahelitis usque ad tempus
karoli magni, qui terram de manibus eorum liberauit. cum eius terra sarracenorum
sit fuit dilatata pluribus. ut non solum partes transmarinas sed etiam cismari-
nas transmarinas possederunt, intantum ut totam hyspaniam inhabitaret. Et
quod plus est etiam galliam se diffuderit. sic quod eam devastaverit et pos-
sederit. nisi adiutorio dei fultus devastatis eis et constrictis karolus pipini
qui tunc erat maior palacii. ita quod una die de eis fere xl milia occidit
compulit quod eos hyspaniam reintrare prout in cronicis luculenter appa-
Vel adhuc expectetur talia fienda quamuis erit persecutio. manifestum non
Quod tamen iam completa sit. videtur ex hoc quod designat quod dicit istam fiendam
in sexto millenario annorum ab origine mundi. Constat autem illam factam esse
in sexto millenario. alia autem si expectetur in sexto millenario. fieri non
poterit. cum iam sextus millenarius annorum ab origine mundi sit completus
Nisi forte dici possit quod secundum hebreorum computationem mundi. non est completus
sextus millenarius annorum. Vel quod pro sexto millenario accipit totum tempus
futurum a fine quinti millenarii usque ad finem mundi. Sic etiam Iohannes
in hoc libro cum dicit nisi Cum fuerint completi mille anni soluetur sathanas
per mille annos indefinitum tempus usque ad finem seculorum accipit ut dicit Gre-
gorius 2 moralium. Si autem nondum completa sit sed expectetur iterum alia maior fienda
per eos, videtur per id quod immediate subdit idem martir Et erit pax
et tranquillitas magna super terram, qualis non fuit unquam antea. nec erit similis
post eam. Pro eo quod in nouissimo fine seculorum. erit pax et leticia super
terram. Et requiescet a tribulationibus suis. Et cum fuerit pax et tranquillitas
atque securitas, tunc erit repentinus interitus. Et erunt homines temporibus illius
sicut erant temporibus Noe edentes et bibentes et letantes et nubentes et nuptui
tradentes. Et non erit in corde eorum timor. hec ille. Cum igitur tanta pax
erit sine tranquillitas post illam persecutionem sarracenorum. Et videtur quod nondum
venerit super terram. Expectanda est iterum alia persecutio maior a sarracenis
in fine seculorum. Cum quia maior pax totius terre et specialiter esse [illegible]
Utrum igitur talis persecutio iam facta sit vel iterum expectanda. puto esse
incertum. hoc tamen tangit idem sanctus expresse. quod exitus decem tribuum
de captiuitate precedet aduentum antichristi. De qua captiuitate dicit historia ecc-
lesiastica quod cum uenisset alexander magnus ad montes caspios. vidit ibi quos
Salmanasar rex assiriorum x tribubus captiuas ductas de terra sua
posuit. sicut etiam liber regum narrat historia. Asserunt ipsi filii captiuitatis
Et venit ad eum postulantes ab eo egrediendi licenciam. Cumque inquisisset
causam captiuitatis eorum accepit eos recessisse a deo patrum suorum, vitulis
aureis immolando. et per prophetas esse predictum. eos a captiuitate non
redituros. Tunc alexander timuit, quod ut dictum erat. eos strictius includeret.
Cumque angustias viarum saxis in montibus obstrueret et videret laborem
humanum ad hoc non posse sufficere. orauit deum israel, ut id opus compleret

et attraxerunt ad se invicem propter montium. Ex quo liquide apparet non esse vo-
luntatis dei ut exiret. Exredictur tamen circa finem mundi magna strage homi-
num facturi. ubi Josephus addit dicens. Quid factum est pro fidelibus suis sic
tamen fecit pro infideli. Hec ibi. Bene apte dicit quod in fine mundi x tribus filiorum
Israel inclusi facturi magnam occisionem hominum de loco captivitatis exibunt. De
quo exitu dicere bonum videtur loqui beatus Methodius martir ubi sic dicens
Ita erit adventus eorum sicut Gog et Magog. Veniet et cruciabitur omnis terra
a facie eorum et expavescent omnes homines qui habitant super faciem terre. Et abscon-
dent se in montibus et speluncis a conspectu eorum. Et subdit. tales in gestis
homines comedent et serpentes et iumenta mulieres cum pueris manducabunt et
nullus est qui possit illos expugnare. Et post xl annos terram illorum comprehendet
civitatem Josephe et tunc mittet deus unum de principibus suis et percutiet
eos cum fulgure et igne sub uno momento. Et cetera multa ibi vide si placet.
Tunc ibi. Et omnis mons et insule. Et. Narrata similitudine facta in cor-
poribus celestibus ad ostensionem vehementie tribulationis esse. Tunc persecutores antichri-
sti introducuntur similitudine facta in corporibus mediis in figura similitudinis in ho-
minibus cum dicitur. Et omnis mons. per montes in hoc loco secundum Hanonem debemus
intelligere principes sanctos in ecclesia constitutos qui ceteris eminent. sicut montes
planiciem terre transcendunt. De quibus dicit psalmista. Suscipiant montes pacem
populo. Ut vero ait Bernhardus super cantica sermone lii. montes sunt sancti
qui fide solidi spe excelsi caritate spaciosi operibus referti de rore celi ca-
pientes ... ps. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis. Et secundum beatum
Gregorium libro ix moralium c. ii. doctores et predicatores ecclesie pater montes vocantur
eo quod per vite celsitudinem et intellectus elevationem yma terrarum deserunt et
celo propinqui sunt. Unde super illo Ysaye xl. Super montem excelsum ascende
tu qui evangelizas Syon dicit glossa. Cum celestem predicationem et doctrinam vocitur
tu qui evangelizas ... yma tam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videtur tanto enim
facilius subditos ad meliora pertrahit quanto per vite meritum de supernis clamat.
hec ibi. Per insulas vero figurantur in fide constantes qui tribulacionum
fluctibus illiduntur sed non comminuuntur. exprimitur. De quibus dicitur Ysaye xlii.
legem eius insule expectabunt. Et eiusdem xlix. Audite insule et attendite
populi de longe. hii movebuntur de locis suis non a fide recedendo sed a so-
cietate reproborum se dividendo et disiungendo secundum illud Ysaye xlviii. Egre-
dimini de Babilone popule meus. Et Jeremie li. Egredimini de medio eorum.
Secundum duplicem modum se habendi in persecutoribus pro nomine Jhesu
Salvator ipse fidelibus insinuat. Tum quando se suis persecutoribus eum
lapidare volentibus occultavit. Johannis viii°. Tandem cum illis eum
querentibus ut ad mortem duceretur seipsum presentavit dicens. Quem queritis.
cui respondentibus et dicentibus Jhesum Nazarenum adiecit Ego sum.
Johannis xviii°. Fidelibus igitur suis mente debilibus et timentibus ... exem-
plo ne in tormentis deficerent reliquit fuge remedium sue occultationis
fortibus autem mente constantibus ostendit formam amplexandi martirii
tum querentibus eum ad mortem se obtulit ut pro nobis ymmolandus
ad crucis patibulum duceretur. Hinc Ambrosius super Lucam dicit. Non habes
quod queras. non habes quod excuses. Arbiter omnium deus dedit tibi virtute
... Si
perimus et infirmitatis remedium. Si fortis es contempne mortem. Si
imbecillis fuge. Hec ille. Et Remigius super Johanne dicit. Deus noster
Jhesus Christus per omnia nostre memor salutis in cunctis que faciebat futuris suis
fidelibus exempla que debent imitari proponebat. Et quod previdebat persecutores
fidelium causa sui nominis in se ... constanda cernebat esse.
Ne hii tales
infirmiora membra sua ... persecutores tolerare non posse.
Si terrenam passionem
saltem desperaret. Et qui a Christo se alienos arbitraretur. Si terrenam passionem
refugerent. Dignum est deus precepto simul et exemplo consulere. precepto quidem
quo tales imminente persecutore fugere permisit dicens Mathei x. Si
vos persecuti fuerint in civitate una fugite in aliam. Exemplo vero quod adhuc
puer existens ad declinandam Herodis seviciam. quia non solum de civitate in civitatem

Nemerianum vel regionem in regionum fuge districtus et delatus a parentibus in Egipt
Matth. 2o. Sicut ius invenitur. cum enim iudeorum principes post Herodem perdere
vellet interficere. crebro iudeam deseruit. et ad alios refugios transiit. ne vel
membra eius hoc facere metuerent quod novarent in capite suo pertransisse. ne
alium pro timore obiceretur si quem captus formidine fuge perdidum requisit
Thille. Illic autem antichristi tempore persecutionis inmanitas quasi undique
christianos decet desevire. potissime tamen in terra sancta ubi et Christus passus est.
hoc persecutio grassabitur. Ubi eciam tunc antichristus crudelitatis sceptrum et thronum
sue perverse potestatis tenebit. In quibus igitur partibus metu constitutis et electi
quorum quilibet pre iniquitate malorum inter se dicere poterit illud. primo Mach. 2o.
Ut quid natus sum videre mala gentis mee et sanctorum. et se illi crudelissime
belue ad mortem offerentibus. Et plures electi debiles in terris illis ad loca
refugii a deo conservata refugient. ut illic in vita corporis et anime se conservent.
Hinc glossa super illo verbo Daniel xi Salvabuntur de manu eius Edom
et Moab et principes filiorum Amon. Sic dicit. Antichristus ydumeos et moa
bitas et filios Amon. Arabiam scilicet intactam relinquet. quia illic sancti ad
deserta loca propter timorem sui fugient. Et hoc videtur eis congressisse Christus in euangelio
ad litteram. Matth. 21. cum dicit. Cum videritis abhominationem desolationis.
Sequitur. Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes. Sicut ad huius fuge
electorum processit, cum imminente destructione Iherusalem per principem Romanum
Titum. fideles ad loca deserta confugerent. Nam sicut dicit Remigius super
Matth. appropinquante Romano exercitu per eam que in provincia erant. sicut historia
ecclesiastica refert divino oraculo moniti longius recesserunt. sicut recitat Iosephus.
Et tunc ut dicit impletum est verbum Christi dicentis. Tunc qui in Iudea sunt
fugiant ad montes. Quod intelligendum est esse completum tunc in figura. quia veritas
completur sub antichristo. Unde Helinig (?) eciam de antichristo inquit tribu-
lationes locutus est deus. Cum videritis etc. Et subdit. Scilicet quia primus error hu-
iuste est. ut qui veritatem non susceperunt suscipiant falsitatem. Iudea deserere
monet et confugere in montibus. ne coniunctio plebis illius antichristo trade-
rentur. vel a coactus inferant. Thille. Et hoc est quod hic innuitur littera cum
dicitur. Et omnis mons et insule de locis suis mote sunt. vel in terra eminentes
vel montes. et qui tunduntur flatibus persecutionum a conspectu regnorum egredia-
Et sequitur littera post in qua natura imitatio in hominibus habitantibus in [illegible]
et de timoribus eorum cum dicitur. Et reges terre et potentes omnes ut dicit
Beda. et eminenciores loquendo ad litteram. Vel reges. vel qui bene sua cor-
pora noverunt regere scilicet vitiis insolescant ne peniturus succumbant. ut Haymo
sumens a Gregorio moralium xi super illud Iob xii Balteum regum dissolvit.
Sequitur. Et principes scilicet sancti qui fuerunt minoris dignitatis. qui non omnibus
ut reges. sed tamen quibusdam pro gressis virtutibus prestiterunt. ut ait Haymo.
Iob xii Effundit despectionem super principes. Ubi Gregorius moralium xi Prin-
cipes vocantur qui magno consilio induti. suis se cogitationibus preeminent
Unde pro principes regum terre. Sequitur. Et tribuni. Ad litteram tribuni vo-
cantur qui mille tenuerant. ut Ysidorus li. 9. c. 3. Et dicuntur tribuni spirituales
qui ad hoc minoris status sunt principes et tamen inceptu prevalet continui vi-
ctorie dimicant. ait Haymo. Romam vero abstinencie et discipline. Sequitur.
Et divites scilicet non opibus sed bonis operibus. i. ad Thimotheum ultimo monet apostolus
divites fieri bonis operibus. Sequitur. Et fortes scilicet non tamen viribus corporis quam
virtutibus. ad Hebr. xi. Fortes facti sunt in bello. Sequitur. Et omnis servus
vel coniugio obligatus. et liber scilicet a coniugio absolutus. ait Haymo. Vel servus
serviens dei mandatis. et liber scilicet a peccato. Iob 3. Ibi servus liber a domino suo.
Absconderunt se in speluncis et petris montium. Omnis hii cum aliis ultima perse-
cutione deprehensi fugient et abscondent se. Vel ad litteram Ysaie vel quidam habi-
tantes in speluncis petrarum et in voraginibus terre. ad Hebr. xi In speluncis et in
cavernis terre. Et aliqui eorum timentes ibi capi. et longo cruciatu ad mortem
deduci desiderabunt mori breviter, supposita tamen dei voluntate ne vi tormen-
torum inclinaretur ad negandum Christum. Et hoc desiderium exprimitur cum subditur
Et dicunt montibus et petris cadite super nos. Matth. 23. Vel spiritualiter abscon-
derunt se in speluncis et petris montium vel sanctorum angelorum suffragia postulabunt

et eorum precibus merentur evadere penas et vitam consequentur. Et dicunt
quod orando montibus et petris id est sanctis in patria qui sunt montes propter suam exal-
tationem ad celestia et petre propter confirmationem in bono quorum suffragia postula-
verunt fideles in persecutione positi. Dicitur quod montibus et petris id est sanctis in patria
qui sunt sublimes et firmi in fide. Cadite super nos id est descendite nobis per piam
affectionem et protegite per vestram intercessionem sicut una anima inflectite et pius
intuentibus nos liberate a facie sedentis super thronum id est dei iudicantis
et ab ira agni id est Christi hominis ait glossa. Ieremie xxi. Facta est terra in desolationem
a facie ire columbe et a facie furoris domini et hoc quia venit dies magnus
ire ipsorum id est damnationis reproborum. Sophonie primo. Dies illa dies ire etc.
que ibi enumerat. Et quis poterit stare id est in fide perseverare de se nisi adiutus
orationibus sanctorum. Malachie. Quis stabit ad videndum eum. Tunc verificabitur
illud Iob v. Si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum convertere. Sed quare
dicit distinguendo a facie sedentis super thronum et postea subiungit Et
ab ira agni id est Christi hominis, quia Christus homo erit sedens super thronum et
iudicans. Pater enim omne iudicium dedit filio. Iohannis v. Et sic ut habitum est
supra primo, filius dei in forma humanitatis apparebit iudicans. Nichilominus
quia ipse est deus iudicabit auctoritate et potestate divinitatis. Est ergo sensus a facie
sedentis super thronum et ab ira agni id est ab animadversione Christi secundum suam divinitatem
et humanitatem, qui licet prius fuit ut agnus mansuetus Ieremie xi. Tunc
tamen apparebit ut iratus iniustis sed tranquillus iustis ut ait Gregorius xxxii
moralium per illud Sapientie xii. Cum tranquillitate iudicas. Ira ergo dei est suum
flagellum in ultimo iudicio secundum Gregorium omelia extra 2e partis cap. 24. Vel ira
dei est iusta peccati vindicta secundum Augustinum epistola q. l. Licet igitur in deo non ca-
dat ira proprie, dicitur tamen iratus metaphorice contra aliquos quos flagellat
eos quia ad modum irati se habet. Tamen quos flagellat electos in hoc mundo
facit hoc magis ex sua benignitate ad augmentum meriti eorum et primo
ex dictis ergo patet sanctorum tempore illius persecutionis stabilitas et in fide
firmitas. Et ideo per montes significantur et per petras maiores in excelsi-
tatis et petra refugium herinaciis. Dicitur psalmo. Secundo patet orationis sanctorum necessitas
strenuitas et utilitas in tempore tribulationis. Unde et hic figuraliter quod infirmio-
res tunc sancti postulabunt suffragium orationum a perfectioribus in tribulationi-
bus tribulationibus. Ut dicunt hic expositores et est in glossa. Multum enim valet
deprecatio iusti assidua. Iacobi ultimo. Exemplum de Moyse qui placavit iram domini
Exodi 22. Sed contra. Hoc videtur frustra, quia dei est cuius ire nemo resistere potest.
Iob ix. Dicendum secundum beatum Gregorium ix moralium quod ire dei et resistere valet
qui ipso qui irascitur opitulatur. Et resistit omnino nullus id est qui se et ad
ulciscendum excitat et ipse prebet quod ei sunt dantem non aspirat. Et de hoc
ponit ibi multa exempla de omnibus non sanctis qui ire dei obviat. Ab ipso
acceperunt ut contra impetum percussionis eius opponantur atque ut ita dixerim
cum ipso se erigunt contra ipsum. Eos quia divina vis opponit secum. Quia in eo
cum ipso se erigunt contra ipsum eos quia gratia irascens fovet
quod adversum sevientes eam foris obtinet intus eos tollevat
et famulantes interius levavit, quos quasi adversantes exterius tollevat
portat et conditionem deprecantis quam aspirat, et velut nolenti impo-
nit quod ab ipso ut fiat ~~[illegible]~~ Moysi enim dicit: Dimitte me ut irascatur
furor meus contra eos et deleam eos faciamque te in gentem magnam. Quod
est quasi dicere dimitte me, nisi deprecanti animum prebeat. Atque apte dicitur
pensa quantum apud me valeas et cognosce quod obtinere potes quicquid pro
populo exoras. Quod quia ~~[illegible]~~ mente agitur venia subiuncta testatur. Cum
vero superna indignatio sese ut ita dixerim medullitus inquietat, hac oppo-
sitio ~~[illegible]~~ humana valet contra, ut se vellet cuilibet deprecanti obicere
cum semel dixit ~~[illegible]~~ ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim
quod Moyses qui totiens totius plebis apud dominum saltus precibus extitit, dumque
se obicem obtulit, divine hractiudie vim placavit, ad petram oreb re-
versus xx et pro aque exhibicione diffidens repromissionis terra ingredi
dno irascente non potuit. Et sepe hac de re affligitur, sepe desiderio
excitatus se turbat et disposite vladimir iracundiam repellere a semetipso
non valuit

qui habet voles domino et a populo amovit Sic danielem et helias etc. Nullum
igitur interventu divina ira restringitur cum implacabiliter excitatur
Hinc ad Ieremiam dicitur Tu ergo noli orare pro populo hoc et ne assumas
laudem pro eis et orationem quia non exaudiam te in tempore clamoris eorum ad me
Ieremie vii° Et item Si steterit moyses et samuel coram me non est anima
mea ad populum istum Ieremie xv Et Ieremie xxx plaga inimici percussi te
castigatione crudeli Tercio patet ex ira vite confertibilitas per quam est
merito suffragia omnium et intima dei · mo dicto Quod figuratur in ira tu
dicitur abscondent se in speluncis et in petris montium etc. Recedendo se a peccato
ait glossa Vel per speluncas significantur solitudines spirituales et elongationes
a tumultibus mundanis psalmus Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine
Isaie 2° Ingredere in petram absconde in fossa humo a facie timoris domini
et a gloria maiestatis Gregorius 31 moralium Petram quippe ingredimur
cum cordis nostri duritiam penetramus atque a facie timoris domini fossa humo
absconditur si terrenas cogitationes egentes ab ira districti iudicis in humilitate
nostre mentis celamus Quo in planis terra fodiendo egeritur eo pavimentum
inferius duratur Unde et nobis si a nobis studiosius terrenas cogitationes circum
quo apud nosmetipsos abscondimur humilius invenimus Recte non quia divinum
in die suo imminet quasi cum timore eius facies apparet tanto quam magis non
est ut unusquisque illam terribilius timeret quanto iam gloria maiestatis
eius appropinquat Quid ergo agendum est quo ve fugiendum Quo non quo latere
potest eum qui ubique est Sed recte petram ingredi fossa que humo occultari
precipimur Ut vel cordis nostri duritiam dirumpentes eo iram invisibilem
declinemus quo ab amore rerum visibilium apud nosmetipsos in corde
subtrahimur Ut cum prave cogitationibus terra egeritur · mentes apud semetipsas
tanto tucius quanto et humilius abscondantur Et ibi Iob 3° Gaudent cum inve-
nerint sepulchrum Ubi Gregorius 4 moralium post principium Sepulchrum
mentis · Est divina contemplatio in qua scilicet homo absconditur Ps. Abscondes eos
in abscondito vultus tui Sed quia Hic loquitur sub psalmo absconderet se
cum tamen loquitur de futura resurrectione dicens Iob dictum est quod sit loquitur
ratione predestinationis bonorum in divina presentia vel ratione indubitate certificatione
Quarto patet ex ira divine ire intolerabilitas in die iudicii et maxime de principe
ex quo sancti tunc timebunt prout hic innuitur cum dicitur Et quis potest stare
Unde Iob 4° Si sancti tunc illius iram timebunt et angeli quoque timore gerebit
scilicet admirationis non pavoris Sic ait Gregorius xvii moralium Quis
iram sustinebit Si non iustus vix salvabitur impius et peccator ubi parebit
Sophonias primo 1° zelus non et furor viri non parcet in die vindicte prius 1°
et Isaie xl Ut tacui et silui sit pariens loquar Gregorius ix moralium
parturiens quod portavit cum dolore eicit sic dominus tunc quod diu apud se
tacitus toleravit cum dolore manifestabit Iob x Multiplicas iram contra me
et de hoc Anshelmus multum O angustie hinc peccata accusantia inde terrens
iustitia subtus patens horridum quoque chaos inferni desuper iratus iudex intus
urens conscientia foris ardens mundus etc. sequitur late erit impossibile apparere
intolerabile et ideo non restat nisi nunc vitam corrigere et invadere et
divinam placare maiestatem ut hortatur propheta dicens Apprehendite disciplinam
ne quando irascatur dominus etc. Iob xx Fugite a facie gladii quia animadversionis
districte iram prius quam appareat studete placare Ait ibi Gregorius moralium
Iram in fine vitari nequaquam terror iudicis non nisi ante iudicium potest · in non
teneant sed precibus placatur tunc videri potest et placari non potest Quia fac-
torum que diu sustinuit tacitus simul omnia reddit iratus Unde Gregorius
est nunc timeri cuncta, cum necdum iudicium exercet cum diu sustinet
cum adhuc mala tolerat que videt Ne cum semel manum in retri-
butione ultionis excusserit · tanto in iudicio districtius feriat quanto an
iudicium diutius expectavit ut ille Mandium tunc ergo enim bonorum istud tot
possit exponi in contrariam partem ut per montes intelligantur superbi per insulas
avari et cupidi qui secularium negociorum fluctibus circumdati et instabiles
sunt Isti tales movebuntur ad malum a bono a fide ad infidelitatem
Ut suam cupiditatem possint implere Qui enim sub pace tempore non solum
exteriorum futuram perceperunt sed etiam in morte propinquorum gaudent

atque eorum bona in suos usus convertit. Reges autem principes ac tyranni iuxta
qualitatem eorundem omnibus regibus significantur maioris scilicet dignitatis homines
mediocres et minores qui timentes amittere regna dignitates et honores dum
viderint antichristum regnare cum membris suis transibunt ad eos et movebuntur
ad malum ut eis parcat et divitias non amittant. Divites quod possunt
appellari potentes quod bene malum quod voluerint implere libere poterunt
nec in malo aliorum auxilio indigebunt fortes similiter in malo possunt
intelligi scilicet ad inferendam crudelitatem vel ad fidem eorum subvertendum
liberi scilicet a iustitia alieni et servi peccati. Iuxta illud apostoli ad Romanos vi cum
servi essetis peccati liberi fuistis iustitie. Omnes isti timentes futurum iudicium
recurrent ad auxilium demonum cum desperati non presumunt attendere ad aliquem
quem sanctorum dicentes: Cadite super nos et abscondite ab ira etc. Vel non liberate
nos quia in rebus alterius confisi sumus. Et de hoc in glosis habetur.

Post hec vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos
terre tenentes quatuor ventos terre ne flarent super terram
neque super mare neque in ullam arborem etc. usque ibi Et vidi alterum
Capitulum septimum et continuatur sic ad precedentia narrata et descripta corporali
persecutione contra tempore antichristi et expresso timore fidelium illo tempore ob magnitudinem
persecutionis et ob illationem necessitatum hic narratur ipsa persecutio spiritualis
persecutionibus et ob illationem necessitatum. Hic narrat ipsa persecutio spiritualis
que erit impedimentum predicationis verbi divini quia fideles non permittent
predicare a demonibus per universum mundum ex suscitatione bonorum. Et durat
usque ibi Et vidi alterum angelum ascendentem etc. Dicit ergo post hec vidi quatuor angelos etc.
Post hec non denotat diversitatem visionum sed ordinem visorum iuxta relationem angeli et narrationem Iohannis. Vidi scilicet visione intellectuali quatuor angelos stantes super quatuor angulos terre. Secundum glosam per quatuor angelos
significantur demones principalitatem super quatuor regna principalia tenentes scilicet
Assiriorum Persarum Grecorum et Romanorum de quibus habetur Danielis vii ubi
loquitur de quatuor bestiis et que significantur in partibus statue quam vidit Nabuchodonosor et cum misterium ei Daniel exposuit ut habetur Danielis 2o.
Nam per caput aureum figurabatur regnum Assiriorum sive Caldeorum propter dominii
amplam excellentiam. Per pectus argenteum designabatur regnum Persarum sive Medorum propter divitiarum excellentem affluentiam. Per es vero seu enea femora
significabatur regnum Grecorum sive Macedonum propter linguarum et studiorum eloquentiam.
Per ferrum vero sive pedes ferreos designabatur regnum Romanorum propter armorum
bellicam potentiam. Per ferrum domans omnia et patiens discordantia
sub quo excisus est lapis sine manibus scilicet Christus qui sine natus. Luce 2o
Exiit edictum etc. Super hos ergo quatuor angulos terre id est super hec quatuor
regna principalia stabant quatuor angeli scilicet nequam etc. per glosam quia eos ad suum
servitium dominium inclinaverat. Angelus in Greco dicitur nuntius sive missus
latine. Demones vero mittuntur a deo ad probationem bonorum et ad deceptionem
malorum a principe vero dyabolo ad subversionem cunctorum etc. dicuntur angeli
et hii etiam per quatuor ventos etiam glosam significantur. Nam dicitur Danielis vii
quod quatuor venti pugnabant in magno mari et quatuor bestie consurgebant de terra
que sunt collata quatuor seculi regna tenebant ergo quatuor angeli quatuor ventos id est
seipsos in membris suis. Ratio nam dyabolus et omnes iniqui sunt unum corpus
ideo ipse in angelis et in ventis intelligitur. Iob 21 Tollet eum ventus urens
id est dyabolus qui desideriorum flammas excitat ut ad eternitatem tormentorum
trahat. Tenebant ipsi quatuor angeli quatuor ventos terre ne flaret super terram
quia quatuor demones singulis regnis prelati ita tenebant subiectum omne regnum
ut nullus flatum alterius religionis audeat emittere vel ullum virtutis adversus
antichristum efflare. Et hoc neque super terram per quam significatur diversitas predicatorum neque super mare per quod designatur mobilitas insularum. Neque in
ullam arborem id est in ullum hominem in illis terris habitantem. Nam homines
in hiis quatuor regnis degentes pro suo libitu detinebunt astrictos. Habetur et de
hoc in glosis et quia idem Beda dicit quod tenebant ventos quia suo quodammodo
potentatu omnia confringentes nullum pro libitu suis viribus respirare sinebant.
Ex quibus dictis patet tyrannica crudelitas malignorum spirituum et concessa
eis potestas tempore persecutionis antichristi secundum cum iuxta testimonium doctorum

vel per quatuor angulos terre quatuor regna principalia s[ignificantur]

filii captivitatis decem tribuum in fine mundi de loco in quo sunt captivati exituri sunt. Videtur valde probabile quod ad locum eis a deo promissum in quo translati sunt et captivi ducti de captivitate exeuntes accedent, ut ipsum iterum valeant inhabitare, quem in terra lacte et melle manante primitus acceperunt. Et ad locum illum tendentes facturi sunt magnam stragem hominum ut historie dicunt. Inde quoque commorantes et manentes in locis per que illi transibunt stragem eorum exeuntes videntes probitatem eorum, sociabunt se eorum exercitui tamquam fratribus iuxta dictamen racionis et cursum naturalis condicionis. Effectum autem Cassiodorus dicit super psalterio exponendo illum versum psalmi lxvii: Venient legati de Egypto. Et antichristus existens in Egypto filiis israel in terram promissionis [?] legatos suos mittet per quos asseret se esse messiam in lege eis promissum. Et ad hoc confirmandum mandabit eis quod non directa via veniant ad eum sed per desertum, ut in eorum conspectu dividat eis mare ut transeant ad eum per siccum mare sicut et Moyses fecit. Quod delusorie dividendo in sensum videbitur facere in conspectu eorum. Suffultus igitur eorum auxilio invadet primum regnum Egypti et ipsum primum dominio suo subiugabit ut dicit glossa Ieronimi Danielis xi super illo verbo: Et in tempore prefinito prelabitur adversus eum rex austri, id est Egypti secundum Ieronimum. Et mittet manum suam in terras et terra Egypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri et argenti et in omnibus preciosis Egypti. Superato autem regno Egyptiorum per Libiam et Ethiopiam transibit ut dicitur Danielis 8. Et illa duo regna sibi subiciet ut dicit Ieronimus. Deinde et fama turbabit eum ab oriente et ab aquilone glossa pugnantem contra Egyptios vel alias gentes. Nam ut dicit glossa Danielis xi: Antichristus quod sentiet arma Romanorum. Nullum quippe dubium est nec opinio quin totus exercitus qui nomine Romanorum imperatoris in bellum contra antichristum veniat gentili[?] qui tunc inhabitabunt terram sanctam, ut dicit sanctus Methodius, quod tempore adventus antichristi regnum sive imperium Romanorum et Grecorum servitium erit et terra sancta que calcatur nunc a gentilibus inhabitabitur a Romanis septem annis [illegible] gratitudinis fama turbabit antichristum, sed ut dicit glossa Ieronimi [illegible] pugnatis populi romani expugnabuntur ab eo et quod plus est eos subiciet servituti restituet quod eos libertati nomine suo ut dicit Ambrosius. Sic ergo Romano imperio defectum habente et tribus cornibus iam confractis ceteri septem reges facilius ad eius imperium convertentur et subicientur eius obedientes voluntati. Nondum [?] Ieronimus super Danielem exponens illud vii capituli: Tria de cornibus primis evulsa sunt a facie eius dicit: quattuor omnes scriptores tradiderunt in consummatione mundi, qui destruendum est regnum Romanorum, decem futuros reges, qui orbem terrarum inter se dividant. Et undecimum surrecturum esse parvulum, qui tres reges de decem superaturus sit id est Egyptiorum regem et Affrice et Ethiopie. Quibus interfectis etiam alii septem victori submittent colla, hec ille. Et quia ut dicit Nicolaus Lira [illegible] homines maxime potentes et in dignitatibus constituti frequenter in hoc libro nominantur angeli, sicut dictum est supra c. 2o de [illegible] qui angeli nominantur. Et si sunt boni, sunt angeli dei. Si vero sunt mali, magis sunt angeli sathane saltem pro illo tempore quo sunt mali, sicut dictum est supra c. 3o de angelo ecclesie Sardis: Nomen habes quod vivas et mortuus es. Et quia antichristus ista hec regna principalia sibi subiugabit, verisimile est quod eis tyrannos preficiet qui possunt hic per quatuor angelos significari. Secundum hoc erit sensus: Post hoc vidi quatuor angelos stantes, id est dominantes super quatuor angulos terre, id est super quatuor predicta regna principalia, tenentes quatuor ventos terre ne flarent super terram, id est impedientes doctores ecclesie ne verbum dei predicarent. De quo flatu dicitur Canticorum 4o: Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum et fluent aromata illius, quia per flatum predicacionis fecundatur ortus ecclesie multitudinibus. Sed tunc tales flatus impedientur ne flaret super terram neque super mare neque in ullam arborem. Christianorum enim alii habitabunt in arida, alii in insulis maris et alii in silvis persecutorem fugientes. Et omnes isti designantur nominibus locorum illorum, ut habitantes terram designantur nomine ipsius terre [illegible] festum, id est populus habitans ibi, hec ille. Nam quia superba mens in honoribus adeptis non quiescit, sed amplius velud mare fervens intumescit, antichristus ille superbissimus ad imperium promotus et subiugatis sibi regnis terre tanto fastu elatus

rapietur / ut deus velit reputari. Assistunt eum illo qui in eo habitat. quod in
primordio sue creacionis equalitatem maiestatis divine sibi voluit usurpare / ad
hoc autem quod ipse reputetur deus / et deitas in eo habitare / artem suam magicam
quam a puero discet ad hoc applicabit. Virtus quoque demonis ad hoc
quantum poterit suffragabitur. Vt virtutes signa et prodigia stupenda et miracu-
la faciat / vt dicit apostolus 2 ad Thess 2. Cuius meruit adventus erit secundum
operacionem Sathane in omni virtute signis et prodigiis mendacibus. Et quia
superba mens non solum appetit se in altum animum elevare / sed etiam elevata
pare non patitur habere / ideo quod ille superbus homo ad eundem dumtaxat
in hominum reputacionem promotus / nullum alium deum secum reputari vel dici
ab hominibus poterit sustinere. Hinc est quod elevabitur et magnificabitur adversus
omne deum / vt dicitur Daniel xi et 2 Thess 2. Adversabitur et elevabitur
super omne quod dicitur deus aut colitur. Intantum vt licet sub [illegible] et deum
Iudeorum patrum suorum profitebitur. Nimia tamen elacione effrenatus / similiter
deum patrum suorum non reputabit. Dan xi. Et quia cultus deorum pendet ex legibus
et consuetudinibus / ille vero perditus homo / quod cunctorum deorum cultum auferre conabitur
vt solus deus adoretur / ignis est quod omnium deorum leges sanctorumque cunctorum ritus
conabitur auferre. Vnde Danielis vii dicitur de illo cornu [illegible] quod possit mu-
tare leges et tempora / vbi glossa In tantum elatus superbiam ut leges et ceri-
monias mutare conetur. Extollet se super omne quod dicitur deus vel colitur
Hoc autem in Anthiocho epiphane in figura precessit / quia eum Gregorius
31 moral. est figura cornu [illegible] vel antixpi. De quo Anthiocho dicitur Dan 8o
Et prosperabitur et faciet. Glossa vt
et prosperetur scilicet per eum virtus in terra et [illegible] prohibeat. In isto autem
etiam legem dei abiciendam [illegible] et [illegible]. vnde dicitur Dan xio
precessit umbra malicie complebitur autem in antixpo.
[illegible] contra testamentum sanctum et faciet. vbi homo hoc plenius com-
plendum esse asserit sub antixpo / qui indignabitur contra testamentum dei et conabitur
adversus eos quos volet legem dei derelinquere. Et sicut Anthiochi tempore
Iudeorum quidam simulaverit se legem dei custodire et pro ea cum gentibus
fuerunt alii vero in religione permanserunt. Sic in antixpi temporibus futurum est
quia refrigescet caritas multorum / iuxta illud salvatoris Luce xviii Filius
hominis veniens putas inveniet fidem in terra. Et tunc glossa aperte loquitur
quod specialiter legem veri dei legem fidei et sanctitatis conabitur auferre et au-
ferret / vt vix inveniri valeat super terram. Sic et specialiter consurget
adversus xpm vt nomen divinitatis eius extinguat. Sic adversus legem
fidei sue sancte singulariter pugnabit ut eam funditus destruat et
evellat / ideo bene dictum est quod ideo vocabitur antixpus. eo quod adversabitur
non solum xpo sed etiam sacramentis eius et virtutibus eius et dicet evangelium
Cum igitur nichil carnalitatis et malicie in lege dei xpi sit / eam totam
velud extremitatem prohibebit et specialiter fundamentum ipsius legis scilicet trinitatem
personarum et incarnacionem verbi. Venustatem virtutum moralium et intellectualium
honestatem viciorum [illegible] et veritatem sacramentorum. Specialiter ac sacramentum
salutiferi hostie persequetur. cum in eo precipue xpus adoretur ut deus. Certo
autem [illegible] per suos ministros Antixpi vbique terrarum prohibebit ne quis
[illegible] et ut velud excommunicati ab omnibus evitentur. Ex quo fiet
vt nullus ad predicacionem [illegible] audiet verbum dei.
[illegible] quod tunc predicacio cessabit. Vnde super illud [illegible] xi. Que spiritualiter
vocatur sodoma. Dicit glossa interlinearis [illegible] quod nullus spiritualiter audebit
predicare. Vel aliter per quatuor angelos significantur [illegible] demones dominantes
hominibus reprobis et viciosis. qui figurantur per quatuor angulos terre.
Nam angulum faciunt due linee sub longitudine [illegible] et [illegible]
in puncto vno. vt ait Gregorius moral 24. In angulo duplex
paries iungitur. Anguli ergo significant reprobos in quibus conveniunt voluntas
[illegible] et voluptas carnis et [illegible] in appetitu vel intencione
mentis. Et sicut anguli sunt exterius acuti et interius sordium collectivi
sic et tales alios mordent pungunt et molestant et sordes in se colligunt.
Vel per duas lineas significantur talium affectus et affectus que terminantur
ad [illegible] vel ad voluptatem que [illegible] est et brevis. Iob xx Gaudium

yporte ad instar puncti Et sup tales angulos terre stant vel morant demones
et insidiantur eis per fallaciam voluptatis prouerb vii insidians iuxta angulos
Et zorobabel pino dies ter et sapientia super angulos excelsos Et eis ro
dissipati sunt anguli Et hii demones qui dicuntur hic angeli quia insist
ad probacionem bonorum et decepcionem malorum Et quatuor quia in quatuor partibus
mundi stant vel morantur vt omnes temptent tenent quatuor ventos id est do
ctrinam ewangelicam quadriformem sine predicatores ewangelicos ne flarent
sup terram et hoc impediendo per blandicias et terrores Vnde Richardus
levatur venti quatuor libri sunt ewangeliorum quos tunc demones laborabant
ne vbique sparsi eorum malis vel bonis predicare terrendo per minas vel alli
ciendo per blanditias Per hos quatuor ventos significatur quadriformis ewangelica
doctrina vt dicit Alexander super angelica ierarchia c. xv motum venti
est vtilis quia ventus est ne motibus quia mouet naturales virtutes plantarum et
excitat ad agendum naturales operaciones etiam in animalibus et ideo est vite
germinatiuus et ibi bene de hoc Et Generat lib. 3to de naturalibus quomodo in fine
de vente dicit Dedit deus ventos ad custodiam celi terrarum quia temperiem
ad euacuandas superfluitates quia aquas ad alendos segetum arborum quia fructus
hic ille et ibi multum de hoc Et quia doctrina ewangelica consimiles habet efficacia
spiritualiter Nam desiccat humiditatem terre vel carnis voluptate et mentis cupidi
dissoluit nubes vel peccatores obstinatos in pluuiam lacrimarum etc. merito pre
dicatores ewangelice per ventos significantur Vnde augustinus libro sermonum post sermonem po
Ventus dei verbum dei Iob 28 Qui fecit pondus ventis et aquas
appendit in mensura Ps Qui producit ventos de thezauris suis id est predicatores
de archanis scripture Ezech 37 A quatuor ventis veni spiritus et insuffla
sup interfectos ut reuiuiscant Vt per ventum aquilonarem significatur predicatio
atque vita per ventum occidentalem significatur predicatio comminans gehennalia
tormenta per ventum orientalem predicatio suadens ad bonum Per ventum
australem predicatio promittens eterna premia Ad istos quatuor redit omnis predicatio
ewangelica vt ait augustinus libro sermonum post sermonem 31 prophete inquit locuti
sunt monentes bona prohibentes mala terrentes de futuris iudiciis et pro
mittentes de premiis Vnde maligni spiritus scientes quod cum prophetia defecerit
dissipabitur populus prouerbiorum 28 nituntur impedire eorum predicacionem et per se
et per satellites suos Luce viii Venit dyabolus et tollit verbum de ore eorum
ne credentes salui fiant Vnde et de persecutoribus eorum dicitur Iob xxx Qui capucio
tunice sic cinxerunt me Super quo gregorius xx moral tunice inquit capicio
collum circumdat induentis Collum vero si stringitur vocis vsus et vitales
flatus necantur Sanctum ergo etiam rebi [?] capicio tunice stringitur quia
in ea persecutoribus suis vitam fidei et predicationis voce extinguere conatur
Hoc quippe conari persecutores eius specialiter solent vt ab ea ante omnia
verbum predicacionis tollant Vnde et hii qui sancte fidei primordiis conspicibus
resistebant apostolis dicebant denunciando precipiendo precepimus vobis ne doceretis in no
mine isto et ecce replestis iherusalem doctrina vestra Act 5 Luce et facient
demones maxime tempore antixpi quando pseudo prophete dabunt signa magna
et prodigia Math 24 Vnde et de vento predicationis dicitur in figura Exodi x
Qui fecit flare ventum vehementer et arreptam locustam proiecit in mare Rubrum
et isti sunt venti qui dissoluunt nubes in pluuias et aperiunt poros cordium
prauorum Cantic 4 Veni auster perfla ortum meum Quos demones impe
diunt ne sit flatus predicationis super terram per quam significantur iusti firmi
et stabiles in fide qui sunt arabiles vomere predicacionis et susceptibiles
ymbris diuini verbi ad fructificandum ad hebr vi terra sepe venientem
super se bibens ymbrem et generans herbam oportunam illis a quibus colitur
accipit benediccionem a deo Neque super mare per quod significantur impii insta
bilitate fluidi tumidi feruidi absorbentes spumantes et inquietes Ysaye 57
Impii quasi mare feruens Neque super vllam arborem per quam significantur
perfecti fructibus bonorum operum referti Math vii Omnis arbor bona facit
fructum bonum Sic igitur demones cotidie conantur et tunc maxime conabuntur
impedire predicatores ne predicent bonis neque malis neque ad exhortacionem
bonorum neque ad reuocacionem malorum Sciunt enim quia nil a deo prodest et

notum est in tempore tribulacionis ut predicacio verbi dei sicut dicit hic glossa. Vel aliter per
quatuor angelos possunt significari quatuor qui regerent sub veteri testamento quod Christum
persequebantur super quos stabant demones incitantes ad persequendum. Et per quatuor ventos
temptaciones demoniales. Job primo ventus vehemens irruit a regione deserti et
concussit quatuor angulos domus. Ibi Gregorius moralium ii circa medium: quatuor anguli
in domo sunt quatuor diversi ordines in synagoga scilicet sacerdotum scribarum
seniorum populi et phariseorum. Regio vero deserti est derelicta immundorum
spirituum multitudo a qua ventus venit et domum concussit, quia ab eis temptacio
prodiit et persecutorum corda commovit. A regione ergo deserti ventus venit
et quatuor angulos domus concussit, quia ab immundis spiritibus temptacio
irruit et mentes quatuor ordinum in malicia persecucionis excitavit

**Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei
vivi et clamavit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere
terre et mari dicens Nolite nocere terre et mari neque arboribus
quoadusque signemus servos dei in frontibus eorum**

Posita ~~[illegible]~~ revelacione veteris tribulacionis ecclesie ex persecucione tempore antichristi
hic describitur revelacio consolacionis eius ex divina clemencia sive mise-
racione. Hec non continet in ira misericordias suas, sed cum iratus fuerit miseri-
cordabitur. Et dividitur quia primo ponitur revelacio consolacionis ex parte dyabolice
cohibicionis, 2o ex bonorum collaudacione dominum et sanctorum agencium multiplicacione
ibi Et audivi numerum etc. 3o ob admiracionem magnitudinis glorie bonorum, de multi-
tudine illius glorie subdit inquisicionem ibi Et respondit unus de senioribus. Quantum
ad primum dicit Et vidi scilicet in spiritu alterum angelum qui secundum Haymonem significat
dominum Ihesum Christum, de quo dicitur Ysaie ix secundum translacionem [illegible]
vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Et bene dicitur angelus alter [illegible]
quia nove vite gaudia mundo nunciavit. Angelum magni consilii a predictis [illegible]
angelis quia eis adversum et contrarium. Apocalipsis 12 [illegible] non est metu contra me [illegible]
Ipse non fuit fortis qui alligavit fortem id est dyabolum et diripuit vasa eius
ut dicitur ibidem. Qui ascendit ab ortu solis id est a patre secundum glossam. Et hoc similiter
solis orientis, qui quantomagis ascendit tantoamplius splendores suos et calores
et vigores multiplicat et diffundit. Luce 2o Ihesus autem proficiebat etate et
sapiencia et gracia apud deum et apud homines. Intelligendum secundum Bernhardum sive
[illegible] est, non secundum quod erat sed secundum quod apparebat vel se ostendebat. Non quia
[illegible] apud nos [illegible] quod non haberet sed quod antea videtur
[illegible] ut videtur [illegible] in exemplum ut dominum [illegible]
quando volebat ipse ut videtur [illegible] in fluvium et in lucem
[illegible] amplectatur [illegible] Ecclesiastici [illegible] fons [illegible] et
solem qui communis est. Zacharie vi: Ecce vir oriens nomen eius, Luce i: visitavit
nos oriens ex alto. Sed [illegible] predicta dicit Inclinavit celos et descendit
[illegible] utinam dirumperes celos et descenderes. Deum quia descendit per humi-
litatem incarnacionis sive assumpcionis et ascendit per humanitatis glorificacionem
sive virtutum suarum choruscacionem et predicacionem illuminancium manifestacionem.
Malachie 3: Orietur vobis timentibus nomen meum sol iusticie. Vel dicitur ascen-
dere [illegible] nativitatis quia descensus dicitur [illegible] originalis
[illegible] Regum xiiii: Omnes morimur et velut aque dilabimur. Christus autem
dicitur ascendere quia veniens a patre sine carne quam assumpserat tamquam deus
fuit. Ysaie 19: Ascendit dominus super nubem levem. Vel ascendit per glo-
riosam resurreccionem et post ascensionem. Unde Haymo: Ascendit quia tercia
die a mortuis resurrexit et sua resurreccione totum mundum per doctrinam
evangelii illuminavit. Unde illud prophete Qui ascendit super occasum dominus
nomen illi. Gregorius 19 moralium: Super occasum ascendere fuit ipsam mortem
quam pertulit superare sed gloriam ascensionis precessit descensus humilitatis.
Ephesios 4: Qui ascendit, ipse est qui descendit primum in inferiores partes
terre, nobis in exemplum ut per humilitatem ad sublimitatem ascendamus
quia hec est via et non est alia preter istam. Dicit enim Bernhardus sermone 2o
de ascensione domini: Cum alius vadit cadit potius quam ascendit, quia sola
est humilitas que exaltat, sola que ducit ad vitam. Christus enim cum
per naturam divinitatis non haberet quo cresceret vel ascenderet, quia ultra deum
nichil est, per descensum quo cresceret invenit, veniens incarnari pati

mori ne moreremur metum, post quod deus exaltavit illum quia surrexit ascen
dit scilicet ad dexteram dei. Vade et tu fac similiter. Neque non ascendere potes nisi
descendas quia ut eterna lege fixum est Omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur. Unde ille h[ieronymus] verbum 29 Gloriam precedit humilitas
quia non qui vult ascendere prius quam descenderit corruet in profundum sicut
lucifer de quo dicitur Ysaye 14 Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris
qui dixisti in corde tuo In celum ascendam etc. Veruntamen ad infernum
detraheris in profundum laci. post quod hic dicitur Vidi angelum ascendentem etc.
Angelum magni consilii habentem signum dei vivi id est divinitatis potentiam et virtutem
in faciendo miracula et dimittendo peccata virtute propria. quod utrumque solius
dei est. De primo dicit Iudeis Johannis x Operibus credite. et xiiii alias opera
credite scilicet que nemo potuit facere nisi verus deus. De 2o dicitur Mathei 9o
Ut autem sciatis quia filius dei habet potestatem dimittendi peccata. Tunc ait paralitico
Tibi dico surge. Ysaye xi Radix iesse qui stat in signum populorum ipsum
gentes deprecabuntur. Vel signum dei vivi fuit salutifera crux in qua moriens
ostendit se esse deum, eo quod cum clamore magno emisit spiritum Mathei 27 et
Marci xv Videns centurio quod sic clamans expirasset ait Vere hic homo filius
dei erat. In morte non emittere spiritum cum clamore valido ... humanum
est. eo quod tunc natura debilitatur. quod signum deus magnificavit Ysaye xio
Levabit deus signum in nationes. et cuius ... factus est principatus super humerum
eius id est dominium quo dominari debet hominibus acquisivit in cruce quam
baiulaverat humeris eius. Unde dicitur Johannis 19 Baiulans sibi crucem exivit
in eum qui dicitur calvarie locum. Ubi glosa, dum ducitur ad patibulum
portavit crucem in qua meruit principatum. De quo luce primo Dabit illi deus
sedem david patris eius et regnabit etc. Unde apostolus ad Hebr. 1 Posita
xpi dignitate quod est splendor glorie et figura substantie dei portansque omnia
verbo virtutis sue subdit de ipso dicens purgationem peccatorum faciens, ubi glosa
Cum sit tante excellentie tamen circa humanitatem pertulit passionem et mortem crucis
per quam nos ab omnibus peccatis purgavit. ibi non confregit potentias arcuum
scutum gladium et bellum. Ps. Unde in ps. ... vide quod crux fuit potius signum
hominis mortui quam dei vivi. Dicendum quod et si crucifixus est ex infirmitate, vivit
tamen ex virtute 2 ad Chor. ultimo. Ipso quoque homine moriente divinitas fuit
impassibilis et apparuerunt signa divinitatis ut dictum est scilicet clamor validus
quem moriendo emisit. obscuratio solis terre motus scissio petrarum apertio
sepulchrorum etc. Unde que fuerunt vera signa dei vivi. Unde dominum ... Et
signum xpi hominis fuit multiplex scilicet paupertas luce 2o Hoc erit vobis signum
Invenietis infantem pannis involutum. Aliud signum xpi fuit eius humilitas
ut ait aug. super Johannem omelia 3. post quod dicit Mathei xi Discite a
me quia mitis sum et humilis corde. Tertium signum xpi fuit mortificationis
carnis asperitas 1 ad Cor. 4 Mortificationem in corpore nostro circumferentes. ad
Galathas ultimo Stigmata domini ihesu in corpore meo porto. De quibus signis
ait propheta Turbabuntur qui habitant terminos a signis tuis luce 2o et in signum
cui contradicetur. Vel aliter ad litteram angelus ascendens ab ortu solis
erit helias qui descendet de paradiso terrestri qui situatus est versus orientem
in quem ascendit ut ad enoch possit dicere vatis illud salvatoris Mathei v
Ecce ascendimus ierusalem. habebit autem signum dei vivi non tantum sensibiliter
impressum in fronte sicut tunc subditi antixpi signum eius seu caracterem habebunt
sensibiliter nisi forte ut dicitur Apoc. 13o. Vel si non habebit illud signum xpi sensibiliter in
carne tamen habebit ipsum spiritualiter in mente. Nam hoc signum etsi non ca
tamen fide patres antiqui pertulerunt ut dicit glosa. Angeli autem quibus
datum est nocere terre et mari erunt illi quibus dictum est per eccle
siasticum in iudicio, qui suum officium non sunt completuri. quousque hii duo
prophete signent servos dei in frontibus eorum. vel per fidem in mente vel
per martirium in carne. Nam eorum predicatio currit cum persecutione
antixpi. Numerus autem signatorum quem audivit Johannes scilicet CXLIIII ex omni
tribu filiorum israhel. excepta tribu dan que persecutorem cum suo capite
singularius faciet. videtur ad litteram esse multus. Sicut ponit Methodius dicens
videntes cuncte gentes antixpum mendacem presente et a sanctis dei confusum. tunc
iudei credituri sunt et ex omni tribu israhel erunt interfecti CXLIIII, dicitur ille

deinde turba magna quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus linguis
et populis videtur ad litteram esse multitudo credentium christo de gentibus
pro christo martirium passura unde in fine additur et palme in manibus eorum que dantur victoribus
in manibus eorum. Hec autem ad litteram expositio satis fulcitur non tamen nisi quod
litteraliter videretur concordare cum verbis methodii. Nicolaus autem exponit aliter litteram hic
et id quod nullus sigstorum hic positus vere litteraliter competeret nisi martiribus pro christo
ipse predictis enoch et helie. Tamen non videtur aliquid concordare litteram videatur
sed proponendo litteram iuxta glosam et interlinearem haymonis et aliorum doctorum dicto
quod per alium angelum significetur dominus ihesus christus ut dictum est. Sequitur
et clamavit voce magna id est imperavit auctoritate et potestate magna clamare enim dei est
facere aut glosa sive imperare. Unde haymo super verbo omnino alius potestate plenus est
Amos 3o Leo rugiet quis non timebit. Quatuor angelis id est universis malignis
spiritibus de quibus dictum est Quibus datum est id est permissum vel a deo
concessum ad bonorum probationem et malorum temptationem nocere terre et mari ad
litteram id est regionibus et insulis vel id est bonis et malis iustis ad fructificandum
aptis et impiis instabilitate fluctibus ut in precedenti littera. Dicens Nolite nocere
terre et mari neque arboribus. Sed dicitur Quare prohibet hos angelos cum datum
sit eis nocere talibus. Item videtur quod demones non possint nocere talibus vel si
nocent potestas dei sive auctoritas non est sufficiens eos cohibere. Dicendum quod diabolus quantum est
de voluntate sua potestatem suam desiderat ampliare et ideo mala voluntas
eorum prohibetur ne tantum possint nocere quantum vellent. Hec ergo prohibitio
est temptationum illarum moderatio ne iuxta malignum affectum eorum nocere
possint quantum vellent propter quod dicit Gregorius 2o moralium quod sathane
voluntas semper est iniqua sed numquam potestas iniusta quia a semetipso volun-
tatem habet sed a domino potestatem. Quod enim ipse facere inique appetit hoc deus
fieri non nisi iuste permittit. Unde ibi primi Regum 18 dicitur Spiritus domini
malus irruebat in Saul. Ecce unus idem quidem spiritus et domini appellatur et
malus domini videlicet per licentiam potestatis iuste malus autem per desiderium
voluntatis iniuste. Formidari ergo non debet qui nil nisi permissus valet
Sola ergo vis illa timenda est que cum hostem sevire permiserit et ad
usum iusti iudicii iniusta illius voluntas serviat. Hec ille. Sed queritur non
quare non fuit hic mentio de arboribus sicut fuit supra et etiam fit infra.
Potest dici quod per mare et terram significabantur mali qui tunc erant con-
vertendi. Per arbores autem boni iam conversi quibus non nocet demonum potestas
1 Pet. 3o Quis est qui vobis noceat si boni emulatores estis. Clamavit ergo
Nolite nocere terre neque mari id est cupidis et avaris per terram significatis. Is. 8
de habitantibus in terra et elatis ac superbis qui quasi mare fervent Isaie 28
qui tamen sunt convertendi. Neque arboribus id est bonis conversis qui sunt arbores
fructifere facientes fructum bonorum operum habentes folia verborum in medi-
num et fructum operum in satietatem. Radicati in christo per humilitatem exten-
dentes ramos per caritatem erecti tendere per vite austeritatem dantes
aliis umbram per bona exempla per consilium et consolationem. Tales sunt arbores
paradisi que semper fructificant in bonis operibus et frondent in bonis sermonibus
et semper florent in bonis opinionibus quasi sunt de aliis et alii de ipsis. 2
Cor. 2 christi bonus odor sumus deo in hiis qui salvi fiunt et in hiis qui
pereunt. Hee arbores sunt oliva ficus et vitis id est activi monachi contempla-
tivi cenobite vel anachorite et predicatores sive doctores qui nolunt
regere super ligna silvarum id est super homines infructuosos. Iudicum 9 ymo dixit
oliva Numquid possum deserere pinguedinem meam qua et dii utuntur
et homines et venire ut inter ligna promovear. Ficus etiam dixit Numquid
possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos et ire ut inter cetera
ligna promovear. Vitis quoque dixit Numquid possum deserere vinum meum quod letifi-
cat deum et homines et inter ligna cetera promoveri. Et ibi Clamavit ergo
Nolite nocere scilicet talibus per effrenatum temptationum et ultra temptationum possibili-
tatem. 1 Cor. 10 Fidelis deus qui non patietur vos temptari super id quod potestis.
Unde haymo Venit angelus ab ortu solis et precepit 4or angelis ne nocerent
terre et mari neque arboribus quia ihesus christus magni consilii angelus ascendens
super celos celorum ad orientem prohibuit immundos demones a lesione eorum
qui ad vitam eternam sunt preordinati. Unde et ipsa 4or regna sibi subdidit
et ad notitiam ac cultum unius dei perduxit. Scriptum est quod nabuchodonosor

vidit lapidem precisum de monte sine manibus qui percussit statuam in pedibus ferreis et comminuit pariter aurum argentum et es Danielis 2º. quia xpus ibi natus est de virgine sine opere maritali, per predicationem apostolorum percussit extra imitatem regni romanorum et tunc omnia seculi regna prostrata contrivit que illi erant subiecta. lapis autem crevit et constitutus est in regnum quod non dissipabitur in eternum ut dicitur ibidem. Unde et hic subditur in litera Quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum non solum in mentibus illorum in quibus signum dei in baptismo per caracteres indelebilis impressionem vel imagine trinitatis quod imprimitur in baptismo. Utitur verbo In nomine patris et filii et spiritus sancti. Signatur etiam in mentibus per fidem divine passionis quam utrique signum facit xpus per gratie infusionem sicut in denario facit monetarius ex una parte imaginem regis vel signum et ex alia crucem vel simile. In frontibus vero signantur per constantiam et audaciam confitendi nomen xpi que constantia et audacia precipue datur in sacramento confirmationis quando crismate facit episcopus signum crucis in fronte ubi est locus erubescentie quasi dicat Noli erubescere nomen xpi deferre cuius signo modo venerabilis [illegible] coram regibus et principibus audacter porta et predica illud sicut dixit dominus paulo Act ix. Unde ipse dixit ad Ro. primo non erubesco evangelium. Luce x. Qui me erubuerit et sermones meos coram hominibus erubescam et ego eum coram patre meo et angelis eius. Hic signatis non possunt demones nocere quod figuratum fuit Exodi xii ubi angelus exterminator occidit primogenita eorum qui non habuerunt signum sanguinis agni paschalis in utroque poste et in superliminaribus domus. Qui autem habebant non leserunt. Duo postes sunt corpus et anima superliminare ratio vel intellectus. In corpore debet esse signum sanguinis per imitationem passionis et per mortificationem carnis Ad Galat. vi. Stigmata [illegible] In anima per compassionem et recordationem De utroque xx Erit vita tua quasi pendens ante oculos tuos. In racione vel corde per fidem ad Eph. 3 habitare xpum per fidem in cordibus vestris. Non enim sufficit hoc signum externum quamquam portat nisi ipsum etiam quis interius accipiat inquit haymo. Fides enim si non habet opera mortua est Jacobi 2º. Quatuor sicut insinuat idem haymo. Quos Johannes superius unum angelum se vidisse dicit cum ait vidi alterum angelum modo idem angelus non pluraliter loquitur dicens Quoadusque signemus. Respondetur quod illud quod fecerunt apostoli et successores eorum xpus fecit in eis habitans Math. ultimo. Et quia apostoli et eorum successores baptisando et predicando convertunt ad fidem ideo xpus in eis signavit. Unde dicit Quousque signemus per distinctionem servos per subiectionem dei per electionem nostri per humilitatem in frontibus eorum per confessionis manifestationem sicut distinguit Richardus. Et ex hiis videtur quod signatis signo fidei non possunt spiritus malignus nocere. Cuius contrarium videtur quia multos signatos signo fidei temptant et temptationibus vincunt in peccatum quia pharao [illegible] [illegible] Sed ut ait dominus in epistola [illegible] magis dyabolus querit perfectos [illegible] eius electus Abacuk 2º. Et ideo Gregorius 2 x moralium post principium dicit Sed tanto plus expugnare contendit. Ideo dicitur Eccli. 2º fili accedens ad servitutem dei sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptationem. Non ait ad regem Job. n pulsare neglexit quos quieto iure se possidere sentit. Contra bonos vero eo vehementius incitatur quo ex corde eorum quasi ex iure proprie habitationis expellitur. Quod ipse dominus quondam sub dispensatione figuravit qui dyabolum non nisi post baptisma se temptare permisit in signum quod membra eius post ad deum conversionem tunc nociores insidias tolerarent. Job xl absorbebit fluvium et non mirabitur et habet fiduciam quod influat Jordanis in os eius. Dicendum tamen secundum Bedam hic et haymonem quod ex quo xpus passus est non solum hostis adversarii spiritualis contritum est imperium sed etiam mundani principatus. Quod fuit figuratum in statua nabuchodonosor ut supra. Johannis xii. Princeps huius mundi eicietur foras. Licet ergo deus permisit et permittat predestinatos et electos temptari tamen facit cum temptatione proventum. Ro. viii. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Et per hic intelligimus servorum dei quod sunt signati multiplici signo scilicet caractere baptismali ut dicitur hic Augustinus libro [illegible] Baptisatus est quis signatus est caractere [illegible] spiritu celesti ad Eph. i. Signati estis spiritu promissionis sancto. Et caractere virtuali ut dicit Gregorius 2º dyalogorum c. i.

bapta

hes que spiritu sancto impletur sicut per virtutes et humilitatem Item sigillum suetra:
ctitatis vitibus Gregorius super Ezech libro 2º omel v. Unum signum electionis est
soliditas caritatis et Moralia xx probatio sanctitatis non est signa facere
sed unumquemque ut se diligere de deo vera de proximo at meliora quam de se
metipso sentire Johannis xiij In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis
si dilectionem habueritis ad invicem Testimonium ergo signum discipulatus est domini
sine caritatis ut ibi Ysaye viij° Signa legem in discipulis meis Sicut rex
imperator signat milites suos in arcubus suis et sicut pastor oves suas
signis suis et sicut artifex opera sua et aurifaber vasa sua Sic signat
deus electos suos preditis signis que sunt manifestata maxime in imita:
cione ihesu christi et in spirituali crucifixione cum eo Quod fuit figuratum
Ezechielis ix Signa thau super frontes virorum gementium etc. Unde
Augustinus super Johannem omelia 36 Ipsam crucem signum habiturus erat
de dyabolo superato tamquam trophemum in frontibus fidelium etc. VIII et Epi
ut dictum est in confirmacionibus sigillit in fronte in signum collate audacie
et constancie confitendi fidem christi et excludendi erubescencie confitendi eum
que confessio iusta est ad salutem ad Ro x Corde creditur ad iusticiam ore au-
tem confessio fit ad salutem Intelligendum pro loco et tempore Nam confessio fidei
cum sit quoddam affirmativum non potest cadere nisi sub precepto affirmativo ~~...~~ dune affirmativo
Unde com̄us est de necessitate ad salutem quoniam cadit sub precepto
legis Precepta aut affirmativa etsi obliget semper non tamen ad semper
sed pro loco et tempore et alias circumstancias debitas cum quibus est actus hu:
manus limitari ad hoc quod sit actus virtutis Sic ergo confiteri fidem non sem-
per in quolibet loco est de necessitate salutis sed aliquo loco et tempore cum scilicet
per omissionem huiusmodi confessionis subtraheretur honor debitus deo vel eciam
utilitas proximis impedienda puta si quis interrogatus de fide taceret
et ex hoc crederetur quod vel non haberet fidem vel quod fides non esset vera vel alii
per eius taciturnitatem averterentur a fide In huiusmodi enim casibus confessio fidei
est de necessitate salutis ut dicit doctor sanctus 2ª 2e q 3 ar 2º Unde in
casu necessitatis ubi fides periclitatur quilibet tenetur fidem suam aliis propalare
vel ad instruccionem aliorum fidelium sive confirmacionem vel ad reprimendum
infidelium insultacionem Temporibus extra casum necessitatis homines instruere de fide
non pertineat ad omnes fideles sed solum ad illos qui habent doctores instruere in fide
Si vero turbacio infidelium oriretur de confessione fidei manifesta absque aliqua
utilitate fidei vel fidelium non est laudabile tamen eciam doctore vel
in tali casu fidem publice confiteri Unde dicit Salvator Matth vij° Nolite
sanctum dare canibus neque margaritas spargere ante porcos ne conversi
dirumpant vos Sed si qua fidei ~~...~~ utilitas speraretur aut necessitas
assit contempta turbacione infidelium debet homo publice fidem confiteri Unde
dicitur Matth 15 Cum discipuli dixissent domino quod pharisei audito
eius verbo scandalizati sunt Dominus respondit Sinite illos scilicet turbari Ceci
sunt duces cecorum etc. Ille Hec aut signacio exterior in fronte designat
signum interiorem in anima tamen illud Canticorum viij° Pone me ut signacu-
lum super cor tuum Et in ps Signatum est super nos lumen vultus tui domine Gloria
Sed signum exterius in fronte ne celetur in tribulacione Nam signum pectoris con:
cessatum est cordis Sed de multis verificatur illud prophete Signum vera non videt
sed per virtuosas operaciones etc. Et Nondum etc. per hoc quod dicit Quoad
usque sequemini non innuitur quod postea noceat illi demones sed quod ne post
neque dicte Simile habetur Matth 1 non cognoscebat eam donec peperit
filium suum primogenitum et constat quod nec post nec ante cognovit quia post
partum virgo permansit Sic igitur hic dicitur Quoadusque non tenetur hic finite
sed intelligendo quod signatis fidelibus nos angeli redire deberet ad pristinam:
tenem ecclesie Sicut eciam dicitur Sedeas hic quoadusque veniam quod
sequitur quod me veniente non debeas amplius sedere Sed hic ponitur indefinite Sicut
dicitur quod de penitenti non penituit quoadusque mortuus est per quod intelligitur
quod numquam penituit quia post mortem penitere non potuit Ad Coloss primo
eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii sue dilectionis
in quo habemus redempcionem et remissionem peccatorum Deus enim per filium
suum eripuit nos a quadrupli dyaboli potestate scilicet a potestate vexante per ma:
liciam obsidendo a potestate temptante per invidiam inducendo a potestate
attrahente per astuciam insidiando a potestate necante per violenciam deducendo

Primum patet quia ante adventum filii dei multorum hominum corpora demones obsidebant, plurimos vexabant et pluries hominibus illudebant. Sed adventus filii dei demones compescuit, eos ab hominibus expulit, et ab obsidendo potestatem eorum restrinxit. Unde post eius adventum et pauci inveniuntur a demonibus obsessi et pauci per demones illuduntur. Et hoc est quod david in persona generis humani dicit in psalmo: eripuit me de inimicis meis fortissimis. Igitur nos eripuit a potestate vexationis. Secundum patet quia licet post adventum christi demones temptant homines et inducant in temptationem plurimos, non tamen sic fortiter temptare nec sic faciliter in temptationem inducunt sicut ante faciebant. Multum enim debilitata est eorum virtus temptativa. Nam ante adventum christi, ut dicitur, habebant duas manus, unam scilicet impellentem que vocatur manus violentie, et aliam allicientem que dicitur manus fraudulentie. Prima christi merito totaliter est precisa, nulli non potest modo violentiam inferre. Secunda vero per quam alliciebat est multum debilitata, quia maiora sunt nunc suffragia contra eos quam tunc sinagoge, et plura ac maiora beneficia gratie que dantur nunc merito passionis quam ante suffragia moysi et antiquorum patrum. Quod considerans david dicit: Dominus in virtute tua et in tuo merito, eripiat te... Expectabat in persona ecclesie christo in psalmo: Deus in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua iudica me... a temptatione ne scilicet in eam inducat. Aliud est enim temptari et aliud in temptationem induci. Illi enim in temptationem inducuntur qui intus ducuntur, quod ab temptatione induci illi non in temptationem inducuntur qui ipsam superant. Unde quod orat ecclesia dicente christo Mathei vi: Et ne nos inducas in temptationem. Subdit quia ulterius propheta: Et in deo meo transgrediar murum. Tangit demones non faciunt murum quendam de vii viciis capitalibus, tanquam de septem magnis lapidibus cum cemento sue malicie et nequicie, quem murum posuit inter deum et homines, quem nullus homo transgredi potest nisi in virtute domini nostri ihesu christi, qui eripuit nos a potestate temptationis. De dracone vero patet quia dyabolus non tantum dicitur leo sed etiam draco. De dracone vero dicitur quod plus nocet cum cauda sua ligando quam cum dentibus mordendo. Sic et dyabolus plus nocet ecclesie occulte insidiando ut draco quam aperte crassando sicut leo. Ipse enim est ille draco de quo dicitur Apocalypsis xii: quod cum cauda sua, id est cum fallacia sua, traxit tertiam partem stellarum, id est illorum qui videntur esse in ecclesia fideles et deberent esse stelle. Ipse enim ubique iacit sua retia et ponit suos laqueos quibus capit et vinculat (?) animas. Unde magnus pater antonius vidit totum mundum plenum laqueis dyaboli et mirans gemuit quis evadere posset. Cui fuit responsum quod humilitas tantum. Et vere siquidem sunt tantum humiles, non potest istos laqueos evadere nisi in auxilio verbi incarnati et in carne passi. Unde sancti in eius auxilio confidentes dicunt illud psalmi: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est et nos liberati sumus etc. Sic a potestate demonum allicientis. Quartum patet quod eripuit nos a potestate necessitate (?) per nimiam potentiam et violentiam deducendo patet. Dyabolus namque ante adventum christi potentiam et violentiam deducebat omnem hominem etiam iustos ad mortem, id est ad carentiam divine visionis, que ut christus dicit Iohannis: Hec est vita eterna. Sed christus in carne passus, abluens peccatum, solvens debitum, delens cirographum, spolians infernum, reserans paradisum, eripuit nos ab ista potestate. Unde quilibet sanctorum patrum dicere potuit illud psalmi: Eripuit animam meam de morte, id est a carentia divine visionis, oculos meos a lacrimis. Sancti namque patres qui in limbo erant in lacrimis in gemitu et suspirio expectantes liberatorem. Sed christus abstersit omnem lacrimam ab oculis sanctorum et pedes eorum a lapsu, scilicet in peccata. Sancti enim merito christi passi sic sunt deo copulati quod non possunt ab eo seiungi. Sic igitur eripuit nos ab ista potestate necessitante etc.

Et audivi numerum signatorum centum xliiii milia signati ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda xii milia signati. Ex tribu ruben xii milia signati. Ex tribu gad xii milia signati. Ex tribu asser xii milia signati. Ex tribu neptalim xii milia signati. Ex tribu manasse xii milia signati. Ex tribu simeon xii milia signati. Ex tribu levi xii milia signati. Ex tribu ysachar xii milia signati. Ex tribu zabulon xii milia signati. Ex tribu ioseph xii milia signati. Ex tribu beniamin xii milia signati. Post hec vidi etc.

Post hec vidi etc.

Posita revelacione consolacionis ecclesie ex potestate dyabolice cohibicione subditur revelacio consolacionis ex beatorum multitudine sive innositate. Et ista dividitur in duas partes. Primo ponitur revelacio multitudinis beatorum deum laudancium. 2o subditur revelacio angelorum deum adorancium vel laudem eorum confirmancium ibi Et omnes angeli stabant etc. Prima adhuc in duas. Primo multitudo beatorum ostenditur. 2o laudes exhibitio exprimitur ibi Et clamabant. Prima adhuc duas facit. Primo describitur numerus electorum ex iudeis. 2o numerus electorum ex gentibus ibi Post hec vidi turbam etc. Et quia pauciores sunt electi de iudeis quam de gentibus ideo numerus electorum ex iudeis exprimitur sub finito numero scilicet 144. Numerus vero electorum de gentibus sub infinito vel indefinito ibi Vidi turbam quam dinumerare nemo poterat. Vel primo ponitur numerus certus qui deo sunt omnia nota et illi soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Et postea ponitur numerus infinitus et incertus quia numerus eorum nobis est incertus quamdiu sumus in via. Dicit ergo quantum ad primum Et audivi nobis est incertus quamdiu sumus in via. Dicit ergo quantum ad primum Et audivi scilicet auditu interiori de quo 6 c. 2 c. Qui habet aures audiat etc. Et licet isti duo sensus exteriores scilicet visus et auditus sunt distincti per organa visus tamen et auditus interior sunt idem spiritualis sensus scilicet intellectus. Intellectu enim videmus spiritualiter et audimus. Et quia sensus visus et auditus sunt magis disciplinabiles et convenientes ad scientiam ideo scriptura sacra attribuit intellectui videre et audire. Audivi ergo id est intellexi numerum signatorum scilicet in universali. 2o ostendit centum xl iiii milia signati ubi primo ponitur numerus in universali. 2o describit in speciali ibi Ex tribu Iuda etc. Sed ad evidenciam litere queritur primo Quare cum plures sunt beati quam tot quare talem numerum hic ponit. Pro quo dicendum ut ait Augustinus ponitur tot et tantum numerus. Et talis scilicet mille centum xl iiii milia. Unde Augustinus libro 2o de doctrina christiana c. xxiii quia numerorum imperitia multa faciunt non intelligi translate ac mistice posita in scripturis. Ingenium quippe ut ita dixerim dicit ipse non potest excitus vel apparere nisi moveatur quid sibi velit. Iste numerus unde per eundem hic per istum numerum omnes electi designantur. Unde Augustinus non quia sunt tot et non plures sed propter misticam numerorum suffitiendum dicit Ri- chardus. Unde Augustinus in numerus finitus in hoc loco ponitur pro infinito. Vel ... quemlibet pertinet ad xii tribus filiorum Israel scilicet ad omnem ecclesiam que per hunc numerum complectitur in suis electis. Credo enim nam ipsius numeri ... Quaternarius factus cum summo bono ... ad fidem sancte trinitatis. Quaternarius factus est similiter propter quatuor libros ewangelii. Vel propter quatuor partes mundi. Vel propter quatuor virtutes principales. Sive dicitur ternarius per quaternarium sive quaternarius per ternarium fiunt xii quod est numerus principalis et ipse factus est in quo numerus universa quedam multitudo significata est ut ait Augustinus xx de civitate dei c. 6. Unde et est numerus conceptus apostolorum unde Augustinus in libro quaestionum ... et Gregorius ... et ultimo moralium. Unde et ecclesia commissa ad fidem et illuminata simul per doctrina ewangelica in quatuor partibus mundi. Scilicet in numero duodenario simul patriarche et apostoli. Idem autem est in misterio numerus xii et replicatus et replicatus ... in numerus ... xii ... pharisey. Ecclesia ergo signata in xii milibus millenarius in numerus perfectionem significat. Unde sepe ponitur pro universitate ... Verbi quod mandavit in mille generaciones. Cum perfecto constet quia ab ipso mundi exordio usque ad redemptoris adventum per evangelistam non amplius quam sunt ... septem generationes inveniuntur Luce 3o. Recte ergo millenario numero usus ad pro- ... novam sobolem perfecte universitatis ... Unde ... Gregorius ix moralium tractans illud Iob ix Si voluit contendere cum eo non poterit ei respondere unum pro mille. Hinc etiam c. xx dicitur Regnabunt cum eo mille annis quia videlicet regnum sancte ecclesie universitatis perfectione solidatur. Ibi ecclesia ergo quia trinitatis fide ex omnibus quatuor ... aggregata. Hoc quia paradisi fluminibus irrigata in quatuor mundi partibus distenditur recte in duodecim milibus numerus figuratur. Scilicet ut in eo quod tercium ... perfecta notatum est ut duodenarius milium numerus quadra soliditate ... Ducantur ergo xii milia per quatuor et fient quadraginta octo. Ut vero ad id quod tercium ... ad trinitatis contemplationem pertingat Rursum xlviii milia ter multiplicetur et reddunt de se centum xl iiii milia. Nam et centenarius numerus qui de leva transfertur in dextram generalem significat sanctorum numerum qui in perfectione operis investi in dextera sunt collocandi. Hec ille. Vel xii milia duodecies ducta faciunt istum numerum scilicet centum quadraginta quatuor milia

Et s[ecundu]m Richardum iste n[umer]us s[ecundu]m electos p[re]destinatos ad vitam. Centenari[us] en[im]
significat p[er]fectionem op[er]um sive mandatorum. Denari[us] in decies duct[us] facit ce[n]-
tum. Quadragenari[us] vero significat intelligenciam eor[um]. Quaternari[us] aut[em]
virtutum cardinalium exercitacionem. Millenari[us] aut[em] design[a]t tocius iusticie co[n]su-
macionem. Centum g[ra]o p[ro]p[ter] p[ro]missam b[ea]titudine[m], vel p[ro]p[ter] patrie celestis expecta-
cionem. Centenari[us] n[umer]us s[ecundu]m arismeticos a leva transit in dextram. xl
p[ro]p[ter] decalogi legis et preceptorum q[ui] sunt in q[ua]tuor ewang[eliis] impletorum ut ewa[n]-
gelii sacramenti p[re]statur. Quater p[ro]p[ter] q[ua]tuor virtutum cardinalium exercitacionem. quat[uor]
milia p[ro]p[ter] tocius iusticie co[n]summacionem. Qui millenari[us] est nomen ultimum in
numeris. Nec ultra mille est p[ro]prium nomen nisi sumptum ex prioribus n[umer]is.
Per hoc ergo q[uo]d in hac summa ponitur q[ua]tuor nomina maior[um], designatur q[ua]druplex
status salvandorum. Vel in xliiii p[er]fectio p[ri]me est n[umer]us conservatus penitencie
et p[er]tinet ad incipientes, ad p[ro]ficientes, ad p[er]fectos, ad p[er]severantes. S[ecundu]m Augu[stinu]m
sup[er] Johannem omel[ia] xvii. Unde [et] Salvator ieiunavit xl diebus. Math[ei] iiii.
Qui q[ua]ternario p[er]fecto virtutum, in centenario p[er]fecto preceptorum, decalogi, in m[i]l-
lenario p[er]fecto p[er]severancie finalis q[ui] gaudent in electis, p[ro] tali et tot di-
ff[er]entiis electorum design[antu]r. Et per hoc p[atet] r[esponsi]o ad q[ue]stiones. Et sequitur
descripcio in speciali cum dicitur ex tribu Juda xii milia signati [etc]. Sed quer[itur]
ad evidenciam l[itte]re de quo plures salvabunt[ur] de una tr[ibu] q[uam] de alia. Quare p[er] e-
q[ua]lem n[umer]um de omni tribu. S[ecundu]m quod x[ii] n[umer]us duodenari[us] constituitur omnibus credent[i]-
bus p[er]fecti in fide trinitatis et q[ua]tuor virtutum exercitiis. Ponitur ergo de qu[o]lib[et]
tribu filiorum Isr[ae]l xii milia signati. Non q[uod] tot precise sint de q[ua]libet tribu salv[an]-
di. Vel q[uod] tam p[ro]pter n[umer]us salvandorum sit in unaq[ua]q[ue] tribu. Sed p[ro]p[ter] causam dictam
p[ro]p[ter] fidem trinitatis [etc]. Vel p[ro]p[ter] xii apostolos quorum p[re]dicacione et doctri[na]
xii tribus ad salutem vocate sunt. Sequitur. Ex quo Judas fuit q[ua]rtus
filius Jacob. Quare ponitur hic in principio. D[ici]t s[ecundu]m Bedam q[uod] convenien[te]r
inchoat a tribu Juda ex q[ua] natus est dominus. Racio g[ra]o illius privilegium
dignitatis sic ordinat. Unde Beda dans regulam universale[m] ait q[uod] no[n] o[r]-
dinem [con]suete nativitatis s[ed] iuxta nominum interp[re]tacionis ter[min]e virtutes decernit
expone[re]. A confessione n[am] et laude festinat ad dexteram vite eterne. Judas
cum hic primus ex q[ua]rto loco est natus et q[ua]d tr[ibu]s. Octavus autem in ordine
nativitatis sue filius Jacob ponitur in hoc kathalogo. Sed queritur quare h[ic]
p[re]termittunt[ur] signati de tribu Dan. D[ici]t s[ecundu]m Bedam q[uod] Dan p[re]termissus q[ui]a de illa
tribu nasciturus est antixpus. Gen[esis] xlix fiat Dan coluber in via cerastes in
semita mordens ungulas eq[ui] ut cadat ascensor eius retro. Salutare tu[um]
expectabo domine. Ubi gl[ossa] ordinaria et est b[ea]ti Greg[orii] xxxi moralium.
Non nulli de tribu Dan venire antixpum ferunt. p[ro] eo q[uod] hoc loco Dan coluber
asseratur et mordens. Unde [et] non inmerito dum Isr[ae]litis populus terras in ca[pi]-
[tu]lorum p[ar]titione susciperet p[ri]mus Dan ad aquilonem castra metatus est in[?]
illum sc[ilicet] signans qui in corde suo dixerat. Sedebo in monte testamenti
in lateribus aquilonis ascendam sup[er] altitudinem nubium. Similis ero altissi[mo].
Ysaie xiiii. De quo [et] per p[ro]ph[et]am dicitur. A Dan auditus est fremitus equ[o]-
rum eius. Qui non solum coluber s[ed] eciam cerastes vocatur. Cerastes n[am] gre[ce]
cornua dicuntur latine. Serpens q[ui] hic cornutus esse p[er]hibetur. Per quem digne
antixpi adventus asserit[ur] q[uia] contra vitam fidelium cum morsu pestifere predicac[i]o[n]is
armatur eciam cornibus potestatis [etc]. Mordebit aut[em] ungulas equi, q[uia] extrem[a]
mundi se dicere inicetur. Dt[?] intelligere eciam aut[em] dixit p[ro]ph[et]a non ista p[er]sona
vel optando s[ed] more vatum p[ro]ph[et]ando. Licet q[uod] ipse sanctus Jacob int[er]
morsibus s[ervi] crudelis illius perfidissimum optabat refugium. Ideo subdit. Salutare
tuum expectabo domine. Elias eciam autem p[ro]ph[et]iam p[ro]ferens beatus
Ambrosius in lib[ro] de benedictionibus patriarcharum ait. Simplex intellect[us] l[itte]re q[uia]
tribus Dan iudicem dederit in Isr[ae]l, Sampson qui erat de tribu Dan
qui iudicabat Isr[ae]l xx annis. S[ed] p[ro]ph[et]a nobis hic design[a]t s[cilicet] antixpum
qui futurus est ex tribu Dan, sevus iudex [et] tyrannus immanis. P[ro]ph[et]is in[?]
dicebit [et] tamq[uam] serpens in via sedens deycere temptabit eos qui viam
ambulant veritatis. Supplantare cupiens virtutem. Idem dicit una gloz[a]
de utroque. Et sup[er] illud q[uod] dicit Moyses Dan catulus leonis fluet
largit[er] de Basan. P[ro]p[ter] quod Johannes in hac sac[ra] visione n[umer]um salvandorum vidit
i[d est] xii milia signatorum v[e]l ascriptorum ad salutem ex omni tribu filiorum Isr[ae]l
excepta tribu Dan. Et n[am] in tribubus Dan hic signatos non l[ic]et cert[um] appareat ma-
nifeste per textum. P[ro]p[ter] hanc absq[ue] dubio causam q[uia] ex gente Dan nasc[itu]r
antixp[ist]us.

Ut ait Haymo.
Ex quo ma[n]ifest[um] q[uod] n[umer]us non debe[t]
dici q[ui] r[e]cipere cardin[ales]
q[ua]tuor p[ro]p[ter] h[oc] q[ui]
n[umer]us sunt ordi-
nati et sunt
filii Jacob ut
sup[ra]

Et ideo hic supplicitur ex omni tribu ceterum ut omnia antixpus excedunt ut expresse
dicit glosa. Et notandum quod xii filii Jacob patriarche ex quibus xii tribus per
carnalem generacionem processerunt typum gesserunt xii apostolorum xpi de quibus
in xii partibus mundi ad quas diuisi fuerunt xii tribus saluandorum per spiri-
tualem generacionem produxerunt in lucem. Vnde sicut in numero xii apostolorum vnus
recidit scilicet iudas proditor xpi usque ad mortem loco cuius suppletus est mathias
Sic in numero duodenario tribuum filiorum israhel vna tribus deest scilicet tribus
Dan que in suo capite et principe scilicet antixpo xpum persequitur. loco cuius in
visione beati iohannis suppletur tribus manasse. Vt manifeste patet in textu
Quod prudens patriarcha Jacob in spiritu cum adduxisset ad eum ioseph duos
filios cancellatis manibus in modum crucis super eorum capita et eis benedicens
dixit ad ioseph: Duo filii tui computabuntur mihi Genesis xlviii. ad quos spe-
ctat manasses sibi computabatur in numero signatorum signo crucis ad salutem
quod utique signum expressit in cancellacione manuum. Quando loco tribus Dan
manasses xii milia signatorum sicut et alie tribus hic designatur. Sed tunc
queritur quare non numeratur hic signati de tribu effraym. Dicendum quod ideo quia
de illa tribu natus fuit Jeroboam qui fecit israhel ydolatrare 3 Regum xii
et fuit figura scismaticorum diuisit enim x tribus a cultu dei. Et quia scisma-
tici sunt ab ecclesia expellendi. Ideo in figura expulsionis talium ab ecclesia non
nominantur hic electi de tribu effraym. Et singulis autem tribubus xii mi-
lia signati numerantur xii propter patriarcharum et apostolorum progenitum
signati dicuntur ob confessionem fidei perfectam. Et milia ob perseverantiam
sine finale [illegible] et ordinantur ut dictum est a beda. Secundum moraliter interpre-
tacionem [illegible] significant certe virtutes. Judas enim interpretatur confitens. De cuius
tribu signati sunt vere confitentes confessione criminis et etiam laudis. Et qui de
peccatis contritionem primam agunt et a laude creatoris non cessant. Ruben vero
interpretatur videns filium et significat fructificantes in bonis operibus que per
filios significantur. Et quia per confessionem a malis recedimus ut deinde ad
bona subsequenda proficiamus. Ideo sic ordinantur. Specialiter itaque est ista sapiencia
quia et in iuda posuit initium confessioni et in ruben succedunt incrementa
virtutum. Cum sic finibus ponetur ordo natiuitatis hic confunditur. Inquit
Ideo Thobie xii. Quia acceptus eras deo necesse fuit ut temptacio probaret
te. Et quia sancti tenent easdem temptaciones diuina virtute premuniti existunt fortes
Et quia [illegible] sine temptacione interpretatur. Et quia
Ideo post Ruben gad ponitur quod accinctus sine temptacione dei.
Sic expantes temptatur ut dicitur Ecclesiastici 2. Fili accedens ad seruitutem dei
sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad temptacionem. Ideo signati
de tribu gad significant fortes et virtute premunitos secundum illud ps. Precinxisti me
virtute ad bellum. Et quia illatis temptacionibus probatos coronat. Congrue post gad aser
ponitur qui beatus interpretatur. Et signati de tribu sua significant sustinentes tempta-
cionem propter futuram beatitudinem Jacobi primo. Beatus vir qui suffert temptacionem. Et
Certi autem sancti de ista promissione non solum sibi illata perferunt mala
sed etiam in ipsis tribulacionibus constituti a latitudine cordis non recedunt. Et ideo
bene post aser neptalim ponitur qui latitudo interpretatur. Et signati de
tribu illius significant dilatatos caritate Ecclesiastici vi. Cor nostrum dilatatum est
per illud. Latum mandatum tuum nimis de quo ps. dicit. Latum mandatum tuum
nimis. Et iterum. Et ambulabam in latitudine etc. Et quia per amplissimum ho-
mines dilectionis preceptum extendentes ea que retro sunt obliuioni tradunt et in ante
se extendunt. Et quia [illegible] in hac vita consequuntur. Ideo quia et mediocres esse
fatentur. Vnde post neptalim manasses ponitur qui obliuiosus interpretatur
et signati de tribu sua significant illos qui obliuiscuntur eorum que sunt priora
ad philippenses 3. Que retro sunt obliuiscens. Hic autem Manasses licet non fuit
filius Jacob sed filius Ioseph ex uxore alienigena natus scilicet asenech
putifaris filia sacerdotis eliopoleos Genesis xli. Et sexto loco numeratur
loco Dan ut dictum est. Et hoc ideo secundum hayonem quia Dan interpretatur iudicium
Finies scilicet iudeorum. Quia per gentium vitas apparuit vnia illorum sacrificia
et victime cessierunt. Et veritas surrexit per manassen hoc est per
populum gentilem qui obliuioni tradidit idola successit in sacerdocio quod in figura
precessit. Statim surrexit vnum in ecclesia sacerdotium secundum ordinem melchisedech
De hoc dominus per Jeremiam dicit. [illegible] dies venient et consummabo
super domum iuda testamentum nouum. Et apostolus ad hebreos viii. Quod enim
antiquatur et senescit prope interitum est. Iam enim dno aduenient illud sacrificium
iudeorum

in vetustatem fiet usum et ad senium declinabit. Ideo quia cito periit. adveniente
vero sacerdote christo. Recte ergo sexto loco pro dan qui inde est eiectus
manasses constituitur. quia videlicet in sexta mundi etate adveniente domino iudex
iudaica plebs et sacerdotium et omne bonum perdidit. et in eius loco manasses
id est populus gentilis est astitutus atque in filium adoptatus ad Ro xi. Tu cum
oleaster esses insertus es in eis. Et sicut dan de hoc kathalogo spirituali
est eiectus. ita omnes reprobi de consorcio sanctorum in die iudicii eicientur.
Post manassem autem Simeon ponitur qui audiens tristiciam interpretatur. Et signati
de tribu illa significant illos qui per bonam tristiciam que secundum deum est
pervenerunt ad vitam 2 Cor vii Tristicia que secundum deum est penitentiam in salutem operatur
quia videlicet desiderium postulatum differtur ut possint esse cum christo. ipsius se
differtur ideo tamen differtur. Cui levi subditur qui additus interpretatur
Et significat illos qui superaddunt consilia preceptis. sicut sunt virgines et re-
linquentes omnia propter deum Luce x Quodcumque supererogaveris reddam tibi
Cum autem minimum … sunt quod post levi ysachar annectitur. qui merces
interpretatur Et significat illos qui sunt accepturi mercedem pro … sui
dignus est. in operarius mercede sua propter quod dicitur Jeremie 31 Quie-
scat vox tua a ploratu quoniam merces est operi tuo Tales autem qui
sic vivunt et solummodo pro remuneratione eterne vite laborant solent aliquando
temptationibus probare. Unde bene post ysachar zabulon ponitur quod habitaculum
fortitudinis interpretatur et significat fortes non succumbentes in temptationibus
et pervenientes ad habitaculum eternum Mathei vii Similabo eum viro sapienti
qui edificavit domum suam super petram. Item … Robustum habitaculum
De talibus etiam dicit apostolus ad hebr xi Convaluerunt de infirmitate for-
tes facti sunt in bello. Et tempus illorum quod ab invitis putatur infirmi-
et per quod anime putat interitum invenitur invictum. Qui etiam du-
a malis persecutionem patiuntur. talentum divini verbi sibi creditum expendere
quia in vitiis non cessant. Atque ideo post zabulon bene Joseph ponitur. qui
augmentum interpretatur Et signati de tribu sua significant lucrum mul-
tiplicantes de acceptis talentis Mathei 24 Euge serve bone et fidelis etc.
Et quia omnes isti in dextera sunt eterni regis collocandi qui in virginibus
continentibus ac bonis coniugatis in xii istis perfectibus maxime inveniuntur
Ideo post hos omnes beniamin ponitur qui filius dextre interpretatur. Quasi
aliqua dextera gaudetur. qui eius virtute in hoc seculo persequitur. In
signati de tribu beniamin significant illos qui ambulant per vias que
sunt a dextris et collocabuntur in gloria ad dextram filii dei Mathei 24
Et dicit hiis qui a dextris sunt Venite benedicti patris mei etc. Et ex-
de hiis omnibus in generali patet circa quod dilexit et quod venerabilis multitudo
sunt in predictis patribus designati. de quibus patet quolibet procede specialiter
pro sua voluntate. In libris ergo primus describitur status incipientium
qui consistit in confessione contricione satisfactione. In aliis … perfectorum etc.

**Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus
gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum et in conspectu agni
amicti stolis albis et palme in manibus eorum Et clamabant voce
magna dicentes Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno Et omnes
angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium Et ceci-
derunt in conspectu throni in facies suas et adoraverunt deum dicentes
Amen Benedictio et claritas et sapientia et graciarum actio honor virtus et
fortitudo deo nostro in secula seculorum Amen**

Post revelationem multitudinis fidelium qui comprehenduntur in xii tribubus sub-
iungit revelationem multitudinis cuiusdam de gentibus. quia plures sunt
conversi de iudeis. propter quod ibi numerus certus et definitus positus est. hic
vero numerus indefinitus. cum tamen in utroque intelligitur numerus omnium
electorum Et primo describitur illorum innumera multitudo. 2o eorum glorie
magnitudo ibi stantes amicti stolis albis. 3o eorum pro victoria remuneratio
ibi Et palme in manibus eorum. 4to propter hoc divine collaudationis ab hominibus
expressio ibi Et clamabant. 5to laudis eorum ab angelis confirmatio ibi
Et omnes angeli etc. Dicit ergo primo Post hec id est post premissa audivi numerum fidelium

qui comprehenduntur in xii tribubus filiorum Israel. Vidi turbam magnam omnium fidelium ex gentibus congregatorum. Et dicitur secundum glosam perpetuum in filiis Israel signatam salvandorum considerationem. Huius figure virtus revelata est scilicet ex primedo gloriam et premia victorum. Vel aliter secundum Richardum post passionem laudum iustos qui passionem Christi presserunt post hoc vidi eos qui tempore gratie signum fidei acceperunt qui revera predecessoribus sunt multo plures. Ideo designantur per turbam magnam. Vidi inquit turbam magnam. Et in hoc designatur multitudinis collecte. Ubi in turba ubi multitudinis collecte [illegible] quam dinumerare nemo poterat id est nullus purus homo. Deus enim est qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat ait psalmista. Et idem dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. Illi enim poli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandorum. Et sic apud eum est finitus numerus electorum. Et apud hominem est infinitus. Unde secundum hominem est reddendum quod dicitur data hominibus est infinitus. Unde secundum hominem est dicendum quod dicitur [illegible] dinumerare nemo poterat id est nullus purus homo inquit Haymo. Et hoc ex omnibus gentibus id est ex omnibus barbaris aut glosa. Quod ideo dicit ne quis estimaret non esse signatos nisi de iudeis. Et quoniam in qualibet gente sunt multe tribus et in qualibet tribu multi populi et in omni populo multe lingue. Ideo sequitur et tribubus et populis et linguis ut expositum est de tribubus scilicet gentium et populis scilicet tribuum et linguis scilicet populorum. Et ex hoc patet multitudo glorie beatorum. Et quod quilibet beatus gaudebit de gloria alterius sicut de sua ut ait Anshelmus in fine prologion. Et Augustinus in multis locis. Et sequitur. Si enim invite confessionis dicit quantum gaudium est cum gaudere cum multis. Sed se in invite confessionis dicit quantum gaudium est qui gaudet cum multis sunt se in invite confessionis dicit quantum gaudium est qui gaudet. Et primo ondit beatitudo [illegible] fervescit. Consequenter manifestat gloriam electorum. Et primo ondit claritas ibi ex visione divine maiestatis. Secundo glorificationem corporum ex refulgentia claritatis ibi amicti stolis albis. Dicit igitur stantes. Nota turba non est collectivum et ideo supponit pro multis et quod sibi nisi per actus pluralis vero stantes per silemmissimum figuram locutionis secundum illud alterum. Cum collectivo iunctum plurale. Tres stantes igitur ante thronum id est ante regiam dignitatem divine maiestatis. Ut Richardus. Et in conspectu agni scilicet Christi hominis intelligendo de sanctis in patria. Stantes scilicet erecti ad deum et sibi intenti. Nam secundum Gregorium super Ezechielem. Stare enim est oculos mentis [illegible] erecti in contemplatione. Et sicut ubi stamus ubi figimus oculos mentis. Ita consequitur exterius ex aspectu consequitur interius ex aspectu claro divinitatis et humanitatis Christi secundum hoc dicit Augustinus super illo Iohannis X ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Vel secundum Haymonem per thronum certa designatur militans electorum que est sedes dei secundum illud sapientis anima iusti sedes est sapientie. Stat igitur turba magna ante thronum id est certa electorum ante sedem quod composita est a se et de prudet ne aliquid indecens faciat ait Haymo. Stat igitur certa in soli super id est animalia plena erant oculis ante et retro. Stat igitur certa in soli dicitur fidei et dilectionis. Stat dum animum suum in hiis roborat secundum illud fidei. Statuit super petram pedes meos. Stat etiam in conspectu agni quia de sua psalmus. Statuit super petram pedes meos. Stat etiam in conspectu agni quia de sua conscientia fida opera sua vult videri a deo a quo remunerentur. Unde et Helias dicebat vivit dominus in cuius conspectu sto. 3 Regum 17. Et Heliseus 4 Regum 1. Sequitur amicti stolis albis id est glorificatione corporum que per stolam albam designatur de prodeunti eo dicto date sunt illis singule stole albe. Et de 3 ambula in albis. Vel secundum Haymonem per stolas albas intelliguntur sinceritas bonorum meritum in albis. Vel secundum Haymonem per stolas albas intelliguntur sinceritas et puritas baptismatis in quibus vel purgatio occulti vel aperti martyrii vel ablucio fontis lacrimarum. Nam ante mediatoris adventum corda humani generis maculis peccatorum erant respersa. Sed dealbate sunt postea tribus modis superius dictis. Sunt enim multi qui has stolas post ablucionem baptismi mundas conservant quia nullum mortiferum crimen admittunt. Alii sunt qui diversis sceleribus coinquinatur. Sed ut ad pristinum decorem redeat sive occulto vel aperto martirio et gemitibus lacrimarum candescunt. Fit quia ut ob stolas habeat superius expressas. Et secundum eorum pro victoria remuneratio cum dicatur et palme in manibus eorum per palmas victorie triumphus et premium sive remuneratio designatur. Ipse quippe victoribus dari solet. Et [illegible] palme quo in manibus sunt electi. Dum vero virtus operationis exprimuntur palme quoque in manibus sunt electi. Dum quolibet modo triumphant de antiquo hoste et huius seculi voluptatibus palmas habent in manibus id est triumphum victorie de hostibus in operibus. Vel per manus intelligitur potestas iustus enim ut palma florebit inquit psalmista.

Jn illud Salvatoris Johannis x Nemo potest oves meas rapere de manu mea et
de potestate. per potestatem quippe quam accepimus ut filii dei essemus iuxta
illud Johannis primo dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in
nomine eius. Palmas habemus in manibus hoc est victorias cum de bonis
operibus contra dyabolum et incentiva carnis triumphamus. Cuius nimirum
victorie summa in capite membrorum consistit. Palme igitur in manibus
eorum insignium perfecte victorie que non habetur in vita presenti quantuncumque quis
vivit pure. Palmas igitur in manibus habere est victorias in operatione tenere.
Cuius operationis palma ibi retribuitur ubi iam sine dampno gaudetur
inquit beatus Gregorius omelia xvij super Ezechielem tractans illud Ezechielis xl ante frontes
pictura palmarum celata. Ubi subdit quod ibi palma victorie videlicet ubi iam
sine fine gaudebitur. Nam hic plerumque sanctos viros aspicimus mira agere
virtutes multas facere leprosos mundare demonia eicere tactu corporum
fugare prophetie spiritu ventura predicere. sed hec cuncta necdum palme sunt sed
adhuc pictura palmarum. Nam hec aliquando et reprobis. Unde et Salvator ait
Multi dicent michi in illa die domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine
tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor
illis quia nunquam novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Unum ergo signum
electionis est soliditas caritatis sicut dicitur Johannis xiij In hoc sciet omnis quia mei
discipuli estis si dilectionem habueritis ad invicem. Hec autem miracula que electi
faciunt longe dissimiliter a reprobis fiunt quia quod electi ex caritate hoc
reprobi student agere per elationem. Et quod eisdem electis opera mira
per caritatem faciunt non iam palme sed adhuc sunt pictura palmarum quia
de eis foris ostenditur quales apud omnipotentem deum intus haberentur. Ubi autem
eis palma erit ubi iam mortis corruptio non erit. Nam post exercitium
cuius apparet palma vel vincentibus dari cum mortuorum resurrectionis perducitur
fieri debeat j Cor xv. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale
hoc induere inmortalitatem. cum autem mortale hoc induerit inmortalitatem tunc fiet
sermo qui scriptus est Osee xiij iuxta translationem lxx ero mors tua. absorpta
est mors in victoria. ubi est mors victoria tua. ubi est mors stimulus tuus
Tunc erit perfecta victoria cum mors plene fuerit absorpta. Nunc omne ad quod
mirabiliter modo de signis agi conspicimus. non tam ipsam victoriam sed adhuc imaginem
victorie videmus. Ea ergo plerumque sanctis licet et in lecto sublimioribus po-
situm ad bona opera alii provocentur. virtutes et signa dantur. in frontibus interioris
edificii palmarum pictura ostenditur. De hiis vero qui in certamine martirii an-
tiquum hostem iam perfecte vicerunt. hic in libro dicitur. Et palme in manibus eorum
hec ibi. Et Tertio laudis expressio de magnitudine glorie beatorum. Et primo ab
hominibus secundo ab angelis ibi. Et omnes angeli et cetera. Primo dicit et clamabant
voce magna idest magno desiderio Voce enim magna non strepitu vocis sed de-
siderio summi sanctorum demum attigere ut dictum est supra in primo. iuxta illud
Desiderium pauperum exaudivit dominus et Domine ante te omne desiderium meum
Unde Augustinus in originali Continuum desiderium est continua vox. frequens carit-
atis plenitudo cordis est fragrantia caritatis clamor cordis est. Et desiderans
clamans. Oratio sine intermissione est desiderium. Hec ibi et ibidem hoc. Et ut dicit
Glosa Sancti clamant et in presenti et in futuro. In presenti vero clamant ad deum
multiplici clamore interne contritionis Ysaye xxiij Sume citharam circui
civitatem meretrix oblivioni tradita. Hec enim cithara quam sumere iubetur peccatrix
anima hec est cor contritum humilitate excavatum et confundatum atque cordis bonarum
cogitationum et affectionum dispositum ac paratum. Sicut enim in citharis et aliis
musicis instrumentis magnitudo gravitatis consonantiam dulcorat et adauget
Sic in cithara cordis humilitas contritionis dulcius sonat. Psalmista Voce mea ad
dominum clamavi. Ubi Augustinus non corporea que cum strepitu verberis promitur sed cordis
Solis ardor et estus nomine sepe solet tribulacio persecucionis designari. Unde et convenienter racius loquens ipse dominus in evangelio Mathei 13 dicit Quod super petram cecidit orto sole aruit sive estuavit ut dicitur ibidem 4to quia verbum vite in corde hominum terrenorum temporali momento viruerunt superveniente persecucionis ardore siccatur. Unde Gregorius in quadam homelia et 2 moralium Jacobi 17° Exortus est sol cum ardore. Super quod nolite nocere terre et mari neque arboribus vel vinum et oleum ne leseritis et sequitur in principio tamen dicitur quoniam agnus qui in medio throni est reget illos etc. Unde Haymo tamen vero sitire non esurient neque sitient neque solem vel estum patietur. Quoniam agnus id est Christus puros innocentes et mansuetos verus deus et homo. Qui est in medio throni omnibus ministrans fluenta gracie in via. Johannis vii° Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aque vive. Et eiusdem 4° Aqua quam ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Quomodo autem Christus sit in medio throni dictum est supra primo et 2° Christus est rex in medio fratrum in honore. Luce ix etc. Reget illos scilicet immediate in patria fideles autem in terra existentes reguntur ab eo per ministros ecclesie. Vel reget eos id est voluntates eorum ita disponet ut nichil possint velle nisi quod deus voluerit. Et deducet eos ad vite fontes aquarum id est ad affluencias et delicias et inde: fluencias glorie. Vel ad contuendam sancte trinitatis maiestatem. Quia psalmus Apud te est fons vite. Quem cervus desiderat ad fontes aquarum etc. Ysaie 12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. Unde dicitur fons vivus ob sui in se indeficientiam. Et fontes in plurali ob exuberantem multiplicitatem. Ysaie 58 cuius non deficient aque. Job 22 [23] Dabit pro terra silicem et pro silice torrentes aureos. In terra. Voluptas lacrime sunt infra aureos. Silice et pro silice torrentes aureos. In terra voluptas lacrime sunt infra pluraliter appellatur propterea In torrentibus aureis multitudo glorie. Et ideo unitas in plurali appellatur pme. In torrentibus aureis multitudo glorie. Et ideo unito non esurient neque sitient Ysaie 49 idem quod hic. Non esurient neque sitient amplius et non percutiet eos sol neque ullus estus quia miserator eorum reget eos et ad fontes aquarum potabit eos. Hic autem dicitur deducet eos scilicet contuendo in eis gloriam anime quousque cum hoc accipiat gloriam corporis in futura resurreccione. Et tunc erunt in fontibus aquarum vite per duplicem gloriam scilicet corporis et anime. Unde Nicolaus Lira. Et sequitur et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum scilicet liberando a periculis afflictionibus et molestiis. Nam ubi non habebit aliquam tristicie materiam sed plenum et perfectum consolacionem. Ysaie xxv Auferet omnem lacrimam ab omni facie. Et eiusdem 51 fugiet dolor et gemitus ab eis. Et sicut ait omnem lacrimam. Ut ait Haymo Varie sunt electorum lacrime. Nam alius contra plangit quia mala non egit. Alius quia bonum non fecit. Alius quia bonum non fecit. Alius quia dura correpcionis flagella sustinet. Alius quia a viciis impugnatur. Alius quia diu a regno peregrinatur. Unde dicitur Trenorum i° lacrime eius in maxillis eius. Sed in gloria deus auferet omnem lacrimam ab omnibus molestiis liberando et omnibus desideratis saciando. Ysaie 84 [65] Et non audietur in ea ultra vox fletus et vox clamoris. Mathei v Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Johannis xvi Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. Et ex dictis patet quod multitudo glorie electorum considerandi predicta. Nam ut dicit Augustinus sermone vi de martiribus Quid illa vita beatius ubi non est paupertatis metus non egritudinis imbecillitas. Nemo leditur nemo irascitur nemo invidet nulla cupiditas exardescit nullum ibi desiderium nulla pulsat honoris et potestatis ambicio nullus ibi dyaboli metus insidie demonum nulle terror gehenne procul mors neque corporis neque anime sed immortalitatis munere iocunda erit vita. Nulla erit tunc usque discordia sed cuncta consona cuncta convenientia quia omnium erit sanctorum una concordia pax cuncta continet et leticia tranquilla sunt omnia et quieta. Iugis splendor non iste qui nunc est sed tanto clarior quanto felicior quia civitas illa sicut legitur Apocalipsis 21° Non egebit sole quia deus omnipotens illuminabit illam et lucerna eius est agnus. Ubi sancti fulgebunt ut stelle in perpetuas eternitates et sicut splendor firmamenti qui erudiunt multos. Daniel xii Quapropter nox ibi nulla nulle tenebre concursus nubium nullus nec frigoris nec ardoris asperitas ulla sed talis quedam erit rerum temperies quam nec oculus vidit nec auris audivit

Nec in cor hominis ascendit nisi illorum qui ea percipere digni inveniuntur quorum
nomina scripta sunt in libro vite qui et laverunt stolas suas et dealbaverunt
eas in sanguine agni et sunt ante thronum dei et serviunt ei die ac nocte
Non est senectus ibi nec senectutis miseria dum omnes occurrunt in virum
perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Verum super hec omnia
consociari angelorum et archangelorum cetibus thronis et dominationibus
principatibus et potestatibus omniumque celestium supernarum virtutum contubernio perfrui
et intueri agmina sanctorum splendidius sideribus micantia patriarcharum fide fulgentia prophetarum spe letantia apostolorum in duodecim tribubus israel
orbem iudicantia martirum purpureis victorie coronis lucentia virginum quoque choros candentia serta gestantes inspicere. De rege autem qui horum medius residet dicere
vox nulla sufficiet. Effugit namque omnem sermonem atque omnem sensum humane mentis
excedit decus illud illa pulcritudo illa virtus illa magnificencia illa maiestas.
Vult enim omne sanctorum gloria est ipsius inestimabilem conspectum aspicere
et splendore maiestatis eius irradiari et ibidem infra. Preterea si cotidie nobis
oporteret tormenta perferre si ipsam gehennam parvo tempore tolerare ut christum videre
possemus in gloria venientem et sanctorum eius numero sociari. Non erat
dignum pati omne quod triste est ut tanti boni tanteque glorie participes haberemur.
Et ibidem. Que nam erit illa iustorum gloria quanta gaudia sanctorum letancium
cum unaqueque facies fulgebit ut sol cum ordinibus distinctis populum suum
in regno patris sui ceperit recensere et meritis atque operibus singulorum premia
promissa restituere pro terrenis celestia pro temporalibus sempiterna pro
modicis magna prestare adducere sanctos in visionem paterne glorie et facere
celestibus considere ut sit deus omnia in omnibus eternitatem quoque amatoribus suis
et inmortalitatem largiri ad quam nos sanguinis sui vivificatione
reparat denuo ad paradisum reducens regna celorum fide et veritate sue pollicitationis aperire. Hec si habeant fixa sensibus nostris hec si intelligantur
plena fide et corde toto diligantur. Hec indesinenter operum magnitudine
dignata est. Res posita est in potestate facientis et regnum celorum vim patitur.
Res ista o homo scilicet regnum celeste aliud non querit precium nisi te ipsum
valet quantum es. Tu te da et habebis illud. Quid turbaris de precio.
Christus semetipsum tradidit ut adquireret te regnum deo patri. Ita et tu te ipsum da
ut sit regnum eius ac non regnet peccatum in tuo mortali corpore sed spiritus et
acquisitum vite. Ad hanc usque christum salutarem palma habet ac promerentur
certemus omnes in agone iustitie deo et christo spectante currentes.
Qui seculo et mundo iam esse maiores cepimus cursum nostrum nulla seculi
et mundi cupiditate tardemus. Si expeditos si celeres in hoc opere agentes
currentes dies nos ultimus invenerit numquam dominus meritis nostris ad premium
deerit remunerator. Qui in certamen in persecucione purpuream pro passione
donabit ipse pace vincentibus pro iusticie meritis dabit et candidam coronam
ut Abraham ut Ysaac ut Jacob occisi sunt et tamen fidei et iustitie meritis
honorati inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad quorum congregatam convivium
quisquis fidelis et iustus et laudabilis invenitur memores esse voluntatis
non nostram sed dei facere debemus qui fecerit eius voluntate manet
eternum. Humanitatis mente integra fide firma virtute robusta caritate perfecta
parati ad omnem voluntatem dei simus conservantes fortiter dominica mandata
in simplicitate innocentiam in caritate concordiam in humilitate dilectionem in
ministracione vigilanciam in adiuvandis laborantibus misericordiam in fovendis
pauperibus inanem in defendenda veritate constanciam in disciplina severitatis
tenuerimus. Nec aliquid ad exemplum benefactorum desit in nobis.
Hec sunt vestigia que nobis sancti quique redeuntes ad patriam
reliquerunt ut illorum semitis inherentes consequeremur et gaudia. Et
dicitur quod pro multitudine glorie et felicitatis electorum. Nam ut dicit Augustinus
22 de civitate dei capitulo ultimo. Vera erit illa felicitas ubi nullum erit malum
nullum latebit bonum vacabitur dei laudibus qui erit omnia in omnibus et
erit illius civitatis et una in omnibus et inseparabilis in singulis

hereat

voluntas libera ab omni malo liberata et impleta omni bono fruens indeficienter eternorum iocunditate gaudiorum, oblita culparum oblita penarum etc. Non intelligendum oblita sit culparum quo ad erubescentiam [illegible] quo ad sciendum vel quo ad punitionem non quo ad cognitionem [illegible] ibi diffuse declarat. Et dicit idem beatus augustinus sermone vi de innocentibus [illegible] illa vita beatus etc. require b

Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silencium in celo quasi media hora usque ibi septem angelos. Et vidi. Septima pars principalis 2e visionis que fuit de misteriorum revelacione et illuminacione ecclesie per libri et septem eius apertionem et sigillorum apercionem que incepit [illegible] et duravit usque ad hoc capitulum sequens et continuatur. Postquam in primi sigilli apercione declaratus est status ecclesie primitive in albi equi ostensione. In 2o 3o et quarto bellum eius tractatum scilicet a fundentibus sanguinem a persecutione hereticorum et a dolosa fictione fratrum. In quinto gloria tunc [illegible] In sexto que ventura sunt tempore antichristi [illegible] etiam quibus at hec est apercio septimi sigilli que nil aliud est quam manifestacio status futuri post mortem antichristi cum dabitur pax ecclesie. Et quo tempore durabit. Unde status ille qui [illegible] latuerat clausus in scriptura [illegible] ostenditur sigillum septimum aperire dicit quod. Et cum aperuisset sigillum septimum id est silencium secretum futurum post mortem antichristi manifestasset factum est silencium in celo quasi media hora id est pax et tranquillitas ex omni parte brevem tempore quia cito post hoc veniet dominus ad iudicium. Unde daniel propheta [illegible] notificavit temporis persecucionis antichristi per dies mille ducentos nonaginta subdit xii capitulo libri sui dicens beatus qui expectat et pervenit ad dies mille trecentos 45. Super quo dicit glossa. Domini interfecto antichristo ad peractum [illegible] dies 45 prestabunt hominibus per quos dominus in maiestate venturus est. Quod spacium dicitur hic silencium media hora. Unde glossa interlinearis dicit dies 45 pacis post mortem antichristi 45 [illegible] annectuntur ad probacionem pacie [illegible] quia regni dilacio est [illegible] pacie probacio et ad penam subversorum. Concordat glossa prima ad thessalonicenses ultimo dicens post mortem antichristi 45 dies concedentur hominibus ad penitenciam qui lapsi fuerint in persecucione [illegible] ibi sicut deus dedit 42 annos iudeis ad penitendum post passionem Christi usque ad destructionem civitatis ierusalem per vespasianum et titum. Ita ex sua [illegible] dabit spacium penitendi hominibus usque ad extremum iudicium. Subdit glossa ubi supra [illegible] autem antichristo gaudebunt illis diebus ducentes uxores et convivia celebrantes [illegible] pace existentes atque dicentes [illegible] mortuus sit [illegible] et securitatem et tunc talia dixerint superveniet eis interitus [illegible] et subitus sicut est dolor mulieris habentis in utero et non effugient. Unde dicit alia glossa super epistolam 2am ad thessalonicenses 2o [illegible] antichristo interempto non statim veniet Christus [illegible] ad iudicium sed ut ex libro daniel habetur [illegible] electis ad penitendum dies 45. Subdit glossa [illegible] spacium sit futurum inter illos 45 dies et finem mundi nemo scit nisi forte fuit [illegible] neque angeli. Revelatum matthei 24 De die autem illa et hora nemo scit neque angeli celorum nisi pater solus. Sicut autem fuit in diebus noe ita erit adventus filii hominis [illegible] erat ante diluvium comedentes et bibentes nubentes et nuptui tradentes usque ad eum diem quo intravit in archam noe et non cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes ita erit et adventus filii hominis [illegible] adventum Christi ad iudicium dicentes patet quod aliquid inter mortem antichristi et adventum Christi ad iudicium erit 45 dies [illegible] utrum precise vel non cum non est certum. Tenent tamen [illegible] doctores quod inter finem persecucionis antichristi et finale iudicium mundi breve tempus debeat mediare [illegible] super matthei exponens illud statim autem post tribulacionem dierum sol obscurabitur dicit tribulacionem autem dierum antichristi et pseudo prophetarum tribulacio non erit magis tot exitibus [illegible] deceptoribus et subdit non simpliciter dixit post tribulacionem illam sed addidit statim [illegible] non confestim adveniet [illegible] illud spacium breve dicit [illegible] silencium in celo

c in ecclesia militante quasi media hora. Et tangit Gregorius xxx moralium
tractans illud Job xxxix Cui dedi in solitudine domum exponit ista de
spirituali dicens. Celum quippe ecclesia electorum vocatur, que ad eterna sublimia
dum per sublevationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis co-
gitationum tumultus premit atque intra se deo quoddam silentium facit. Quia
quidem silentium contemplationis quia in hac vita non potest esse perfectum factum me-
dia hora dicitur. Nolenti quippe animo cogitationum tumultuosi se strepitus
ingerunt etiam sublimibus intendentem rursus ad respicienda terrena
cordis oculum violenter trahunt. Unde dicitur Sapientie ix Corpus quod
corrumpitur aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem. Recte ergo factum hoc silentium non integra sed quasi media
hora describitur, quia hic contemplatio nequaquam perficitur, quamvis ardenter
inchoetur. Et introducit ibi Gregorius illud Ezech xl In calamo sex
cubitorum et palmi dicens. Quod etiam per Ezechielem prophetam congruenter
exprimitur, qui pro mensura civitatis in monte condite in manu una
calamum sex cubitorum et palmi se vidisse testatur. In monte quippe electorum
ecclesia sita est quia fundata in infimis desideriis non est. Quid autem per
cubitum nisi operatio, quid per senarium numerum nisi perfectionis integritas
ostenditur, quia et sexto die cuncta domini opera explesse memoratur.
Quid ergo super sex cubitos palmus insinuat, nisi contemplationis vim, que
iam initia eterne et septime quietis inchoat. Quia cum etiam contemplatio
hic minime perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Electorum itaque
ecclesia quia cuncta que operanda sunt perficit in sex cubitis sese in monte
positus civitatis extendit. Quia vero hic adhuc sola initia contemplationis
incipit, de septimo cubito non nisi palmum tangit. Hylarius vii in terra
factum fuit silentium Christo in carnem veniente. Sapientie xviii Dum medium
silentium tenerent omnia. Et in celo fuit silentium Lucifero cadente qui
inquietabat plurimos infra xii Et factum est prelium magnum in celo et ibidem pre-
iectus est draco etc. Et sic factum est et futurum est silentium in celo id est in
ecclesia militante mortuo antichristo ut dicitur hic. Et perfectum erit silentium
in celo id est perfecta pax et tranquillitas ab omnibus molestiis et laboribus
infra xiiii Et modo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.
Ysaie 32 Et erit opus iustitie pax et cultus iustitie silentium [illegible]
et securitas usque in sempiternum. Et sequitur Et sedebit populus meus in
pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie et in requie opulenta.

Et vidi septem angelos stantes in conspectu dei Et date sunt illis
septem tube Et alius angelus venit et stetit ante altare habens
thuribulum aureum Et data sunt ei incensa multa ut daret de orationibus sancto-
rum omnium super altare aureum quod est ante thronum dei Et ascendit fumus
incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo. Et accepit angelus
thuribulum aureum et implevit illud de igne altaris et misit in terram
Et facta sunt tonitrua et voces et fulgura et terre motus magnus
Et septem angeli qui habebant vii tubas paraverunt se ut tuba canerent.
Terminata 2a visione de revelatione misteriorum et illuminatione ecclesie per libri et
sigillorum eius reserationem et per sigillorum apertionem. In hoc capitulo octavo
incipit tertia visio principalis de triumpho ecclesie illuminate et de ruina
partis adverse et est de vii angelis clangentibus tubis ad victorie triumphum
ecclesie ostensionem et ad ruine adversariorum insinuationem sicut fuit de ruina
civitatis Jericho clangentibus tubis ut insinuat glosa. Et durat ista
visio tertia usque ad capitulum xii Et dividitur principaliter in 2 partes. Primo an-
tecedentium ad clangorem tubarum premissio. 2o de angelis clangentibus pro-
secutio ibi Et primus angelus tuba cecinit. In prima premittuntur quatuor
antecedentia. Primo angelorum quibus canunt dande tube descriptio. 2o
tubarum eis collatio ibi Et date sunt illis septem tube. Tertio illius a quo

sunt date specificatur ubi et alius angelus venit et quartus angelorum ad clan-
gendum tubis preparatio ubi et . i . angeli qui habebant / Quantum ad primum
dicit Et vidi scilicet visione intellectuali sive spirituali Septem angelos per quos
figurantur universi predicatores ecclesie a deo missi [illegible] Septem stelle / i . angeli sunt
septem ecclesiarum Qui quidem predicatores bene angeli vocantur quia
verba eterna nobis annunciant de quibus dicitur Ysaie xxxiii angeli pacis
amare flebunt Et hii uno septenario exprimuntur quia vero septiformi spiritu
replentur Vel quia universitati credentium preponuntur universitas autem in septe-
nario significatur quia septem diebus universum tempus comprehenditur ut ait
Gregorius super Ezechielem parte 2 omelia xiii et Augustinus similiter xi de civitate dei capitulo 29
totus impar numerus primus est totus par quaternarius Ex quibus duobus
septenarius constat Ideo pro universo sepe ponitur sicut est Septies cadit
iustus et resurget id est quotiescumque ceciderit non perit quod non de iniqui-
tatibus sed de tribulationibus intelligi voluit ad humilitatem producentibus
Et septies in die laudem dicam tibi quod alibi aliomodo dictum est Semper
laus eius in ore meo et multa huiusmodi in divinis auctoribus reperiuntur
in quibus septenarius pro cuiuscumque rei universitate poni solet [illegible]
eodem septenario uno significatur spiritus sanctus de quo dominus ait docebit
vos omnem veritatem Iohannis xvi Vel ideo uno septenario exprimuntur quia fidem
trinitatis predicant per quatuor partes mundi Vel quia . i . per eum traditur / i . virtutes
plantantur Et . i . fasciculeta diruuntur [illegible] Ieremie primo Constitui te super
gentes et regna ut evellas et destruas disperdas et dissipes sed vicia
que per modum committuntur scilicet delectatione consensu opere et obstinacione
Ideo ponit per verba adidem pertinencia et sequitur et edifices scilicet mores
et plantes fidem et virtutes Vel quia in singulis statibus ecclesie qui sunt
septem erunt predicatores etiam prelati ostendendo premia bonorum
et supplicia malorum et angelos inquam stantes in conspectu dei non
ocio torpentes sed ad divinum obsequium et ad laborandum paratos Item non
curvos terrenorum amore et mundano timore vel carnali voluptate in-
glorios stantes id est laborantes non timore carnali Item stantes id est ad celestia ere-
ctos corde et divina contemplantes gloriam dei querentes et intendentes ut sunt
3 Regum xvii dixit Helias vivit dominus Israel in cuius conspectu sto Gregorius
super Ezechielem parte 2 omelia prima Ibi stabat ubi cor figebat et ibi stamus
ubi oculos mentis figimus ad Ephesios vi In omnibus perfecti stare Et subditur
2m autem scilicet tubarum eis collatio cum dicitur Et date sunt illis
septem tube scilicet auctoritas et potestas sacre predicationis sive officium predicandi
universalem misteria sacre scripture septiformi spiritu inspirata Unde ut ait
Haymo Scriptura tube comparatur eo quod magna predicat et annunciat Que
per septiformem spiritum dictata est et intelligentibus reserata ait idem
Et sicut per tubas earum clangoribus corruerunt muri Iericho per
septenum circuitum septimo die Iosue vi / quia contra septem que sunt
in mundo dicunt predicatores scilicet contra inordinatum amorem divitiarum contra
amorem deliciarum contra amorem honorum / contra amorem carnalem
amicorum contra oblivionem dei contra ignorantiam sui et contra oblivionem
futuri iudicii / hii sunt . i . funes quibus Sampson fuit ligatus / sed
irruente in eo spiritu dirupit eos sicut filum stupe dissolvi solet ad ar-
dorem ignis Iudicum xvi / Sampson interpretatur sol eorum hoc est
predicator qui exemplo vite sue et luce doctrine debet alios informare et illu-
minare Mathei v Vos estis lux mundi Unde patet quod inde etiam ecclesie in predica-
tione quod sit munitio mundi cum suum officium sit diruere muros Ie-
richo Sacerdotes tulerunt tubas quarum usus est in iubileo et clangentes
et septies circuientes civitatem in septimo circuitu tubis clangentibus muri Ie-
richo funditus corruerunt Sacerdotes tubis clangentes typum gerunt predicatorum
qui dicitur in Mathei tene tubas et clange ore id est opere comple quod predicant
ore Sicut de domino dicitur Actuum primo Cepit Iesus facere et docere Septem circuitus
Iericho / sunt . i . considerationes mundi quas si predicatores haberent / fecerunt in corde
et in ore tunc muri Iericho et in se primo corruerent et postea in aliis
corruere facerent Prima est consideratio vanitatis quia vana sunt omnia que
sunt in mundo

Eccl. primo vanitas vanitatum dixit eccles et omnia vanitas Sapie v° trans
ierunt hec omnia velut umbra ad Ro viii° vanitati creatura subiecta est
Hester filii hominum usquequo / 2ª est consideratio vilitatis ad phil. 3 omnia arbi
tratus sum ut stercora quibus nichil est vilius / 1 Joh 2 omne quod est
in mundo etc. Tercia est consideratio brevitatis Eccl x omnis potentatus
brevis vita / 1 Cor vii preterit figura huius mundi / 1 Joh 1 et transit mundus
et concupiscentia eius. Quarta est consideratio instabilitatis Trenor 2° princeps
peccavit ideo instabilis facta est Ysaie 6 3 impii quasi mare
fervens quod quiescere non potest Quinta est consideratio infidelitatis Jerem ix
unusquisque se a proximo suo custodiat et in fratre suo non habeat fiduciam
Ozee 4° non est misericordia nec veritas nec scientia dei in terra Luce xviii°
filius hominis cum venerit putas inveniat fidem in terra Sexta est
consideratio falsitatis sive ypocrisis Naum 3 omnis qui te viderit resiliet a te
Septima consideratio malignitatis / 1 Joh 5 totus mundus in maligno
positus est Caveat ergo predicator ne reedificet in se Jericho
et incurrat maledictionem Josue vi° In tempore illo imprecatus est Josue
dicens Maledictus vir coram domino qui suscitaverit et edificaverit
Jericho in primogenito suo fundamenta illius iaciat et in novissimo
liberorum ponat portas eius Unde quod dicitur in litera possit
esse thema in sinodo et figurat 4or que debent esse in predicatoribus
et prelatis Quorum primum est vite perfectio et spiritus plenitudo ibi
Septem angelos Secundum est elevata contemplatio et recta intentio
ibi stantes in conspectu dei Tercium est sacre predicationis tercia vali
tudo ibi septem tube Quartum est auctoritas prelatis ad predicandum
a deo collata ibi date sunt eis Quia enim predicabunt nisi mittantur
ad Ro x Nota predicatio verbi dei comparatur voci tube Johelis 2°
et ut similiter vos audiat et
Canite tuba in Syon / et apte predicate ut similiter vos audiat et
parentur omnibus Ysaie 58 Quasi tuba exalta vocem tuam vox
enim tube est animativa et terribilis utuntur enim homines tubis
in prelijs et in publicis ministerijs est enim consolativa et delectabilis utuntur
in prelijs et in publicis ministerijs Num x Si exieritis ad bellum
enim homines tubis in nuptijs et convivijs Num x Si exieritis ad bellum
de terra vestra contra hostes qui dimicant adversum vos clangetis ulu
lantibus tubis et erit recordatio vestri coram domino deo vestro ut eruamini
de manibus inimicorum vestrorum Et ibidem Si quando habebitis epulum et dies
festos et kalendas canetis tubis super holocaustis et pacificis victimis
ut sint vobis in recordationem dei vestri etc. Sic et predicatio verbi dei
homines terret quando est de dei iusticia / impios animat quando est de spirituali pugna
homines consolatur quando est de dei clemencia / et summe delectat quando est
de eterna gloria / adhuc sicut tuba ex parte tubantis est stricta et
ex parte aliorum est lata Sic predicatio exigit ut predicator circa vicium
suum sit austerus et circa alios sit benignus Unde Crisostomus super Math dicit
sicut prelato dicitur circa vitam tuam esto austerus circa vitam
aliorum benignus audiant homines parva mandantem et magna facientem
Utrum aliquis licite possit predicare sine auctoritate sine licentia superioris prelati
videtur quod sic quia predicare est bonum tale facere licet omnibus quia bonum operari
ad omnes ad Galathas v° etc. Item dicit Eccl. xvii unicuique mandavit
deus de proximo suo sed in contrarium est quod hic dicitur Et date
sunt eis tube septem ideo etc. Idem arguitur dis. xvi 12 q. 2 c. 9. 28.
Et nullus quantumcumque sit magne vel cuiuscumque sanctitatis nisi missus
a deo vel a prelato potest licite predicare Racio quia nullum agens naturale
est agere nisi super debitam materiam. predicatio autem est exhortatio et doctrina
eterna si sit publica respiciens totam ecclesiam Tota autem cura et cura pu
blica ecclesie commissa est prelatis Et ideo nullus debet aliquid exercere
quod respicit auctoritatem publicam nisi auctoritate prelati / ad primum ergo dicendum
quod cuilibet licet facere bonum sibi proporcionatum non autem quodcumque bonum
Ad secundum dicendum quod mandavit deus unicuique monere proximum privata monitione
et familiari non autem publica nisi auctoritate prelati / Et vidi Et alius
angelus venit etc. Positis duobus antecedentibus clangore tubarum scilicet angelorum

quibus erat date tube describendi et tubarum eisdem collacionem Subditur
unum autem quod est de illius a quo date sunt tube specificacionem tum dicitur
Et alius angelus venit ubi specificatur angelus ille a quo date sunt
dicte tube quia a Ihesu Christo incarnato Et ponitur in 3ᵇᵘˢ versibus primo punctis
sue incarnacionis figuratio 2º oracionum sanctorum omnium per ipsum gratificatio
et sue passionis figuratio ibi Et data sunt ei incensa multa 3º sui
ipsius passioni voluntaria expositio et ad sustinendum ipsam passionem fer-
vida affectio ibi Et accepit angelus thuribulum et [illegible] ad primum
dicit Et alius angelus venit et stetit ante altare Iste alius angelus
secundum Haymonem intelligitur Christus Ihesus qui est magni consilii angelus Ysaye ix
secundum aliam litteram quia ipse enim est paterne voluntatis nuncius ait idem Iohannis 1º
Unigenitus qui est in sinu patris ipse enarravit nobis Et bene dicitur
alius angelus quia cunctis creaturis et gracia et sanctitate et virtute
potencia sapiencia et dignitate prelatus venit et humanitatem assumpsit hic
carnem humanam et animam racionalem in unitatem suppositi sibi univit
Iohannis primo In propria venit Iohannis xvi exivi a patre et veni Et Augustinus de
verbis apostoli sermone viiiᵒ Hic erat Christus et venit hic erat per di-
vinam maiestatem et venit per humanam infirmitatem Quia ergo venit
per infirmitatem humanam ideo predicans adventum eius apostolus dixit
humanus sermo et omni accepcione dignus quia Christus Ihesus venit in mundum
peccatores salvos facere 1 Thimothei 1º Et idem in omelia super missus est Venit
creator mundi ex mundis visceribus effusus in mundum et novo mi-
raculo natus in mundo ut mundum immundum redderet mundum Et ille
Sed queritur de ordine littere Cum a Christo sunt tube date et officium
predicacionis ergo prius fuit determinandum de isto angelo quam de illis
Dicendum secundum Petrum quod preponens angelos tubas accepisse reddit ex-
ponens qualiter acceperant Et est quedam recapitulatio Unde Haymo dicit Ordo pre-
posterus est in hoc loco quia prius venit unus angelus ante altare habens
thuribulum aureum in manu sua et sic septem angeli acceperunt
septem tubas Secundo queritur qualiter dicitur quod ab isto angelo date
sunt tube id est officium predicacionis [illegible] Certe enim habuit ecclesia
officium predicacionis et prophetas utique ex parabola de vinea Mathei xx
Ad hoc respondet Beda dicens quod licet ante adventum domini predicaverunt certa
non tamen ubique donec fuit spiritu confirmata et donec in omnem terram
exivit sonus apostolorum Hic igitur venit et stetit ante altare tum
aureo thuribulo ut ostendit quod ipse est verus pontifex futurorum bonorum
ad Hebreos ix Sacerdotis quippe ministerium est altari assistere et aptatum
aromatibus thimiama solicite cremare ait Haymo Ipse non est angelus
angelorum et pontifex pontificum ait idem Unde loquitur hic metha-
phorice Nam per altare secundum Haymonem significatur ipsa eterna que igne divini
amoris accenditur et unum sacrificium et cor contritum offert domino semetipsam
mactabat ut fiat hostia vivens et Deo placabilis ad Romanos x Ante hoc altare
stat angelus iste verus scilicet pontifex per quem omnia nostra munera
deo patri mittimus Unde et sacerdotes in suis fere singulis oracionibus
eius memoriam faciunt ut per illum exaudiantur dicentes per dominum
nostrum Ihesum Christum et Haymo Vel per altare significatur crux Christi in qua
seipsum obtulit deo patri pro nobis Ysaye 19 In die illa erit altare
domini in medio Egipti terre et titulus domini iuxta terminum eius quia super
caput eius posuerunt causam ipsius scriptam Ihesus Nazarenus rex Iudeorum
Mathei 28 altare enim dicitur quasi alta ara secundum Papiam Unde altare
est eminencia altarum deo dicatum super quod adoratur et ad sacrificandum
est ipsum placandum institutum Et ideo congrue significat sanctum
deo et ipsum placandum institutum Et ideo congrue significat sanctum
crucem Ysaye lxii Offerent super placabili altari meo et domum ma-
iestatis glorificabo Et bene dicitur placabili quia per crucem placatus est
nobis deus pater Et advertendum quod signanter ait venit et stetit ante altare
per hoc innuit et ostendit Christi humanitatem et divinitatem Venit quippe
scilicet ad humanitatem per quam habuit transire de loco ad locum

Stare aut ptinz ad diuinitatem per quam vbiqz ps est et imobilis
Juxta illud Jereme 23 Celum et terram ego impleo Vn augustinus
de verbis domini sermone xvijo diuinitas xpi stat humanitas aut[em] tn
Et btus Gregorius xvo moralium tractans illud Job 4 Cum spus pnte
me transiret stetit quidam cuius no agnoscebam vultum dicit Stare so
lius conditoris est per quem no transeuntem cuncta transeunt et in quo
aliqua ne transeat retinetur Vnde et redemptor nr quia diuinitatis eius
status capi ab huma mete no potuit Sz nobis ad nos veniens
creatus natus mortuus et sepultus resurgens atqz ad celestia rediens
quasi transeundo durauit Quod bn per cecum illuminato cero innuit
cui transiens auditus prebuit sed stans oculos reparauit luce 18 am x
per humanitatis ergo dispensacione transire habuit per diuinitatis vero po
teciam qua vbiqz est ps stare Voces igitur cecitatis nre domi
nus audit transiens quia humane miserie factus homo miseratus
Stans aut lucem reparat quia infirmitatis nre tenebras ex virtute di
uinitatis illustrat Et in 19 moralium tractans illud Job 28 Deus intelligit
viam eius et ipse nouit locum illius dicit Coeterna dei sapia aliter
viam eius et ipse nouit locum illius Viam teneri nobis pt cor
poralem viam atqz aliter locum scilicet no localem Viam eni nos per
poralis dns Viam eni hz p humanitatis transitu locum vero per
statum diuinitatis Vnde et non transit vnde eterna est sz inde transit
vnde ppt nos apparuit temporalis Dicit namqz in ewo scriptum est quia
egredientes ab iericho duo transibat Duo aut ceci clamantes iuxta viam
clamauerunt domine miserere nri fili dauid Mathei 20 Ad quorum vo
ces stetit dns et lumen illis reddidit Quid est aut
sicut illic scriptum est stetit dns et lumen illis reddidit Quid est aut
transiendo audire Stando lumen restituere nisi quod per humanitatem suam
nri miseritus est qui per diuinitatis sue potenciam a nobis mentis nre
tenebras exclusit Et in ppt nos natiuis passus est quod resurrexit
ascendit in celum quasi cecus transit quia minime iter actio temporalis est
Sz Stans cos tetigit et illuminat quia no sicut illa dispensacio tpa
lis ita verbi eternitas transit que in se manens innouat oia Stare
enim dei est incommutabili cogitacione mutabilia cuncta disponere
Qui in quo voces petencium transiens audiunt stans lumine reddidit
Quia quod ppt nobis temporalia contulit inde tam nobis lucem tribuit vn
Quia quod ppt nobis temporalia contulit sine mutabilitate transitum nescit Et ibi dicit quod xpus crucifixus est
ex infirmitate viuit tamen ex virtute 2 Cor vlt Ideo recte hic ait
venit et stetit ante altare Quia quanto agnum stante tamqz occisum
Sequitur in lra huius thuribulum aureum in manu sua pr corpus
suum scilicet ait augustinus hic et haymo Quid per thuribulum in quo
ignis ponitur nisi corpus domini intellige Deinde Tenet et accepit
Quod thuribulum quando sue diuinitati nram iunxit mortalitatem Quod
thuribulum aureum bene dicitur quia videlicet in ipso sunt omnes
thezauri sapie et scie dei ad Coloss 2o et in ipso habitat plenitudo
diuinitatis et pro eius quod in ipse complacuit omne plenitudinem
diuinitatis habitare Auri siquidem nomine ipsa diuinitatis
intima claritas designatur Sicut canticorum qo Sponse species descri
Caput eius aurum optimum Quia enim caput xpi deus Vechil
vero in metallis auro fulgeriu Sponsi caput aurum
dicitur quia eius humanitas ex diuinitatis sue claritate
nobis principatur Inquit beatus Gregorius 3o moralium
Vel aureum racione plenitudinis spiritus Vnde Bede dicit
thuribulum aureum igne plenum induit quia non ad mensuram
dat deus spm scilicet xpo Johannis 3o Et de hoc thuribulo
dicitur in figura Leuitici 16 Assumpto thuribulo intrabit
in sancta sanctorum Et numeri 16 Tolle thuribulum et hausto
igne de altari perge ad ppulum Vnde posset esse thema in passione
Stetit an altare habens thuribulum aureum Et figuratur tam ppl[u]m
est sacre crucis figuratio ibi ante altare per quod crux significatur

Exodi xxx ffacies altare ad adolendum thimiama de lignis sethim · 2o
figurat dei patientis immaculata puritas et a debito passionis immunitas
ubi thus thuribulum aureum · per quod humanitas assumpta a xpo
ab omni peccato pura significatur · de quo in figura 3 Reg vii ffecit salo
mon thuribulum ex auro purissimo Ecci 50 Quasi vas auri so:
lidum ornatum omni lapide precioso Turibulum apertum est superius
et clausum inferius · per quod significatur quod corpus xpi non ope virili
v humano sed superiori v divino formatum est et factum Luce po Spus
sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi v umbra
capiet in te et de te umbra · ut dicit Gregorius xviii moralium a lumine
forma et corpore domini aut per divinitatem lumen est qui mediante anima
in eius utero dignatus est fieri corpus · Ea quod lumen incorporeum in eius
exat utero corporandum · ei quod incorporeum accepit ad corpus dicitur
virtus altissimi obumbrabit tibi v corpus humanitatis in te accipiet
incorporeum lumen divinitatis Item thuribulum habet multa foramina Et xpus
in suo corpore habuit multa vulnera Cantic 2o Veni columba mea in
foraminibus petre v in vulneribus xpi Ierime xl 8 Estote quasi columba nidificans
in summo ore foraminis Et sicut in thuribulo · foramina sunt in parte superiori
Sic xpus non ex culpa sua sed ex mera sua voluntate fuit Ysaie 53
oblatus est quia ipse voluit · non quia meruit · quia peccatum non fecit · nec inventus
est dolor in ore eius · aureum autem dicitur non deauratum · quia non aliunde
sunt sanctificatum sed in se sanctum Luce po Quod nascetur ex te sanctum vocabitur
filius dei Ierime 23 Suscitabo David germen iustum v xpum qui fuit iustus
in genere Et Nonk dicitur hoc thuribulum aureum in maiori scla v in po:
testate et obedientia et subiectione quia quando et quod voluit natus et passus est
et resurrexit Item quia beata anima eius non habuit rebellionem ad corpus
nec corpus eius pugnam ad animam · quia non habuit peccati fomitem qui nobis
est origo rebellionis · Unde ad Gal 5to Caro concupiscit adversus spiritum
et spiritus adversus carnem Et hoc figuratum fuit Gen viio Ubi omnia alia
fuerunt pacata in archa v omnes motus concordes in xpo Iob ps Anima
mea in manibus meis semper Iob 13 animam meam in manibus meis
porto Ezo in vis istis figuratur xpi in divinitate impassibilitas ibi Stetit
Amos ix Vidi dominum stantem super altare In hoc altari scilicet crucis
seipsum immolavit pro nobis ad Hebr vii accedens per semetipsum ad deum
semper vivens ad interpellandum pro nobis Et de oblatione sui in hoc altari
dicit Augustinus x libro de civitate dei c vi quia seipsum obtulit in passione
in qua ipse est sacerdos et sacrificium et ibi bene de hoc · Et quia ipse se
obtulit pro humano genere redimendo et deo sanctificando ideo sequitur figuratur
sanctificatio omnium fidelium per ipsum cum dicitur Et data sunt ei scilicet xpo
incensa multa de orationibus sanctorum omnium v orationes deo acceptabiles ut daret
super altare aureum quod est ante thronum dei v super semetipsum deo patri
offerret secundum Bedam et alios expositores Nichil enim est deo gratum · nisi
per ipsum et eius fidem fuerit oblatum Ipse enim est semper vivens ad interpellandum
pro nobis ad Hebr vii Et i Iohis 2o Advocatum habemus apud patrem
Ihm xpm Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris i ad Thy 2o Unus est
mediator dei et hominum qui dedit semetipsum redemptionem pro nobis
Et de hoc Augustinus x libro de civitate dei c vi Opera misericordie sunt vera
sacrificia · at per hoc efficitur · ut tota redempta civitas v congregatio sanctorum
societas quasi sacrificium universale offeratur deo · per sacerdotem magnum qui seipsum
obtulit in passione ut tanti capitis corpus essemus · secundum formam servi · hanc
enim obtulit in hac oblatus est · quia secundum hanc mediator est In hac sa:
cerdos · in hac sacrificium Et de hoc ad Hebr x multum · Hic autem unam
pro peccatis offerens hostiam · in sempiternum sedet in dextra dei Et i una
oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos · ideo additur hic quod est ante
thronum dei Sequitur et ascendit fumus incensorum orationibus sanctorum
de manu angeli coram domino scilicet per acceptationem et approbationem · quia illa
oratio est in celestibus accepta quam filius offert patri ait Richardus

Ideo dicitur in figura cant. Cantic. 3° Que est ista que ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus. Sup quo Gregorius sup Ezech. omel. ultima 2e partis fumus de incenso nascitur et solet lacrimas excutere fumus ergo ex aromatibus est compunctio cordis grepta ex virtutibus amoris et ibi hec de hoc Unde ps dirigatur oro mea sicut incensum in con tuo. Ut n ait aug. sup ps xcm° fumus est oro lacrimosa pnie fumus. n est vapor adustus ut dicit phus 2° methearum sive vapor intensus ut quidam sapiens ait sit n ex ligno hu: more saginato p operatorem ignis ut ait aug. libro de agone xane Sic fit fu: mus spualis in corde contrito operacione spussancti qui est ignis et ita impletum est templum fumo ysaie 6° Et vapore fumi et pz hic modus et processus devote oronis dz n esse puritate nuda a pte operantis Unde ait de oronibus scelerum aliter non exauditur ysaie p° Cum multiplicaveritis orone non exaudiam manus em vre plene sunt sanguine. Ergo figuratur q dz ee amore fervida ibi data sunt ei incensa multa per que figurat orones fervide ut expositum e 3° dz ee in fide recta quod figurat ibi Sup altare aureum et ut per xpm offeratur et in veritate misterii cor: poris confidendo in meritis eius Unde et sacerdotes orantes quasi se concludunt in fine per dominum nostrum ihm xpm ut premissum est Vel per altare aureum significatur sacrum cor in quo deo inquiter sacrificatur sicut ait Greg° sup Ezech. ubi dicit duo inquit erant altaria in lege unum in atrio aere coopertum aliud an archam auro vestitum In primo carnes cremabantur In 2° aromata incendebantur Et significant duo gna compunctionis Alii per timore plangunt alii p amore in lamentis se afficiunt Et sequitur altare aureum sunt in quorum corde aromata incensa sunt et virtutibus ardent etc. De hoc levitici vi Ignis in altari semper ardebit et spussanct in corde sacro De quo igne et altari dicit Gregorius xxv moralium post principium altare dei est cor nostrum in quo iubetur ignis arde et nunc est ex illo ad dominum caritatis flammam indesinenter ardere etc. Et quo fumus et lacrimosa oro ascendit in conspectu dei sicut erat propheta dirigatur in co spectu tuo oro mea. Et seqt tercia particula In q ostenditur voluntaria expositio sive oblacio filii dei sue passionis cum dicitur Et accepit angelus thuribulum aureum i semetipsum passioni exposuit sive corpus suum Et implevit igne altaris i fabulacionis ipse crucis ... et mittit in terram Et misit in terram ... ... corpus sanctissimum in ara crucis ... Et implevit igne altaris i in illos qui erant apti ferre ait glo. vel implevit igne ... Unde et agnus oblatus p fervore desiderii ad sustinendam passionem crucis Unde et agnus oblatus in lege sicut figura passionis xpi cuius carnes asse igni comedebant Exodi 12 luce xxi desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum Et misit in terram i corpus deponi et sepeliri permisit angeli pariar ... Johannis xii Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuit ipm solum manet Et facta sunt tonitrua i comminaciones persecucionum de cordibus iudeorum vel turbaciones cordium Et voces scilicet blasphematorum Et fulgura sz miraculorum et terre motus i concussiones elementorum Math. xxvii tenebre facte sunt Et sm helinandum Et sequitur terra mota est et multa corpora surrexerunt etc. Sm vero et alios expositores omnia dicta intelliguntur de dno ihu Sm vero Bedam et haymonem per thuribulum aureum pt significari cetus apostolorum sive ecclesia sanctorum igne divini amoris accensa clausa inferius ad terrena apta supius ad celestia in q sunt carbones i ignea desideria vel anime ... caritate ignite de q ascendit fumus devocionis et sete oronis Et hyd ... caritate ignite de q ascendit fumus ... quod vestitu est circa aureum propter fulgore sapie caritatis et obediencie quod vestitu est circa aureum 3 Reg x fecit salomon thronum de ebore grandem et vestivit eum auro fulvo Et hoc thuribulum i cetum sive cetum aplorum xpus accepit tot actu explevit ad qd electi erant Et impleverunt illud de igne altaris i in eos misit igne i spm scm Johis xx accipite spm scm Et act. 2° Repleti sunt omnes spusancto Et misit in terram i in corda terrena gentilium qui p predicacionem aplorum crediderunt in eum luce xii Ignem veni mittere in terram Unde et istud thuribulum implevit igne altaris i spu suo non alio Et tunc facta sunt tonitrua i dure comminaciones eterne dampnacionis non credentibus Et voces i suaves pmissiones beatitudinis ipsis credentibus Sup. 3to de relacione exibat tonitrua scilicet comminacionum Et voces

scilicet consolacionum Et fulgura scilicet choruscacionum et miraculorum Et terre motus
magnus id est cordium contritos et commociones sicut ait propheta Terra mota
est etenim celi distillauerunt id est apostoli Et alibi Commouisti terram et conturbasti
eam etc. Vel per terremotum in milio iuxta glosam ut per terre motum signi:
ficetur commociones cordium ad penitendum Ysaye vij Commotum est cor
eius et populi eius Et Johelis 2o Conturbentur omnes habitatores terre
Sed dicit Cum presul habuit thuribulum quod dicitur hic quod accepit eodem
primus huic in parte [illegible] nunc accepit in actu quando presto timore
mortis iuit in celum ut ibi moreretur Ysaie xxo Ecce descendunt celum
et filius hominis etc. Et impleuit illud igne altaris id est igne caritatis
quia dilexit ecclesiam plenum fuisse monstrauit iuxta illud psalmi Zelus do:
mus tue comedit me Ad Ephesios 7o dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum
pro illa ut illam sanctificaret etc. Tunc ibi Et septem angeli
ponitur etiam aliud clangore tubarum scilicet angelorum ad clangendum
tubis preparatis cum dicitur Et septem angeli qui habebant tubas preparauerunt
se ut tuba canerent In quibus verbis decor figuratur que debent inesse predi
catoribus Quorum primum est vite sublimitas cum dicitur septem angeli
id est vniuersi predicatores ecclesie qui debent esse angelici vite sublimitate Se:
cundum est predicacionis vniuersitas cum dicitur qui habebant scilicet tubas
id est auctoritatem et potestatem sacre predicacionis siue officium predicandi vniuersale
mistica sacre scripture septiformi spiritu inspirata Tercium est ad predicandum
diligens studiositas cum dicitur preparauerunt se Tribus autem modis se prepa:
rare debent ut predicent primo vt que dicturi sunt in predicacione prius
audiant opere in sua conuersacione Exodi x qui ut scribit Actuum 1 Cepit
facere et docere Ecclesiastici 18 Ante iudicium para iusticiam id est anime iudices
sis iustus Nam audientes melius per exempla laudabilia quam per verba
subtilia vel dulcia conducuntur Nam ut dicit Seneca epistola vij plus
homines oculis quam auribus credunt Et longum iter est per verba breue
et efficax per exempla Et sequitur ibidem quod turba sapientum plus ex mo
ribus quam ex verbis sacratis traxit Unde ne contingat ut alios quibus
doceat et prauis operibus doctrine contradicat Tam quippe valet sciencia
sine vita quantum corpus sine anima Reprehensibile itaque est de lege
dei disputare modum recte viuendi verbis depingere et extra legem
esse flore verbis et nunquam fructificare operibus alios ad pugnam
hortari et nichil cognouisse de pugna Vnde et ad nepotianum Jeronimus
delicatus est magister qui pleno ventre de ieiuniis disputat Non confundat
opera tua sermonem tuum ne cum in ecclesia loqueris tacitus quilibet respondeat
Cur ergo hec que dicis ipse non facis accusare auariciam et latro potest
Sacerdotis Christi os cum mente concordet Et ut dicit Gregorius xxx moralium
tractans illud Job 38 Quis dedit gallo intelligenciam Gallus cum iam
ad cantus edere parat prius alas excutit et semetipsum feriens vigilaciorem
reddit Sic predicatores cum verba predicacionis mouent prius se in sancte
actionibus exercent ne in semetipsis torpentes opere alios excitent voce Sed
ante se per sublimia facta excuciunt et tunc ad bene agendum alios
solicitos reddunt prius cogitacionum alis semetipsos feriunt quia quicquid
in se inutiliter torpet solicita inuestigacione deprehendunt districta animi
aduersione corrigunt prius sua punire fletibus curant Et tunc que aliorum
sunt punienda denunciant prius igitur alis insonant quam cantus emittant
quia antequam verba exhortacionis proferat omne quod locuturi sunt operibus clamant
et cum perfecte in semetipsis vigilant tunc dormientes alios ad vi
gilias vocant Et ibi Secundo se preparare debent ut prius addiscant quam pre
dicent Ecclesiastici 18 antequam loquaris disce 1 Esdre vij Esdras parauit cor suum
vt inuestigaret legem domini et faceret et doceret in Israel preceptum et iudi:
cium Judith 4o Congregauerunt frumenta in preparacionem pugne Je:
ronimus ad Rusticum monachum Noli ad scribendum cito prosilias
et leui ducaris insania multo tempore disce quod doceas Ne credas adu:
latoribus tuis immo irrisoribus aurem libenter accommodes qui cum adu:
lacionibus fouerint et quodammodo impotem mentis effecerint si subito re:
spexeris aut ciconiarum deprehendes post te colla curuari aut manu auriculas agitari

arum et estuantem carnis pretende linguam. Gregorius in principio libri
primi pastoralis: Nulla ars doceri presumitur nisi intenta prius
meditacione discatur. Certum ut dicit Jeronimus in epistola ad paulinum.
Sola scripturarum ars est quam sibi passim omnes vendicant. Hanc garrul-
a anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc uni-
versi presumunt lacerant docent antequam discant. Alii adducto super-
cilio grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris litteris philo-
sophantur. Alii discunt proh pudor a feminis quod viros doceant.
Et ne parum hoc sit quadam facilitate verborum ymo audacia
edisserunt aliis quod ipsi non intelligunt. Tercio se parare debent
ut prius quod predicet videat et cogitent apud se quid predicent
et quibus et quomodo. Dissimiliter diversis scilicet perfectis simplicibus
prelatis et subditis, ut ait haymo. Unde apostolus ad romanos primo:
Sapientibus et insipientibus debitor sum. Et i. Cor. 2. Sapientiam
loquimur inter perfectos. Unde et epistola 1o et 2o instruunt et admo-
nent circa diversos status inter viros inter mulieres inter dominos
inter servos. Unde Gregorius xxx moralium. Non enim una eademque
exhortacio cunctis convenit quia nec cunctos par morum qualitas
astringit. Sepe namque aliis officiunt que aliis prosunt. Nam
et plerumque herbe que hec animalia nutriunt alia occidunt.
Et lenis sibilus equos mitigat catulos instigat. Et medica-
mentum quod hunc morbum imminuit alteri vires iungit. Et panis
qui vitam forcium roborat parvulorum necat. Pro qualitate
igitur audiencium formari debet sermo doctorum ut et ad sua sin-
gulis congruat et tamen a communis edificacionis arte nunquam rece-
dat. Quid enim sunt intente mentes auditorum nisi quedam
in cithara tensiones cordarum quas tangendo artifex ut non
sibimet dissimile canticum faciant dissimiliter pulsat. Et idcirco
corde consonam modulacionem reddunt quia uno quidem plectro
sed non uno impulsu feriuntur. Unde et doctor quisque ut in una
cunctos virtute caritatis edificet ex una doctrina non una eademque
exhortacione tangere corda audiencium debet. Aliter namque viri aliter
ammonende sunt femine aliter iuvenes aliter senes aliter inopes aliter
locupletes aliter leti aliter tristes aliter subditi aliter prelati aliter
servi aliter domini aliter huius mundi sapientes aliter hebetes aliter
impudentes aliter verecundi etc. Contra dicitur Math. x. Nolite
cogitare quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
Dicendum quod ibi Salvator non prohibet cogitare quid loquendum sit
deo illuminante et dirigente sed prohibet ut homo non confidat in eis
que cogitat sed in gracia dei. Non enim sumus sufficientes cogitare
ex nobis quasi ex nobis. ii ad Cor. 2. Et ideo predicatores debent
se parare modis dictis. Verba enim sapientum sine prudentum statera
ponderabuntur. Eccli. 21. Et eiusdem 37. Vir sapiens plebem suam
erudit et fructus sensus illius fideles sunt. Et quilibet ibi habet
aliquid utilitatis. Quartum quod debet inesse predicatoribus est
intencionis recte ordinabilitas quod figuratur cum dicitur ut
tuba canent per quam predicatio satis designatur propter plura. Primo
quia sicut clamor tube fit quandoque propter terrorem quandoque propter exul-
tacionem. Sic predicatio et terrorem comminacionis et leticiam consolacionis
debet habere. Math. xi. Cecinimus vobis et non saltastis lamentavimus
et non planxistis. Ideo in libro quem vidit Ezechiel erant scripta
lamentaciones carmina et ve. Ezechiel 2o. Item officium tube est vocare
ad prelium et ad convivium et festum. Sic predicator vocat ad prelium contra
mundum carnem et dyabolum. Et ad convivium et festum quod faciet dominus
electis in celo de quo dicitur Ysaie 27. Faciet dominus exercituum omnibus
populis in monte hoc convivium pinguium convivium vindemie pinguium
medullatorum vindemie defecate. Pinguium medullatum dicit gaudium

de patria omnis boni. Unum defectuum dicit gaudium de absentia omnis mali. Et de hac vocatione dicit beatus Gregorius xxx moralium sub similitudine galli qui profundioribus horis noctis valentiores ac productiores edere cantus solet. Cum vero matutinum iam tempus appropinquat minutiores ac leniores omnino voces format. Sic predicatores cum iniquis adhuc mentibus predicant altis et magnis vocibus eterni iudicii terrores intimant quia videlicet quasi in profunde noctis tenebris clamant. Cum vero iam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in levitatem dulcedinis vertunt et non tam illa que sunt de penis terribilia quam ea que sunt blanda de premiis proferunt. Qui etiam tunc minutis vocibus cantat. Quia premissa mane subtilia queque de misteriis predicat, ut secretis sui eo minutiora quasi de celestibus audiant quo luci veritatis appropinquant, et quos dormientes longus galli clamor excitavit, vigilantes suavior delectat, quia cuilibet correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat qui prius de iudicio adversa formidabat. Quod etiam per moysen exprimitur, cum ad producendum exercitum tube clangore concinens iubetur. Scriptum namque est Numeri x. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles. Et paulopost. Cum concisus clangor increpuerit movebuntur castra. Per duas enim tubas exercitus ducitur, cum per duo precepta caritatis ad precinctum fidei populus vocatur. Que ideirco argentee fieri precipiuntur, ut predicatorum verba lucis nitore clarescant et auditorum mentes nulla sui obscuritate confundant. Ideirco patent et auditorum mentes nulla sui obscuritate confundat. Predicatores autem ductiles, quia notum est ut hii qui venturam vitam predicant tribulationum percussionum tunsionibus crescant. Bene autem dicitur cum concisus clangor increpuerit movebuntur castra, quia nimirum predicatores sermo cum subtiliter ac minutius agitur, auditorum corda contra temptationum certamina ardentius excitantur. Hec ille. Notandum etiam quod sicut dicit Helinandus quod iste totus liber septenarius est. Septem enim ecclesie et septem candelabra et septem stelle et septem angeli. Supra de. Item septem sigilla et septem cornua agni et septem spiritus et septem lampades. Supra 4to. Item septem sigilla supra vi. Et septem tube hic. Tres sunt septenarii de quibus infra, scilicet de septem tonitruis et septem phialis.

Et primus angelus tuba cecinit. Et facta est grando et ignis mixta sanguine. Et missum est in terram. Et tercia pars terre combusta est, et tertia pars arborum combusta est. Et omne fenum viride combustum est.

Secunda pars principalis huius capituli. In qua prosequitur in speciali de septem angelis canentibus tubis. Et dividitur in septem partes secundum numerum angelorum et tubarum que sic distinguuntur secundum Bedam et alios expositores. Primus namque angelus est in figura primus ordo predicatorum denunciantium primum statum ecclesie et interitum iudeorum non credentium. Secundus angelus est in figura ordo predicatorum denunciantium statum ecclesie quo ad damnationem gentium nolentium converti ad fidem et proximum earum. Tertius est in figura ordo predicatorum denunciantium fallacias hereticorum et damnationem. Quartus est ordo predicatorum denunciantium fallaciam falsorum fratrum et hypocritarum. Quintus est ordo predicatorum denunciantium precursores antichristi et suos. Sextus est ordo predicatorum denunciantium tempus antichristi et suos. Septimus est in figura ordo predicatorum denunciantium finem mundi et iudicium. Et sic ut ait Richardus incipit narrationem suam ab exordio ecclesie ... et simbolis ac figuris describunt mutationes rerum, vicissitudines successionum usque in fine temporis. Sic igitur ordo angelorum intelligendus est. Cum dyabolus ab initio multos adversarios suos ordine persecutionis ecclesie suscitavit et deus econtrario consolatores mittebat. Primo dyabolus suscitavit iudeos incredulos, contra quos deus misit apostolos. Secundo tyrannos, contra quos misit dominus martires. Tertio hereticos, contra quos misit doctores. Quarto falsos christianos, contra quos misit predicatores pauperes. Quinto mittet antichristum, contra quem mittet deus helyam et enoch. Sexto fiet ... demonum sevitia, contra quam fiet ipse deus quia ... solus dyabolum superare et eius militiam refrenare. Hiis devictis erit pax et tranquillitas

vin in voce septimi angeli nullum obstaculum invenitur ut videbitur in suo
loco suo scilicet capitulo xi post medium. Et 2m hec ista prius dividitur in . 1o ps
2m ubi . s. angelorum et tubarum de quorum quatuor continetur in hoc capitulo
De quinto vero c° ix° in principio ibi Et quintus angelus / De sexto
eodem capitulo post medium ibi et sextus angelus . De septimo vero capitulo
xi post medium ibi Et septimus angelus Istud vero capitulum dividitur
in quatuor partes 2m numerum horum angelorum scilicet in prima / 2a ibi et 2us
angelus 3a ibi et tercius / 4ta ibi et quartus In prima parte dicitur quod
primo de angelo tubante premissio 2o eorum que facta sunt ad cantum
tube expressio ibi Et facta est grando 3o consecutivum specificatio ibi Et
tercia pars terre combusta est / Dicit ergo quantum ad primum Et primus
angelus . i. primus ordo predicatorum predicancium in Judea qui fuit chorus
apostolorum tuba cecinit . i. consolando eciam tunc magnus beatus Petrus
dicunt Unde de predicatione apostolorum in Judea dicitur act 2o Stans
Petrus cum xi levavit vocem suam et Joheliis 2o Canite tuba in
Syon / Et Notandum quod in veteri testamento dicitur sacerdotes ut frequenter
tubis clangere In novo vero angeli tuba canere / Prima clangor tube
incutit timorem Cantus vero tube invitat ad amorem / quia hec est
brevis differencia inter legem veterem et novam scilicet timor et amor Primus
igitur angelus fuit cetus apostolorum qui primo predicaverunt contra seculum
iudeorum quorum predicacio fidelibus cantus tube fuit . i. dulcis et
suavis Sed iudeis non credentibus clangor tube terribilis / Unde et
secutum fuit ad hunc tube cantum . Notatur cum subditur Et facta
est grando . i. grandis persecucio que nomine grandinis eciam vulgari locu-
cione designatur . i. extrinsecus flagellum persecucionis Et ignis . i.
flama interius perverse emulacionis mixta sanguine crudelitatis
occisionis sicut distinguit Richardus Grando enim est aqua congelata
primo methereorum vel gravius suspensa 2m Senecam li° 2 naturalium questionum
Et sic per grandinem possent significari contumeliose obiurgaciones iudeorum
malicia infrigidate et indurate corum Capite vero et petrosa et indurata tra-
mittetur grandines . i. obiurgaciones detractores vel ponderose interi
patenter Per ignem vero ardor indignacionis eorum iudeorum contra apostolos
et discipulos Christi quibus resistere non poterant / 2m promissionem Christi luce 21
dabo vobis os et sapienciam cui non poterunt resistere et contradicere omnes ad-
versarii vestri / Unde dicitur act vi° Surrexerunt quidam de synagoga [illegible]
disputantes cum Stephano et non poterant resistere sapiencie et spiritui qui
loquebatur Et infra ibidem Audientes autem hec dissecabantur cordibus suis
et stridebant dentibus in eum quod erat signum maxime ire et indignacionis
Et hec duo mixta erant sanguine scilicet crudelis persecucionis et occisionis
Nam iudei ex nimio zelo et indignacione sanguinem apostolorum effunde-
re ceperunt et aliquorum effuderunt ut Stephani et utriusque Jacobi et
multorum aliorum Et actuum viii° facta est persecucio magna in ecclesia que
erat Jerusalem in illis diebus Et omnes dispersi sunt per regiones Judee
et Samarie Et hec mixtio figurata fuit Exodi ix ubi dicitur
Grando et ignis mixta pariter ferebantur Job 38 Numquid thesauros
grandinis aspexisti que preparavi in tempus hostis in diem pugne et belli
Super quo Gregorius 29 moralium Quid aliud in grandine nisi fri-
gida et dura intelligenda sunt corda pravorum que et tempore frigescunt
et per duriciem maliciam feriunt quorum tamen vitam diu tolerat
ut eos ad iustorum suorum preparacionem servat Ut cum adversarius noster dyabolus
temptare nos nititur eorum moribus quasi suis contra nos armis
utatur Per ipsos quippe nos feriens creat sed nesciens purgat patet
namque nobis ipsi flagellum sunt de quorum tamen vita dum percutimur
ab eterna morte liberamur Hoc agitur ut electorum vita proficiat eciam
perdita vita reproborum et utilitati nostre dum illorum predicacio militat Jura di-
spensacionem fiat. Quod electis dei non peccat omnino quod in reprobis perit
Possit eciam dici quod per grandinem intelligitur ira indignacio et persecucio iudeorum
Per ignem autem inflammacio amoris et illuminacio cogitacionis conversorum

Ca aplis predicantibus iudei magis ac magis indignabantur et persequebantur aplos et conversi magis ac magis inflamabantur ad amorem xpi et illu: minabatur in cognitione veritatis. Et ex hijs occidebantur katholici a iu: deis. Et ita grando et ignis mixta erant sanguine quia fuit tunc omnis ferarum bestie et missum est in terram id est in corda terrenorum scilicet iudeorum missum est hoc totum scilicet grando et ignis mixta sangwine a dyabolo eis suggerente et eos instituente propter quod dicitur infra contra ve ve ve habitantibus in terra. Et hic dicitur in .3. distinctione grando mixta glacies scilicet super malos in puniti. Et subditur .3m. scilicet significatum specificatio cum dicitur. Et .3a. pars terre id est omnes reprobi cupidi et avari combusta est scilicet igne peccati. Et .3a. pars arborum id est omnes superbi et elati hy. sunt ar: bores autumpnales infructuose Iude .2o. Et omne fenum viride id est omnes illecebrosi et voluptuosi virides humore voluptatis combustum est. Iob 31. Ignis est usque ad perdicionem devorans quod exponit Gregorius de igne luxurie 21 moralium. Vel .3m. Richardum fenum totum comburitur per quod proprie significantur qui consignis sed solum crudelitatem interre si virtutis ac bonorum operum fructu caret veniente temptacione ut persecutione malignitatis in medio comburitur. Luce viii. natum aruit quia non habebat humore scilicet gratie et devocionis. Secundo. Si in .3a. parte significantur mali sicut in duabus partibus significabuntur boni. Et plures erunt boni quam mali quod est contra id quod salvator dicit Math xx multi sunt vocati pauci vero electi. Dicitur .3m. Haymonem quia non insinuatur hic plures esse electos quam reprobos sed in duabus partibus hic comprehenduntur omnes boni tam in platis quam in subditis sive in predicatoribus et auditoribus. In .3a. vero parte omnes reprobi significantur. qui plures sunt predictis bonis in duabus partibus. Per terciam ergo partem terre ut dictum est significantur cupidi et avari per terciam partem arborum superbi et elati per fenum viride illecebrosi et voluptuosi. Et quia fere sunt plures tales Iob ait omne fenum viride combustum est. In quo feno sunt pascue demonum. Iob xl Fenum quasi bos comedet. Psalmus homo sicut fenum id est vivens carnaliter. Iacobi primo sicut flos feni. Iob 24 Elevati sunt et non subsistent. Ubi Gregorius xvii moralium Quicquid potuit fenum flori comparatur quia carnalis gloria dum nitet cadet. Isaye xl Omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni. Et tunc tale fenum est viride virore voluptatis de quo virore dicitur Ezech. 21 dedit sublimitatem suam viretem comburetur in igne peccati et post in igne gehenalis tormenti. Math vi Fenum quod hodie est et cras in clibanum mittitur scilicet gehenalis incendii. Item et super fenum talis solus fecit se discumbere quos pavit. Iohannis vi In figura quod tales pascit deus. hii exprimunt carnales voluptates ait Haymo. De igne peccati dicitur infra. Vel aliter per .3am. partem intelliguntur iudei per duas alias partes xpiani et pagani. Et .3m. hoc de .3a. parte que iudaismus dicitur loquitur hic Ioh. que igne emulacionis et invidie combusta fuit in laycis. que per terram designantur eo quod terrenis actibus sunt intenti et in platis et literatis qui per arbores significantur eo quod per cognitionem scripture pre ceteris sunt super alios elevati. Per fenum vero viride intelliguntur omnes qui de mundi flore gloriantur. Omne ergo fenum viride combustum est quia omnes qui de mundi flore gloriantur vicini sunt eterne combustioni. Vnde super illud Iacobi primo Omne gaudium existimate fratres cum in va: rias temptaciones incideritis dicit glossa Ne indignemini si mali floreant in mundo et vos patimini non in xpiana religionis est in temporalibus exaltari sed potius deprimi. Qui tali nil habent in celo vos nil in mundo. Ideo spe illius boni ad quod pertenditis quicquid vobis in via contigerit gaudere potius debetis quam dolere.

Et secundus angelus tuba cecinit et tamquam mons magnus ardens missus est in mare. Et facta est tercia pars maris sanguis et mortua est tercia pars creature eorum que habebant animas in mari et .3a. pars navium interiit

Secunda pars in qua agitur de 2o angelo qui est figura predicatorum denunciatiu eiectionis dyaboli de ecclesia et dampnationis generis non credentium Et subdividitur in 3es partes sicut et prima. Primo de angelo canente punctio. 2o eius quod factum est ad vocem tube admirando ibi Et ecce tanquam mons etc. 3o effectus consequentis subiungendo ibi Et facta est tercia pars maris etc. Collectis enim ad fidem fidelibus ex iudea in prima predicatorum statum secuta est predicatio in gentibus que nomine maris hic designantur Sed dyabolus in gentibus persecutionem ad impediendum predicationis excitavit aut Rikardus et maxime tyrannidem principum Romanorum qui tunc habuit dominium tocius mundi qui etiam tunc multos martires occiderunt ut patet in eorum legendis Et hoc est quod ait Et secundus angelus idest 2us ordo predicatorum denunciatiu eiectionis dyaboli de ecclesia et dampnationis generis non credentium tuba cecinit idest predicationem valida insonuit Cui ordini dictum est Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam Ysaie 58 Et subditur 2m scilicet eius quod factum est ad vocem tube cum dicitur Et ecce tanquam mons magnus per quem 2m Haymonem significatur dyabolus qui se altitudine superbie extollit Unde et in principio creationis voluit esse similis illi de quo dicitur Ysaie 2o Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini etc. et dixit Ascendam super altitudinem nubium et ero similis altissimo Ysaie xiiii. Unde Augustinus in originali Non ait mons sed tanquam mons racione tumoris et presumptionis. Et magnus racione potestatis Job xli Non est potestas sub celo que possit ei comparari qui factus est ut nullum timeret. Zacharie 4to Quis tu mons magne coram Zorobabel. Mons igitur magnus ardens igne scilicet malicie et invidie Sapientie 2o Invidia autem dyaboli mors intravit in orbem terrarum contra hominem qui locum eius adeptus est per humilitatem quem ipse perdidit per elationem missus est in mare id est in gentiles suam punitionem qui per mare significabantur que fluctuabant per cultum ydolorum et gemebat amaritudinis utroque aut Zacharie 24 dicitur ambiles in elationibus maris aut psalmista Et Ysaie 57 Impii quasi mare fervens quod quiescere non potest scilicet ut eos contra dictos predicatores concitaret. Uniuersaliter in hiis dyaboli tumida superbia et super malos permissa potencia et potestatis apparencia et eius vera deficiencia. Unde dicitur tanquam mons magnus Et ipse pascitur in montibus id est superbis Job 40 Huic montes herbas ferunt. Super quo Gregorius 33 moralium in principio dicit quod mons multipliciter accipitur in scriptura et in una accepcione per montem signatur angelus apostata. Unde quo sub specie babilonici regis predicatur dicitur Ysaie xiiio Super montem caliginosum levate signum. Predicatores quippe sancti super montem caliginosum signum elevant quando contra sathane superbiam qui sese sub nebula simulationis abscondit virtute crucis exaltant. Rursum per montes secularium potestatum tumor exprimitur De quibus psalmista dicit Montes sicut cera fluxerunt a facie domini. Quia multi qui prius alta rigiditate tumuerunt deo in carne apparente magno sunt per penitenciam timore liquefacti De quibus iterum idem propheta dicit ascendunt montes et descendunt campi. Elevati quippe non persecutores domini superbi contra eum venerunt sed ab eo humiles revertuntur. Qui montes ascendunt pro tumore potestatis sed campi descendunt plani videlicet facti per cognitionem culpe. Sed quia nonnulli in elationibus sue altitudinis remanent et ad dura obsequia humiliter flecti dedignantur pro eo quod iuxta desiderium antiqui hostis prava cogitare ac perpetrare non desinunt recte de vehemoth dicitur Huic montes herbas ferunt. Elati namque huius seculi herbas ferunt vehemoth quia ex eo illum reficiunt quod neguiter operantur et quia suas illi offerunt fluxas et lubricas voluptates que ex corde gignuntur superborum qui nisi dum superbiendo contempnent nequaquam tot lubrica committendo perpetrarent. Quibus nimirum herbis vehemoth pascitur quia in eis penam eterne mortis esuriens eorum perditis moribus saciatur. Superbi enim huius seculi et si qui superne dispensationis

ordine expediti / alii expletionem pravorum operum cessant / prava tamen in co:
gitationibus multiplicant / in modo ut se potentiores ceteris rebus
et honoribus ostendant / nunc ut eandem suam potenciam in
studio aliene lesionis exerceant / nunc ut lubricis motibus ducti per
lasciva se facta voluptatibus quasi dissolvat / Cum dum rebus divitiis
acceptis nequaquam certa est prava semper agere cogitat / quid aliud fa:
ciunt / nisi sibi contra deum domini pugnant / Quid ergo dyabolus
in superborum mentibus sua semper desideria recognoscit / quasi
herbas in montibus invenit / quibus refectionem sue malicie
ventrem tendit / Et ibi / Unde et ipse est rex super omnes filios
superbie Job xli / Et ipse est ardens igne malicie et invidie
in notencia feriore Job xli de ore eius scilicet vehemoth
precedebant quasi tede ignis accense / In mare mittitur dum per:
missione / i. in hoc seculum projectus / hoc mare magnum et spaciosum
Vel in mare i. in cor humanum / Unde Gregorius 28 moralium
tractans illud Job 38 Quis conclusit ostiis mare / dicit Quid est
mare nisi cor iram furore turbidum / rixis amarum / elacione
superbie tumidum / fraude malicie obscurum / Et ibi interim de hoc
Et 8 moralium tractans illud Job vii Numquid mare sum ego aut
cetus / quia circumdedisti me carcere / dicit / Quid appellatione maris nisi
carnalium corda / tumidis cogitationibus fluctuosa / Quid autem
ceti nomine nisi antiquus hostis exprimitur / qui dum mentes
secularium possidendo penetrat / quasi in eorum lubrica cogitationis
natat / Carcere quoque cetus stringitur / quia malignus spiritus a inferioribus
tibus deiectus / ne ad celestia evolare prevaleat / pene sue ponde
coartatur / Carcere stringitur / quia temptare bonos quantum desiderat
prohibetur / Carcere quoque mare circumdatur / quia carnalium mentium tumida
insanaque desideria / ad peragenda mala que appetunt / impossibilitate
sue angustia conantur / Et Et Bubdit 3m scilicet specificando se:
quencia ad predicta cum dicitur Et facta est 3a pars maris sanguis
idest reprobi de gentibus incredulis / versi sunt in crudelitatem
persecucionis / apostolis enim predicantibus et eorum sequacibus / in necem
eorum sevierunt et eos occiderunt / Supra vi° / luna tota facta
est ut sanguis / Et 3a pars creature que habebat animas / mortua est
per quam partem mali signantur / et hoc quo ad minores sive
auditores / Et tercia pars navium interiit / et hoc quantum ad maiores
reprobos / Unde glossa Navium scilicet aliorum gubernatorum scilicet platorum
et curatorum per quos alii duci deberent ad salutis portum / Hic 3a
pars semper dampnandi significatur / Sed queritur ad evidenciam
littere Qualiter est intelligendum quod mons magnus i. dyabolus missus est
in mare idest in gentiles post predicationem in Judea / quia ex hoc videtur
quod non fuerit prius in gentibus incredulis quod est falsum / Dicendum quod
tunc dicitur missus fuisse in gentiles incredulos / quia extunc acrius
eos vexavit ac vastavit / Unde Haymo Canente tuba secundo angelo
mons magnus igne ardens missus est in mare / quia predicantibus
apostolis et eorum sequacibus exclusus est dyabolus ab hiis
qui ad vitam eternam erant predestinati / et compulsus est redire ad
suos / non quod in eis ante non fuerit / sed quod eiectus ab istis amplius
reprobis dominari cepit / Item queritur Qualiter ait mortua
est tercia pars creature eorum qui habebat animas in mari / Cum
planum sit non mori nisi habentes animas / videtur quod superflue hoc addit
Dicendum secundum Augustinum in originali / Et ideo dicit animas / ut ostendat
illos in carne vivos / scilicet spiritualiter mortuos / Iuxta illud Dimitte
mortuos sepelire mortuos suos / Et i ad Thimotheum vi / Vidua que in
deliciis vivit mortua est / Et est nota quadruplex mors scilicet solius corporis
quando illud anima deserit / Et solius anime in corpore existentis / quando deserit

sium tractatorem. Item anime solius in inferno ante resurrectionem qualis est diuitis epulonis Luce 16. Quarta est anime et corporum post resurrectionem. Unde Augustinus ad Orosium: Anima deserta a deo derelicta mortua. Iohannis viii°: In peccato vestro moriemini. Ad quam mortem secute sunt alie tres mortes. Et ideo 13° libro de ciuitate dei c. 2°: Quamuis anima humana veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis quia modo quodam quantulocumque non desinit vivere atque sentire. Corpus autem ideo mortale quoniam deseri omnino vita potest nec per seipsum aliquatenus vivit. Mors igitur anime fit cum eam deserit deus, sicut corporis cum id deserit anima. Ergo utriusque hominis mors est cum anima a deo deserta deserit corpus. Et huius totius hominis mortem illa sequitur quam secundam mortem diuinorum eloquiorum appellat auctoritas. Hanc saluator significat ubi ait: Eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam. Mathei x, Luce xii.

Vel aliter per terciam partem maris significantur cupidi, per terciam partem creature habentium animas voluptuosi, per terciam partem nauium elati superbi et ambitiosi. Ysaie 23: Ululate naues maris. Et Ezech. 27: Stupebant naues in die pauoris. Sicut enim naues aguntur in diuersas mundi partes ad augendas diuitias etc.

Et tertius angelus tuba cecinit et cecidit de celo stella magna ardens tamquam facula et cecidit in terciam partem fluminum et in fontes aquarum. Et nomen stelle absinthium. Et facta est tercia pars in absinthium et multi hominum mortui sunt ex aquis que amare facte sunt. Tercia pars in qua agitur de 3° angelo tuba canente, qui est signum predicatorum denunciantium hereticorum fallaciam et damnationem. Videns enim dyabolus quod nec per iudeos nec per gentiles incredulos et tyrannos potuit contra ecclesiam preualere, suscitavit hereticos contra ipsam qui sanum intellectum sacre scripture depravaret et homines a salutis assecutione impediret. Sed demum contra eos doctores et confessores suscitavit qui eos ratione et auctoritatibus sacre scripture confutaret. Et dividitur in 3. Primo de angelo tubante premissio. 2° eius quod factum est ad vocem tube specificatio, ibi: Et cecidit. 3° cuiusdam dicti expositio, ibi: Et nomen stelle absinthium. Quarto effectus [illegible] subiunctio, ibi: Et facta est tercia pars etc. Dicit ergo continuando ad primum: Et tercius angelus, id est ordo predicatorum denuncians hereticorum fallaciam et damnationem, tuba cecinit, id est contra hereticorum versutias seu astutias aperte predicavit, que adinvenimus etiam post iudeorum seuitiam et gentium maliciam quasi tercio loco dyabolus suscitavit. Et subditur 2m, scilicet eius quod factum est ad vocem tube specificatio, cum dicitur: Et cecidit de celo stella magna ardens tamquam facula. Cecidit [illegible] ipse designatur per stellam qui et per morem antiquus, videlicet hostis qui inter cetera celi clara lumina creatus primum adhuc nomen retinet, non quod luceat sed quia in angelum lucis se transfigurat, 2 Cor. xi. Nam in celo stella magna lucifer appellatur que preceteris lucet. Et ad ipsum dicitur Ysaie 14: Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Et quia preceteris etiam sideribus, id est angelicis spiritibus, luxit, recte non simpliciter stella sed cum additamento stella magna vocatur. Cecidit de celo, id est de societate angelorum. Unde Luce x: Videbam sathanam sicut fulgur cadentem de celo. Quia vero per superbiam cecidit, humano generi invidit, recto tamquam facula ardens appellari debuit, quia videlicet ardet invidia et fere totum mundum consumpsit. Unde Sapientie 2°: Invidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et sequitur: Imitantur autem eum qui sunt ex parte eius. Sed dices: Quomodo nunc cecidit de celo dyabolus canente 3° angelo, qui a principio mundi corruit? Dicendum quod ideo tunc dicitur cecidisse quia tunc cepit acrius contra etiam desevire

[Margin note:] scilicet prius quando in qua luxit vel quia in an[illegible]

Unde tunc apparuit maxime casus eius. Et quanto magis tunc angelus
canebat tanto magis dyabolus fremebat. Ideo dicitur ardens igne scilicet
invidie fuerat tamquam facula que tota ardet. Dyabolus non cessat mille no-
cendi modos et a principio sue ruine bona unitate ecclesie destruere
caritatem violare sanctorum operum dulcedine invidie felle inficere
Et omnibus modis humanum genus cute et perturbare. Dolet enim
satis et erubescit caritate quam in celo nequivit quia noluit habere
homines gustantes ex lutea materia in terra tenere. Unde et quosdam a fidei
catholice rectitudine non valens per patres in devium pertrahere
variis saltem tussibus et pressuris ipsos bona ad heses inflectere
Quales pensantes plus tristeria quam eterna ibi incidit in defendendi
periculum tubi metu amissionis talium eternorum deposuerunt
turpius appetitu. Secundum vero augustinum et bedam per celum
ecclesia designatur. Sane ultio celum incipit sedes est per stella
vero hereticorum caterva. Quod dicitur stella per lucerem fulgentiam
magna per superbiam ardens per invidiam tamquam facula alios
incendens et seipsam consumens. Sic distinguit Richardus. Et hos
vocat Judas apostolus sidera erratica Jude 2° quibus procella
tenebrarum conservata est in eternum. Cecidit ergo de celo id est de ecclesia
Vel de fide catholica seu de fidelium societate stella magna id est magnus
quilibet heresiarcha quod dicitur stella propter elevatum ingenium vel in-
tellectum. Et quia lucet de nocte id est dormit in latibulis et obscuris
Job 37. Ingredietur bestia latibulum suum et cetera. Et Job 24. Oculus adulteri
observat caliginem. Johannis 3°. Qui male agit odit lucem et non venit
ad lucem ut non arguantur opera eius. Et dicitur magna propter multitudinem
sequentium. Ecclesiastes primo. Stultorum infinitus est numerus. Vel propter arrogantiam
suam et reverentiam sibi exhibitam. Jeremie 48. Audivimus superbiam
Moab superbus est valde sublimitatem eius et arrogantiam et superbiam
et altitudinem cordis eius ego scio ait dominus. Horum [illegible]
Bernhardum super cantica sermone lx. Una semper inter eos fuit captatio
glorie de singularitate scientie. Propter quod quanto plus de sublimi intelli-
gentia fastuose repleri ambiunt tanto amplius inanescunt quia profecto
fine debito pretereuntes ad inanem gloriam se convertunt. Dicit enim
beatus Gregorius in pastorali. Hereticos ad intellectum pravum interius pulsa
non rapit nisi prava superbia inflat. Dum enim pre ceteris se sapientes
arbitrantur sequi alios ad melius intellecta despiciunt atque ut
apud imperitum vulgus scientie sibi nomen extorqueant summopere et ab aliis
recte intellecta destruere et sua perverse conquisita fucatis rationibus
roborare contendunt. Et ibi ideo subditur in littera ardens scilicet igne
invidie contra veros doctores ecclesie non sicut vera stella sed potius sicut
facula que seipsam et alios consumit et cunctas incendit in terra bene
destrumi (?) redigit. Naum 2°. Facies omnium quasi nigredo olle. Et subditur
in littera et cecidit in tertiam partem fluminum et in fontes aquarum. Secundum
enim bedam hereticos cadentes de culmine ecclesie flumina et fontes divinarum
scripturarum conati sunt inficere quorum non sensus sed verba insulsae
lus (?) tenuet. Vel per flumina intelliguntur scripturarum verba per fontes
vero scripturarum sensus et mysteria. Secundum illud Ecclesiastes primo. Ad locum unde
exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. Ezechielis 34. Cum purissimam
aquam biberetis reliquam pedibus vestris turbabatis et oves mee
hiis que conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur et que pedes vestri
turbaverant hec bibebant. Vel per fontes significantur libri prophetales
veteris testamenti per flumina libri novi testamenti ut dicit glosa
quorum tertia pars potest dici expositio litteralis sive historialis secunda
spiritualis tertia fictio sive inventio humana in qua cadunt ipsi quia sequuntur

sue sensum et non sanctorum. Si vero per stellam magnam significat dyabolus
ut dicit Haymo, tunc per fontes qui sub terra possunt heresiarche a quibus
est status origo sive origo heresum; per flumina vero successores eorum
ab eis infecti et instructi in malicijs. Alij exponentes de quibus ait ysa[ias]
Curiusque fluvios leviathan Ysaie x pro piscibus eructavit fluvius
multitudinem errancium vel hereticorum fallencium. Et hanc exposicionem
prestitur Haymo dicens Qui sunt flumina hec sunt et fontes. Flumina
enim a fontibus oriuntur et sic ad mare currunt. Aque autem multe
populi multi sunt Apocalipsis xix. Ideo per hec flumina et fontes ipsos hereticos
signat et errores qui sub tercia parte comprehenduntur. In quos dyabolus
cecidit cum humano generi invidet et per eos doctrinam errorum seminat.
Circa quod queritur Utrum dyabolus intret in animas reproborum. Et vide
quod supra ex dictis circa literam. Quia dicitur hic dyabolus cecidisse in terciam partem
fluminum id est in reprobos. Item dicitur Ecclesiastes x Si spiritus potestatem habentis ascen-
derit super te locum tuum ne dimiseris. Item ait Iohannes Epistola [illegible]
intrat ad animam per quodcumque vicium. et ita ut patet Item Augustinus
de verbis domini sermone [illegible]. Ubi inflatio ibi mansitas. Ubi mansitas
ibi dyabolus molitur nidum suum facere. Item Iob 3[illegible] ingredietur
bestia latibulum suum et in antro suo morabitur. Quod exponit Gregorius
3 moralium de maligno spiritu. Item Iohannis 12 Nunc princeps
mundi eicietur foras quo prius fuit intus. Et Iohannis 13 et cena facta
cum dyabolus iam immisisset in cor ut traderet eum Iudas. Sed in con-
trarium arguitur. Solus deus qui est spiritus incircumscriptus illa-
bitur anime. Gennadius(?) Augustinus libro de ecclesiasticis dogmatibus. Item tamen ar-
guit malignus spiritus sunt. Nec tamen ergo intrat neutrum. Ad hoc dicendum
sine preiudicio quod malignus spiritus non ingreditur animam substancialiter sed dicitur
intrare in mentes immittendo cogitaciones malas suggestiones. Unde Gregorius
ubi supra Recte in antro dicitur morari bestia quia tamdiu cogitacione
reproborum quousque ad cordium intima aculeo prave [illegible] perforet
[illegible] morabuntur in te cogitaciones noxie. Habitat in mentibus bonorum
[illegible] sed in eis morari non potest. Cor iusti huius bestie antrum non est
eo quod a corde iusti cogitaciones ab antiquo hoste immisse eiciuntur. Hec
eicitur scilicet contricione confessione et detestacione. Et per hoc ad [illegible]
[illegible] considerandi Et sequitur Tercium scilicet eiusdem dicti exposi-
cionem dicit Et nomen stelle absinthium. Hic ait Haymo absinthium
amarissima est herba, per quam doctrina hereticorum exprimitur quia
que dulcedinem fidei et virtutibus convertunt in amaritudinem perfidie et erro-
ris. Contra Proverbiorum ix. aque furtive sunt dulciores et panis absconditus
suavior. Quod exponitur de doctrina hereticorum [illegible] moralium. Ideo
quod aque furtive id est tales doctrine stultis et vecordi sunt dulciores
quibus loquitur ibi. Et huic palatum spirituale infectum. Tamen in se sunt
amare privacione virtutis que dulcis est et racione terrestreitatis quia
terrena est et dyabolica et quia infecta et plena veneno errorum et falsi-
tatis. et ideo talis doctrina non nutrit sed intoxicat. Ecclesiastes vii Inveni
[illegible] mortem amariorem quod exponitur de mollicie hereticorum. [illegible]
Ieremie 9 Ecce cibabo eos absinthio et potum dabo aquam fellis. Sicut
enim absinthium mixtum sapido cibo sive potui totum facit amarum
sic pravorum exposicio hereticorum cibum sacre scripture sapidum et dulcem
reddit abhominabilem et amarum. Prima ad Corinthios 5 modicum fermentum
totam massam corrumpit. Et sequitur Quartum scilicet effectum quod
cum dicitur Et facta est tercia pars aquarum in absinthium id est omnibus
illorum prava doctrina versa est in amaritudinem venenosam. Glosa [illegible]
amara fecit potum bibentibus eam. Et multi homines mortui sunt
scilicet spiritualiter vel corrupti et separati a deo qui est vera vita fi-
delium. De aquis id est de usu aquarum infectarum hoc est ex re-
cepcione doctrinarum pravarum. Simili perierunt. Quia
amare facte sunt scilicet errorum [illegible] Ysaie [illegible] In comedi[illegible]
de vivis eorum moriemur id est de doctrinis predictorum Ieremie 11 cor[illegible]

Ut tamen scribit 2 ad Thi 2 et 4 Reg 2o in figura Aque pessime
sunt et terra sterilis possunt autem aque dulcorari per salis appo:
sitionem i. per vere sapientie elucidationem Unde subditur ibidem
Egressus Eliseus ad fontem aquarum misit in eum sal et ait hec dicit
dominus Sanavi aquas has et non erit in eis ultra mors neque
sterilitas Item per ligni immissionem i. per fidei veritatem hoc enim
figuratum fuit Exodi 15 ubi dicitur murmuravit populus contra
moysen dicens quid bibemus at ille clamavit ad dominum qui
ostendit ei lignum quod cum misisset in aquas in dulcedinem verse sunt
Amos 5 Convertitis in absinthium iudicium scilicet [illegible]
Item hereticorum perfidia licet quandoque [illegible] aliquando
cruciabitur in hac vita videtur quod sic dicit Deus terminat se:
rum iudeorum et tyrannorum que fuit tempore apostolorum et martirum
ritur simul aliquando terminabit persecutionem hereticorum que incepit tempore
doctorum et professorum hec [illegible] non apparet raro dicit [illegible] eo quod ipsi
fuerunt contra fidem susceptam presertim cum videatur esse maioris
malignitatis Sed contra In contrarium arguitur sic Confessio fidei
manebit usque ad consumationem seculi igitur etiam eius impugnatio
Quia ista duo sunt inter se opposita que habent fieri circa idem
Et antecedens probatur Mathei ultimo vobiscum sum usque ad consumationem seculi
igitur Nota heresis est dogma falsum et perversum [illegible]
catholice assertioni et pertinaciter contrarium utpote qui quis [illegible]
biliter insistit alicui dicto ipsum defendendo vel impugnando
quod contrarium scripture vel legis divine aut canonice vel or:
dinationi romane ecclesie Et sic tria requiruntur ad perfectam heresim
Primo falsa credulitas que est ex parte [illegible] Et hoc invenitur
per dogma falsum Secundo perversa voluntas que est ex parte [illegible] Tertio pertinax defensio
[illegible] quod invenitur per dogma perversum quod invenitur per dogma [illegible]
sine impugnatio ex parte [illegible] Unde dicit Augustinus
catholice assertioni et pertinaciter contrarium aliquid pravum [illegible]
contra Manicheos qui in ecclesia [illegible] sapiunt resistunt pertinaciter
[illegible] si correcti ut sanum rectumque sapiant emendare nolunt sed
sua pestifera et mortifera dogmata [illegible] pertinaciter
defendere persistunt heretici sunt Et sic heresis est infidelitatis species pertinens
ad eos qui fidem Christi profitentur sed eius dogmata corrumpunt
Et ut dicit idem Augustinus Et habetur in decretis 24 q. 3 Qui
in ecclesia [illegible] falsam atque perversam nulla pertinaci animositate
sententiam suam [illegible] defendunt [illegible] cauta sollicitudine veritatem corrigi parati
[illegible] nequaquam sunt inter hereticos deputandi quia [illegible]
[illegible] invenerunt [illegible] Unde et aliqui
non habent [illegible] nichil interest
doctores dissensisse videtur vel [illegible] quorum nichil interest
ad fidem [illegible] vel aliter teneat vel etiam in quibusdam ad
fidem pertinentibus que nondum erant per ecclesiam determinata
postquam autem essent auctoritate universalis ecclesie determinata si quis tali
ordinationi pertinaciter repugnaret hereticus censetur Hec quidem
auctoritas principaliter residet in summo pontifice dicit enim Canon 24
q. 1 Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres nostros
et coepiscopos non nisi ad Petrum i. sui nominis auctorem referre
debere [illegible] Unde dicit Ieronimus hec
[illegible] doctorum suam sententiam defendit Unde dicit Ieronimus
est fides papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia in qua
si aliquid minus perite aut parum caute forte positum est emendari
cupimus a te qui Petri fidem et sedem tenes Si autem hec nostra confessio
apostolatus tui iudicio comprobatur quicumque me culpare voluerit

se imperitum vel malivolum vel etiam non catholicum sed hereticum comprobabit
Conclusio prima. Quamvis hereticorum perfidia sit ecclesie aliquomodo proficua
non tamen est ab ea post primam et secundam monitionem toleranda. Prima pars
patet per apostolum i cor xi dicentem Oportet et hereses esse ut qui probati sunt
manifesti fiant. Et patet ex hoc quia valet ad magis declarandum veritatem
fidei catholice et ad excitandum pigritiam ab hiis qui se exercent in divinis
scripturis ut vigilantiores et cautiores existant et diligentius studeant
et intrant. Sed quia secundum beatum Augustinum libro de vera religione Multi ad
fidem catholicam pertinentia dum hereticorum callida inquietudine exagitantur
ut adversus eos possent defendi considerantur diligentius intelliguntur clarius
et predicantur instancius. Secunda patet quia patet per apostolum ad Titum 3o
Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita sciens quia
subversus est qui eiusmodi est. Et ratio quia secundum doctorem sanctum 2a 2e q xi
ar 3o Circa hereticos duo sunt consideranda unum quidem ex parte ipsorum
aliud ex parte ecclesie. Ex parte quidem ipsorum est peccatum per quod meruerunt
non solum ab ecclesia per excommunicationem separari sed etiam per mortem
a mundo excludi. Multo enim gravius est corrumpere fidem per quam
est anime vita quam falsare pecuniam per quam temporali vite subvenitur.
Unde si falsarii pecunie vel alii malefactores statim per seculares principes
iuste morti traduntur multomagis heretici statim postquam de
heresi convincuntur possent non solum excommunicari sed et iuste occidi.
Ex parte autem ecclesie est misericordia ad errantium conversionem. Et ideo non
statim condempnat sed post primam et secundam correptionem ut
apostolus docet. Post modum vero si adhuc pertinax invenitur ecclesia
de eius conversione non sperans aliorum saluti providet eum ab ecclesia
separando per excommunicationis sententiam et ulterius relinquit eum iudicio
seculari a mundo exterminandum per mortem. Dicit enim Ieronimus et habetur
24 q 3 Resecande sunt putride carnes et scabiosa ovis a caulis
repellenda ne tota domus massa corpus et pecora ardeat corrumpatur
putrescat intereat. Arrius in alexandria una scintilla fuit sed quoniam
non statim oppressus est per totum orbem eius flamma populata est. Corollarium
Quamvis hereticorum perfidia solum per accidens est ecclesie proficua per se vero
nociva ideo non est toleranda. Patet quia utilitas que ex heresibus provenit
est preter hereticorum intentionem scilicet constantia fidelium comprobatur
ut dicit apostolus. Et ut excutiamus pigritiam divinas scripturas sollicitius
intuentes ut dicit augustinus. Sed ex intentione eorum est corrumpere
fidem quod est maximum nocumentum. Et ideo magis respiciendum est
ad id quod est per se de eorum intentione ut excludantur quam ad hoc quod
est preter eorum intentionem ut sustineantur. Corollarium Divina providencia permittit
hereticam perfidiam non sine causa. Patet ex conclusione quia hoc facit ad
excitandam patientiam et sapientiam fidelium et ad excuciendum eorum pigriciam.
Conclusio 2a Quamvis hereticorum perfidia sit ecclesie magis nociva quam
proficua secundum tamen scripturam sacram non finaliter in hac vita. Prima
pars patet ex dictis quia sicut proficit per accidens sic nocet ei per se.
Secunda pars patet quia scriptura invenit eius permanentiam. Unde glossa super ysaie
vero dicit Quamdiu mundus stabit in suis finibus tamdiu sapientia
secularis et hereticus sermo durabit. Cum autem finis mundi advenerit
universa solventur. Ex quo elicitur quod sicut hereses aque et
malicie hominum ad exercitium bonorum sic non deficiet commixtio bonorum
et malorum. Unde Matthei xiii dominus dicit in parabola zizaniorum
ministris Sinite triticum cum zizaniis crescere usque ad messem.
Et glossa per zizania ibidem intelliguntur heretici et per messem consummatio
seculi. Ideoque videtur quod heretici durabunt usque ad consummationem
seculi. Et sicut messem triturant triticum cum palea quod sine palea
Sic fideles cum hereticis propter eorum exercitium. Sed contra nullum malum
per se est permittendum propter bonum contingens quia non sunt facienda immo
nec permittenda mala ut eveniant bona ad Rom 3. Sed heresis est malum
per se et bonum ex ea proveniens est mere contingens. Ergo non est a deo permittenda.
Dicendum quod malum non permittitur ex hoc quod in ipsum consentitur

sz ad euitandum maius malum vel ad eliciendum aliquod bonum. Et ita
sit in proposito. Sz adhuc dices. Ecce ecclesia non conformaret se domino vi-
delicet eo quod prosequitur perfidiam hereticorum quam deus permittit. Dicen-
dum quod ecclesia hereticos qui sunt secreti non convicti, interim quod plane non
possunt deprehendi et discerni tolerat eos. Sz postquam fuerint mani-
festi et convicti et plene possunt deprehendi, non tolerat eos, eo quod [illegible]
se ad alios sicut fermentum ad massam. Et sicut ovis morbida
ad gregem et scintilla ad ignem et terram. Quia deus est scrutator
cordium et cognoscit vere reuertentes ad futuros effectus, sed non
ecclesia. Et ideo cum sint aperti eius inimici conantes ad eius exter-
minium, igitur ne paciatur exterminium et dei [illegible] habeat
defensionem persequitur eos et non tolerat. Unde dicit decretalis quod
si aliquis post abiurationem erroris deprehensus fuerit in abiuratam
heresim recidisse, seculari iudicio sunt relinquendi. Cuius racio secundum
doctorem sanctum [illegible] quod ecclesia secundum domini institutionem caritatem
suam extendit ad omnes, non solum amicos, verum etiam inimicos et per-
secutores secundum illud Matthei v. Diligite inimicos vestros, benefacite hijs
qui oderunt vos. Pertinet autem ad caritatem, ut aliquis bonum proximi
et velit et operetur. Est autem duplex bonum. Unum quidem spirituale scilicet salus
anime, quod principaliter respicit caritas. Hoc enim quilibet ex cari-
tate debet alij velle. Unde quantum ad hoc heretici reuertentes, quocienscumque
relapsi fuerint ab ecclesia recipiuntur ad penitentiam per quam impenditur
eis via salutis. Aliud autem est bonum quod secundario respicit
caritas scilicet bonum temporale, sicuti est vita corporalis, possessio
mundana et bona fama et dignitas ecclesiastica sive secularis. Et hoc
non tenemur ex caritate alijs velle, nisi in ordine ad salutem
eternam et eorum et aliorum. Unde si aliquid de huiusmodi bonis
existens in uno, possit eternam salutem impedire, non oportet quod inimico
velimus illud bonum ex caritate, sed potius quod velimus eum illo carere,
tum quia salus eterna preferenda est bono temporali, tum quia bonum multorum
prefertur bono unius. Si autem heretici reuertentes semper reciperentur ut con-
servarentur in vita et alijs bonis temporalibus, posset in preiudicium salutis
aliorum hoc esse, tum quia si relaberentur alios inficerent, tum etiam
quia si sine pena evaderent, alij securius in heresim relaberentur. Dicitur enim
Ecclesiastes ix. Ex eo quod non cito profertur contra malos sententia, absque ullo ti-
more perpetrant filij hominum mala. Et ideo ecclesia primo quidem reuertentes
ab heresi non solum recipit ad penitentiam, sed etiam conservat eos in vita
et interdum restituit eos dispensative ad ecclesiasticas dignitates
quas prius habebant, si videantur vere conversi. Et hoc pro bono pacis
frequenter legitur esse factum. Sz quando recepti iterum relabuntur, videtur
esse signum inconstancie eorum circa fidem. Et ideo ulterius redeuntes re-
cipiuntur quidem ad penitentiam, non tamen ut liberentur a sententia mortis. Hec ille.
Ad racionem ante oppositum dicendum quod non est simile. Et licet deus tamen
sit omnipotens, ex se possit elicere tantum bonum ex hominum sevicia
superbia et invidia sicut ex hereticorum perfidia, non tamen ex habitudine
nostra que plus excitatur ad recurrendum ad deum et ad scripturas
ex hereticorum repugnantia quam ex hominum sevicia superbia et invidia etc.

Et quartus angelus tuba cecinit et percussa est tercia pars
solis et lune et tercia pars stellarum ita ut obscuraretur tercia
pars eorum et diei non luceret tercia pars et noctis similiter. Et vidi
et audivi vocem unius aquile volantis per medium celi dicentis
voce magna Ve ve ve habitantibus in terra de ceteris vocibus
trium angelorum qui erant tuba canituri. Quarta pars

In qua agitur de quarto angelo qui est figura predicatorum denunciancium
fictionem falsorum fratrum et ypocritarum et eorum dampnacionem. Ut enim

dicit Haymo. Quid est primus angelus hoc est 2us et tercius et se-
quentes i. universalis ecclesie predicatores. Quia tamen sibi succedunt scilicet
apostoli martires et illis confessores, ideo sic distinguuntur. Et dividi-
tur res per hoc primo ponitur de angelo tubante premissio. 2o eius quod fa-
ctum est specificatio ibi Et percussa est tercia pars solis etc. Tercio
vocis denunciantis futuras tribulaciones auditio ibi Et vidi et audivi etc.
Quantum ad primum dicit Et quartus angelus tuba cecinit. Ut enim
ait Richardus videns antiquus hostis non posse fidelium persecucionem nec
per hereticorum pravitatem posse impedire predicacionem evangelicam,
in ecclesia adiunxit ypocrisis simulacionem, per quos secrecius et fa-
miliarius domesticos impugnaret. Quartus igitur angelus i.
quartus ordo predicatorum denunciavit fictorum falsorum fratrum ac ypocri-
tarum quibus modo repletus est mundus, et in quibus amaritudo amarissi-
ma. Tuba cecinit i. aperte predicavit ut ab eis quilibet se custodiat. Unde
illud Jeremie ix. Unusquisque a proximo suo se custodiat et in omni
fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater scilicet falsus et malus
supplantans supplantabit. Unde ergo dicit apostolus 2 Cor xi. Peri-
culum est in falsis fratribus. Et sequitur 2m scilicet eius quod
factum est ad cantum tube quarti angeli cum dicitur Et percussa
est tercia pars solis et lune etc. Secundum augustinum in originali sol
et luna et stelle sunt ecclesia, quarum tercia pars percussa est i. suis
voluptatibus dedita ut redundantibus et insolentibus ... suo
revelatur. Et quod idem Haymo per solem lunam et stellas in hoc lo-
co ecclesiam intelligere debemus que obscurata est in 3a sui parte duabus
partibus permanentibus in sui claritate in bonis prelatis et subiectis pre-
dicatoribus et auditoribus. Solis enim et lune nomine ipsa ecclesia
sicut dicitur Cantica vi. Que est ista que ascendit sicut aurora
pulcra ut luna electa ut sol. Stellarum quoque nomine eadem ecclesia
nominatur. Unde quod ait apostolus ad Philippenses 2o In medio
nacionis prave et perverse inter quos lucetis sicut luminaria in
... Per terciam ergo partem tercia significantur sicut dictum est prius, que dici-
tur percussa ita ut obscuraretur. Prout tunc littere evidencia clarius
Sicut enim in celo corporali sic in celo spirituali i. in ecclesia militante ge-
sepe in sacro eloquio celum nominatur, ordinatissimus rerum omnium dispositor
diversa luminaria constituit. De quibus scriptum est in principio libri Ge-
neseos Fecit deus duo luminaria magna luminare maius ut preesset diei et
luminare minus ut preesset nocti et stellas. Hec igitur ecclesia duo luminaria
magna scilicet solem et lunam habet et stellas varias. In sole vero notatur
presidencia dignitatis pastoralis que preest diei i. spiritualibus. In lu-
na vero designatur providencia dignitatis temporalis que preest nocti i. secularibus.
In stellis autem significatur diversorum statuum varietas in quibus lucet
obediencia spiritualis et providencia pastoralis dignitatis et eminencie singularis. (margin: et)
Ipsi soli prelatus cui competit excellencias varias comparatur. Hec enim sol sublimitate
posicionis, hec nobilitate condicionis, hec utilitate operacionis. Sit pastor
et prelatus spiritualis instar solis hec sublimitate posicionis si bene
intuerit, hec nobilitate condicionis si bene vixerit, hec utilitate operacionis
si bene rexerit. Et cum pastor ab hiis condicionibus solis degenerat si
male intuerit per iniustam et reprobam ambicionem. Si male vi-
xerit per inhonestam et scandalosam conversacionem. Si male rexerit
per torpidam et viciosam remissionem vel quod deterius est per tiran-
nicam et odiosam administracionem. Et tunc sol obtenebratur et eclipsatur.
Similiter providencia temporalis dignitatis in illius condicionibus lune assimi-
latur. est n lucta (2m nostrum) imitatrix solis dominatrix maris et ministra rore.
In quibus tres excellencie que conveniunt regali providencie gubernacionis desi-
gnantur in imitacione solis i. spiritualis claritatis fulgor clare providencie.
In dominacione maris i. temporalis mutabilitatis rigor maxime potencie. In
ministracione roris i. misericordialis pietatis dulcor vere clemencie. Ut
per eius providenciam clarescat veritas in discernendis iudiciis

per eius potentiam fervescat severitas in corrigendis vitiis et per
clementiam dulcescat serenitas in sublevandis miseriis. Ecclesia
tempora in quibus sole cum luna sibi invicem assistente et in hiis
dignitatibus concordare contigit. Aliter non impleretur illud propheticum
Abacuk 3 Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Deinde in stellis
in variis statibus ecclesiasticis et secularibus significatur obedientia
de quibus exponi potest illud Baruch 3 Stelle dederunt lucem in cu-
stodiis suis vocate sunt et dixerunt assumus cum humilitatis subie-
ctionis et obedientie singularis. Sed sic cum sole et luna omnes stelle
unanimiter quiescerent concorditer influerent reverenter assisterent humiliter
obedirent et omnes debitum suo ordine servare studerent ne maiores
minoribus se preferre contemnerent ne eis detraherent ne eorum auctoritatem
usurpare presumerent, ecclesia bene staret. Sed heu nunc impletur illud
Sophonie 1° Iohelis 2° vaticinium Sol et luna obtenebrati sunt
et stelle retraxerunt splendorem suum. Et hic in lra dicitur quod cum
quintus angelus tuba cane cepisset hoc est cum quintus ordo predi-
catorum ... scilicet hypocritarum diminuasset
... falsorum fratrum ac hypocritarum ... et pastores
percussa est secundum iusto dei iudicio tercia pars solis id est prelati et pastores
spirituales et tercia pars lune id est prepositi et rectores seculares et tercia
pars stellarum id est sacerdotes et clerici et quidam layci inferiores
ita ut obscuraretur tercia pars eorum. Hoc autem tempore vati-
cinium Hildegardis que de futuris temporibus multa scripsit cuius
libri solemniter approbati sunt in Treverensi concilio sub Eugenio papa
presente beato Bernardo et multis aliis prelatis incepit circa annum
domini millesimum centesimum ... sicut ipsa dicit Apostolorum
doctrina et ardens iusticia quam in clericis et viris spiritualibus
constituerat deus tepescere cepit et in hesitationem verti. Item licet prioribus
temporibus multas persecutiones passa fuit ecclesia a Iudeis pa-
ganis et hereticis tamen parte huius semper victrix quia consilia evan-
gelica ... et per viam consiliorum evangelicorum incedens secundum
perfectam sequens et per viam consiliorum ... humilitatis et obe-
dientie paupertatis et indigentie castitatis et abstinentie humilitatis et obe-
dientie semper ad excelsa sanctitatis ascendens per arma virtutis bella
cupiditatis voluptatis et vanitatis devincebat. Sed postquam a persecu-
tionibus iudeorum paganorum et hereticorum pacem habere cepit ecclesia
... in pace facta est amaritudo eius amarissima Ysaye 38 quia per
bella viciorum facta est persecutio virtutum et evangelicorum preceptorum
et consiliorum. Nam contra paupertatem et indigentiam surrexit cupiditas et
avaritia contra castitatem et abstinentiam obtinuit voluptas et
castimargia. Contra humilitatem et obedientiam intumuit vanitas
et superbia. Nam in isto quinto tempore populus clericus et signanter clerus de-
... et honoribus paulatim corruptus quia ... in humilit-
... et caritatis exercitium ... in cupiditatis incedunt et vanitate
... impediunt. Nunc non clericus per divitias et gloriam lapsus est a
frugalitate ad delicias a temperantia ad immoderantiam a modestia
ad lasciviam ab humilitate ad superbiam a caritate ad lites et
iurgia. Sic quod in hoc quinto tempore omnia ecclesie instituta sive
spiritualia sive secularia sunt in deterius immutata et quedam tenebre
iniusticie et iniquitatis obtenebrata sic quod tercia pars dicitur hic
obscurata. Nam si consideremus quales ante fuerunt pontifices et spi-
rituales prelati quales principes et seculares prepositi quales etiam
sacerdotes et inferiores clerici et layci et si diligenter inspiciamus
quales hodie sunt isti qui eis solo nomine successerunt, tunc in
veritate dicere poterimus quod obscurati sunt et obtenebrati ita ut
diei non luceat tercia pars eorum et nocti non splendeat tercia pars eorum
per quam tertiam partem omnes reprobi significantur ut dictum est prius

que dicatur hic percussa iam ut obscuraret*ur*. Sed dubitare sic loquitur
Nam si fuit percussa videtur fuisse obscurata Secundum Haymonem
et non dicit percussa est tertia pars eorum et obscurata sed percussa est ut
obscuraretur ad hoc scilicet percussa ut pre ea obscurare*tur* quia illi fratres
vulnerabantur in mente occulte sed pre ea obscurabantur quando
ecclesia agnoscebantur et abiciebantur Et ponit exemplum dicens Cera
si ponatur in radio solis quia liquescet oculos licet statim tenta
illius manifestatur. Quoniam ipsum modicum lumine quod videbatur
perdidit. Ita illi statim ut in conspectu examinatum positi sunt agnitus
est dolus eorum. Et qui prius videbantur lucere per fidem reperti obscu-
rari et ab ecclesia abiecti sunt propter eorum pravitate. Sequitur et dies
non luceret tertia pars scilicet illuminatorum a sole Et nocti similiter scilicet
non luceret tertia pars illuminatorum a luna. Unde Beda Ecclesie decus imi-
siderum relucentis per falsos fratres obscuratur qui vel in prosperis vel in
adversis seculi minus eam fulgere faciunt sua defectione. Supra
effectus est sol quasi saccus cilicinus et per solem ergo intelliguntur
ecclesia maiores. Nam sicut sol totum mundum illuminat ita prela-
totum ecclesiam debent illuminare. Mathei v. Vos estis lux mundi. Sed
una pars est lucentium et ardentium qualis sunt doctores et pre-
splendore sapientie fulgentes et ardore divine dilectionis fervetes. Iohannis
erat lucerna ardens et lucens. Ezechielis i. Aspectus eorum quasi aspectus
lampadarum. Alia pars est ardentium scilicet amore non lucentium
scilicet doctrine splendore sicut multorum simplicium aliis non predicantium
Ezechielis i. Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Tertia pars
lucentium sed non ardentium quorum significatur hic per tertiam partem
percussam scilicet prelati qui lucent exterius simulata sanctitate sed non
interius habita caritate Et hos percussit deus. Mathei 23 dicens Ve
vobis scribe et pharisei ypocrite quia similes estis sepulcris dealbatis
que foris apparent hominibus speciosa intus vero plena sunt ossibus
mortuorum Sic et vos quidem a foris apparetis hominibus iusti
intus autem pleni estis ypocrisi et iniquitate. Unde Richardus Tertia
pars solis percussa est quia sensus humanus in ypocritis obscuratur per
sinistram intentionem per lunam vero et stellas possunt intelligi
in ecclesia clerici mediocres et homines. Nam sicut luna recipit lumen
a sole similiter et stelle Sic a prelatis maioribus clerici medii
informantur et inferiores et quales sunt prelati tales sunt clerici Secundum illud
Ecclesiastici x Qualis est rector civitatis tales habitantes in ea. Nam secundum
ad exemplum principis componitur orbis. Quorum tertia pars percussa est
scilicet gladio ypocrisis et simulationis vel potius gladio predicatoris re-
ypocrisim et simulationem. Unde Richardus ypocrite apparet sol
apparentia operum sapientie et luna per apparentia operum vite et iustitie
et stelle per apparentia virtutum quibus videntur lucere Sed tertia
pars eorum que reprobi obscurantur ut non luceat diei que perfecte illumi-
natur etiam nocti que minus illuminatur. Ysaie xiii. Obscuratus est
sol in ortu suo. Iheremie quarto Aspexi celos et non erat lux in eis.
Supra vi de hoc plura dicta sunt. Et Sequitur et pars in qua inci-
pitur vocis annuntiatis futuras tribulationes audicio cum dicitur Et vidi
audivi vocem unius aquile volantis et cetera Sed queritur Ex quo eam
Et idem fuit ei vidisse quod audire Quare intulerat ista verba Secundum
quod hoc dicit ad ostendendum se audisse apprehendendo et vidisse intelligendo
Vidi ergo scilicet visu interiori quia intellexi Et audivi quia apprehendi
vocem unius aquile per quam secundum augustinum ecclesia figuratur Unde
aquilam intellige ecclesiam volantem per medium celi quia in medio
sui desurrectionem et plagas novissimi temporis voce magna predicantem
Vel per aquilam predicatorum sublimium cetus designatur qui per medium
celi quia ecclesie discurrunt predicando de quibus dicitur Ysaie 60 Qui
sunt isti qui ut nubes volant. Unde Richardus aquila que irre-
verberatis oculis contra solem ad sublimia volat ministerium
predicatorum signat Et dicuntur una aquila quia in eis est magna

cordia in scripture contemplacione et predicacione Bonaventura super vi Audivi
unius de quatuor animalibus Et haymo fere dicit idem aquila totum certam
universalis designat ecclesiam doctores specialiter qui volant per medium celum
quod est per medium ecclesiam que celum appellatur quia sedes dei est predi:
cando discurrunt Et bene una aquila volabit per medium celum ecclesiam
quia que in unitate fidei consistit Et calcatis terrenarum volupta:
tum desideriis intima contemplacione ad celestia sublevatur Cuius vox
crebra cum apostolo dicunt illud ad philippenses 3° Nostra conversacio in
celis est Unde aut per medium celum volat quia hinc inde orbem
terrarum in electis possidet Cuius predicacio non simpliciter vox sed cum
dulcimento vox magna vocatur quia in toto mundo sonuit Sicut de
eius predicatoribus eius dictum est In omnem terram exivit sonus eorum ps
18 Et ad Romanos x Vel dicitur magna vox pro magne libertatis audacia
oritur Quid aut dixit magna voce manifestum cum subditur
ve ve ve habitantibus in terra Et continuitur Quare hic ait tria ve
Hugo cardinalis Haymo quia tria ve significat magnitudinem tribulacionum
et dampnacionum que in trium angelorum vocibus que secuntur continentur
Et ideo sequitur de ceteris vocibus trium angelorum qui erant tuba
cituri id est denunciaturi tres tribulaciones gravissimas temporibus futuris quod du
riores erant tribulaciones tubis quatuor angelorum precedentium denunciate Et
que succedentes erant multo graviores Ut ait Richardus Et sicut ait
est multiplex ve sit habitantibus in terra id est terrena diligentibus
et illa celestibus presentibus Ut ait augustinus super canonicam Johannis
omelia 2a Et similiter super Johannem omelia 2a amando habitamus Qui
diligit mundum corde habitat in mundo Qui non carne in mundo habitat
corde versatur in celo Et talibus est multiplex ve Ysaye 24 formido et
fovea et laqueus super te qui habitator es terre formido id est angor sive
terror conscientie laqueus temptacionis dyabolice et fovea carnalis concupiscentie
Vel talibus triplex ve propter tres concupiscencias quia omne quod est in mundo
concupiscencia carnis aut concupiscencia oculorum aut superbia vite i Johannis 2°
Vel triplex ve peccantibus corde ore et opere Jeremie po a a a Ezechielis ix
heu heu heu domine deus Vel ve pro culpa originali Ve pro actuali
Et ve pro pena gehenali quibus tribus sunt contrarie que fortes sunt
dicitur hoc ve ve Zacharie 2° O o o fugite de terra aquilonis
Jeremie 21 terra terra terra
Joelis po a a a quia prope est dies domini
secundum tamen sensum litteralem tria ve denunciant futuras
tribulaciones imminentes a tribus angelis sequentibus Quarum tribulacionum
duo precesserunt Et in hoc ostenditur differencia inter quatuor predictas visiones et tres
sequentes Nam quatuor precedentes narrantur ut preterite tres aut sequentes
ut futuri In quo datur intelligi quod tres sequentes status ecclesie sunt
futuri et periculosiores quam fuerunt quatuor precedentes Ideo intelleduntur
vox unius aquile volantis per quam ut dictum est significatur
universalis ecclesie vel predicatorum sublimium cetus Unde ...
...dicatoribus denunciant Unde haymo Et non de precedentium quatuor ange:
lorum vocibus sed de trium subsequencium qui erant canituri voce
omnis aquile se vidisse dicit et audisse apte innuit quod electorum
... vetustas diverse calamitatis plagas predicare non cessat Et possi
... hoc esse thema de sancto doctore Et specialiter de beato Johanne ewangelista
per aquilam designato Ubi quatuor figurantur quorum primum est ...
... ibi aquile primum est contemplacionis sublimitas ibi volatus
... secundum est sacre predicacionis sedula studiositas ibi per medium celi
... tercium est predicatoris vitas ubi dicitur ve ve ve aquila et dicitur
ab acumine oculorum et est avibus alte volans ut dicit ysidorus
ethymologiarum libro xvii° c° vii Et ibidem de aliis elegantiis eius
... multum Et ambrosius exameron omelia 7a super Job ix
Sicut aquila volans ad escam Et eiusdem 39 Numquid ad preceptum
tuum elevabitur aquila Et in arduis ponit nidum suum in petre
manet et Super quo Gregorius xxxi moralium dicit Aquile nomine

subtilis secretorum intelligencia et sublimis eorum contemplacio figura-
et specialiter beati Johannis ewangeliste. Cunctarum quippe avium visum
acies aquile superat, ita ut solis radiis fixos in se eius oculo-
nulla luminis sue thorusctacio reverberans claudat. Et sicut ista
solem intuetur in rota sic ipse specialius deitatem contemplatus est
thema. Unde dixit: In principio erat verbum. Alii vero evangeliste quasi infir-
moribus oculis solem id est christum videbant in nube id est velatum carne. Secundo quia in -
diviis super omnibus posuit nidum suum qui super pectus domini in cena recubuit
Johannis xiii. Tercio quia provocat ad volatum pullos suos Deuteronomii 32.
[illegible] doctrina eos sanctissime Job 39. Et Johannes spirituales fideles
stilo fideles esse docet eterna contemplari et querere que sursum sunt
et imitari divinam passionem sicut patet in libris que scribit septem ecclesiis
et angelis earum. Quarto quia in nido ponit ametistum qui fugat
serpentes. Nidus enim ametistus fides serpentes hereses. Contra quas specialiter scripsit.
Quinto quia renovat se in senectute. Unde quicquid factum sit de
corpore eius inventum est in sepulchro eius manna scaturire. Item sicut
eius quod dicitur: Renovabitur ut aquile iuventus tua. Ibi glosa
de proprietatibus eius. De hac aquila potest exponi illud Ezechielis xvii.
Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu plena plumis
et varietate venit ad libanum et tulit medullam cedri et summitatem
frondium eius avulsit. Ubi quatuor in Johanne commendantur. Primo virtutum
magnitudo in hoc quod dicitur grandis stili in virtute in sapientia in au-
2o duplex puritas stili virginitatis et intelligencie. Per hoc quod di-
magnarum alarum. Hec namque due requiruntur, quia non sufficit sublimitas
intellectus nisi subsit mundicia affectus. Multi enim elevantur per
intellectum sed deprimuntur per affectum. 3o stili posterior auctoritas. Tunc
longo membrorum ductu quod non tantum refertur ad quantitatem corporis
quantitatem ad longevitatem etatis. Scripsit enim apocalipsim et evan-
que duo ipse post omnes revelavit ut posterior scribens defectum aliorum
suppleret. Ad hoc quod dicitur longo membrorum ductu. Et tamen stili
[illegible] auctoritas Ysaie 23. Ego novissimus vigilavi. Subditur
autem ipse plena plumis et varietate. Et si enim principaliter circa divinam ma-
insistat quod significatur per hoc quod dicitur plumis, tamen immisceret plura que
pertinent ad humanitatem. Nam quod innuitur per hoc quod dicitur et varietate. Ideo
terminum premissis deitatis sublimia dicens: In principio erat verbum et verbum
subiunxit humanitatis humilia dicens: Et verbum caro factum est etc. Unde hoc
vero quod sequitur: Venit ad libanum innuitur Christi familiaritas. Libanus
enim interpretatur candor et significat Christum qui est candor lucis eterne. Ad
vero venit autem maxime Johannes venit ad hunc libanum quia Christo se
conformavit in puritate et quia recumbens super pectus eius hausit
sapiencie salutaris que fluit impetu de hoc libano. Et hoc est quod subditur:
Et tulit medullam cedri id est pinguedinem et dulcedinem spiritualis archani
quasi occultatum sub [illegible] sermonis mistici velud sub duricia ossium
et summitatem frondium eius avulsit id est excellenciam celestis eloquii
et dicitur ideo summitatem quia altius omnibus locutus est. Ut de eo possit
dici illud Genesis 49: Neptalim cervus emissus dans eloquia pulchritudinis.
Et taliter doctor et specialiter beatus Johannes est volans per elevacionem
ab infimis et sublimacionem ad summa et per dilacionem fervoris
velocitatis sanctis in deum. Est enim volatus nobilior et velocior motus ra-
cionabilium. Unde et angeli dicuntur volare sive habere alas secundum
institutores super librum angelice ierarchie c. xv. Unde Ambrosius
libro 4o de virginitate: Anima habet volatus suos quibus brevi momento
totum percurrit mundum. Super mundum est iusticia castitas bonitas sa-
Et de hoc volatu similiter Ambrosius libro de fuga seculi. Qui enim
fugit mundum volat. Ubi volatus ibi reges Ysaie 60. Qui sunt isti
qui ut nubes volant. Quod tractans [illegible] super Ezechielem parte 2a omelia
viii dicit volare dicuntur sancti, quia in terra vivebant extra terram est quod
appetit. Volat qui terram quasi non tangit, quia in ipsa nichil appetunt
et ibi beatus de hoc et licet tales volaverit celestia contemplando. Tunc per
medium celi volat celestia documenta dispensando. Apocalipsis xiiii. Vidi angelum

volantem per medium celi, habentem clamorem v̄ etiam v̄ etiam, ruentes et talis doctor sit predicando non palpat blandiendo, sed terret habitantes in mundo comminando et dicendo ve ve ve habitantibus in terra, sicut ex positum est supra, propter quod vox doctorum comparatur tonitruo supra c. xo de celo comminationis. Bernhardus in sermone de beato Iohanne baptista: tam lucere vanum est, tantum ardere parum, ardere et lucere perfectum. Et post: Baptista ardor interius et foris lucet. Et si non datur ei utrumque, curat semper ardere magis, vt pater suus qui videt in abscondito reddat ei. Et item: minimus magnificabitur quidem ab hominibus. Et in pro minimo est ut ab humano iudicetur die. Qui enim iudicat me dominus est. Cui feruere ab omnibus exigitur. Splendere vero non ita. Ignem inquit veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. Hoc nempe commune mandatum est quod exigitur ab vniuersis. Alter vtra si deesse contigerit admittitur extraordinario. Ceterum singularis apostolus et apostolicis viris dicitur: luceat lux vestra coram hominibus. Nimirum tanquam ardentibus et velut ingenti ardentibus quibus non timeatur a flatu quolibet aut impulsione ventorum et nisi non luceres ait et ardebis. Ecce ex feruore splendor non feruor prodire debet ex splendore. Sunt enim qui non eo lucent quod feruent, sed magis feruent ut luceant. Vt iste plane non feruent caritatis spiritu sed studio vanitatis. Et ibi et plura vide si placet. Sed ne talium prouide ad deum referatur hoc quod de prefatis luminaribus dicitur, scilicet percussa est tercia pars eorum ita ut obscuraretur. Sic intelligi debet enim sicut cor pharaonis ab ipso indurari dicitur. Eiusmodi enim duricia per ipsum misericordiam non emollitur. Neque enim culpa est solis quod suis radiis lippientibus oculis veritatem infundit, sed magis ad vicia oculorum redigendum est qui ex lumine tenebrescunt. Augustinus quod deus bonus vtens etiam malis natiuis multa bona ex hiis operari consweuit, vtpote iusticiam vindicatiuam paciam sanctorum, malicia et huiusmodi. Item doctor sanctus contra gentiles. Et augustinus in Enchiridio dicit quod malum bene ordinatum et suo loco positum eminencius commendat bona ut magis placeant bona deo et laudabiliora sunt dum comparantur malis. Vnde si boni non viderent malos, dicit beatus Thomas, non ita bona desiderarent nec in bonis tam feruidi amoris esset et cetera.

Et quintus angelus tuba cecinit et vidi stellam de celo cecidisse in terram. Et data est illi clauis putei abyssi et aperuit puteum abyssi et ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magne et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locuste in terram. Capitulum Nonum huius libri continuatur sic ad precedentia. Descriptis quatuor angelis tubis canentibus et persecutionibus ad eorum tubicinia contentis, etiam superioribus capitulo precedenti. In hoc capitulo ix agitur de duobus penultimis angelis tuba canentibus in figura predicatorum pauperum statum eorum in tempore precursoris ipsius antichristi et predicatorum illorum nequiciam qui figurantur in specie locustarum. Et hoc quo ad quintum angelum, et in figura predicatorum paupertatum persecutionum tempore antichristi quo ad sextum angelum. Et hoc post medium seculi ibi Et sextus angelus et cetera. Vnde Richardus post diabolus vidit quod singillatim per Iudeorum emulationem, per tyrannorum crudelitatem, per hereticorum calliditatem, per ypocritarum simulationem et falsitatem non potuit impedire sacram scripturam et eius predicationem, vniuersa nullorum quam induxit, et quod singillatim et singulariter non potuit, per omnia pariter efficere temptabit sed ille. Vnde et post vehementia persecutionis pronunciat hic angelum descensurum de celo. Et ista prima pars de angelo quinto diuiditur in tres partes. Primo ponitur de angelo tubante premissio, hec enim quod pronunciabat angelus tuba, predicatorum specificatio, ibi: Et vidi stellam et cetera. Tercio recapitulatio sine continuatio ibi Ve vnum abiit. Circa primum dicitur Et quintus angelus

IX
hic nota Richardi dicit stare aut illa contradicat ei dicitur et sequitur 3 post

vel quintus ordo predicatorum in ordine narracionis et temporis et status
Nam bene potest fieri quod idem sunt predicatores in quinto statu qui fuerunt
quarto etc. Non magis attendit diversitas et ordo statuum circa quam di-
versitas personarum sibi adinvicem succedencium quia multi non apostoli fuerunt et
primo et sub 2o ordine sic et multi predicatores sub quarto et sub quinto
poterunt esse simul, quod tamen non determino quod ita fiat, sed quod potest.
Quintus igitur angelus vel ordo predicatorum de quinto statu cecinit
tuba cecinit vel futura predicando denunciavit, et eciam
munire et consolari cepit et specialiter beatus paulus 2 ad thess 2o
totum Rogamus vos fratres per adventum domini nostri ihesu christi et
nostre congregacionis in idipsum ut non cito moveamini a vestro sensu
neque terreamini, neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam
tamquam per nos missam, quasi instet dies domini, ne quis vos seducat ullo modo
quoniam nisi venerit discessio primum et revelatus fuerit homo peccati filius perdicionis
qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod
colitur, ita ut in templo domini sedeat ostendens se tamquam sit deus
scilicet non veniet dominus ad iudicium. Et sequitur 3a pars scilicet qui
quod pronunciabat angelus tuba vel predicacione prefiguratur. Et subdividitur
in quatuor. primo premittitur origo precursorum antichristi sub specie locustarum
Secundo subditorum prelatis eius collacio, ibi Et data est illis potestas
sicut habent. 3o describitur eorum similitudo ibi Et similitudines
locustarum. 4to exprimitur principatus super eos imperatio ibi Et habebant
super se regem. In prima tanguntur tria primo dyaboli figura
et prelatis connexio. 2o malicie sue revelatio ibi aperuit puteum
3o effectus malicie sue et doctrine expressio ibi Et de fumo. Dicit ergo
quantum ad primum Et vidi stellam scilicet spiritualem visibile clarissima et limpidissima
stellam id est dyabolum qui sic dicitur quia prime condicionis origine
quia prius ut stella splendidissima luxit. Tu signaculum plenus sapiencia et perfectus
decore fuit Ezech 28 Et quia se modo saepe transfigurat in angelum lucis
2 cor xi. De celo scilicet empireo in quo creatus fuit. Cecidisse scilicet
propter peccatum superbie que semper est casum iuxta illud prov. 29. Superbum
sequitur humilitas vel deieccio. Ysaie xiiii Quomodo cecidisti lucifer
qui mane oriebaris. Luce x. videbam sathanam de celo cadentem. Et
determinat ubi cecidit, cum subdit in terram id est in istum aerem caligi-
nosum terre vicinum qui quasi carcer detrusorum de celo empireo
deputatus est ei cum sociis suis ad hominum probacionem usque ad diem
iudicii. ad Eph. vi Colluctacio est nobis adversus principes et potestates
adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequicie in ce-
lestibus id est in aere istis tantibus. qui frequenter in scriptura dicitur celum ut
Gregorius moralium libro c. viii et xiiii. Dominus apostatam angelum cum
complicibus quibus ad interitum per se exit in hunc aerem caliginosum
de celestibus sedibus demisit, qui quantum ad sublimitatem celi
non immerito dici potest inferius, sic ergo quantum ad eiusdem aeris al-
titudine terra que inferius iacet inferius potest intelligi. In quo
aere quasi in carcere constringitur, quod temptare bonos quantum de-
siderat prohibetur. Vel in terra id est in infernum qui est in profundo
terre. Ibi forte iam aliqui sunt et post diem iudicii omnes detru-
dendi. 2 Pet 2o. Deus peccantibus angelis non pepercit sed rudentibus
inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reservari.
Ysaie xiiii Lucifer corruisti in terram qui vulnerasti gentes. Qui
dicebas in corde tuo In celum ascendam super astra celi exaltabo
solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis
ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad
infernum detraheris in profundum laci. Vel magis ad literam dicit
cecidisse in terram id est in diligentes terrena qui sunt synagoga
sathane. Apoc 2o. Sed queritur. quo ab inicio cecidit de celo quia
mendax est ab inicio Johannis viii. Qualiter hic dicitur esse casurus
tempore precursorum antichristi. Dicendum quod tunc dicitur casurus sive des-
censurus de celo ad vehementiam persecutionis ab eo excitandam in mem-
bris suis, et ergo ob evidenciam isto sensu quo dicitur esse cum inceperit

Sequitur potestatis concessio cum subditur Et data est illi clavis putei abyssi.
Abyssus secundum papiam dicitur profunditas aquarum impenetrabilis Et significat
profunditatem nequicie pravorum hominum et perverse doctrine hereticorum. dicitur
enim abyssus eo quod est sine claritate. Secundum vero est cor hominis et inscrutabile
secundum ut videtur de hunno Numeri xvi. De hac abysso dicitur Gen. i. Te-
nebre erant super faciem abyssi. Per puteum autem heretici intelliguntur. quorum sunt
prava doctrina perversa et profunda. homines in yma terre demergunt. ut dicit
Haymo. Clavis ergo putei abyssi potestas intelligitur dyaboli qua dominatur
hereticis qua dominatur hereticis paganis et ceteris infidelibus et pravis
hominibus Sicut enim legimus quod petro date sunt claves regni celorum id est
potestas ligandi atque solvendi Matthei 16. Ita in hoc loco clavis que data
est dyabolo potestas intelligitur quam exercet in reprobis Et que illi data
esse dicitur. quia hoc quod non est ablata sicut induratum est cor pharaonis
et non est emollitum. Data est igitur et scilicet dyabolo clavis id est potestas putei
abyssi id est concessa est ei potestas dominandi super eos qui sunt puteus per malicie
profunditatem Iuxta id proverbiorum xviii. peccator cum in profundum venerit
contempnit Et qui sunt abyssus per interiorem tenebrositatem Iuxta illud Ephesiorum 4.
tenebris obscuratum habentes intellectum. Unde et sequitur 2m scilicet malicie
dyaboli revelatio cum dicitur Et aperuit puteum abyssi id est profunda et occul-
tam maliciam peccatorum manifeste propalat ut ait Richardus et Haymo.
aperuit puteum abyssi quando ipse instigat hereticos ut tenebras sue doctrine
proferat ad decipiendum quos possunt. Ipse hic fatetur quod eo instigante fit De quo
puteo dicitur in psalmo 66. Non me demergat potestas aque neque absorbeat
me profundum neque urgeat super me puteus os suum. Super quo dicit
Augustinus. magnus est puteus profunditatis iniquitatis humane quando tunc
claudit super hominem os suum quando iam solum non sit in peccatis iam enim
perdidit aditum confessionis. Item Augustinus super psalmo 41. Abyssus est profunditas
quedam impenetrabilis et incomprehensibilis infinitas et maxime solet dici in
aquarum multitudine ubi non altitudo ibi profunditas est que usque ad
fundum penetrari non potest. denique quodam loco dictum est Iudicia tua abyssus
multa psalmo 35. hoc volens scriptura commendare quod iudicia dei non
comprehenduntur. Subdit Si abyssus est profunditas Nonne cor hominis
abyssus est Et quid non profundius hac abysso. Propter hoc dicit idem Augustinus
libro meditationum capitulo 26. Abyssus iudiciorum dei super me abyssus infini
subtus me. abyssus peccatorum est intra me. Illam que supereminet timeo
ne in me irruat. et me cum abysso mea in illam que subtus me pa-
tet obruat. ubi tormenta peccata nunquam delebunt. sed peccati super me semper
tormenta habebunt. Et idem capitulo 24. Vere abyssus peccata mea sunt quia incom-
prehensibilia numero et profunditate et inestimabilia sunt numero et immensi-
tate. abyssus abyssum invocat. o peccata mea tormenta quoque quibus me
servatis abyssus sunt quia infinita et omnino incomprehensibilia sunt Est et
tercia abyssus scilicet ipsa nimis terribilis Iudicia domini abyssus multa
quia super humanum sensum occulta Vere super me timor et super timorem
dolor et dolor super dolorem abyssus abyssum in voce cataractarum
dei invocat. quia peccati abyssus abyssum tormentorum meretur. quam
iudicia dei pronunciat. Et ille. Ad propositum vere abyssus concreta profunditate
nequicie pravorum hominum et perverse doctrine hereticorum dicitur enim abyssus
quasi sine busso Unde idem Augustinus xx libro de civitate dei capitulo vii. abyssi
nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum Quorum adversus
ecclesiam dei profunda sunt corda in malignitate Gehenne. Secundum primum est cor
hominis Et de ista abysso dicitur Job 38. abyssus dicit Non est in me
Super quo dicit Gregorius xviii moralium Quid abyssum vocat
nisi corda hominum. que et per lapsum sunt fluida et per duplicitatem ca-
liginis sunt tenebrosa etc. Et ibi exponit id quod dicitur infra xx capitulo
Vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi in manu sua
et apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas
et ligavit eum et misit in abyssum etc. Unde dicit antiquus serpens
ligatus sathana in abyssum mittitur quia religatus a bonorum cordibus

Apud reproborum mentes crudelius eis atrocius dominatur. quia paulopost de
puteo abyssi educi describitur. quia de iniquorum cordibus nunc dirutis
semetipsis tunc accepta contra etiam libertate et potestate in vim aperte
[illegible] persecucionis erumpet et ibi plura Et super illo Job 38
Nunquid in novissimis abyssi deambulasti dicit h[ic] 29 Quid est abyssus
nisi mens humana que dum semetipsam comprehendere non valet. se sibi
omne quod est velud obscura abyssus latet Unde non est abyssus
profunde et obscure malicie de qua hic ut est expositum Et est
abyssus fede et sordide lascivie sive corruptionis proverbiorum 23 profunda
fovea meretrix et puteus angustus aliena. De quo possit exponi illud
Job supra abyssus dicit non est in me Item est abyssus magne et
profunde sapientie dyabolice Job 41 estimabit abyssum quasi senescentem.
ubi Gregorius moralium 41. Quia senectus legi pro fine propinquitate ponitur
sicut dicit apostolus ad hebreos 8º Quod antiquatur et senescit prope interitum
est. Leviathan estimabit abyssum quasi senescentem. quia reproborum corda
sic infatuat ut supplicium eis de vetus iudicio. quia quasi finiendum infundit
abyssum namque senescentem estimat. qui eternam quoque in suppliciis supernam
animadversionem putat etc. Igitur antiquus iste persuasor in mentibus suis
iniquorum mentibus futuras penas quasi certo fine determinat. ut
eorum culpas sine termino correctionis extendat. et eo magis hic peccata
non finiant. quo illic estimat peccatorum supplicia finienda Unde ei sunt multi
qui idcirco peccatis suis finem imponere neglegunt. quia habere quoque finem ventura
super se iudicia suspicantur. quod tamen esse impossibile patet ibi diffuse deducit
Et sequitur effectus accepte potestatis cum subditur Et ascendit fumus
putei id est pravorum hereticorum tenebrosa doctrina et superba manifestata est
et invaluit Que bene fumo comparatur. quia lumine veritatis caret Et sicut
sanctis scriptura sacra lumine fidei sic heretici cecitatem infundit Ait Ysayas
hunc cum aliis fidei lumine obscurare non cessant. quod tamen intelligentiis est
occasionaliter fumus quo obscura doctrina et excecativa et fumus ascen:
dens superba doctrina Ysaye xiiiº. ab aquilone fumus veniet Et quale
[illegible] doctrina Ysaye xiiiiº. ab aquilone fumus venit Et 2 ad thess 2º Et:
xlº adversus deum deorum loquitur magnifica Et 2 ad thess 2º Et
extolletur super omne quod dicitur deus aut quod colitur Item moraliter fumus
ascendens est mala cogitatio de corde in opus exiens Et sicut fumus
ascendens signum est ardentis ignis sub cinere. sic mala operatio signum est
malicie ardentis in corde Unde Ysaye xiiii De radice colubri egredietur
regulus id est de mala cogitatione malum opus et semen eius absorbens
volucrem id est bonos intendens devorare Et quia non modicum invaluit
prava doctrina antichristi et precursorum eius ideo sequitur Sicut fumus fornacis
magne scilicet a qua magnus fumus et multum altus ascendit. Ubi
Haymo fornax magna novissima est vexatio. hec antichristi et precursorum
eius futura. de qua scilicet fumus egrediens id est confusa doctrina et tenebrosa
que mentes penitus in caliginem vertet Et Beda persecucio magne for:
nacis id est novissime persecucionis heretica fervet insania. quia ut Haymo
sicut nunc ita et eo amplius error tunc seminabitur ab impiis Unde salvator
dicit Luce 21 Erit tribulacio qualis non fuit neque fiet etc. Et merito
comparatur fornaci ob ignis malicie habundanciam et nocendi ardorem
et bonorum examinacionem et purgacionem. et malorum dampnacionem et consumpcionem
qui sunt palee Job xli halitus eius prunas ardere facit et flamma de ore
eius egreditur Et Danielis 3 dicitur de fornace babilonica quod eius
flamma caldeos incendit et pueros illesos servavit De hac etiam Genesis
xix In figura videt abraham favillam ascendere de terra tamquam fumum
fornacis magne Genesis 3 tamquam aurum in fornace probat eos Sequitur
Et obscuratus est sol et aer de fumo putei. Per solem hic intelliguntur
doctores catholici alios illuminantes ad cognicionem veri et inflammantes
ad amorem boni. per aerem vero intelliguntur illi qui ab aliis illuminantur
Et utrique fumo fornacis id est prava doctrina antichristi et precursorum eius obscu:
rabuntur. quia vera doctrina non reputabitur immo tamquam falsa a multis re:
probabitur Job 41 Sub ipso erunt radii solis. Et hoc innuitur in littera

cum dicitur. Et obscuratus est sol id est maiores qui videbuntur in celo. Et aer id est qui videbuntur mediocres vel inferiores, hoc est doctores et discipuli catholici de fumo putei id est tenebrosa et prava doctrina precursorum antichristi. Hoc est quod doctrina eorum non exhibitur quia novam doctrinam pseudo predicatorum. Et hoc enim Haymon intelligitur est in 3 parte sui id est in sensibus tenebris ut supradictum est. Et videtur quod iam venit tempus illud quia iam hodie plus placet novitas quam veritas, et auditur libentius nova subtilitas que facit admirationem quam utilis veritas que facit compunctionem. Unde II ad Thymotheum 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum avertent et ad fabulas convertentur. Ipsi narraverunt iniqui fabulationes sed non ut lex tua. Vel propterea hoc dicitur quia multi ex hiis et illis id est ex maioribus et minoribus, prava doctrina malorum procurante diabolo decipietur, et contempta sana doctrina Christi confugiet ad precursores antichristi. Dicitur autem sol et aer obscuratus non penitus excecatus quia antichristus et sui precursores tantum oculi dextri id est veram sapientiam dei subtrahent. Sed tamen oculi sinistri id est sapientiam et astutiam mundi relinquent. Sicut Naas voluit facere viris urbis Galaad I Regum 11. Naas enim interpretatur coluber et significat antichristum, de quo dicitur Genesis 48 fiat Dan coluber in via id est antichristus de tribu Dan nasciturus. Et subditur 3m sensus effectus malitie vel doctrine sathanice expressio, quia ex ea generatur pseudo predicatores antichristi. Unde dicitur, et de fumo putei exierunt locuste id est de prava et tenebrosa doctrina dyaboli. Nati sunt discipuli erroris precursores antichristi. Et ut dicit Haymo locuste neque rectos gressus habent ut quedam animalia, neque volatu ut aves, saltu dant dierectionem quique corrodunt. Tales erunt pseudo et discipuli antichristi quia neque volabunt ad celestia per rectam fidem, neque recte ambulabunt per operationem. Sed saltus dabunt per latratum, et vigorem fidei corrodent per malitiam. Naum 3o. Custodes tui quasi locuste et parvuli tui quasi locuste locustarum. Sicut ut dicit enim quedam sunt corpus Christi et membra de membris. Sic membra corporis draconis coherent sibi et nascuntur alia ex aliis. Job 41. Membra carnium eius coherentia sibi. Et notandum quod beatus Gregorius 31 moralium tractatu Job 39. Numquid suscitabis eum quasi locustas dicit. Et locusta aliter accipitur in scriptura. Dicitur enim aliquando populus iudeorum quod signatum fuit Mathei 3. Esca Johannis erat locuste, quo significabatur quod populum iudeorum sibi incorporabat id est in suo corpore ex parte conveniret. Nam iudeos locuste significant subitos saltus dantes. Sed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabat cum precepta domini se implere promitterent. Sed citius ad terram cadebat cum per opera, que sibi se audisse denegarent. Quasi quedam saltum ferret cum dixerunt, omnia verba que locutus est dominus et faciemus et audiemus. Exodi 24. Sed citius ad terram ruerunt qui dixerunt Utinam mortui essemus in egipto et non in hac vasta solitudine, utinam pereamus et non inducat nos dominus in terram istam Numeri 14. Locuste ergo erant, quia habebant saltum per vocem et casum per actionem. Item locustarum nomine quandoque gentilitas designatur. Ecclesiastes ultimo. Florebit amigdalum impinguabitur locusta, amigdalum quippe flore cunctis prius arboribus ostendit in quo sancte ecclesie primordia designat, que in predicatoribus suis plenitudinis virtutum flores aperuit. Et ad ferenda poma bonorum operum retrudes ceteros qui arbusta sequerentur, provenit hiis que mox locusta impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine gracie celestis est infusa. Proverbiorum 30. Regem locusta non habet et egreditur universa per turmas, quia videlicet derelicta gentilitas, aliena divini a divino regimine extitit-

Sz tam ordinata pugnandum contra adversantes spiritus ad fidei bella pressit. Item quando per locustas significantur lingue adulantium, unde in Exodi x: ventus urens levavit locustas et operuerunt universam faciem terre vastantes omnia; devorata est ergo herba terre et quicquid pomorum in arboribus fuit. Ubi per locustas que plus quam cetera minuta quoque animalia humanis fructibus nocent, adulantium lingue significantur, que pravorum hominum mentes si qui bona aliqua proferre conspiciunt, hec inmoderatius laudando corrumpunt. Fructus quippe terre egiptiorum est opera vanagloriorum, que locuste exterminant dum adulantes lingue ad appetendas laudes suspiciendas [?] cor operantis inclinant. Herbam vero locuste comedunt, quia adulatores quique verba loquentium favoribus extollunt. Poma quoque arborum devorant quia vanis laudibus quorundam iam quasi fortiora opera enervant. Item per locustas inanis gloria significatur et inane gloriantes. Joheli primo: Residuum erucae comedit locusta, et residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Quod tractans Gregorius 33 moralium versus fine dicit: Quid per erucam que toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur, que cor quod tenet ita polluit ut in amorem munditie superioris surgere non possit. Quid per locustam que saltibus evolat nisi inanis gloria exprimitur, que se vanis presumptionibus exaltat. Quid per bruchum cuius pene totum corpus in ventre colligitur nisi edendi ingluvies figuratur. Quid per rubiginem que dum tangit incendit nisi ira innuitur. Residuum ergo eruce locusta comedit, quia sepe cum luxurie vitium a mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia iam per amorem carnis non sternitur, quasi sanctum se ex castitate gloriatur. Et residuum locuste comedit bruchus, quia sepe cum inanis gloria que quasi ex sanctitate veniebat resistitur, vel ventri vel quibusdam ambitiosis desideriis inmoderatius indulgetur. Mens enim dei nescia tanto acrius ad quelibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humane laudis amore refrenatur. Residuum vero bruchi rubigo comedit, quia sepe dum ventris ingluvies per abstinentiam restringitur, ire inpatientia acrius dominatur, que more rubiginis exurendo messem comedit, quia per impatientie flammam fructus virtutis inardescit [?]. Cum ergo intus vitia succedunt, ager mentis alia pestis devorat dum alia relinquit. Hec ille.

Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terre. Et preceptum est illis ne lederent fenum terre neque omne viride neque omnem arborem, nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis. Et dictum est illis ne occiderent eos, sed ut cruciarent mensibus quinque, et cruciatus eorum ut cruciatus scorpii cum percutit hominem. Et in diebus illis querent homines mortem et non invenient eam, et desiderabunt mori, et fugiet mors ab ipsis. Exposita origine sive generatione precursorum antichristi sub specie locustarum, hic subditur collatio potestatis eorum ad nocendum. Et circa hoc tangitur eorum primo permitte potestatis collatio eorum per similitudinem scorpionum. Secundo subditur lex divina eiusdem a deo refrenato ibi: Et preceptum est illis etc. Tertio persecutionis eorum per similitudinem explicatio, ibi: Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpii. Quarto vehementie persecutionis insinuatio ibi: Et in diebus illis etc. Quantum ad primum dicit: Et data est illis, scilicet pseudo predicatoribus et precursoribus antichristi, seviendi decipiendi nocendi potestas, scilicet divina permissione. Simile Danielis vii: Aspiciebam et ecce alia bestia quasi pardus et potestas data est ei. Johannis 19: Non haberes in me potestatem nisi datum esset tibi desuper. Ad Romanos xiii: Non est potestas nisi a deo. Et quod, tamen Gregorius libro 2 moralium: Sathane voluntas et si semper sit iniqua, nunquam tamen potestas iniusta, quia a semetipso voluntatem habet, sed a domino potestatem. Quod enim ipse facere inique appetit, hoc dominus fieri non nisi iuste permittit.

Sequitur sicut habent potestatem scorpiones terre Et ut ait haymo potestas nocendi scor:
pionis est in cauda per hanc enim percutit et venena diffundit. Scorpio
namque in facie blandus est, sed occulte cauda percutit Exechiel 2° Cum scorpio
nibus habitas Super quo Gregorius omel ix Scorpio palpando non mordet
incedit sed cauda ferit. non mordet a facie sed a posterioribus nocet
Scorpiones ergo sunt homines blandi et maliciosi qui bonis quidem in
facie non resistunt sed mox ut recesserint derogant et infamant eos
quantumque possunt nocia committunt mortifera inferre occulte non desinunt
Scorpiones ergo sunt qui blandi et innoxii in facie videntur sed post
dorsum portant unde venenum fundant. Et Ambrosius li° xviii c. vi
Scorpio est animal armatum aculeo et ex eo greco vocatum quod cauda
figat. Ecclesiastici x Si mordeat serpens in silencio nichil eo minus qui
detrahit occulte. Ro° ultimo Declinate ab eis, per dulces sermones et benedictiones
seducunt corda innocencium Et sicut non sentitur in principio punctio scor:
pionis sed postea paulatim venenum diffunditur per totum corpus et moritur
Sic decepti a pseudo predicatoribus et persecutoribus antichristi in principio
non sentient decepcionem sed tandem insanabiliter punientur Proverbiorum 23
ne intuearis vinum quando flavescit cum splenduerit in vitro color
eius ingreditur blande sed in novissimo mordebit ut coluber et sicut
regulus venena diffundet Et sequitur potestas gresse refrenatur cum dicitur
Et preceptum est illis, id est prohibitum est a deo qui cum iratus fuit miles
Et retardatur. Ne lederent fenum terre id est rudes et teneros in fide et
facile decipibiles Proverbiorum 28 Collecta sunt fena de montibus, sed oportet
haymo super primo dictum est quod omne fenum combustum est. hic ut
ait quod preceptum est ne lederent fenum Et ad istud respondetur quod hic ponitur
fenum in bona parte significat namque illos, qui non possunt capere solidum
cibum sed lacte superficie delectantur, quibus apostolus dicit i Cor 3 Non
potui vobis loqui quasi spiritualibus sed tamquam parvulis in Christo lac potum
dedi vobis non escam. Tales non arescunt a medio ardore tribulacionis
Jacobi primo Ortus est sol cum ardore et arefecit fenum. Sequitur
Neque omne viride scilicet lederent per quod viride perfecciores intelliguntur
qui iam possunt intelligere et capere solidum cibum Job 39 Virencia
queque perquirit. Super quo Gregorius xxx moralium Virencia sunt omnia
que temporaliter condita absque fine a cordicitate vite presentis quasi estivo sole
siccantur. Virencia autem vocata sunt, que nulla temporalitate marcescunt. Vi:
rencia ergo perquirere est despectis rebus transitoriis mentem mansura desi:
derare Et ibidem Virencia sunt hominum corda que in hujus seculi
spe pictura plantata eternitatis fiducia non habent Virencia autem que
illi hereditati inherent, de qua petrus apostolus dicit Pe° primo In hereditatem
incorruptibilem et incontaminatam et immarcescibilem Tanto quoque
vere virentes sunt, quanto in hereditatis immarcessibilis sorte cogi:
tacionis radicem figunt Quisquis itaque intrinsecus ardore fecundat
arencia exterius hujus mundi desidia fugiat Quisquis autem a deo
perquiri desiderat etiam pacem appetens, intima cordis plantacione
revirescat Et ille Proverbiorum xi Justi quasi virens folium germinabunt Osee
ultimo Ego quam eum ut abietem virentem Sequitur in textu Neque omnem
arborem sed lederent per quam perfecti robusti et fortes figurantur qui
temptacionum ventos perferre possunt et firma stabilitate permanent de quibus
dicitur in ps. plantati in domo domini in atriis domus dei nostri
florebunt Sicut ait haymo° super vi simile vinum et oleum ne leseris
et ibi de hoc Sequitur hic nisi homines qui non habent signum dei in
frontibus suis In hoc quod ait homines. implicatur illos esse carnales et
fragiles et ad vicia fluidos et flexibiles i. Cor 3 Cum sit inter
vos zelus et contencio nonne homines estis etc In hoc vero quod ait
Qui non habent signum dei in frontibus suis, implicatur illos esse sine
fide signate et munitate et honorificante, predictum expositum Super vii°
Nolite nocere terre et mari neque arboribus quoadusque signemus servos dei

in frontibus suis salutis signo fidei et hoc digno ut ait hayo quia non
solum excluduntur illi qui extra etiam sunt id est pagani et infideles sed etiam
falsi xpiani qui signum portant in corpore quia baptisati sunt et in ecclesia con
sistunt sed tamen fidem quam habere videntur operibus maculant ideo quia
leduntur Tale est et illud Johannis vi° Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo cum multi eucharistiam
sacramenta percipiant in quibus tamen non manet xpistus quia non ad salutem
sed ad iudicium sibi manducat et bibunt propterea rei sunt corporis et san:
guinis domini i Cor xi Et sub eodem sensu secundum hayonem dicit apostolus
i Cor xii Nemo potest dicere dominus iesus nisi in spiritu sancto cum utique multi
eum fateantur sed non habentes formam pietatis virtutem eius abnegant
qui confitentur se nosse deum factis autem negant ad Titum 2° Et de isto
signo dicitur Ezech ix Signa thau super frontes virorum gementium
et dolentium super cunctis abhominationibus et infra Omnem quem videritis
thau ne occidatis frons enim est evidentior pars ut ait Jeronimus epistola 12
et ideo merito dicuntur fideles signati in frontibus ut non erubescant con:
fiteri fidem xpi corde ore opere et pro fide adversa sustinere Mathei x
Qui me confessus fuerit coram hominibus etc Et luce ix Qui me eru:
buerit et sermones meos hunc filius hominis erubescet cum venerit in ma:
iestate sua et patris et sanctorum angelorum quasi diceret Illi qui erubescunt
confiteri nomen xpi ledentur ab istis pseudo predicatoribus et precursoribus
antixpi ad Ro i Non erubesco ewangelium virtus enim dei est in salutem omni
credenti Ex hoc patet quod signum dei est munitivum et protectivum maxime
xime in fidelibus xpistum imitantibus et ipsum sequentibus portando cru:
cem penitencie Quod bene figuratum fuit Exodi xii ubi preceptum fuit
poni de sanguine agni super utrumque postem Unde hugo de sancto victore
in Noe li 2° vexillum crucis hostes terret et amicos confortat Ysaye 13
levate signum super montem caliginosum id est virtutem crucis exaltate contra
sathane superbiam qui sepe sub nebula simulacionis abscondit secundum Greg
33 moralium Sequitur Quibus non ait preceptum est eis ne lederent fe:
num sicut ait neque omne viride neque omnem arborem eo quod multi
sunt vocati pauci vero electi Mathei xx Gregorius Quia multi cadunt ex vocatis
Ideo ad huius significacionem non apposuit signum universale ad primum sicut
ad alia duo per fenum enim ut dictum est intelliguntur incipientes quorum
maior est numerus nec omnes qui incipiunt perseverant quia de facili leduntur
tamquam novelle plantaciones Canticorum vi Adolescentularum non est numerus Sed
natur ad eorum destructionem. Nam equites et equi tendunt ad idem in plu-
ribus equi et equites ducuntur sic antixpm (antichristum) demones tamen etiam ima-
ginabuntur. Sed quibus armis muniantur subditur cum dicitur Et
qui sedebat super eos scilicet equos hic est omnibus reprobos obedientes eius in
malis habebant loricas igneas etc. Vel ut ait Richardus demones habent
loricas v(e)l sinas intricatas per perplexam iusticiam igneas per ardentem
invidiam sulfureas per fetorem infamie iacinctinas per fraude
et simulacionem celestis iusticie iacinctus enim est celestis coloris similitu-
dinem. Sic et angelus sathane transfigurat se in angelum lucis.
Ad Eph. vi. Habet ille. Sic enim in bonis hominibus iusticia dicitur eorum lorica
Induti loricam iusticie. Sic per oppositum in pluribus libris iniusticia dicitur
hic malorum lorica. Nam sicut lorice partes sibi invicem coherent, ita ceterae
et partes iusticie scilicet virtutes glutinate sunt. Bonis vero homo lorica
iusticie induit, qui ex omni parte virtutibus se tegit, qui virtutibus ex
iusticie induit, qui ex omni parte se undique circumdat appareat
omni parte se ipsum munit, ne ex aliqua parte turpitudo nuditatis
et ne ex aliqua parte hostis possit huc accedere. Et per oppositum dyabolus et ma-
lus unusquisque loricam iniquitatis induit et perplexitate suam se munit
Vnde dicitur Job xl. Nervi testiculorum eius scilicet behemoth perplexi sunt
quia verba secundum Gregorium xxxii moralium predicatorum falsa argumentorum dolosa
assercionibus innodant, ut recta esse simulent que prava suadent, ut alter-
cationum implicatus quid nervorum perplexitas, etsi videri possit solvi non
possit. Nervos enim testiculi perplexos habent, quia acumina predicatorum illius
argumentis duplicibus latent. Nam plerumque cum verba recta inferunt
in opere innocentiam ostendunt. Nec in bonos ad se persuasionem suam
trahunt, si se in actionibus pravos exhibent. Hec ibi et multa de hoc
habebat. Igitur equites illi loricas v(e)l iusticia simulatam vel heretica-
perplexitates igneas per appetitum fervidum nocendi et iacinctinas
habent celestis coloris per apparentem zelum fidei. Nam assentiunt se habere
fidei veritatem, ex hoc excitabunt contra veros catholicos persecuciones. Et
sulfureas per feditatem doctrine et vicorum exempla in eis et precedentes
ad extra in operibus malis. Vel aliter secundum Haymonem hic describuntur demones vel
a pena quam sustinent et ad quam trahunt suos equos v(e)l omnes reprobos
eos in malis imitantes. Dicit enim per sessores equorum intelliguntur
demones ut magistri errorum per loricas pene et tormenta figurantur, que
demones hamata et confirmata ut nulla parte sint evacuanda, quas demones
et reprobi sustinebunt igneas v(e)l ardentes propter penam ignis inextin-
guibilis. Isaie ultimo: Ignis eorum non extinguetur. Et iacinctinas v(e)l
excecantes. Vnde Haymo iacinctinas posuit pro eo quod est fumeas. Ex igne
enim fumus egreditur, hic color iacinctus videtur quasi speciem
aeris sed quia in inferno erit ignis inextinguibilis et fumus qui miseros
excecabit ne verum lucem vere videre possunt. Et sulfureas v(e)l putridas
sive fetidas. Erit enim ex pena scilicet caloris et frigoris secundum illud
Job xxiv. Ad calorem nimium transient ab aquis nivium. Erit et fetor
intolerabilis quo cruciabuntur igne et sulfure exusti atque a vermibus
comesti. Hec ille. Job x. Terra miserie et tenebrarum ubi umbra
mortis et nullus ordo etc. Super quo Gregorius in fine noni moralium
dicit: angustia ad dolorem pertinet, tenebre ad cecitatem. Ea ergo que a con-
spectu districti iudicis [ex]pulsos tenet, iniustum et tenebrarum terra
exhibetur, quia foris dolor cruciat, quos divisos a vero lumine cecitas intus
obscurat. Et inferius: umbra vero mortis est obscuritas divisionis, quia dampnatus
quisque cum eterno igne succenditur, ab eterno lumine tenebratur.
Et subdit: Nam ignis est ut ex se ipso et lucem exhibeat et cremationem,
sed transactorum illa ultrix flamma viciorum cremationem habet et lumen non habet.
Hinc est quod reprobis veritas dicit illud Math. xxv: Discedite a me male-
dicti in ignem

Quorum rursum omnium corpus in unius persona significans dicit ligatis manibus et pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores etc.
Si itaque infelix qui reprobis erat lumine hic potuisset ... repelli
neque mitti in tenebras exteriores diceretur. huic ergo propheta dicit
Super eos cecidit ignis et non viderunt solem. Ignis in super impios cecidit
et sol igne cadente non cernitur quia illos quos gehenne flamma devorat
a visione veri luminis cecat ut et foris eos dolor combustionis cruciet
et intus pena cecitatis obscuret. Ut qui auctori suo corde et corpore
deliquerunt simul corde et corpore puniantur et utrobique penas sen-
tiant qui dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque
serviebant. Et infra. Ignis ille gehennalis ad consolationem non lucet et tamen
ut magis torqueat ad aliquid lucet. Nam sequaces quosque suos secum
in tormento reprobi flamma illustrante visuri sunt quorum amore deli-
querunt qui cum carnaliter vitam contra conditoris precepta amaverant eorum
quoque interitus eos in augmentum sue dampnationis affligat. Et exemplum
de epulone qui abraham petiit ut ad fratrum suorum erudiendum
lazarum mitteret ne illuc eos quoque venientes pena cruciaret etc.
Ignis ergo qui in obscuritate cruciat et etiam lumine ad tormentum servat etc.
Consequenter describit armatura equitum [illegible] ex parte et virtutis
equorum cum dicitur Et capita equorum erant tamquam capita leonum
Secundum Bedam et haymonem per capita equorum que sunt tamquam
capita leonum auctores intelliguntur errorum qui et fortes sunt ad
concutiendos infirmos et cum se simulant esse boni odoris fetoribus
inveniuntur repleti. Nam in libro dictum est os leonum et corpora
laniat et vehementem fetorem emittit. Unde ille. Sicut enim ait Gregorius
quinto moralium super illo Iob quinto Rugitus leonis et vox leene et
dentes catulorum leonis contriti sunt. Leo aliquando virtute et potencia
significat dominum ihesum christum sed aliquando sevicie dyabolum. Os quoque
[illegible] fidelitate. Os vocis terrore. Os [illegible] indomabilitati
os violencie rapacitatem. Antichristus et eius principes errorum et fautores
et adherentes per capita leonum intelliguntur et significantur. Ysaye 5 rugiet
ut catuli leonum. Ezech. [illegible] quasi leo ascendit de superbia iordanis
et eciam x. Quare mater tua leena inter leones cubavit etc. Unde
et de antichristo dicitur in psalmo insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.
Quod tractans Gregorius [illegible] moralium dicit ad raptum multarum quippe potentia
sufficeret ut leo esset etiam si insidias non fecisset. Rursus ad occulta
versucias sufficeret si insidias subriperet. Sed quia hic antiquus hostis in ...
viribus suis effrenatur sevitie per viros iniquos ut contra electos in
tamen et fraudes et virtute laxetur virtute per potenciam fraude per
signa. Recte ergo et leo et insidians dicitur insidiatur per miraculorum
speciem leo per fortitudinem secularem. Ut enim eos tam aperte iniqui
sunt pertrahat secularem potentiam ostentat, ut vero iustos fallat signis
sanctitatem simulat. Illis suadet elationem magnitudinis, istos decipit osten-
sanctitatis. Et ibi. Et sequitur 2a pars in qua notificatur congressus predictorum
antichristianorum cum fidelibus cum dicitur Et de ore ipsorum procedebat
ignis scilicet per malitiam [illegible] suggestionis. Et fumus per
obscuritatem excecationis et sulphur per fetorem libidinis et fetide
opinionis. Sic distinguit Richardus et similiter helinandus. Vel secundum haymonem

methonomia

genus est tropice locutionis ab eo quod procurat illud quod procura-
[illegible] malorum sunt [illegible] eterna
procurat [illegible] dicitur de ore eorum procedere ignis scilicet puniens eternaliter
et fumus molestans et affligens et sulphur fetore corrumpens. Ysaye
34. Convertentur torrentes eius in picem et humus eius in sulphur
et erit terra eius in picem ardentem nocte et die non extinguetur in sempiternum
ascendet fumus eius a generatione in generationem etc. [illegible] ubi erit pro suavi odore

tez. Ysaye 3° et ultimo vermis eorum non morietur et ignis eorum non
extinguetur. Et sequitur 2a pars in qua ponitur hominum seductio et damnatorum
ex predictis cum dicitur Et ab hiis tribus plagis etc. Et dividitur in duas
quia primo ponitur specificatio damnatorum hominum ex predictis scilicet doctrina
antichristi et malitia. 2o subditur ex incidenti aliorum damnatorum ex
aliis causis ibi et ceteri homines etc. Prima adhuc in duas. primo ponitur
damnatorum predictorum notificatio. 2o potestatis damnantium expressio ibi potestas
enim equorum. Quantum ad primum dicit Et ab hiis tribus plagis
scilicet igne cupiditatis et fumo superbie elationis et sulfure putride operationis
secundum glosam vel ex igne prave suggestionis et fumo excecationis et sulfure
fetentis corruptionis secundum Richardum occisa est tercia pars hominum qui vim
veritatis damnaverunt. In 2a in parte [illegible] amisit dampnandi ut [illegible]
est super in 6° et similiter supra eodem Et subditur repetitio potestatis pre:
dictorum scilicet antichristi et suorum cum dicitur potestas enim equorum in ore
eorum est et in caudis et in occulta fraude
ipsorum est et in occulta suggestione et in caudis et in occultu fraude
Unde sequitur Nam caude eorum similes serpentibus habentes capita quia fra:
re in blandiciis et occulte venenum infundet ut ait Richardus
vel potestas eorum in ore scilicet per perversam predicationem Et in caudis per
terrenam potestatem quia quos non possunt decipere per simulatam errorum de:
cipit per seviciam terrene potestatis ut ait Haymo super Job et 1 Petri
grizum dentium eius formido ubi Gregorius moralium 23 ante finem
Recte per grizum dentium eius formido dicitur quia iniquos predicatores
antichristi qui sese huius seculi ... potestates Nam quos illi appetitus
loquendo seducunt multi potentum studet gemendo terrere 3° quale
itaque illud tempus persecutoribus apparebit quia ad ... fidelium
pietate illi verbis feriunt alii gladiis duplici ... fideles ... ab
dutate agitur quia quod eis ab aliis verbis blandientibus dicitur hoc ab
aliis gladiis ferientibus imperatur. que utrorumque actio et loquutio atque
potentum iungitur in littera cum dicitur potestas equorum in ore est in
et in caudis. In ore namque secundum Gregorium ubi supra et quod per os sit ...
doctorum sed in cauda vero secularium potentia signatur per caudam
quippe que retro est huius seculi preponenda temporalitas designatur de
qua Paulus apostolus dicit ad Philippenses 3 Unum autem que retro sunt
oblitus ad ea que ante sunt extentus Retro est omne quod transit ante vero
est omne quod veniens permanet Istis quoque ... necessarium predicatoribus
est omne quod ... quia
illius carnali impulsu currentibus in ore et cauda potestas est quia
ipsi quidem perversa suadendo predicant sed temporalibus potestatibus fulti per
ipsi quidem ... que retro sunt se exaltant Et quia isti apparere despectibiles pun:
ca que retro sunt se exaltant ... ... pa:
ab iniquis auditoribus suis per eos per ... ... describit ... duos
teorimis sociantur ... eundem antichristum ... in medio ... sede
Sub lingua eius labor et dolor Sed in insidiis cum divitibus in occultis
quia in simul et miraculorum fraude et terrena potestate utitur in occultis
et cum divitibus sede ... ibi Unde in littera subditur Nam caude
eorum similes serpentibus habentes capita et in hiis nocent. legitur Genesis 3
quia dyabolus serpente indutus mulierem decepit fraude male suasionis
unde et Gregorius dicit 32 moralium ante finem quia prima serpentis suggestio
mollis est ac tenera Sed si invalescere neglecta admittitur usque
ad insolerabile robur excrescit ... ... blanda ad animam
loquitur Sed cum semel in mente delectationem infixit insolete per consuetudine
pene insolubiles inodatur ... et ... cauda ligat quia prima
suggestionem ... Sed ... mente ne evadere valeat invalescente
fine perturbatorum extinguitur et ibi multum de hoc. Tales sunt et isti
errorum magistri qui sua perversa doctrina blandis sermonibus decipiunt

quos puniunt et quos subito necant per pravitatem errorum sorbent vel potentiam secularem. Ideo tamen illorum serpentibus similes dicuntur. Serpens in carnes comedit et sugit humiditatem earum ut plinius v de animalibus. Item serpentes linguas habent longas habentes duos ramos ut plinius xij de animalibus. Item in ramis lapidum et pierteiis manet ut ibidem. Idem de animalibus. Item in frigore extremis rigent et tamen interius veneno non caret ait Seneca epistola xlij. Item tortuosus et lubricus est serpens. Job xxvi Obstetricante manum eius eductus est coluber tortuosus. Tales spiritualiter erunt precursores antichristi. Ideo multo serpentibus comparantur. Unde et de capite eorum scilicet dyabolo vel antichristo Ysaye xxvi dicitur Leviathan serpentem vectem tortuosum. Quod tractans Gregorius in moralibus in fine et dicit serpens appellatur nomine veteris hostis antiquus lubricus tortuosus quia decipiendo hominem. Ideo legem serpentis ore promissit ut ex ipso vase eius homo agnosceret qualis esset qui intus habitaret. Serpens quippe non solum tortuosus sed etiam est lubricus quia quod vero in veritatis rectitudine non stetit, tortuosum animal intuitu prima vero suggestioni eius prime si non resistitur, totus serpens ad interiora cordis dum non sentitur illabitur. Verba ad hominem per alias lubricorum ferens. Et ideo de hoc serpente dicitur Ecclesiastes x Si mordeat serpens in silencio. Juxta aliam vero translacionem ut ait hayo dicit Eandem eorum similitudinem draconibus quia dracones que pene immaniores sunt omnibus bestiis propter scelus designatur ait hayo Ezechiel xx Ecce ego ad te domine pharao serpens. Unde ergo talis ut presumptuosum est potentes habentes capita sicut dyabolum et antichristum ac principes errorum de quibus Osee primo dicitur. Sequitur et principes reperiunt fieri a domino sed heretici doctrine. Sed etiam contereret ista capita hec noceret scilicet capitibus et in caudis. Sed eorum contereret caput tuum Abacuk iij Maledixisti capita bellatorum eius etc. Et sequitur vultima pro quo subiungitur preciosa dampnacio ex aliis causis eorum dicitur Et ceteri homines scilicet paganorum qui non sunt occisi hiis plagis id est non sunt decepti ab hereticis ut tanta morerentur ut hayo ait neque penitenciam egerunt de operibus manuum suarum Et in hoc arguit infidelitatem et de pessimis infidelis fidei defectu et ydolatrie impietatem ideo sequitur Ut non adorarent demonia et simulacra vero cum demonibus et non deo Et enumerat varia simulacra que in me varietate diversos aurea lapidea et lignea. Sequitur simulacra argenti et auri opera manuum hominum etc. Et subditur eorum impotentia que neque videre possunt scilicet intellectu neque audire scilicet sensu ut ait ambulare scilicet actu vel affectu que os habent et non loquuntur etc. Sequitur Et ne timueritis eos. Sequitur omne pondus in hominis portantur Et sequitur lapidibus similes sunt dii eorum lignei et lapidei aurei et argentei etc. Sequitur ipsum non habent neque moti dii eorum et non egerunt penitenciam ab homicidiis suis neque a veneficiis etc. Et in hoc redarguit penas eorum et vocat eos esse devios ait Richardus dinzavit eos esse cecos hic dinzat eos esse devios hoc prius legendo Et enumerat hic quatuor genera peccatorum. Nota in hoc prius ab homicidiis Exodi xx Non occides corpore quod notatur cum dicitur ab homicidiis. Nota cum dicitur neque Item Nota primo malicie proposito et verbo quod notatur cum dicitur neque veneficiis Quia vultus fictos tenes et venefici Item hoc nota et ledit seipsum abutendo quod notatur ibi neque a fornicatione sua. Item nota prius i Cor vi Qui fornicatur in corpus suum peccat Item nota prius que sunt proximi quod notatur ibi neque a furtis suis Quod prohibetur Exodi xx Non facies furtum Et patet hic penitencie virtus que efficit et impenitencie dampnacio sensus ait ut predictos esse dampnandos

ma no eferit pmam · Imnueb q si pmam egisset no esset deprendi
ure xm ulsi pmam exitib omib simul pitib Et eccl 20 q pe
niteriam no eferimg Imidemmb in manibus dei Unde dicit hayo
Considdandum est qua pena plectendi sunt qui hnt dei notitiam
idem et sciam hec omia gtempnunt / si illi etiam dampnabuntur q
hominum omnium m habuerunt et solimo q p nale lege
dm cognoscere potereb no cognouerunt repleuit Ut dicunt aplus
ad Ro po dicens Imuisibilia n dei p ea que fc sunt m debuisset
sre 7 attende vt cacare celi 7 tra et om rerum colent 7 ado
raret relinquentes creatore repert adorare manuum suarum aurea et
lapidea 7 lignea qe neq audire neq vide possut · q spus no
st m eis Et no eferunt pmam a suis homicidiis · quibus inficiebat
multos / et sanguine filiorum suorum 7 filiarum suarum fundebant
et offerebat demonibus / neq a fornicatione sua neq a furtis suis
Ide simulit pibunt igne fumo et sulfure Sic 7 illi qui p antixm
suos decipietur ex xanib et Iudeis Spualit aut multi ado
rant Idola aurea 7 argentea gloriantes in opibus suis et ppo
ant Idola aurea 7 argetea gloriantes in operibus suis et ppo
nentes glam suam glorie dei dicit n Greg 3 2 moral Unde illud
Iob 31 Si osculatus sum manum mea ore meo que e iniquitas maxia
manum suam osculatur ore suo qui laudat qd fecit et testimonio sue locutio
ab virtute boni operationis Qua in re quia decipitur nisi id qm ipsa
operandi munera largitur ille / adorat ergo opa manuum suarum · et ita
spiritualiter ydolatrat · qui in operibus suis querit glam sua et no dei / reus
illud ps Qui gloriantur in simulacris suis Unde dicit dns Isaye 42
glam meam alteri no dabo Ezech viii Ubi erat statutum ydolum · Et
sequitur ingressus vidi Et ecce omnis similitudo reptilium et animalium
abhominatio Et vniuersa ydola domus Israel depicta erat in pariete
Quod tractans Greg 26 moral sic dicit In reptilibus cogi
tationes omnino terrene signant In animalibus vero iam quas
s untulum a terra suspensa q adhuc terrene mercedis pmia requireret
iam reptilia toto ex corpore terre inherent / alia vero membra a terra
suspensa sunt appetitu tamen gule ad terram se inclinant Reptilia itaq
sunt mentes ... qui et si quidam iusti si qui honesta cogitantur
appetendis tam lucris temporalibus honoribus desuiunt et p semetipsa
quidem iam qui a terra suspensa sunt q adhuc p ambitu qui p gule
desiderium sese ad yma submittunt Unde 7 subdi Et vniuersa ydola
domus Israel depicta erat in pariete Scriptum quippe e ad Coloss 3o
Et avaricia que est ydolorum seruitus Et ad Phil 2o De gula dr quorum
deus venter est Recte ergo p ... alia ydola descrbunt / q 7 si honesta
atque qui a terra se erigunt ambitu tamen inhonesta / semetipsos ad
terra deponunt Et Sper simulat ergo aurea sunt sacra opa ypocritalia
et simulatoria de sanctitate vite et celestis sapie Unde dicit doch d pusil
dottoribus dictum est qui habebant coronas similes auro Sper argentea
vero simulat opa ypocritalia et simulatoria et stimulacia ad glam
d claritate scie Sp erea gsimilia opa mitantia ad glam d facun
ditate eloquentie 7 sue pditatis ut doctrine / p lapidea opa simulatoria
d austitate pnie Sper lignea opa ypocritalia et stimulantia ad glam
d fructu iusticie Multa n sicut bonis operibus faciunt ypocrite in qbus
gloriam et ex qbus querunt glam suam no dei · ppter qd dicuntur
esse similes sepulcris dealbatis Math 23 Et Iob 39 Spena strutionis
similis est pennis herodii Ubi Greg 31 moral Sper strutionem signatur
ypocrita · q penne strutionis no hnt volatus celeritatem lig hcant pennar
similitudinem Ita est d ypocritis q si q pauca faciunt que eleuat multo
tamen plura faciunt que deprimunt Et ibi de hoc tn illo solum ergo sunt ydolatre

adorantes ydola materialia sunt ydolatrantes dictis modis. peccata non sunt ydolatria
ut dominus Epistola 22. de quibus est penitendum ne eterna dampnatio sequatur
impenitentes. ut dictum est supra. Tertium ydolatrie vicium existens
gravissimum peccatorum. habuerit causam ex parte hominum et videtur
quod ydolatria non sit peccatum. nichil enim est peccatum. quod vera fides in dei cultu
assumit. Sed vera fides ymagines quasdam assumit ad divinum cultum.
Nam et in tabernaculo erant ymagines cherubin ut legitur Exodi 27.
in ecclesia quedam ymagines ponuntur quas fideles adorant. ergo ydolatria per quam
idola adorantur non est peccatum. Et dato quod sit peccatum non tamen videtur esse gravissimum.
unum pessimum et oppositum optimo secundum philosophum VIII ethicorum. Sed cultus interior
qui consistit in fide spe et caritate est melior quam cultus exterior. ergo infidelitas
desperatio et odium dei que opponuntur cultui interiori sunt graviora
peccata quam ydolatria que opponitur cultui exteriori. Contra non habuit
causam ex parte hominum videtur ex hoc. quia ea que ex parte hominum causantur omni
tempore in hominibus inveniuntur. non autem semper fuerunt ydolatria. Sed in 2
etate legitur esse adinventa ut a Nemroth. qui ut dicitur cogebat
homines ignem adorare. Vel a Nino qui ymaginem patris sui beli fecit
adorari. apud grecos autem ut Ysidorus refert. Prometheus primus
simulacrum hominum de luto finxit. Iudei vero dicunt quod Ysmahel primum
simulacrum de luto fecit. Cessavit autem ydolatria in sexta etate ex magna
parte. ergo ydolatria non habuit causam ex parte hominum. Sed ad oppositum
primi dicitur Exodi 20. Non adorabis ea scilicet exterius neque coles scilicet interius
ut exponit glossa. Et loquitur ibi de sculptilibus et imaginibus. ergo peccatum est
idolis exteriorem et interiorem cultum exhibere. Ad oppositum 2 est glossa
super leviticum 10 de immunditia mulieris parientis fluxum sanguinis dicit
Nullum peccatum est immundicia anime Sed ydolatria maxime. Ad oppositum
tertii dicitur Sapientie 14 supervacuitas hominum hec scilicet ydola advenerunt
in orbe terrarum. Notandum secundum doctorem sanctum 2 2e q lxxxv. Naturalis ratio
dictat homini quod alicui superiori subdatur propter defectus quos in se sentit
quibus ab aliquo superiori eget adiuvari et dirigi. Et quicquid illud sit. hoc
est quod apud omnes dicitur deus. Sicut autem in rebus naturalibus inferiora
naturaliter superioribus subduntur Ita etiam naturalis ratio dictat homini secundum naturalem
inclinationem ut ei quod est supra hominem subiectionem et honorem exhibeat secundum
suum modum. Est autem modus conveniens homini ut sensibilibus signis utatur
ad aliqua exprimenda. quia ex sensibilibus cognitionem accipit. Et ideo ex naturali ratione
procedit quod homo quibusdam sensibilibus rebus utitur offerens eas deo in signum
debite subiectionis et honoris secundum similitudinem eorum qui dominis suis afferunt
in recognitionem dominii. quia vero secundum eundem doctorem libro 3 contra gentiles c. 1..
deus non solum est nostri esse et causa et principium sed totum esse nostrum in potestate
ipsius est Et totum quod in nobis est ipsi debemus. ac per hoc vere dominus noster
est. Id quod in honorem dei exhibemus servitium dicitur Est autem duplex dominus non
per actus sit omnibus hominibus. sed per naturam Deo aliter debetur servitium deo et aliter
homini. cui per rationem subdimur Et quia hoc aliquid proprie in rebus dominium
et a deo donatum unum servitium quod debetur deo specialiter apud grecos latria
vocatur. Sed sic prosequitur ibidem c. 120 et 2 2e q xciiii. Fuerunt
aliqui qui latrie cultum non solum primo rerum principio exhibendum esse
manerent. sed omnibus etiam creaturis que supra homines sunt eum exhibere putaverunt
esse debitum et ipse bonum ideo quod superiori cuilibet nature divinam reverentiam
exhibere putabant quam deo principiori. Unde quidam licet opinarentur deum esse
unum primum et ultimum rerum principium latriam tamen exhibendam existimaverunt
primo quidem post summum deum substantiis intellectualibus quas deos vocabant
sive essent substantie omnino a corporibus separate. sive essent anime orbium aut
stellarum. 2o etiam quibusdam substantiis intellectualibus quas unitas credebant
corporibus aereis quas demones esse dicebant Et tamen quia supra homines eos
esse credebant. sic corporis actum est super terrestre. huiusmodi etiam substantias
colendas divino cultu ab hominibus censebat Et in quantum ad homines

[illegible] illos esse dicebat quasi medios inter deos et homines Et quia animas bonorum
vel list qui a corpore separabantur in statu altiore quam sint viventes putabant vite existere
credebat eciam animabus mortuorum quas heroes siue manes vocabant divi-
num cultum esse exhibendum opinabantur. Quidam vero deum esse animam
mundi estimantes crediderunt quod toti mundo et singulis eius partibus esset cultus
divinitatis exhibendus non tamen propter corpus sed propter animam quam deum esse di-
cebant sicut et homini sapienti honor exhibetur propter animam non propter corpus.
Quidam vero etiam ea que infra hominem sunt [illegible] naturam hominis tamen
venerenda esse dicebant divino cultui in quantum in eis participatur aliquid virtute
superioris nature vnde cum quasdam ymagines per homines factas sortiri crederent
aliquam virtutem supernaturalem vel ex influencia celestis corporis vel ex
presentia aliquorum spirituum dicebant huiusmodi ymaginibus divinum cultum
exhibendum quas eciam ymagines deos esse vocabant propter quod et idolatre
dicti sunt quia latrie cultum ydolis id est ymaginibus impendebant Set ut dicit
idem doctor hoc est irracionabiliter dictum. Nam et si omnes superiores reverem[ur]
tamen doctor [illegible] non tamen eius reverencia debetur omnibus sed aliquid speciale debe-
tur summo deo qui singulari racione omnibus excellit et hic est latrie cultus
Nam cum homo considerare non possit specialibus beneficiis specialis retribucio debetur
[illegible] aut quoddam speciale beneficium quod homo a deo summo percipit scilicet sue
creacionis Debetur ergo aliquid speciale deo reddere in recognicionem beneficii special[is]
hoc est latrie cultus Item latria servicium dicitur servicium autem domino debetur
dominus autem esse est proprie et vere qui aliis precepta operandi dispensat et
a nullo regulam operandi sumit [illegible] non exequitur quod a superiori statuerit
dispositum magister est minister quam dominus Deus autem qui est summus rector [illegible]
per suam prudentiam omnia ad debitas actiones disponit Unde et in sacra
scriptura angeli et superiora corpora ministrare dicuntur et deo cuius ordinem
[illegible] exequuntur et nobis in quorum utilitate actiones eorum proveniunt
[illegible] est igitur cultus latrie qui summo deo debetur exhibendus non summo [illegible]
principio Nec potest dici sicut quidam putaverunt tamen visibilia sacrificia diis aliis
congruere illi vero summo deo tanquam meliori meliora scilicet sacrificium pure
mentis offerri quia ut dicit Augustinus libro x de civitate dei exteriora sacrificia
[illegible] sunt signa interiorum sicut verba significancia signa sunt rerum Quocirca sicut
orantes atque laudantes ad eum dirigimus voces significantes cui res ipsas
in corde quas significamus offerimus Ita sacrificantes non alteri visibile sa-
crificium offerendum esse ~~[illegible]~~ quam ei cuius in cordibus nostris invisibile
sacrificium nos ipsos esse debemus Alii vero estimaverunt latrie cultum exteriore
non esse ydolis exhibendum tanquam per se bonum aut optimum sed tamen propter vulgari
consuetudinem conformem vnde Augustinus libro vi de civitate dei introducunt Senecam dicentem
[illegible] inquit adorabimus ut ~~[illegible]~~ huiusmodi cultum magis ad ~~[illegible]~~ ne
more quam ad rem pertinere Et in libro de vera religione dicit ~~[illegible]~~ Non
[illegible] religionem a philosophis querendam qui eadem sacra recipiebant cum populo
et de suorum deorum natura ac summo bono diversas contrarias quas sententias in scolis
sonabant et huic eciam errori secuti sunt quidam heretici asserentes non
esse periculosum si quis persecucionis tempore deprehensus exterius ydola colat
dummodo tamen fidem servat in mente Set hic apparet manifeste falsum
quoniam cum exterior cultus sit signum interioris cultus sicut est perniciosum
mendacium si quis verbis asserat contrarium eius quod per veram fidem tenet in
corde Ita eciam est perniciosa falsitas si quis exteriorem cultum exhibeat alicui
contra id quod sentit in mente Unde dicit Augustinus de Seneca libro vi de civitate dei quia
[illegible] quo damnabilius colebat ydola quo illa que mendaciter agebat sic
ageret ut eum populo veraciter agere existimaretur. De eodem Seneca dicit Au-
gustinus libro vi de civitate dei [illegible] Et nonnullis indiciis invenitur apte
floruisse temporibus cui libertas reprobandi vulgares superstitiones defuit Non
[illegible] eidem ex toto sed ex parte affuit enim scribenti defuit vero
de Marco vero Varrone dicit quod ei affuit libertas recte senciendi non
[illegible] dicendi aut vivendi Cum in cultum deorum superstitiosum cerneret

Non fuit ausus ipsum redarguere in suis libris, quod tamen Seneca fecit. Et ce
teris dicit Augustinus quod sapientes animo cultum deorum in animo non habebant
sed in actibus fingebant propter metum tyrannorum. Et subiungit Augustinus quod
Seneca elegit sapienti ut illas deorum culturas in animi religione
non habeat sed in actibus fingat. De quibus culturis ipse Seneca loquitur
ut ibidem habetur dicebat. Que quidem omnia sapiens servabit tanquam legibus iussa
et non tanquam diis grata. Super quo loco beatus Augustinus reprehendens Senecam
dicit. Iste quem philosophi quasi liberum fecerat tamen quia senator erat
Romanus colebat quod reprehendebat agebat quod arguebat et quod
culpabat adorabat. Sic quod quidem ex philosophia intellexit hunc mundum esse super
stitiosum tamen propter leges civium et mores seu consuetudines hominum etiam
damnabilius illa actu exteriori mendaciter fingebat, quo eum tanquam
famosissimum philosophum populus videret illa agere estimabat. Et huic concordat
Augustinus quod Seneca invectus contra Iudeorum cerimonias dicebat
Sceleratissime gentis consuetudo tantum convaluit ut per omnes iam terras
recepta sit. Et victi victoribus leges dederint. Et sequitur ibi verbum
beati Augustini. Quia dictus ignorabatur Seneca hoc dicebat. Quid
divinitus ignorans. Ex quibus dictis sequitur ista conclusio primum
quod non constat de Seneca quod fuit finaliter conversus. Ideo ut fidelibus sive
salvandis est connumerandus. Patet primo quia in libro Augustini ubi supra non habuit
libertatem recte vivendi quamvis habuit libertatem in multis recte scribendi.
Secundo quia docuit ydolatriam non reprehendendam, propter legum imperia, dicit enim
quod hec omnia sapiens servabit tanquam legibus iussa. Tertio quia cerimonias ...
ceremonias antiquas legis reprobat tamen propter malas arguendo cum observantiam
sabbati quod sit irrationabilis, eo quod facit hominem perdere (?) septimam partem temporis.
Et similia, que vero Seneca ... militat quod ... doctrinam domini
a Iudeis. Et si dicatur tamen invenitur quod beatus Paulus ei scripsit
epistolas cum reverencia et laude, potest dici quod apostolus talibus scribebat
et condescendendi etiam infidelibus habuit consuetudinem. ut ob lucrum.
Unde quamvis non clare constet, potuit Seneca per omnia verba et facta
in quibus reprehensibilis erat per beatum Paulum fuisse correptus et conversus
Quem eciam beatus Ieronimus nominat in libro illustrium virorum. Licet
ipsum expresse sanctum non affirmat. Tertium corollarium de talibus speciebus et veraciter
est de salute veterum famosissimorum philosophorum scilicet Aristotelis Platonis
et aliorum. Patet quia de Seneca tanto philosopho morali qui tempore apostolorum
fuit et cum eis conversatus est incertitudo ... Et est hec conclusio
de mente Augustini super ... absorbti sunt aucti petre ...
eorum. Corollarium quartum est istud. Viri auctentici et famosi et magni
status ficte se habentes in hiis que sunt religiosa, damnabiliter peccant.
Patet quia ut allegatum est Augustinus dicit Seneca damnabiliter peccasse
eo quod mendaciter exterius simulabat se deos colere cum hoc ...
haberet in mente. Et ita per hoc alios firmabat in errore et superstitione.
Pro isto corollario habetur nobilis historia 2 Machabeorum vi de Eleazaro
viro etate provecto, qui cum a morte liberari potuisset dummodo
simulatorie de sacrificiis carnibus consensisset, fertur dixisse se prius
velle in infernum, quam unquam fingere, ut multi adolescentes arbitrantes
eum octogenarium transisse ad vitam alienigenarum, ipsi propter eius simu
lacionem et modicum vite tempus decepti fuissent ac per hoc maculam
atque execrationem sue senectutis acquisivisset. Ex quibus sequitur aliud
corollarium quod in peccatis que contra deum committuntur idolatrie peccatum est gravissimum.
Patet quia sicut in terrena republica gravissimum esse videtur quod aliquis
honorem regni alteri impendat quam vero regi, quia quantum in se est totam
rempublicam perturbat ordinem. Ita in peccatis que contra deum committuntur
que tamen sunt maxima gravissimum esse videtur, quod aliquis honorem divinum
creature impendat, quia quantum est in se facit alium deum in mundo

omnes puniperatum diuinum. Aliud autem fuit ydolatrie peccatum vtz ex dictis Circa hoc tamen sciendum quod attendendo peccati grauitatem ex parte peccatis quamuis ... peccat qui scienter corrumpit fidem quam quam accepit quod ydolatre ... peccatores et similiter eciam aliqua peccata possunt esse maiora ... ... peccatis. Secundo sciendum quod et si tamen dispositiua ydo-latrie fuerit ex parte hominum consumatiua tamen fuit ex parte demonum ... Nam causa adinuencionis ydolorum fuit duplex prima fuit affectus ... hominis ad amicos et parentes ... Nam ex inordi-nato affectu quedam quos homines nimis amantes vel venerantes more diuinum eis impenderunt. Et hanc causam tangit sapiencie 14 ... acerbo luctu dolens pater cito sibi rapti filii fecit imaginem et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat nunc quasi deum colere cepit. Et hanc historiam de ortu ydolorum et imaginibus in speciali narrat fulgencius in mitologiarum libro primo in ... et alexander nequam in scintillario poesis capitulo primo dicens fuit ... vir ditissimus nomine Sirophanes ... habuit filium vni-... quem inmoderate diligebat Contigit mori filium cuius simulacrum ... doloribus affectum in diebus suis constituit ... remedium seminarium potius doloris inuenit. Domestici simulacrorum illud ... dictum est. Quod nos ... speciem doloris ... familia ... Syrophanis in adulacionem domini flores idolo afferebant ... Sertebant odoramenta succendebant Rei eciam ad simulacrum confu-gientes veniam adepti sunt venerati quod sunt illud timoris ... affectu ... amoris Vnde petronius primus in orbe deos fecit inesse timor ... tamen in hystoria scolastica super 2m capitulum genesis narrat aliam hysto-riam de ortu ydolorum dicens quod Ninus Rex assiriorum mortuo ... patre suo in solacium doloris imaginem patris fecit ... reuerenciam adhibuit vt quibuslibet reis qui ad eam confugerent parceret ... quod ceperunt homines illi simulachro diuinos honores impendere ... plurimi caris suis mortuis imagines dedicauerunt ... Ac ut histo-... istas est repugnancia quod origo ydolatrie in diuersis regionibus diuersos habuit ... Ninus rex ... primus fuit apud assirios Sirophanes ... apud egiptios ... sapiencie 14 homines aut affectui aut regibus deseruientes incommunicabile nomen scilicet diuinitatis lignis et lapidibus imposuerunt. Alia causa adinuencionis ydolorum ex parte hominum fuit quod naturaliter ... delectantur in ... sicut dicit philosophus in poetria sua. Et ideo homines ... a principio videntes ... diligenciam artificum imagines hominum expressiue factas diuinitatis cultum eis impenderunt. Vnde dicitur sapiencie 13 ... artifex faber de silua lignum rectum secuerit et per scienciam ... artis figuret illud et assimilet imaginem hominis et de substancia ... et de filiis suis et de nupciis suis votum faciens inquirit ab eo ... tercia est ignorancia veri deitatis excellenciam hominibus non ... quibusdam creaturis propter pulcritudinem seu virtutem diuinitatis cultum exhi-buerunt. Vnde dicitur sapiencie 13 Neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex sed aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut girum stellarum aut nimiam aquam aut solem et lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt ... quod demones se colendos hominibus ... exhibuerunt in ydolis dando responsa et aliqua que videbantur hominibus mirabilia ... Tercio ... indebitum est quod latrie cultus alteri exhibeatur quam ... principio soli vni deo summo propter quod dicitur exodi 23 Qui immolat diis occidetur preter domino soli. Et deuteronomii 6 dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies ... ad indebita aut ... ... racionalis fatue male disposite manifestum est quod ad ... indebitas cultuas instinctu demonum homines prouocati sunt qui se eciam loco dei colendos exhibuerunt diuinum appetentes honorem ... est quod dicitur in psalmo omnes dii gencium demonia. Et 1 Cor x Que immolant gentes demoniis et non deo ... ad oppositum ... ad ... neque in veteris legis thabernaculo seu templo neque ...

Nec in erga ymagines instituuntur ut eis latrie cultus exhibeatur sed quandam significacionem ut per huiusmodi ymagines mentibus hominum ymaginatis confirmetur de excellencia angelorum et sanctorum. Secus autem est de ymagine Christi cui racione divinitatis latria debetur ut dicunt doctores quarti sentenciarum distinccione ix. Ad racionem dicitur quod ydolatria presupponit interiorem infidelitatem et addit exterius indebitum cultum. Si vero sit exterior tantum ydolatria absque interiori infidelitate tunc additur circumstancia falsitatis ut de Seneca dicit Augustinus. Ad secundum dicitur quod in prima etate non fuit ydolatria propter recentem memoriam creacionis mundi et quia adhuc vigebat cognicio unius dei in mentibus hominum. In sexta autem etate ydolatria est exclusa per doctrinam et virtutem Christi qui de dyabolo triumphavit. Colossenses 2º etc.

Et vidi alterum angelum fortem descendentem de celo amictum nube et yris erat in capite eius. Et facies eius sicut sol et pedes eius tanquam columpna ignis, et habebat in manu sua libellum apertum. Et posuit pedem suum dextrum super mare sinistrum autem super terram etc. Capitulum decimum et secundum. Sicut ad predicta descripta persecucione et specificata persecucione universali seu fraude tempore antichristi hic subditur de consolacione fidelium per Christum. Unde Beda: descripta antichristi sevicia ad ostendendum eundem ruinam exordium nativitatis hic et gloriam ecclesie recapitulat. Et dividitur in quatuor partes. Primo ponitur eius per quem est consolacio futura descripcio. 2º consolatio predicacionis eiusdem de bravio futuris illius persecucionis adversariis ubi. Et clamavit voce magna. 3º consolacionis ex revelacione futurorum publicacio ibi. Et vocem quam audivi. 4º adiutorium a scripturis et a fidelibus testibus promissum in principio. Et datus est michi calamus etc. Prima pars premittitur descripcio angeli consolantis et consolacionem promittentis qui angelus erat figura Ihesu Christi ut patebit. Et describitur primo quantum ad suam personam seu racionem sue persone. 2º quo ad plenitudinem sapiencie seu complecionis promissionum sacre scripture ibi. Et habebat in manu sua etc. 3º quantum ad plenitudinem potestatis ibi. Et posuit pedem suum dextrum etc. Quantum ad primum dicit. Et alterum angelum. Coniunccio copulativa notat quod hec visio non est alia a precedenti sed illi quasi pars per copulam. Dicit Iohannes in eo quod dicit alterum angelum Iohannes se vidisse dicit non est rei diversitas sed ordo visionis et consuetudo recapitulacionis. Alii vero angelum videt quia visionem sub alio intellectu enarrandam repetiunt. In illa visione sub alio intellectu ... visione speciali alium angelum. Dicit Haymo: angelus Christus magni consilii nuncius quia paterne voluntatis et quia eterne vite nuncius novos adduxit. Nova nunciavit. Nova promisit. Et nova fidelibus suis contulit. Nova ... 33. Et fuit preterea angelus loquens unum de similibus et dicet libera eum ut non descendat in corrupcionem. Inveni in quo ei propicier. Quod notat beatus Gregorius in ... xx in moralibus in prohemio dicit: ... est iste angelus nisi ille qui per prophetam dicitur magni consilii angelus. Ysaie ix. Iuxta translacionem septuaginta interpretum. Prima in greca lingua ... angelus latine nuncius dicitur. Semetipsum nobis annuncians dicitur angelus. Vocatur veniens aut ad nos desuper ut medicus. Tantum quod nos invenimus ... languoribus. Unde de similibus locutus est ... nobis similem et quendam communem apposuit. Ad homines quippe homo venit. Sed ad peccatores iustus concordavit nobis veritate ... nobis vigore iusticie ... non potuit ... debuit quem corrigebat ut ostendendo formam

contrariam mutaret vitam. Sed videri ab hominibus non poterat deus, homo ergo
factus est, ut videri potuisset. Iustus ergo atque invisibilis deus apparuit
similis nobis homo visibilis, ut dum videtur deus ex simili, curaret
ex iusto, et dum virtute generis concordat, conditionem virtute artis obviaret.
conditioni, qui ergo veniens in carne deus, non culpam nostram ex vicio
non penam ex institutione suscepit, nulla in labe peccati pollutus, reatum nostrae
conditionis teneri non potuit, atque ob mortem nostram quam conditione culturae
eam voluit sponte suscepit. Recte pro temptato homine iste angelus
vim de similibus locutus est, quia nec ita natus ut ceteri, nec
ita mortuus, nec ita resuscitatus. Non enim operante coitu sed spiritu
superveniente conceptus est. Natus autem matris viscera et secunda exhibuit
et incorrupta servavit. Rursum nos omnes cum nolumus morimur
quia ad solvendum penae debitum culpe nostre conditione coartamur. Ille autem
quia nulli admixtus est culpe, nulli ex necessitate succubuit pene, sed quia
culpam nostram dominando subdidit, penam nostram miserando suscepit. Sicut
ipse ait: Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo
iterum sumendi eam. Qui etiam premisit ibidem: Nemo tollit eam a me,
sed ego pono eam a meipso. Rursum non ut ceteri suscitatus est, quia
nostra resurrectio usque in finem seculi dilata est, illius vero die tertia
celebrata. Et nos quidem per illum resurgimus. Nam ipse per se. Neque enim
deus erat sicut nos, ab alio ut resuscitari potuisset indigebat. In eo ergo
illius resurrectio distat a nostra, quia non per nosmetipsos resurgimus sicut ipse.
Pro eo enim quod simpliciter homines sumus, superiori adiutorio ut resurgere
valeamus indigemus. Ille autem cum dei resuscitationis vim cum presentiam
et presentiam(?) deus exhibuit quam tunc solus in humanitate suscepit.
Et ita ergo deus vere natus, vere mortuus, vere resuscitatus, in omnibus tamen
distat a nobis magnitudine potentie, sed sola concordat nobis veritate nature.
Bene dicitur quod pro nobis iste angelus vim de similibus locutus est,
cum non in cunctis operationibus suis immensa nobis virtute transcendat,
in uno tamen a nobis et in forme veritate non discrepat. Per hoc pro
nobis pater loquitur, per quod semetipsum similem nobis ostendit. Loqui quippe
eius vel interpellare est ipsum se pro hominibus hominem demonstrare.
Et hoc ut ammiret hominis equitatem, quia nisi ille hominibus similis fieret
equus homo ante deum non appareret. Unde quippe ammiratur equitatem
nostram, unde suscipere dignatus est infirmitatem meam. Omnes enim nos
minime illa persuasio in culpe cogitationem abire reddere polluerat. Nunc
quia erat qui apud deum pro peccatoribus loqueretur a peccato liber appareret.
quia ex eadem massa editos eque cunctos pater reatus involuerat.
Proinde venit ad nos unigenitus patris, assumpsit ex nobis naturam
non peccatis culpam sine peccato quippe esse debuit. Qui pro peccatoribus
intercedere potuisset, quia minime aliene pollutionis contagia non teget
iustitiam (?) sustineret. Cum ergo dicitur quod in eo quod similis apparuit, equitatem
hominis cumulavit, intercedens enim pro peccatoribus semetipsum iustum ho-
minem, qui pro aliis indulgentia mereretur, ostendit. Ille
Christus quod notavit dicitur in littera: Vidi alium angelum, scilicet Christum, contra quatuor
angelos qui soluti fuerant, scilicet universitati demonum, ut supra.
Unde Richardus: angelus Christus, alii sed apostati angeli sathane,
et alter id est contrarius illis omnino in affectu. Illi enim venerunt ad perdendum,
hic ad salvandum; alii alter, id est contrarius in natura, quia iste creator, illi creatura,
vel illi pura creatura, iste vero creator simul et creatura, scilicet supra: Vidi
alium angelum ascendentem ab ortu solis, ibi de hoc. In hoc ergo quod ait
angelum notatur plenitudo testimonie. In hoc quod ait alterum rectitudo iustitie.
In hoc quod subdit fortem designatur valitudo seu virtus potestatis, quippe iste
fuit fortis, qui intravit domum fortis et diripuit vasa eius, Mathei XII.
Fortis, quia ipse dei virtus, I Cor. I. Fortis, quia ad debellandas venit aereas
potestates

de quo p̄phta ex psona angelorum Quis est iste rex glorie Et Respondet dns
fortis et potens dominus potens in prelio Job ix Si fortitudo queritur
Robustissimus est In hoc aut qd addit descendentem de celo Notatur
multitudo bonitatis uel benignitatis qr nō solum dedit sua sz seipsum
qn dignatus est pro nobis fieri caro Ysaye lxiiij vtinam dirumperes
celos et descenderes Vt n' ait augustinus sup Johanne omel xx
2m illud qd dns est nō venit nō descendit cum sit vbique presens Sz
2m illud qd apparuit homo Et per hoc pz solucio omnibus qua possz
queri cum dominus vbique sit Jux illud Jeremie 23 Celum et terram ego
impleo et extra celum et terram nō sit locus Quō ergo descendit de celo
Nam Respondeo qd dicitur descendere dicto modo scilicet 2m qd apparuit homo
Vnde augustinus i° lib° de essencia diuinitatis dei et de inuisibilitate et im-
mutabilitate dei descendere dicitur dns quando aliquod nouum qd antea
nō fuerat in creatura humana operatur sicut filius descendisse narratur
qn verum carnem ex virgine maria sumpsit Vnde Symon 2° de ascensione
domini Ille per quem factum est celum et terra ipse est cum qui fecit de
terra descendit in terram et in celum hinc leuauit terram Vnde
Symon post de purificatione virginis Homo cecidit sz dns descendit Cecidit
homo miserabiliter descendit dns misericorditer Cecidit homo per superbiam de-
scendit deus cum gratia Item dns dicitur descendere qn facit aliquod
in terra qd post perpetratum nō cursum mirabilis fecit prius eius
audit ait augustinus 16 de ciuitate dei c° 7 Gen 11 descendit dns ut vi-
deret ciuitatem descensio aut dei de celo Nil aliud est in principio quam
humilitatis eius incarnacio ait haymo Dicit ergo descendentem de celo
id est de incognito ad cognitum de inuisibilitate ad visibilitatem de secreto
ad publicum siue de patre in mundum humiliter venientem Joh xv
Exiui a patre et veni in mundum Ps a summo celo egressio eius Joh vi
Ego sum panis viuus qui de celo descendi Consequenter cum dicitur amictum
nube etc Ostenditur angeli descendentis descriptio vbi dicuntur quatuor
que facta sunt in illo descensu Primum est humane nature assumpcio
cum dicitur amictum nube 2m est humanum gracie decoracio vbi et
iris in capite eius 3m est nature assumpte glorificacio seu illuminacio
ibi Et facies eius sicut sol 4tum est per graciam sp̄ussancti confirmacio
ibi et pedes eius etc Dicit ergo amictum nube id est indutum humana
carne et in hoc innuitur veritas humane nature assumpte Vnde Richardus
Amictus fuit nube qr apparuit in suscepta humanitate Similiter
hay° Nube amictus apparuit angelus qr nimirum carne indutus
inter homines apparuit dominus De quo dicitur Ysaye 19 Ecce dominus
ascendet super nubem leuem et ingredietur egyptum Glo̅ ~~nube~~
nubem quippe leuem ascendit quando carnem sine grauedine peccati
assumpsit Hanc nubem calore solaris id est spiritus sancti de purissima terra
virginitate et obscuritate sanctificando ad celum eleuauit ut persone
filii vniendo 2m id Ezech 32 Solem nube tegam Et sic sole
nobis apparuit dns in mundo visibilem faciendo Baruch 3° Post
hec in terris visus est etc Hec est nebula in qua dns dixit se
habitare 3° Reg viij° dixit dns vt habitaret in nebula De quo
venit pluuia salutifera Eccl 43 Medicina omnium in festinacione
nebule Sicut igitur angelus amictus nube in natiuitate siue incar-
nacione quando veritas de terra orta est sicut nubes ex aqua 3° Reg 18
Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari id est xpus
puer paruulus nascebatur de maria Hec nubes in cruce leuata
refrigerium dedit toti mundo Solis ardore id est dei patris ira spirando
ps Sub vmbra alarum tuarum protege me Cantic 2° Sub vmbra

Cantic
illius quam desideraueram sedi Deus de illa nube pluit dns pluuiam
duplicem sz sanguinis in redempcionem et aque in ablucionem Joh 19
Vnus militum lancea latus eius aperuit et continuo exit sanguis et aqua

His duobus indigebat genus humanum. Nam quia venditum erat indigebat re-
demptione, et quia sordidum indigebat ablutione. Quia si ascendit in tabernaculum quod
hic dicitur descende. Ideo quia ascendit quia humana natura omnino subiecta
fuit deitati et caro spiritui. Descendit autem cum se dignum sue maiestatis
inclinavit. Unde Beda: verbum ut ad nos descenderet propria dignitatis incli-
navit humanam naturam traxit. Dictus quod se vetustum promisit expulit, puritatis
uteri virginalis suscepit salva virginis integritate potius eduxit, obediam
in omnibus reduxit, gratia armavit, caritatis verbis et miraculis ma-
nifestavit. Subditur in littera: Et iris in capite eius. Et in hoc similitudo
multitudo divine propitiationis sive clementie. Caput autem angeli divinitatis
intelligitur filii dei, secundum illud apostoli 2 Cor. xi: Caput Christi deus. Iris
autem grece latine dicitur arcus qui in diversis coloribus apparet in nube
et est signum propitiationis a tempore diluvii positum inter deum et homines. Gen. ix.
Ponam arcum meum in nubibus et erit signum federis. Tunc quia fit arcus
in celo cum radiis solis nubes aquosa fuit illustrata, quia dum claritas
eterne lucis et sol iustitie carnem assumpsit, reconciliatio facta est huma-
nis. Sol enim est dei filius humana natura nubes aquosa quia gratiis
plena. Hanc ergo nubem illustravit cum naturam humanam assumpsit et
factus est arcus id est reconciliatio hominis. Sic ergo per iridem notatur
facta reconciliatio que dicitur esse in capite angeli, quia potius reconciliandi
fuit in divinitate que est caput Christi. Est ergo sensus: Et iris id est virtus et
potius reconciliandi in capite eius id est in divinitate que est caput Christi.
Vel sic et iris id est clementia et pietas in capite eius id est in intentione. Et
ideo dicitur iris in capite quia non esset sufficiens redemptio nisi Christus esset
deus. 2 Cor. v: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. De hoc
supra eodem. Et iris erat in circuitu sedis. Et subditur in littera: Et facies
eius id est forma humanitatis eius sicut sol scilicet illuminans et inflammans
mentes hominum. Et in hoc designatur veritas resplendentis et illuminantis
doctrine que mundum illustrat. Malach. 3: Vobis timentibus nomen meum
orietur sol iustitie. Supra primo de consimili descriptione in parte: Ubi dicitur
quod oculi eius velut flamma ignis et facies eius sicut sol lucens
in virtute sua. Unde hanc faciem illustratam et consolantem desiderabat
propheta dicens: Ostende faciem tuam et salvi erimus. Nec mirum si fuit desi-
deranda quia erat facies bona. Dicit enim Augustinus 80 sermone de Cantico
Canticorum: Bona facies hominis dicitur divisa pariter affectu hilarata
et colorata lucidalement. Talis autem erat ista facies super benedicta
de qua in figura Hester penultimo: Vidi te domine quasi angelum
dei et sequitur: facies tua plena gratiarum. Eccl. viii: Sapientia
hominis lucet in vultu eius. Prov. xvii: In facie prudentis lucet
sapientia. Vel in hoc quod ait: facies eius sicut sol, denotatur maiestas
divine nature. Unde Richardus: Quicumque in eum videt fide credit
non solum in eum hominem sed deum cognoscit ipse enim est sol sapientie.
De quo Sapientie 5: Sol intelligentie non illuxit nobis. Ezech. 32:
Solem nube tegam. Et ut dicit Haymo: Non ut iste sol visibilis
facies eius fulgebit sed multo amplius, quia et de electis dicitur Matth. xiii:
Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et quomodo erunt
electi similes angelis Matth. 22 et Marci xii et Luce xx. Non
tam similes vel equales filio dei. Nam et in monte coram tribus discipulis
transfiguratus Matth. xvii futura membra sua tam in seipso ostendit.
Sol quippe habet ortum
et occasum. Unde Salomon Eccl. i: Oritur sol et occidit et ad locum
suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem. Sic
sol noster ortus est quando Christus natus est. Venit ad occasum cum pro
nobis mortuus est. Sic quia rediit ad ortum quando eius humanitas
ex passione mortis ad gloriam redisse probatur resurrectionis, ibique rena-
scens gyrat per meridiem, quia resurgens a mortuis calore fidei et
spiritus sancti corda discipulorum illustravit. Qui etiam illi meridies vocatur

in quibus sol iustitie ampliorem spiritus fudit calorem. Per iudicem quoque
girans ad aquilonem flectitur, quia ad colligendam gentilitatem apostolorum
predicatio producitur, in qua frigidus vetus ille dominabatur, qui in
superbiam elatus primus dixisse probatur: Ponam sedem meam ad
aquilonem, Isaie xiiii°. Et quod subditur: lustrans omnia pergit
in circuitu spiritus, ad hoc pertinet, quia totus mundus Christi predicatione
plenus ostenditur, Psalmo id est: vox tonitrui tui in rota, alluxerunt
choruscationes tue orbi terre etc. Et ad circulos suos revertitur, quia per
aggregationem gentium illuminabitur etiam multitudo iudeorum, Paulus ipse
apostolus ad Romanos xi: cum plenitudo gentium intraverit tunc omnis Israel
salvus erit. Et quia facies eius erat sicut sol, Christi assumpta humanitas
herbat ortum et occasum etc. vel illustrabat mentes hominum et inflammabat,
Isaie ix: populus gentium. Vel ideo dicit ut sol, quia non habuit aliquid
clarius, cui comparasset illam facie gloriosam. Sequitur: et pedes eius
quasi columpna ignis. Et in hoc innuitur plenitudo gratie, quia spiritus
est ignis, Luce xii: Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi
ut accendatur. Super pedes eius similes aurichalco, ut, in ait, Hayo,
pedes angeli predicatores intelliguntur, scilicet pleni spiritu sancto, quibus
per totum mundum incarnata dei sapientia ambulabat et portabatur,
de quibus dicitur Isaie lii: Quam pulcri sunt pedes annunciantis et
predicantis pacem. Et ad Romanos x. De quibus etiam dicitur Marci ultimo: Illi autem
profecti predicaverunt ubique etc. Quoniam hii et columpne et igni comparantur
Ambrosius? quia et more columpnarum superimpositum ecclesie edificium
portant et pulsantes accensa corda auditorum ad amorem dei perducunt,
inflammant. Prima ergo ad predicationem mittuntur, ratione pedes, quia vadunt ad
amorem dei hos quibus predicant attendunt, Sunt igniti. Et quia super
eos edificium ecclesie construitur, ratione columpne vocantur. Quia autem columpne
sunt testatur Paulus ad Galatas 2° dicens: Petrus, Jacobus et Johannes qui vi-
debantur columpne esse dextras dederunt mihi et Barnabe. Hinc per
prophetam dicitur: Ego confirmavi columpnas eius. Apocalypsis 3: Qui vicerit
faciam eum columpnam in templo dei. Et habere hoc scilicet plenum
per iustitiam rectum per caritatem rectum per contemplationem et desiderium
eternorum, fortem per fidem, ... portantem perpetuitatem. Et
tunc ibi. Et habebat in manu etc. Premisso descriptione angeli quantum ad suam
personam subditur eiusdem descriptio quo ad promissionem ipsius sacre
scripture completionem sive solutionem vel quantum ad eius revelationem, cum
dicitur: Et habebat in manu sua libellum apertum, id est omnis scripturas
operatione sua completas, ait glossa. Unde Richardus: libellum hunc apertum
cum in se manifeste complevit quod de ipso sacra scriptura continet. Et quibus
volt eius notitiam lucidam prebet. Et nota: hic et de hoc Hayo. Unde supra v
legimus quod vidit librum signatum sigillis vii, per quem vetus testamentum
designatur plenum multimoda obscuritate. Hic autem per libellum in apertum
novum testamentum significatur, quod apertum est in manu angeli, id est operatione
filii dei reseratum, quoniam in carne operatus est nostre salutem. Et quia in su-
periori libro nosciuntur latuisse secreta, aperte nunc in libello aperto
novi testamenti revelata claruisse scriptura testatur. Ipse enim apparens in carne
ne quod intelligatur per nube sive faciem angeli, ea que latebant nascendo,
moriendo, a mortuis resurgendo, ad celos ascendendo aperuit et per
Apocalypsis 5: Dignus est agnus aperire librum. Et sicut dicit Beda, libellus
appellatur quia agit de Christi humanitate, vel quia per humilitatem venitur in intelli-
gentiam legis, Mathei 18: Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli
non intrabitis in regnum celorum, et ideo pervenietis ad intelligentiam legis.
Apocalypsis 3: Ecce dedi coram te ostium apertum quod medicum habes virtutem,
id est humilitatem, ibi de hoc. Hunc libellum scribi desiderabat Job c. 31 dicens:
Quis mihi tribuat adiutorem ut desiderium meum audiat et ipse ... librum

Ubi

et apostolos manifesta

scribat ipse qui iudicat. ut in humero portem illum et circumdem illum quasi coronam michi. Super quo Gregorius xxxv moralium dicit Cunctus vir sanctus qui suis meritis ad sublimia pervenire negat, adiutorem querit, quem vero sibi in exaudiendi desiderijs adiutorem querat subiunctis verbis exponit dicens Et librum scribat ipse qui iudicat. Quia enim timenti adhuc populo lex est transmissa per servum, diligentibus vero filijs gratia evangelij est collata per dominum, qui ad redempcionem nostram veniens novum nobis testamentum condidit. Sed de eiusdem nobis testamenti mandatis discuciens quamquam eciam iudex venit certum non est ut per exposicionem clarescat. Et librum scribit ipse qui iudicat. Ipsa eciam per se veritas dicit Iohannis v. pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Erit ergo tunc auctor iudicij qui nunc est conditor libri, ut tunc districtus exigat quod modo mansuetus iubet. Hic namque quotidie conspicimus quod magistri puerulis elementa litterarum blandientes imponunt sed hec ab eis sevientes exigunt. Et que dant cum mansuetudine, cum verberibus exquirunt. Blande namque nunc sonat eloquij divini mandata sed erunt aspera in examine sentencie. Mansueta modo est admonitio doctrinis, sed erit districta. Vetula est iusticia iudicis. Cum ergo certum est quod nil erit nimis mundati in deserviendo ... preteriat que vero constat quod librum scripsit ipse qui iudicat, huius solius librum novi testamenti ... beatus Iob ab eo qui iudex est scribi desiderat. Notificat cum subiungit. Ut in humero meo portem illum et circumdem illum quasi coronam michi. Librum quippe in humero portare est scripturam sacram operando perficere. Et Nondum quod ornate describi et scriptura sacra ... portari et quemadmodum sicut corona circumdari. Quia videlicet sacri eloquij mandata si modo portantur in opere, post nobis coronam victorie exhibent in retribucione etc. Et ex hoc patet quod beatus Iob electorum vocibus hic utitur. Atque ex eorum significacione postulat quod futurum eis corona providebat. Ipse namque per spiritum huius librum apud se iam dudum tenebat, que per graciam applicacionis acceperat et vivendo coronam erat, et providendo imitare. Hactenus ibi. Et posuit pedem suum dextrum etc. tertij Narrata descripcione antichristi racione sue persone et quibus ad plenitudinem potestatis sapiencie. Consequenter subiungitur eius notificacio quo ad plenitudinem potestatis vel ponitur eius descripcio quantum ad situm sive posicionem cum dicitur. Et posuit pedem suum dextrum super mare, Richardus, versus preter fluctuantes ... pedem ... amaritudine victorum fluctuante quod per mare significatur. Et sinistrum super terram, vel ... in vinis dei fide ... solidatum. De isto mari dicitur Iob 38. Quis conclusit ostijs mare quando erumpebat quasi de vulva procedens. Super quo Gregorius moralium 28 Quid nomine maris nisi sensum ... accipimus nisi conceptum occulte et maliciose carnalis cogitacionis ... seculari erumpebat ergo mare quasi de vulva procedens ... internis fluctibus et carnalibus cogitacionis ... conceptu in sese ... tumores ... Sed auctore deo ostijs hoc mare conclusum est. Quia contra insanias ... isti viri quasi quedam ostia oppositi sunt, ut eorum insanias ... confringerentur. Nihilominus quippe duces fremens atque ... principibus per eos ... interam ... mundi culmine evexit et sevientes maris impetus ... tante potestate cohibuit. Hactenus ibi. De hac vero terra dicitur in psalmo ... terram fructiferam in salsuginem etc. Vel ut ait Richardus. Dextrum pedem posuit super mare quia gentes elegit deus ad beatitudinem. Sinistrum super terram quia Iudeos reiecit ad dampnacionem. Per mare namque sufficienter gentilitas ... amaritudine infidelitatis et ydolatrie. Per terram vero duricia et avaricia iudeorum, que frequenter fuit arata prophetarum predicacione et tamen modicum fructum reddiderat. Ideo terra reprobata est. Per pedem vero dextrum significatur eterna beatitudo. Per sinistrum eterna dampnacio. Nam in finali iudicio boni ponentur ad dextram

iudicis

mali vo ad sinistram Ysaie 24 propter quod dicitur prouerbiorum 4° Vias que a dextris
sunt nouit dominus peruerse vero sunt que a sinistris sunt Et secundum hec
est sensus littere Et posuit pedem suum dextrum super mare id est gentiles
illuminatos ad fidem conuertit et ad beatitudinem perduxit Vnde luce 20
Leuate ad reuelacionem gencium et gentes xl ipse erit expectacio gencium sinistrum
super terram id est iudeos qui sunt terra culta per legem et prophetas propter duriciam
scilicet et auariciam excecari permisit ad eternam dampnacionem Ro. 11 Cecitas
ex parte contigit in israel Vel hoc dicitur ideo quia primo vocauit gentes ad fidem
et iusticiam et in fine vocabit iudeos qui omnis israel saluus erit ad
Ro. xi 5 Cum plenitudo gencium intrabit tunc vniuersus israel saluus erit
Secundum vero hanc per pedem dextrum figurantur illa membra que nullis
aduersitatibus franguntur ut vllis successibus extolluntur scilicet apostoli et mar
tires et ceteri qui habent potestatem calcandi super omnem virtutem inimici Luce
Tales super mare hoc est super hunc mundum turbulentum constituuntur
Contra omnes malorum persecuciones certauerunt et non succubuerunt Et propter hoc petrus
et paulus ad Romanos missi fuerunt quia ibi omnibus ferocioribus et crudeli
ores extiterunt Et quia maxime viguit virtus gentilium Rome et cultus
~~ydolorum~~ ydolorum per sinistrum vero pedem ipsum super terram positum intelli:
guntur confessores qui pacis tempore vixerunt nec publicum martirium
pertulerunt quia super terram hoc est super soliditatem fidei sunt locati Deus
enim omnipotens ita in vicissitudinibus huius disposuit ecclesie membra fortiores
scilicet super fluctus maris infiriores vero super soliditatem ~~tpe~~ terre constituit
Sicut et huius seculi principes vbi forcior est impetus belli fortissimos
milites preparant Et hii pedes vtique fortes et incommissibiles quia super christum
radicati Statuit inquit super petram pedes meos ait propheta in persona
ecclesie Moraliter autem possunt exponi Et per pedes significantur affectus animi
quia sicut corpus pedibus sic anima mouetur affectibus ut ait augustinus
super ps ix Pes anime est amor qui cum prauus est cupiditas vocatur
aut libido cum vero rectus caritas et dilectio per mare vero tribulacio
significatur vt dictum est Super quam tribulacionem est pes dexter scilicet
quando illam libenter propter deum sustinet et libencius quam prosperitatem
Vnde ipse in figura illius Ionas mittite me in mare et ad hebr xi
de moyse dicitur magis eligens affligi cum populo dei quam temporalis peccati
habere iocunditatem Pes ergo dexter est amor dei qui ponitur dicitur super
mare quia docet omnem tribulacionem et aduersitatem amaritudinem conculcare
Vt sicut christus pro amore nostro calcauit amaritudinem passionis sic ipse dicit
Ysaie lxiii torcular calcaui solus et de gentibus non est vir mecum
Sic et nos pro amore ipsius calcemus omnem amaritudinem mundi non
timentes pro ipso mori si fuerit necesse Vnde beatus bernhardus audi luctam
pro te sustinuit dilectus sustine et tu dilectum non illum vincat petra
tua te quoque illius flagella non superent hoc pede conuenit tangimus
nostrum facimus Vnde deuteronomium xi Omnem locum quem calcauerit pes vester vester erit
Pes vero sinister est amor proximi quo debemus terram id est omnia terrena
calcare quia amore proximi debemus omnibus terrenis anteponere Iuxta illud
leuitici 19 Diliges proximum tuum sicut teipsum id est tibi dicitur et super omnia terrena
Et hoc exigit iusticia prouerbiorum xii 22 Qui negligit dampnum propter
amicum iustus est Eccli 29 Perde pecuniam propter fratrem et amicum et non
abscondas sub lapide perdicionis Christus dicitur hunc pedem posuisse super
terram vt sicut ipse propter nos omnia terrena contempsit et amore nostro
toti mundo preposuit Sic et nos amorem proximum toti mundo preponamus
Alioquin non habemus hunc pedem sinistrum super terram I Iohannis 3 Qui
habuerit substanciam huius mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo quomodo caritas dei manet in illo quasi diceret
nullomodo quia probacio dilectionis exhibicio est operis vt inquit Gregorius
in omelia penthecostes Et qui non habet hunc pedem sinistrum nec habet
dextrum quia vt dicitur I Iohannis 4 Qui non diligit fratrem suum quem
videt deum quem non videt quomodo potest diligere Ex quibus potest patere

q pes multiplicit accipi in scriptura, vel pro affectu aie ut dictu est, vel pro gressu operacionis. Ezech. xvj Calciamentis hiatinis in pedibus tuis. Ubi dicit Gregorius super cura pastoralem 2a pte 2a c. 24 per calciamenta que pedes muniunt extra scorte figurantur, que dum conspicimus nostri operis pedes munimus. Cantic. 5 Lavi pedes meos, quo inquinabo illos. Dicuntur pedes ecclesie ipsius predicatores et in ea presidentes, et ipsam sustentantes et Xpm pro ipsam defendentes, vel ut ait Commentator Angelice Ierarchie c. xv c. Repos in pedibus est vis motiva qua progressive movemur et modeste ad id quod utilitas exigit movemur velociter. Ps. posuit pedes meos quasi cervorum. Ezech. 2o Statuit me super pedes meos. De hiis pedibus dicitur Job 29 in persona Xpi Cum in terbeat, et sum iurx messes pristinos, quando lavabam pedes meos butiro. Super quo Greg. 19 moral. Quos pedes Ihu nisi sanctos predicatores accipimus, de quibus dicitur in Ps. et ambulabo in eis. Pedes ergo lavari butiro, cum sanctis predicato-ribus debita ab auditoribus stipendia conferuntur. Et quos fatigat minnirtus predicacionis labor, exhibita a discipulis boni operis pinguedo fovet. Non quod ideo predicet ut alantur, sed ideo aluntur ut predicare subsistant. Non ut interdum sumendi victus transeunt ad predicacionis studium vel utilitati predicatoris desuiant ministeria sustentaturis. A bonis ergo predicatoribus, ne tamen fructus predicationis impenduntur, sed tamen predicatores accipitur victus, et gubricis predicatis nitta, ab audientibus conferuntur, non solet de iterum numine sed de congruum mercede gaudere. Unde Paulus dicit ad Philip. 4 Non quero datum sed quero fructum, datum quippe est, res ipsa que impenditur, fructus vero dati est si benigna mente futuri mercedis studio aliquid impenditur. Ergo datum in re accipimus, fructum in cordibus. Et ibi Item pedes ecclesie dicuntur eius extima membra et infima. Job 30 Pedes meos subuertit. Per Gregorium moralium xx. Quid per pedes ecclesie nisi extima membra eius signantur, quo duo ad opera terrena descruunt, tanto celerius ab adversariis falli possunt quanto sublimia minus intelligunt. Hos itaque pedes adversarii subuertit, vero tum extima membra illius ad sui dogmatis errorem trahit. Subversi pedes vero tum terre nequiunt, cum infirmi quique persecutorum suorum vel promissionibus persuasi vel minis territi vel cruciatibus fracti ab itinere recti deviant. Item ille Et idem 19 moralium, pedes ecclesie sunt inferiores eorum ministri qui dum ad usus necessarios ea que sunt exterius exercent, per extremum ministerium vel pedes terre inherent, qui quidem pedes ecclesie sunt lavandi butiro, et hiis qui presunt, qui dum doctrine studiis invigilant, sollerti cura quorumcumque occupatorum corda respiciunt, eis quod tamen quia ipsi vacando percipiunt crebra admonicionis voce infusionis pinguedine ministrant. Verum quia in uno corpore, invicem pro se membra sollicita sunt, sic illorum ministeriis nostra extima fulciuntur, ita nostre est ut nostris studiis illorum intiora repleantur. Quando ergo doctores sancti quibusdam ad extima ministeria deditis unccionem divine vicariorum predicant, butiro eloquii pedes lavant. Et ibi et multum de hoc. Super pro pedes eius similes auricalco, ibi de hoc etc.

Et clamavit voce magna quemadmodum leo cum rugit. Et cum clamasset locuta sunt 7 tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, scripturus eram. Et audivi vocem de celo dicentem. Signa que locuta sunt septem tonitrua, et noli ea scribere. Secunda pars in qua narratur descripcio angeli per que est summa consolacio, Continet ponitur consolatorie predicacionis de temporis brevitate subiungendo. Et dividitur in 3 partes, pro primo denunciacionis de temporis brevitate modus sive specificatio. 2o revelacionis sive preceptis de predicandum ewangelium cessanda vel dimittenda predicto tempore adventu ibi Et audivi vocem. 3o de brevitate temporis illius persecucionis assertiva confirmacio, ibi Et angelum quem vidi. Et clamavit voce magna. Et determinat modum clamandi dicens Quemadmodum cum leo rugit. Vel ut ait Haymo et alii expositores

Cum leo rugit omnis bestie timent et ipse in sua fortitudine confidit ondit
xpus qui qn dicitur leo ppt virtute sine fortitudinis vt dicit Gregorius
moralium iiii° de quo Apo v° vicit leo de tribu iuda clamauit sine
per se sine per suos predicatores voce mag. v° peccatorum mag. penitentie
scilicet regum celerum penitentibus Mat iiii° penitentiam agite etc et mag.
comminatione scilicet penas eternas non penitentibus ibidem Omnis arbor
que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur Mat xi
dico vobis Thyro et sydoni remissius erit in die iudicii Mat 23
Ve vobis scribe et pharisei etc Et hac sua voce fortitudinem suam ondit
dum multos qui subierint bestias que bestiales et ferores homines in
deserto huius mundi timore concussit quia future dampnationis penas esse cavenda
terribiliter denunciauit legitur autem in xpo clamor ter primus fuit in predica
cione Joh vii Clamauit ihesus in templo docens etc laborauit clam
ando facte sunt fauces mee 2us in lazari suscitatione Joh xi hec cum
dixit ihesus voce mag. clamauit lazare etc 3us in cruce Mat xv Clamat
ihesus voce mag. heli etc Marcus aut ihesus clamans voce emisit spiritum
Ad hebr v° Cum clamore valido et lacrimis offerens exauditus est pro
sua reverentia Quartus clamor erit in iudicio de quo ysaie xlii°
dominus sicut fortis egredietur et sequitur vociferabit et clamabit super
inimicos suos prover 20 sicut rugitus leonis ita et terror regis
qui provocat eum peccat in animam suam Ozee xi leo rugiet et for
midabunt filii maris Et amos 3° leo rugiet quis non timebit dominus
deus locutus est quis non prophetabit Vt enim ait ambrosius examero
omel vi vocis leonis naturali tantus inest terror vt multa animantium
que per celeritatem possunt impetum eius evadere rugientis eius sonitu
velut quadam vi attonita latinis ita deficiat Et ibi bu de hic Et
glo hec vox leonis ondit virtutem et infert terrorem Cum enim rugitum
cauda sua circa siluam fecerit nulla bestiarum audet exire ista
xpus suos in fide concludens rugit ne quis exeat ad clamorem quo ihesus
xpus suos per suos predicatores omnis bestiales affectus et motus
timentes quiescere et quiescere debent ipso ihesu xpo predicante et auctoritate
et potestate suis electis ad predicandum dante ipsi tu eo clamat Et ysaie
subditur in lxa Et tu clamasti vero cum bonorum remuneratione
et penam malorum futuram insinuasti locuta sunt vii tonitrua vt in
ait hayno ipsus leo clamauit et post eum locuta sunt vii tonitrua Ca prius
xpus predicauit deinde apostoli et ceteri doctores ad eius vocem perfecti
predicauerunt vbique domino cooperante etc Mar vltimo In vii tonitruis
secundum predicatores vniuersalis ecclesie septiformi spiritu repleti qui in tota
huius seculi tonat quia profunda et alta obscura et terribilia locutur ait
hayno secundum illud prophete vox tonitrui tui in rota et predicatio ecclesie in toto
orbe terrarum intonuit Job 38 Quis dedit vehementissimo imbri cursum
et viam sonantis tonitrui ubi Gregorius 29 moralium circa medium quod aliquando
in tonitruo ipse incarnatus dominus figuratur quia ex antiquorum patrum
gementes prophetia ad nostram noticiam quasi ex nubibus terrificum prolatum
est qui cum nobis visibiliter appareret ea que sub nobis erant terribiliter intono
nuit Vnde et ipsi sancti apostoli de eius generatione gratia boanerges id est
filii tonitrui sunt vocati Marci 3 aliquando vero tonitruus ipsa eius pre
dicatio accipitur per quam supernorum iudiciorum terror auditur que terrore
dum percipitur humana corda concutitur et ibi bu de hic Vnde Johannes
epistola 8° dicit Et vbi pauli tonitrua erat vii in ps A voce toni
trui formidabunt Apo 4° De throno procedebant fulgura voces et tho
nitrua id est de ecclesia miraculorum signa et predicatorum fortitudinum eloquia in
expositores hi et ibi de hoc Job 26 Quis poterit magnitudinem tonitrui
eius intueri ubi Gregorius moral xvii° in fine quod per tonitruum sternat
terribilis maiestatis sue adventus ad iudicium Et sic ex dictis patet
quod thonitruum dicitur vel dominus ihesus incarnatus vel magnifica sua pre
dicatio vel sua terribilis maiestas in iudicio Et vndecimo quod significat ait

locuta sunt .vii. tonitrua voces suas vel sancta predicatio certe non indecoras fabulas nec phorum sciencias nec hereticorum versucias in suis dogmatibus recepit Et documenta ac inspiracio divinitus in auditorum cordibus per sanctos predicatores diffundit ait haymo et alii expositores Ideo dicitur in textu eleuauerunt septem voces suas non alienas Vel suas i. tempori et negocio congruas Dicit ergo et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas i. cum universi predicatores septiformi spiritu repleti multiformi modo terrore predicassent et comminacione tormentorum quamvis dudum cumulassent vt a malo cessarent Et annunciacione bonorum vt amplius fierent in bono proficerent Ego scripturus eram Ea .s. que audierat Iohannes super quo videlicet Scribe in libro Voluit ergo ea que audivit a septem tonitruis scribere ait haymo Scripturus ergo eram i. scribere paratus documenta a deo audita et aliis annunciare Ieremie 36 Ex ore suo loquebatur quasi omnes sermones ego autem scribebam Vnde et hic gerit Iohannes personam bonorum doctorum audientium a prioribus doctoribus et aliis ad comunicandum paratorum Ezechielis 3 Audies verbum ex ore meo et annunciabis eis Et ut ait glosa Iohannes hic gerit personam eorum qui tempore antichristi vellet predicare ex precedentium imitacione Et secutus dominicacionis cessacionis sine precepto a predicatore Et audivi vocem de celo dicentem i. intellexi divina inspiracione vel angeli sancti admonitione dicentem michi Signa que locuta sunt .vii. tonitrua i. sigillata certe predicata et noli ea scribere i. publice revelare Vnde queritur ad evidenciam littere sicut querit haymo Quare illud dicitur hoc cum in Iohanne doctores omnes figurentur qui vtique non debet divina eloquia sigillare vt non ad aliorum manifestentur vtilitatem Et e contrario preceptum est apostolis predicare omni creature Marci vltimo i. omni generi hominum ergo mirabile sensu hic abscondere predicatorem crimen Et quia abscondit frumenta tempore paris maledicitur in populis Proverbiorum xi ergo ut primo per frumenta non solum documenta animabus sustentatoria significantur Et secundum Gregorium omelia vi prime partis ezechielis plus est verbi pabulo victura in preciosum mentem reficere quam ventre moriture carnis terreno pane saciare Eum ergo cum sit factum maxima crudelitas divine predicatoris verbum dei abscondere Respondetur ad hoc secundum Bedam sicut quod mysteria fidei christiane ut passim sint cunctis ostendenda ne vilescant vt probis claudenda ne totum lateret Propterea dicit Signa i. Sigilla Quod .s. sub sigillo signum non omnibus notum esse volumus sed familiaribus et quibus nostra credere pro certo possumus Contemptoribus autem sunt abscondenda .s. ille que haymo dicitur Iohanni et in illo omni ordini doctorum Ne scribat que locuta sunt .vii. tonitrua quia non omnibus sunt manifestanda divina eloquia Contemptoribus enim abscondenda sunt ne fiat contra preceptum dei quo ait Mathei vii Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos Simplicibus quoque qui sunt discrete et secundum capacitatem singulorum distribui quia alii potum lactis suscipiunt alii vero solidum cibum percipere possunt Vnde et ipse discipulis dicebat Iohannis xvi Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo Vnde et in evangelio Mathei 24 fidelis et prudens dicitur qui dat servis suis in tempore tritici mensuram Dicitur ergo Iohanni et in illo choro omni doctorum Signa que locuta sunt .vii. tonitrua et noli ea scribere acsi diceret secundum haymonem Eloquiorum dei sacramenta sic [illegible] meritis secreta tegere ne a hiis qui non digne ad cognitionem eorum perveniunt .s. a hiis qui sunt cum discretione et moderacione eorum noticiam percipiat .s. illa Thobie xii Sacramentum regis abscondere bonum est Proverbiorum 21 Gloria domini est celare verbum Danielis xii Signa librum et claude sermones usque ad tempus Vnde Ieronimus in originali Et Crisostomus super Mathei omelia 23 Abscondenda sunt sancta scilicet docta perversis ne contemptores efficiantur cum didicerint vt ob ignoranciam verecundentur Et quia sancta illa contemptibilia ab eis videtur et ne que bonos arrogantur et ibi lege de hoc Et per hoc patet ad obiecta Vnde augustinus in originali Cum ait signa i. sigilla hoc dicit vt non passim omnibus impiis pateat

Cum vero ait: In ultimo, hec signis verba claudit quibus signari iusserat. Sequitur in eodem: Qui in sordibus est sordescat adhuc. Et similiter claudit quibus non iussit signari, quia ibidem sequitur: Et iniustus iniustitiam faciat adhuc. Et Gregorius exponens istud moralium ix post principium super illud Job ix: Qui facit arcturum etc. dicit quare revelationes anteriores signari precipiuntur, posteriores prohibetur, ne ultra, quia quicquid in sancte ecclesie initiis latuit finis quotidie ostendit. Danielis xii: Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia etc.

Et angelus quem vidi stantem super mare et super terram levavit manum suam ad celum et iuravit per viventem in secula seculorum qui creavit celum et ea que in eo sunt, et terram et ea que in ea sunt, et mare et omnia que in eo sunt, quia tempus amplius non erit, sed in diebus vocis septimi angeli cum ceperit tuba canere, consummabitur mysterium dei sicut evangelizavit per servos suos prophetas.

Circa particulam 2e partis principalis huius textus in qua posita specificatione continuationis de temporis brevitate et propter sigillationem secretorum divinorum eloquiorum pro illo tempore continet subiungitur assertiva confirmatio de abreviatione temporis illius consecutionis. Et quia confirmatio illius promissionis est revelata per angelum iurantem, ideo primo ponitur angeli iurantis descriptio, 2o iuramenti specificatio ibi per viventem in secula seculorum, 3o eius de quo est iuramentum descriptio ibi quia tempus amplius non erit, 4o huius promissionis assertio ibi sicut evangelizavit. Dicit ergo quantum ad primum: Et angelus quem vidi scilicet sub eodem stantem super mare scilicet pede dextro et super terram scilicet pede sinistro, ut dictum est in precedenti. Levavit ad celum manum suam, loquitur more solemni iurantium, qui in iurando levant manum suam ad celum, quod dicit modum et gestum iurantis assumpsit. Et iuravit, id est firmiter statuit et rati affirmavit per viventem in secula seculorum, id est deum eternum qui regit mundum et vult. Qui creavit, id est de nihilo ad esse perfectum eduxit, celum et ea que in illo sunt, id est angelos qui sunt in celo empireo, vel stellas que sunt in sidereo. Et terram et ea que in ea sunt, id est animalia gressibilia et reptilia et homines in ea habitantes. Et mare et ea que in eo sunt, scilicet natatilia pisces etc., de quorum creatione Genesis i: In principio creavit deus celum et terram etc., et continens et contentum. Sed queritur contra hoc dictum sicut querit Haymo et alii expositores, cum deus in evangelio Mathei v prohibeat iurare dicens: Nolite iurare neque per celum neque per terram etc. Sed sit sermo vester est est non non. Quod autem amplius est a malo est. Quid est quod ipse manum ad celum levans iurat per viventem in secula seculorum? Respondetur: iurare est deum in testem ad maiorem assertionem veritatis inducere. Cum ergo ipse sit ipsa veritas immutabilis non oportet eum iurare, contra dicitur Ecclesiastici 23: Iurationi non assuescat os tuum. Et Jacobi ultimo: Nolite iurare neque per celum etc. Vide hic facere contra hoc quod prohibuit. Respondetur quod hic iurare nihil aliud est quam incommutabili veritate sua dicta confirmare. Beda: Angelus per viventem in secula seculorum iurat, cum Christus in nomine patris veniens incommutabili sua veritate dicta sua confirmat. Vide Augustinum 16 de civitate dei c. 32. Cum est iuratio veri veracis quam dei nisi promissi confirmatio et infidelium quedam increpatio. Hic ille iurat, ergo id est firmiter complet, ut dicit Haymo. Iuramentum cuius est omnis sermo illius, quia quicquid loquitur deus absque ulla ambiguitate completur. Hominibus autem recte iurare prohibetur, quia sepe in iuramento falluntur, ut dicit Haymo. Et de hoc Augustinus li. i c. 14 de sermone domini in monte super illud Mathei v: Nolite iurare, dicit quod hoc dictum est propterea, non quia verum iurare peccatum est, sed quia peierare immane peccatum est, a quo longe nos esse voluit qui omnino ne iuraremus admonuit. Ita ergo intelligitur precepisse dominum ne iuretur, ne quisque sicut bonum appetat iurandum et assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur.

in decretis hec 22 q. 1

Quapropter qui intelligit non in bonis sed in necessariis iuratorium hudam refre:
nat se quantum potest ut ea non utatur nisi necessitate cum videt pigros ho:
mines esse ad credendum quod est eis utile nisi iuratorium firmetur / ad hoc
itaque pertinet quod dicitur Sit autem sermo vester est est non non . hoc bonum est
et appetendum Quod autem amplius est a malo est . Si iurare co:
pelleris scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades
que utique infirmitas malum est Et super epistola ad Galatas dicit idem Augustinus
Non est contra preceptum domini iuratio que a malo non iurantis est sed
incredulitate a quo iurare cogitur . Nam hinc intelligitur ideo dominum prohibuisse
a iure iurando ut quantum in ipso est / quisque non iuret quia multi faciunt
in ore iuratorium habentes tamquam magnum atque suave aliquid Nam utique
apostolus noverat preceptum domini et tamen iuravit Et prohibemur ergo iurare
cupiditate et delectatione iurandi Cuius videlicet iuramenti amplius sit quam
est est non non et ideo a malo sit non tamen a tuo malo sed a malo infirmitatis
aut incredulitatis eorum qui non aliter movetur ad fidem Cum ergo non
malum facis qui bene uteris iuratione que etsi non a bono tamen necessaria est
ut alteri persuadeas quod utiliter persuades sed a malo est illius cuius infir:
mitate iurare cogeris Concordat Guilelmus Facturum pro firmanda veritate
in casu quo sine iuramento veritas deprimetur, non est peccatum sed me:
ritorium [illegible] Medicina debite ministrata non est mala sed bona et lau:
danda Sed iuramentum est quedam medicina tollens dubietatem que est
infirmitas incredulorum igitur etc. [illegible] Actus cuius consuetudo est mala ille
est malus 3o Thopicorum Cuius usus malus ipsum quoque malum Sed consuetudo
iurandi est mala ut conceditur ab omnibus / et habetur Extra 22 q. Iuratorium
non assuescat os tuum Multi enim casus in illa Et Augustinus libro de
mendacio c. 16 prohibetur dominus iurare ne iurando ad facilitatem iurandi
veniatur et ex facilitate ad consuetudinem et ex consuetudine in per:
iurium incidatur Ad minorem negando maiorem quia quamvis ex hoc quod consuetudo
aliquorum est mala , bene probetur quod ipsum non est per se bonum / tamen non probatur
quin ipsum sit bonum in ordine ad aliud . Cuius enim non sit bonum consuete
et omni die accipere potionem medicinalem ymmo esset malum / quia per hoc
destruetur natura / tamen ex hoc non sequitur quod medicina sit mala . De
ratione namque talium bonorum est quod usus eorum non sit , nisi occurrentibus
hiis ad que sunt ordinatur et propter que dicitur ista esse bona . Et
ideo non debet quis recipere potionem nisi indigeat ea et tempore quo cogruit
recipi potionem . Sic de iuramento etc. Ad 3um dicendum quod usus iuramenti
non est malus / quia usus eius debet esse eo tempore quo legitima causa occurit
Quare debet homo iurare / alio vero tempore non est usus eius sed potius
abusus debet dici . Concordat 2a Cum non subest legitima causa iurandi tunc
iurare est peccatum etc. Unde prohibet quia omne verbum otiosum est peccatum etc. Unde prohibet
homo iurare ne consuetudine iurandi qui potest ipse falli in periurium
prolabatur . Deus autem solus secure iurare potest qui falli non potest Inquit
Augustinus super psalmum 88 Simon psalmum et super psalmum 94 . Logicum dicit magnum est
quanto magis iurare deum Iuratorem hominem deus timere ne potest iurando
faciat quod contra voluntatem eius est Quanto magis deus qui nihil
timere iurare potest Iurationem ad confirmationem voluit esse . Et per quem iurat
deus nisi per seipsum Non namque habet maiorem per quem iuret nisi per seipsum
confirmat promissa sua per seipsum confirmat minas suas Nemo dicat in
corde suo verum est quod promittit falsum est quod minatur Sic namque verum
est quod promittit sic certum est quod minatur etc. Dicit super Mundi psalmum 109
Iuravit deus dicit deus ergo iurat qui hominem prohibet a iurando . An
forte ideo magis hominem prohibet a iurando ne in periurium prolabatur
Et ideo magis deus iurat quia non potest esse periurus . Homo qui per
consuetudinem iurandi potest lingua in periurium prolabi bene prohibetur
iurare tanto namque longius erit a periurio quanto erit longe a iurando
Cui namque iurat hic falsum et verum iurare potest Cui autem non iurat
falsum iurare non potest quia omnino non iurat Cur ergo non iuret dominus
qui domini iuramentum promissionis est firmamentum iuret omnino
Quid namque tu facis cum iuras testaris deum . hoc est iurare deum testari

Et ideo molestum est ad aliquam falsitatem testem adhibeas deum. Si ergo tu iurando testaris deum, quare non et deus iurando testetur seipsum? Unde ego dicit dominus. Iuratio dei est. Ipse per memetipsum iuravi dicit dominus. Et propter contemptum vero temeritatem iurandi ultra dicamus. Et ipse dominus in ewangelio et Jacobus in epistola sua docet dicens: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Subdit racionem ut non sub iudicio decidatis. Illo videlicet iudicio sub quo decidit Herodes. Dicit Augustinus in sermone 3° de decollacione beati Johannis ut vel periurare vel ob periurium cavendum aliud inde heat patrare flagicium. Et subdit: At si forte aliquid vos incautius iurare contigerit quod observatum in peiorem vergat exitum, libere illud consilio salubriori immutandum noverimus. Ac magis instante utilitate periurandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud tunc gravius esse deficiendum. Et exemplificat ibidem de David qui iuravit per deum occidere nabal virum stultum et impium atque omnia que ad illum pertinent demoliri. Sed ad primam intercessionem abigail femine prudentis mox remisit minas, revocavit ensem, nec aliquid culpe se tali periurio contraxisse doluit. Habetur historia primo regum 24. Iuravit Herodes dare saltatrici quecumque postulasset ab eo, et ne periurus diceretur a convivis, ipsum convivium polluit domini prophete morte, saltacionis precium fecit caput viri. Et subdit: Nedum aut in iurando, sed in omni quod affirmamus, habet moderacio solennis est observanda, ut si in talem forte lapsum velut hostibus includimur insidiis quo sine aliquo peccati contagio surgere non possimus, illum potius evadendi aditum petamus in quo minus periculi nos pressuros esse credamus. Iuxta exemplum eorum qui hostilibus clausi insidiis dum evadere desiderant, sed portarum omnium accessum sibi interdictum considerant, ubi inde est descendendi locum eligunt, ubi muro terre propiore minimum periculum cadentes incurrant. Habetur ibi. Quamvis de causa sic respondit reverendo milesiano episcopo in epistola 10 et [...] cetera et rogandus est de ubaldo a patre nostro ambrosio, quesivisti quid tibi tunc agendum sit de ubaldo presbitero tuo, qui raptus et timore necis impulsus, suam concubinam iuramento firmavit, ipsam numquam suscipere, ipsam sed de domo mater cum fratribus depellere. Michel sed eis elimonie nunquam impendere. Quia vero quam prius habuerat non est petitum in coniugem suscipere, cum matrimonium sit ideo firmum et stabile porro iuramentum non ob hoc invenitur fuisse institutum ut esset vinculum iniquitatis vel matricidii vel fratricidii seu cuiuscumque criminis. Nec credo satisfactum ad hoc debere fieri ut iniusta iuratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus expoliatus et accipienti contra damnacionem periurii neque pena teneatur. Et velut homicida in extremo examine a iusto iudice condempnabitur ille per quem satisfactum erit ad iniustum et illicitum et deo inimicabile quod testimonium iuste et humane peticioni adductum. Foveat itaque ubaldus uxorem et fratres et lugeat se coactione et timore iuramenti si aliquid defuit malis. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit, reatu periurii impliciti teneantur. Nimirum quod iniuste irrogatum est cuius infamia qui facit Nec non vellos ad obsequium coacte volunt [...] quod illicita quedam notitia extorsit Et ille Mandu [...] quod ut dicit idem Augustinus in epistola ad publicolam que est tercia et allegatur in canone xxii q. i. Quamvis dictum sit ne iuremus numquam tamen in scripturis legi meminerim ne ab illo iuracionem accipiam. Non est tamen petendum iuramentum ab eo qui scitur falsum [...] iuraturus. Unde dicit idem Augustinus in sermone [...] de decollacione beati Johannis baptiste. Scribite in cordibus vestris quod dico: Ille qui provocat hominem ad iuracionem et scit eum falsum esse iuraturum vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas et eius quem iurare provocavit et suam. Scis verum esse quod dicis et falsum esse quod dicit ille, et iurare compellis. Ecce iurat, ecce periurat, ecce perit. Tu quid invenisti? Immo tu perdidisti qui de illius morte satiari voluisti. Subdit aliquid dictum caritati vestre quod contigit in hac civitate scilicet yppone. Fuit homo quidam simplex innocens bonus fidelis ia [...] nobis [...] ypponensibus cognitus Tutus clinem

ab illo audiui qd dicto Nestro qs negauit ei uel quod comodauat uel
qd ei debebat et homo se fidei gmisit Comotus prouocauit eum ad
iusiurandum Jurauit ille, iste perdidit. ꝗ isto perdito ille penitus perijt
Dicebat aut iste tantus homo tyrius et fidelis ipa nocte exhibitum se
fuisse ad iudicem cum magno impetu atque tremore puenisse ad psidente
excelsum quedam et admirabile viru, cui patebat officiu similiter expressit
Jussum fuisse pturbatum retro reuocari, et interrogatum fuisse hijs vbis
Quare prouocasti hominem ad iuratum quē sciebas falsum esse iuraturu
Rndit ille Negauit mi rem meam Respsum est ei Et melius rē tuam
qua exigebas pderes qꝫ aiam hominis istius falsa iuratoe pimes Jprostratum
iussus ē cedi Cesus est tam gauit. vt in dorso vigilatus vestigia pla:
garum appareret Et dictum est illi parcitur emendatum est parcit innocētie
tue. Deltetero caue ne facias Subiungit augus fft requide ille magnum
petum et emedatum est, Sꝫ multo gauius petum faciet, qui post istum meu
sermonem et istam mea admonitoēm et exhortationem tale aliquid fecerit
Cauete a falsa iuratoē, cauete a temeraria iuratoe, ab istis duobus
malis securissime cauetis si consuetudinē iurandi a vobis abstulerit
hec ibi. De falso aut iurantibus dicit lio de vbis apli ser penultio
Homines falsum iurant vel cum fallunt vel cum falluntur Putat ho
verum ee qd falsum est et temere iurat. aut scit aut putat flm esse
et tam pro vero iurat. et nichilominus cum scelere iurat. Sublat distat
tamen ista piuria que duo cōmemoraui Fac iurare illum qui vm putat
esse pro quo iurat, et tamē falsum ē, no ex animo iste piurat ꝗ
fallitur. hoc pro vero ħz qd falsum est, no pro re falsa sciens iurans
interponit. Da alium qui scit falsum esse. et dicit vm esse. et
iurat tanquam veru sit qd scit falsum esse Videtis q detestanda sit
ista belua et de rebus humanis exterminanda Quis hec fieri velit
omnes homines detestantur talia Fac alium putat ee falsum et iurat
tamquam verum sit, et forte verum est verbigra vt intelligatis
Pluit in illo loco interrogas hominem et dicit pluit. ꝗ putat no pluisse
piurans est Interest. n quēadmodū verbum pcedat ex aio Rea lingua
no facit nisi rea mens hec ibi Notandū insup q plus peccatur in iurado
falsum per deum vm Vnde dicit augus in epistola ad publicolam
Jurare per falsos deos malū est, vincitam min multu per falsu dm
iurare veraciter. ꝗ per dm veru fallaciter Quanto n per qd iura
magis sanctum est. tanto magis est penale periurium pterea lio Jam in dev
q xij dicit Et dns ait Et in nomine meo iurabis Non ita preptu
accipiendu est quasi iurare iusserit. ꝗ in alterius alicuius dei nomine
iurari phibuit malig at fit si per eum iuraveris Non quia
mala est vera iuratio Si eni petum esset iurare, no diceretur in veteri
lege, Non piurabis ꝗ reddes dno iuramenta tua. No n petum peceptum nobis
Et ideo phibet ne in piuriu incidamus facilitate iurandi Qui n iurat no solum
verum ꝗ etiam falsum iurare pt. Qui aut omnino no iurat, a piurio
longe ambulat. Vnde iuramentu cavendum homini qui non subest legitima
causa iurandi vt dictum est. Deus aut solus secure iurare pt. quia falli
no pt nec falle vult. pt quod in lra dicitur q angelus iurat per viuente
in secula seculorum. Levabo ad celum manum suam Et pꝫ hic iuxta diu rm
expositores gint. per manum n angeli significatur opatio filij dei sine
dispensatio humane redemptionis quam levauit ad celum qn carnē qua
pro nobis assumpsit ascendendo ad dexteram patris collocauit Deutro 32.
levabo ad celum manum mea et iurabo per dexteram meam acsi diceret
assumptam a verbo carnē ad celos eleuabo Et per vtramque nam scilicet dei
et hominis omnia futura sunt roborare Jurauit per viuetem in secula
seculorum .i. per deum patrem. qui se et patrem vnum ostendit dicens Ego in
patre et pater in me ē Joh. xiiij Et etiam qui oīa opa sua ad dm
retulit dicens pater in me manens ipse facit opa hec Vel per manum
angeli significatur ipse ihs xps. vnde Regum xiiij morat tectus illud
Joh. 21 Docebo vos per manum dei dicit Hamus dei vocatur filius

omnia que per ipsum facta sunt. Et super illud Ezech. i. Facta est super me
manus domini potest exponi de Christo. Manus domini non est facta in divinitate
sed genita. Per humanitatem vero facta est. Ut humanitate sua nos vulneratos
sanaret. Unde psalmista: Fiat manus tua ut salvet me. Ysaye xlix. In umbra
manus sue protexit me. Et generaliter per manum significatur filius dei, quia
manus humana est unum instrumentum sed multis. Et natura dedit manum ut posset
ea diversis modis uti, ut dicit philosophus xiiii° de animalibus. Et est organum organorum
3° de anima. Et manus tales sunt ad adiuvandum ait Seneca epistola quarta. Et
est manus talis forme ut aliquid accipiat, aliquid tribuat, aliquid percutiat,
aliquid repellat, ut ait Algazel libro 3°. Unde quantum utilitatis habeat manus
nullus potest scire. Aperte non iuvat ait Seneca ubi supra. Ob quas proprietates
per manum significatur filius dei, patet confidanti in psalmo: Aperis tu manum
tuam et imples omne animal benedictione. Unde Augustinus super Iohannem sermone xi:
Manus patris est ipse filius, quod non ita dictum est tamquam deus habeat
humanam formam et corporis membra, sed quia per ipsum facta sunt omnia.
Idem super psalmos 101 sermone 2°: Non putetis aliud deum facere manu aliud
verbo. Quod facit verbo hoc facit manu. Non enim distinctus est corporeis
membris qui dixit ego sum qui sum Exodi 3°. Et forte verbum eius est
manus eius, et manus eius est virtus eius qua dictum est fiat et
factum est verbo intelligitur fecisse. Idem super psalmos 103 sermone 8°. Quid o
domine quia aperis manum tuam. Manus tua Christus est et brachium domini cui
revelatum est. Cui revelatum illi apertum, et revelatio non apertio est. Hanc ergo
levavit ad celum quando sua virtute ad sedem patris ascendit, et per virtutem
iuvavit quia omnia patri attribuebat. Verum sicut hic dicitur sequitur quod manus
dei dicitur vel ipse dei filius eternus per quem omnia sunt facta. Vel
ipse dei filius incarnatus per quem omnia sunt recreata. Vel manus dei dicitur
eius potentia secundum Augustinum xii de civitate dei c. 23 et vi° super Genesim ad litteram.
Ieremie xviii: Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus
Israel. Ysidorus libro soliloquiorum ad dominum c. xviii dicit: Omnipotens manus tua domine
semper una et eadem, creavit in celo angelos et in terra vermiculos, non
superior in illis, non inferior in istis. Sicut nulla manus angelica
ita nulla potest creare vermiculum. Sicut nulla celum, ita nulla in minimo
arboris folium. Sicut nulla corpus, ita nulla unum capillum potest facere album
vel nigrum. Sed omnipotens manus tua, cui omnia paria non sunt. Psalmista:
Item manus domini flagellum ipsius accipitur, unde eius percussio dicitur Sophonie i:
Extendam manum meam super Iudam et super Ierusalem et disperdam de hoc
loco reliquias Baal etc. Pro qua domini percussione ait beatus Iob de seipso: Manus
domini tetigit me Iob 19. Vel manus dei dicitur eius operatio. Unde
Bernhardum sermone vi de adventu: Duplex est manus dei scilicet la-
titudo bonitatis qua tribuit affluenter, et fortitudo potestatis qua protegit po-
tenter. Unde hoc verbo quod ait: Qui creavit celum et terram et omnia que
in eis sunt, eliminat errorem hereticorum et signanter manicheorum ponentium
quandam esse a bono deo quandam a principe tenebrarum. Spiritualiter autem per celum
significatur ipsa ecclesia quantum ad perfectos sive contemplativos sive certum contempla-
tivorum. Ut enim ait Bernhardus super Canticum sermone 27: Anima iusti est celum
sidereum. Ut enim sol intellectus est, sol luna est iustitia sive fervens zelus. Stelle vero
virtutes et ibi bene dicit hoc Ysaye ultimo: Celum mihi sedes est. Per terram
vero significatur ecclesia quantum ad proficientes sive cetus proficientium. Terra enim
suscipientes super se nubrem celestem accipit benedictionem ad Hebreos vi.
Per mare vero significatur ecclesia quantum ad penitentes sive cetum penitentium
et incipientium. Magna enim velut mare contritio tua Trenorum 2°. Que omnia
creavit deus, quia ab ipso sunt distinctiones officiorum, distributiones officiorum, utilitates
amaritudinum et tribulationum etc. Tempus ibi eterna tempus amplius non
erit. Promissa angeli iurantis descriptione et iuramenti specificatione. Rubrica
rei iurate descriptione dicens. Quia tempus amplius non erit scilicet iuravit angelus.
Sed queritur ad evidentiam littere cum psalmista de reprobis dicit: Inimici
domini mentiti sunt ei et erit tempus eorum in secula. Sed non impiorum tempus erit
in secula

R

et tribubus etc. Et videbunt quidam ex quibusdam credentibus non gau-
dentibus, alii vero omnium gentium reproborum gaudebunt. Videbunt inquam
corpora eorum scilicet Enoch et Helie per tres dies et dimidium. quia
tanto tempore iacebunt super terram. Unde sequitur Et corpora eorum non sinent
scilicet antichristus et sui poni in monumentis scilicet ne memoria eorum habeatur

vt ait glo monumeta eni dicutur ad memoriam sepultos in eis. monumentum n dicitur eo q moneat mentem. Secundum primam augustinum et haymo
nem. Et nos dum q̄ndamus scorum monimenta que sua corpa pro xo tradiderunt. monemur vestigium illis impendere. Sed dicit non sinent
eos poni in monumento. hoc est non permittent eos venerari. sed velut irrisione dignos permittent eos in plateis iacere. vbi comedantur a bestijs et
vermibus aut hoc dicit super fideles suos. vt per hoc fiat maior et euidentior eorum resurrectio. quia si sepelirentur non ita plane patet eorum resurrectio
que futura est post tres dies. Vel aliomo secundum augustinum et haymonem. ly
eorum. non solum refert illos duos sanctos scilicet Enoch et heliam. sed vniuersos sanctos occidendos illo tempore per antixpi. Et secundum hunc intellectum
tres dies secundum eos ponitur pro anno secundum illud Ezech. Diem pro anno
dedi tibi. Vnde haymo. Manifesta ostenditur persecutio sanctorum in diebus
futuris. cum dicitur quod omnes populi tribus et lingue. videbunt
illorum corpa tribus diebus et dimidio. id est tribus annis et dimidio
quibus regnabit antixpus. Ita n hic dies pro anno positus est. Sic et
in veteri testamento. Numeri xiiij. vbi legitur quod reversi exploratores
qui xl diebus terram exploraverunt. fecerunt populum murmurare de terra
terre promissionis. Vnde et propterea xl annos peregrinati sunt in deserto dicente
deo ad Moysen. Annus pro die imputabitur et xl annis recipietis
iniquitates vestras. Similiter et ad Ezechielem cui preceptum est vt trecentis
nonaginta diebus iaceret super latus sinistrum. Diem inquit pro anno
dedi tibi. Significatum est n in hijs captiuitas x tribuum futura 390
annis. videlicet ibidem. Sic ergo per tres dies et dimidium id est per tres annos
et dimidium corpa sanctorum sic iacebunt. Tanta namque tunc erit
seuitia et tam inanis illa persecutio quod non satiabuntur reprobi postquam
intulerint eos. sed ergo ad augendam suam maliciam. neque post mortem
permittet eos poni in monumentis. Sicut n sepe legimus factum et in
persecutione martirum. Quod tanto tunc amplius fiet quanto maior erit
persecutio. Vel aliter secundum haymonem. per corpa totos homines accipere possumus
persecutione. Vel aliter secundum haymonem. per corpa totos homines accipe possumus
ex parte totum denominando qui non solum extincti. verum etiam diuersis pressuris
afflicti iacebunt et exultabunt. Vel aliter secundum eundem. In monumento
ideo ponitur mortuorum corpa vt ibi quiescant et diem expectent nouissimum. Secundum illud Sapie 3o. Corpa sanctorum in pace sepulta sunt. Tunc
aut non sinet eos in monumentis poni. hoc est non permittet eos quiescere. sed variis et exquisitis eos cruciabunt
veluti quiescunt corpa mortuorum. sed varijs et exquisitis eos cruciabunt
tormentis. Sed tunc queritur aliter dicitur id. Corpa sanctorum in pace sepulta
sunt sicut cantat ecclesia. illi aut sunt in pace. Respondetur secundum augustinum
quod corpa sanctorum dicit. qui sunt de ecclesia que est vnum corpus. et
de quo multa corpa in pace sepulta sunt. licet aliquorum corpa sustineant
contumelias in presenti. Vel corpa sanctorum erunt in pace finaliter. quia
glorificata resurget. Vnde dicit augustinus in libro de domo discipline
vel de disciplina xpianorum. Non potest male mori qui bene vixerit. Et
replicat ibidem dicens. Sed tu dicis. Multi iusti naufragio perierunt
multos iustos perimit gladius hostilis. multos iustos latrones occiderunt
multos iustos bestie laniaverunt. quo ergo non potest male mori qui bene
vixerit. Et respondet dicens. Si tibi videtur mors mala. naufragio perire
gladio perimi. a latronibus occidi. a bestijs laniari. Nonne istas mortes
martires subierunt. quorum natalicia celebramus. Nonne martires benefica
Quare mortes martirum. oculos carnis interroga. male mortui sunt
oculos fidei interroga. preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Conclude
dicens ergo bene mori si discas bene viuere et cetera. Et non solum sic videbunt corpa
sanctorum. sed ut subdit textus. Et inhabitantes terram scilicet per affectum. terrena diligentes
gaudebunt super illos scilicet sic occisos affectu. Et iocundabuntur scilicet exteriori gestu
contra preceptum sapientis Eccli 8. Noli de mortuo tuo inimico gaudere. Et prouerbiorum
24. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. Michee septimo. Ne leteris inimica
mea super me. Vnde haymo. Recte super vocantur inhabitantes terram qui de tribulatione

et nete sctorum gaudetes metem ad gtueda punia electoru et ad sua con:
sidanda supplicia exige nc noverut Tales itaq ultimo tpe cum ectu
edita fuerit in manib psecutoru videtes Enoch et helye et ceterorum mar:
tirum corpa insepulta iace gaudebunt ex eorum humiliacon et interfectio
qui eos male viuetes et peccates increpabant Vel hoc solum ipi et
munera mittent invice sed datum speale vel sermonu congratulatoz taqz
diem festum celebrates ait haymo unde glo iustorum afflictio est impioru
epulatio mitte n sic munera est congaudentiu signum hester vi hec epi
marddotheus ad iudeos ut diem mensis adar pro festo susciperent unde
et pilatus misit domu ihm ad herodem et eius luce 23 et subditur
ratio pdictoru cum dicitur Qm hy duo pphe cruciauert eos q habitant
sup terra sz in devoratoy ignis spual que est doctrina uel sua spual
aut suspensione pluvie salutaris et in conversiois aquaru in ferculantum
sanguis ait haymo totis punissum est Cruciare n est puerso audire
doctrinam vitalis Mon n amat pestilens eum qui se corripit prover
xv Sapie 2 Gravis est nobis ad videndum et licz simr et inf toto
hoc gaudeant impy de tribulacon et humiliacon iustorum letantur
cum tum malefecerunt et exultant in rebus pessimis tam tunc longe
maior erit talis exultatio de afflictioe uel morte iustorum at sua
crudelitate Sz queritur Quare deus pate electos suos tot obprobria
sustine Et quare permittet tantam ptate hidere bestie scilz antixo et suis
Ex hoc n infirmi multi peribunt Math 24 Nisi breviati fuissent
dies illi no fieret salua ois caro Aug xx de ci dei c ix
qr tunc solue antixps qm breve tps erit Nam tribus annis et sex
mensibus legitur totis suis suorum qz viribus saeviturus Et n tunc
solvetur nunq appareret eius potua malig nunq sancte civitatis
fidelissima patia pbare ming qz prosperetur qz magnus eius malo
bn usus fuerit deus omnipotens et c hec ille Et ibi multum d antixo
et crudelitatibus eius aug xx Sz illum solum modico tpe pmittit
aut deus velit omib homines salvos fieri pordinavit tamen q per
tribulacoes salvetur act xiiii per multas tribulacoes oz intre in regnu
celorum Multe n tribulacoes iustorum ait pphta Unde ex dictis patz
illorum Multe n tribulacoes iustorum ait pphta in pseqndo sctos
sctoru virtuosa patia et replevernt seua malicia tum in psequndo sctos
hec in gaudendo de afflictionibus eoru Quod pdixit Salvator Johe
xvi vos contristabimini mundus aut gaudebit Job 19 in diebus illis
stupebunt novissimi ubi Grego moral xiiii de pavoe et stupoe ele:
ctorum illo tpe multa dicit similit Jeronimus epla 98 qui ultra
multum de ipso et factis eius Bestia que x antixpus que ascendit
sz ad apire regnu sm Richardum de abysso i e pfunda et obscura
malicia feda et sordida lasciua sive gruplsteria mag et pfunda
astucia dyabolica nascetur n ut dictu est de tribu dan et in baby:
lone egipti tamqz filius confusiois et tenebrarum de adulterio per
operacoz demonis a quo visitabitur corpalit no per assumpcoz ad
unitatem suppositi qm no dicetur nec erit dyabolus per gnicacom
ydiomatu sicut Jhus xpus est verus deus sz inhabitabitur ab eo
per fidem possessionis eius et demone et imitatoz voluntatis eius
educabit aut occulte ut eius lateat occupatio puerse sue et sapbe
vite ut simulatam in posterum per ypocrisim sanctimonia divitus
opari videatur et c Sz sunt illi sanctissima visio bti Johis illo
tpe utz antix deat ad lram adimpleri Non est usqquaqz certum
videtur tum per hoc qz lealit gcordat cum libro methodii Nam
eundem inq quem Johs pendit sigillorum de filiis isrl Methodius
pdicit martirisandoru pro xpo in eisd xii tribubus scripta tbu dan
que singularis psecucom cum suo capite fieret Deinde turba mag
qua dumare nemo poterat ex omnibus gentibus et c videtur esse ad lram
multitudo credita xpo de gentibus pro x nomie passura martirium
Rma tam gloza ibid alis exponit Nam utrumt sup Qdo utz i e unis

sigtorum que vidit Johannes, litteraliter significat multitudinem martirisandorum pro xpo tempore predicacionis Enoch et Helie. Cum non videatur litteraliter huic concordare veritas, et literam videam. Ex quibus unum potest patere, scilicet prima quod hii duo testes reservati sunt sine morte. Secunda, quod potest legi quod sicut Enoch reservatus est et remotus ab hominum conversacione. Unde Augustinus XX de ci. dei c. 19: veniet tunc Helias Thesbites, antequam veniet dies domini magnus et illustris, qui convertet cor patris ad filium. Per hunc Heliam magnum mirabilem quod prophetiam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium iudeos in xpm verum in nostrum esse credituros celeberrimum est in sermonibus cordibus fidelium. Ipse quippe ante adventum iudicis salvatoris non inmerito speratur esse venturus et vivit.

Et post tres dies et dimidium spiritus vite a deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos. Et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de celo dicentem illis: Ascendite huc. Et ascenderunt in celum in nube et viderunt illos inimici eorum.

Posita passionis et mortis sanctorum descripcione, subiungit resurrectionem et gloriae manifestacionem secundum quam consumat gloria. Et dimidium in tres dies; primo promittitur eorum resurrectio. 2° adiungitur glorificacio ibi: Et audierunt. Tercio subiungitur descriptio ibi: Et in illa hora. In prima tangitur resurrectionis tempus. 2° ipsa resurrectio, ibi: Spiritus vite etc. Tercio eius manifestacio ibi: et steterunt. Quarto videntibus timoris incussio ibi: Et timor magnus etc.

Quantum ad primum dicit: Et post tres dies et dimidium. Pro quo notandum quod inter ceteras causas propter quas xpus filius dei non statim post mortem sed tercia die resurgere voluit, una fuit ut vere mortuus non ficte ab hominibus crederetur. Non enim in eo fuisset resurrectio vera ab hominibus asserta nisi precessisset tantum tempus quo mors certa probari potuisset. Verum autem sue mortis in tribus diebus probata est. Ut eius vera resurrectio tanto appareret mirabilior quo mors eius esset certior. Dicit enim Thomas de Argentina super 28am distinctionem 3i libri sententiarum, et refert aliqui periti in arte medicine quandam esse infirmitatem que tenet hominem per tres dies naturales. Hoc autem post tres completos celi revoluciones ita sopitum in omnibus sensibus quod credibiliter intuenti videtur esse mortuus. Et inde forte inolevit, ut dicit iste doctor, quod reges et principes, aliqui seculares forte, tribus diebus postquam mortui sunt custodiuntur super terram antequam sepeliantur, ne forte capti sint infirmitate iam dicta. Et ex hac opinione, ut dicit idem doctor, quidam hereticus nomine Petrus de Abano qui fuit expertissimus medicus, accepit occasionem deridendi miracula xpi et sanctorum quantum ad suscitacionem mortuorum. Dixit enim quod tales resuscitati non erant vere mortui, sed infirmi predicta infirmitate. Et si diceretur ei de Lazaro qui erat quatriduanus in monumento, predicta autem infirmitas sicut eciam ipse concessit non potest tenere hominem ultra tres dies naturales, respondit quod illud dictum de Lazaro verificabatur per sinodochen, ita quod pars capiebatur pro toto. Fuerunt enim ut ipse dicebat solum tres dies naturales, numerabantur tamen ibi quatuor quia erat ibi pars prime diei et pars ultime, que due partes compellebant unius diei naturalis, qui cum duobus diebus faciebat tres dies naturales. Sed ut prosequitur idem doctor, isti scilicet Petro heretico mentita est iniquitas sua et recepit mercedem erroris sui. Nam dicit se invenisse quod in civitate Padua ossa sua pro hiis et aliis suis erroribus fuerunt combusta.

Supposita igitur ad partes dei virtute que hominem etiam redactum in pulverem potest ad vitam suscitare, sicut declarat magister in scripto di. 43, prefatos duos prophetas et martires per tres dies cum dimidio permittet iacere mortuos in conspectu omnium, ut eorum resurrectio ad vitam sit cunctis videntibus occasio resurgendi ab infidelitate ad fidem, a falsitate ad veritatem.

et a pctō ad gñam Et ideo brūs Johēs pphā describens ꝛsurrectōm istorum
dicit Et post tres dies et dimidium scilicet ab eorum interfectiōe Spūs vite a
deo intrauit in eos ad lrām loquendo de duobus dictis testibus Sicut vi
dominus dicit et in hoc innuitur ipa ꝛsurrectio Unde Richardus Spūs
vite id est anima clarificata vniuersitatis intrauit in eos id est intrabit pdicitum
ponendo pro futuro racione certitudinis vel cordinacōis in diuina pscientia
hoc dictum est ꝫ Et steterunt sup pedes suos iam inmortales et impassi
biles ait glosa Et in hoc resurrectionis pbato et euidens manifestato
Et timor magnus cecidit sup eos qui viderunt eos de tam subita re:
Et timor magnus cecidit sup eos qui viderunt eos glorificatos ait Richardus Vel aliter secundum hanoz
surrectionem Et qui viderunt eos glorificatos ait Richardus Spūs
et glozam post tres dies et dimidium id est post tres annos et dimidium Spūs
vite intrauit id est intrabit in eos scilicet in sanctos Non tamen alienus spiritus
ingredietur in eos sed vnusquisque hominum animam suam recipiet ait hanno
Et steterunt id est stabunt inmutabiles in mente Et incorruptibiles in
corpore Et timor magnus cecidit id est cadet sup eos qui viderunt id est videbunt
eos hoc est sup omnes reprobos videntes illos glorificatos quos psecuti
sunt in pnti vita Timebunt etiam tunc videntes celum ardere insuper
demones per aerem discurrentes et dominum venientem ad iudi
candum cum multitudine angelorum ait hanno Et in virtutes celorum
mouebuntur luce xxi Quantomagis homines reprobi expectantes sententiam diuine
vlcionis Sapie v° videntes turbabuntur timore horribili et mirabuntur
in subitatoñ insperate salutis etc Sed queritur ad euidenciam lrē
exponendo eam de Enoch et Helia scilicet quando resurget Et vide quod lra
dicit post eorum mortem secundum dominum et Richardum Contra videtur
secundum augustinum hanonem et glozam quod post tres annos et dimidium sur
gent scilicet sancti Unde augustinus tres dies et dimidium dicit tres
annos et sex menses Et sic videtur quod non statim post tres dies et di
midium ad lrām debeant resurgere Videtur ergo quod non debeant re
surgere ante mortem antixpi Sed post in generali iudicio cum alijs interfectis
pro xpo qui tunc resurgent Dominus sine iudicio Nam sicut loquitur
hic diuersimode ut videtur asserere determinate sed certitudine quod potest
esse Et aliqui exponunt lrām de pdictis testibus scilicet Enoch et
Helia et eorum resurrectione sicut Dominus et Richardus Tamen
vero loquuntur de sanctis generaliter et eorum ꝛsurrectione Unde Nicolaus
dicit Et secundum hystoriam hoc impleatur hominibus incognitum est Ideo ait
nota sunt omnia Similiter exponendo de omnibus sanctis post tres annos et di
midium scilicet a ptate antixpi que terminabitur in eius morte Et deinde
post xlv dies quos dominus concessit ad pniam sicut dictum est futurum post
illos deus solus nouit ait hanno et dominus sup danielem xii° Unde inducit
electos ex illa lra Beatus qui puenit ad dies 1335 Unde
hic Beda quandam opinionem dicentem quod hij duo pdicabunt per tres
annos et dimidium an tempus antixpi et tunc interficientur Et quod hic
de eorum ꝛsurrectione dicitur intelligitur figuratiue Clemente enim
antixpo psecutione electi qui mortui putabuntur et resurrexisse mor
tuo antixpo Et ppter certe veritate illi Enoch et Helias nominantur
Et quicquid de illis duobus dicitur de illis sanctis intelligitur
Occidunt alios vero mortuo antixpo potentia missionis christi
ille Occidum alios vero mortuo antixpo potentia in gloza
vel per se vel per michaelem archangelum prout dicitur in gloza
2 ad thess 2° ubi multum de hoc isti duo interficientur a cospli:
cibus antixpi et hoc ille dicitur facere quod sui sunt facturi Sed
obstantibus tamen istis improbabilis est dici quod lra dicit post mortem
suum resurget Et quod augustinus hanno et glo non referunt illos
tres annos cum dimidio ad Enoch et Heliam sed ad illos quod tempore
pdicatores eorum passuri sunt De quibus est ista tota lra ab illo
loco Et dabo duobus testibus meis et Bestia que ascendit etc

pt ad litteram exponi excepto illo triduo et dimidio dierum, propter quod acceptum
ad litteram exurget Enoch et helias ante mortem antixpi. Sed pro ipso
triduum acceptum sit quod pro anno dies ponatur resurget alias, principaliter
enim totum pro videtur esse de resurrectione Enoch et helie, annus autem
principaliter de illis qui tunc pacientur eorum, vel etiam tunc eis ostenditur.
Detur, quod iterum queritur an resurget testes omnino glorificati an
iterum morituri sicut lazarus et alii per xpm et alios sanctos
a morte suscitati. Et primo videtur, quod surget mortales et
incorruptibiles in gloria, et probatur tamen quod si iterum moreretur et
tunc anima non separatur a corpore sine pena sibi patentur pena
mortis. Sed hoc est iniustum quia dicitur ad hebr ix. Statutum est
hominibus semel mori et quod per mortem omne debitum pene
est solutum. Sed quod 20 videtur, quia non videtur aliquam vel resurrectio
ante generalem resurrectionem ut dicitur libro 3 de mirabilibus scripture, circa
pre finem libri de generali morte nullus ad vitam individuam
nisi dominus resurget in novissima diem surrexit. Dicit per Augustinum
in epistula ad Eudium allegantem illud apostoli ad hebr xi hii omnes
testimonio fidei probati inventi non acceperunt repromissionem deo pro nobis
aliquid melius providente ne sine nobis consummarentur. Ultra queritur
si illorum corpora carebunt per tres dies et dimidium an fiet in
eis aliqua putrefactio vel incineratio. videtur quod sic quia illa est pena culpe
originalis quam illi contraxerunt. Etiam illa terra minus est calida
Non videtur quod possint eorum corpora iacere sine fetore aut putrefactione
Sed in contrarium scilicet quod eorum corpora non putrefient. videtur quod solidata
erunt propter frequentem usum fructuum paradisi. Deinde sine preiudicio quod potest
dici quod sicut isti duo fuerunt servati privilegialiter a morte, sic resurgent
a mortuis ante alios privilegialiter et ad celestia transferentur in testimonium
veritatis sue predicacionis ad edificationem fidelium et privilegialiter eorum
corpora reservabuntur a putredine divina dispensacione. Cum et nunc
alantur fructibus paradisi. Propter quod nec eorum corpora sunt corrumpenda
amore eorum erit gravissima. quia sunt optime complexionis et maxime
sensus in eis viget, unde maximum sentient dolorem ex divisione corporis
et anime. Propter quod videtur indecens esse quod iterum morerentur. Et hoc
fiet de privilegio speciali. vel quia parum resurget ante alios, reputanda
est eorum resurrectio quanta cum resurrectione aliorum. Et ideo dicitur quod nullus
resurget simpliciter ante generalem resurrectionem, nisi sicut est generaliter loquendo
Nam pie credimus quod beata virgo iam resurrexit. Nec eius caro vidit
corruptionem ut in oratione legitur et illud in pie creditur de beato
Johanne ewangelista, quia non est verisimile quod tante sanctitatis reliquias deus
permitteret esse sic absconditas, si adhuc essent in terris. Sed aut aliquis
in sermone de assumpcione etiam dicitur Math 27 quod multa corpora
sanctorum qui dormierant surrexerunt et post resurrectionem eius intraverunt
in civitatem sanctam et apparuerunt multis. De quibus Rabanus dicit
et habetur in glossa quod cum xpo resurgente resurrexerunt a mortuis. et
ad celos ascendente xpo simul ascendisse credendi sunt, neque ulla eorum
eorum temeritati fides accommodanda est qui eos postea conversos in
cinerem, ac demum in monumenta que pridie patefacta sunt ab eis
paulatim vivi apparuerunt more mortuorum putant esse conversos.
Ubi ipsi resurrexerunt ut essent socii et testes resurrectionis xpi, sed xpus
resurgens a mortuis iam non moritur, quia eius resurrectio fuit ad vitam
eternam, igitur et illorum consimiliter, alias non essent testes sufficientes.
Per totum. Et ad illud apostoli quod allegatur ad oppositum potest dici quod per
illa verba non vult aliud apostolus nisi quod electorum anime veteris
testamenti non acceperunt repromissionem hereditatis celestis patet statim quia hanc
hereditatem recipient anime electorum novi testamenti anima enim
latronis qui passus est cum xpo ex tunc cito recepit hanc hereditatem sed
quicumque patrum veteris testamenti et quod ista sit intencio apostoli

Sz per glozam que predicta verba apostoli exponens dicit. Illi priores non ante
perierunt statum repromissionis vel repromissam vitam usque ad xpm deo providente
pro nobis aliquid melius vel ut naturam nostram assumeret et gloriosius eos
nobiscum exaltaret Unde addit ut non consumarentur sine nobis idest
requie et visione dei fruerentur. et si illi tenuerunt fidem qui tamdiu
expectaverunt rem. multomagis nos teneamus qui statum accepimus. Tibi
moraliter autem per tres dies hic significantur tres partes penitencie De quibus Exodi
iiio Abimus viam trium dierum in solitudinem etc. Post quos intrat
spiritus vite in homines et facit stare super pedes suos id est affectus. Osee vi
post duos dies vivificabit nos et tercia die suscitabit Luce xiii Ecce eicio
demonia. et sanitates perficio hodie et cras et tercia die consumor. Vel
in Hugone in tractatu de tribus diebus. Tres dies sunt timor veritas
et caritas. Primam facit sol potencie secundam sol sapiencie terciam sol bonitatis
sive clemencie. Prima manifestat malum secunda aufert malum tercia constituit
bonum. Et ille tibi legis de hoc. Per dimidium vero diem significatur imperfecto
bonum. et cibi ... per speculum et
enigmatice cognicionis in via. Nunc enim videmus per speculum
in enigmate. i Cor xiii. Que imperfecto significatur per dimidium sicli. que
debuit offerre quilibet tociens ad numerum Exodi xxx. locutus est dominus
ad Moysen dicens Quando tuleris summam filiorum israel iuxta numerum
dabunt singuli precium pro animabus suis domino. et non erit plaga in
eis cum fuerint recensiti. hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen
dimidium sicli iuxta mensuram templi. Post istos tres dies intrat
spiritus vite. et tunc stat homo super pedes suos. stabilis certus et solidus
ac firmus. Ezechiel ii Fili hominis sta super pedes tuos et. Ingressus
est in me spiritus et statuit me super pedes meos. Super quo Gregorius
omelia ix dicit Ecce divina vox iacenti prophete iussit ut surgeret. Si surgere
omnino non posset nisi in hunc omnipotentis dei spiritus intrasset. Quia ex omnipotentis
dei gracia ad bona opera conari quidem possumus. Sed ea implere non
possumus si ipse non adiuvat qui iubet. Hinc paulus cum discipulos
amonet dicens Cum metu et tremore vestram ipsorum salutem operamini
... adiunxit dicens Deus est enim qui
operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate Ad Philip ii
Hinc est quod ipsa veritas discipulis dicit Sine me nichil potestis facere
Iohannis xv. Sz in hiis considerandum est ut dicit idem Gregorius. quia si bona nostra
sic omnipotentis dei dona sunt. ut in eis aliquid nostrum non sit. Cur nobis
quasi pro nostris eciam retribucionem querimus. Si autem ita nostra sunt ut dona
omnipotentis dei non sint. Cur ex eis omnipotenti deo gracias agimus. Sz
sciendum nobis est quod mala nostra solummodo nostra sunt. bona autem nostra
et omnipotentis dei sunt et nostra. quia ipse aspirando nos prevenit ut velimus
qui adiuvando subsequitur. ne inaniter velimus. Sed non possumus implere
que volumus. Preveniente ergo gracia et bona voluntate subsequente
hoc quod omnipotentis dei donum est fit meritum nostrum. Quod bene paulus
brevi sentencia explicat dicens. plus omnibus laboravi i Cor xv. Qui
ne videretur sue virtuti tribuisse quod fecerat. adiunxit. Non autem ego sed
gracia dei mecum. Qui enim celesti dono preventus erat. quasi alienum se a
bono opere suo agnovit dicens non autem ego. Sz quia preveniens gracia liberum
in eo arbitrium fecerat in bono quod libero arbitrio eandem graciam est sub-
secutus in opere adiunxit. Sz gracia dei mecum. Ac si diceret. In bono
opere laboravi. non ego sed ego cum eo. id est quod solo domini dono preventus
sum. non ego. quia cum eo dum quod donum voluntate subsecutus. Et ego
hoc contra pelagium et celestium. Quia ergo non ex merito gracias accipimus
sumus quod eius munere prevenimur. Et rursum quia non sumus retribucione
querimus. sumus quod subsequente libero arbitrio bona eligimus que agemus
inquit idem beatus Gregorius xxxiii moralium Secundum Haymonem vero
et glosam post tres dies et annos et dimidium spiritus vite intrabit in sanctos
et stabunt super pedes suos scilicet incorruptibiles in corpore et inquieti ...
in mente. Est igitur de utilitate fidei credere resurreccionem mortuorum futuram

Ca

Quia enim per Christum liberati sumus ab hiis que per peccatum primi hominis incurrimus, peccante autem primo homine non solum peccatum in nos est derivatum, sed etiam mors que est pena peccati, secundum illud apostoli ad Ro. V: Per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit et per peccatum mors, necesse est quod per Christum ab utroque liberemur, et a culpa scilicet et a morte. Unde dicit ibidem apostolus: Si enim unius delicto mors regnavit per unum hominem, multo magis habundantiam gratie et donationis et iustitie accipientes in vita regnabunt per unum Ihesum Christum. Ut igitur utrumque in seipso nobis demonstraret, et mori voluit et resurgere. Mori quippe voluit ut nos a peccato purgaret. Unde dicit apostolus ad Hebr. IX: Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, sic et Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Resurgere autem voluit ut nos a morte liberaret. Unde dicit apostolus I Cor. XV: Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium, quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Effectum igitur mortis Christi in sacramentis consequimur quantum ad remissionem culpe, quia sacramenta in virtute passionis Christi operantur. Effectum autem resurrectionis Christi quantum ad liberationem a morte in fine seculi consequemur, cum omnes in virtute Christi resurgemus. Unde dicit apostolus I Cor. XV: Si Christus predicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quod resurrectio mortuorum non est? Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est et fides nostra. Est igitur de necessitate fidei credere resurrectionem mortuorum futuram. Quidam vero hoc perverse intelligentes resurrectionem corporum futuram non credunt, sed quod de resurrectione legitur in scripturis ad spiritualem resurrectionem referre conantur, secundum quod aliqui per gratiam a morte peccati resurgunt. Hic autem error ab apostolo reprobatur. Dicit enim II ad Thim. 2o: Prophana et vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymeneus et Philetus, qui a veritate fidei exciderunt dicentes resurrectionem iam factam. Quod non poterat intelligi nisi de resurrectione spirituali. Est ergo contra veritatem fidei ponere resurrectionem spiritualem et negare corporalem. Manifestum etiam est ex hiis que Corinthiis apostolus scribit quod premissa verba de resurrectione corporali sunt intelligenda. Nam post pauca subdit: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, ubi manifeste corporis resurrectionem tangit. Et post modicum subdit: Oportet autem corruptibile hoc induere incorruptibilitatem et mortale hoc induere immortalitatem. Hoc autem corruptibile et mortale est corpus. Corpus igitur est quod resurget. Ut patet Iohannis V et Iob XIX: Scio quod redemptor meus vivit etc. Sunt autem quidam qui resurrectionis fidem impugnare videntur. In nulla enim naturalium rerum inveniri potest id quod corruptum est idem numero redire in esse, sicut nec ab aliqua privatione ad habitum videtur posse rediri. Et ideo quia ea que corrumpuntur eadem numero iterari non possunt, natura intendit ut id quod corrumpitur idem specie per generationem conservetur. Cum igitur homines per mortem corrumpantur, et ipsum corpus hominis usque ad prima elementa resolvatur, non videtur quod idem numero homo possit ad vitam reparari. Preterea contingit quandoque aliquos homines carnibus humanis vesci et solum tali nutrimento nutriri, et tales nutritos filios generare. Caro igitur eadem in pluribus hominibus invenitur. Non est autem possibile quod in pluribus resurgat, ut aliter videtur esse universalis resurrectio et integra, si unicuique non restituitur quod hic habuit. Videtur igitur esse impossibile quod sit hominum resurrectio futura. Ad horum solutionem considerandum quod deus in institutione humane nature aliquid corpori humano attribuit super id quod ei ex naturalibus principiis debebatur, scilicet incorruptibilitatem quandam per quam convenienter sue forme coaptaretur, ut sicut anime vita perpetua est, ita corpus per animam posset perpetuo vivere. Et talis quidem incorruptibilitas, etsi non esset naturalis quantum ad activum principium, erat tamen naturalis quodammodo ex ordine ad finem, ut scilicet materia proportionaretur sue forme naturali, que est finis materie. Anima autem preter ordinem sue nature a deo aversa

subtracta est dispositio quae eius corpori divinitus indita erat ut sibi perfecte sub-
deret et secuta est mors. Contingit igitur mors quasi per accidens superveniens homini
per peccatum, considerata institutione humanae naturae. Hoc autem accidens sublatum
est per Christum qui merito suae passionis mortem moriendo destruxit.
Ex hoc consequitur quod divina virtute quae corpori incorruptionem dedit, iterum
corpus de morte ad vitam reparetur. Secundum hoc igitur ad primum
dicendum quod virtus naturae deficit a virtute divina, sicut virtus instrumenti
a virtute principalis agentis. Quamvis igitur operatione naturae hoc fieri non possit
ut corpus corruptum reparetur ad vitam, tamen virtute divina id fieri potest.
Quod enim natura hoc facere non possit, ideo est quia quicquid natura agit semper
per formam aliquam operatur. Quod autem habet formam iam est. Cum
autem corruptum est, formam amisit quae poterat esse actionis principium. Unde
operatione naturae quod corruptum est in integrum reparari non potest. Sed divina virtus
quae res produxit in esse, sic per naturam operatur quod absque ea effectum
naturae producere potest. Unde cum virtus divina maneat eadem etiam rebus
corruptis, potest corrupta in integrum reparare. Ad secundum dicendum
quod resurrectionis fidem impedire non potest si aliquis carnibus humanis vescitur.
Non enim est necessarium quod quicquid fuit in homine materialiter resurgat in eo, et
iterum si aliquid deest, suppleri potest per potentiam divinam. Caro igitur
comesta resurget in eo in quo primo fuit anima rationali perfecta. In secundo vero
si non solum carnibus humanis est pastus sed aliis cibis, resurgere poterit
in eo tantum de alio quod ei materialiter advenit quod exigitur ad debitam
quantitatem corporis restaurandam. Si vero solum humanis carnibus est pastus
resurget in eo quod a generantibus traxit, et quod defuit supplebitur omnipotentia
creatoris. Quod et si parentes ex solis carnibus humanis pasti fuerint, ut sit
et eorum semen quod est superfluum alimenti ex carnibus aliorum generatum,
resurget quidem semen in eo qui natus est ex semine, loco eius cuius
vero carnes comestae sunt, supplebitur aliunde. Hoc enim in resurrectione
servabitur, quod si aliquid materialiter fuerit in pluribus hominibus, resurget in
eo ad cuius perfectionem magis pertinebat. Unde si fuit in uno ut radicale semen ex quo est generatus, in alio vero sicut superveniens nutrimentum,
resurget in eo qui est generatus ex hoc sicut ex semine. Si vero in
uno fuit sicut pertinens ad perfectionem individui, in alio ut deputatum ad
perfectionem speciei, resurget in eo ad quem pertinebat cum perfectione individui.
~~cum perfectione individui~~ Unde semen resurget in genito, et non in generante,
et costa Adae resurget in Eva, non in Adam, in quo fuit sicut in
naturae principio. Si autem secundum eundem modum perfectionis fuit in utroque, resurget
in eo in quo primus fuit. Ex quo etiam apparet quod in futura resurrectione
homines non sic resurgent ut sint iterum morituri. Quod enim hic in
glossa dicitur: Et steterunt et stabunt super pedes suos incorrupti:
Ad tertium dicendum quod necessitas moriendi est defectus in natura
humana ex peccato proveniens. Christus autem merito suae passionis naturae defectus
reparavit qui in ipsam ex peccato provenerunt. Ut enim dicit Apostolus ad Romanos
V: Non sicut delictum ita et donum. Si enim unius delicto multi
mortui sunt, multo magis gratia Dei in gratia unius hominis Iesu Christi
in plures habundavit. Ex quo habetur quod efficacius est meritum Christi ad
tollendam mortem quam peccatum Adae ad introducendam. Illi ergo qui per
meritum Christi resurgent a morte liberati, mortem ulterius non patientur. Unde
est quod dicitur Isaiae 25: Praecipitabit Dominus mortem in sempiternum. Et Apocalypsis XX:
Mors ultra non erit. Et per hoc excluditur error quorundam gentilium
antiquorum qui credebant eadem tempora et eadem temporalia iterum repeti,
verbi gratia sicut in isto saeculo Plato philosophus in urbe Atheniensi et in eadem
scola quae Achademica dicta est discipulos docuit, ita per innumerabilia
retro saecula multa quidem prolixis intervallis sed tamen certis idem Plato

et eadem civitas et eadem scola idem philosophus idem discipuli et ita innumerabilia dein
secula repetendi sunt ut Augustinus introducit in xii de civitate dei. Ad quod
ut ipse ibidem dicit quidam referre volunt id quod dicitur Eccl. i. Quid
est quod fuit ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est ipsum quod
faciendum est. Nichil est sub sole novum. Nec valet quisquam dicere ecce
hoc recens est iam enim precessit in seculis que fuerunt ante nos. Quod
quidem non sic intelligendum est quod eadem numero per generationes varias repararentur
sed similia specie. ut solvit Augustinus ibidem et Aristoteles in fine de generatione
docuit hoc ipsum contra predictam sectam loquens. Ex premissis etiam ostenditur
quod apud resurgentes homines non erit venereorum et ciborum usus.
Remota enim vita corruptibili necesse est removeri ea que corruptibili
vite deserviunt. Manifestum est autem quod ciborum usus corruptibili vite
deservit. ad hoc enim cibos assumimus ut corruptio que posset accidere
ex consumptione naturalis humidi evitetur. Est etiam in presenti ciborum usus
necessarius ad augmentum. quod post resurrectionem in hominibus non erit. quia
omnes in debita quantitate resurgent ut dicit apostolus ad Eph. 4. Similiter
commixtio maris et femine corruptibili vite deservit. Ordinatur enim ad generationem
per quam quidem quod perpetuo conservari non potest. Sed individuum in specie
conservatur. Ostensum est autem quod vita resurgentium erit incorruptibilis.
Non igitur in resurgentibus erit ciborum aut venereorum usus. Hinc
est quod dominus dixit Matth. 22 quod in resurrectione neque nubent neque nubentur
sed erunt sicut angeli dei. Per hoc autem excluditur error Iudeorum et
Saracenorum ponentium quod in resurrectione homines cibis et venereis utentur
sicut et nunc. Auctores vero qui ciborum usum post resurrectionem concessisse
videntur ut illud Isaie 25 faciet dominus exercituum omnibus populis
in monte hoc convivium pinguium. convivium medullatorum vindemie
defecate. Et illud 65 Ecce servi mei comedent et vos esurietis
Et illud Luce 22 Ego dispono vobis etc ut edatis etc. Spiritualiter
intelligende sunt. Proponit enim nobis scriptura divina intelligibilia sub
similitudine sensibilium. Ut animus noster ex hiis que novit discat incognita
amare. Et secundum hunc modum delectatio que est in contemplatione sapientie
vel assumptio veritatis intelligibilis in intellectum nostrum per usum ciborum
in sacra scriptura consuevit designari. Secundum illud Eccli. xv cibabit illum
pane vite et intellectus et aqua sapientie salutaris potabit illum. De ipsa
etiam sapientia dicitur Prov. 3 lignum vite est hiis qui apprehenderint eam
et qui tenuerit eam beatus etc. Occasione autem premissorum quidam
circa conditionem resurgentium erraverunt. Quia enim corpus ex contrariis compositum
videtur ex necessitate corrumpi fuerunt aliqui qui dicebant homines
resurgentes huiusmodi corpora ex contrariis composita non habere. Horum autem aliqui
posuerunt corpora nostra non in natura corporali resurgere sed transmutari in
spiritum moti ex eo quod apostolus dicit Seminatur corpus animale surget corpus
spirituale. Alii vero ex eisdem verbis moti sunt ut dicerent quod corpora nostra
in resurrectione erunt subtilia aeri et vento similia. Nam et spiritus
aer dicitur. ut sic spiritualia aerea dicantur sive intelligantur. Alii vero
dixerunt quod in resurrectione resurget corpora non quidem terrena sed celestia
accipientes ex eo quod apostolus dicit i. Cor. xv de resurrectione lo-
quens. Sunt corpora celestia et corpora terrestria. Quibus omnibus
suffragari videtur quod apostolus ibidem dicit quod caro et sanguis regnum
dei non possidebunt. Et videtur quod corpora resurgentium non habebunt carnem
et sanguinem et per consequens nec aliquos humores. Sed horum opinionum error
manifeste apparet. Nostra enim resurrectio conformis erit resurrectioni Christi
secundum illud apostoli ad Phil. 3o Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum
corpori claritatis sue. Christus autem post resurrectionem habuit corpus palpabile

et carnibus et ossibus consistens, quia ut dicitur Luce ultimo post resurrectionem disci-
pulis dixit palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis
habere, ergo et alii homines resurgentes habebunt corpora palpabilia ex carnibus et
ossibus gloriosa, Etiam ad hoc quod homo resurgat idem numero unum est quod partes essenciales
eius sint eedem numero Si igitur corpus resurgentis non erit ex hiis carnibus
et hiis ossibus ex quibus nunc componitur, non erit homo resurgens idem numero
Has autem falsas opiniones excludit manifestissime Job xix Rursum circum-
dabor pelle mea et in carne mea etc et non alius. Gregorius xiiii moral
[illegible] aperte pellis dicitur omnis dubitatio vere resurrectionis aufertur, quia non
sicut eutichius constantinopolitane urbis episcopus scripsit Corpus nostrum in illa
resurrectionis gloria erit inpalpabile ventis aereque subtilius In illa enim
resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritualis
potentie, sed palpabile per veritatem nature Luce ultimo, Unde ad auferendas
dubitaciones nostre cogitacionis subdit Et in carne mea videbo deum Ecce
resurrectionem etc pellem ecce carnem apertis vocibus fatetur Quid ergo remanet
unde possit mens nostra dubitare Si non post resurrectionem corpus palpabile
[illegible] erit, profecto alius surgit quam moritur et quod dictu nephas est credere
quod ego moriar et alius resurgit, ad quod remouendum Ecce visurus sum
ego ipse etc. Erit ergo caro nostra post resurrectionem futuram eadem et diuersa
eadem per naturam, diuersa per gloriam, eadem per veritatem, diuersa per potenciam
erit itaque subtilis, quia et incorruptibilis, erit palpabilis, quia non amittet
essentiam veritatis nature etc ille, Quamuis autem corpora resurgentium sint futura eiusdem
speciei cum hiis que nunc sunt corpora nostra, tamen aliam dispositionem habebunt Et primo
omnium quantum ad hoc quod omnia resurgentium corpora tam bonorum quam malorum
erunt incorruptibilia Cuius quidem racio [illegible] forma sumitur ex fine re-
surrectionis ad hoc enim resurgent tam boni quam mali ut etiam in propriis corporibus
premium consequantur vel penam pro hiis que gesserunt dum vixerunt in cor-
pore. Premium quidem bonorum quod est felicitas erit perpetuum Similiter autem pro peccato
mortali pena perpetua, Oportet igitur quod utrorumque corpus incorruptibile recipiant
Alia racio potest sumi a causa finali resurgentium que est anima que necesse remaneat
in perpetuum separata ~~[illegible]~~ a corpore, post resurrectionem iterato corpus sumet
[illegible] in hoc anima [illegible] [illegible] quod corpus recipiat [illegible] erit
ut corpus disponatur [illegible] competit Est autem anima incorruptibilis
unde et incorruptibile corpus ei redderetur Tercia racio sumi potest ex causa
actiua resurrectionis. Deus enim qui corpora iam corrupta reparabit ad vitam
multo forcius hoc corporibus prestare poterit ut recuperata vita in eis
perpetuo conseruetur In illius rei exemplum erit corpora corruptibilia cum voluit
a corruptione seruauit illesa sicut corpora trium puerorum in fornace Sic igitur
intelligenda est incorruptibilitas futuri status, quia hoc corpus quod nunc
est corruptibile, fiet incorruptibile diuina virtute reddetur ita quod anima
in ipsum perfecte dominabitur, quantum ad hoc quod ipsum viuificet. Nec talis
communicacio vite a quoquam alio poterit impediri Unde et apostolus dicit
j Cor xv, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc
induere inmortalitatem Non igitur homo resurgens propter hoc inmortalis
erit quod aliud corpus sumat ut predicte opiniones posuerunt Sed quia hoc ipsum
corpus quod nunc est corruptibile tunc erit incorruptibile Sic igitur intelligendum
est quod apostolus dicit Caro et sanguis regnum dei non possidebunt, quia in
statu resurgentium corruptio tolletur carnis et sanguinis Substancia carnis
et sanguinis remanente Unde subiungit Neque corruptio incorruptelam
possidebit In sacra etiam glosa Gregorius xiiii moral [illegible]
fine [illegible] caro dicitur iuxta naturam. atque aliter iuxta corruptionem [illegible]
Caro quippe iuxta naturam sic scriptum est Gen ii hoc nunc os ex ossibus
meis et caro de carne mea Et Johannis i Verbum caro factum est et
habitauit in nobis Caro vero iuxta culpam dicitur sic scriptum est Gen vi
Non permanebit spiritus meus in hominibus eo quod caro sunt Et sic potest [illegible]

Recordatus est q caro sunt spus vadens et no rediens Vnde et distinguit paulus dicebat vos aut in carne no estis s in spiritu Roma viii in carne no erant quibus spus dñabat s ex passiones carnaliu desideriorum viriliter iam liberi per virtutem spus in carne no erant Et sic paulus apostolus dicit q caro et sanguis regnum dei possidere no possunt carnem vult hic culpam intelligi no carnem sm natam Vnde mox q carne sm culpam dixit dicit subdens neq corruptio incorruptelam possidebit q in illo celestis regni gloria caro sm naturam erit sed deleta morte atque in etna corruptione resurget Ut ibi et multum de hoc De hoc aut q subdit glo Et incommutabiles in mente scilicet steterunt et stabunt sancti Item sm doctorem thomam lio q con gentiles c 93 Anime statim cum a corpe fuerint separate imobiles sm voluntatem reddunt ut scilicet vlterius voluntas hominis mutari no possit neq de bono in malum neq de malo in bonum Quamdiu n aia de bono in malum vel de malo in bonum mutari pt est in statu pugne et milicie Oz n ut solicite resistat malo ne ab ipso vincatur Vel conet ut ab eo liberetur Sz statim cum anima separatur a corpe no erit in statu milicie vel pugne s recipiendi premium vel penam pro eo q legitime vel illegitime certauit Non igitur vlterius anima sm voluntatem vel de bono in malum vel econuerso mutari pt Sz no est estimandum q anime post resumpta corpa in resurrectione imobilitatem voluntatis amittat Sz potius eciam q in ea sic pseuerabunt q in resurrectione corpa disponentur sm exigenciam aie no aut aie mutabuntur p corpa etc Et ibi multa de his

Nota tamen illam lram sequentem et audierit hoc in magistro etc Item sm eundem doctorem vbi s c 8 A Quamuis vero se ne defectus in resurrectione tollatur ab omnibus quantum tamen bonis et malis Remanebit tamen dñ inter bonos et malos quantum ad ea que psonaliter vtrisque conueniunt Est aut racionale q anima humana sit corporis forma ipsum viuificans et in esse conseruans Sz ex spiritualibus actibus anima vel efficitur in gloriam diuine visionis eleuari vel ab ordine huiusmodi glorie propter culpam excludi Disponetur igitur corpus quantum omnino sm congruenciam anime ut scilicet forma incorruptibilis corpori tribuat esse incorruptibile non obstante contrariorum composicione Eo q materia corpis humani diuina virtute subicitur omnino quantum ad hoc anime humane Sz ex claritate et virtute anime ad diuinam visionem eleuate corpus sibi vnitum aliquid amplius consequetur Erit n totaliter subiectum aie diuina virtute hoc faciente non solum quantum ad esse s eciam quantum ad actiones et passiones et motus et corporeas qualitates Sicut igitur anima diuina visione fruens quadam spirituali claritate replebitur ita p quandam redundanciam ex anima in corpus ipsum corpus suo modo gloria claritatis induetur Vnde dicit apostolus j cor xv Seminatur corpus ignobile surget in gloria Q: corpus nrm nunc est opacum tunc aut erit clarum sm illud Matt xiij Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum Anima eciam que diuina visione fruetur vltimo fini coniuncta suum in omnibus experietur desiderium adimpletum Et q ex desiderio anime mouetur corpus consequens erit ut corpus omnino spiritui ad nutum obediet Vnde corpa resurgencium beatorum futura erunt agilia propter quod dicit apostolus ibidem Seminatur in infirmitate surget in virtute Infirmitatem enim experimur in corpe q inualidum inuenitur ad satisfaciendum desiderio aie in motibus et actionibus quas aia imperat Que infirmitas totaliter tunc tollet virtute redundante in corpus ex aia deo coniuncta propter quod eciam Sapie 3o dicitur de iustis tamquam scintille in arundineto discurrent non q motus in eis sit propter necessitatem cum nullo indigeant que deum habent s ad virtutis demonstracionem Sicut aut anima deo fruens habebit desiderium adimpletum quantum ad adepcionem omnis boni Sic eciam eius desiderium erit impletum quantum ad remocionem omnis mali q cum summo bono locum no habet aliquod malum Corpus igitur perfectum per aiam proporcionaliter anime immune erit ab omni malo et

situm ad actum et quantum ad potentiam. Similiter ad actum quia ex nulla
in eis corruptio, nulla deformitas, nullus defectus. Et quantum ad potentiam
quia non poterit aliquid pati quod eis sit molestum. Et propter hoc erit impassibilitas
haec tamen impassibilitas non excludit ab eis passionem que est de ratione
sensus. Utentur enim sensibus ad delectationem quae illi statui incorru-
ptionis non repugnat. Ad hanc igitur eorum impassibilitatem ostendendam
apostolus dicit. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Rursus
anima deo fruens ipsi perfectissime adhaebit et eius benignitate participabit
in summo. Sicut igitur et corpus animae subdetur et eius
proprietates participabit tantum possibile est in perspicuitate sensuum. In ordinatione
corporei appetitus et in omnimoda perfectione naturae, tanto enim perfectius est
aliquid in natura, quanto eius materia perfectius subditur formae. Propter quod dicit apostolus
Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Spirituale quidem
erit corpus resurgentis, non quod sit spiritus ut quidam male intellexerunt
sive per spiritum intelligitur spiritualis substantia sive ventus aut aer. Sed quia
erit omnino subiectum spiritui. Sicut et nunc dicitur corpus animale, non quod sit
anima, sed quia passionibus animalium subiacet et alimentis indiget. Patet igitur ex predictis
quod sicut anima hominis elevabitur ad gloriam spirituum celestium ut deum per
essentiam videat, ita corpus eius sublimabitur ad proprietates celestium corporum
inquantum erit clarum, impassibile, absque difficultate et labore mobile,
et spiritui subdetur perfectissime sua forma perfectum. Propter hoc apostolus dicit
corpora resurgentium esse celestia, non quantum ad naturam sed quantum ad gloriam.
Unde cum dixisset quod sunt corpora celestia et sunt corpora terrestria, subiungit
alia est celestium gloria, alia terrestrium. Sicut autem gloria in qua
anima humana sublevatur excedit naturalem virtutem celestium spirituum, ita gloria
resurgentium corporum excedit naturalem perfectionem celestium corporum, ut sit
maior claritas, impassibilitas firmior, agilitas facilior, et naturae dignitas
perfectior. Et ibi est 85. Et quia locus debet proportionari locato, consequens est
quod cum corpora resurgentium proprietatem celestium corporum consequentur, erunt
in celis locum habentia, vel magis super omnes orbes. Ut sint cum
Christo, cuius virtute ad hanc gloriam producentur. De quo dicit apostolus
ad Ephesios 4º. Qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Frivolum
volumen autem videtur contra hanc divinam promissionem argumentari
ex naturali pondere elementorum, quod impossibile sit corpus hominis cum sit
terrenum, et secundum suam naturam infimum habens locum, supra elementa levia
elevari. Manifestum est enim quod ex virtute animae est quod corpus ab ipsa
perfectum non sequitur inclinationes elementorum. Quae ipsa enim anima sua virtute
etiam nunc continet corpus hominis humanum, ne ex contrarietate elemen-
torum dissolvatur. Et etiam virtute animae motive corpus in altum
elevatur. Et tanto amplius quanto virtus motiva fortior fuerit.
Manifestum est autem quod tunc anima perfecte virtutis erit cum deo per visionem
coniungetur. Non igitur debet videri grave si tunc virtute animae corpus
et ab omni corruptione sustinetur immune et super celestia corpora elevetur.
Neque etiam huic promissioni divinae impossibilitatem affert quod corpora
celestia frangi non possunt ut super ea gloriosa corpora sublevetur.
Quia a virtute divina hoc fiet ut gloriosa corpora simul cum aliis
corporibus esse possint, cuius rei indicium in corpore Christi precessit dum
ad discipulos ianuis clausis intravit. Unde Gregorius xiiii moralium
In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum
spiritualis potentie sed palpabile per veritatem naturae etc. Propter quod sancti poterunt
uti palpabilitate vel subtilitate ad voluntatem animae. Propter quod etiam
corpora glorificata videri poterunt ab oculis non glorificatis. Unde dicitur
in littera. Et viderunt eos id est videbunt sed tamen gloriose resurrexisse etc.
Ex hiis autem coniicere possumus qualis futura sit conditio resurgentium
in dampnatis. Oportet enim et illa corpora dampnandorum animabus esse proportionata.
Anime autem malorum naturam quidem bonam habent utpote a deo creata
sed voluntatem habebunt inordinatam et a fine proprio deficientem. Igitur

v. 5. c. 90.

eorum corpora quantum ad id quod est nature reparabuntur integre · quia videlicet in etate
perfecta resurgent absque omni diminutione membrorum · et absque omni defectu
et corruptione · quam errorem nature vel infirmitas introduxit · Unde dicit apostolus
1 Cor. xv · Mortui resurgent incorrupti · Quod manifestum est intelligi debere
de omnibus tam bonis quam malis ex hiis que precedunt et sequuntur in illa littera
Quia vero eorum anime erunt secundum voluntatem a deo auerse et fine proprio
destitute · eorum corpora non erunt spiritualia quasi spiritui omnino subiecta
sed magis eorum anima per affectum erunt carnales · nec ipsa corpora erunt
agilia quasi sine difficultate anime obedientia · sed magis erunt ponderosa
et grauia et quodammodo anime importabilia · sicut et ipse anime a deo per
inobedientiam sunt auerse · Remanebunt etiam passibilia sicut nunc vel etiam
magis · ita tamen quod patietur quidem a rebus sensibilibus afflictionem · non
tamen corruptionem · sicut et ipsorum anime torquebuntur a naturali desiderio beatitudinis
totaliter frustrate · Erunt etiam eorum corpora opaca et tenebrosa
sicut et eorum anime a lumine diuine cognitionis erunt aliene · propter quod
Apostolus dicit 1 Cor. xv · Omnes quidem resurgemus · sed non omnes immutabimur ·
Soli enim boni immutabuntur ad gloriam · malorum vero corpora resurget absque
gloria · Forte autem alicui potest impossibile videri quod malorum corpora sint passibilia
· nec tamen corruptibilia · cum omnis passio magis facta abiciat a
substantia · Videmus enim quod si corpus in igne diu permaneat · finaliter consumetur
Dolor etiam si sit nimis intensus · anima a corpore separatur · Sed hoc totum
accidit supposita transmutatione materie de forma in formam · Corpus autem humanum
post resurrectionem · non erit transmutabile de forma in formam neque
in bonis neque in malis · quia in utrisque totaliter perficietur ab anima quantum
ad esse nature · ita ut iam non sit possibile aliam formam a tali corpore
remoueri neque animalia introduci · diuina virtute corpus anime totaliter
subiciente · Unde et potentia que est in prima materia ad omnem formam in humano
corpore remanebit quodammodo ligata per virtutem anime · ne possit in
actum alterius forme reduci · Sed quia dampnatorum corpora quantum ad
aliquas conditiones non erunt totaliter anime subiecta affligentur secundum sensum
contrarietate sensibilium · affligentur enim ab igne corporeo · inquantum qualitas ignis
propter sui excellentiam contrariatur equalitati complexionis et armonie · que est
sensui connaturalis · licet eam soluere non possit · Non tamen talis afflictio
poterit animam a corpore separare · cum corpus semper sub eadem forma
necesse sit remanere · Sicut autem corpora bonorum propter innouationem glorie
supra celestia corpora eleuabuntur · ita et locus infimus et tenebrosus
et penalis · proportionaliter deputabitur corporibus dampnatorum · Unde et in
psalmo dicitur · Veniet mors super illos et descendent in infernum viuentes ·
Dicitur etiam Apocalypsis xx · Diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum
ignis et sulfuris · ubi bestia et pseudo propheta cruciabuntur die ac nocte
in secula seculorum · Quod autem sub incorporale patietur ab igne corporeo
Vide ibi · Ex premissis igitur apparet quod duplex est retributio pro hiis que
homo gerit in vita una secundum animam quam accipiet statim cum
anima fuerit a corpore separata · Alia vero retributio erit in corporum
resumptione secundum quod quidam impassibilia et gloriosa corpora · quidam vero
passibilia et ignobilia resumet · Et prima quidem retributio singillatim fit
singulis secundum quod diuisim singuli moriuntur · Secunda autem retributio simul
omnibus fiet secundum quod omnes simul resurget · Omnis autem retributio qua diuersa
redduntur secundum diuersitatem meritorum iudicium requirit · Necesse est ergo duplex
esse iudicium · Unum quo diuisim singulis quantum ad animam redditur
pena vel premium · aliud autem commune secundum quod quantum ad animam et corpus
reddetur omnibus simul quod meruerunt · Et quia Christus sua humanitate
secundum quam passus est et resurrexit nobis et resurrectionem et vitam
eternam promeruit sibi competit illud commune iudicium facere quo resurgentes
vel premiantur uel puniuntur · propter quod de eo dicitur Johannis v ·
Potestatem dedit ei iudicium facere · quia filius hominis est ·

Ad 1m claritas corporis gloriosi non est omnino invisibilis ab oculo non glorioso
[illegible] quia quicquid comprehenditur sub per se obiecto alicuius potencie in illud
aliquomodo potest illa potencia, utz dx se 6; omne lumen corporale comprehenditur
sub per se obiecto potencie visive nondum glorificate patz ex 2o de anima
[illegible] nullum lumen corporale est omnino invisibile 2o talis potencie i 2e Certe
dampnati in die iudicii videbunt claritatem glorificati corporis xi ut dicit
Augustinus primo de trinitate 4 visio claritatis eius scilicet christi quibus erit
[illegible] et melius quod claritas corporis gloriosi non est omnino invisibilis ab
oculo non glorioso; tercio quia nullus dampnatus habebit oculos gloriosos [illegible] d
[illegible] omnis corpus gloriosum ab oculo glorioso videri possit ut coloratum
[illegible] suo proprio colore non tamen potest ab eo videri in sua claritate quia visibile
[illegible] aqueo visu si sibi apponitur in distancia debita tunc intrinsecus videre
[illegible] claritas corporis gloriosi obiecta visui non [illegible] videtur [illegible]
[illegible] post resurrectionem suam discipulis suis [illegible] fuit Eciam licet maior
[illegible] sit vera de visibili non glorificato tamen non est vera de visibili
glorificato quia tale visibile ut dicunt sancti doctores est in plena po-
testate anime beate qua unificatur et regitur huiusmodi visibile
et ideo sit placet tali anime sit videtur scilicet sub proprio suo colore
vel cum superaddita claritate Etiam quando sibi placet tunc tandem
non placet tunc non videtur, Sed adhuc d. inter visum et visibile
[illegible] esse proporcio sed claritas corporis gloriosi cum sit maior claritate
[illegible] tantum excedit infirmum visum oculi non gloriosi quod non habet proporcionem
ad ipsum igitur etc. [illegible] claritas visibilis ab oculo non glorioso non est [illegible]
[illegible] seu [illegible] quod patet in celis [illegible] planetarum quos non videmus
[illegible] quod sunt transparentes licet per eos videamus ipsum firmamentum quod
non est proprium Sed claritas corporis gloriosi est transparens 2m Gregorium
[illegible] moral [illegible] Dicit augustinus quod christus noluit in ea claritate
qua surrexit discipulis apparere quia ipsi non possent tantam claritatem videre
Ad primum dicendum ad minorem quod licet illa claritas ad infirmum visum oculi
non habet proporcionem congruentem que requiritur ad hoc quod visio sit delectabilis
tamen ibi non est omnimoda improporcio quia communis oculus infirmus et non
glorificatus non possit tantum claritatem fixe per aliquam notabilem
moram intueri. Ex hoc tamen non habetur quin raptim et transitorie
possit ipsam videre Sicut homo solis claritatem raptim intuetur cum
non possit stabiliter oculum figere in huiusmodi visione ad 2m negetur maior
[illegible] de celis dicendum quod licet illa que valde sunt [illegible] non videantur
[illegible] quod nullomodo terminant visum tamen illa que sunt transparencia cum
aliquali densitate sicut est vitrum vel cristallum bene videntur eo quod
[illegible] sue densitatis quam habent cum [illegible] terminant visum tenuare
[illegible] erunt corpora beatorum Nam cum celum empireum quod debet esse locus
huiusmodi corporum sit simul lucidum et aqueo [illegible] ideo [illegible] locatum
loco conveniat corpora beatorum erunt simul lucida et 2m quod [illegible]
ut corpus unius beati non impediat alterius apparentiam ad 3m dicendum
quod Augustinus non accipit ibi non posse pro impossibili sed pro difficili
quia licet tanta claritate videre non sit impossibile oculo non glorificato
tamen huius visionis continuacio forte induceret cecitatem propter sensibilis
excellenciam Nam excellencia sensibilium corrumpit sensum ut dicitur 2m
2o de anima Tunc ibi Et audierunt vocem magnam [illegible] resurrexerunt
subiungit eorum glorificacionem cum dicitur Et audierunt id est audient scilicet
Enoch et helias vocem magnam id est vocem omnibus audibilem vel
vocem indicativam magne potestatis ut ait Richardus de celo di-
centem scilicet a christo vel ab archangelo ut glo. Ascendite huc scilicet de
medio impiorum ad consorcium iustorum Et ascenderunt in celum
in nube ut quod domini humanitati fuerunt in sustinenda tribulacione propter ipsum
similes essent ei in ascensione Et viderunt eos inimici eorum scilicet corporaliter
ascendentes, h Richardus

Et ita ad literam intelliguntur ista de duobus testibus predictis quod audient
vocem magnam de celo dicentem a xpo vel ab angelo in aere factam et
dicentem illis scilicet Enoch et helie suscitatis et super pedes suos in terra
stantibus ascendite huc etc. Et ascenderunt scilicet ascendent in celum scilicet
empireum in nube scilicet eos obumbrante et inimicos terrente. Ipse xpus
act. primo Nam qui descenderunt prius humiliati sacris amicti pro
xpo dicitur sicut et xpo dicitur ascendere luce xiiij Qui se humiliat exal
tabitur. Et viderunt illos scilicet videbunt sic glorificatos inimici eorum scilicet
qui de morte eorum gaudebant. Sed tunc multomagis stupebunt de
eorum resurrectione Sapie. v. Videntes turbabuntur timore horri
et mirabuntur in subitatione insperate salutis etc. Sed Queritur Si ut di
est habebunt corpora glorificata quomodo poterunt ab hominibus videri. Di
quod naturaliter et sine miraculo. Nam corpora glorificata naturaliter sunt
visibilia quando non utuntur sua dote sine potestate. In potestate enim h
habentis corpus gloriosum est sic apparere quod cognoscatur. Et illud tu
est omnino subiectum anime. Secundum haimonem vero et alios exposito
res ista litera intelligitur de glorificatione et resurrectione sanctorum genera
liter. Unde sensus est Et viderunt eum et audierunt scilicet audient scilicet omnes electi vocem
magnam scilicet illam de qua Iohannis v Omnes qui in monumentis sunt
audient vocem filii dei. Unde haymo. Vox ista que eos vocat ut ad
celos ascendant. ipsa est de qua apostolus dicit j thess. iiij. Ipse dominus
in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo
Ascendite inquit huc scilicet ad deum et ad caput vestrum quod membra
estis illius qui vos singulis redditusque est cum corpora sua video quod
nolite morari in terra ne involvamini penis inferorum. Et glo
hic voce de celo scilicet a xpo vel archangelo Math. xxiiij Mittet an
gelos cum tuba De qua exposicio ibidem omelia xiij quod erit ad ro
stillus ad mortuorum resuscitationem ad gaudium electorum, ad cruciatum
eorum que fient stuporis, et ad dolorem eorum qui deliquerunt
hec ille. et ibi vide de hoc Et hec vox sive tuba nomissima est sicut
ut ait augustinus epistola xv Et de qua in glosa j thess. iiij Et dicitur
vox xpi potestative et effectualiter Vox archangeli sive archangelorum
executive sive ministerialiter. Et patet hic gloria sanctorum quod ascen
dent in celum in corporibus glorificatis regnaturi cum xpo Math. xxv
Venite benedicti patris mei percipite regnum. Sed Queritur de hoc
quod ait ascenderunt in nube Quid hoc dictum est et qualiter intelligi. Di
quod xpus ascendit in nube obsequente et ministrante act. j Nubes sus
cepit eum ab oculis eorum et veniet in nube Sicut dixerunt testes
illius ascensionis. hic Ihesus qui assumptus est a vobis in celum sic
veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum scilicet in eadem carne
et nube Math. xxiiij Tunc videbunt filium hominis venientem in nu
bibus celi cum virtute magna Sancti vero dicuntur ascendere in nubi
bus quia in nubibus xpo obviabunt j thess. iiij Nos qui vivimus rapiemur
in nubibus obviam xpo in aera. et sic semper cum domino erimus. Quod
si quis hanc pauli sententiam intuens inquirat Utrum dicit qui tunc erunt
viventes quando dominus veniet. an morietur Et quod videtur quod mors
fuit pena peccati ade Et ita omnes propagati ex adam lege communi
morientur Unde propheta Quis est homo qui vivet et non videbit mortem
Sed in contrarium videtur. quia adventus xpi erit repentinus Math. xxiiij Et
Sicut fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem. ita erit
adventus filii hominis Ad hoc dicit augustinus xx de civitate dei c. xx dicens De
his utrum tunc viventes numquam omnino sint morituri, an ipso temporis puncto
quo cum resurgentibus rapientur ad immortalitatem per mortem mira
celeritate transibunt. Et innuit hoc fieri posse Et de hoc ibi vide Et sic
haymo hic quod in ipso raptu nubium et per momentaneam mortem illam
gustabunt. et in terra redibunt scilicet exeunte anima. corpora erunt mortua
quod hoc est corpus in terram reverti. exeunte anima remanere corpus

hic nota sequitur an postumus sit et quomodo sciunt omnes venturi xpi

quod vtique terra est Itaque in momento et ictu oculi spiritum vite accipient
hii qui in aduentu domini viui reperientur Impii autem commorantes in terra
videbunt et plangent Math. 24 tunc plangent super eum omnes tribus
terre quia sencient iudicem iustum quos iudicauerunt et dampnauerunt iniuste
et sicut tactum est secundum magistrum hystorie est nonnumquam narrare futura quasi cerent
preterita et hoc ob inuariabilem certitudinem vel determinatam ordinacionem
in diuina prescientia sicut dicit Richardus Sed beatus Jeronimus oppositum sentire
videtur in epistola ad Marcellam que incipit Magnis nos prouocas
questionibus q. 3 dicens Quosdam in fine seculi aduenientes non esse moritu-
ros sed viuos reptos in immortalitatem repente mutandos Et sic apparet
in simbolo Christus venturus est iudicare viuos et mortuos ergo non omnes
morientur ante iudicium Item Naturali desiderio cupimus gloria superuestiri et non
corpore spoliari 2 Cor. 5 Sed naturale desiderium non potest esse [illegible] frustra
universalis frustra ergo quedam anime non spoliabuntur suis corporibus et per consequens
non omnes homines morientur Item deus et natura nichil faciunt frustra Sed si aliqui
vixerint usque ad mortuorum resurrectionem tunc frustra morientur
Item frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora secundo phisicorum
Sed potest deus ... et per pauciora media ... illi qui adhuc
inuenientur in die nouissimo de temporali vita immediate transferri ad perpetuam
quam de vita ad mortem et iterum de morte ad vitam Ad quem Ieronimus non
obstantibus videtur opinio prima verisimilior et sacre scripture conformior quia
dicit apostolus ad Hebr. 9 Statutum est hominibus semel mori et post hoc
iudicium Sed non videtur quod aliquis huiusmodi statutum possit transgredi
Item necesse est omnes homines ante iudicium mori Item dicit idem apostolus
ad Ro. 5 Sicut in adam omnes moriuntur ita et in Christo omnes viuificabuntur
Et 1 Cor. 15 omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur
Ad dictum Jeronimi potest dici quod quia breuissima morte tales homines
morte occupabuntur et celerrime redibunt ad vitam Ideo quidam sancti
sic loquuntur de eis tamquam de ... viuentibus et numquam morientibus quem
modum loquendi attendens philosophus 2o phisicorum dicit Quod modicum
restat pro nichilo reputat intellectus Jeronimus loquitur ibi secundum opinionem
aliam Sed videtur recitare opinionem cuiusdam greci videlicet intuenti illam epistolam
Item dato quod beatus Jeronimus absolute fuerit istius opinionis hoc tamen
non preiudicat augustino et ambrosio et aliis modernis doctoribus quin
sibi liceat oppositum opinari Dicit enim ambrosius et habetur in glossa 1 Thess. 4
quod in ipso raptu quo ipse dominus in iussu ... In ipso raptu eorum qui viui reperientur
mors erit et resurrectio vt anima quasi per soporem egressa de corpore eius in
momento reddatur Ad secundum dicendum quod apostoli in simbolo tali modo
loquendi vsi sunt propter causam iam dictam Vel dicendum quod 2a interpretatio quod dicit
christus iudicaturus viuos et mortuos Aut enim viui qui accipiuntur qui
in aduentu eius viui reperientur licet in raptu moriantur et mortui qui
ante decesserant vel viui et mortui accipiuntur iusti et iniusti vt exponit
magister in 4to di. 43 Ad 3m dicendum quod desiderium naturale si fuerit absolutum
et non quiritum tamen dictamine recte rationis tunc potest esse frustra quia
potest esse de impossibili Sed certe dato quod sit secundum rectam rationem tamen si est
conditionale adhuc potest esse de impossibili propterea enim aliquis peccat enormiter
tunc naturali desiderio conformiter se habere ad rectam rationem potest appetere si esset
possibile quod tam enorme peccatum non commisisset et tamen hoc est impossibile
quia quod preteritum est non potest non fuisse Ad formam argumenti dicendum quod anima
qui desiderat non expoliari corpore vel hoc desiderat cum hac con-
ditione si hoc deo placuerit et tunc frustra desiderat quia iam oppositum
istius diffinitiue statutum est a deo Gen. 3 vbi deus tulit sentenciam mortis
contra adam et per consequens contra totam eius posteritatem frustra aut desi-
deratur sub conditione beneplaciti iudicis in cuius oppositum iam statutum est
a iudice diffinitiue vel desiderat sine huiusmodi condicione et tunc

sunt desiderium non esset conformis se habens ad rectam racionem · patet recta racio dictat quod
homo necessario moriatur secundum cursum naturalem quem videmus · Non est ergo necessarium
huiusmodi desiderium impleri in aliquo individuo humane speciei sicut
procedit idem argumentum · Ad tercium dicendum negandum est maior · quia quamvis
deus absoluta sua potencia possit hoc facere · tamen numquam hoc faciet propter
preceptum suum iam latum et precipue exequendum secundum dei potenciam ordinatam
et ideo forte racionabiliter dici potest supposito isto ordine quem credimus
a deo institutum · non fiet ergo hic translacio alicuius hominis ad perpetuam
vitam sine morte corporali quia sicut preambula tali morte · ergo non fieret ali-
quid contra hunc premissum ordinem divine providencie et obmissa execucione divi-
ne · sicut fiet istius ordinabiliter observatur · Item contra hoc quod dicitur in littera
post tres dies et dimidium spiritus vite a deo id est virtute divina intrabit in eos
videtur quod secundum naturalem cursum non quamquam resurreccio hominum mortuorum sit fu-
tura igitur non a deo arguitur · quod nullum violentum potest esse perpetuum · sed separacio
anime racionalis ab humano corpore est violenta · ergo huiusmodi separacio non potest esse
perpetua · sed quorum separacio non potest esse perpetua · illorum reunio quamquam na-
turaliter est futura · Cum igitur hominis mortui resurreccio · non sit aliud quam
anime racionalis cum suo corpore reunio igitur etc. Maior patet per racionem et inductionem
patet circa in singulis rebus quarum habemus experienciam · in quibus omnibus
quicquid violentum est videmus deficere in sua duracione · Et hoc patet
quia quorum coniunctio est naturalis illorum abinvicem separacio est violenta
Et quod anime racionalis cum corpore humano est naturalis igitur etc. · Maior patet ·
Et quia sicut res violenter inde removetur ubi naturaliter quiescit · videlicet 8° phisicorum
sic res violenter separatur ab eo cui naturaliter coniungitur · Hoc circa patet quia forma
substancialis naturaliter coniungitur sue proprie materie · sed anima racionalis est forma sub-
stancialis hominis et precipue humani corporis igitur etc. · Et in contrarium est littera · Et
racio · quia de privacione ad habitum non fit regressus secundum cursum natu-
ralem videlicet ex post predicamentis · de cecitate namque ad visum non potest esse regressus
per naturam · Sed mors est maxima privacio ergo de morte ad vitam non potest esse
naturalis regressio · nec per consequens naturaliter poterit fieri resurreccio alicuius hominis
a mortuis · Ad primum dicendum quod ad resurreccionem hominum mortuorum nedum pos-
sibilem sed eciam vere futuram · non sufficiunt virtutes sive potencie naturales · quia
licet resurreccio mortuorum est possibilis et potencia activa se teneat ex parte dei
et passiva se teneat ex parte creature · Prima pars patet · quia non est minus [illegible]
[illegible] cuius totius sibi mutuo reunire quam ipsum totum secundum suas partes
de nichilo producere · sed secundum est possibile videlicet ex fide · ergo et secundum · Et quando
sit homo totaliter esset anichilatus · deus posset eum recreare · ergo hominem
morte corruptum potest a morte suscitare · Item quia magis videtur habere
de esse possibili quod est penitus anichilatum quam id quod est sua [illegible]
dissolucione corruptum · Et Augustinus per augustinum [illegible] de civitate dei
[illegible] de cuius resurreccione loquitur ait Etsi omnibus perisset modis [illegible]
[illegible] cuius materia in nullis nature latebris mansisset · hic vellet eum reparare
[illegible] inconveniencia et impossibilitatem
[illegible] Secunda pars patet · quia omne id quod absque repugnancia et impossibilitate
[illegible] potest fieri ita aliqua entia positiva [illegible] habent huiusmodi
[illegible] potenciam passivam · Sed anima racionalis per mortem hominis separata a
corpore absque repugnancia potest ei reuniri · et per consequens homo potest a morte re-
surgere · ergo [illegible] unionis et per consequens humane resurreccionis est quedam
potencia passiva tenens se tamen ex parte anime et humane nature · quia sicut non
[illegible] · Item tamen quod huiusmodi
[illegible] possunt ex ipsis fieri vel creari ipsa [illegible]
potencia passiva · non debet dici naturalis sed obediencialis · quia omni potencie pas-
sive naturali correspondet aliqua potencia activa in natura creata per quam huiusmodi potencia
passiva potest reduci ad actum secundum communem · cuius dictum verum est · sed
potenciam passivam in natura intelligit potenciam passivam naturalem · Et
sic verum intelligendo de potencia obediencialibus [illegible] non correspondet potencia activa
existens in natura sed solum in creatore · Sed nulla potencia activa est in natura
creata per quam dicta potencia passiva possit reduci ad actum videlicet nisi
Secundum [illegible] principalis [illegible] quod hominum mortuorum resurreccio sit vere futura

[.]uius sit verissima. tamen quia est articulus fidei, ideo non potest per rationes ultra rationem ...
[.]rius probari possit auctoritate et rhetorica persuasione. Sicut iustum re:
munera[t]orem deceret ut illa coniungat in consolacionem premii que sua virtute
[.]merito rem[?] deceret ut illa coniungat in consolatione premii. que sua virtute
inxerat in labore meriti. Sed deus est iustus remunerator et sua potentia
cum virtute coniunxit animam corpori in labore meriti in statibus vite. ergo coniunget animam
corpori in consolatione premii vite future. Hoc autem non potest fieri nisi illi qui
decesserit resurgat a mortuis et cetera. Quia premium debet correspondere merito et pena
demerito. Sed anime predestinatorum seu salvandorum meruerunt in suis
corporibus premiari et anime damnatorum in suis corporibus cruciari. Istud autem
fieri non potest nisi tam boni quam mali resurgant et cetera. Ex quibus patet falsitas
et error saduceorum epicureorum manicheorum et porphirii ceterorumque he:
reticorum, quorum errores obmitto. Contra vero probo principalis videlicet quod ad
hoc quod fiat mortuorum hominum resurrectio, nec sufficit active virtus
creature, videlicet quod nulla virtus creata sufficit ad efficiendum aliqua crea:
turam incorruptibilem et inmortalem. Sed quilibet homo post resurrectionem
erit incorruptibilis et inmortalis et cetera. Maior, quia cuiuscumque substantia creata
est causa effectiva illius est causa per motum et transmutationem. et
quicquid illud est corruptibile cum omnia transmutabilia sit, quia res potest esse
vel non esse. Minor. Sed probatur per apostolum 1 cor xv dicente Canet
enim tuba et mortui resurgent incorrupti et nos inmutabimur. Oportet enim
corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem.
dixi nomine active. quia ad hoc quod fiat resurrectio sufficit passive virtus
creature videlicet ex dictis. Que quidem sufficienti passive se tenens
ex parte creature quo resurrectio non dicitur secundum rationem seminalem. Sed
solum secundum potentiam obedientialem. secundum quam potentiam ex creatura potest omne
fieri quod deus vult ex creatura facere. quia licet secundum potentiam seminalem de san:
guine menstruo mediante virili semine in matre concepto formari possit
corpus humanum. tamen secundum potentiam seminalem non potest inmediate de pulveribus
terre formari corpus humanum sicut formabitur in resurrectione mor:
tuorum. Unde sicut costa ade de qua fuit formatum corpus eve. non habuit
in se abilitatem secundum potentiam seminalem ad huiusmodi formacionem. Sic reso:
lutis humanis corporibus in pulverem terre. huiusmodi pulvis non habet abili:
tatem in se secundum rationes seminales ad hoc ut inmediate de ipso formentur
humana corpora perfecte disposita ad recipiendum animas rationales. Ex quibus infertur
corollarie quod mortuorum resurrectio. non est mutatio naturalis sed supernaturalis vel supranaturalis
Sed quia illa inmutatio vel innovatio non debet dici naturalis. sed quedam preter ea da
nec active nec passive mo[do] naturali sufficit virtus nec creature. Sed ad efficiendum
mortuorum resurrectionem non sufficit virtus nec creature active nec passive
modo naturali, puta secundum rationes seminales videlicet igitur et cetera. Ad argumentum in oppositum
negandum est minor. Ad probationem dicitur quod aer non est via si altum extremorum
illius coniunctionis sed duabus dispositionibus oppositis illis quas habuit in principio
illius coniunctionis. Si enim oppositio modo fuerit dispositum. tunc sicut prima
coniunctio huius extremorum fuit naturalis propter dispositiones oppositas. quia alii actiuorum
habent esse in paciente et disposito 2o de anima. Sic enim que naturaliter
quiescit deorsum sic naturaliter recedet de eo si deorsum fiet sursum. Sed nunc
est ita quod in puncto mortis ipsius hominis. corpus humanum habet dispositiones
oppositas hiis quas habuit in principio cum rationali anima sibi fuit coniuncta
ideo separatio non est dicenda violenta sed potius naturalis non obstante quod
precedens coniunctio fuit etiam naturalis

Et in illa hora factus est terre motus magnus et decima pars civitatis
cecidit, et occisi sunt in terre motu nomina hominum septem milia.
et reliqui in timore sunt missi. et dederunt gloriam deo celi. Ve secundum
abiit, et ecce ve tercium veniet cito. Proposita resurrectione et glorie sanctorum
manifestacione. Subiungit consequentem specificationem. Et legitur littera 2o. Primo
de ciuitatibus in glorificatione predictorum duorum testium. sicut legit Richardus
dicens. Et in illa hora scilicet glorificationis eorum, factus est terre motus magnus
quia alii moti sunt ad penitenciam. alii ad duriciam. Et decima pars civitatis cecidit

qz malorum turba decalogum contemptores obdurata . damptorum inter
et ocius sunt x ad dampnacionem delicti . Nonna homi . x milia . x vnn
dampnandi in malicia perfecti . v consumati per septenarium . n vniuersus
per millenarium vero perfecte in malo desistunt . Et reliqui scilicet qui
in fide permanserunt , siue qui post abnegacionem ad fidem redierint [illegible] .
morem [illegible] sunt missi . v timuerunt , Et dederunt gloriam deo celi
culpam confitentes et iusticiam dei predicantes . hec Richardus . legere
omnia de contingentibus in glorificacione predicatorum ~~testamentum~~ testi
aliter pt lege litteram de comunitatibus glorificacionem eorum scilicet de morte
antixpi et suorum necnon de comissio terrorum . Nunc ii mens prefa
tum in profundum veneret morum contempnunt . sic quod nec terrore
flectat , sed in superbiam semper crescat . Vnde mens illius pessimi homi
tamen perpetuus erit quod ut per resurrexionem Enoch et helie . ut per
ascensionem eorum in celum potest imitari . Sed superbia inflata elatus
in montem oliueti quo verus xpus ascendit . figet quod ibi thabernacu
solii . in quo sedens quasi deus . morte sibi debita occidetur . Vnde hec
Danielis xi in fine , figet inquit thabernaculum suum inter maria super
montem inclitum et sanctum et veniet vsque ad summitatem eius et nul
lo auxiliabitur et veniet namque vsque ad verticem montis oliueti . qui
dicitur inclitus et sanctus . qz in eo xpus ascendit ad patrem . hic au
mons est inter maria , hz enim mare mortuum ab oriente . et ex al
latere mare magnum . in cuius littore est cesarea et ioppen . vbi
etiam incipiunt iudee prouincie montana consurgere Asserit autem quod ibi
sit venturus vel moriturus vnde dominus celos ascendit , Et omnia
tenent glose ibidem , et sumuntur a Jeronimo super danielem in illo l
Hoc autem amplius confirmat et cursacione anagogica que sic hz [illegible]
tuet thabernaculum suum contra inter maria . et montem voluptatis
et veniet hora consumationis eius . de quo plenius ysayas loquitur dicit
precipitabit dominus in monte sancto faciem principis tenebrarum . Modum
autem precipitacionis innuit apostolus 2 thess. 2 . dicens Quem interficiet dominus ihesus
spiritu oris sui vbi glossa Hoc non iusto iudicio dei non fiet nisi a xpo
vt cuius nomen conabitur extinguere in terra . ipse extinguetur
in vita , hunc autem videtur obviare glossa . 1 . ad thess vltimo quod dicit
quod a michaele archangelo occidetur . vbi sic scribitur . Interficietur
antixpus a michaele et maxima pars suorum . Nec ista contraria sunt
de facili tollitur . qz a xpo occidetur imperante . v cuius mandato fu
nt . a michaele archangelo exequente . v cuius ministerio . Nam et
ambrosius illo sedente super solium suum in vertice montis oliueti . appa
rebit ihesus cum magno lumine et clamabit in aere voce clara . Occi
datur antixpus Et quod fuerit preceptum a xpo implebitur ministerio ange
lico Videtur autem racionabiliter quod igne de celo cadente debeat consumi
Narrat namque historia sacra quarti regum xix angelum domini exiisse
in castris senacherib . qui deum israel blasphemauit . et propter peccatum
sue blasphemie . centum octoginta quinque milia virorum percussisse Tradi
tur tali illius temporis illos igne celesti fuisse combustos et incineratos
sub aximis Sodoma etc et gomorra et finitime ciuitates ex for[nicatione]
intacta abeuntes post carnem alteram . facte sunt exemplum ignis eterni
penam sustinentes . Similiter et hii qui carnem maculant . dominacionem
spernunt . maiestatem autem blasphemant vt dicit apostolus Iudas in
canonica sua c. 1 . Non igitur irracionabiliter creditur . quod ille homo perditionis
qui os suum aperiet in blasphemias contra deum . qui etc de pinguedine
luxurie saciabitur ut dicit glossa super 1o deutronomio 33 Dan catulus
leonis largiter fluet de basan . igne de celo cadente . cum magno pre
sumpcionis excitatus in illo monte inclito intendit debeat et comburi . hinc dicit
ambrosius quod ad imperium xpi et ministerium michaelis archangeli . cu
m multis de suis extinctus fulminabitur de celo Quod etc expresse dicit

Dicit Methodius ubi supra Tunc iniquus mittet dominus unum de principibus suis
et percutiet eos cum fulgure et igne sub uno momento Quod etiam videtur
prophetasse Ezechiel c° 39 in fine dicens Ignem et sulfur pluam super
eum et super exercitum eius et super populos multos qui sunt cum
eo et magnificabor et sanctificabor et notus ero in oculis gentium
et scient quia dominus ego sum Et hoc videtur innuere beatus Johannes
in litera dicens Et in illa hora scilicet post ascensionem sanctorum factus est
terre motus magnus vel ad literam de quo Luce 21 erunt terre motus
magni per loca Vel id est commotio magna hominum in terra qui post mortem
sanctorum audacius et violentius movebuntur cum suo principe scilicet antichristo
Et decima pars civitatis id est magna pars exercitus eius cum eo ita ut
ad decimam partem vel circiter possit estimari Vel id est omnes mali qui deca-
logum transgressi sunt et non fuerunt de aliquo novem ordinum ecclesiastice
ierarchie Cecidit id est cadet in infernum irreparabiliter cum antichristo duce eorum
de quo dicitur in Ps. Cadet cum dominatus fuerit pauperum Et alibi de
malis Cadet in recatulo eius peccatores. Et occisi sunt in terre motu
nomina hominum septem milia id est universi reprobi nominati et in vitiis illaqueati
Occisi sunt inquam morte prima et secunda id est temporali et eterna Et reliqui scilicet
qui non sunt in peccatis indurati In timorem id est reverentiam dei missi
sunt visa pena malorum Proverb. xx Mulctato pestilente sapientior
erit parvulus. Et dederunt id est dabunt gloriam deo celi gratias referentes
et de depressione superborum et exaltatione humilium Sicut beata virgo
Luce 2° Magnificat anima mea dominum quia deposuit potentes etc. Huic etiam
sententie videtur concordare illud Danielis vii° ubi dicitur Aspiciebam propter
vocem sermonum grandium quod cornu illud loquebatur. Constat autem quod illud
cornu signabat antichristum videlicet ibidem ex glossa manifeste Et statim subditur
Et vidi quod interfecta esset bestia et perisset corpus eius et traditum
esset ad comburendum licet autem glossa exponat id de corpore mistico antichristi
quod sunt omnes reprobi qui in die iudicii peribunt et ~~tradentur~~
tradentur ad comburendum in infernum potest tamen secundum litteram intelligi de corpore
eius vero ut comburetur sensibiliter pena in capite que erit toti corpori
post tempus modicum infligenda Sic enim bestia que ascensura est
de abysso in interitum vadet Apoc. xvii°. Aliter legit Haymo literam
et alii expositores recapitulando de persecutione antichristi Unde Haymo
repente redit ad persecutionem antichristi de qua paulo ante sermonem fecerat
et ipsam horam vocat quam ante in tribus diebus id est annis expressit
et dimidio Quid autem mirum si eadem persecutio vocetur una hora
cum etiam Johannes dicat Filioli novissima hora est 1 Johannis 2° Terre
motus itaque significat illam persecutionem validissimam Unde hic terre motus
non simpliciter sed cum addito magnus vocatur quia tunc erit tribulatio qualis
non fuit neque fiet Matth. 24 Hinc et Danieli dixit angelus Veniet
tempus quale non fuit ex quo gentes esse ceperunt Dan. xii Decima pars
civitatis que cecidit intelligitur in hiis qui consenserunt et crediderunt
antichristo Non enim tota decima pars periit sed pars decime partis quam habebat
scilicet Judeis paganis et falsis fratribus In decima enim parte dragma
significatur scilicet genus humanum Unde Luce xv dum dicit de muliere
quedam habens dragmas decem perdidit unam ex illis Novem quippe
sunt ordines angelorum sed homo decimus est creatus qui locum casu
diaboli evacuatum repleat Ista ergo decima pars non tamen tota peribit tunc
sed pars in predicte ut dictum est. Civitas quippe celum appellatur que
consistit ex angelis et hominibus sanctis cuius pars decima cecidit illa scilicet
que ad novem angelorum ordines non pertinebat locum decimi ordinis
cum electi nunc re[illegible] Et cum sit ipsorum perditorum numerus infinitus sub
finito tamen comprehenditur cum dicitur quod mortua sunt in terre motu nomina
hominum septem milia Septenarius enim numerus sepe pro universitate ponitur
atque ideo in septem milibus hominum omnes reprobi intelliguntur mortui

sub eadem persecutione. Reliqui vero qui in fide permanserunt vel post
abnegationem ad fidem redierint, sive etiam qui ex errore ad veram
doctrinam revertentur et in eadem fide persisterint, In timore scilicet reve-
rentie missi sunt et dabunt gloriam Deo, sive quod eo gubernante et
fortitudinem dante non sunt lapsi, sive quod misericordie post ruinam sunt
erecti. Job 26 Columpne celi contremiscunt et pavent timore ad nutum eius
non pavoris ait Gregorius xvii moralium exponens id. Et Job 41
Cum sublatus fuerit, timebunt angeli. Ubi Gregorius moralium 33 per
angelos sufficienter electi predicatores in quibus erit timor leti et secu-
ritas considerenus ergo quo tunc infirmorum animus concutietur.
quando vita justorum turbatur, et ibi bene de hoc. Et ex dictis patet
quod sicut per numerum denarium significatur perfecta impletio decalogi perfectorum seu
completio et per eundem significatur iusti vita et per denarium contemptum
et transgressio decalogi significatur reprobi. Et similiter est de
numero septenario et millenario, patet ex dictis. Et sequitur continua-
ad sequentia cum dicitur Ve secundum abiit, id est descriptio et persecutionis
antichristi revelatio transiit scilicet in narratione vel tribulatio antichristi futura
id est persecutio sanctis inferenda tolerata pertransibit. Et ecce ve tertium cito veniet
id est dampnatio reproborum in iudicio vel pavor et tremor futu-
ri iudicii tunc instabit. Unde Haymo super illud aquila volans, tria dixit
ve futura, quorum duo in enarratione preterierunt, tertium adhuc restat.
Primum quippe ve narrat plurium locustarum id est precursorum antichristi.
Secundum solutionem quatuor angelorum id est universorum demonum in quo plu-
rima sevientium usque ad istum locum in quo multa per terra plu-
latione de adventu antichristi dicitur. Tertium vero ve incipit hic et
tendit usque ad presentem locum id est ad dampnationem omnium reproborum cum
capite suo in extremo iudicio. De quo tangitur in tubicinio septimi
angeli statum in littera sequenti. Et cum septimus angelus divine
gloriam beatorum ut dicetur infra. Qualiter ait: Ecce venit tertium
ve cito. Bedam in secundum Bedam, quod unde intelligimus retributionem bonorum
ibi et ve id est dampnationem malorum similiter intelligimus. Alius ergo dicit

Et septimus angelus tuba cecinit et facte sunt voces magne in
celo dicentes: Factum est regnum huius mundi domini nostri et Christi eius et
regnabit in secula seculorum. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei
sedent in sedibus suis ceciderunt in facies suas et adoraverunt
Deum dicentes: Gratias agimus tibi domine Deus omnipotens qui es
et qui eras qui accepisti virtutem tuam magnam et regnasti.
Et irate sunt gentes et advenit ira tua et tempus mortuorum
iudicare et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis et timenti-
bus nomen tuum pusillis et magnis et exterminandi eos qui corruperunt terram.

Septima et ultima pars totius visionis principalis huius libri que fuit
de septem angelis clangentibus tubis ad victorie triumphalis
ecclesie ostensionem et ad ruine adversariorum insinuationem, ut dictum est
in principio octavi capituli, ubi incepit ista visio. Et continuatur
Postquam determinatum est de sex angelis canentibus tubis, quorum primus
secundum Bedam et alios expositores est in figura primus ordo predi-
catorum denunciantium primum statum ecclesie qui fuit tempore apostolorum quo
ad initium iudeorum non credentium. Secundus est ordo predicatorum
denuntiantium statum ecclesie quo ad dampnationem gentilium ad fidem Christi
converti nolentium. Tertius est ordo in figura predicatorum denunciantium
falsitates hereticorum et dampnationem eorum. Quartus ordo predicatorum denunciantium
fallaciam falsorum fratrum et ypocritarum. De quibus quatuor angelis

XI

habitum est in octavo capitulo. Quintus est ordo predicatorum durantium persecutio-
nes antichristi in principio noni capituli. Sextus est ordo predicatorum
durantium ipsius antichristi et finis eodem capitulo post medium.
Unus ergo destinatus. Hic incipit determinare de 7o angelo qui est in fi-
gura ordo predicatorum durantium fine mundi et iudicium scilicet gloriarum
vel premium retributionis. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur angeli
tubatio. Secundo subiungitur eorum que facta sunt expressio. Ubi tanguntur
tria. Primo magne laudis in celo promissio. 2o seniorum congratulatio et
devota adoratio ibi Et 24 seniores etc. 3o ab eisdem gratiarum actio et
causarum ob quas filius dei laudandus est expressio ibi Gratias agimus
tibi etc. Dicit ergo quantum ad primum Et septimus angelus id est ordo do-
ctorum ultimus ordine narrationis vel temporis ordine temporis scilicet post
mortem antichristi tuba cecinit id est dulcem et terribilem predicationem. Dulcem inquam
bonis et terribilem malis. Dulcedo ut in cantu, terror in tuba designatur.
Ceteraque vero et in isto angelo et in precedenti dicuntur per preteritum
prophetali certitudine intelliguntur de futuro. Et facte sunt voces ma-
gne id est exultationes et laudes bonorum de pace collata eis et dampnatione
impiorum iuste reddita illis. De hiis duobus gaudebunt sancti et
laudabunt deum auctorem salutis eorum. Ysaye 40 Consolabitur
dominus syon id est ecclesiam et consolabitur omnes ruinas eius. Ubi dicit consolabitur
propter causam dictam, et propter cessationem vexationis et fidelium conversionem.
Et quia tempore antichristi duplicem sustinebit ecclesia desolationem, unam quia
a multis vexabitur, 2a quia virtutum signis desolabitur. Et ideo post mortem
antichristi tempore 7mi angeli duplex erit consolatio scilicet pacis redditio et fi-
dei multiplicatio. Tunc enim multi iudei convertentur ad fidem iuxta
illud Ysaie x In veritate reliquie Jacob convertentur ad dominum fortem.
Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquie convertentur
ex eo. Malachie ultimo Helias convertet corda patrum ad filios etc.
Et post eius mortem plures convertentur visa eius resurrectione et antichristi
interfectione. Facte sunt inquam voces magne in celo id est in ecclesia que
tunc maxime celestis erit amissa terra dicentes Factum est regnum id est do-
minium huius mundi scilicet in illo longo tempore regnat hostis antiquus
secundum divinam permissionem domini nostri et christi eius. Glosa id est patris et filii
quorum proprie fuit regnum huius mundi secundum potestatem et veritatem, scilicet dyabolus
regnavit in eo secundum usurpationem et permissionem. Sed tunc dicetur eorum fieri
quia fraudulentia et sevicia dyaboli que diu regnavit in mundo penitus
deficiet, et deus in suis fidelibus in tranquillitate et perpetua pace regnabit.
Unde subditur Et regnabit in secula seculorum id est in eternum. vii Danielis
vii° ubi agitur de eadem materia dicitur Suscipient autem regnum dei al-
tissimi sancti et obtinebunt regnum usque in seculum et seculum seculorum. Et istorum exponitur littera.
Aliqui libri habent Amen, sed non est de textu. Et ante diem iudicii quod
de tempore intermedio quod erit post mortem antichristi et ad diem iudicii et ad
erit adminus xlv dierum. Qui credetur ad refrigeria sanctorum, ut dicit glosa 1 ad Thess.
penitentiam subversorum qui titubaverunt in persecutione; aliter
ignorare ultimo. Quantum autem dominus post victoriam sit penitus ignoratur. Quod deus mercedem
exponitur secundum haymonem et bedam de die iudicii. Quo deus mercedem
suis reddet et reprobis penam. Unde dicit haymo In septimo angelo predicans
nichil aliud nisi ut supra in ceteris ecclesia intelligitur, nec iam predicans et hic est
in terris ut superius, sed in conspectu sui creatoris consistens. Et premittit
quod precedenti capitulo angelus stans super mare et super terram iuravit
per viventem in secula seculorum, quia tempus iam non erit, sed in diebus
septimi angeli cum cepit tuba canere consummabitur misterium dei etc.
Septimo itaque angelo tuba canente non iam ut dictum est predicante
sed in conspectu sui creatoris consistente voces magne facte sunt in celo id est in
ecclesia electorum. Que magne voces nichil aliud sunt nisi magnum
perfectorum desiderium laudantium deum et gratiarum actiones personantium

Unde glosa voces .i. laudes deo ut enim sepe dictum est voces sanctorum in celo sunt desideria cordium eorundem. Unde ps. Voce mea ad dominum clamavi ubi Augustinus: Voce non corporea que cum strepitu aeris promitur sed voce cordis que hominibus silet deo sicut clamor loquitur. Hec ille. Voces inquam dicentes factum est regnum huius mundi tali antiquus hostis dyabolus domini dei nostri .i. patris et filii et spiritus sancti secundum divinitatem et Christi eius secundum humanitatem. Et regnabit scilicet dominus deus noster et Christus eius et hic qui in eius nomine intelligitur cum omni electorum cetu in secula seculorum .i. eternaliter ut expositum est supra primo. Sed queritur de hoc quando fuit factum est regnum domini nostri etc. Semper enim regnum mundi fuit dei. Iob xli. Omnia que sub celo sunt mea sunt. Ad hoc dicitur quod factum fuit regnum mundi ipsius dei et Christi per eiectionem dyaboli de cordibus fidelium credentium. De quo Johannis xii. princeps mundi eicietur foras. Sed contra obicitur quod hoc fuit factum in passione domini sicut ait [illegible] ubi super nunc princeps etc. Respondeo quod regnum huius mundi potest dici factum esse dei et Christi. Vel ratione effectionis et sic semper fuit dei quia mundus per eum factus est Johannis i. Vel potest dici factum esse dei ratione eiectionis alterius potestatis scilicet amatoris mundi et sic fuit factum regnum Christi in passione quando fuit dyabolus eiectus de cordibus credentium. Johannis xiiii. Venit princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Ubi Augustinus de hoc omelia [illegible]. Vel potest dici regnum esse dei et Christi ratione evidentis iustitie in condempnatione malorum et glorificatione bonorum. Et loquitur hic. Unde glosa factum est regnum huius mundi de[...]norum et Christi .i. qui prius erat abiectus cum regnaret [illegible] bonorum et malorum nostri et Christi .i. qui prius erat abiectus [illegible] condempnatus Ysaye ix. Et factus est principatus super humerum eius. Unde potestatem hanc accepit filius per humanitatem qui omnia tamen prius possidebat per divinitatem ut dicit Haymo. Et distinguit hic Richardus [illegible] creator est et gubernator scilicet mundus [illegible] est mundus cuius deus creator est et gubernator scilicet mundi fabrica sive universitas creaturarum et ille semper fuit dei. Item est mundus cuius deus est redemptor Johannis i. Mundus per ipsum factus est. Et est mundus cuius deus dilexit mundum etc. Et salvator scilicet universalis ecclesia Johannis 3. Sic deus dilexit mundum etc. et ille similiter est. i. Cor. vi. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi et ille similiter est dei et numquam erit dyaboli per dominationem, licet quandoque divina dispensatione et exponatur in parte ad exercitationem, cuius regnum tunc perfecte fiet dei et Christi, quando omnino exterminabitur potestas dyaboli et apparebit potestas Christi. Et est mundus cuius dyabolus est princeps et rector scilicet universalis seculi [illegible] et iste semper est dyaboli quantum ad pravam actionem, quantum tamen ad prave actionis ordinationem est dei. Et miro modo fit ut quod ab eo non habet originem ab eo tamen habet ordinationem ne sub se relinquat aliquid inordinatum. Hec ille. Et sumitur hic distinctio ab Augustino super Johannem omelia 3. Et hoc regnum erit factum dei et Christi quando omnes electi ascendent in celum et vacabunt divine laudi. i. Cor. xv. Oportet illum regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus suis. Tunc ibi. Et viginti quatuor seniores etc. Subiungitur seniorum congratulatio et devota adoratio de sua liberatione et glorificatione et de dyaboli et suorum condempnatione.

Unde dicit Et viginti quatuor seniores .i. universi predicatores et doctores et ecclesie rectores tam veteris quam novi testamenti. Qui in conspectu dei sedent .i. qui semper quod divino conspectui placet considerant. Vel quorum facta deus approbat secundum id psalmiste: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Quo ad primum Et exultent iusti in conspectu dei. Quo ad secundum In sedibus suis .i. in cetibus sibi commissis. Vel in officiis ut primus sicut ut in thronis hoc est in iudiciaria potestate. De quibus Mathei 19. Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me etc. sedebitis in sedibus iudicantes etc. Quibus in ad iudicium veniet cum senioribus populi sui Ysaye 3°. Ceciderunt in facies suas .i. mentes considerantes contra se humiliaverunt. Et adoraverunt deum

XI

ipsum magnificando et recta fide confitendo et omnia sibi attribuendo et ad
eum referendo qui dicit sine me nichil potestis facere Johannis xv Et de
hoc sup 2to et 4to unde glo et sumitur a gregorio moralium 3o et sup
Ezech omel viij pe ptib in facie cadit qui in hac vita culpam agnoscit
et eam penitendo deluit retro uts Retro vo cadit qui in hac vita re:
pente labitur et nescit ad que supplicia ducatur sicut cecidit heli primi
Reg in Cumulo et omnis reprobi De quibus prouerb in Via impiorum
tenebrosa nesciunt ubi corruunt Et sequitur laudis expressio cum dicitur
dicentes Gras agimus tibi domine Et in hoc pfessio beneficiorum graciarum
pro quibus gracie sunt agende et etiam pfecto laudis Vt n ait Jeronimus
Epistola x Quid melius et animo gerimus et ore pmamus et calamo ex:
pmamus deo gracias hoc nec dici brevius nec audiri letius nec intelligi
grandius nec agi fructuosius aliquid potest h ille Ad gracias igitur agen:
das deo pro innumeris donis et beneficiis omnes obligantur Vnde augustinus
lib sermonum 3o ser 188 Consideret homo quanta accepit a deo quanta mu:
nera gracie omnipotentis qui creavit quem perditum quesivit quem inventum ve:
niam dedit quem pugnantem infirmis viribus iuvit qui se periculis non
subtraxit qui vincentem coronavit quem pro nobis seipsum dedit Et ideo propheta dicere
quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi Cunctus esse no
lebat rependere volebat sed quid rependeret non habebat h ille Et Bernardus
super illud Cantic 2o leva eius sub capite meo et dextra illius ample:
xabitur me sermone 42 dicit Non ait amplexa est sed amplexabitur me
Vt noveris priori gracie a deo non ingratam ut secundam pervenerit
graciarum accionem Et subdit Disce in reddendo graciam non esse tardus aut segnis
Disce ad singula dona gracias agere diligenter inquit considera que tibi
apponuntur ut videlicet nulla dei dona debita graciarum accione frustrentur Non
grandia non mediocria non pusilla denique iubemur colligere fragmenta
ne pereant id est ne minima beneficia obliviscamur Nunquid non perit quod donatur
ingrato Ingratitudo inimica est anime exinaniens meritorum virtutum dispersio
beneficiorum perdicio Ingratitudo est ventus urens siccans sibi fontem pietatis
rorem misericordie fluenta gracie h ille Gracie ergo semper sunt agende sicut
j Cor 7o Nam ut ait Crisostomus sup Math omel 24 Optima beneficiorum
custos est ipsa memoria beneficiorum et perpetua confessio graciarum Iugiter
eum conservare facit cui collatum beneficium ante oculos semper assistit
Secundum Cassiodorum sup illud psalmi Quia misericordia tua ante oculos meos est Datur
quocumque rependi gratus ab accipiente non potest quia si gratum habuit quod gratis
accepit inquit Bernardus in epistola ad Emericum cancellarium Ergo
gracias agimus dicentes domine cuius est super omnes summa eminencia deus
immutabilis omnimoda sapiencia Omnipotens universalis omnipotencia Quem es sed immutabilis sub:
et qui eras sed eternaliter Et ut dicit hayo et Richardus Non est hic sub:
intelligi Quem venturus es sicut 5o po et in aliis locis quia loquitur hic
de fine etc Nec dixit sup regnum mundi fiet etc sed factum est Nec
dicit nisi adveniet ira tua sed advenit Et de exposicione istorum vobis
sup po Tunc ibi Quem accepisti etc Subiunguntur cause propter quas due sibi
gracie sunt agende et laudes solvende filio dei et assignantur Ait ergo Quem
dampnacio reproborum et retribucio sive glorificacio electorum Ait ergo Quem
accepisti virtutem magnam id est acceptam ostendisti mortem vincendo a
mortuis resurgendo in celum ascendendo eciam cogitando discipulos
virtute ex alto induendo omnes a mortuis resuscitando et ad iudicium
congregando Math vltimo Data est michi omnis potestas in celo et in terra
Et regnasti principe mundi eiciendo et electos regendo et ad regnum
perducendo Daniel vij dedit ei honorem et potestatem et regnum Et irate
sunt gentes id est contabuit vincentes Vnde ps Dominus regnavit irascantur populi
Et advenit ira tua id est dampnacio reprobis eterna Ira enim dei non est
perturbacio animi sed iudicium quo irrogatur pena peccati Ait augustinus lib de vera
innocencia

Et Gregorius moralium xi tractans illud Job xiii terror illius irruet super vos
dicit motus irae eius est rectitudinis eius districtio qua humanae praevari-
catur. Et quod dicatur iratus est non est sic intelligendum quod irascatur deus
sicut homo sed sic videbitur reprobis quos dampnabit. Talis quippe in sin-
gulorum conspectibus erit qualem eum videbunt. Unde in mentibus ele-
ctorum videbitur benignus, in mentibus reproborum iratus. Ut pulcre de-
ducit beatus Gregorius 22 moralium tractans illud Job. 40. Disperge superbos
in furore tuo. In extremo inquit iudicio in semetipso incommutabilis
manens nulla vicissitudine aut mutabilitate variatur. Unde illud Sap.
Tu autem domine cum tranquillitate iudicas. Sed tamen electis aut reprobis
nequaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur. Quia tranquillus iustis
et iratus apparebit iniustis. Testem namque conscientiam intus semetipsos deferunt.
Unde eorum mentes eque unum respiciet. Sed non equaliter modificabunt.
Quia istis eum benignum ostendit auctoritas iustitiae. Et illis terribilem culpa.
Quorum pavorem quibus explicet cum contingit miseris, et intus se cul-
pas cernere et contra se iustum iudicem videre. Cernit hoc nimirum quotidie
in usu vitae praesentis agitur, ut de qualitate veturi iudicis mortalium corda
doceantur. Nam cum duo ad iudicium pergunt, alius innocentiae sibi conscius
alius culpae ad praelatum suum adhuc tacentis iudicis uterque conspicit
et tamen culpae debitor, contremiscens se iram habere ipsius iudicis perlectam
suspicatur. Quam iram sibi non iudicis conturbatio denuntiat sed reor
delicti pravitatis. Quia et si adhuc reum foris sua non clamat, intus iam
contra eum conscientia accusat. At contra iustitiae amicus decentem vultum conspicit
sed intus de testimonio bonae recordationis hilarescit. Et quo apud se quod
metuat non habet, omne quod erga seipsum est blandimentum videt. Haec ille.
Legitur et tempus mortuorum scilicet advenit iudicare id est ad iudicandum eos.
Item in alio tempus ego iustitias iudicabo ait propheta in persona dei
... unde glo. tempus id est opportunitas tam bonorum quam malorum. Ezech. vii. Venit
tempus prope est dies occisionis. Eccles. viii. Omni negotio tempus est et opportunitas.
Sed queritur quomodo ait tempus mortuorum advenit iudicare id est ad iudicandum.
Dicendum quod ibi loquitur ...
quia dicitur Johannis 3. Qui non credit iam iudicatus est. Hic autem
de iudicio reum causam et causalitatem sine contradictione ad damnatum. Hic autem
loquitur de iudicio futurum ad retributionem pro qualitate meriti. Unde sequitur
et reddere mercedem servis suis scilicet venit ad reddendum prophetis scilicet veteribus
aliis annuntiantibus vel prophetis in quibus comprehensi sunt apostoli quia pronuntia-
verunt supplicia et electis. Unde ... de quibus ait 23 Ecce
ego mitto ad vos prophetas et sapientes etc. Et sanctis scilicet aliis electis et his
metuentibus nomen tuum scilicet timore reverentiae. Hic est reverentia habentes nomen
tuum, et ideo peccare timentes, qui timor manet in saeculum saeculi. Unde ...
pusillis id est non valentibus implere quae intelligunt contra ad opera supererogationis
et magnis id est perfectis et complentibus opera supererogationis et consilia. Et
distinguit Haymo dicens Magni sunt qui bona quae intelligunt minantes
se gratia divina facere possunt. Pusilli autem qui non ea possunt implere quae in-
telligunt, quia nec locum habent. Et exemplificat dicens Ut quilibet in monasterio
constitutus vult misericordiam impendere pauperibus, vult etiam aliis sermonem praedicationis
et doctrinae impertiri, sed quia ad haec non vocatur, non illud quod intelligit
et vult opere perficere valet. Quamvis tales in uno praeterea habentur, ideo quia nulla
surripiet de imperfectione desperatio, licet non sunt omnibus attributa praedica-
Job 3. Magnus et parvus ibi sunt. Ubi Gregorius 4 moralium Quia in
hac vita nobis est discretio operum erit in illa procul dubio discretio di-
gnitatum. Ut quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retri-
butione transcendat. Unde Salvator Johannis xiiii dicit: In domo patris mei man-
siones multae sunt. Sed in eis multis mansionibus erit ipsa retributionum
diversitas concors. Quia tanta vis in illa pace nos sociabit, ut quod in se
quisque non accepit, hoc se accepisse in alio exultabit etc. Unde et ne ...

in vinea laborantes, cuncti eque denarium sortiuntur, quia una erit cunctis
beatitudo letitie, quamuis non una sit omnibus sublimitas vite. Unde psalmista benedixit
omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus. Secundo opponit hanc equalem
equalitatem reddere mercedem, quia non reddit id quod debetur, si nulli debet
deus aliquid ad Ro. xi Quis prior dedit illi et retribuetur ei. Non enim
precessit meritum electorum pro quo mercedem sunt recepturi. Gratia autem dei
vita eterna ad Ro. vi. et gratia saluati estis et hoc non ex vobis ne quis
glorietur ad Ro. xi. Dicitur secundum hanc quod ut aliquid deo demus prius
ab illo accepimus, cuius misericordia preuenit vt velimus et subsequitur vt
operemur secundum illud psalmiste Misericordia eius preueniet me. quantum ad primum
et alibi misericordia tua subsequitur me. quantum ad secundum. Itaque quod accepimus
et dei est, quia ipse dedit, et nostrum quia ab illo accepimus. Et ideo cum dominus
mercedem reddit sua ipsa dona in electis remunerat. Sub hac intelligentia
quotidie dicimus panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et nostrum est cum
ut detur petimus et fit nostrum accipiendo, quod non erit habendo. Heb. 33.
Reddet homini iustitiam suam ubi Gregorius 2° moralium Iustitia nostra dicitur
non que ex nostro nostra est, sed que diuina largitate fit nostra, propter quod et
panem nostrum dicimus et tamen ut detur oramus. Noster quippe est
cum accipitur, qui tamen dei est quia ab illo datur. Et dei ergo est ex munere
et nostrum fit veraciter per acceptionem. 1 Cor. 4. Quid habes quod non accepisti.
Considerando ergo primum gratie vita eterna est ex gratia. Considerando vero
cooperationem liberi arbitrii cum gratia et finalem perseuerantiam ex 2ª gratia
vita eterna dicitur merces 2 ad Thi. 4 Reposita est mihi corona iustitie
quam reddet mihi iustus iudex. Et de hoc augustinus in libro de gratia
et libero arbitrio. Tertium. Et filiis temporibus aduenit exterminandi eos qui
corruperunt terram et carnem suam maculauerunt diuersis vitiis et peccatis
male viuendo vel aliis male viuendi exempla ostendendo. Genesis vi. Ecce ego
ad te morbus pestifer qui corrumpis omnem terram. Genesis vi. Omnis caro corrum-
perat viam suam super terram. Unde et nomen malignum spiritus est exter-
minans vt dictum est supra ix. Apoc. Qui sunt exterminati extra ecclesiam
militantem quantum ad meritum iustitie quo caret. Exterminauit eos
apostolus de sibi dicit psalmista. Et sunt exterminandi extra ecclesiam triumphantem
vt dicitur hic x a terra viuentium separabuntur et ab hereditate sanctorum
exilio eterno damnatorum punientur. Leuit. 29. Vendidimus in exterminium
impios. Et Judith 4 Clamauerunt filii israel unanimiter ad dominum ne da-
rentur ciuitates eorum in exterminium. Et per hoc qualiter finaliter retribuetur
bona bonis et mala malis, licet hic bona temporalia et mala sunt vtrisque communia
et de hoc augustinus in primo libro de ciuitate dei c. 4. Vnde propter istud verbum vltimum
quod adueniet tempus exterminandi reprobos dictum est c. 8. Ecce 3 ve veniet
cito secundum Richardum. Et quia omnes astabimus ante tribunal Christi ut referat vnusquisque
propria corporis prout gessit. 1 Cor. 4. Ideo singuli debent se preparare et examinare
conscientias suas cum prudentibus virginibus. Tunc reddet deus mercedem suis
et sibi supereminente dignitate quia seipsum. Gen. xv. Ego protector tuus et
merces tua magna nimis. Reddet mercedem superfluentem copiosam. Math. 5to
merces vestra copiosa est in celis. Dicit reddit mercedem inestimabile eternitate
merces autem dei manet in eternum. Eccli. xviij. Luce vi°. mensuram bonam et
confertam et coagitatam et superfluentem dabunt in sinum vestrum. 4 Ultimo
merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua. Augustinus. Bona remu-
nerationis celestis dici cogitari vel intelligi vt sunt. Nullus potest corpore vestitus
multo autem meliora et maiora sunt quam cogitari vel intelligi. Unde
scriptum est quod oculus non vidit nec auris et cetera. Ysa. 64. 1 Cor. 2. Regum
enim celeste dicitur omni fama maius, omni laude melius, et omni gloria
excellentius. Aliqua autem minus dici et cogitari ut sunt nemo potest. Maiora
quippe sunt valde quam dicuntur et cogitantur. Regnum itaque dei plenum luce
claritatis veritatis sapientie glorie honestatis dulcedinis melodie letitie
beatitudinis perhennis, et omnis boni ineffabilis quod nec dici nec cogitari potest.
At contra locus inferni plenus est tenebrarum discordie miserie turpitudinis
amaritudinis doloris pestis flammis ignis inextinguibilis et stratus (?) perhennis

In regno dei non invenitur nisi quod placet delectat et satiat. At contra in
inferno nichil videtur ut sentitur nisi quod displicet offendit et cru-
ciat. Omne bonum in regno dei habundat et nullum malum. Omne
malum habundat in carcere dyaboli et nullum bonum. Ve igitur illis
qui subire hec omnia mala et sine fine merentur pro delectabi-
libus hore spatio. Arridendus est igitur quisquis hunc mundi caducam
fragilitatem et inutilem carnis voluptatem diligit et querit eterna glo-
ria contempta et neglectis regni celestis ineffabilibus gaudiis. Hoc co-
mercium insipientum est valde et insanorum et certe non habentium sanum
mentis vel sanum sensum pro unius diei deliciis centum annorum penam
eligere et tam miseri et sine ulla sapientia voluptatem carnis sequentes
non vitant ut fugiunt intolerabiles penas. Non centum annorum licet
milies mille sed sine fine seculorum pro xl vel lx annorum deliciis
vel qualibet corporali delectatione. Fortiter ergo carnali resistendum est voluptati
fortiter contra fallaces mundi blanditias pugnandum est. Et contra multi-
modas sathane suggestiones vigilandum omni studio. Lata via secul-
vitanda est que ducit ad mortem. At vero toto cordis desiderio
adeunda est via angusta que ducit ad vitam. Via hec angusta est
via abstinentie castitatis humilitatis et omnis religionis. Quia via Christus
ante nos ambulavit et eam attrivit. Qua via ad suum regnum intravit. Cum
et nos vestigia sequimur donec per eum eandem viam ad urbem regiam
perveniamus in qua ipse regnat. De qua urbe quicquid homo dixit
est quasi stilla de mari vel scintilla de foco. In qua urbe fulge-
bunt iusti sicut sol in perpetuum.

Et apertum est templum dei in celo. Et visa est archa testa-
menti eius in templo. Et facta sunt fulgura et voces
et tonitrua et terre motus et grando magna. Capitulum xi
libri apokalipsis

Beati Johannis apostoli continuatur et ad precedentia enarratis primis tribus
visionibus. Hic incipit quarta scilicet de pugna mulieris et draconis. Prima enim
visio fuit de correptione ecclesiarum. Secunda de apertione libri et sigillorum. Tertia de
institutione predicatorum et predicandum. Ista vero visio est de predicta pugna
et descriptione pugnantium. Et satis competens est ordo visionum. Prima enim
est argutoria per correptionem septem ecclesiarum Asie movens ad penitentiam
per affectum doloris. Secunda est consolatoria per revelationem misteriorum et aperta
sigillorum et secretorum universalis ecclesie movens ad amorem per affectum
gaudii. Tertia est minatoria per clangorem angelorum et damnationem reproborum
in septem ordinibus movens nos ad terrorem per affectum timoris. Hec
quarta est exhortatoria ad pugnam contra victorem mulieris ut animet
nos ad victoriam per affectum spei. Unde patet quod iste quatuor visiones
Johannis generant quatuor affectiones anime ordinatas in deum. Prima dolorem
de peccatis. Secunda gaudium de beneficiis. Tertia timorem de penis. Quarta spem de
victoria obtinenda. Quatuor ergo visiones iste respiciunt statum ecclesie
tres autem ultime que sequuntur istam respiciunt specialiter finalem statum
de quo iam aliqua dicta sunt in apertione quinti sexti et septimi sigilli
durat autem ista visio quarta usque ad capitulum xv. Et dividitur in duas partes.
Primo ponitur antecedentium templum pugnam et pugnantium commissio. Secundo pugnantium
et pugne descriptio ibi. Et signum magnum et cetera. Antecedentia ponuntur tria scilicet
templi apertio archeque visio et aeris mutatio. Quantum ad primum dicit
et apertum est templum dei in celo. Templum secundum Haymonem intelligitur
corpus Jhesu Christi. De quo ipse Judeis dixit Johannis secundo Solvite templum hoc
et in tribus diebus excitabo illud. Non ecclesia exponendo id dicit. Hoc
autem dicebat de templo corporis sui. Sive Jhesus Christus intelligitur secundum Remigium
Sive redemptionis mirabile sacramentum secundum Richardum. Quod est apertum
quando mediatorem dei et hominum in mundum venientem iustum est agnitum.
prima ad Thymotheum 3. Manifeste magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum
est in carne. Ad Hebreos 1. Multifarie multisque modis olim deus loquens

patribus in prophetis Novissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Apo. v°
leo de tribu Juda aperuit librum et Apoc. xxi Ecce tabernaculum dei
cum hominibus. Levitici xxvi. Ponam tabernaculum meum in medio vestri
Baruch 3° Post hec in terris visus est et cum hominibus conversatus est. Templum
enim dicitur est tectum amplum Aug. Ysid. lib. xv Et ethimologia a
theos quod est deus et platea quasi dei platea. Ps. cxxxvij Adorabo ad templum
sanctum tuum. Et finaliter hoc templum est apertum quando latus eius fuit perfossum
Joh. xix. Apertum est autem hic celo et manifestatum est misterium Christi
latens prius in scriptura. Nomine namque celi convenienter intelligitur
scriptura sacra. Hic luminare maius novum testamentum, et minus vetus testamentum
et stellas et singulas suas vel sanctorum expositores. Hic et eorum partes
scilicet quatuor modos exponendi. In quo celo fuit clausum templum quando
sub figuris latuit divine incarnationis misterium. Sed est apertum quando veritate
veniente in medium figura cessit. Sic evanescunt tenebre aurora
ascendente. De quo celo dicitur in Ps. Extendens celum sicut pellem, quia dilatans scripturam per multiplicem expositionem. Unde Danielis xij. Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia. Consummata est autem apertio huius
templi in celo, quando sexta etate, sexta die, sexta et nona hora. Sexto
verbo in cruce prolato. Filius hominis quibus est completum. Fertur enim
quod illa hora qua dominus ambulavit ad auram post meridiem et adam
de paradiso [expulit] exulavit. Eadem hora Christus salutaris hostia celi
reserans ostium, patri commendans spiritum in cruce expiravit. In cuius ho-
stie immolatione facta est apertio et manifestatio gestorum patriarchalium
in quibus significabatur sacrificiorum legalium quibus figurabatur vaticiniorum
prophetalium que ipsum prenunciabat et oraculorum celestium que ipsum pro-
mittebat. Ut ait Ypo... de gestis patriarchalibus refert. Christus fuit
in adam fenestratus, et tunica pro mortalitate pellicatus. In abel
occisus, in Noe nudatus super lignum, in Ysaac colligatus, in Jacob
persecutionem passus, in Jozeph venundatus. Cuius gestis in Christo manifestatis
hec gesta sicut et vetus testamentum parum valent. Aug. Contra Faust. xvi et xvii
de ci. dei. nisi quod testimonium perhibent de Christo. Et sunt figura novi
testamenti. Verbi gratia ad hoc facta est Ade fenestratio ut sicut de latere
Ade dormientis formata est Eva. Sic de fenestrato latere Christi dormientis
et morientis formata est ecclesia, De vulnere formata est Eva mater
[dormientium] morientium, De mortalitatis sanguine cementata est ecclesia mater vere
viventium. Cuius sacrificia etiam legalia fiunt in morte Christi manifestata.
Erat enim Christus ille pascalis agnus qui ymolabatur, ille vitulus qui in
lege occidebatur, ille panis qui in craticula assabatur, et illa vacca rufa
que extra castra cremabatur. Quorum et consimilium sacrificiorum multi-
plicem festationem et consummationem tangit apostolus ad Hebr. x di. bona oblatione
consummavit in eternum sanctificatos. Hoc salubre documentum possumus
accipere, quod ad hanc oblationem sanctissimam et ad altaris sacrificium. Cum
magna munditia debemus accedere, cum sacrificia veteris legis figuralia
et non realia cum tanta videamus reverentia tractata fuisse. Caveant ergo
et phylargirie fervent que luxurie immunditia irretiti, ne ad hanc
oblationem altissimam indigne presumant accedere, ne justificatione perpetua
digne accedentibus per apostolum promissa. In fine reperiant se privatos.
Facta sunt insuper prophetalia vaticinia in ipso aperta. Hunc enim previdebat
Jacob, dum Gen. 49 dicebat lavabit in sanguine uve pallium suum.
In huius persona dicebat Jeremias c° xii. Dedi dilectam animam meam in
manibus inimicorum. Hunc limpide contuebatur Ysaias 53 c° Sicut ovis
ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non
aperiet os suum. Istum non minus nominabat quem previdebat Daniel cum
dicebat c° 9° Post ebdomadas 62 occidetur Christus. Cuius luminaris
de Christo prophetatus et in ipso manifestatus. Tunc intellexit prophetarum
erat occultatus, sed in Christi passione fuit reseratus. In cuius signum

velum templi scissum est in duas partes Matth. 27. quando vicit leo de tribu iuda radix david aperire librum et solvere 7 signacula eius super v. Apoc. Gregorius super Ezech. omel. ultima 2e partis. Omnia scripture misteria Christus in sua passione patefecit. quia crux clavis scripture fuit, que quia a pauris [illegible] hodie portatur. Ideo a multis sensus sacrarum scripturarum occultatur. Ubi queso vigilie ubi solicitudines circa ubi sancta et suspiriosa studia. ubi bibile reverentia. ubi continua cleri abstinentia. Cum tamen secundum Augustinum in sermone de sancto Laurencio tota vita christianorum si vivant secundum evangelium crux est et martirium. Crux ergo clavis fuit scripture per quam prophetie sunt declarate. Sic Christus predixit Luce xviii. Ecce ascendimus Iherusalem et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Facta est quod in Christi morte manifestatio celestium oraculorum. Quid enim significabat arche fabrica nisi figuram Christi secundum Augustinum xi de civitate dei. Quid scala stans in terra cuius cacumine celos tangebat Gen. 28. nisi secundum glo. humanitatem Christi stantem in terra et deitatem celos et universam creaturam immense pe:netrantem. Cuius duo latera sunt . corpus expositum suppliciis et spiritus afflictus angustiis, inter que duo latera tot sunt gradus quot sunt Christi passiones. Quid virga dividens mare rubrum ad submersionem egiptiorum et salvationem hebreorum, nisi crux Christi secundum Damascenum. Quid serpens eneus ex cuius aspectu sanabantur infirmi, nisi Christus suspensus in ligno in similitudine carnis peccati absque peccati veneno Iohannis 3. De quorum oracu:lorum apertione et consumatione dicit apostolus ad Hebr. viii. Ecce dies veniunt dicit dominus et consumabo super domum Israel testamentum novum. Super domum inquit id est eciam in lege nature inchoatam et in lege scripture di:latatam quamquam in veteri velatam et occultatam. Consumabo testamentum novum id est legem evangelicam et legem gratie in ecclesia katholica manife:statam et revelatam. Ex quibus omnibus liquide patet quod apertum est id est reseratum seu manifestatum templum dei id est redempcionis mirabile sacramentum in celo id est quod diu latebat in scriptura per gesta patriarcharum per sacrificia legalia per vaticinia prophetica et oracula celestia. Sed ecclesie nomine celi ecclesia militans significatur Ysaie ultimo. Celum michi sedes est. Et in psalmo. dominus in celo sedes eius. Habet etiam luminaria sua . luminare maius id est maiores prelatos et minus id est minores et stellas id est singulos fideles ad Phil. 2o. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vite continentes. Ezech. 43. fili hominis ostende templum domui Israel et confundantur ab iniquitatibus suis. Sic hoc celo id est ecclesia templum dei apertum est. Primo per angeli annunciationem Luce 2o. Annuncio vobis gaudium magnum quia natus est vobis hodie salvator qui est Christus dominus. Secundo per magorum adorationem et stelle demonstrationem Matth. 2o. Ecce stella quam viderant in oriente antecedebat usque dum veniens staret supra domum ubi erat puer. qui dum hic c[e]que gratis et statim intrantes adoraverunt eum. Tercio per sanctam conversationem et miraculorum operationem Iohannis 2o. hoc fecit initium signorum Ihesus in Chana galilee et manifestavit gloriam suam. Quarto per crucifixionem et lateris apertionem Iohannis 19. unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua. Quinto per eius resurrectionem et discipulorum eruditionem Luce 24. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Sexto per ascensionem et spiritussancti missionem Act. 1. videntibus illis elevatus est. Septimo per apostolorum predicationem, que tota est de Christi manifestatione. Marci ultimo illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante. templum ergo dei est secundum glosam corpus Christi. quia in eo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter Coloss. 2o. Quod quoniam templum dei apertum est in celo, quia in ecclesia hoc misterium predicatur. Quid autem secutum sit apertum huius templi dei in celo id est patefactionem et consumationem huius admirabilis et ineffabilis misterii declaratur cum subditur. Et visa est archa testamenti eius in templo. per archam testamenti secundum expositores quosdam intelligitur ecclesia quia pacta nostre salutis dispensatrix in Christo circa aggregatur. que multo vocum

archa testamenti quia dum testamentorum sz contrarium · non in tabulis lapideis
sed in tabulis cordis Jeremie 31 Et in ipsa est urna aurea habens mannam
id est corpus Christi · in quo est panis verus qui de celo descendit Johannis vi vel
id est divini verbi sapientia pabulum anime continens Mathei 4 Non in solo
pane vivit homo etc. Ibi est etiam virga Aaron id est dignitas regalis sacer:
dotii quod illa virga significabat quia et illud sacerdotium in figura expressit
significabat id est regale sacerdotium quod nunc agitur in ecclesia prima 1° dicit Petrus
in canonica vos estis regale sacerdotium Et hec archa que vectibus portabatur
quia ecclesia quatuor circulis erudit et vehitur per universum mundum Et huius
arche figura fuit archa legalis de qua dicitur Exodi 24 Archam de
lignis sethim compingite etc. de qua etiam ad Hebreos ix · Apertum ergo templo
dei in celo · visa est archa testamenti eius in templo · quia Christo moriente du
latus eius lancea perforatur misterio sanguinis et aque ecclesia edificatur
In cuius rei figura mulier de latere viri dormientis fabricata esse describitur
Genesis 2° secundum Haymo Et ait Richardus Cognito misterio assumpte hu:
manitatis · ecclesia in qua continetur manna spiritualis gratie et virga recte
iustitie et tabule omnimode sapientie et scientie · contemplata est ab hominibus Vel ille
Vel per archam ipse Jhesus Christus et eius sacramenta significantur · que tri"
diu latuerant sub figuris Unde moriente Christo · velamine sanctuarium
est amotum et veritas patefacta et sacramenta de eius latere defluxerunt
Christus autem dicitur archa · quia illa in se habet veraciter que fuerunt in archa
figuraliter sed tabule testamenti sive testimonii · quia de patre nobis fidele
testimonium perhibuit et de nobis patri Apocalypsis primo Qui est testis fidelis Job
xvi° Ecce enim in celo testis meus et conscius meus in excelsis Est enim etiam
in eo virga id est vera disciplina de qua Psalmus Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt Ysaye 53 disciplina pacis nostre super eum cuius li:
vore sanati sumus Fuit etiam in eo urna aurea plena manna id est
celestis doctrina divina consolatione plena ad Colossenses 2° In quo sunt omnes
thesauri sapientie et scientie dei absconditi Visa est ergo archa testamenti eius in
templo id est sapientia dei et intelligentia scripture manifeste visa fuit in Christo
qui librum aperuit et legit in eo Luce 4° et qui aperuit oculos suorum dicens
Beati pauperes Mathei 5 Et subditur contra antecedens pugna cum Christo et facta
sunt fulgura Secundum Haymo et alios expositores communiter · per fulgura
miracula designantur · quibus incredulorum mentes percussit Peractis
mox superbie cordibus conuiciati se subdiderunt Fulgur enim terrorem
incutit ac subita choruscatione Virtutem humanam debilitat ait antiquus
est enim fulguris splendor cum percussione ait Gregorius xv moralium Unde Psalmus
Fulgura multiplicabit et conturbabit eos Et alibi illuxerunt choruscationes
tue orbi terre · vidit et contremuit terra Et hec fulgura id est miracula
necessaria fuerunt ecclesie novelle · que magis indigebat potu lactis quam solido cibo
visio id est miraculorum · fuit quippe potius · ducens eorum predicationibus per
membra ecclesie · ut sic fieret eius incrementum · Dicuntur ergo miracula fulgura
propter stuporem ammirationis admirationis propter splendorem veritatis propter fervorem
singularitatis propter fervorem caritatis · et propter visionem amoris Sunt enim
fulgura quedam secantia sive dissipantia · quedam urentia · quedam ferventia
Sic et miracula primo secabant sive dissipabant · quia videres a peccatis
et infidelitate separabant peccata ferebant · quia peccata que prius placebant
peccata ferre et displicere faciebant · Et demum urebant · quia ad amorem
Christi accendebant Et voces scilicet facte sunt id est predicationes et exhortationes
ecclesie Apocalypsis 4to de throno procedebant fulgura et voces Et sicut ait
prius fulgura · deinde voces · quia prius apostoli et predicatores miracula faciebant
et sic ad nova credenda loquendo suos auditores invitabant Actuum v°
Per manus apostolorum fiebant signa etc. Unde Petrus prius ad portam spe:
ciosam claudum sanavit · Et deinde iudeorum mentes ad fidem verbo exhor:
tationis informavit Actuum 3° Quidam autem libri habent Et tonitrua · per
que secundum Haymo et alios expositores significantur predicationes terrentes
de divino iudicio et eterno supplicio · sicut dictum est supra 8 4to Post voces ergo

fuit tonitrua quibus hii qui forte miracula conspexerunt et verba predicantium despiciunt ‖ exhortatum
terrore undique et eterni supplicii terrantur. Et terre motus scilicet factus est
per quem ingens concursus significatur que excitata est contra sanctos sicut ex-
positum est supra viii° Et grando scilicet facta est per quam terrentur gau-
dentes concursum que bene sequitur post terre motum. Grando quippe ta-
cito suo fulgetis terre virentia frangit et penitus ledit. Et tamen
suo facto terram humectat et uberem reddit. Sic nimirum per in-
pera ligniefacta terram humectat et uberem reddit. Sic nimirum prin-
cipes huius seculi, dum sanctos persequebantur et affligebat et novellas fra-
gebant et ipsi pariter confringebantur et ad nichillum redigebantur, que vir-
gebant et ipsi pariter confringebantur et ad nichillum redigebantur. Qui virgas
scilicet quod gravitatem in ictibus. Plures enim ex eis qui etiam persequebant
ad fidem conversi ceperunt pati que prius aliis inferebant. Hec circa fru-
ctificare in bono opere et virtutibus augeri in tribulacionibus. Exodi i. Quanto magis
affligebantur etc. et crescere cepit in fide ut ait Ambertus et hanc sup.
Exodi ix. Grando percussit universam terram Egypti. Sicut vero Richardus
et glo. post fulgura et voces terre motus factus est quia per miracula
et predicamenta apostolorum quidam moti sunt ad conversionem, quidam ad persecucionem.
Johannis ix. Quidam dicebat quia bonus est. Alii non, sed seducit turbas.
Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Circa hoc quod dicitur et facta
sunt fulgura. Utrum Christo non faciente miracula visibilia homines cre-
dere tenerentur. Et videtur quod non. Arguitur non sic. Hoc ad quod tenentur peccat
Sed si homines non crederent Christo non faciente miracula visibilia non pecca-
rent. Dicit enim ipse Johannis xv. Si opera non fecissem in eis que nullus
alius fecit non haberent peccatum, et loquitur de peccato infidelitatis secundum Augustinum.
Ergo si Christus visibilia miracula non fecisset, homines ei credere non tenerentur.
Item nullus potest mutare legem nisi legislator vel eo superior. Sed Christus
predicavit quedam que ad oblivionem veteris legis videbantur pertinere
sicut quod tibi non inquinaret hominem etc. et quod liceret in sabbatho operari. Ergo
si non probasset se esse legislatorem non fuisset ei credendum. Sed hoc non
potuisset fieri nisi per miracula. Cum autem legislatorem primum scilicet Moysen
multa miracula processerunt. Ergo Christo non esset credendum nisi miracula fecis-
set. Sed contra magis obligantur homines ad credendum per veritatem quam ad cre-
dendum visibilibus signis. Sed licet Christus miracula non fecisset, ipse
tamen verus deus existens prima veritas erat. Ergo etiam si miracula
non fecisset adhuc erat ei credendum. Item gratia unionis est maior quam
gratia gratum facientis et adoptionis. Sed miracula non suffecerunt probare gratiam
gratum facientem, ut patet Mathei vii his qui Christo dicent in iudicio
Domine in nomine tuo multas virtutes fecimus. Respondebit Non novi vos.
Ergo multominus miracula sufficerent ad probandum gratiam unionis. Si
ergo sine miraculis homines Christo credere non tenerentur, neque etiam miracu-
la facta tenebantur ei credere dicenti se esse deum. Quod patet esse falsum.
Respondeo dicendum secundum doctorem sanctum secundo de quolibet q. 3 ar. 1. Nullus tenetur
ad hoc quod est supra vires suas nisi per hunc modum quo sit sibi
possibile. Credere autem est supra potentiam hominis naturalem. Unde provenit
ex dono dei secundum illud Apostoli ad Ephesios v. Gratia salvati estis per fidem
et hoc non ex vobis. Dei enim donum est. Et ad Philippenses i. Dicit Vobis
datum est non solum ut in ipsum credatis sed ut pro ipso patiamini.
Homo igitur tenetur credere secundum quod ad credendum adiuvatur a deo. Adiu-
vatur autem aliquis a deo ad credendum tripliciter. Primo quidem per interiorem vocationem
Johannis vi. Omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me. Et ad
Romanos viii. Quos predestinavit hos et vocavit. Secundo per doctrinam et predicationem
exteriorem secundum illud Apostoli ad Romanos x. Fides ex auditu est, auditus autem
per verbum Christi. Tertio per exteriora miracula. Unde dicitur i. Corinthiorum xiv. quod signa
data sunt infidelibus ut scilicet per ea provocentur ad fidem. Si autem
Christus visibilia miracula non fecisset adhuc remanebant alii duo modi
attrahendi ad fidem, quibus homines tenentur credere. Tenebantur enim ho-
mines credere legi et prophetarum auctoritati. Tenebantur etiam non resistere interiori
vocationi

Sicut Ysayas de se dicit dominus aperuit michi aurem ego autem non contradico retror-
sum non abii Ysaie l° Sicut egregio de quibusdam sanctis Stephanus dixit
vos autem spiritui sancto resistitis Act vii Ad primum ergo dicendum quod inter ista opera
que xpus in hominibus fecit erat annunciare de interiori vocatio qua quosdam
attraxit Sicut dicit Gregorius in omelia de Maria magdalena quod eam quam per
miraculum traxit interius qui per clementiam eam foris suscepit De erat
eius annunciare doctrina tamen est dicit dicit Si non venissem et locutus
eis non fuissem peccatum non haberent Johannis xv Ad secundum dicendum quod xpus poterat
se ostendere legislatorem non solum faciendo visibilia miracula sed etiam per
auctoritatem sacre scripture et per interiorem instinctum Ad secundum dicendum quod interior
instinctus quo xpus poterat se manifestare sine miraculis exterioribus
pertinet ad virtutem prime veritatis qua interius hominem illuminat et docet
Ad tertium dicendum quod miracula visibilia fuit virtute divina ad confirmationem
fidei Unde de apostolis dicitur Marci ultimo quod predicaverunt ubique domino cooperante
et sermonem confirmante sequentibus signis Non alit quod miracula fiunt ad de-
monstrandum gratiam eius per quem miracula fiunt et ideo potest contingere
quod aliquis non habens gratiam gratum facientem miracula faciat Sed hoc contingere
non potest quod aliquis falsam doctrinam annuncians vera miracula faciat que
non nisi virtute divina fieri possunt Sic enim deus esset falsitatis testis quod est
impossibile Cum ergo xpus se filium dei diceret et equalem deo hanc eius
doctrinam comprobabant miracula que faciebat Et ideo per miracula
que faciebat xpus ostendebatur esse deus Petrus autem licet eadem vel
maiora miracula fecerit non probatur esse deus sed etiam per ea probabatur
quod xpus esset deus quia Petrus non predicabat seipsum sed tamen xpum esse deum
Et Nota quod illud verbum visa est archa testamenti in templo eius
convenienter etiam potest exponi de maria virgine matre dei Et secundum hoc in hijs
verbis figurantur tria primo figuratur sancte matris immaculata constitudo
ibi archa testamenti Secundo eiusdem ob thori castitatem extra et miracula cui-
dentis manifestatio ibi visa est Tertio sancte etiam extensa latitudo sive
deo dedicatio ibi in templo Dixi primo quod in hoc quod dicitur archa testamenti
significatur virginis matris immaculata constitudo dicitur enim archa ex eo
quod aliquid archanum in ea poni debeat Vel secundum Ysidorum libro xv ethymologiarum capitulo xiii
dicitur ab arcendo eo quod arceat visum circumstantium ab hijs que continentur
in se Similiter et archanum dicitur a quo arcentur Et hoc convenienter adaptatur
Marie propter quod xpus ei dicit Ysaie xx Secretum meum michi Nam in ea
fuit deus absconditus Ysaie xlv Et quoad singulas arche proprietates
convenienter potest per archam Maria significari Considerando enim materiam fuit
munda et pura Considerando formam fuit speciosa Considerando figuram
fuit quadrata Considerando contenta fuit preciosorum continentia Conside-
rando effectus fuit virtuosa Dicitur enim exodi xxv fecit Bezeleel ar-
cham de lignis sethim habentem duos semicubitos in longitudine et cu-
bitum ac semissem in latitudine altitudo quoque unius cubiti fuit et di-
midii Vestivit quoque eam auro purissimo intus et foris et fecit illi co-
ronam auream per gyrum Et talis fuit spiritualiter beata Mater dei
Nam fabrica illius arche nativitatem indicabat Marie ex quatuor Ex
auctore unde fecit bezeleel Ex fine archam Ex materia ibi de lignis
sethim Ex forma tum ex dimensionibus tum ex opposito unde dicitur habentem
duos semicubitos Et ex ornatu ibi vestivit quoque eam etc Videamus auctorem
fecit Bezeleel quod interpretatur umbra dei seu misericordia dei et bene Nam sicut
umbra refrigerium est contra rigorem punientis que quidem excitaret nos et con-
sumeret nisi misericordia dei nos protegeret Unde Jacobus apostolus in canonica
loquens de iusticia dei et rigore dicit Exortus est sol cum ardore et arefecit
fenum Sol id est xpus sol iusticie exoritur id est extra se oritur quando punit
et extra se est punire cuius proprium est misereri semper et parcere Sed in iudicio
veniet cum ardore et arefaciet fenum id est carnales in medio gehenne

per ex perspectiva quod umbra venit ex opposito corporis opaci ad lumen. Non enim erat umbra que se opponeret inter hominem et ipsum solem iusticie ante adventum Christi, propter quod omnes orabant, sicut dicitur in psalmo. Fiant sicut fenum tectorum etc. Propterea Gabriel missus est gabriel angelus ad mariam nube intuitu dicens, hoc est nubem humilitatis intuitus ad faciendum umbram. Unde dicens: virtus inquit altissimi obumbrabit tibi, hoc est eius natura et eius propria virtus inquit. Sic igitur huius auctore huius arche. Nam autem primum est inferi. Sic igitur ... auctore ... arche ... confecta est. In illa malus archa ut videamus fine quam est primum in zoe confecta est. In illa malus archa ut in ea reponetur quoddam divine opacitatis archanum. Virga in memoriam liberationis ex egipto, manna in memoriam refectionis in deserto, tabule in memoriam dationis legis in monte. Sic et archa nostra spiritualis de qua dicitur in psalmo: Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificationis tue. hoc fine condita est, ut in ea reponetur precium nostre liberationis quod quidem est intus. Sic ut placuit deo, ut sicut erant res tres in una natura creata, sic essent res tres in una persona divina, divina spiritualis et corporalis. Divina scilicet deitas que increata. Spiritualis scilicet anima que creata. Unde sapientia dicit: ab initio et ante secula creata sum et usque ad futurum seculum non desinam. Corporalis que formata est a tota trinitate excellenti et hec quo ad animam. Corporalis que formata est ex sola ... virginalis. Unde filius dei patri cuius opera sunt inseparabilia ex sola corporis virginalis. Unde filius dei ... dicit Ysaie 49: formans me ex utero servum sibi. Per virgam natura divina designatur. Nam virga eius ipse dei filius est dei virtus. Unde in psalmo: virgam virtutis tue emittet dominus ex syon. ~~Per virgam vero natura divina designatur. Nam virga eius ipse dei filius est dei virtus unde in psalmo.~~ Per tabulas in quibus erat lex divina scripta designatur natura spiritualis creata scilicet anima. Et bene per duas tabulas designantur duo que sunt in anima scilicet intellectus et affectus. Nam in eius intellectu quasi in una tabula scripta erat omnis veritas, in affectu velut in alia tabula omnis bonitas. Et dicitur lapidee propter confirmationem, quia intellectus non poterat declinare in errorem et affectus in malum. Per manna corporea natura que quidem habuit tantam adiacentem. Hec est fragilitatem assumptam. Tamen hoc manna et ipsa corporea natura purissima fuit ab omni labe peccati propter penalitates fuit eciam passibilis. Ideo constat dulcedinem refectionis. Sapientie xvi paratum panem de celo prestitisti eis etc. quem petimus dicentes: panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Sic et sinus beate virginis que propter hoc nata est, ut in ea reponetur nostre redemptionis archanum. Ideo dicitur archa, quam clausit ille qui claudit et nemo aperit. Apocalypsis 3. Quedam enim ponuntur in archa ad custodiendum et celandum. Sic et Christus in hac archa custoditus fuit et celatus a dyabolo et suis principibus, quia si enim cognovissent numquam dominum glorie crucifixissent. 1 Cor. 2. Et ita redempti non essemus. Dives archa in qua fuerunt omnes thesauri sapientie et sciencie absconditi. Colossenses 2. Unde quidam ei dicit: Ave dives archa Christi que thezaurum effudisti quo ditantur omnia. Propter hoc ad thezaurum quem hec archa custodit in nostris omnibus necessitatibus recurrendum est ipsa mediante. Item in archa vestimenta complicantur. Sic Christus quem totus non capit orbis quasi complicatus et humiliatus ventris sub archa clausus est. Et quasi Christus fuit hec archa, propter quod dei filius exinanivit se ipsum formam servi accipiens ut ab ea capi posset. Ysaie 28. Consummationem et abbreviationem dominus exercituum faciet, quod fuit quando verbum patris unigenitum et immensum intra angusta virginalis uteri claustra claudebatur. Vestes et humanitatis eius. Job x. pelle etc. Dicitur autem archa testamenti sive testimonii, quia sicut illa figuralis archa continebat ea que fuerunt in testimonium beneficiorum indebitorum a deo collatorum. Urna aurea plena manna in testimonium quod dominus dedisset eis panem de celo. Tabule quod legem naturalem scriptam in cordibus hominum suscitaverat eis in scripto. Virga aaron quod dominus potestas a deo. Deuteronomium quod dixerunt: omnia que iusserit dominus faciemus. Sic Maria Christum in se continuit, qui nobis est in testimonium dampnationis si fuerimus ingrati beneficiis que nobis contulit incarnando moriendo etc.

vnde dicit Ierem. 29 Ego sum iudex et testis dicit dominus. Et Malach. 3
Accedam ad vos in iudicio et ero testis velox maleficis. Deutro. 31
Tollite librum i. filium dei. qui est liber vite. et ponite in latere arche
i. in ventre marie. vt sit contra vos in testimonium. quod factum est. quando
femina circumdedit virum i. maria concepit xpm. in quo fuit ut dictum
est vrna i. corpus xpi continens manna i. dulcedinem deitatis et eterne
fruitionis. virga qua ius regni ad eum pertinebat tamquam ad heredem
Item tabule et deutronomium i. secunda obseruatio legis. quia ipse est sacerdos
metum cuius est scire legem Malach. 2. Vel in ipso sunt tabule te:
stamenti. quia ipse est nobis instructio et forma viuendi. Omnis n. eius
actio nostra est lectio. Item virga quo ad peccatorum penam correptio
Et manna quo ad filiorum dulcem et blandam consolationem. Secundo
hec ratione per humilitatem incarnationis. Aurea propter mundiciam assumpte
humanitatis. quia aurum metallorum omnium mundissimum. Et propter caritatem
qua factus est pro nobis homo. Et propter obedientiam quam exhibuit patri
formam serui assumendo. Et propter sapientiam que significatur tamen in auro
Et in hac quia tamen vrna erant tabule testamenti Deutro. 9. hec
cum cherubim propterea solent in auro describi. Mundicia sapientia caritatis
et obedientia. Contra videndum de materia huius arche. dux autem fuit eius
materia scilicet ligna sethim et aurum purissimum. duo namque sunt in ea
ex parte matris scilicet caro et spiritus large sumendo materiam. Dicebatur enim
legimus per ligna sethim que sunt imputribilia. designatur eius
caro que numquam sensit corruptionem concupiscentie vel putrefactionis. Per aurum
spiritus eius refulgens perfecta sapientia et thesaurum deitatis. que per
aurum significatur vnde Cantic. 5° Caput dilecti aurum optimum
In hoc autem quod fuit interius deaurata. notatur puritas cordis eius
vel dilecto dei In hoc quod exterius verecundia virginalis vel dilecto
proximi. quorum gloria super aurum Eccli. 7. Vel intelligibilius Sethim
vt dicitur in historia super Exodum. non est montis et regionis et arbore
nobilissime orientis parue. pulcre. leuis. fortis. imputribilis. incre:
mabilis. albe spine similis in foliis. Et interpretatur spine vel germina
seu penitentes alit resurrectos eorum. Et hic per hoc significatur maria
que pro et cum filio. sensit multiplicem tribulationem punctionum. Per eam
autem i. per orationis eius merita. resurgimus a peccato Germinamque bene
incipiendo. per eam ponimur in terra inite tandem ponendi in ce:
lesti edificio. Fuit autem India nobilis gente. nobilior omnium terrarum natu
plenitudine. Sed nobilissima ex eo. quod xpus verus oriens qui nos
visitauit ex alto. dignatus est ex ea oriri nasciturum homo. pulcre propter
plenitudinem totius honestatis Vn Eccli. 6. Decor n. vite est in
illa. parua per simplicitatem humilitatis vel etiam paupertate. quia fuit
simul in vnum diues et pauper. Quidam tamen dicunt quod hec arbor
vsque ad maximam crescit quantitatem. Et leuis per contemptum totius
terrenitatis. Dilecto n. terrenorum reddit animam ponderosam. Ps. 4.
Filii hominum vsquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem et q. m.
i. temporalia. Vel etiam leuis virtutum viuacitate que sunt ignee non
et ideo leues ab effectu. quia animam sursum tenuit et impellunt. quia locus
ignis non est deorsum. Fortis in conseruando propositum virginitatis. accin:
xit fortitudine lumbos suos et terruit angelum. Quomodo fiet istud quoniam
virum non cognosco i. propono numquam cognoscere. Et in proposito perseuero
Ysaie xl Forte lignum et imputribile sapiens elegit artifex. Impu:
tribilitas autem sethim probatur per archam noe. que adhuc durat
in montibus armenie. secundum ysidorum. Maria autem fuit imputribilis per
extinctionem fomitis in filii conceptione. quam peccata non infestauerunt
primi motus procedentes a fomite. contra illos qui dicunt eam in ori:
ginali conceptam. Similiter n. alius ab ea dicere potest illud Job 19° In:
duta est caro mea putredine. Ipsa vero de se et suo sponso dicit Cantic. 1°
Tigna domorum nostrarum cedrina. quia non fuit corpus eius resolutum
in elementa. Sic n. dominus non dedit sanctum suum i. xpm videre corruptionem

Sic ut sanctam suam spalem x mariam. Unde quidam alsit ut h credam
q pls sit putrida quam veteris hymnei que mater aula dei fuit enim
imputribilis x absque fermento invidie et corruptio. prov. xiiij. putredo ossium
invidia. Joh͡elis i° Computruerunt iumenta in stercore suo. Incremabilis
sed absque furore totius latitudinis et unitatis albe spine similis in foliis
et in verbis et mansuetissima correctione aliene pbesitatis. Vel de gustion
Theophili est lenigata complanata et quasi dolata artifice spiritussancti
vel etiam per quem similis est architectus. qui concepta est in utero inter
et nata sine pondere originalis. fuerunt enim sibi lig. fortia per patiam
impiis et verecundia. tendidit per omnem puritatem et inhorrentiam
Unde albe albe spine filia describitur h ligna x maria. quam hec
ligna designant. Sicut videndum est de forma per quam insinuatur
theologice virtutes fides in longitudine. spes in altitudine. caritas
in latitudine. dicit ergo habentem duos semicubitos in longitudine. lon-
gitudo est linearis protensio in linea duos accipimus terminos a quo
et ad quem. Sic et in fide. tunc a quo est enigmatica cognitio. ut in
illud apostoli. i. Cor. xiij. Videmus nunc per speculum et in enigmate
sed tunc ad quem est cognitio per speciem. Isaie vij et in alia littera
nisi credideritis non intelligetis. i. ubi cognoscetis. Hec dicitur
habere duos semicubitos quasi imperfectos. quia videmus nunc per speculum
et ex parte cognoscimus. Cum autem venerit quod perfectum est
evacuabitur quod ex parte est. et erit quasi plenus cubitus. La-
titudo est superficialis extensio et superficies habet duo latera. Latitudinem
hec accipitur caritas. cum quam concupiscibile extenditur ad amicos
et inimicos per affectum tanquam ad duo latera. Psalmus latum mandatum
tuum nimis. Et dicitur distendi per cubitum et semis. Cubitus
perfectus refertur ad dilectionem dei. qui absolute et perfecte diligendus est
et super omnia. Semicubitus ad dilectionem proximi qui minus deo. vel quia
frequenter videmus in proximo quod diligendum non est. ut peccatum. cum tamen
natura semper sit diligenda. Et ideo extensio caritatis in proximum est semicubitus.
Altitudo vero est extensio a deorsum in sursum. per quam accipitur spes
que irascibilem erigendo extendit in deum. Unde dictum est Petro quando
piscabatur. duc in altum. Luce v°. Sic dicitur predicatoribus ut per spem
erigant corda peccatorum. Et hec dicitur habere cubitum et dimidium. Et
cubitus est spes de salute premiorum ex meritis et gratia dei. sicut habent
spem illi qui gloriantur in testimonio conscientie sue. Dimidius vero
est spes premiorum ex gratia dei non ex meritis. sicut habent illi qui
sunt in peccatis. Sic igitur in ista archa spirituali est longitudo
fidei cum rationalem. latitudo caritatis cum concupiscibilem. altitudo
spei cum irascibilem. Sic et in qualibet anima sancta sed excellenter
in virgine gloriosa. Sequitur. et vestivit eam auro purissimo intus
et foris. ut scilicet appareret clara tam deo quam hominibus. et fecit illi co-
ronam auream per gyrum. Duo hic ponuntur que gloriose virginis
insinuant prerogativam. vestitio auri intus et foris. et corona posita
per gyrum. per que dantur intelligi virginitas et fecunditas in virgine
gloriosa. Virginalis castitas per aurum vacuum incorruptionis et propter
quod decet accipitur incorruptio seu integritas. dignam facit virginem
quo ad se. preciositas quo ad deum. lux seu claritas quo ad proximum
et bonam famam. fecunditas vero perducit eam ad coronam auream
eo quod mater facta est summi regis. dignum erat ut in honore congruo
sublimaretur. Et est notandum quod ista corona durabit per gyrum quod stat
imperpetuum et eternitate sue potestatis. unde ipsa dicit. Et in celum supra
potestas mea. Post ornatum sequuntur adiacentes anuli. et hic in quatuor
angulis. per quatuor anulos accipiuntur quatuor virtutes cardinales
scilicet iusticia prudentia fortitudo temperantia. Quatuor autem anguli sunt
quatuor affectus. dolorem timorem gaudium et spem. duo affectus scilicet dolor
et timor. Sunt quasi duo anguli arche ex latere sinistro et latus
sinistrum est irascibilis quasi aversione tam malum. Dolor scilicet de pterito

et mox

timor de futuro qui facit hominem timere sibi · alii duo scilicet gaudium et spes
ex latere dextro scilicet gaudia ex parte boni, propter quod dicit augustinus · de irre
parabili dolor et metus · ex conpensabili gaudium et spes oriuntur · Iuxta ergo
quatuor angulos quatuor anuli id est quatuor virtutes cardinales supponuntur · et convenienter
dicuntur · propter circulum perfectum · ut a deo in deum sit motus virtutis · quare
vero dicuntur · ad differentiam virtutum consuetudinalium quas philosophus ponit ex
frequenti bene agere acquiri et non ex gratia · Iuxta ergo angulum cordis qui
est affectus doloris · suppositus est anulus prudentie, ne dolor trahat in
desidiam · Iuxta angulum metus suppositus est anulus fortitudinis ne ti:
mor deiciat in desperationem · Et hec duo ex sinistra parte cordis · Item
iuxta angulum gaudii · positus est anulus temperantie ne homo cadat in
dissolutionem · Iuxta angulum spei anulus iustitie ne elevetur in pre:
sumptionem · quia nullus potest sperare nisi iustus · Et hec duo ex parte dextra
cordis · In hiis anulis immittuntur duo vectes · qui sunt consideratio pene
et glorie · Consideratio pene · vectis est immissus ex parte sinistra · duobus
anulis prudentie et fortitudinis · ut prudentia penam consideratam diligenter
praecaveat · et fortitudo putem libenter sustineat · ut eciam evadat · Con:
sideratio promisse glorie vectis est immissus ex parte dextra temperantie scilicet et iustitie
ut considerata primo de stola anime temperant se habeat et distribuendo unicuique
quod suum est · ad illud festinet · Ideo dicitur · pones eos in lateribus arche
et circulus omnibus patet quod in hoc quod in lectione dicitur archa testamenti · figuratur
Marie virginis immaculata sanctitudo · Et in hoc quod subditur visa est · figuratur
eius ob choruscantia extra et miracula evidens manifestatio · Probatur · ultra
viderunt eam filie syon · Nemo enim ponit lucernam sub modio · sed super can:
delabrum · Mathei v° · Hec enim archa prostravit dagon qui piscis tristicie interpretatur
et significat dyabolum · i Reg v · Et hec est archa quam reduxit david
filius dei ad gloriam cum universis agminibus celestis patrie · quod figuratum
fuit · ii Reg vi · Reduxit david archam de domo obeth edom gethei
et erant cum eo septem chori · Et in hoc quod ultimo additur in templo
notatur ut dictum est sancte ecclesie extensa latitudo et deo dedicatum templum
enim dicitur quasi tectum amplum, ut dictum est in ps · In templo
eius omnes dicent gloriam

Et signum magnum apparuit in celo · Mulier amicta sole et luna sub pe:
dibus eius et in capite eius corona stellarum xii · et in utero ha:
bens · clamabat parturiens et cruciatur ut pariat · Premissis antecedentibus
pugnam · de qua in hac visione · Subiungit de pugna ecclesie et profectu re:
velandum · Et dividitur in tres partes · primo agitur de pugna ecclesie et profectu
sub persecutione draconis id est dyaboli ab inicio · 2° de pugna et profectu sub perse:
cutione antichristi · Et stetit supra harenam maris et vidi de mari bestiam · 3° narratur
de diversis angelis contra persecutores et tyrannides omnes ecclesie impensis · xiiii°
Et vidi et ecce agnus stabat etc · Prima pars · id est istud capitulum subdividitur
in quinque partes · Primo ponitur pugnaculum scilicet mulieris et draconis de
scriptio · Secundo insidiarum draconis perfectio · ibi · Et draco stetit ante
mulierem · 3° ipsius belli expressio et draconis devictio · ibi · Et factum est
prelium magnum in celo · Quarto sanctorum de victoria congratulatio · ibi · Et au:
divi vocem magnam de celo dicentem · Quinto iterata persecutio ecclesie
a dracone subministrata · ibi · Et postquam vidit draco quod proiectus est de celo · Parte
prima subdividitur in duo · primo ponitur ipsius ecclesie figurativa descri:
ptio · 2° ipsius draconis etiam presentis notificatio · ibi · Et visum est
aliud signum · In prima parte primo denotatur excellentia signi · 2° nume:
ratur continentia sanctificati · ibi · Mulier amicta sole etc · excellentia contemplatur
racio signati nos plurimum monere potest excellentia signi · quod nobis
primo proponitur ex sua magnitudine admirandum · quia signum magnum
2° ex sua claritate iocundum quia apparuit · quia clare patuit · non
in tenebris latuit · 3° ex sua sublimitate decorum · quia in celo · Si
ergo placet mirandum ecce signum magnum · Si iocunda · ecce signum preclarum
Si decora ecce signum excelsum · quia signum magnum apparuit in celo

Istud aut est signum sm haymon et alios expositores de quo admonitus est achab ut peteret signum a deo in profundum inferni sive in excelsum supra Ysaie vij° Sz cum ille diceret no petam et no temptabo dominum · propheta conversus ad domum david dixit · propter hoc dabit dus ipse vobis signum Unde in h° q ait signum signum significantem notat ait glo Signum quo magnum x magne rei 2ditatum seu significatum Signum enim est · cum per hoc quod videtur aliud indicatur ait Origenes sup epistam ad Romanos Vel signum est quod pt speciem quam sensibus ingerit · aliud facit in cognitionem venire dicit augustinus 2° de doc xana c 1° Est n signum qd sub aliquo ~~signo~~ sensu cadit et quidam significat ait tullius 2a rethoricorum vo Uno signo circa mulierem significatur · que teste bto Gregorio sepius in sacris eloquiis reprehenderunt dicitur · Unde sequitur Mulier recte hic recte mulier dicitur · no pt effeminatum animum · sz pt fragilitate sexus · q de infirmis collecta · 1 · cor · 1 · Infirma mundi elegit dus ut fortia confundat Item pt fecunditatem prolis · q lavacro 7 pdicacionalis filios deo gignere quotidie no desistit ait haymo · de ea namque filii spuali natura nascuntur Iohis 3° · Oz vos nasci de novo et iterum quod natum est ex carne · caro est · et quod natum est ex spiritu spus est Itz Iohis j° dedit eis ptatem filios dei fieri · Sz quo · subdit · q per fidem · q his qui credunt in nomine eius · hec · n · mulier per fidem · secundam in trinitate manifestavit psonam · humanitate amictu · h · xpm sponsum qui est ornamentum ecce · qui racione sue fontalis plenitudinis · gre sup habundantis et superfluentis · eam adeo mirifice fecundat ut de plenitudine gre eius · omnes fideles ab abel iusto in quo ecca incepisse legitur · usqz ad ultimum iustum · influxum recipiat gratiale Sz d · Quare ab abel 7 non ab adam · ecca exordium sumpsisse dicitur cum tum adam · qui prior tpe fuit · pniam egit 7 saluatus sit Unde id Sapie x · h illum q primo formatus est a deo pr orbis terrarum · cum solus esset creatus custodivit · 7 eduxit illum a delicto suo · Et est expressius mens bti augu in 2° Rn · licz ecca racione fecunditatis mulier describitur · tamen racione innocencie 7 puritatis sm dcts · virgo immaculata et sine ruga imaginatur · Unde cantice 4to · Tota pulcra es amica mea et macula non est in te · hinc est q ab abel qui gessit expresse typum ecce pt innocenciam suam et virginitatem ecca sumpsit exordium et non ab adam nocente · gratis adam peccante defusi proprii incepisse interrupta per pctm · quod videtur infirmens sm altissiodorensem · in summa Et adhuc d quo illi qui longe p incarnacionem precesserunt de plenitudine gre eius petiunt recipe et filii ecce dici et ee · cum tum eorum tempore xpus nondum venit in humana na · sm quam sibi attribuitur gre plenitudo Rn sm intencionem doctorum in ista ma loquencium q a x° et eius fontali gra · procedit in nos et in omnibus precedentes et sequentes xpm influxus gratuitus · et hec per ipsos · miti quo ad xpm · et per medium fidei quo ad nos · ita vz q cum est meritum x qd ex eius fontali gra pressus q ex dina ordinacione sufficit omnibus hominibus preteritis et futuris · dummodo ad suscipiendum carismata grarum · illis se vera fide uniret · 7 ecc antiquum dicitur graciam suam · ex influxu gre x recepisse p medium fidei · ingitum vz initu p futurum ex dina ordinacionem et acceptacionem · q̄pis sufficit · dumodo b per fidem uniret et sic sufficit quo ad hoc etiam x tpe eorum pfuisse fide 7 similitate Unde sicut declarari solz in 4to textu mam de sufficiente nullus unqz salvari potuit nisi in fide mediatoris Et eadem dat fides preteritorum que pntium et futurorum · ecca q illud qd nos credimus factum sz xpm natum passum 7c · ipsi credebant explicite ut implicite faciendum et sic p fidem unam tum ura · uniebant se xpo et eius unitis et conferebantur ex hoc graciam que fluxisse dicitur ex gra x · no que tunc erat in esse reali seu realiter · sz sufficit q erat in eorum fide quo ad esse intellectuale creditum seu intellectualiter · Mulier quo d ecca

no q mollis in fide et actu. sed in eo q pariat Joh. xvi Mulier cum pa
rit tristiciam habet quia venit hora eius etc. Sic est de ecclesia parturiente filios
suos. Ideo paulus dicebat j Cor 4 per euangelium ego genui vos. Et ad Galatas 4
filioli quos iterum parturio donec xpus formetur in vobis. Et hec est
mulier fortis prouerbiorum vltimo Mulierem fortem quis inueniet. Et hec est
mulier bona Eccli 26 Mulieris bone beatus vir. Et I. xxi Ostendam
tibi sponsam agni. Amicta sole i. quantum xpo qui est sol iusticie. ipse n
est sponsus et ornamentum ecclesie. Vel sic i. p vera solis iusticie decorata
Dicitur sol per solem quippe vt Gregorius 34 moralium dum figura
tiuit sapie et ipso phibetur. q omnibus impiis in extremum die audiri. cognita
sua dampnacionem dicturi sunt Erraiumus a via veritatis et iusticie lumen
non luxit nobis et sol non est ortus nobis. atque apte dicunt quia ipsum nobis
non luxit. Sancta vero ecclesia. quia supni luminis splendore pro
luminis radius non fulsit Sancta vero ecclesia. quia superni luminis splendore pro
tegitur qui sole amicta phibetur. Ad Ro. xiii Induimini dominum ihesum. ibi
de hoc Gal 3. Quicunque in xpo baptisati estis xpum induistis. Et ille
sol sic amiciens sine vestiens. Vnificat calefacit et ornat. honorificat
pulcrificat et delectat Ysaie 61. Induit me dominus vestimento salutis
Baruch 5to Induit te honore et decore. In hoc ergo q ait mulier. Vo:
tatur fructuosa fecunditas. In hoc q ait amicta sole, designatur fidei ve
ritas i. declaratio xpo. De quo scriptum est Malachi 3 Vobis timentibus
nomen meum orietur sol iusticie. Sequitur in lra Et luna sub pedibus
eius. In luna que mutabilis est et defectuosa vt Gregorius 34
moralium que menstruis supplementis deficit. mutabilitas temporalium accipitur
luna ergo sub pedibus eius i. mutabilitas bonorum temporalium que tamen de
spicit et omnia mutabilia pro nichilo ducens. celestia mente intuitu
dicens cum apostolo. Nostra conuersatio in celis est. Ad Phil 3. Job 31 Si
vidi solem cum fulgeret et lunam incedentem clare. Vbi Gregorius 22
moralium Quod per lunam significatur fama laudabilis exterior. Et per
ipsam sic significatur prosperitas temporalis que crescit et decrescit ac deficit. Vel
luna sub pedibus eius. quia despicit temporalium mutabilium et defectuosorum
pertinet scilicet ad vltima ecclesie membra. j Cor vi Secularia iudicia si habetis
contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Vel per lunam
potest significari cetus hereticorum et stultorum infidelium. Stultus tamen vt
luna mutatur Eccli 27. Et talem ecclesia calcat et subicit Prouerb xi Qui
stultus est seruiet sapienti. Vnde per pedes ecclesie significantur apostoli et apostolici
doctores eam fulcientes. Apoc x pedes eius vt columpne ignis. qui
subiecerunt hereticos aduersantes. Vt ait Gregorius xx moralium
Et ibi de hoc. Et in capite
utilitati inoperatiui militet vita priorum
eius corona stellarum xii. Caput ecclesie xpus. Caput eius aurum optimum
mum Cantic vo. xpus enim caput est omnium fidelium vt ait Gregorius x moral
Et hoc merito racione eminencie quia caput eminencius tanquam celum vt
ait ambrosius exameron omnes vltima ubi multum de capite potestatibus
Signum vt celum eminet aeri terris mari quasi que velut quedam
membra sunt mundi. sic ecclesie caput super reliquos artus nostri corporis eminet
eminet. Tribus potestatibus capitis ibidem que xpo conueniunt. et racione hono
rificencie et racione decencie. et racione continencie. In capite enim sunt
omnes sensus vt ait Gregorius 20 moralium. Sic et in xpo omnes thesauri
sapiencie et sciencie sunt absconditi Coloss 2o Et io ad Ephes 1 ipsum dedit
caput super omnem ecclesiam. Per stellas autem xii omnium credentium perfectio
que continetur in duodenario numero designatur. Vel xii stelle xii
sunt apostoli puri splendidi decori mundi tenebras exterminantes. et
xpm mundum illuminantes. et nauigantes in tribulacionibus mundi dirigentes
Stelle enim sunt aggregaciones luminum sui orbis 2m phm 2o de celo
et mundo. Et qui significant apostolos Sapie x In luce stellarum nocte
Judicum vo Stelle manentes in ordine suo pugnauerunt contra zizaram
et Baruch 3 Stelle dederunt lumen in custodiis suis. Corona ergo xii
stellarum est cetus apostolorum xpm circumdancium Eccli 50 Circa illud
corona fratrum est plantacio cedri in monte. In capite ergo ecclesie i. in
xpo cuius caput est ecclesie, corona est stellarum xii. q per perfectionem xii
apostolorum

que resplendunt in ecclesia puntura omnis gentes que in circuitu mundi sunt cre-
diderunt in xpm et primi per eos ipsum caput de toto mundo victoriam
reportavit, ut inquit haymo. Et in hoc figuratur doctrine ecclesie lu-
minositas, unde xii apostoli significantur per duodecim portas Apoc xxi
et per xii fundamenta ibidem. et per xii fructus lignum in ultimo. Tubidi
in litera et in utero habens filium mulier xpm per fidem vel verbum
dei iugi meditacione. et in hoc ecclesie fecunditas. Clamabat. et in hoc
predicacionis sonoritas unde glo. i. predicabat ysaie 48. Clama ne cesses.
Parturiens, et in hoc gignendi filios spirituales affectuositas. Unde glo. In-
cipiens alios generare. dicitur in parturicio qui partus preparatio. quamdiu
in utero matris augmentatur vivificatur ac formatur partus vero dicitur quando
fetus nascitur. Et ideo sequitur et cruciatur ut pariat. et in hoc notatur ecclesie
expressa penalitas in gignendo filios spirituales. Ysaie 26. Sicut que concepit cum
appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis. Ideo dicebat
apostolus in persona ecclesie filioli mei quos iterum parturio ad Galatas 4to.
Ut allegatum est Job 39. Numquid nosti tempus partus ibicum in petris
et parturientes cervas observasti. Et sequitur ibi. Incurvantur ad fetum et
pariunt et rugitus emittunt. Ubi Gregorius moralium 30. de labore et
dolore eorum qui in predicacionibus animas parturiunt ut sint fortes in fide
et conversatione. Rugitum inquit dum per increpacionis suum in conversacione
lucris auditorum animas gignunt. quia nobis ab eternis suppliciis removere
non nisi flendo et dolendo possunt. Nam qui carere in dolore partus sunt
ut spiritualis prole pignore sunt fecundi. Et exprimit hoc paulo magnos
doloris rugitus in partu suo emittente. Quis infirmatur et ego
non infirmor. 2 Cor. xi. Sicut ergo mater dum parturit affligitur et
vexatur. ita sancta ecclesia dum est in hoc seculo videt quod suos affligi
et variis modis tribulari. tristatur affligitur et vexatur et clamat ad deum
postulans liberari. ne victi tribulacionibus succumbat. Sed cum ad tempus
vel ad horam pervenerit qua ultima corporis membra ad lucem eterna
pervenerint tunc cessabit cruciatus ac parturicionis clamor. Sic igitur
exponitur ista litera de muliere mistica. i. de xpo sponsa ecclesia militante.

Possunt etiam principium huius litere exponi de muliere celicola. i. ecclesia tri-
umphante. Et secundum hoc describitur hec in celis honorata. primo
in amictu spectabilis quia amicta sole. Secundo in premiatu notabilis quia lu-
na sub pedibus eius. Tercio in ornatu mirabilis. quia in capite eius
corona stellarum xii. In amictu notatur stola iocunditatis qua
in seipsa decoratur. In premiatu potencia maiestatis qua reliquis inferioribus
creaturis dominatur. In ornatu excellencia dignitatis. qua in conspectu
creatoris honoratur. Et comparacione ergo ad seipsam decoratur ut re-
gina gloriosissima. quia mulier amicta sole. Ad subiectam
creaturam dominatur ut regina potentissima. quia luna sub pedibus eius.
Ad creatoris personam honoratur ut regina excellentissima. quia in
capite eius corona stellarum xii. Hec est igitur illa celestis regina
de qua regi celorum dicebat propheta. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circumdata varietate i. varia et innumerabili celestium
bonorum omni copiositate. Consideremus itaque hanc reginam mulierem. primo
in amictu spectabilem. In quo notatur stola iocunditatis qua in seipsa
decoratur. hec regina gloriosissima. quia amicta sole i. induta stola glorie.
Ubi sciendum duplicem esse stolam glorie celestis. unam anime, secundam
corporis. primam iam habent omnes beati. secundam post generalem resurrec-
tionem habituri sunt omnes sancti. et tunc consummabitur gloria huius mulieris
celestis i. ecclesie triumphantis. De qua Gregorius libro 1 moralium loquitur
dicens. Sancta ecclesia post resurrectionem duplicia munera recipiet. Et
unde 5 circa illam literam. Et date sunt illis singule stole albe. Et
hec itaque duplex stola glorie in amictu solis congrue potest designari.
Et primo quidem stola anime. Sol namque ceteris luminaribus in tribus
precellit condicionibus in splendore in calore in vigore. Sed in splendore

magne claritatis in aspectu. habet calorem magne potentie in effectu. habet vigorem magne permanentie in statu. In hiis autem ista notantur in quibus consistit gloria spirituum beatorum. In splendore beata visio. In calore perfecta dilectio. In vigore eterna duratio. Hec enim tria sunt que ad essentialem anime beatitudinem concurrunt. videlicet clara visio divine veritatis. plena dilectio summe bonitatis. et eterna duratio eterne securitatis. Et hec tria breviter tangit beatus augustinus. O regnum inquit celestium [illegible] patrem et patet semper eternum cuius rex veritas quo ad primum. cuius lex caritas. quantum ad secundum. cuius modus eternitas quantum ad tertium. Sic igitur in amictu solis congrue designatur stola prima. sed non minus convenit etiam prout in eo significatur stola secunda. Sol namque decor quatuor [illegible] dispositur. que ad quatuor dotes corporis aptissime comparantur. habet enim claritatem in aspectu habet agilitatem in motu. habet virtutem in effectu. habet incorruptibilitatem in statu. Sic convenit ad ista prout resurrectionem erunt beatorum corpora clara aspectu. agilia motu. subtilia effectu. statu immortalia et impassibilia ac per has quatuor dotes corporum beatorum notantur apertius. i. Cor. xv. ubi dicens Stella inquit a stella differt in claritate. sic et resurrectio mortuorum et sequitur ad propositum. Seminatur corpus in corruptione. Surget in incorruptione ecce impassibilitas. ~~Surget in ignobilitate~~ Seminatur in ignobilitate. surget in gloria. ecce claritas. Seminatur in infirmitate. surget in virtute. ecce subtilitas. Seminatur corpus animale surget spirituale. ecce agilitas. Erit enim agile ad motus spiritus. quia ubi: tunc voluit spiritus statim aderit corpus ut ait augustinus. Sic ergo patet quod in amictu solis. enim designatur futura gloria corporis. Ideo beati a christo comparantur fulgori solari. Tunc inquit fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Mat. xiii. Ex quo ulterius patet quod convenienter dicatur hec celestis mulier i. triumphans ecclesia amicta sole. Videndum quomodo qualiter luna sit sub pedibus eius. Ubi notandum triumphantem ecclesiam in primatu notabilem i. presidentia notabiliter excellentem. In quo designatur potentia maiestatis et excellentia potestatis qua super inferiori creatura dominatur ut regina potentissima. Ideo dicitur luna sub pedibus eius. Petrus tamen in sua intelligentia. Dicit quod per lunam convenienter significatur etiam illam universalem ex omnibus creaturis [illegible] rationalibus congregatam. De qua potest exponi illud Cantic. vi. Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens in statu sue incepcionis. vel ergo quia erit pulchra ut luna valde pulchra in statu sue perfectionis. Ideo quod erat electa ut sol in statu sue consumationis scilicet in gloria ubi tunc erit electa ut sol. i. ab errorum nebulis et a malis omnibus separata. tunc quoque non obtenebrabitur ut luna sed illustrabitur ut sol. quia tunc scriptura teste erit lux lune sicut lux solis. ysaie xxx. Hec igitur universalis ecclesia cuius triplicem statum trifarie distinguitur est. i. ecclesia triumphantium est ecclesia militantium est et ecclesia malignantium. De qua dicitur in psalmo Odivi ecclesiam malignantium. et cum impiis non sedebo. Audistis ergo qualiter hiis tribus ecclesie statibus. tres lune varietates varie quantum mutaciones aptissime congruunt. Aliquando enim luna est in statu plene illustracionis. quia soli opposita perfecte illuminatur. aliquando est in statu sue defectionis quando obumbrata defectum patitur. aliquando est in statu medie dispositionis quando de statu in statum vacuata mutatur. Racione plene illustracionis dicitur luna ecclesia triumphantium. que a vero sole divine visionis plenam claram quasi illuminationem recipit. Racione autem medie dispositionis varie quantum mutationis dicitur luna ecclesia militantium. que in statuum varietate ad veram beatitudinis finem tendit. Racione vero sue defectionis et obtenebrationis. dicitur luna ecclesia malignantium. que a vero sole aversa. splendore sui decoris amisit. Ecce qualiter in luna triplex status ecclesie designatur. sed tamen soli propter sue claritatis plenitudinem ecclesia triumphans. lune vero propter sue mutabilitatis vicissitudinem. ecclesia militans aptius comparatur. Ideo quod de ecclesia triumphantium dicitur. quod luna i. ecclesia ~~militantium~~ sub pedibus

x sub dominio eius subicitur, sub regno eius militat, sub eius vexillo protegitur, sub eius triumpho certat. Sed quid sperat? Hanc dum humiliter in terris sub pedibus eius subicitur, sperat utique quod feliciter in celis exaltabitur ad caput eius, id est ad Christum qui caput est ecclesie, ut dicit apostolus ad Ephesios j. Hanc autem spem nec brevis suis caput ingerit, asserens infallibiliter et promittens quod qui se exaltat humiliabitur et e contra. Magna laus humilitatis que primus gradus est scale virtutum, per quam ascenditur de pedibus ad caput, de infimis ad summum, de terra ad celum, de exilio ad regnum felicitatis provehitur. Et hec de potestate seu presidentia maiestatis huius celestis mulieris id est ecclesie triumphantis. Postremo videndum est de excellentia et eminentia dignitatis. Consideremus igitur triumphantem ecclesiam in ornatu mirabilem. In quo notatur excellentia dignitatis qua in summis regibus patria honoratur ut regina precellentissima. Ideo in capite eius corona non qualiscumque sed inmarcescibilis et preterea non corruptibili sed celesti decore plurima, que stellarum xij, dicitur. Circa quod in corona principaliter notari potest dignitas centralis primum brevium, scilicet preciositatem in materia, speciositatem in forma, venustatem in apparentia, rotunditatem in figura. Similiter etiam illa beatitudo sanctorum habet istis quatuor corone excellentissimis dignitatibus. Est enim bonum quod varie ditat, ecce preciositate; est bonum quod suaviter delectat, ecce speciositate; est bonum quod sublimiter exaltat, ecce venustate; est bonum quod eternaliter durat, ecce rotunditate ut immutabilitate. Potest etiam in corona primum aureolis dignitas convenienter designari, que dicitur aureola id est parva corona respectu primum centralis. Et hoc triplex notatur in scriptura sacra. Est enim corona aurea que datur virginibus, de qua scribitur Ecclesiastici xlv. Corona aurea super mitram eius. Aurum siquidem congrue significat virginitatem propter suam puritatem et incorruptionem. Est etiam corona stellea id est fulgens ut stella que datur doctoribus, unde scriptum est Danielis xij. Qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti, et qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi stelle in perpetuas eternitates. Est denique corona lapidea que datur martiribus, de qua in psalmo: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. In lapide namque precioso bene significatur martirum constantia et invincibilis fortitudo, de quorum morte in tormentis victoriosa merito dicitur in psalmo: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Corona ergo virginum specialiter attestatur incorruptionem persone. Corona seu aureola doctorum claritati doctrine. Corona martirum virtuti patientie fortitudinis et constantie. Hiis autem tribus sanctorum generibus datur specialis aureola, quia corona specialiter debetur victoribus, dicente apostolo ij ad Timotheum ij. Non coronabitur nisi qui legitime certaverit. Hii ergo quia specialiter certaverunt in mundo, specialiter coronantur in celo. Virgines quia vicerunt nullum impugnantem per temptationem carnis. Doctores quia vicerunt eum impugnantem per fallaciam erroris. Martires quia vicerunt ipsum impugnantem per violentiam adversitatis. O gloriosa sanctorum victoria, victorie que corona, per quam victus est diabolus, hostium inimicus omnis impugnans anime potentiam. Victus quippe est impugnans concupiscibilem per carnis temptationem qua impugnavit Adam; victus est impugnans rationalem per erroris fallaciam qua impugnavit Evam; victus est impugnans irascibilem per adversitatis molestiam qua impugnavit Job. Hiis namque variis temptationum modis hostis ille superbus nunquam cessat impugnare filios Ade. Sed audite qualiter triumphans sanctorum omnium ecclesia adversus ista feliciter victoriam dimicat. Primo quidem in virginibus carnis temptationem vincit pura munditia. 2° in doctoribus erroris fallaciam vincit vera sapientia. 3° in martiribus adversitatis violentiam vincit firma patientia. Et generaliter in sanctis omnibus totius mundane prosperitatis molestiam vincit certa firma fidei iustitia, dicente apostolo ad Hebreos xj. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones. Et item: Hec est victoria que vincit mundum fides vestra, j Johannis 5°. Sic igitur quia in capite triumphantis ecclesie posita est corona, sed non vacat a misterio quod dicitur corona stellarum xij

Nam in hiis xii stellis duodecim dignitates quibus beatifice corone designantur
quibus celestis mulier excellencius honoratur. Hec sunt namque tres
dotes anime videlicet sancte trinitatis clarissima visio, suavissima fruitio et
securissima delectatio, in quibus consistit essencialis beatitudo. Loci amenitas
ista societas, status immutabilitas, pacis tranquillitas, securitas. Apoc. 3
cum quibus concurrunt quatuor dotes corporis que sunt claritas, subtilitas
agilitas et impassibilitas, quibus etiam accedunt quinque sensuum spiritualium
beatifice sanctitatis, de quorum esurie et spirituali desiderio scribitur Math. 5to
Beati qui esuriunt quoniam saturabuntur. He sunt xii stelle. Et quia duodenarius
est numerus perfectus, in hiis xii stellis omnium bonorum celestium totius
beatitudinis tam essencialis quam accidentalis integra designatur perfectio, perfectio quia inte-
gritas ut sit triumphantis ecclesie beatitudo ut in Boecium est status omnium bonorum
aggregatione perfectus. Possunt insuper ista tria exponi de virgine Maria reli-
gionis regina et mundi domina. Et tunc hec in verbis premissis videntur tria
que facta sunt in assumptionis eius die. Primum est corporis sui glorifi-
catio, quod notatur ibi mulier sexus discretionem non corporis destitutionem
prolis fecunditatem non mentis fragilitatem. Amicta sole et induta corporis
glorificatione que consistit in quatuor dotibus que in sole signantur radius
cum solis clarus exorit Eccli. 26 Sicut sol oriens mundo in altissimis
dei, sic mulieris bone species in ornamentum domus sue et sicut sol oriens
et in alto existens illuminat mundum, ita Maria ascendens illuminat celum quod
est domus dei et filiorum eius, in qua domo mansiones multe sunt Joh. 14
[illegible] quorum pulcriorem et altiorem et nobiliorem adepta est illa [illegible]
quod de se dicat Eccli. 24 Quasi cedrus exaltata sum in libano [illegible]
exaltata est magnificentia tua super celos deus et Maria te magnificans
super omnes creaturas, quia sedet iuxta filium suum 3 Reg. 2 Secundum est
omnis defectus et imperfectionis depositio et omnis boni perfecta adeptio
ibi Et luna sub pedibus eius. Valde tunc potuit dicere [illegible] rogat me
et nil in deerit. Nec mirum. Sepe namque rogavit hic Cant. [illegible]
Indica mihi quem diligit anima mea ubi pascas ubi cubes in meridie
et in celo ubi est meridies et cognitio sine obscuritate [illegible] voltie
[illegible] filie [illegible] Hester 2o Ducta est ad cubiculum superius [illegible]
Tertium est anime plena latitudo, que consistit in xii gaudiis paradisi
que signatur in Apocalipsi per xii fructus ligni vite, quod notatur cum
dicitur Et in capite eius corona stellarum xii et in mente eius [illegible]
xii gaudiorum, quorum duo oriuntur a deo scilicet gaudium de visione
divinitatis et humanitatis. Alia duo a loco scilicet de spaciositate et claritate
item duo a consortio scilicet angelorum et hominum. Alia duo a mundo. Unum
[illegible] duo ab de pulcritudine creaturarum, aliud de stabilitate earum. Item duo ab
inferno. Unum ab evasione, aliud de blasfemie. Item alia duo de se
ipsa. Unum de stola carnis, aliud de stola anime [illegible] xii prerogative
quibus habuit super alias mulieres. Quatuor sunt de celo que super eam
fuerunt scilicet [illegible] angeli salutatio Spiritus
sancti supervenio, filii dei conceptio. Item et quatuor dicitur ei Ave gratia
plena. Quatuor alie fuerunt ex parte anime scilicet mansuetudo pu-
doris, devocio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martirium cordis.
Quatuor alie fuerunt ex parte carnis scilicet quod fuit virginitatis primiceria
quod facta est sine corruptione fecunda, sine gravamine gravida, sine dolore
puerpera. Secundum Bernhardum Et in utero habens scilicet filium spiritualiter et
corporaliter quia mox ut credidit et consensit, concepit. In utero habuit con-
cipiendo, item quod angelus dixit ei dominus tecum. Quod autem subditur
clamabat [illegible] et cruciatur ut pariat, hic ratione humani [illegible]
[illegible] beate Marie nequit aptari, que sicut sine delectatione concepit
ita sine dolore peperit. Nullus quia cruciatus in partu habere potuit, que
nullum libidinis in conceptu senserit. Sed mistice intellige hic ad
ecclesiam [illegible] ut dictum est supra. Possunt tamen dici quod Maria dicitur
clamasse non pro dolore sed ex devotione et admiratione [illegible] Quod fiet istud

quoniam virum non cognovisto parturiens et parere cupiens salua virginitate
et cruciatur scilicet ieiunijs et oracionibus vigilijs abstinencia continencia
et alijs huiusmodi castigatur ut pariat et ut tanto partu digna fiet
alia vide in sermonibus. Moraliter autem mulier amicta sole potest dici quelibet
religiosa sive fidelis anima induta sole id est celesti conversatione ad Philip. 3.
Nostra conversatio in celis est. Et luna sub pedibus eius id est mundus quem
talis religiosa sive iusta anima contemplando conculcat ad Philip. 3. Omnia
arbitratus sum ut stercora ut Christum lucrifaciam 2 Cor. 6. tamquam nihil
habentes et omnia possidentes. Et in capite eius corona stellarum xij id est xij
species virtutum cardinalium ornatur. iiij sunt cardinales virtutes quarum
qualibet triplicata in species fiunt xij. Prudencia iiij habet tres species scilicet memo-
riam que recipit vicium preteritum intelligenciam que presentia et pro-
videnciam que futurum. Item temperancia tres habet species scilicet continentiam
per quam renes abstinenciam per quam gula et modestiam per
quam lingua moderatur. Item fortitudo tres habet species scilicet magnanimitatem
ad aggressum bonorum paciam in tolerancia malorum et longa-
nimitatem in expectacione premiorum. Item iusticia tres habet species scilicet humilitatem
que ordinat ad superiores equitatem que ad equales et benignitatem
que ad inferiores. Et habens in utero duas filias congratulacionis scilicet et
compassionis clamat orando contemplando parturiens suspirando gemendo
et cruciatur ieiunando vigilando ut pariat filios et filias Christo
serventes

Et visum est aliud signum in celo. Et ecce draco magnus et rufus
habens capita septem et cornua decem. Et in capitibus eius septem
dyademata. Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi. Et misit
eas in terram. Posita descripcione figurativa ipsius ecclesie sub
nomine mulieris. Subditur descripcio antiqui hostis pugnantis et expugnare
volentis ecclesiam sub nomine draconis. Et quia non nisi per pugnam et victo-
riam pervenitur ad coronam 2 Thim. 2 Non coronabitur nisi qui legittime certaverit
ideo corona premittitur ut eo virilius pro corona certetur. Hec autem pugna
cepit ab inicio mundi cum temptavit mulierem primam et durabit usque ad
finem mundi et quanto acrior sit pugna quanto draco plus crescit in malicia
tanto plus mulier id est ecclesia debet crescere in pacientia et fortitudine ne vincatur
sed potius vincat et coronetur. Et primo describitur iste draco ab hiis
que ei in se conveniunt 2o ab hiis per que mulierem id est ecclesiam secutus impugnat
ibi habens capita. Illa autem que sibi in se conveniunt sunt tria scilicet astucia
unde dicitur draco potencia unde dicitur magnus sevicia unde dicitur
rufus. Dicit textus Et visum est aliud signum in celo. Et bene dicitur aliud
scilicet a primo quia illi contrarium. Nam primum fuit salutis et clemencie istud
vero est perdicionis et malicie. Item primum benivolencie dei et ecclesie istud
malicie dyaboli et invidie. Primum signum fuit protegendi istud vero signum
fuit et est proposito impugnandi et impediendi. Et specificat locum ubi
visum est istud signum dicens Et visum est aliud signum in celo id est in ecclesia
impugnanda aut celo. Sed dicit Ricardus hoc quia draco hostis antiquus non
est in ecclesia neque fuit. Dicendum quod hic est verum rei veritatem sed ingerit se
ad ipsam expugnandam. Et quia membra sua aliqua nominetenus et re aliqua
reciam sunt in ecclesia ideo dicitur ipse esse in ecclesia ad impediendum profectum
eius. Unde Haymo In celo est draco quia eius dyabolus quibus valet nocere
non desinit. Neque enim ipse celum possidet sed celo adversatur. Hille. Dicitur
quod visus in celo id est in ecclesia multiplex quia tamquam hominibus persequitur eius. Ecclesiastici xi
multe sunt insidie dolosi. Et nota quod non significatur per celum et mulierem
sed ecclesia que pugnat in serpente quia extra se vincetur. Sic membrum nisi ma-
neat in corpore non potest pugnare nec separari. Et subditur premissum signum
Et ecce draco. Draco id est maximus est cunctorum serpentum et quem ligaverit
occidit. Auctor Ysidorus libro xij ethimologiarum capitulo quarto. Per quod convenienter significat
dyabolum qui aptus quoscumque potest deglutire non cessat. Auctor Glossa. Et
quia dives est ex quo homines necat. Item per multitudinem insidiarum magnus vocatur

eo subditur magnus scilicet fortitudine promissa ait glo. Ezech. 29 ecce ego ad te
draco magne vel magnus elacione supra virtutes. Tercius angelus tuba cecinit
et cecidit de celo stella magna vel potestate nocendi Iob xli non est potestas super
terram que possit ei comparari. Ruffus vero dicitur crudelitate Ieremie vi
crudelis est et non miserebitur. Vel sic dicitur propter homicidium. Quia ille
homicida erat ab initio Iohannis viii. Equus scilicet primi hominis interfectus
Apocalypsis vi. Qui sedebat super equum ruffum datum est ei ut sumeret pacem
de terra et ut invicem se interficerent et datus est illi gladius magnus
In hoc ergo quod dicitur draco magnus et ruffus notatur dyaboli pessima
malicia. Vera superbia et insidiosa astucia et indomabilis iniquitas et insa-
ciabilis crudelitas. Et nota hic bene Gregorium xxxiii moralium super illo Iob
xli. Numquid illudes ei quasi avi. Dyabolus aliquando dicitur iumentum aliquando draco
aliquando avis quia nomina eciam agnoscimus et ... illius astucia
subtilius exploremus. De celo quippe venit ad terram et ad spem celestis
vite nulla iam respiracione se erigit. Racionabile ergo aut et quadrupes est
per inmunde actionis fatuitatem. Draco per nocendi maliciam. Avis per
subtilis nature levitatem. Quia in hoc quod contra se agit ignorat brutus
sensu belua est. Quia maliciam nobis nocere appetit draco est quia vero
de rite sue subtilitate superbe extollitur avis est. Brutusque quia in hoc
agit neque ad utilitatem nostram divina virtute possidetur iumentum est
quia vero latenter mordet serpens est quia aut innocens per indomitam
superbiam se eciam lucis angelum simulat avis est. Iumentum etenim
communis omnibus inexplicabili iniquitatis arte lacessat. Tribus tamen
vitiis valde temptat scilicet alios sibi per luxuriam alios per maliciam
alios per superbiam. Subdit non ergo dicto in eo quod agere sentitur ex ipso
natura actionum nomine vocatur. Cum iumentum draco vel avis dicitur
In eis quippe quos ad luxurie stulticiam excitat iumentum est. In eis
quos ad nocendi maliciam inflammat draco est. In eis aut quos pariter
superbie quasi alti sapientes elevat avis est. In eis aut quos pariter
luxuria malicia et superbia polluit, iumentum draco simul et avis est.
Per tot namque species ad eorum se cor tulit in quot leges nequicias complectitur
gustarum ergo eorum nomine vocatur quia aut deceptorum mentes in variis
formarum species utitur. Cum vero mentem per carnis luxuriam temptat et inflammat
cum mente superat mutata suggestione cor illius in maliciam inflammat
sua ergo ad illum venire belua non valuit draco venit illum ma-
licie veneno corrumpere non valet sed tum bona sua oculis eius opponit
et cor illius in superbiam extollit. Huic ut draco surripere non valuit
et tam adducto fantasmate manibus glorie totam cogitacionis eius obtutibus
quasi avis volavit. Que nimirum avis tanto cecius nos inanimus
extollitur quanto nulla ne sue infirmitatis impeditur. Et illi. Subdit in
litera huius capita septem et cornua decem. Solus describit dyabolum
ab hiis per que ecclesiam impugnat aperte et eciam occulte ubi et cunda ecce
ut septenarium eius universitas designatur eo quod totum tempus vite plene septem
diebus explicando comprehenditur secundum Gregorium in omelia. Per denarium
similiter eo quod scientes numerum sunt explicacionis denarii et primum eius ut dicatur
a philosophis. Per septem ergo capita draconis significantur universi reges
imperatores totam septiformem spiritus plena impugnantes. Per decem vero
cornua omnia regna illi subiecta. Nam quod in cornibus regna figurentur
Ezechiel manifestat et Daniel vii. 7o. ca. Quorum uterque dicit se
vidisse quatuor cornua que sunt quatuor regna principalia. Cum hiis enim
cornibus hoc est cum ista seculi potencia et regnis sibi subiectis
impugnat dyabolus contra militiam ecclesiam. Unde subdit et in capitibus
septem dyademata, id est seculi potestates universe que illi adherent super
quas draco est rex sicut exponit Hay et alii qui super Iob xli ipse
est rex super omnes filios superbie. Vel septem capita sunt septem species
nequitie quibus Matth. xii contra septiformem spiritum dei. Et x
cornua contra x precepta legis ait Ansbertus. Unde Richardus
draco per calliditatem magnus per elacionem ruffus per crudelitatem

scilicet Caldeorum
Medorum
Grecorum
Romanorum

Huius capita septem i. vigorem criminalium septiformis temptacionis et cetera ima decem i. impugnacio decalogum ewangelium indigencium. Et in capitibus septem dyademata i. de subversis per septiformem temptacionem victorie vel laureas. Hec ergo dyabolus septem capita inquitum suggerendo inducit ad septem criminalium peccatorum quemlibet. Septem in nequitie in corde eius Job 26. Et beatus Gregorius 33 moralium tractans illud Job 31 procul odoratur bellum diffuse determinat de septem aciebus et ducibus eius i. viciis principalibus. Danielis vii. Ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis et fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos. Et sequitur Et habebat cornua x. Considerabam cornua et cetera. Et ista cornua dyadematibus cum cornua agni [illegible] quibus supra v. Vidi in medio throni agnum stantem habentem cornua septem.

Vel septem dyademata sunt septem genera temptacionum per que vincere conatur. Secunda est importuna que protacius insistit ut saltem tedio vincat Job xiiii. Mons cadens defluit et saxum transfertur de loco suo, lapides excavant aque, et alluvione paulatim terra consumitur.

Tercia temptacio est subita sive repentina que inditum racionis prevenit. Leves et velociores fuerunt persecutores mei aquilis celi. De hiis duobus generibus temptacionum dicit Gregorius xii moralium Unum est quod in mentibus temptacionum repentinum eventum agitur, quibus sic subito temptentur, ut liceat etiam iusti per repentinum eventum agitur, quibus sic subito temptentur ut inopinato eventu exturbat et consternat, casum quasi sui non ut prius ceciderit videat. Aliud vero quod paulatim venit in mente et se animum levibus suggestionibus infirmat et omnes in eo vires iustitie minuetate sua sed assiduitate consumit. Prima ergo alia est temptacio que iustos plerumque subita invasione consternit. Dicitur mons cadens defluit et saxum [illegible] transfertur de loco suo i. mens sancti cuius locus in [illegible] fuerat impulsu subito ad culpam transfertur. Rursus quia alia est temptacio que se cordi hominis leniter infundit omnemque duritiam fortitudinis corrumpit atque consumit, ideo dicitur lapides excavant aque. Lapides vero duriciam mentis absorbent assidua et mollia blandimenta libidinis et lentum atque subtile vicium corrumpit durum et fortem propositum mentis. Unde subditur Et alluvione paulatim terra consumitur. Sicut enim influente aqua paulatim consumitur terra, sic leniter surrepente vicio mens etiam fortis absorbetur. Unde subditur ibidem Et hominem ergo perdes et cetera. Cum temptacionis usto auditio, cuius mens qui stare alto cernitur, repente dominari permittitur, cadere ac defluere montem fortem. Et cum voluntas ad vicium permittitur, quasi ad locum alium transfertur saxum. Cum vero temptacionem lentam atque subtilem sed tamen assiduam cor eius qui fortis esse creditur mentibus equale sumis quasi lapides excavant aque. Et alluvione paulatim terra consumitur, quia minima suggestione levi subiecta mentis duritia mollitur. Et exemplificat ibidem de David et Salomone.

David namque mons altus fuit qui tanta de deo misteria prophetico [illegible] valuit contemplari, qui tamen quasi subito casu defluxit. Nam dum in solario deambularet, alienam coniugem concupivit, abstulit eius et virum cum dampno suo, exitus interemit, repentino casu mons cecidit cum mens illa celestibus assueta misteriis, inopinata temptacione devicta est, tamque tam immanissime turpitudini subacta. Saxum itaque de loco suo translatum est cum propheta a prophetie misteriis exclusus ad cogitaciones turpitudinis pervenit. Salomon autem immoderato usu et assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est ut templum ydolis fabricaret et qui prius templum deo construxerat assiduitate libidinis etiam perfide substratus ydolis construere templa non timuit. Sic quasi futurum est ut ab assidua carnis petulancia usque ad mentis perfidiam perveniret. Quid itaque aliud hic aque excavaverunt lapidem et alluvione terra paulatim consumpta est, quia surripiente paulisper infusione peccati terra cordis illius ad consumptionem defluxit. Ille

Tercia temptacio dubia que animum ambiguitatis vinculo involuit Job 20 Idcirco cogitaciones mee varie succedunt et mens in diversa rapitur. Quarta est occulta que deliberacionem consideracionis perfugit Job xl. Quis revelabit

arem indumenti eius et in medio dentium eius quos intrabit portas oris. Qui apperuit et occultas eius temptaciones. Quinta est violenta que quasi apertis mentis transcendit Job 30. Quasi rupto muro et aperta ianua irruerunt super me et ad meas miserias devoluti sunt. Sexta est fraudulenta que animum seducit. Prouerbiorum XIIII° Est via que videtur homini recta novissima autem illius ducunt ad mortem. Septima est perplexa que variis viciis simul impetit Job XL. Nervi testiculorum eius perplexi sunt. Super quo Gregorius 32 moralium. Testiculi eius sunt suggestiones prave quibus in mentibus corrupcionis fervescit ac inconstoporatur anima iniqui operis prolem gignit. Sed horum testiculorum nervi perplexi sunt quia suggestionum eius argumenta implicatis inventionibus alligantur. Ut plerosque ita peccare faciant quod si peccatum fugere appetant hoc sine alio peccati laqueo non evadat. Et culpam faciant dum vitant ac nequaquam se ab una valeant solvere nisi in alia consenciant ligari. Quod ibi per multa declarat exempla. Daus cum ... remedium ad versucias eius destruendas. Ut cum mens inter minora et maxima peccata constringitur si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet minora semper eligantur. Quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur ibi se in fugam precipitat ubi brevior murus invenitur. Et paulus minora concessit ut maiora declinaret. Et cetera.

Secundum vero Gelegarium. Septem capita sunt universi reprobi. Quorum primum est reprobi ante diluvium. 2m reprobi post diluvium inventores ydolorum. 3m reprobi post dacionem legis. 4m pseudo prophete a quibus populus est deceptus. Quintum impii iudei qui Christum crucifixerunt. Sextum ecclesie persecutores. Septimum antichristus et sui complices. Ille possunt eciam per septem capita designari heresiarche. Per decem cornua decem principes qui tempore antichristi tum falsa predicacione quam tyrannica potestate sanctos affligent et eciam totum multos ex eis vincentes. Unde dicuntur in capitibus habere septem dyademata propter victoriam quam habebunt de multis que quidem victoria magis erat fraudulenta quam violenta propter quod subditur in textu. Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi et misit eas in terra. Quod exponit Gregorius 32 moralium. Super illo Job xl. stringit caudam quasi cedrum dicens. Celum namque est ecclesia que in hac nocte vite presentis dum in se innumerabiles sanctorum virtutes continet quasi radiantibus desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda stellas in terram deicit quia illa sathane extremitas per audaciam assumpti hominis erecta quosdam quos velut electos dei in ecclesia invenit obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de celo in terram trahere est nonnullos relicta spe celestium illo duce ad ambitum glorie secularis inhiare. Danielis viii°. Deiecit de stellis et conculcavit eas. De stellis quippe deicit cum nonnullos iusticie luce resplendentes frangit. Quidam enim in ecclesia lucent vita et doctrina quidam sola vita quidam solum doctrina ut ypocrite. Unde et hee stelle exterius lucebant et interius erant obscure Job 3°. Obscurentur stelle caligine eius. Ubi Gregorius 4° moralium exponit istud de confinibus dicens quod aliquando stelle dicuntur sancti aliquando ypocrite. Sed in 3a ... parte stellarum intelliguntur omnes reprobi sicut habitum est supra viii° fuliginis heretici pagani iudei ac falsi christiani qui de celo id est de societate sanctorum exierunt et in consorcium malorum demonum trahuntur. Fit autem quotidie hic stellarum detractus. Sed amplius erit tempore antichristi quando inmemores sciencia per: secucionibus crucis ... illi qui prius in ecclesia videbantur lucere blandi: mentis tormentis et falsis miraculis ab antichristo decepti estuabuntur et ad terram id est in amorem terrenorum detrahentur. Ut plus ea quam celestia diligant. Vel per caudam possunt significari pravi doctores qui per adulaciones et simulaciones decepciones operiunt turpia pravorum. Ypocrite enim doctores mendacium ipse est cauda Ysaye ix. qui trahunt in terram illos qui videbantur celestis vite Ysaye ix. Et exeunt qui beatificant prelati ... seducentes et cetera. Moralium ... Cauda draconis id est fraudulenta suggestio demonis de longitudine vite et finali penitencia multas

stellas

v fideles. trahit in terram v terrenam concupiscentiam promittit. n eis bona
multa et prosperitatem in fine et sic decipiunt et trahuntur ad amorem terrenorum. Eccl. 19 Repromissio nequissima. multos perdidit dirigentes et commovit eos quasi fluctus maris etc. Vel quia trahere proprie est motus violenti. Cauda vero sonat deceptionem Et illorum coniunctione notatur quod dyabolus quosdam trahit violenter. alios fraudulenter. Secundum illud psalmiste Insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca etc. Multi fuerunt qui neutro istorum modorum trahuntur. sed ipsi sponte trahunt peccata sibi et ad se. temptatores preveniendo. De quibus dicitur Ysaye v. Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. et ix. funiculum pluribus peccatorum. quibus tamen omnibus subvenire tenemur quantum possumus Proverbiorum 24 Erue eos qui ducuntur ad mortem. et eos qui trahuntur ad interitum liberare non cesses. Notandum etiam quod hec auctoritas videtur frequenter a sanctis. ubi agitur de casu angelorum qui cum lucifero ceciderunt quos vocat terciam partem stellarum celi. Sed queritur hoc cum dicit tercia pars ceciderit. Item quod lucifer sua cauda traxerit eos. Non enim videtur quod eis suggesserit ut consentiret ei. quia omnes cum lucifero peccaverunt et simul de celo statim facto peccato ceciderunt. Dicendum quantum sufficit ad presens quod duo sunt genera angelorum. Quidam ministrant alii assistunt Dan. vii. Milia milium ministrabant ei. et decies centena milia assistebant ei. Ministrantes dicitur prima pars stellarum. Assistentes vero secunda. Ceteri vero qui nec assistere deo voluerunt nec ministrare neque servire domino sed lucifero consenserunt dicitur tercia pars. non quantum ad numerum personarum. sed quantum ad statum. Et hos dicitur lucifer traxisse sua cauda. quia consenserunt ei. Lucifer enim simul appetiit equalitatem dei sed omnibus aliis preesse propria auctoritate sine meritis et sine datore et aliis angelis revelavit voluntatem suam. et illi in eodem instanti ei consenserunt unde simul eodem peccato scilicet superbie peccaverunt. Sed ille fuit actor. qui sibi dei similitudinem appetiit. et aliis suam voluntatem revelavit. Ideo dicitur illos traxisse et in terram misisse v in infernum carcerem caliginosum. in quo sunt ad diem iudicii ad eternam dampnationem. Ysaye xiiii Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Et infra Qui dicebas in corde tuo in celum conscendam etc. In profundum laci. Amores autem angeli superbierunt non tantum lucifero consentiendo sed etiam sibi excellentiam appetendo. cum se non crederent illud posse pervenire sine ipsius luciferi voluntate. qui erat quasi caput. ideo et sibi et illi excellentiam appetiverunt Et ideo proprie superbierunt. et etiam superbie consenserunt quia non est tante superbie quante fuit. omnibus appetere preexcellere et nulli subesse Sed dicitur. Superbi est appetere preesse et non subesse. sed minores angeli voluerunt lucifero subesse etc. Dicendum quod cum eis non appeterent preesse. noluerunt tamen debito modo subesse. quia noluerunt illi deo subesse qui precipit solum quod bonum est. et restringere voluntatem suam Sed ei qui permittit laxari frenum cupiditatis. Ideo mali homines superbi. peccatis volunt subesse dyabolo quam deo. vel alicui tiranno quam regi vel bono principi. Similiter potuit esse de angelis. Et quamvis regni gloria sit obtinere premium per merita. Superbus tamen magis appetit esse gloriosum. sine meritis habere ab alio. quam per merita ab alio obtinere. cum quod dedignatur servire. tum quia dedignantur ab alio recipere. Ideo quia angeli voluerunt propria auctoritate quiescere sine meritis et obsequio. et secundum estimationem superbi appetiverunt excellentiam non veram sed falsam ideo peccato superbie peccaverunt. ~~Notandum de modis temptandi~~

Et draco stetit ante mulierem que erat paritura. ut cum peperisset filium eius devoraret Et peperit filium masculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea Et raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius Et mulier fugit in solitudinem. ubi habet locum paratum a deo ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta

XII

Posita draconis etiam persequentis notificacione subiungit insidiarum eius
notificacionem et adiutorii certe et providencie figuracionem. Et dividitur in 3s
partes. Primo ponitur insidiarum draconis permissio. 2o protectoris sive
victoris certe dati submissio ibi et peperit filium etc. 3o mulieris
promissio ibi et mulier fugit in solitudinem. Notandum de modo temptandi
insidiandi et vexandi demonum quo solent animas fidelium inquietare et
a salutis assecucione impedire. Beatus Gregorius 3e moral. tractans illud
Job 41. Non est potestas super terram que comparetur ei dicit Etsi dyabolus
conditionis sue merito miseram hominibus cecidit omne tamen genus humanum condicionem
angelice non transcendit. Et quamvis beatitudinis felicitatem perdiderit nature
tamen sue magnitudine non amisit cuius viribus adhuc superat humana cuncta
ille quia superat humanum etiam eloquentiam et subtilitate ingenium robur
corporis agilitate. Quanta tamen eius potestas est et in paradiso et post ante
divinitatem incarnacionem et dominica passione completa. Sequitur namque beatus
Gregorius xv moralium c. vi.o quo homini in paradiso adhuc stanti
paravit insidias inquirendo cur ei deus precepisset ne de ligno scientie
boni etc. vesceretur. Et audiens dubium responsionem intulit neque et sub-
iunxit blandam persuasionem et mediate promissionem dicens Eritis sicut dii
scientes bonum et malum etc. Sed postquam hominem semel rapuit ad consensum culpe
consentientem trahit et corruptos sue delectacionibus devincit pene
violenter inficit. Hec ibi. Et li. 33 dicit eius potenciam tantam fuisse
quod ab exordio mundi vix paucis electis evadentibus humanum genus
in yma defluens usque ad redemptoris tempora quasi quendam fluvium
in se traxit. Sed nec post tempora redemptoris cessat ab hominum inquietacione
dicit n. l2a quod draco stetit ante mulierem etc. Dicit Gregorius ibidem
non mirum si ante redemptoris tempora homines absorbebat sed hoc mirum
quod et hos qui sacrificio baptismatis signati sunt se posse deglutire confidit
alios n. sub christianitatis nomine positos devorat quia eos per errorem
in fide supplantat alios vero a rectitudine fidei nequaquam deiciat tamen
ad usum perverse operacionis inclinat. Etsi in operacionis iniquitate non potest
implere hos tamen in studio intencionis intorquet. Si autem intencionem inturbare
non potest nititur a caritate separare quia dum a caritate dividit recte
non sit quicquid intrinsecus operatur. Insidiatur igitur in fide in
operacione in intencione. Opus igitur est indefessa cautela quia si defuit cautela
ambulandi in via fidei absconditum lubricum sequitur operacionis vera sequens
via fidei ad patriam perficit. Sed offendentes minime perducit. Hec ille etc.
Revertentium ergo ad propositum dicit. Et draco id est dyabolus sic ut dictum est
armatus potencia astucia et malicia. Et notandum quod hec duo coniunctim
scilicet astucias demonum et insidias ac eorum malignitatem ex una et dei po-
tenciam ac benignitatem ex alia multum est homini utile dicit n. Gregorius
33 moralium. Multi sunt qui ignorantes astucias sathane minus ipsum
pertimescunt. Multi etiam sunt qui despecto dei adiutorio sua se virtute
salvari a demonibus potestate confidunt cum tamen nulla sit potestas super terram
que possit ei comparari utrumque ergo oportet agnosci. Et allegat illud Amos
3o. Leo rugiet id est dyabolus quis non timebit. Deus locutus est quis
non prophetabit et subdit dicens. Cum homo virtus conditoris intimo(?) versit ne-
quaquam ipsum latere dicit vires adversarii quibus eo magis se suo defen-
sori subderet quo sui hostis nequicias subtilius agnovisset. Protectorem suum
tanto ardentius quereret quanto terribiliorem hostem agnosceret que vitaret
Certum n. est quod minus diligit redemptorem qui minus intelligit periculum
quod evasit et vile solacium reputat defensionis qui virtute adversarii
debilem putat. Quapropter in l2a primo demonis insidie notificantur
ut ex hoc protectoris suffragium avidius invocetur. Unde dicit l2a Et
draco stetit ante mulierem id est etiam Christum parere cupientem infidelium
cordibus instanter impugnat. Et in hoc attendenda est eius instantia

Dicit namque Gregorius quod multa sunt eius mathinamenta. aliquos vi
opprimendo rapit. aliquos insidiando circumvolat. aliquos minando ter
aliquos suadendo blanditur. aliquos desperando frangit. et aliquos pro
mittendo decipit Et videtur mirabile quod ille quem deus fecit tim
homine simul Job 40 sic homini insidiatur. ferit aut eos simul et
dicit Gregorius. non unitate tribus. sed terrarum racionibus et imaginibus dum
imaginibus participat. De homine namque dicitur Gen. 1. 4 fecit deus
hominem ad imaginem et similitudinem suam de dyabolo vero dicitur Tu
signaculum similitudinis dei. plenus sapientia perfectus decore in
delicijs paradisi fuisti Ezech. 28 Sed mirandum non est illum dum
demonem insidiosum non ferit sed pertimescendum ut dicit Gregorius
Ex quo enim homo demonem qui secum factus est in racionem periisse
considerat. vicium sibi casum superbie ex ipsa propinquitate sue condicionis
pertimescat Et dicit Gregorius quod ideo scriptura tam mira in quibus fuit
dyabolus et que amisit insinuat. ut territo homini ostendat quid ipse
passurus sit de elacionis sue culpa si superbiat. si feriendo illi parci
noluit. quem tanto in tante claritatis gloriam celebravit Consideret
igitur homo quid elatus in terra meatur. si prelatus angelus angelum
in celo pervertitur. Incubatus est nimirum in celo gladius meus .Ysa. quia
ira feriam superbos terre. pendite si ipsos eciam quos in celo mirabiliter me
todit. pro elacionis vicio peccare non pepercit Job ubi bona et bona veture
inscripcionis dei vi dicitur quod mira in hiis dei iusticia ostenditur. que tamen
fecit iusticia. ut ordine statuti nullatenus infugat tantum odit
vel peccatum eciam quos carissimos computat abicit. Unde Tercio dicit
4 ista spectandum inestimabilem divine severitatis in angelo nobilissimo
et primo homine. quorum utrumque propriis manibus plasmat et decoravit
nobis insuper apposuit et ostendit ut advertamus quantum deus odit
peccatum et maxime superbiam. quod pro uno motu cordis nobilissima creatura
celitus et sine spe venie est dampnata Et pro uno esu pomi et ipse adam
et tota posteritas usque ad finem mundi. est mortalitati et multiplici pe
nalitati subiecta Et nisi deus exitium reliquisset nobis semen. quasi sodoma
fuissemus Et hijs efficacissime concluditur argumento quod horrendum est
incidere in manus dei viventis ad hebr. x Si enim deus angelo nobilissimo
superbienti non pepercit. quid erit de vilissimo cinere et abiectissimo in altum
se extollenti cum iam deceat in cinere et cilicio ymo in ipso sterquilinio
Hec ille 2 pet. 2 Si deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus
inferni detractos in tartarum tradidit in iudicio cruciandos reservari
exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens etc. Ex quo ergo ut dicitur
homo demonem qui secum factus est in racionem perisse considerat. vicium
casum superbie ex ipsa propinquitate sue condicionis pertimescat Et cum illa super
vallem ubi perdidit et hunc casum suo contra hominem exarsit in ira et
invidia maxima ut se sciat cum eo congressum habere ut sit de auxilio
et de armis provideat Dicit enim apostolus ad Eph. vi. non est nobis colluctacio
adversus carnem et sanguinem. sed contra adversus principatus et potestates tenebrarum
harum adversus mundi rectores etc. In fide enim fortiter resistendum est
Et hec sunt auxilia et arma quibus hic superari videntur quod vol
x dicitur Carnales homines esse cibum eius Et abakuk pe dicitur electam
esse escam eius Illos enim devorat qui apud humana iudicia sunt electi
Sed ante iudicium divinum sunt quasi fenum eius appositum ut dicit Gregorius
De quorum numero fuit ille quem apostolus propter fornicationem tradidit sathane
vexandum 1 Cor. v. Quibus modis dyabolus tales homines devorat
in cibum suum r ad hoc ut faciant omnem voluntatem eius Similiter in
corpus dicit suum cibum consistere in implendo voluntatem divine Johannis 4
Et dicit Bernhardus super psalmum Qui habitat in adiutorio altissimi. Vocantur illum
vesiculum quod liberavit me de laqueo venancium etc. dicit quod duo sunt
mala demonum in que inciderit primum est presumpcio. et hoc erat maximo

qr cepit ambire dei similitudinem in potentia et sciencia. Unde illud est verbum appe-
titus sui Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis et ero similis
altissimo Ysaie xiiii°. Ecce magna presumpcio. Illic ceciderunt qui operantur
iniquitatem expulsi sunt set propter presumptorem nec poterit stare sed propter obsti-
nacionem Qui enim sic ceciderunt non adiciant ut resurgant et irreme-
diabile est eorum peccatum. Exinde enim qualibet eorum spiritus factus est
vadens et non rediens. Mira presumpcio demonum set non minus mira obsti-
nacio. Presumpcio ascendit semper et propter hoc non est illius comutacio. Ca-
erim comiti valuerit quia via presumptores inciderunt in laqueum obstinacie
et hec est negociacionum spiritualium adversus nos colluctacio ut nos seducunt
in has vias et deducant in fine illum qui paratus est eis. Et subdit Quare
perso et gilso sunt corde filii hominum qui has vias sequuntur. O homo fuge
presumptorem ne gaudeat de te inimicus tuus. Gaudet enim maxime cum sit
aliquem preceperit expertus in se ipso quam difficile possit ab hac vorague
respirare et declarat quibus gradibus in illa mala devenit dicens. Pri-
mus gradus est dissimulacio. Ipse infirmitatis vel iniquitatis aut inutilitate
Cum enim homo sibi ipsi peccatis sibi swadens putat se aliquid esse cum
nichil sit ipse se seducat. Secundus est sui ignorancia. Cum enim homo in pro-
gradu sibi texuerit mortalia perizomata foliorum quid superest nisi ut
vulnera tecta non videat. Postquam cum ad hoc texuerit ne videt Eciam
namque fit ut eciam alio revelante vulnera ea non esse vulnera contendit
convertens in verba malicie ad excusandas excusaciones in peccatis. Tercius
gradus est vicinus ymo contiguus ipsi presumpcioni. Quid enim mali vetur
arctitate ille qui presumit excusare et defendere. Exinde sequitur contemptus
ut quemadmodum scriptura dicit Impius cum in profundum venerit viciorum
contempnit et ex hoc magis urget super eum puteus os suum. Cum huiusmodi
animum contemptus tradit inpenitentie que quidem impenitentia fingitur
obstinacionem. Et hoc tunc est peccatum quod non remittitur nec in hoc seculo
nec in futuro quia cor durum neque deum timet neque hominem reveretur
Quis dubitat quod qui unus istis demonibus adheret unus spiritus est cum eo
Natura quidem humana a dyaboli fraudibus est aliena set homo mala
consuetudine suscipiendo naturam dyabolicam. Nam etsi humanum est
peccare dyabolicum tamen est in peccatis perseverare. Hec ille. Mirabilis
certe demonum malicia circa genus humanum. Si consideremus quo pharao
cum gente sua cruciaverit iudeos et opera coegit eos laborare in
luto et palea. Sic dyabolus cum suis neque spiritibus cruciavit immittendo
iniquas cogitaciones succendendo immundos in anima amores et sollicitat
laborare in vanitate et luxuria compellit. Videte quod non prius pharao
desiit a iudeorum persecucione nisi submersus. Sic nec demones nos
cessant persequi nisi tunc cum ad lectum primum devenimus. Dicit Bernhardus
Veniet tempus cum ut homo malicia habebit quid faciat cum ut
demonum maliciam videbimus ut timebimus sed ut timebat agmina
virtutis et misterium set interim vexat dyabolus et hos qui Christi tribus
utitur qui per esum manne cecidit ira super iudeos imminet ergo
vexatos temptacionum imminet insidie etc. Set non est desperandum
Nam mulier peperit filium masculum etc. et quo ergo dei potestas est super
demonis potestatem ideo potest nos custodire. Iuxta illud psalmi Custodi nos
domine ut pupillam oculi. Ymmo nisi dominus custodierit civitatem frustra
vigilat qui custodit eam. Dominus ergo custodit introitum nostrum et exitum
nostrum. Potest eciam nos defendere per arma iusticie a dextris et a sinistris
Non gratis enim dicit psalmista Scuto circumdabit te veritas eius non timebis
a timore nocturno a sagitta volante per diem a negocio perambulante
in tenebris ab incursu et demonio meridiano Cadent a latere tuo mille et
decem milia a dextris tuis ad te autem non appropinquabit Sub ymbre igitur
divine protectionis exultans propheta dixit Et in deo meo transgrediar murum
et notetur in muro difficultas temptacionum. Potest eciam eripere unde alibi
propheta non petit dicens Eripe me de inimicis meis deus meus et ab insur-
gentibus in me libera me. Ubi dicit augustinus dyabolus et angeli eius

non cessant quotidie contra nos insurgere quia deceptionibus suis suggestioni
ac temptacionibus non cessant velle illudere infirmitati nostre et quibusque
laqueis irretire Sed noluit deus suos eripere de laqueo venancium ut ille
quia regit gentes in virga ferrea id est iusticia inflexibili fidelis enim deus
Sed advertendum quod non sufficit habere oculum ad divine potestatis auxilium
si non aspexerimus ad proprios defectus unde temptaciones exurgunt siquidem
siquidem que hominis non sunt nostra, quia peccatorum tirannides obsidentur
bella ut Bernhardus lex enim divine legi contraria et si in membris
non regnat tamen inhabitat Et quidem si primus hostis id est dyabolus
non prevalet tamen secundus id est caro ferre libere dominatur Concupiscit
enim adversus spiritum ad Galatas v. immo corpus quod corrumpitur
aggravat animam et deprimit terrena inhabitacio sensum multa co
gitantem Sapientie ix Item quod corpus potest dici carcer anime ad Romanos v
Nonne mors intrat per fenestras Nonne oculus depredatur animam
Nonne pedes ad malum currunt Nonne manus ad iniquitatem exten
duntur Nonne totum corpus languidum et cor merens a planta
pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas Ysaie primo
Quid ergo prodest nobis quod deus prevalet dyabolo ex quo habet ex quo
oritur totum nostrum bellum Non sublevamus deo qui ea tenens propria tuetur
Cum enim hec que nostre libertati vendicamus essent in manu dei quis
ea posset de manu eius eripere quis invadere quis expugnare cum ipse
ille fortis armatus qui cum custodit atrium suum in pace sunt omnia
que possidet Luce xi et Mathei xii Et ideo dicit Bernhardus firme pos
sidet qui habitat in adiutorio altissimi Quandiu dies mali sunt et nulla
est hominum securitas nullus habeant passionem de manu tamen per pre
cium predi lectoris iniuriosa libertate eripere presumat Quod si nemini
prius prius te emulatur Non enim est invidiare habere providere quod in nobis
manere cum sibi tam ut ille Miraris Deus utique iustus est et punitur
demonem facit quod suum est iustus quia admittit homini voluntatem libertatis
quam ei indidit in racione Iustus quia vult ut homo racionis omnino
divinis iuribus esset ac ei in toto subiectus et illam tamen libertatem impe
comittet Iustus quia eum subiectum protegit et ab eo disgredientem sub
libertati relinquit Quemadmodum in patre defecit in filio aut in patre
in filio quod se a patre alienavit qui sua libertate male utens totam sub
stanciam luxuriose consumpsit consumptis bonis que patris erant vivi cuidam
adheret id est demonis servicio se subicit permittit pater filio suo qui di
scessit ab eo demone subdi qui dure vexatur ab eo Ille autem filius
cum omnia patris erat bona conservata sunt illesa Quis non dicit hoc
audiens esse iusticie cum regat gentes in virga ferrea id est iusticia in
flexibili Quid quod voluit a deo custodiri protegi et eripi a demonum astu
qui noluit averti a voluntatibus propriis Quorum membra viciis dicata
ad ea que non sunt vera bona convertit Quorum membra precium scientie
more sacrilego in usus vanitatis curiositatis levitatis et voluptatis
assumunt Nonne corpora nostra templum sunt spiritus sancti i Cor 3 et inter
quod deus habitat in eis ad ea nullis sed immundis spiritibus accessus Quare
si hic hostis expellitur et membra serviunt immundicie et iniquitati
mirandum non est quia homo male utitur sua libera potestate tamen deo hoc
iuste permittente Sed attendendum ad illud quod dicit apostolus ubi penitebit
quos contingit ex diuturna pietate cum quisque a talibus resipiscere Sicut enim
exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem Ita
exhibete membra servire iusticie in sanctificacionem Romanos vi Valde timendum
ut dicit Bernhardus ne ex post paenis servire dyabolo contingat in luto et
palea id est paenitentie et luxurie Propter quod si pharaonis evasimus ingum
intolerabile gracias demus diviniam potestatem atque bonitatem hoc non non est
nostri operis dextera domini fecit virtutem Quid ipse fecit erga filios
Israel cum exirent de egipto nisi hec quod obliviscebantur potencie dei et mi
rabilium eius que fecit hoc fecit quod vexati sunt a tribulacione malorum
et dolore

hoc fecit quod sepe deum temptaverit et eum irritaverit in adinvencionibus
suis. Quarto adventus adversarium quod stat pro nostra perdicione
quando nos accusat ante conspectum dei I Reg. quo petit ab eo potestatem
nos temptandi, quo circuit incessanter et perambulat querens quem devoret
huic igitur resistimus fortes in fide accipiamus armaturam dei
ut possimus stare adversus insidias dyaboli ad Eph. vi. Tenemus tamen
apostolo legitime certantes devictis hostibus possimus ad palmam victorie
pervenire eo dicente quem mulier peperit masculum qui recturus est omnes
gentes in virga ferrea ut dicitur in textu. Vel. in hoc quod ait stetit
notatur eius instabilis (?) promptitudo ad pugnandum. Stare enim pugnantis
est ait Gregorius super euangelia omelia ix 2a partis. Stetit inquit non
fessus nec fatigatus sed semper vigilans et insidians bonis. Vel insidiatur
ante mulierem quia tunc tui inimicitias. Gen. iii. Inimicicias ponam inter te
et illam et tu insidiaberis calcaneo eius. Que erat paritura scilicet
filium scilicet nondum pepererat per effectum et tales maxime nititur dyabolus
impedire vellet enim dyabolus quod essent semper parturientes et nunquam parientes
Ysaie xxxvii. Venerunt filii ad partum et non est virtus pariendi. Luce xxi.
Ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus. Ad quid autem stetit sequitur
tunc sequitur ut tum peperisset filium quia aquam in fide dicit glossa devo-
raret phytiedo in corpus suum ipse non circuit querens quem devoret
Jer. li. Devoravit me quasi draco. Unde beda dyabolus
a per pessimo. Et Jer. li. Devoravit me quasi draco. Unde beda dyabolus
insidiatur esse fidem Christi gignentes in cordibus extinguere credencium
insidiatur esse fidem X gentibus in cordibus extinguere credencium
Zach. iii. Sathan autem stabat a dextris eius ut adversaretur ei. De eius
diligencia et solicitudine non etiam dicitur Ysaie v. Ecce festinus veniet
velociter non est deficiens neque laborans in eo non dormitabit neque dor-
mitabit neque solvetur cingulum renum eius neque rumpetur corrigia
calciamenti eius quia ab omnibus hiis expeditus est. Et post hoc moraliter
exponi de sanctis animabus. Semen enim est verbum dei Ysaie xxvi. In
audiendo verbum dei et concipiendo quasi Christus corripitur meditando ve-
ritatem et volendo quasi parturitur bonum operando ipsa virtus nascitur. Unde
Richardus de sancto victore super illud psalmi tamquam vitulum libani. Potest
inquit in corde tuo et in corde alieno filium dei gignere et corpore. Dilec-
tu gignitur consensu corripitur affectu nascitur effectu nutritur
quando veritatem intelligens vel aliud intelligere facis. Christum gignis. Et ille
Ysaie xxvi. A timore tuo domine concepimus et quasi parturivimus et peperimus
spiritum salutis. Et ne sic anima pariat dyabolus insidiatur et expugnat
ut possit devorare et destruere fideles sic pare volentes sic absorbuit
infideles. Absorbebit non fluvium et non mirabitur et habet fiduciam quod Jor-
danis influat in os eius Job xl. Ubi Gregorius xxxiii moralium ait quod per flumen
signifficantur infideles per Jordanem vero credentes. Ut ibi sequitur
Et est notabile quod dicitur hic quod draco stetit ante mulierem que erat pa-
ritura. Cum enim anima est quando concipit bonum propositum tunc instanter
partu dyabolus vehementer insurgit ut impediat partum vel esse
devoret iam natum quod dicitur Exodi iii quod pueros moysi videtes
puerum elegantem absconderunt ipsum tribus mensibus. Moraliter tres men-
ses sunt tres defectus qui oriuntur in operibus nostris attendi ne magnitudine
gloriemur. Primus est quod opera nostra non sunt pura Ysaie lxiiii. Universe
iusticie nostre quasi pannus menstruate. Job ix. Si lotus fuero quasi aquis
nivis et fulserint velut mundissime manus mee tamen sordibus intin-
ges me. Gregorius. Sepe sordet ante oculos iudicis quod fulget ante
oculos facientis. Secundus est quia etsi essent pura sunt admixtione peccati
tamen non sunt plena Apoc. iii. Non invenio opera tua plena coram me.
Tercius est quia et si pura sunt et plena non tamen multa psalmus paucitatem
dierum meorum nuncia mihi quia quandoque opera mixta sunt. Hieronymus
Propterea dicebat Job ix. Verebar omnia opera mea. Et dato quod hec tria haberent
in operibus nostris adhuc non debemus extolli quod non sunt a nobis sed dei
in nobis operantis Ysaie xxvi. Omnia opera nostra in nobis operatus es domine

i. Cor. 4 Quid habes quod non accepisti luce xvi Cum feceritis omnia que
precepta sunt vobis dicite servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus
Per filium autem masculum significatur opus virile Nam opera dicuntur
filii secundum augustinum epistola xxi. Eccli. 3 Filii sapientie ecclesia iustorum et natio
eorum obedientia et dilectio Et tale opus virile dyabolus nititur destruere
et devorare quod figuratum fuit Exodi primo Vbi pharao dixit obstetricibus
Quicquid est masculini sexus in flumen proicite quicquid feminini
reservate quia quanto opus fortius et sanctius est tanto maior est invidia
dyaboli contra eum et quanto facit opus melius tanto magis destruere vult
vel a principio intentionem pervertendo vel in fine vanam gloriam suggerendo
Quantum autem ad statum dei genitricem mariam virginem que in hoc loco
typum tenet ecclesie secundum haymonem dyabolus stetit contra eam volens per
herodem filium eius interficere quando ille fugit in egiptum et latenter
per eo fuit interempti Sed quod non potuit facere per illum fecit
filium eius herodem qui diebus illis tetrarcha erat sicut dicitur luce
23 Voluit autem eum dyabolus devorare quia estimabat eum purum
hominem putabat eum ceteris eum in inferno tenere posse sed non potuit
quia ut inferius dicitur Resurgens a mortuis ascendit ad dei
patrem Et quotidie immo omni hora dyabolus stat ante ecclesiam
ut possit eos decipere qui fonte baptismatis renati vel verbo dei generati
efficiuntur filii dei sed non prevalet quia rapiuntur ad deum a quo protegit
Unde sequitur et peperit filium masculum Vbi ponitur protectio ecclesie
specificatur et subdividitur in duo primo ponitur filius adiutorio
descripto 2o providentie mulieris subiungitur ibi Et mulier fugit Quantum
ad primum dicit Et peperit filium masculum id est ipsum ihesum christum ecclesia peperit
et quotidie parit in cordibus auditorum quem beata virgo semel
enixa est secundum carnem Unde Beda dracone adversante ecclesia christum
parit dyaboli victorem Ierem. 31 Novum faciet dominus super terram femina
circumdabit virum Zach. 6 Ecce vir oriens nomen eius Ysaie 7o
Ecce virgo concipiet et pariet filium id est dominum ihesum christum masculum
id est fortem ad vincendum dyabolum nihil in se femineum habentem id est oppositum
virtuti sed omnino virtuosum i. Cor. i. Quod infirmum est dei fortius
est omnibus hominibus qui utique ad hoc venit ut principem huius seculi
debellaret De quo ps. dominus fortis et potens dominus potens in prelio
luce xi Cum fortis armatus Sequitur Qui recturus erat omnes gentes
Michee 5to Ex te egredietur qui sit dominator in israel In virga ferrea
id est in iusticia inflexibili ps. Reges eos in virga ferrea et Unde in
hoc quod ait filius masculus Notatur invicta virtuositas In hoc quod
Recturus omnes gentes Notatur ampla potestas In hoc quod ait In virga ferrea
Notatur indeclinabilis equitas Et de hac virga ferrea supra 2o Virga
enim ferrea rectitudo iusticie intelligitur ait haymo virga directionis
virga regni tui Quotidie michi dominus ecclesia parit masculos qui fortiter
contra adversa istius seculi dimicant De quibus ps. bta dicit viriliter
agite et confortetur cor vestrum Qui in ecclesia regunt gentes in virga ferrea
quia potestatem acceperunt in suo capite qua confringant gentes tamquam vas figuli
ut faciant ex vasis ire vasa misericordie Nam quod christus fecit potentia facit
iste dono illius adiuti predicatione sua Diligunt quia bonum quod deus fecit
et irascuntur malum quod homo nequiter gessit sic quod sua indicant ut
aliena et aliena facta libenter ut sua ut inquit haymo Sequitur Et raptus
est filius eius ad deum Sed Quantum ad evidentiam litere de modo loquendi
Nota quod id rapitur aliena vi trahitur et quod violenter ergo filius huius
mulieris id est marie virginis non vi propria iuvit ad deum quod est filius Item quod
rapitur ad aliquid non est ibi ad illud rapitur filius autem dei numquam
reliquit celum Dicitur quod dicitur raptus secundum humanitatem per potestatem divinitatis
id est virtute divinitatis ascendit in celum ut ait glossa Ad dexteram ergo potestate
divinitatis sic loquitur et hec ad argumentum et raptus est ut sederet ad

dextram patris Marci ultimo assumptus est in celum et sedet a dextris dei Ideo
subditur hic et ad thronum eius ad hebr. i. Sedet ad dexteram maiestatis
in excelsis et ibid. thronus tuus deus in seculum seculi Sic igitur raptus
est filius eius ad deum i. ascendit in celum et ad thronum eius i. ad equalitatem
potestatis, non per effectum novum quia fuit ab eterno coequalis et coeternus
et eternus patri, sed per manifestationem ad Ro. i. predestinatus est filius dei
in virtute etc. et ad philipen. 2o Donavit illi nomen et in hoc nota 2a glorie
sublimitas Vel loquitur hic de xpo capite membrorum Unde haymo Raptus
iste non est solum corporalis sed etiam spiritualis Quasi eum quidam raptus
sanctorum sit ex hoc mundo ad deum dum fidem quam habent interius
mandata vite custodiendo, etiam exterius ope exornat Secundum illud psalmi
ascensiones in corde suo disposuit Matth. xi Regnum celorum vim patitur et
violenti rapiunt illud Moraliter autem per filium masculum significatur fides
vel opus bonum quod mulier. ecclesia scilicet parit et generat in cordibus
auditorum predicando et bene vivendo Jacobi po voluntarie genuit nos
verbo veritatis. Et hic filius Regit gentes in virga ferrea i. motus
carnales et animales et affectus domat et ordinat rationali disciplina
Cum filius rapi dicitur ad deum et ad thronum eius i. totum hoc quod credit
vel bene operatur non sibi dicitur attribuendum sed deo auctori qui operatur in nobis
velle et perficere pro bona voluntate ad phil. 2o Quod est optimum contra
inctum contra dyabuli temptacionem qui tamen vult filium masculum i. opus
virile devorare nisi eum rapere dicitur i. referre ad deum et tunc non solum
evadit filius sed etiam superabitur dyabulus Ysaye ix Sceptrum exactoris eius
superasti. puerulus enim natus est nobis etc. Tunc ibi Et mulier fugit
in solitudinem Subditur mulieris prudentia sive providencia Secundo Tercio ad
evidentiam littere Qualiter dicitur mulier i. ecclesia fugere a facie draconis
et fu: fugere enim est signum timoris Ut dicitur Jacobi 4o Resistite dyabolo et fu:
giet a vobis Dicendum quod 2x contingit fugere Unum est fugere vel ex ti:
more vel ex voluntate pugnandi sive abnegationem adiutorii Primus i.
mercenarius fugit, quia mercenarius est, De qua fuga dicit Gregorius omelia
xv prime partis evangeliorum Utrum quis pastor sit an mercenarius cognosci
valet non potest si occasio necessitatis deest tranquillitatis enim tempore plerumque
ad gregis custodiam sicut verus pastor sic et mercenarius stat Sed lupus
veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat. lupus
etenim super oves venit cum quilibet iniustus et raptor fideles quosque atque
humiles opprimit Sed is qui pastor esse videbatur et non erat relinquit
oves et fugit quia dum sibi periculum ab eo metuit resistere eius iniusticie
non presumit fugit autem non mutando locum sed subtrahendo solatium fugit
quia iniusticiam vidit et tacuit, fugit quia se sub silentio abscondit Quibus
bene dicitur per prophetam Ezechielem capitulo 13 Non ascendistis ex ad:
verso neque opposuistis murum pro domo israhel ut staretis in prelio
in die domini Ex adverso quippe ascendere, est quibuslibet potestatibus prave
agentibus . racionis libera voce contraire . Et in die domini pro domo israel
in prelio stamus ac murum opponimus si fideles et innocentes contra pravorum
iniusticiam ex auctoritate iusticie vindicamus Quod quia mercenarius non facit
cum venientem lupum viderit fugit Tunc ibi est et fuge a tumultu
terrenorum desideriorum et curarum superfluarum et mundi voluptatum de qua
loquitur hic Et de qua dicit psalmista Ecce elongavi fugiens scilicet mundi
tumultum etc. et mansi in solitudine i. in cordis secreto quietus Et de hoc
in glosa super Richardum Ecce admirabilis gratia ad spiritualem conversacionem ubi
solis divinis intendat. dyabolo persequente recedit Et ille Solitudine quo
ad quam fugit mulier per Adiutorium filii secretum mentis debemus
intelligere, quia abiectis terrenorum desideriorum tumultibus et mundi curas
superfluas. secum desertum quietis facit ait haymo Ubi quasi invenit divinam
allocucionem Osee 2o Ducam eam in solitudinem et ibi loquar ad cor eius. habebit
sine amaritudine dulcedinem sapientie Sapientie 8o Intrans in domum meam conquiescam
cum ea . Non enim habet amaritudinem quietus illius . habebit et deliciarum
multitudinem Ysaye li Ponet desertum eius quasi delicias et solitudinem
eius quasi ortum domini . Et sic dicebat paulus in persona electorum nostra
enim conversacio est in celis ad phil. 3 Et ad hoc hortatur electos Col. 3o

Si consurrexistis cum xpo que sursum sunt querite Mulier quoque sic fugit
fuga spirituali non corporali scilicet locorum patrum a deo hoc est ipsum deum
omnipotentem in quo quiescat vel qui in corde eius requiescit de
quo loco orabat ps. ta dicens esto mihi in deum protectorem et in locum re
fugii In solitudine ergo cordis locum invenit ecclesia mulier quia sancti dum
insolencias cogitacionum non patiuntur sola quoque petunt eterna con
ditorem suum in secreto sui cordis huius habitatorem in qua solitudi
pascitur a deo pascitur Ut ibi pascat illum scilicet pastu sacre predi
cacionis et doctrine et consolacionis intime a fidelibus iuxta illud psalmiste in lo
co pascue ibi me collocavit Et hoc diebus mille ducentis sexaginta
id est tribus annis et dimidio Quamvis autem hic numerus specialiter contineat an
tea vel antichristi quibus etiam pascetur a deo mediatoribus doctoribus
precipue Enoch et Helia tamen ad omne tempus huius referri potest a domini
scilicet ascensione usque ad finem mundi sive seculi In quo tempore morantem
mulierem id est ecclesiam in solitudine sui cordis et a curis secularium rerum
quiescentem pascit sanctorum doctorum exemplo et doctrina per evangelium
et epistolas et expositores librorum pabulo divini sermonis Nam sicut
antichristus mille ducentis sexaginta diebus hoc est tribus annis et dimidio
regnabit ita xpistus tot diebus et tanto tempore predicavit Ideoque totum pre
sens possumus accipere per hunc numerum a quo divina predicacio cepit et
in quo per novissimos predicatores cantabitur ut dicit Haymo Et be
numerus iste dierum qui tres et semis annos facit omnia sanitatis
tempora complectitur eo quod xpistus tanto tempore predicavit et in tanto sim
tempore antichristus etiam persequetur Sed de supra x dictum est Signa que
locuta sunt tonitrua et noli ea scribere in figura quod illo tempore predica
evangelica cessabit ut dictum est ibi Dicendum quod evangelica predi
signatanda id est sigillanda figuraliter illo tempore reprobis et adversariis ecclesie
electis tamen et familiaribus semper est aperienda et dispensanda ut di
est ibi Et de consimili numero dierum supra xi Prophetabunt diebus 1260
Et Notandum quod hic quod ait Et mulier fugit in solitudinem Possumus
thema coram religiosis Et figurantur quatuor que debent esse in reli
gione Quorum primum est obediencie humilitas et spiritualis fecundita
ibi Mulier ut enim dictum est supra Mulier hic non dicitur a mollicie sed
a mulieribus fluxu vel voluptate sed ab humili subiectione mansuete
pietate fecunda ubertate operandi sedulitate Unde et ecclesia describitur
sub typo mulieris Ps. de qua dicitur Ecce regina astitisse in sup
totice capitis visa est mihi quia mollit ferocitatem animorum Vel quia
lacte nutrit infantes Vel quia assidet egris aut expositur ibidem hec enim
est mulier fortis proverbiorum ultimo et glosa prov. xii Mulier gracio
invenit gloriam Eccl 26 Sicut sol oriens mundo in altissimis dei
Sic mulieris bone species in ornamentum domus sue Hec figuratur omnium
mundanorum spreta contemptibilitas et mentis ad celestia elevatur sublimitas
Ibi fugit in solitudinem Job 3 Qui edificant sibi solitudines Ubi Grego
moralium 4o Solitudines edificare est a secreto mentis terrenorum deside
riorum tumultus expellere et una intencione in amore intime quietis
anhelare Et ibi multum de hoc Job 39 Cui dedi locum in solitudine ibi
Moralium 30 Duplex est solitudo scilicet corporis et mentis et una nil prodest
sine altera Vide ibi Thren 3 Sedebit solitarius et tacebit quia levavit se super se
Bernhardus super Cantica sermo 41 Sede solitarius nichil tibi et turbis nichil
cum multitudine ceterorum etc. quod ipsum obliviscere populum tuum et domum
patris tui et concupiscet rex decorem tuum O sancta anima sola esto ut soli
omnium serves teipsam que tibi ex omnibus elegisti fuge publicum fuge
et ipsos domesticos secede ab amicis et intimis etiam ab illo qui tibi
ministrat Et post Secede ergo sed mente non corpore sed intencione sed devocione spiritu
Et post Solus es si non communia cogitas si non affectas presencia si despicis
que multi suspiciunt si fastidis quod omnes desiderant si iurgia devitas
si dampna non senties si non recordere iniuriarum alioquin
nec si solus es corpore solus es Vides te posse esse solum inter multos
et inter multos non solum Solus es in turba hominum vere frequenter

tantum tam aliene concupiscencie esse aut curiosus explorator et temerarius
iudex. et ibi multum de hoc. Et notandum quod in hoc quod aut fugit notatur intensus
fervor sive amor celestium quia ut ait Clemens super ewangelium parte ix. fuga
est evitandi incommodi vel adipiscendi commodi causa. festinata cum ...
et Seneca in epistola fuge est currendi genus citatissimum. fuge ergo spi-
ritualis in solitudine est fervens celestia desiderare et amare. Et de hac fu-
ga Ambrosius in libro de fuga seculi per totum. fuge inquit est non terminos
terrarum relinquere sed in terris iusticiam querere et sobrietatem tenere. Et sequitur
fugiamus hinc sicut Jacob fugit de terra sua hec ille. et ibi bene de hoc.
Tercio figuratur anime sic fugientis quieta tranquillitas ibi. ubi habet locum
paratum a deo Johannis xiiii. vado parare vobis locum. hic non est ordo
nobis. et ubi requieverunt fessi robore. ubi Gregorius x° moralium. deus qui
sine situ omnia continet. nobis ad se venientibus locus in localis manet
quem locum dum pertingimus. certum ipsa in hac vita mentis nostre tranquillitas
quanta fuerit perturbacio videmus Job 29 In arduis ponet nidum. ubi
Gregorius 31 moralium de hoc satis quod terrenum despiciens in supernis figit
consilium. Quarto figuratur spiritualis pasture salubris delectabilitas. ibi ut
pascat illam scilicet pastura doctrine celestis et interne consolacionis et spe
future glorificacionis. ps. parasti in dulcedine tua pauperi deus. Luce xi. amice
commoda michi tres panes. Job 38 ostendisti aurore locum suum. ubi Gregorius
29 moralium. locus aurore claritas est visionis interne. ad quem cum
perducti fuit de huius arte noctis tenebre nichil habebit. Mathei xi. Venite
ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. hoc fi-
guratum fuit Exodi xvi et post quod dominus post egressum de egipto pavit
populum manna id est cibo celesti in solitudine. Sapiencie xvi angelorum esca
nutristi populum tuum et paratum de celo panem prestitisti eis sine labore. omne
delectamentum in se habentem etc. Sic nunc pascit fugientes in solitudine spirituale
secundum illud ps. In loco pascue ibi me collocavit. Unde Haymo Aymericum
istum figurabat olim populus egressus ex egipto qui pharaonem draconem scilicet
qui in medio fluminum suorum cubabat fugiens in desertum perductus
est quo manna vescebatur et a morsu serpentum ignitorum aspiciens
eneum serpentem in ligno suspensum liberabatur. Illud quippe desertum figurabat
penitentem vitam et secretas mentium solitudines. In hac quippe vite pa-
scimur vero manna id est dulcissimo Christi corpore qui dicit Ego sum panis vi-
vus qui de celo descendi Johannis vi°. assunt quoque serpentes igniti id est demones
qui virus nequicie sue nobis infundere conantur sed non prevalent. quia
liberamur per eum qui suspensus in cruce nos a dyabolo liberavit. qui etsi
similitudinem nostre mortalitatis habuit maculam tamen peccati non habuit. ideo quoque
nos prevalet ab omnibus mundare peccatis. hec ille. Multi non credunt quod tanta
sit animarum refectio in deserto quia non sunt experti. Unde dicit Augustinus
poterit dominus parare mensam in deserto Abakuk primo. Opus factum est in
diebus vestris quod nemo credit cum narrabitur sed nisi probavit sensu
Johannis primo Rabi ubi habitas. Dicit eis. Veni et vide. Canticorum... non lingua
sed experiencia potest agnosci. Bernhardus multi vident crucem quia non sentiunt con-
solaciones. Per hoc aut quod subditur diebus mille ducentis lx. tota ter-
minus ... temporis intelligitur a predicacione Christi usque ad finem mundi. ut dictum
est supra. Quamvis aut dies multo plures sunt. Solum tamen tot dicuntur
esse quot sunt illi in quibus facta est Christi predicacio. quia nullum alium
cibum sumimus in ecclesia sive solitudine. nisi quem in illis mille ducentis
sexaginta diebus Christus preparavit. quia doctrina et vitas predicatoris non
variatur. Tale preceptum est. Et si dicet. ut ibi pascit eam suavissimo cibo
quem mille ducentis lxta diebus Christus preparavit. hec refectio figurata
est Mathei xiiii et xv. ubi turbam que secuta fuerat eum pavit in
deserto. primo quinque panibus et duobus piscibus. postea vii panibus et
paucis pisciculis etc.

Et factum est prelium magnum in celo Michael et angeli eius preliabantur
cum dracone. et draco pugnabat et angeli eius et non valuerunt neque
locus inventus est eorum amplius in celo Et proiectus est draco ille
magnus serpens antiquus. qui vocatur dyabolus et sathanas qui seducit

vniversum orbem proiectus est in terram et angeli eius cum illo etc.
Tercia pars principalis In qua posita pugnatur scilicet mulieris et draconis de-
scriptorum et insidiarum draconis pertractacionis Subiungit ipsius pugne
bellum congressus, cere cum dracone notificationem Et dividitur in duas partes. In prima
ponitur ipsius pugne expressio. In secunda impotencia draconis cum ceteris et devi-
ctorum sociis perfectio ibi et non valuerunt. Circa primum ad primum dicit Factum
est prelium magnum in celo ut ait Richardus, prius descripsit draco-
nis invidiam nunc subiungit eius suffragium et suffragancium potentiam
factum est ergo prelium magnum, quia validissimum et longissimum, erat Richardus
in celo et in terra Et potest ad literam exponi de bello quod fuit in celo
empireo, quia lucifer et sibi adherentes per superbiam ceciderunt et alii per
sua sapiencia et dei gratiam remanserunt, Unde diversitas affectuum et effe-
ctuum, potest dici eorum prelium, lucifer et sui superbiendo ceciderunt Michael
et sui humiliando perstiterunt Secundum hunc dicitur in litera factum
est prelium magnum id est diversitas voluntatum atque consensuum In celo scilicet
empireo ad literam Michael et angeli eius. Preliabantur cum dracone
deo adherentes et factum luciferi reprobantes, scilicet quod voluit esse similis
altissimo, ad quod sui complices superbiendo consenserunt Et draco subditi
et draco pugnabat super omnes dominium appetendo et angeli eius id est
complices sibi consenciendo Sed ut dicit litera, non valuerunt scilicet assequi
quod optabant. Neque inventus est locus eorum amplius in celo scilicet empireo
et proiectus etc. Ad cuius evidenciam advertendum quod omnes angeli creati
sunt in puritate sicut et primi parentes id est sine omni culpa sine omni pena
sine omni miseria sine omni defectu, excepto hoc quod deficiebat a perfectione
creatoris, Et ut dicit Wilhelmus in libro de universo. Nulla erat apud
eos passio, nulla violencia, nulla difficultas, nulla pugna foris vel intus
nulla inclinatio ad malum, nulla retinencia a bono, nulla difficultas
ad bonum, Eorum posse non habuit admixtam infirmitatem Eorum velle
non habuit inordinationem concupiscentie, Eorum nosse non impediebat igno-
rancia, eorum intelligere non erat involutum errore, eorum liberum
erat omnimoda, suis naturalibus uti, attamen ut ipse dicit, cum lege eis
impositum a creatore, hac lege de iusticia tenebantur Ut ex omni illo
quod sunt et quod habuerunt, servivissent suo creatori Et dicit ipse quod
cognoverunt non posse exui ab eius potestate quod quia servitus eius in illo
statu, nec habuit vilitatem nec molestiam nec depressionem, nec aliquam lesionem
sed iocunditatem libertatem gloriam honorem et omnium bonorum augmentum
In quo statu dum creati sunt Ut dicit beatus Thomas, primo converterunt se
ad priorem naturalem conditionem, ita quod cognoverunt se fuisse creatos in tanta
sublimitate, cognoverunt quod omnia habuerunt in actu que pertinebat ad
eorum perfectionem naturalem, cognoverunt quod poterunt adipisci supernaturales perfectiones
Et in ista cognitione delectati sunt Declaratur in hoc quod ita creati fuerunt
Modo angelus excellentissimus ymaginans se esse in deliciis paradisi quod habuit
dei et sui cognitionem et ex deo scilicet se, et aliarum rerum noticiam Appetivit esse
beatus, non ex meritis non ex gratia dei sed ex virtute sue nature Et ut sit beati-
dinem quam ipse sibi haberet ex natura, alii inferiores angeli haberent ex eius
gratia Et ita quodammodo appetivit esse equalis deo et sic peccavit ex superbia cum
aliis sibi consencientibus qui cum illo primo simul corruerunt Illi vero qui cuncta
sua bona habita in deum retulerunt quod appetierunt assecuti sunt, quia beati-
tudinem ex divina gratia et ex illa conversione ad deum obtinuerunt Unde beatus
Augustinus ista per ordinem tangens in libro Cur deus homo capitulo primo dicit Ille in-
circumscriptus ac summus spiritus qui inicio caret et fine Cum nollet
esse solitarius esse disposuit quosdam sibi similes spiritus creare quem glo-
riose cognoscerent ut participatione gauderent in conspectu suo quam creatori laudes con-
tinuas hilariter exhibent, Creatis itaque turmis angelicis voluit ab
eis timeri et dominum scilicet obediri et amari quia esset benignissimus Coacta
enim servicia nequeunt illi esse grata Ideo quod liberum eis arbitrium concessit
innuens quod eorum servicio minime indiget, De quibus tamen si humili-
tarent et obediencie effectu gauderent Verum sicut rex potens inestima-
bilis, ad sibi obsequendum non eguit clientibus aliquo indigentibus sed eos

itaque eorum ordines ordinatissime stabilivit. quibus omnibus unum preesse constituit
qui tanto clarior atque mirabilior appareret quanto singulariter omnibus illis
eminencior fuit. Ille vero qui se vidit pulcrum ac liberum atque tot spiritibus
prelatum, confestim gloria quadam privata in se cepit et non in domino complacere
et libertatem quam ad bonum acceperat ad non bonum et non licitum usurpavit
attribuit enim sibi subditis ita dominari, ut ipse sub nullius dominatu re-
maneret, et non se nec dominum a quo recognosceret suam. quod sedem
in latere aquilonis cogitavit statuere quasi per se posset existere. et
omnia celorum agmina conformatus est ad suum velle posse flectere. Quorum
quidam eadem pravitate sunt infecti. quidam vero nimis tardi. hic tamen
inanit superbienti fautores. tum eorum irrecuperabiliter dampnati ad yma
ceciderunt. Ubi sine spe alicuius remedii perpetualiter cruciantur. et hic conuit
in libro cum dicitur Michael etc. et sub [illegible] etc. Dicit Augustinus
et nullo illi principatus superbienti remedii aditus denegatur qui a bono deo
bonus atque perfectus creatus nil in se fragilitatis gestabat pro quo
a veritate sequestraretur si stare voluisset. Nec erat aliquis alius aliorum
principibus cuius instigatione ad male agendum provocaretur. Malum quoque
non subsistebat ad quod attendendo macularetur. Sed a se potius et in se
pravitatem concipiendo recipiens tanto deterius deliquit et quanto ruit
quanto sapiencior et excelsior fuit. [illegible] aut huius fautores
pari sunt pena mulctati. Ceteri qui ab amore creatoris non rece-
sserunt. verbo domini sunt solidati, ita quod deinceps casum aliquem non
pertimescunt. hoc nempe tunc promeruerunt qui preposito prelato non consenserunt
et quia cum libere possent et velle et agere malum bono potius
tenaciter adheserunt. Unde consecuti sunt quod iam nec possint velle malum
nec volunt posse. In hoc enim apparet dei mirabilis rectitudo. qui
tum equum distinctum quod medium in utrisque partibus egit, taliter eos or-
dinavit, ut quod quisque sua sponte eligeret, hoc perpetualiter possideret
nec de parte electa redire et aliud eligere alicui liceret. Illis itaque
merito sue pravitatis abiectis et istis ob meritum sue perseverancie in bono
solidatis. talis tamen fuit illa supernorum spirituum pulcherrima ordinacio dimi-
nuta. quam ille quam ille supernus artifex qui eos composuerat mi-
rabiliter, non potuit ferre equanimiter sed diminucionem eorum reintegrare
et per hominem reparare disposuit. Et ille Ut igitur ad locum ange-
lorum qui ceciderunt provehamur a bonis angelis adiuvamur. sed a
malis impedimur. Unde dicit Haymo quod non solum tunc factum est plenum
in celo quod in inicio temporis dyabolus per superbiam deiectus est. De quo dicitur
Ysaie xiiii in figura. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane orie-
baris etc. Sed ex quo a domino in passione de cordibus fidelium eiectus est
Johannis xii. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. cepit amplius
sevire contra fideles. quod plenum prevenerat usque ad finem seculi. Cum
consumabitur tunc fiet solutus. [struck] Est ergo plurimum hominibus in celo et pro
celo quod demones volunt hominibus auferre ex invidia. quod inde per
superbiam ceciderunt. Cuius exponi habemus ad Eph. vi. ubi dicitur
Non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes
et potestates etc. Contra spiritualia nequicie in celestibus id est pro celestibus. que
maligni nobis auferre conantur. sed boni nos custodiunt. Est quod ad
placitum electorum, et timore excludendo et fiduciam inducendam confortant
adiutores esse tum dicitur Michael et angeli eius preliabantur cum
dracone Apoc. xii. Est aliud auxilium. Dyabolus non esse insidiatur
esse. qui quod callidus est malicionis et fortis ut dictum est sed propter quod
indiget esse adiutorio. Quod adiutorium [illegible] ostendit dominus habet
a filio quem peperit qui draconem expugnavit et etiam ligavit. de quo
supra dictum est. Aliud adiutorium habet esse a ministris [struck] filii id est ab an-
gelis bonis. qui tamen malos angelos pro esse [illegible]. qui conatibus
malorum resistunt et etiam monitionibus et inspiracionibus bonis
instruunt. quam mali destruere nituntur et hoc ad horam. Unde dicit
Augustinus libro soliloquiorum ad deum c. 29. Diligunt nempe cives suos angeli

Per quos sue ruine scissuras expectant instaurari. Ideoque magna cura et vigilanti studio assunt nobis omnibus horis et locis succurrentes providentes necessitatibus nostris, et soliciti discurrentes inter nos et te deum et gemitus nostros et suspiria nostra referentes ad te, ut impetrent nobis facilem tue clementissime benignitatis propicionem, et referunt ad nos desideratum tue gratie indultum. Ambulant nobiscum in omnibus viis nostris intrant et exeunt nobiscum attente considerantes quam pie, quam honeste conversemur in medio nationis prave. Quanto studio querimus desiderio regnum dei tui et iusticiam eius, quanto cum timore et tremore serviamus tibi, et exultemus in leticia cordis nostri. Adiuvant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus de te [illegible] in quantum gaudentibus, compatiuntur patientibus pro te in quantum patientibus. Grandis enim est eis cura de nobis et magnus affectus dilectionis eorum erga nos. Et hoc propter honorem tue inestimabilis caritatis qua dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis, custodiunt quos tu custodis, et illos propter quod et hic dicitur Michael id est maiores, ait glossa, et angeli eius id est minores preliabantur cum dracone etiam sustentando pro ea orando auxilium ferendo [illegible] bona inspirando malos refrenando, ait glossa. Et hec pugna cum demonibus fit in ecclesia quando sicut demones parati sunt ad impugnandum, ita et sancti angeli ad resistendum. Actuum vi. Idem dicit nec nos sine angelorum nec rursum angeli sine nostro conflictu cum dracone antiquo, vel hostem dimicant. Exigimus ergo arma servire quam fortissimos nostre patrie cives et invictos adiutores habemus. Iuxta quod dicit apostolus ad Hebreos primo. Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et iiii Regum vi^o. Dixit Heliseus ad puerum suum Noli timere plures nobiscum sunt quam cum illis. Sequitur in littera Et draco pugnabat, scilicet etiam impugnando, et angeli eius id est qui cum eo et propter eum ceciderunt et eidem obediunt tamquam principi suo. Similiter pugnant contra Michaelem et angelos eius destruendo, pravis admonitiones et inspirationes eorum et suggerendo noxia consulendo bonorum angelorum exercitum impugnando. De quo bello et aciebus draconis in bello Gregorius Moralium xxi super illo Job xxi, Gratias odoratur bellum etc. Multi bellantes adversum me.

Quod ponitur ad evidentiam littere. Et primo de hoc quod ait Michael. Cum enim nomina posita sint ad distinctionem faciendam et ad certam noticiam de personis, cum hec non sit necessaria in superna civitate, videtur quod angeli non habent propria nomina. Contra quod ait Michael et angeli eius, cum omnes sint angeli dei et administratorii spiritus ad Hebreos primo. Item ex hoc videtur confirmari error philosophorum ponentium intelligentiam primam esse a deo factam et ab illa aliam et a tercia aliam et sic intelligentias multiplicari. Respondeo ad primum secundum Gregorium omelia xxxiiii^a super ewangelio: Angelorum vocabulum nomen est officii non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper angeli vocari nequaquam possunt, quia tunc solum sunt angeli cum per eos aliqua nunciantur, unde illud psalmi: Qui facit angelos suos spiritus, id est qui eos quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit angelos facit. Et infra: Qui idcirco etiam privatis nominibus censentur ut per vocabula signetur etiam in opere quid valeant. Et subdit pro solutione argumenti primi: Neque enim in illa sancta civitate quam de visione omnipotentis dei plena scientia perficit, ideo propria nomina sortiuntur ne eorum persone sine nominibus sciri non possint, sed cum ad nos aliquid ministraturi veniunt, apud nos etiam nomina a ministeriis trahunt. Et subdit: Michael namque quis ut deus, Gabriel autem fortitudo dei, Raphael vero dicitur medicina dei. Quotiens ergo mire virtutis aliquid agitur Michael mitti perhibetur, ut ex ipso actu et nomine detur intelligi quia nullus potest facere quod prevalet deus. Unde et ille antiquus hostis, qui similis esse deo per superbiam concupivit, dicens in celum conscendam et super astra celi exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium et similis ero altissimo, Ysaie xiiii. Cum Michaeli

archangeli[?] pliari dicitur. Ut qui se ad dei similitudinem superbus extulit
per michaelem devictus, discat quod ad dei similitudinem per superbiam
nullus exurgat. Non igitur ob distinctionem hec propria vocabula sunt a
ministeriis ut dictum est. Ad aliud dicendum secundum Haymonem et alios expo-
sitores quod angeli dicuntur michaelis vel draconis, illius subditi et
ad obediendum missi, non tamen ab eis creati, sicut quidam vani loquuntur di-
xerunt heretici, vel etiam quia sub uno rege in una civitate militare cre-
duntur. Solemus enim et nos sic dicere videntes eos qui sunt ex eadem so-
cietate esse nostri vel mei. Omnes ergo angeli boni dicuntur angeli mi-
chaelis quia pertinet ad eius societatem et dicuntur angeli hominum pro
custodiam, Mathei 18° dicit dominus de pusillis, angeli eorum, id est eis ad
custodiam deputati, semper vident faciem patris mei qui in celis est. Hic
Josue. Princeps exercitus domini interrogat dominus, noster es an adversariorum,
Josue v°. Michael ergo nominatur solus, quod est prepositus ecclesie, preter quod
ei precipue incumbit eius custodia, alii autem angeli qui singulis singul-
hominibus sive provinciis sunt deputati sub illo sunt, sicut episcopi sub
papa, propterea dicuntur angeli eius. Fuit autem michael quondam prepositus
synagoge. Unde dixit angelus danieli Nemo adiutor meus fuit
in omnibus hiis nisi michael princeps vester, Danielis x. Sed ex quo synagoga
crucifixit dominum, translatus est michael et prepositus est ecclesie custodie.
Unde Haymo. Pugnat nunc michael qui est prepositus ecclesie cum suis an-
gelis pro ecclesia, pugnabit et amplius tempore antichristi, iuxta illud danielis xii°
in tempore illo consurget michael princeps magnus. Porro draconis angeli di-
cuntur omnes quotquot ei consenserunt qui superbiens dixit, ascendam in ce-
lum. Ex quo patet quod demones non sunt in intellectu discordes, non se mu-
tuo impediunt nec expellunt. Si concordes sunt et in hominum seductione conveniunt
alias enim non esset bonus status demonum si contra se invicem ageret, quod
si contra se pugnarent, necesse esset eos dispergi, sic quod nullomodo possent ab uno
loco contineri esse namque quod plurimi in celo commiserunt et angeli contra
angelos surrexerunt, qui vicerunt obtinuerunt locum celi in quo creati
fuerunt et in quo nunc beati sunt, alios autem deiecerunt, sic quod eorum locus
non est amplius inventus in celo ut dicitur in textu. Simon de Cassia
libro viii° Omnes demones adinvicem sunt discordes intimi ut visio unius
alteri sit horrori, nec dilectionis vicissitudo, nec amicabilis conversatio
inter eos possit esse, ad perditionem tamen nostram, ad temptandum ad malum
inferendum, in genitum unus primus fecit et mala nostra voluntas consensit, sunt
omnino concordes et contra nos acies concordes dirigunt, Mathei xii. Tunc
vadit et assumit septem alios spiritus nequiores se et ingressi habitant ibi.
Circa tertium quod sicut demones sunt adinvicem in naturalibus diversi, ita
etiam ab alio herectifice dicit papiensis et de angelis ita determinat katholica
doctores. Certe in maliciis et astuciis sunt maxime diversificati et
non sunt superbissimi et rex super omnes superbos in eum sunt. Job xli. Ideo non
est credendum quod habent aliquam benivolentiam adinvicem et aliquam
pacem; immo constitutum est ex eorum adinvicem invidentia. Unusquisque aliqua
inter se concordiam habent nunquam aliquem ordinem, nunquam aliquam prelationem.
Sed tamen ut dicit sanctus thomas in scripto 2° Natura demonum convenit
ut sit inter eos ordo. Non enim dubium quod alii sunt aliis naturaliter superiores
et peccatum naturalia non tollit, ideo et nunc ista superioritas et inferioritas re-
mansit in eis. Unde vocat apostolus aliquos principatus et quosdam potestates
et quosdam rectores tenebrarum, ad Ephesios vi°. Certe ipsorum potestas demonum est
a deo et ad exercendum homines et ad puniendum dampnatos sicut quod sit
ordinata divinitus, ita potestas a domino deo est. Nec enim aliqua est potestas nisi a deo sed illa
que a deo sunt ordinata sunt, ad Romanos x. Sunt ergo gradus prelationis inter eos secundum hec
genera eorum nequicie. Ex quo enim sunt hominibus capitales inimici
ideo contra eos magis impedire possent in assecutione beatitudinis adinvicem
confederant. Quanto enim ordinatius impugnant et concordes eo fiunt
ad seducendum forciores. Ex quo sequitur quod phariseii male christo obiciebant
quod in potestate demoniorum ~~eiciebant~~ eiceret demonia, quia non est

in eis principatus ad hoc ut hii qui sunt superiores habent potestatem alios
arcendi ab hominum vexatione, quia hec potestas est eis et ab ipso aliis gratia
sed in eis consideratio ponitur ad magis impugnandum Et Alexander de
Halis dicit quod demones presunt demonibus, sicut inter tortores unus
preest pluribus ut totalius expleatur iusticia, et hoc est ex parte dei
Potest etiam inter eos esse voluntaria subiectio Sicut in latrones in-
feriores uni maiori subiciuntur ut eo duce certius latrocinia exercean-
tur est in demonibus Et hoc est ex parte malicie ipsorum Etiam exqui-
alii demones uni voluntarie in maleficio consenserunt Ideo ex di-
vina iusticia ordinatum est ut ei subesset in pena et tamquam adiuto-
res ad conveniendum et hanc subiectionem durat regnum eorum, quod secundum Wilhelmum
in libro de universo in hoc consistit quod homines revocant a cultu et vene-
ratione dei a virtutibus quibus deo inheretur et a legibus quibus
eius voluntas impletur, et inducunt eos ad sui venerationem ad vicia
in quibus delectantur, et ad vivendum iugiter secundum exemplum suum
Quibus angeli boni resistunt contrarium intendentes ut patet ex dictis Sed
videtur quod numquam fideles hic in terra vincerentur Cum Michael et angeli
eius prelientur cum malis angelis Vel si vincuntur tunc illi angeli
sunt vel impotentes adiuvare vel nescientes vel negligentes vel
nolentes quorum quodlibet est inconveniens Dicendum quod homines sunt
liberi arbitrii Ecclesiastici xv Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum
in manu consilii sui, propter quod sicut deus non adiuvat nisi volentes
adiuvari et assentientes et gratie consentientes et cum gratia cooperantes
Ita non sunt digni adiuvari ab angelis in prelio deum deserentes
contrarium abhorrentes voluntarie draconi sive antiquo hosti se subiciunt
deserunt eum quos deus deserit secundum Augustinum Tunc ibi Et non
valuerunt Ostenta pugne certe et draconis notificatione Subdit dra-
conis impotentiam ad resistendum et ipsius devictionem et eiectionem dicens
Et non valuerunt scilicet draco et angeli eius adipisci quod optabat scilicet
similitudinem dei, intelligendo de prelio facto in celo empireo vel
removere auxilia bonorum angelorum intelligendo de ecclesia militante
in terra, ait glossa Et similiter Richardus Sequitur xv Et collabunt adversum te
et non prevalebunt Neque locus inventus est eorum amplius in celo scilicet
empireo secundum illud psalmi deiecisti eos dum allevarentur Et item Ibi
ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt nec potuerunt stare
vel in celo vel in terra Unde monet apostolus ad Ephesios iiii Nolite locum
dare dyabolo [illegible] Et Notandum hic Communis est sententia doctorum
quod angelus supremus appetiit dei similitudinem ut patet Thomas xiiii Et Augustinus
dicit quod appetiit similitudinem equiparantie non tamen universalis quia illam
impossibilem videtur esse cogitasse Sed particularem scilicet in universalium creatu-
rarum dominium providentia et gubernatione Bonaventura vero dicit quod appetiit simili-
tudinem imitationis, tamen inordinate ut patet in hiis in quibus imitatio non debetur
appeti Appetiit enim imitationem non bonitatis vel sapientie sed potestatis et excellentie
Ut scilicet esset in supremo gradu honoris et glorie Et appetiit modo quo non
debuit scilicet per se usurpare non a deo accipere videlicet ut se super omnes
angelos et creaturas crearetur, appetiit usurpative non ex munere
divino sed per se et per consensum angelorum inferiorum obtinere principatum
honoris et glorie, ad quod utique divino munere provenisset si perstitisset Et tra-
dunt doctores quod ipse lucifer fuit de suprema ierarchia, Nam scribitur
Iob xl Ipse est principium viarum dei, ergo primus omnium angelorum et
creaturarum dei Dicit etiam Gregorius super Ezechielem quod ceteris agminibus
angelorum prelatus eorum claritatem transcendens ex eorum comparatione clarior
fuit Videtur ergo supremus omnium fuisse quod etiam dicit magister in 2o di.
Nam si aliquem angelum superiorem se creatum vidisset numquam talem placere
appetiisset ergo tunc hanc appetiit nullum super se vidit Unde Petrus de
Tharantasia dicit Quod lucifer non de infima ierarchia nec de media sed
de suprema fuisse sanctorum auctores declarant Nec de infimo ordine supreme

erarchie ut de medio sed de supremo scilicet seraphim. Nec in illo ordine tenendo
gradum ultimum aut medium sed omnium supremum. Hoc autem comprehendi potest ex eius
tumo quia superioritas universalis eum ad appetendum universale creaturarum
omnium dominium liberum et regnum proprium usurpandum movit. Item
ex fine quia ad dei paritatem quandam conscendere voluit. Quod non
appetivisset si aliquem inter se et deum superiorem vidisset. Item ex consortio quia
tamquam principi de singulis ordinibus ei magna multitudo adhesit. Et licet
per Ezechielem 28 capitulo vocetur cherubin hoc est ideo quia dona
omnium inferiorum semper conveniunt superioribus secundum Gregorium. Ipse ergo lucifer
qui de Seraphim erat cherubin vocari potest. Vocatur autem magis cheru:
bin quam seraphim quia splendor scientie non fervor dilectionis ei mendi occasio
fuit et cause istius excellentie communis peccavit. Nam secundum Gregorium
quanto gradus altior tanto casus gravior intelligendo de casu spirituali
licet non sic erat de locali. Item ille de minoribus vel sibi consentientibus
secundum Bonaventuram. magis probabiliter inter alios modos est dicendum
quod superbierunt non tantum consentiendo sed etiam sibi excellentiam appetendo
sed tamen se non credentes ad illud posse pervenire sine ipsius luciferi
sublimitate qui quasi caput erat et sibi et illis appeterent. Et ideo ipsi
superbierunt et etiam superbie consenserunt. Nullus autem in superbiam consentit
nisi superbus. Unde subinfert quod superbia demonum conformis fuit
capiti totius malitie scilicet principi tenebrarum secundum suorum naturalium strenuitatem
et excellentiam attendentes voluit preesse et requiescere sua auctoritate. Hoc est
sine initio et ministerio. Demones autem illi subiecti non fuit ausi tantum
appetere. Sed considerantes naturalium strenuitatem voluerunt requiescere sub
umbra illius ita quod non ministraret sed quandam sub illo potirentur vo:
luntaria libertate quam videbat se non posse habere sub dominio divino
congnoverunt. Ut angeli se factos esse ad participandum quietis beatitudine
et ad acquirendum per initia et ministeria. Unde hoc ergo superbierunt quod sine
initio beati voluerunt esse et sine ministerio quiescere et sine limite
propriam voluntatem implere et hoc totum est superbire. Et sub non potest
stante superbie quanto fuit appetere omnibus precellere et nulli subesse
et sic minores angeli minus peccaverunt quam lucifer. Omnis tamen peccato
superbie secundum illud Ecclesiastici x Initium omnis peccati superbia. Dicit quod non
Petrus de Tharantasia super 2o di v Et ideo est radix viciorum qualium
secundum triplicem appetitum habent conmutabilibus scilicet concupiscentia carnis secundum appetitum
deliciarum concupiscentia oculorum secundum appetitum divitiarum et superbia vite
secundum appetitum honoris. Angelus autem non potuit peccare per appetitum
deliciarum neque divitiarum quia tamen talia non afficitur. Cum ergo non potuit
peccare per concupiscentiam carnis ut oculorum, ideo peccavit per appetitum honore
vel per superbiam vite. Nam superbia consistit in appetitu proprie excellentie
extimatum quia unum peccatum in aliud ruere facit. Ideo ex superbia processit
invidia quando non potuit obtinere quod voluit. Et ex invidia odium quia
non consumata est aversio. Primum ergo peccatum fuit superbia deinde invidia propter hoc
odium. Non tamen sunt quia non potest simul ad plura ferri sed quantum. Sicut autem
adhesionem amoris in bonis angelis consecuta est confirmatio ita non per
hic aversionem odii in malis obstinatio. Et irremediabilitas peccati propter
hoc. Ut in demonibus peccatum est irremediabile quia voluntas eorum noti:
tari non potest quod requiritur ad remedium peccati. Propter quod dicitur in littera neque
locus inventus est eorum amplius in celo. Unde Bonaventura super 2o di vii
dicit quod voluntas dyaboli nullo potest rectificari secundum quod hoc dici potest
dicit potentiam habentem equam ordinare ad actum. Nam si intelligatur
de potentia efficiente absolute absque dubio potens est deus dyabolo restituere
bonam voluntatem. Tamen ex parte dyaboli non est ad hoc equa ordinatio
immo facta est voluntas eius impossibilis. Ista tamen impossibilitas non
venit ex parte dei. Sed quia obstinato male voluntatis autem impossibilitas
ad rectitudine voluntatis est defectus non potentia. Non igitur licet tamen effusiter

sed defitientem dei autem nullius est causa defectus igitur non est causa uel ratio huius impossibilitatis. Etiam deus antecedenter vult omnes homines et angelos saluos fieri quia ut dicit damascenus non plasmauit ad penam sed ad gloriam. Et ideo non vult malos angelos beatificari. Sed solum est voluntas consequens secundum voluntas consequens est ex nostra causa sed propter excessum. Item si dyabolus veniam peteret dominus eum non repelleret. Nam sicut ambrosius dicit quod ipse recipit ad se confugientes hoc est iusticie secundum communem iusticiam dei nulli facit. Item quantumcumque fuerit homo dei si peniteret de bonis deus huius bona non acceptat ideo similiter si peniteret de malis videtur quod mala remittat et hoc spectat ad summe misericordem ideo voluntas dyaboli non potest rectificari non potest venire fieri ex parte dei. Nec etiam impossibilitas ista venit ex parte dyaboli quantum est de se et non ex parte angelice nature. Nota quod ut dicit augustinus de fide ad petrum Si humana uero [?] per gratiam a deo auersa bonitatem perdidit voluntatis ex se ipsa rursus habere potuisset multo possibilius hoc habet angelica natura que quanto minus grauatur pondere terreni corporis tanto magis hanc esset perdita facultate. Sed contra. Item quia angelus peccando non amisit libertatem arbitrii quamvis libertas arbitrii est ei naturalis. Sed ratio liberi arbitrii susceptibilis erat rectitudinis a sua natura ideo adhuc quantum est ex parte illa sue est susceptibilis rectitudinis. Etiam si natura angeli esset causa illius impossibilitatis et cum cuiuscumque rei natura per modum nature est causa deus similiter est causa impossibilitatis ad quam talem naturam fecit ideo similiter ultimo deus est causa impossibilitatis ad bonum ut natura angeli. Nec etiam impossibilitas ista sed rectificacionis dyaboli venit ex parte magnitudinis peccati quantum est de se. Ratio quia peccatum angelicum non excessit peccatum hominis in infinitum quantum ad aliquam condicionem ideo non nocuit in infinitum plus quam peccatum hominis et si aufert rectitudinem non tamen abstulit possibilitatem ad rectitudinem. Videtur ergo quod peccatum angeli et si elongauit a deo non tamen elongauit infinite ergo elongauit cum possibilitate ad reditum et sic non videtur esse ratio ex parte magnitudinis peccati. Item quantulacumque gracia si aduenieret voluntati dyaboli totam expelleret culpam loquor de gratia gratum faciente quia secundum Bernhardum vnica gutta gratie totum extinguit infernum. Sed morbus qui curari potest modico remedio adueniente non dicitur de se incurabilis sed propter defectum remedii si illud non assit ergo impossibilitas rectificacionis in voluntate angeli non est principaliter ratione magnitudinis culpe. Item culpa non inducit necessitatem voluntati quia culpa in voluntate rei quod voluntas est et ita rei quod libera et vertibilis. Ergo si non inducit necessitatem voluntati ut ea aufert possibilitatem ad conuersionem et ita ad rectitudinem. Dicendum ergo quod hec impossibilitas rectificacionis dyaboli venit ex parte status ita quod habuit impossibilitatem rectificacionis a culpa habet racione status. Ratio quia voluntas dyaboli est extra statum via abest bonus gratia quia est in statu dampnatorum adest desperatio certissima que sunt due condiciones omnino disponentes voluntatem ad impossibilitatem rectitudinis. Patet ergo peccatum angelorum esse irremediabile post istum casum.

Peccatum autem primi hominis quod ex suggestione demonis subsecutum est remissibile fuit. Ratio prima quia erat in carne mortali et hec carnis mortalitas faciebat remissibilitatem potuit enim diuina iusticia seueritatem et ... suum iudicium in homine exercere preter eternam dampnationem ita quod homine peccatore morti reddidit et hominis immortalitatis scilicet Christi mortem pro satisfactione suscepit et sic exercetur in homine seueritatis vindicta pro culpa perpetrata. Ut quemadmodum homo voluntarie peccando deum deseruerat et se ipsum per mortem culpe occiderat sic spiritus inuitus desereret corpus et mors exigitur in pena et ita mors morte plectetur. Sicut cum ... fuit in culpa. Angelus autem per naturam immortalis erat ut mori potuit nisi morte eterna et ideo non erat alia via exercendi in ipsum iusticie seueritatem nisi per mortem dampnatorum eternam et sic mortalitas carnis multum fecit ad hoc

p pctm hominis esse irremissibile contra illud ps et recordatus est quia caro sunt
Ha racio est tercio ex inexcusabilitate excusabilitas ir in culpa faciebat
ad peccati hominis remissibilitatem quia cum non hoc alio suggerente cecidit
dicitur fuit alio sublevari et ideo competebat sibi mediatorem habere
et quia lapsus non potest consurgere sine manu sublevante et inimicus non potest
reconciliari sine mediatore intervenientem hinc est quod pctm hominis re:
missibile fuit non pctm angeli quia homo qui per alium cecidit alium
habere debuit adiutorem et relevatorem Ter. h. est vo mgri et
augustini in precedenti lectione Tercia vero est volubilitas voluntatis Quia
enim homo est in vertibilitate liberi arbitrii conditus que non tantum
in eo debebat esse ad momentum sed etiam ad tempus diutinum eo quod longo
tempore debebat esse viator hinc est quod sicut culpa adveniens eius voluntati
non abstulit vertibilitatem ad malum sic culpa superveniens non abstulit
potenciam revertendi ad bonum et sic potuit transgredi ita potuit et
regredi et sicut per culpam pervenit ad iram divinam sic per penitenciam re:
dijt ad graciam Hec autem angelus non habuit propter brevitatem spacii
merendi propter quod voluntas eius vertibilitatem habere non possit et hec est
racio potissima scilicet vertibilitas voluntatis post lapsum per quam homo
susceptibilis erat penitencie mediante qua poterat ad veniam pervenire
sed angelus non Unde petrus de tharan super 2° di 21 dt. licet
ex parte mediatoris omne pctm sit remediabile non tamen ex parte infirmi
contendo quo pecti quis ad remedium accipi debet ex parte peccantis dicit at
spiritus racionalis a carne separatus et unitus carni Nam esse spiritus separati
stabile est et mensuratur evo ut intellectus eius obumbratur fantasmati:
tibus Sed esse spiritus coniuncti in carne assidue mutacioni subiacet et
mensuratur tempore et eius intellectus apprehendit cum fantasmate hinc con:
tingit quod renum eleccionem sicut et renum naturam spiritus separatus unitur circa idem
variacione invariabilis est permanendo in eo ad quod se convertit sive bonum
sit sive malum Spiritus vero coniunctus dum est in carne convenit variabilis
est ex condicione carnis Et ideo pctm angeli non fuit remediabile sed pctm
hominis fuit Et hanc racionem tangit damascenus dicens quod homo quia carne indutus
est susceptibilis est penitencie Angelus vero non quia carnem non habet hoc etiam probat
sanctus thomas lib° 4to contra gentiles c° 4 et dicit In homine pctm ex:
piabile potest esse eo quod eius eleccio non immobiliter fertur in aliquid sed a bono
perverti potest in malum et a malo reduci in bonum sicut est in hominibus
racionem contingit quia quod ex sensibilibus et per sensum quidam colligit veritate Unum
sed ad utrumque oppositorum Angelus autem sicut habet immobilem apprehensionem
quia per simplicem intellectum immobiliter cognoscit ita etiam immobilem habet
eleccionem Unde vel in malum omnino non fertur vel si in malum feratur
immobiliter fertur Unde pctm eius expiabile non potest esse homo vero quia
vertibilis est ideo pctm eius est expiabile sive remediabile propter quod
dicitur Gen. vi° Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia
caro est Et contra ad hoc communis fuit pctm angelorum quam primi parentum
communis utrorumque pctm fuit mortale quia superbia actum vero non habuit
excusacionem racione immobilis eleccionis sed angelorum aliud habet racionem vincibilitatis
carnis et vertibilis voluntatis utpote pctm primorum parentum propter quam causam
parentes primi potuerunt et cum effectu penituerunt Angeli vero penitere
non potuerunt neque possunt quia voluntas eorum non potest rectificari Nam ad
rectitudinem voluntatis per actuale pctm lapse duo concurrunt scilicet ex parte voluntatis
penitencia et ex parte dei gracia sanans Et utrumque deest dyabolo
propter quod omnino deest ei via rectificacionis Nam defectus penitencie est vero
ignare defectus gracie contrimentacionis quia ad illam disponit penitencia informis
penitencia vero deficit quia deficit gracia gratis data que prevenit voluntatem ut pe:
niteat et sine qua nemo unquam se preparat ad graciam Defectus autem gracie
gratis date non potest habere nisi causam deficientem et ita nec duo nec una angeli
potest esse penitencia causa sed unum est quod ipsa culpa qua dyabolus ita egrotabit

et egrotat

Ut non pateat aditus gratie. Et in hoc consentiunt quasi omnes qui recte sapiunt contra
malum istam. Culpa vero dyaboli irremediabilitate habet ex parte status, quia
tempus meriti et merendi status fuit angelis prefixus usque ad primam bonam
operationem vel malam. Et ideo sicut homo post tempus merendi peccavit
quantumcumque peccata parum, dum tamen in mortali et quasi iniquus peccatum
velit non potest recuperare bonum volun[ta]tem. Sic et de angelis est intelligendum.
Et hoc modo dicit Damascenus li. 2° c. 9° quod hoc est angelis casus quod hominibus
mors. Et Augustinus de fide ad Petrum. Sic tamen deus angelos voluit quod vellent
perpetuo boni essent et qui nollent nunquam eos divino munere repararet
et ita tempus meriti et statum merendi prefixit usque ad primum conflictum
Secundum D. Cum deus providerit quod dyabolus lapsurus erat sine peccatione
quare prefixit ei ita modicum et breve tempus merendi ut non haberet spatium
redeundi. Dicendum quod in hac conditione rerum non attenditur ratio nunc et utile
principaliter sed sapientie. Decrevit enim divina sapientia in universo facere duplicem
creaturam rationalem ad hoc quod esset universum completum, unam corpori
unitam ut animam humanam, aliam absolutam et spiritualem ut angelicam.
Et quoniam substantia omnino spiritualis est omnino incorruptibilis et inequalis
non potuit omnibus angelis ex altero produci. Ideo producti sunt simul. Et
sicut simul sunt producti, ita et simul glorificandi sunt sive dispositi ad sui
glorificari. Et quia sunt spirituales et incorruptibiles [illegible] de
tarditate, hinc est quod in loco glorie sunt conditi scilicet in empireo et
ita de proximo ad gloriam dispositi et ratione [illegible] loci et ita tempus [illegible]
est eis ita breve prefixum sicut patuit. Et ideo usque ad primam aversionem
vel conversionem deliberatam. Homini vero quia conditus est in corpore
animali ad procreandam prolem ad cultum dei. Et ita in dispositione ad
moriendi a gloria datus est ei locus distans ad merendum a suis conditione
scilicet paradisus terrestris et prefixus est ei terminus diuturnus pro officium
procreandi prolem. Et propterea cum peccavit angelus statim exivit tempus merendi
et statim fuit extra viati statum, homo vero non. Et ideo iste potuit re-
suscitari, ille vero non. Secundo quod voluntas angeli nec est rectificabilis
ut fuit a tempore quo cecidit, quia enim fuit extra statum meriti, definitivum
revelata est ei sua dampnatio. Et ideo sicut beati non possunt tunc dampnari,
ita angelus malus propter certitudinem dampnationis non potest sperare salutem. Et propter
absentiam gratie non potest penitere. Et ideo non potest bonus esse. Et hoc est
quod tangitur in libro [illegible] locus inventus est amplius eorum in celo
scilicet [illegible] scilicet nec [illegible] acquisivit locum illum. Et secundum, igitur ad eundem
litere: Dracho ait: Non valuerunt stare. Et ma dicitur Job 41 Non
est potestas super terram que possit ei comparari quod gratie etiam expugnant
[illegible] [illegible] vincit in quibus requiescit. Unde Ambrosius super lucam: quod licet per
baptismum et abrenunciatorem multos decipit et sic prevale videatur ad [illegible]
tamen in eos qui sunt ad vitam predestinati finaliter non prevalet. Quia ablato
peccato per penitentiam non invenit dyabolus in eis locum. Ille nunquam sit
levibus habitator. In cuius mente regit peccatum. Tolle ergo materiam peccati et non in-
venitur locus dyabolo. Et ille per hoc ad artificia [illegible] glorie neque in-
ventus est amplius locus eorum in celo scilicet conditum ad bonos. Qui re-
quies preterent. Item in eis demones non habent locum, quia non eos detinent
quantum volunt, quia deus cito vel finaliter liberat eos. Secunda Petri 2° Novit deus pios
eripere de temptatione. Etiam in malis qui sunt in eterna salute modo non
habet dyabolus locum et quietem ma[illegible] sicut habebat ante Christi adventum. Dicit
glossa Math. 8° Si quis quibus more porcorum vixerit, dyabolus in eo potestatem
non accipit nisi forte ad probandum. Ideo sequitur: Et proiectus est draco id est
dyabolus qui dicitur draco propter ardorem invidie, magnus propter excellentiam superbie,
serpens propter calliditatem astutie, antiquus propter consuetudinem veteris malitie,
qui vocatur dyabolus id est deorsum fluens scilicet a bonis ad malos et sathanas
id est adversarius quia impugnat instanter. Prout ait Richardus, ista distinguentes. Ysaie
25 In illa die visitabit dominus super leviathan serpentem tortuosum. Job 26
obstetricante manu eductus est coluber tortuosus. Ubi Gregorius 21 moral.
in fine. Bonum de hoc serpente Ysaie xi. Super foramen aspidis et in caverna reguli

et de nominibus eius similiter. Ca ix huius nomen extimans. Et hic draco ma-
gnus eo quod seducit universum orbem scilicet attendo a veritate fidei. Ut enim
ait augustinus super Iohannem omel. 2a seducere est deprave vel aliunde
aliquem ad aliud persuadendo ducere. ubi seducere est credere verum esse quod
est falsum ait augustinus super gen. xi. 2 ad Cor. xi Timeo ne sicut
serpens evam seduxit astucia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Eccli. xiii
Attende ne seductus in stulticia humilieris. Sed obicitur quia videtur sibi
contradicere. prius enim ait quod proiectus est draco. Nunc ait quod seducit universum or-
bem. Dicendum quod universum orbem vocat reprobos propter eorum multitudinem
habitat [illegible] pro toto in hamo sublevabit. Ideo sequitur proiectus est in terram
id est in amatores terrena ut ait glo. Et angeli eius. Sed queritur qualiter
[illegible] quia nunquam fuit in bonis, ergo non fuit eiectus de eis. Sed semper fuit in
malis. ergo in ultima persecucione non proicietur in eos. Ad primum dicendum
augustinus quod nullus est bonus qui tunc non fuit malus. omnes enim peccaverunt
ad Ro. 3o. Et ideo dicitur eiectus de bonis non inde boni sed unde fuerunt
mali. Ad 2m dicendum Beda quod hostis de spiritualibus expulsus actus terrenos
includit seu invadit. Et hoc est de celo proici et in terram mitti. Hec ille.
Iohannis xii Nunc princeps mundi eicietur foras. Ubi aug. omel. 42 dicit
quod dyabolus humanum genus possidebat et reos suppliciorum tenebat cirographo
peccatorum de quo Coloss. 2o. Et dominabatur in cordibus infidelium per ydola-
triam. Sed per sanguinem christi multa milium ab eius dominatu liberantur
et ponitur extra diabolus. Aliud namque est intrinsecus regere. aliud forinsecus
impugnare. Velut de civitate munita quam hostis oppugnat sed non expugnat
et aliqua tela proiciat. Sic est de dyabolo et cetera ut ibidem prosequitur
Et quia antiquus hostis est talis draco et serpens ut dictum est sagaciter
et vigilanter et prudenter vigilandum est ne ab eo circumveniamur. 2 Cor. 2o
Ut non circumveniamur a sathana. Et videt ei resistendum est et temptacio-
nibus eius Iacobi 4o Resistite dyabolo et fugiet a vobis. Et sumenda sunt
arma spiritualia secundum doctrinam apostoli ad Ephe. vi Induite vos armaturam
dei ut possitis resistere adversus insidias dyaboli. 1 Pet. 5 Sobrii estote et
vigilate in oracionibus. Unde et beatus Aug. in libro soliloquiorum c. xv
petit se ab infestacionibus eius liberari sic orans: Protector domine extende
alas tuas ut confugiamus sub eis a facie serpentis qui nos persequitur
Et infra hoc est continuum studium eius hec voluntas desiderium pertinax ut animas
devoret quas tu creasti. Et infra Ipse sive dormimus sive vigilamus
sive comedimus sive bibimus sive quodcumque opus operamur instat omnibus
modis die ac nocte fraudibus [illegible] aut palam aut occulte sa-
gittas venenatas contra nos dirigens ut interficiat animas nostras. Et tu domine
nosti quod pessima est insania nostra quia licet continue videamus contra nos
draconem ore aperto paratum ad devorandum nichilominus dormimus et lasci-
vimus coram ipso tamquam securi ante eum qui nichil desiderat
nisi ut nos perdat. Continue ut occidat semper vigilat absque sompno
Et nos ut custodiamur nolumus vigilare a sompno. Ecce tetendit ante
pedes nostros laqueos infinitos et omnes vias nostras replevit decipulis ad capien-
das animas nostras. Et quis effugiet eius laqueos. posuit enim in divitiis
laqueos in paupertate laqueos tetendit in cibo et potu in voluptate sompno
et vigiliis laqueos posuit in verbo in opere et in omni vita nostra. Hec aug.
Non quod filii dei timent dyabolum exeunt bella potius indicunt quod gloriam vi-
ctorie concupiscunt. Quicumque autem expectante christo celesti tuba iam reso-
nante angelorum turba expectante ad hoc certamen exercitum exire neglexerit
nec [illegible] vocabulo nec sanctorum consortio dignus erit. ymmo desertor cum
notabitur et velut proditor punietur. Ideo sumamus arma celestia certi
de victoria. quia rex noster qui nobiscum est vinci non potest qui capita dra-
conis contrivit dum in Iordanis flumine nos ab eius potestate eripuit
Unde legitur de beato Anthonio quod cum nocte quadam a demonibus esset laceratus
subito radius quidam lucis effulsit et demones ac tenebras effugavit. Statim
sanatus [illegible] quod christum intelligens dixit: Ubi eras ihesu bone. Cur ne

a principio assumpsisti ut curares vulnus meum Et vox ad eum ait Anthoni hic
fui expectabam videre certamen tuum. Hic aut quod viriliter dimicasti in toto orbe
te faciam nominari Ut legitur in vitis patrum Cum quidam abbas apud se
nomine durissime temptaretur ad consilium beati ysidori cui hec confessus fuerat
primum respexit ad occidentem et vidit multitudinem demonum cum furore se
preparantium ad bellum. Deinde respexit ad orientem et vidit innumerabiles
exercitus angelorum Tunc dixit abbati ysidorus ait Ecce vidisti in occidente
qui nos impugnant et in oriente qui nos adiuvant Cognosce ergo quod nobiscum
plures sunt sicut helyseus dixit ad puerum suum 4 Reg 6 Tunc
ibi est proiectus est draco in terram. Declarata draconis et angelorum eius
impotentia ad resistendum et ipsorum devictione Subditur hic de eorum
proiectione Unde haymo proiectus est de celo in terram id est de melioribus electorum
in corda reproborum. non quod non in eis et ante non erat, sed quod ab ipsis ex-
clusus amplius illis dominari cepit Dominium eius terra excipit quod terrenorum
quentum. Terrena sapientium mentes invadit de quibus terra eius frequenter
in prima maledictione significatur dicitur Terra comedes cunctis diebus
vite tue Gen 3 Unde quod abakuk propheta c. 1 dicit Esca eius electa de
illius intelligitur est qui estimatione hominum electi apparebat. sed in presentia
dei iam terra erat Tunc ille Circa quod queritur utrum draco cum
angelis suis proiectus sit in terram et videtur quod ceciderit in infernum
quia casus tanto profundior quanto gradus excelsior. ergo si ceciderunt de loco
altissimo scilicet de celo empireo videtur quod detrusi sunt in locum infimum
et sic in infernum. Item angelis sanctis propter munditiam et lucem sapientie debetur
locus mundissimus et lucidissimus sicut celum empireum. ergo per contrarium
a contrario demonibus immundis et obtenebratis debetur locus immundissimus
et tenebrosissimus Sed iste locus est infimus et subterraneus qui dicitur
infernus Item homines mali decedentes in peccatis mortalibus statim post mortem
descendunt in infernum sicut dicitur Job 21 Ducunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descendunt. ergo cum secundum Dam. li. 2 c. 4 hoc
sit angelis casus quod hominibus mors videtur quod statim ceciderunt in
locum infimum Si dicitur quod velut sunt extra infernum ad nostram exercitationem
contra hoc de se ipsum est sufficiens ad malum et satis excitari potest a passionibus
carnis. ergo demonum excitatio superflue videtur. et si dicis hoc permittitur
videtur inconveniens esse Sed oppositum videtur immo locus demonum
est in terra Ut ad Eph 2 ambulastis secundum principem potestatis aeris huius
Ubi huius dicitur aerem malum. ergo potestas demonis maxime est in hoc
aere Sed ubi est potestas eius ibi et sua. ergo est in aere Ut constat
dyabolus nos temptat et temptavit Christum ut dicitur Mathei 4 et
de nobis aut non tantum scriptura docet sed etiam experientia Cum ergo angelus
ibi sit ubi operatur et certe nos exercitus ergo certa nos est Ut in
inferno nulla est omnino redemptio Unde qui descendunt in infernum numquam
ascendunt Si ergo demones detenti essent in inferno nequaquam possent
ad nos venire. sed veniunt ergo videtur quod numquam descenderunt in infernum
Dicendum secundum bonam veritatem super 2o di. vi Sic patet ex scriptura
locus demonum post lapsum usque ad diem iudicii non est locus subterraneus
quem vocamus infernum. sed aer caliginosus in quo generaliter habitat
multitudo demonum Unde aug. xx de ci dei c. viii In hoc aere
celo et in terris demonum et hominum miserrima est vita. propter hanc ii habitacionem
dicuntur aves celi Mathei xiii Competit autem eis aer caliginosus ut tene-
brositati quam habent interius respondeat locus tenebrosus exterius Sunt
a bonis angelis divisi sicut lux a tenebris Unde in inicio que
genesis 1 lux a tenebris dividebatur secundum hugonem de sancto victore bonorum et
malorum angelorum divisio localis intelligitur. illis in peccati tenebris cadentibus
istis ad lucem iusticie conversis ut lux esset et hec tenebre Remigius
super epistolam ad Ephesios ait Sicut dixerit et etiam nostri doctores opinantur quod
plenus est iste aer caliginosus demonibus et spiritibus malignis sicut
solis radiis minutissimis pulvisculis Et cassianus in collacionibus dicit
demonum densitate tanta constipatus est aer iste qui est prope terram in
quo non certe ociosi quod providit ut eos satis utiliter aspectibus nostris

prudentia divina subfixit. aut etiam terrore gentium eorum vel horrore vultum in quo se pro voluntate sua cum libitum fuerit transformat intolerabili formidine homines consternaretur aut certe quotidie clamores eorum exitibus redderentur et dictum ad dampni detrusi sunt in infernum. Bona ventura dicat se nescire. ut a sanctis determinatum invenisse. hoc autem bene credit quod aliquando descendunt ad torquendas animas. 2m quod habent inter se maledictionis officia deputati. Ratio autem quare sunt in hoc aere caliginoso est propter humanum exercitium. Sicut enim dicit augustinus. Magis deus quos preciebat futuros malos. eos fecisset. nisi pariter nosset. quibus bonorum usibus eos accomodaret. Unde divina dispositio hoc exigit. ut etiam de prevaricatoribus angelis quodammodo ordinat et elevat obsequium electorum. Sicut enim malorum pravis voluntatibus bene uti. propter quod non eos detrusit in infernum. sed locum dedit aptum ipsis demonibus. tum quantum ad statum peccati. tum quantum ad statum exercitii sine belli. Aer enim caliginosus propter caliginem convenit tenebrositati culpe. sed propter mobilitatem et subtilitatem convenit velocitati angelice. Unde sicut caliginibus viribus sectis consumptum est. frequenter ita nos volunt ut nutrire. propter quod petrus de tharantasia dicit. quod in angelis est considerare naturam officium et peccatum. Natura convenit locus supremus ut celum empireum propter originem propter conformitatem et propter gloriam ad quam ordinati erant natura angelica tamquam ad suam perfectionem. Officio vero convenit locus medius scilicet aer iste caliginosus in quo temptando homines exercent. Peccato vero convenit locus infimus scilicet infernus. Sed propter officium exercendi electos differtur usque ad iudicium. Dicendum ergo quod demones inhabitant aerem caliginosum. quod hic locus aptus est eis quantum ad statum peccati. quantum ad statum demeriti et quantum ad statum exercitii. quia aer caliginosus culpe consonat propter caliginem propter tenebrositatem eius convenit pene. sed propter mobilitatem convenit mobilitati sive subtilitati angelice. Notandum etiam quod divina prudentia et clementia locum sequestratum concedit demonibus ne nimis arcte nos temptaret. nec tamen nimis a nobis longinquum ut possent nos exercitare. Unde quod habitent in aere caliginoso. hoc divine iusticie est. quod autem ad nos veniant. hoc est permissionis. Unde cum tertius sit aer interstitium in quo consistatur in qua parte sunt probabile videtur quod sunt in media ubi est turbulentia et vexatio et varietas impressionum. Et hinc est quod frequenter commovent ventos et pluvias et alias impressiones aeris. Et ista pars aeris caliginosi dicitur eis esse carcer methaphorice. Nam sicut ex quadam congruitate celum empireum est angelis sanctis locus conveniens et aptus tum ex luce tum ex preciositate ita ut vere possit dici palatium attestans claritati et tranquillitati amplitudinem caritatis. Sic per oppositum aer iste caliginosus carcer dicitur quia ymbris et artus et obscurus. Non obscuritate que obscurat. nec artitudine que angustet quia discurrunt quo volunt et sunt spirituales. ergo ut prohibentur nec detinentur corpore. Ventus etiam non potest commovere nec perturbare vadunt ergo multo fortius nec spiritum. sed potius quod attestatur artitudini mentis et frigori iniquitatis et commotioni affectuum. Et ideo recte carcer dicitur. Sed sicut alio modo locus corporalis locat spiritus. alio modo corpora. Sic etiam alio et alio modo incarcerat. Patet igitur ex dictis quod considerando peccatum angelorum. tunc proprie locus eorum est infernus quia gravitas inclinat rem ad locum deorsum. sed peccatum est gravitas qua gravatur substantia spiritualis. ergo infernus qui est locus summe deorsum est proprius locus debitus considerando eorum peccatum. Quantum vero ad eorum officium demones usque ad diem novissimum pro loco habent aerem caliginosum. ac etiam infernum. quia demones quantum ad suum officium sunt temptatores hominum viventium. et tortores peccatorum post mortem ad infernum descenderunt. ergo quantum ad primum officium pro loco habent aerem caliginosum. sed quantum ad 2m pro loco habent infernum. Ex quibus patet infernum ... correctum quod post diem iudicii demonum locus erit solum infernus. quia tunc desinet in eis officium electos exercendi et continue permanebit eis officium malos puniendi, quia in eis continuo

specie remanebit. Sed dicendum inter locum et locatum debere esse proportionem / sed substantia spiritualis propter sue naturalis puritatis excessum non habet proportionem cum ista loca. Cuiusmodi sunt aer vel infernus etc. Dicendum quod licet talia non conveniant angelo ratione nature angelice tamen ibi possunt esse ratione officii vel ratione culpe commisse. Per hoc ad argumenta ante oppositum sed prime quomodo. Dicendum ad primum quod ratio concludit esse eis omnino retributum quod meruerit. Sed deus non statim retribuit sed simul cum hominibus eos illuc expectat propter quos ipsi sua pravitate induxerunt ad peccandum. Ad secundum cum dicitur quod angelis sanctis debetur locus altissimus etc. Dicendum quod quamvis ille locus altissimus sit eis angelis sanctis debitus non tamen ibi sunt semper sed et circa nos ad explendum suum ministerium. Similiter dico quod quamvis locus infimus et vilissimus sit demonibus debitus tamen eis differtur propter nostrum exercitium. Ad tertium quod obicitur de malis hominibus post mortem. Dicendum quod non est omnino simile sed solum quo ad statum impenitentie. Nec quo ad statum demeriti vel exercitii. Anima enim non est deputata ad ministrandum sicut angelus. Ideo quo ad hoc non est simile. Ad ultimum cum obicitur quod deus iniusticordiam agit cum homine. Dicendum quod non. Immo misericordia superexaltat iudicium Jacobi 2°. Quia tollit fomitem, dat scintillam consciencie contra demonem, dat bonum angelum et super hoc dat suam graciam et spiritum suum qui vincit omnem potestatem. Quia neque mors neque vita neque principatus neque potestates possunt separare a caritate dei ad Romanos viii°. Unde ille amor est adiutorium prevalens omnibus et omnia vincens propter hoc ut habeat exercitium. Quia virtus in infirmitate perficitur. Dat deus filiis sanctis angelum sathane qui eos colaphiset sicut colaphisavit Paulum 2 Cor xii. Circa quod queritur dato quod non ceciderint in infernum sed in istum aerem caliginosum.

Utrum saltem ceciderint in infernale supplicium. Utrum sed cruciantur vel sunt. Et videtur quod sic. Quia super illud Jacobi iii° et lingua inflamat rotam nativitatis nostre inflammata a gehenna. Glosa dicit. Gehenna est dyabolus propter quem facta est. Sicut in gehenna quod ardet sic dyabolus ubicumque sit vel in aere vel sub terra semper fert secum tormenta flammarum. Item hoc videtur ratione per simile. Angeli commissi quamvis non sint a ministerio absoluti tamen in ipso ministerio habent premium sue confirmationis sed beatificationis. Ergo pari ratione demones penam infernalem. Item videtur a minori quia quamvis licet in conspectu dei iuste singula ponderantibus peccatum angeli quam humanum. Sed homo decedens in peccato mortali sine quibus inter statim punitur incendio gehennali. Ergo multo fortius videtur esse de tali angelo. Item in peccato duo sunt aversio et conversio et utrique respondet sua pena. Scilicet aversioni carentia visionis et conversioni afflictio ignis. Sed ut peccavit amisit irremediabiliter visionem et punitus est carentia visionis. Ergo pari ratione pena afflictionis. Sed hec est pena ignis infernalis etc. Contra incendium aeris. Quia Mathei 8° et Mathei viii° quid nobis et tibi dicunt fili dei ut quid venisti ante tempus torquere nos. Ergo nondum angeli torquebantur. Item si punietur pena ignis materialis tunc ille agat in passibile et conveniens passi. Ergo cum dyabolus corporaliter abstrahat aliquem et secum fert igne, videtur quod eum totum comburat nisi virtute ipsius pluvia actu restringat. Sed non est ibi ponendum miraculum etc. Item si ita torqueret demones igne materiali cum ille sit summe afflictivus, nunquam delectaretur in peccatis hominum sive in faciendo alios peccare. Ergo cum multum hoc desiderent non videtur esse probabile etc. Item si torquetur igne materiali cum non sint nisi res ipsius ignis carbo flamma et lux. Ergo vero qua specie, in luce consistit. Quia non affligit nec deus eos secum ferre lucem ergo in flamma vel carbone sed neutra istarum latet sensum etc. Responsio dicendum circa hoc sunt diverse positiones doctorum. Quidam enim sustinentes glose predicte super Jacobi iii° et gradientes ulterius divine iusticie sue rigore dicunt demones ubicumque sunt puniti supplicio ignis materialis licet aliquando interesse sed post ultimam dampnatorum. Et cum hoc non sit intelligibile quod igne cremante ubicumque secum circumferat nisi habeant corpora alligata

cogimur ponere quod demones a sui lapsu primario habuerunt sibi coaptata corpora
in quibus puniretur et in quibus circumferret quasi intrinsecus male
incendium quocumque discurrant sicut febricitantibus ubique circumfert ardorem
in quocumque loco ponatur. Sed quidem illud est difficile sustinere quod demo-
nes habeant corpora inseparabiliter unita et contra non videtur articulus puri tu-
tum ex verbis evangelii, tum etiam quod inviti sunt mala facere et mala
multum multiplicare. Ideo aliorum positio est quod demonibus differtur
pena ignis usque post iudicium, tum ut eorum ministerium et exercitium
non obmittatur, tum etiam ut divina iustitia ostendatur que sustinet
vasa apta ire in interitum in multa patientia usque in diem quo retribuet
omnibus secundum fructum adinventionum suarum, ut dicit apostolus ad Romanos ix. Que
harum positionum sit verior bona pictura dicit se nescire. Et tamen que
ultimo dicta est videtur ei probabilior. Unde respondendum ad argumenta ante opposita.
Ad illud namque quod obicitur de glosa patet responsio si accipiantur sequentia
quod non intelligit de flamma ignis sed de flammis viciorum scilicet ire et
invidie quibus torquentur. Ad secundum vero quod obicitur de
angelis bonis dicendum quod non est simile quia dispositio prior est ad im-
pediendum sed ad comprehendendum. Primo visio dei in qua consistit gloria
ubique potest esse, sed ille ignis est in loco determinato. Secundo ministerium
angelorum non impeditur ex gloria sed magis expeditur. Pena vero
retrahet omnino malos ab exercitando. Ad illud quod obicitur de dampnatis
hominibus dicendum quod non est simile, quia dampnati statim sunt extra statum
demerendi. Et quod non erit quod differatur supplicium, non sic demones
qui demerentur usque ad diem iudicii sicut plenius declarari circa finem libri secundi.
Ad ultimum de visione dicendum quod non est simile quia visio dei non potest
stare cum culpa, unde inseparabilis pena a culpa est visionis carentia.
Non sic est de pena afflictiva. Dicit ergo iam per intellectum huius
litere de impotentia et proiectione draconis de celo in terram. Et sic intelligendo
per celum celum empireum, in quo conditus est et peccavit irremediabiliter
ut dictum est. Sed intelligendo per celum ecclesiam militantem, sic aliter exponitur
ista tota litera. Pugnavit super terram illum locum et non valuit sed repro-
bare auxilia bonorum angelorum etc. Sed queritur utrum in demonibus
obstinatis sit male voluntatis continuatio. Dicendum secundum Bonaventuram
super secundo distinctione vii. Contingit loqui de mala voluntate tripliciter, scilicet quantum ad defor-
mitatem, quantum ad pronitatem et quantum ad actualitatem. Quantum ad
deformitatem diaboli est in mala voluntate continue, sic quod nulla intervenit
variatio per deformitatis decisionem sive innovationem, quia macula peccati sic ad-
heret voluntati diaboli quod nullomodo potest ab illa separari. Quantum ad pronitatem
est etiam eiusdem continuatio, ita tamen quod intervenit variatio quantum ad
modum inclinandi. Diabolus enim ad id quod primo appetiit etiam nunc
habet pronitatem sed differenter nunc quam prius. Prius enim appetiit cum proposito obti-
nendi, unde dixit ponam sedem meam ad aquilonem etc. Nunc appetit
quantum in se est, sed cum desperatione. Sicut ambitiosus qui non sperat episcopatum
obtinere, si eum non obtinet, non recedit ambitio sed modus ambiendi
variatur. Sic est et in diabolo, licet enim desperavit obtinere quod appetiit tamen
adhuc appetit. Et si viam posset invenire per quam crederet obtinere posse
sine dubio presumeret idem quod prius presumebat. Quantum vero ad actua-
litatem est continuatio in actu peccandi. Sed tamen intervenit variatio quantum
ad tempus, quia non peccat continue peccato unius generis, cum non moveantur sunt
motibus diversis. Modo enim peccat superbia, modo invidia, modo aliis modis.
Tamen voluntas eius numquam requiescit, quia numquam lassatur cum sit incorruptibilis
et cum in ea regnet perversitas. Semper omnem actum quem elicit deformat
et depravat et sic continue peccat. Unde super illo i Cor x Que conventio
Christi ad belial dicit glosa. Sicut Christus omnia bene facit sic dyabolus omnia male
qui semper facit aliquid, quia est substantia spiritualis non lassata in operando. Item
dicitur Johannis viii°, dyabolus ab initio peccat. Glosa ab initio sue creationis
incipiens peccat continue usque in presens. Item Augustinus de fide ad Petrum
loquens de demonibus dicit hii mala possunt voluntate tenere nec pena

Et Jheronimus dyabolus adhuc idem sibi arrogat quod prius presumpserat
Et ratio quia est obstinatus, sed obstinatio est confirmatio in peiori ...
ergo dyaboli voluntas est confirmata in malo quod commisit, ergo non potest
ab illo recedere Nam si posset ab actu male voluntatis desistere
posset aliquomodo se ad graciam preparare quia dimittere actum peccati est preparare
ad graciam. sed ipse in illo habet potest facere etc. Sed contra Jacobi 2o demones
credunt et contremiscunt, si credunt et tunc non sunt actus male vol
untatis ergo videtur quod aliquando movetur sine obliquitate et ita ibi aliquando
est interpolatio. Etiam si contremiscunt, et timor retrahit a malo actu
Videtur ergo quod aliquando desistant. Item glossa super illo 2 Petri 2o demones
non portant adversus se execrabile iudicium dicit magnitudine penitus fra...
a iudicio presumptionis desistunt. ergo videtur quod cessavit in eis presumendi propositum
saltem quantum ad actum. Dicendum ad primum quod sicut actus iudicatur
bonus dupliciter quia ex se utputa qui est actus virtutis elicitus ipsum ut abstinere
a voluptatibus, et de similibus quia ex adiuncto sicut ire ad
ecclesiam Sic actus dicitur malus 2x. aut quia dicitur elicitus a vicio ut verba
perversa aut quia vicium deformans circumstancias vel dare elemosinam propter vanam
gloriam vel cum murmure et impaciencia. Et hoc modo deformat dyabolus
actum credendi quia cum murmure et impaciencia et displicencia illius quod
credit, movetur in actum illum. et ita credendo peccat, non quia credit
sed quia non eo modo quo credere debet credit Similiter iudicandum est si dyabolus
deo obediat licet igitur actus credendi sit bonus tamen deformatur per
circumstanciam quia credit cum murmure. Unde semper dyabolus peccat
aut in actibus suis ut mentiri blasphemare et similia, aut in actu circumstancia
ut credere cum murmure et displicencia. Ad illud quod dicit
de timore, Dicendum quod verum est quod timent. sed tamen timor est ita exilis et
voluntas peccandi adeo est improba, quia propter hoc non cessat sicut apparet
in latrone qui licet timeat furcas tamen propter appetitum furandi non
cessat a furto et in ipso timore peccat, quia displicet ei divina iusticia
quam formidat. Sed contra glossa que dicit quod a iudicio presumptionis desistunt
Dicendum quod quamvis non audeant attemptare quod primo tunc fecit tamen
improba voluntate non desistunt appetere Et ut dictum est, si viam possent
invenire per quam crederent attingere, absque dubio iterum presumerent. Unde
quamvis sit auditum variatum propter penarum intuitum tamen appetitus non
est amissus ut malum desiderium ymmo regnat actu. Sed contra cessante
causa cessat effectus Sed res que movit dyabolum ad appetendum divinam
celsitudinem fuit pulcritudo et serenitas naturalium et pre excellencia rerum omnium
per Anshelmum de casu dyaboli non speravit posse obtinere et appetere
Sed modo non habet istam celsitudinem, ergo nec illam voluntatem ut videtur.
Dicendum quod est causa inducens sed non efficiens nec conservans et hac cessante
cessat effectus vel manifeste Et talis fuit in dyabolo pulcritudo, alia
est efficiens et conservans, et talis fuit voluntas dyaboli obliquatur et aversa
et hec semper est in dyabolo et quod est in eo superbia. Et quamvis non assurgat
ad illud obtinendum, tamen adhuc assurgit ad illud quod potest et amplius
quam potest quia ad dominium hominum et maxime sceleratorum etc. Unde Bernhardus
Dyabolus ille lucifer lucem offendens non igne habens alterum tamen imitari
ale teracium potuit facere non volatum Exultat ut lucidus esse non
fervidus non intensus quod Seraphim sonat. Ne igitur stetit quia con
tempsit, si ut volare potuit quia presumpsit Inflavit ut cum sua scientia
Et ideo non est mirum si perdita est eius sapiencia etc.

Et audivi vocem magnam in celo dicentem. Nunc facta est salus et virtus
et regnum dei nostri et potestas christi eius Quia proiectus est accusator
fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac
nocte Et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni et propter verbum testimonii
sui et non dilexerunt animas suas usque ad mortem propterea letamini
celi et qui habitatis in eis Ve terre et mari quia descendit dyabolus ad vos
habens iram magnam sciens quod modicum habet tempus

Quarta pars principalis In qua ponitur sanctorum congratulacio de dyaboli deie:
ctione et de adiutorum ecclesie collacione et mundi in regibus christi. Primo ponitur
ipsa congratulacio et cause congratulacionis specificantur. Secundo subditur san:
ctorum et ad congratulandum et congaudendum invitacio ibi propterea letamini
celi. Tercio subiungitur comminacio malorum principaliter ibi ve terre et mari et
prima adhuc subdividitur. Quia primo ponitur congratulacio, 2° cause subiunctio
ibi quia proiectus est. Quantum ad primum dicit Et audivi vocem magnam
in celo id est magnum desiderium sanctorum in ecclesia ait haymo sive magnam
exultacionem ait glossa Primo in celo id est in angelis et in animabus sanctis secundum glossam
De qua voce dictum est supra xi facte sunt voces magne in celo. Et Ezech. i°
Cum fieret vox super firmamentum ubi Gregorius omelia viii prime partis de voce
quadruplici scilicet celorum et anime que sunt sub firmamento. Et angelorum
que est de firmamento et de voce dei que est super firmamentum. Primum Math. 2°
clamaverunt voce magna. Daniel xiii° exclamavit voce magna Susanna
ibi Domina in originali Cordis affectus et metus pura confessio et bo:
num conscientie vocem eius fecerunt clariorem. Unde magis erat illius excla:
macio deo, que ab hominibus non audiebatur. Et ille voce inquit dicentium
Nunc facta est salus quia gratuita dei bonitate salvati sumus et virtus quia
roborati sumus et potestas, quia in celsitudinis gloriam electi sumus et regnum
dei nostri quia baptismo regeneramur et potestas christi eius scilicet facta est sicut
ipse resurgens a mortuus dixit. Data est mihi omnis potestas in celo et in
terra Math. ultimo. Unde Richardus facta est salus. quia per ipsum est re:
missio peccatorum Et virtus quia per ipsum est robur operandi et regnum
id est dominium vicia calcandi et potestas scilicet dyabolum subiciendi. Hec ille
Primum per graciam operantem, 2m per graciam cooperantem, 3m per graciam con:
servantem, 4tum per graciam finalem consumantem. Secundum Quidam glossa ait
Nunc facta est salus, quia ex quo christus natus est, facta est salus ecclesie christi
ad Cor. i° Qui factus est nobis sapientia et iusticia et sanctificacio et re:
dempcio. Primum secundum haymonem quia hec vox ad omne tempus pertinet que cepit
ab adventu salvatoris et usque ad consumacionem perveniat clamare non
desinit. Unde sensus est Nunc id est omni tempore vite presentis ab adventu
salvatoris etc. Supra xi factum est regnum mundi huius domini nostri et christi
eius, ibi de hoc Supra i° Qui fecit nos regnum et sacerdotes Daniel vii°
Regnum et potestas et magnitudo regni dabitur populo sanctorum altissimi. Vox
ergo magna sanctorum est magnus devocionis affectus, magnus intime laudis
concentus ait Ambrosius. Et subiungitur causa huius congratulacionis cum dicitur
Quia proiectus est, accusator fratrum id est victus contra eos proiectus est draco
Iohannis xii Nunc princeps huius mundi eicietur foras Secundum Robertus 2m Augustinum
super illud Osee ix? Et ab inicio ipse fuit proiectus de cordibus bonorum
sicut de cordibus patriarcharum et prophetarum, ergo non tunc sed ab adventu salvatore
Primum 2m Augustinum Libro quod illud quod tunc in hominibus paucissimis factum est
postea in multis magis et populis futurum fuit, scilicet per passionem Ihesu christi
et ibi bene de hoc Et ut ait hic Beda vox hec, non solum est hominum
sed et angelorum Congratulantur inquit angeli saluti fratrum suorum
id est civium futurorum vel aut reparatorum quia student per nostram salutem eorum
numerum adimplere Infra ultimo ait angelus Conservus tuus sum et fratrum
tuorum prophetarum. Dicuntur igitur angeli fratres nostri per graciam, non
per naturam, quia illi sunt spiritus nos corporei. Vel quia ab uno sumus. nos
et ipsi creati. Vel ad eandem hereditatem obtinendam vocati. Nec mirum
si angeli homines vocent fratres, dum etiam ipsum dominum hoc facere Resurgens
enim a mortuis dicit Marie Vade ad fratres meos Iohannis xx. ad Hebr. i°
Non confunditur eos vocare fratres. Neque enim iam dedignantur homines
habere fratres quorum dominus huius omnium hominum frater. Gaudent igitur angeli de fratrum
suorum id est hominum renovacione et dyaboli deiectione ait haymo Unde et in christi
nativitate dicebant Gloria in altissimis deo etc. Luce 2°. Secundum Quidam glossa
ait Qui accusabat illos ante conspectum dei, Quia omnia nuda et aperta
sunt oculis dei ad Hebr. 4° Et licet angelum carent? 2m? Impossibile est
aliquos accusare in conspectu dei Aliter peccata accusare est iniustum

Vel dyabolus pt alia eq peta an deu accusare ergo non pot hec debuit
preveniri. Item a deo est omnis potas temptandi et aliqn affligendi iustos ergo
et accusandi. Itz Queritur quomodo accusat an deum et qualiter ait die ac
nocte cum non sit ibi successio diei ac noctis ante deum. Dicendum q sicut ait
beatus Gregorius 2o lo moralium post principium Tribus modis loquitur dyabolus
ad deum. vel cum vias suas insinuat. Vel cum electorum innocentiam
fictis criminibus accusat. Vel cum temptandam eandem innocentiam
postulat. Et ibi de hoc exemplificat dicens. Vias quippe suas insinuat qui
ait Circuivi terram et perambulavi eam. Electorum innocentiam accusat cum dicit. Nunquid
frustra Iob timet deum. Nonne tu vallasti eum et cetera. Temptandam eius
innocentiam postulat dicens. Extende manum tuam et tange et cetera. Accusatio
improbe voluntatis et fraudulente fictionis in accusando reprehenditur
et gaudendum de sua perditione. Vel ut ait hayo accusatio dyaboli est
ad malum persuasio vel precipitacio. Tunc accusat quando dignos accusa-
tione reddit. non loquendo exterius sed odiendo interius. Et ut ait
Ambertus Tunc accusat homines cum ab habitaculo cordis eum abiciunt
et fratres fiunt. Et hoc die ac nocte id est continue ait glossa. Vel id est in prosperis
et in adversis secundum Bedam et alios expositores. Unde beatus Gregorius
2o moralium exponens id Iob po Nunquid frustra Iob timet deum. Nonne tu
vallasti eum ac domum eius. universam substanciam eius per circuitum
dicit. Astutus adversarius cum sciret virum inter prospera bene egisse considerat
Reprobare apud iudicem per adversa festinat. Unde recte dicitur hic quia
accusator fratrum nostrorum proiectus est qui accusabat illos ante conspectum
dei nostri die ac nocte. Scriptura namque sacra sepe diem pro prosperitate
Noctem autem pro adversis ponere consuevit. Unde die ergo ac nocte nos
accusare non desinit. quia nos modo in prosperis, modo in adversis accusabiles
ostendere contendit. In die accusat cum prosperis male nos uti insimulat
In nocte accusat cum in adversis nos non habere pacienciam demonstrat. Hec ille
Et sic hic officium dyaboli scilicet accusare et accusabiles reddere ait glossa. materiam
accusandi suggerendo. Et sicut ait accusator fratrum nostrorum vitiorum tantum
Et ideo qui accusant fratres. Unde fratres vel fideles et xrianos ex odio interno
vel animo malivolo. non vitia fratrum recto animo. sunt imitatores sathane
contra quod ait salvator Math 18 Si peccaverit in te frater tuus corripe
eum inter te et ipsum. Et sequitur Si non audierit dic ecclesie. Recta causa
causa. iustus animus. debitus modus concurrere debent in accusatione
De quo sufficienter Augustinus lib 4 de sermone domini in monte c. v
accusare vitia officium est bonorum virorum et benivolorum. quod cum
mali faciunt alienas partes agunt. Et ideo cavendum et molestum est simulatoribus
generibus qui cum omne genus accusationis odio et livore susceperint. consultores
videri si volunt. Ideo dicit idem Aug in eodem. Sed vos
indicet malivolos quod hic indicatur. Magna quippe innocentes nec est
si fratres vestros quos corrigendo corrigere potestis. tacendo perire permittitis
Si enim frater tuus vulnus habet in corpore quod vellet occultari dum
timet secari. Nonne crudeliter a te sileretur et misericorditer
indicaretur. Quanto ergo potius debes manifestare ne in deterius putrescat
in corde. Circa quod gerit doctor in fraterna correctione de utilitate sit
servata admonitio precedere debeat accusationem sive denunciationem. Item
publicam denunciationem peccatorum est distinguendum. Aut enim peccata sunt publica
aut occulta. Si publica. tunc non tantum adhibendum est remedium ei qui
peccavit ut melior fiat. sed etiam aliis ad quorum notitiam devenit ut
non scandalisetur. Et ideo talia peccata publice sunt arguenda secundum illud
apostoli. j Thimo 5 peccantem coram omnibus argue ut ceteri timorem habeant. quod intelligitur de peccatis publicis. Si vero peccata sunt occulta
sic videtur habere locum quod dominus dicit Si peccaverit in te frater
tuus et cetera. Quando enim publice te offendit coram aliis. iam non solum
peccat in te sed etiam in alios. de peccatis autem occultis adhuc distinguendum
videtur. Quedam enim sunt occulta peta que sunt in nocumentum proximi

vel corporale ut spirituale vigilia. Si quis occulte tractat quomodo civitas tradatur
hostibus, vel si hereticus privatim homines avertit a fide. Et quia hic qui sic
occulte peccat non solum in te peccat sed etiam in alios, ergo statim ad denun-
ciandum procede quatenus huiusmodi nocumentum impediatur. Nisi tunc quod sunt
estimaret quod statim per secretam admonitionem possit huiusmodi mala
impedire. Quedam vero sunt peccata que solum sunt in malum peccantis
et illius in quem peccatur, vel quia a peccante leditur vel saltem ex
sola notitia. Et tunc solum ad hoc attendendum est ut fratri peccanti sub-
veniatur. Et sicut medicus corporalis sanitatem infert ubi potest sine deg
membri abscisione, si autem non potest abscidit membrum minus utile
ut vita totius conservetur, ita etiam ille qui studet emendationi fratris
debet sic emendare fratrem si potest quantum ad conscientiam ut eius fama con-
servetur. Sed quia conscientia preferenda est fame, voluit dominus ut saltem cum di-
spendio fame fratris conscientia per publicam denuntiationem a peccato liberetur.
Unde patet de necessitate precepti esse quod secreta admonitio publicam precedat
denuntiationem. Sed dicit Augustinus quod ex gestis sanctorum potest intelligi qualiter precepta
scripture sint intelligenda. Sed ex gestis sanctorum invenitur facta publica
denuntiatio peccati occulti nulla admonitione secreta precedente. Sicut legitur
Gen. 37 cap. Joseph accusavit fratres suos crimine pessimo apud patrem. Et
Act. 5 dicitur quod Petrus Ananiam et Saphiram occulte defraudantes
de precio agri publice denuntiavit nulla secreta admonitione premissa. Christus
etiam non legitur Judam admonuisse secrete antequam eum denuntiaret.
Non ergo videtur esse de necessitate precepti secretam admonitionem precedere publicam
denuntiationem. Respondeo: Credendum est de Joseph quod antequam fratres suos admonuerit
licet non sit scriptum. Vel potest dici quod peccatum publicum erat inter fratres. Unde
dicit accusavit fratres suos pluraliter. Petrus autem publicavit peccatum occultum
Anane et Saphire tanquam executor dei, cuius revelatione peccatum cognovit.
Christus vero peccatum Jude tanquam publicum habebat, unde statim poterat
ad publicandum procedere, tamen ipse non publicavit sed obscuris verbis eum
de peccato suo admonuit. Et sic patet responsio ad argumentum. Notandum insuper quod ex quo
Sathanas est continuus accusator, magis prudentia est hominum se accusare
coram deo et vicario eius quod novit esse accusandum. Unde scilicet
ab hac accusatione scilicet draconis ille pro omni liber apparet qui hic in
se accusare studet quod ab adversario accusari posse cognoscit, scilicet dampnando
flendo et penitendo. Hec ille. Idem Haymo. Proverb. dicitur: Proverb. viii Justus
prior est accusator sui. Quod tractans Gregorius super Ezech. omel. vii parte
dicit: Mala que fecimus et defleamus et accusemus, et tunc iustus
advocatus noster Jhesus nos defendit in iudicio, qui nosmetipsos iniustos
et cognoscimus et accusamus. Hec ille. Et Augustinus in sermonibus quibusdam
sermone 24: Peccatum tuum suadet tibi serpens, anima decipit. Sed si
persuasum est, non excusetur sed potius accusetur. Et ... Si vis ut
deus ignoscat, tu agnosce. Impunitum non potest esse peccatum; non decet, non
congruit, non est iustum. Et quia non potest esse impunitum, puniatur a te, ne
puniatur ab illo. In tribunal mentis tue ascende contra te, et reum te con-
stitue ante te. Noli te ponere post te, ne deus te ponat ante te. Habeas
te accusatorem, ut deum habeas excusatorem. Habeas te punitorem, ut deum
invenias defensorem. Hec ille. Et vere victus est accusator fratrum
et ipsi scilicet fratres in eternum vicerunt eum suggestionibus eius non recipiendo,
sed ne crederet quibus quod sua virtute possit vincere, subditur: propter sanguinem
agni, id est propter passionem Christi quam imitantur mortificantes se cum viciis et
concupiscentiis, Gal. v. Et propter verbum testimonii sui, id est propter rectitudinem
fidei quam custodiunt contra hay. Vel propter sanguinem agni, id est propter fidem
et imitationem passionis Christi. I. Johannis 5: Hec est victoria que vincit fides
vestra. Ad Hebr. xi: Sancti per fidem vicerunt regna etc. Quod figuratum
fuit Exodi xii ubi dicitur quod tunc illos non nocuit exterminator quorum postes
domus et superliminare tinxerat sanguine agni. Duo postes sunt anima
et corpus, superliminare ratio vel intellectus. In corde est sanguis agni

per affectum compassionis In corpore per effectum imitacionis In cordi per illuminacionem fidei Cantic 8 Pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum Et propter verbum testimonii sui id est propter apertam confessionem qua testificati sunt nativitatis passionis resurrectionis et huiusmodi ait Richardus act 4o virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis ihesu christi Et non dilexerunt animas suas usque ad mortem scilicet exclusive id est tantum quod sua dilectio excluderet mortem corporis Iohannis xii Qui amat animam suam perdet eam quia ante elegerunt mori in hac vita quam christum negare magis elegerunt in hac vita mori ut post modum cum christo regnaret quam hic vivere et postmodum eternaliter perire usque ad mortem animas posuerunt ne eas nequiter amarent Unde paulus ait act xx Non facio animam meam preciosiorem me Et xxi Non solum alligari sed etiam mori paratus sum in ierusalem Et patet hic virtus passionis ihesu christi Sanguine namque suo nos lavit Secundo lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo Tercio Nos redemit Secundo Redemisti nos in sanguine tuo Tercio nos induit et decorat Secundo laverunt stolas suas in sanguine agni Quarto nos victores facit ut habetur 1 Iohannis Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quod ihesus est filius dei hic est qui venit per sanguinem et aquam Item patet quod sancti non dilexerunt animas suas id est vitas animales usque ad mortem id est ut anime perirent ymo oderunt mortem sustinendo Iohannis xii Qui odit animam suam perdet eam Ubi Augustinus omelia 41 magna et mira sunt quemadmodum fit homini animam suam amor ut pereat odium ne pereat Si male amaveris tunc odisti Si bene oderis tunc amasti Felices qui oderunt custodiendo ne perdant amando Et de hoc ibi bene Et Bernhardus super Cantica sermone xxx Optimus rerum estimator est qui nichil sibi preciosius pre-tendum existimat quam ut paulus animam preciosiorem se faciebat Et Subdit discipulus qui ponat animam scilicet pro christo sive ponendo ut martir sive affligendo ut penitens Et sequitur invitacio secunda ad congratulandum civibus dicitur Propterea letamini celi id est omnes cives scilicet de dyaboli dilucione et hominum liberacione Et qui habitatis in eis fide scilicet et caritate letetur celi dicitur propter ysaie ultimo letamini cum ierusalem et exultate cum ea omnes qui diligitis eam Vel letamini celi id est angeli maiores et sancti Et qui habitatis in eis id est minores qui recipiunt ab eis illuminaciones vel qui estis sub eorum regimine cum honore et gloria Quibus gaudent in domino congratulari dum et homines ad illorum consortium redeunt et angeli reintegrantur nam sunt istis receptis apparuit et sic gaudium amplificatur et augetur luce xv Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitenciam agente quam super 99 iustis Ex quo patet quod ex conversione peccatoris angelis dei accrescit gaudium Et multo forcius de beatificacione eius Nam in eo qui gaudet ordinate sic crescit materia gaudii sic et gaudium Sed cum in superna ierusalem crevit et crescit materia gaudii tunc propter exaltacionem propter ruine angelice reparacionem tum propter hominis perditi reinventionem Que omnia affectum ordinatum sunt materia gaudii et maxime affectum angelico cum sit maxime ordinatus Augustinus ergo crescit in angelis extensive quia de pluribus gaudent cum quod plures salvantur Et intensive non quantum ad primum essenciale quod habent de bono increato scilicet de deo in deo et a deo quod contenti eo id offerte sunt beati Sed quantum ad accidentale et tunc bene propter et cordi boni continuum quod nos mereamur bona opera faciunt in quibus primum accidentale mentur et cum cornices suos ad beatitudinem perducunt Super quibus absque dubio gaudent et congratulantur Et propterea loquitur Letamini celi quod non est leticia vera nisi sanctorum et iustorum letus non dicitur esse latum quod leti solent facie distentiores Ait hugo Unde augustinus super Iohannem omelia 26 leticia est animi diffusio quod diffundens animo cum delectacionibus Sed solum iusti vero dilatantur gaudiis scilicet in deo Unde ait propheta letamini iusti in domino Et sequitur punicio dampnacionis reproborum cum subditur Ve terre id est terrena amantibus Et eis incumbentibus

et mari i. de vicio in vicium fluctuantibus Ysaie lx. impii quasi mare fervens quod quiescere non potest. Per terram ergo significatur zebul. qui dicitur terra amando terrena que sunt cibus demonum Gen. iii°. terram comedes omnibus diebus vite tue. Super quod augustinus li. de agone christiano. terra quam comedit dyabolus peccator est etc. Item nomine maris significantur peccatores Job vii° Numquid mare ego sum. Ubi Gregorius viii moralium nomine maris corda carnalium turbidis cogitationibus fluctuosa significantur. Istud n. est mare in quo pugnant quatuor bestie Dan. vii°. et terra de qua ascenderunt quatuor bestie ibidem. quia peccatores dum semper terrena petunt. Hujus vite fluctibus tumidi. et viciorum illecebris amarissimi inveniuntur. Super 8. tertia pars maris facta est sanguis et mortua est. In figura reproborum. Istis est ve i. eterna dampnacio vel predicacio ad quos descendit inimicus expulsus ab electis descendit. non quo in eis ante non esset. sed quia expulsus non a suis. amplius in suis dominari cepit inquit haymo. Super 8° ve ve ve habitantibus in terra. Et hoc quia descendit ad vos dyabolus deorsum scilicet fluens. proiectus a cordibus fidelium ut premissum est. Mathei xii. Cum immundus spiritus exierit ab homine etc. Unde magnam iram habet quia videt multos sibi subtrahi ait glosa etc. Et tanto ei fervencius sevit quanto viciniorem sibi adesse sentit penam suam in inferno finalem ait haymo. Et n. ait dyonisius de divinis nominibus capitulo quarto malum in demonibus est furor irracionabilis. demens concupiscencia. fantasia proterva etc. Similiter de demonibus ait augustinus viii° de civitate dei capitulo xxii. Ipsi sunt superbia tumidi. fallacia callidi. nocendi cupidissimi. a iusticia penitus alieni invidencia lividi etc. Job xvi. Collegit in me furorem suum. Subdit causam ire magne dyaboli. Sciens quia modicum tempus habet scilicet ut electos ab ingressu patrie celestis retardet. unde ardencius ad bellandum consurgit. et eos quos iam recte vivere voluit. expugnare conatur. ait Richardus Iohannes ii°. Novissima hora est. Gregorius 32 moralium prope principium. Considerat quippe quod in exitu suo licentiam nequissime libertatis amittat. et quantum brevitate temporis angustatur tantum multiplicitate crudelitatis expanditur. Ut in hora invitus stringitur tanto in magnitudine ire furore se dilatabit. ne qui in beatitudine stare non potuit in dampnacionis sue foveam tunc plures ruat. Et ille petrus libro 2° de summo bono capitulo 26. Quanto propinquius fine mundi dyabolus videt tanto crudelius persecuciones facit. Ut quia se continuo dampnandum perspicit socios sibi multiplicet. cum quibus gehenne ignibus addicatur. Quanto breve tempus videt sibi restare dyabolus ut dampnetur. tanto in magnas persecuciones ira movetur. divina iusticia permittente. Ut glorificetur iusti et perdidentur iniqui. et ut dyabolo durior restat dampnacio sua. Hec ille. Et ideo merito de illis ut ait Beda quos novissime possidet hostis eccli. 39 spiritus qui ad vindictam sunt creati. et in furore suo confirmaverunt tormenta sua etc. Et ideo non restat eis qui volunt iram evadere dyaboli et tyrannidem eius dominatum. nisi ut non sint terra i. terrena amantes. nec mare i. de vicio in vicium fluctuantes. sed ut cathana excucientes de cordibus suis. fiant celi. et hoc per sanguinem agni i. fide passionis et vitam ihesu christi imitando. quia omne quod natum est ex deo vincit mundum Johannis quinto.

Et postquam vidit draco quod proiectus est in terram. persecutus est mulierem que peperit filium masculum. Et date sunt mulieri due ale aquile magne ut volaret in desertum in locum suum. ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis a facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam velut flumen ut eam faceret trahi a flumine. Et adiuvit terra mulierem et aperuit terra os suum. et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem et abiit facere prelium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata dei. et habent

testimonium ihesu et stetit super arenam maris. Quinta et ultima particula
huius capituli, in qua determinatur de persecucione ecclesie a dracone valde
apta et manifesta sicut continuat glosa. Et dividitur in duas partes. In prima
agitur de ecclesie persecucione quantum ad maiores. 2o quantum ad minores. Ibi
Et iratus est draco. Prima subdividitur in 4or partes. Primo innuitur persecu-
cionis permissio. 2o adiutorium ecclesie collati subiunctio. Ibi Et date sunt mulieri.
Tercio narratur tribulacionis simisse a dracone magnitudo. Ibi Et misit serpens.
Quarto ecclesie contra tribulaciones preparacio et earum devitacio. Ibi Et absorbuit.
buit. Quantum ad primum dicit. Et postquam vidit draco etc. d. Non solum
dyabolus hic terram contra terram et mare id est peccatores sed eciam contra celos id est
iustos, a quibus victus excluditur. Nam versucia sevit adversus eos. Et
dicit. Et postquam vidit draco etc. ad literam. Draco subtilem habet visum
et corpus magnum. Et ideo significat dyabolum qui habet acumen visus
per longam experienciam et magnitudinem corporis per potentem violenciam. Quia
postquam vidit quod proiectus est in terram scilicet de celo id est de cordibus electorum in
corda reproborum ut habetur. quod maxime factum est post adventum filii dei.
Luce x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Persecutus est
mulierem id est ecclesiam que peperit filium masculum id est ihesum christum in cordibus
fidelium ut eciam habitum est supra. Quia prestat ei auxilium contra apertam
tribulacionem sic contra occultam impugnacionem dyaboli vel ipsum fortem
sicut fuerunt sancti martires qui potuerunt ante mori quam a fide dei se
separari. Ex hac litera elicitur quod postquam ecclesia vel quilibet fidelis aliquid
facit aliquod opus virtuosum, quod est mulierem parere masculum, statim
insurgit tribulacio et persecucio iniquorum dyaboli procuracione. Quibus quia
tribulacionibus et temptacionibus etsi dyabolus semper ordinet in malum. Tamen
diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ad Romanos viii. Nam Job flagella-
tus et pressus victor extitit. Et beatus benedictus ut scribit Gregorius
in 2o dyalogorum vexatus vicia temptacionum magis victor extitit etc.
Et ut hanc dicit. Sancta ecclesia designatur per mulierem. Non propter mollicie
animi. Sed quia quotidie spiritualiter dei filios gignere non cessat ut habitum
est supra. Ipsa est etenim sponsa anulo fidei in baptismo subarrata, de
qua dicit apostolus 2 Corinthiorum xi. Despondi vos uni viro virginem castam exhi-
bere christo. Et ad Ephesios v. Desponsavit sibi christus ecclesiam non habentem ma-
culam neque rugam. Et in Apocalypsi xix dicitur. Veni ostendam tibi sponsam agni.
Ipsa est etiam uxor in perfectione operum et morum constituta. Et hec sua pre-
dicacione et doctrina multos filios dei generat. Unde et ipse dominus dicit
Mathei xii. Si quis fecerit voluntatem patris mei ipse et frater soror et mater.
Credendo ergo sponsa, operibus inherendo uxor, vocibus predicando mater
efficitur christi. Totiens enim parit christum quotiens officio predicacionis eius memoriam
que nos semper ad fidem et oracionem informat. Quod beatus augu-
stinus 2o de nativitate beate virginis testatur predicans autem salvatoris
Mathei xii dicit. Notate fratres dignitatem vestram si adimpletis voluntatem
dei frangitis vestram. Ecce beata et vere felix virgo maria mater carne quidem
non hec fuit, soror non fuit, uxor non fuit. Nos autem hec omnia simul. Christo
per spiritum sumus si voluntatem eius que illi et tamen patre regimus est
satagimus adimplere sicut et ipsa per spiritum est et hec omnia tamen eius fecit
voluntatem. Quod quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu
spiritus est. Ex illa ergo parte, qua redemptor noster deus est, propinquum sibi tam
multi sumus. Quantum illi beata virgo et qua nasci dignatus est mater carne
esse non potuit, proprium et singulare fuit illi beatissime virgini christum in
utero portare. Commune vero et universale omnibus electis est in cordibus
illum de ubertate portare. Felix illa beata femina que illum novem mensibus
gestavit in ventre. Felices eciam nos si illum assidue portare studeamus
in mente. Concepit maria christum in utero carnis. Deferimus et nos
eum in visceribus mentis. Reflectebat maria christum cum tenere labe-
lat exprimens. Reficiamus et nos christum aliis bonorum deliciis operum

Idem li° de sancta v'ginitate dicit Beatior fuit maria p'cipiendo fide x' q̄ｚ
dum vbis angeli credidit q̄ｚ gcipiendo carne x'. Nam fratribus eius x' zm
carnem cognatis qui in eum credider̄ut. quid pfuit illa cognacio. Sic et ma-
ternitatis ppinquitas nichil marie pfuiss& nisi felicius xp̄m corde q̄
carne gestasset. Hec ille. Fideles q̄o discipulos fr̄es vocare dignatus est
dicens. Ite nunciate fratribus meis Joh̄is xx. q2 quilibz fr̄ et soror
dom̄ efficitur credendo vt ad fidem veniendo. m̄r vero gdicendo.
Quasi ii. parit dom̄ si eum cordi audienciū infuderit. et m̄r eius effi-
citur si per eius vocem amor dom̄ in pximi mente generat' inquit
Gregorius omel' 3 p̄e p̄tis ewangeliorum. Rō 3 quitur. Quare dictum est
sup' draco stetit an mulierem hēc aut dicitur psecutus est mulierem
quasi a tergo. Rō̄m q' audacior obuiabat draco mulieri x' dyabolus
ante xp̄i natiuitatem. q̄ｚ p'ea quasi pauidus insidiat' calcaneo eius
Gen 3°. Nichilominus circuit querens quem deuoret. 1 pet v. Et subditur
adiutory collati ecce adiutorio cum dicitur Et date sunt mulieri due ale
aquile magne. per quas alas duo intelliguntur testamenta. uel duo p'cepta
caritatis 1 Cor 13 in quibus pend3 tota lex et p'phete Mat 22. Vel
due vite scilicz actiua 7 gtemplatiua zm exposicões hic gmt. Quibus
acceptis effecta est eccl'ia vt aquila per mentis gtemplacōm celestia
petens zm haymon 3 viu°. audiui voce vnius aquile. per quam eccl'ia
significat' zm augustinum ibidem. Date sunt inqui ale due vt volaret
Volat aut mulier duabus alis sz erudita in duobus testamentis. Preterea
alarum vtrique venustat' septem pennulis que sunt. p'cepta. Vt Mat vii
omnia que vultis vt faciant vobis homines et vos facite similiter ille
prohibitiões Thobie 4°. Quod tibi non vis fieri. alii ne feceris. Consilia
Mat 19 Si vis pfectus esse. vade et vende omnia que hēs et da pau-
peribus et sequere me. Promissiões Deutro̅ audi isrl p'cepta dom̄
et ea in corde tuo q' in li° scribe. et dabo tibi terram fluentem lac 7
mel. Cominaciões Mat 3 Iam securis ad radicem arboris posita est
Instructiões Mat 5 Qui viderit mulierem ad gcupis' eam iam mechatus
est eam in corde suo. Amonitiões uel exhortatiões Mat vii Contendite
intrare per angustam portam. Hec aut mulier alis volat. cum sursum cor
a terrenis eleuat Job 39 Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila
Volat aut in desertum quando deserit pctm per gtriciam et liberum ar-
bitrium. Vnde hymno. Desertus locus. corda sanctorum deuota a terrenis
desideriis remota. Desiderius a semetipsis. inordinatos desideriorum motus
eicit. 7 e semetipsos desertum quietis efficiunt vt hēant locum quo su-
gere possint. q2 dom̄ nulla humus mundi diligunt. sz solum eternam patriam
appetunt. magna mentis tranquillitate pfruuntur. In qua solitudine locum
habent quo fugiant ad dom̄. qui scilicz deus in secreto mentis a quibus
inuenitur. Cui p'pheta dicit Esto in in dom̄ protectore et in locum refugii
vt saluum me facias. Vnde eciam p'pheta. Similis factus sum pellicano so-
litudinis. Duobus igitur alis mulier pennis draconis psecucōm euadit
q2 sancta eccl'ia duorum testamentorum cognicione. siue duobus preceptis caritatis
fulta et ad celestia suspensa. nouit occultas insidias minime precauere
et actiuas psecucōs gtemnere. remouens se ab omnibus secularium reru
tumultibus. Et in secreto mentis dominus vacans. Et de hac solitudine
sup' eadem. vt ir ait aubertus. Ipse dei filius. spalis fugientibus via
est. puenientibus ad solitudinem locus est. in eadem solitudine esurientibus
cibus. Vnde subdit'. vbi alitur sz salutifero cibo doctrine dei p' tempus
et tpa et dimidium tpis. x' per tres annos et dimidium vt gsueptum est
sup'. Nam q2 p'dicacio x' tribus annis et dimidio durauit. et antixp̄i
psecucio similit' tribus annis et dimidio tinabitur. Ideo recte p' hoc
spacium. omne spacium vite p'ntis intelligit'. in quo sub eadem doctrina
eccl'ia mora'. Ju huius mulieris figura. olim p'plm ysrahelitarum co-
lumpna nubis precedebat per diem. et columpna ignis per nocte. Exodi
xiii. In nube qmppe zm haymon blandimentum amoris. In igne terror
exprimitur timoris. Per has quippe duas columpnas. due sancte testam'
per nubem in die nouum scilicet testamentum. in quo iam vindicta peccatorum

sz misericordie lenitas ostensa est. Unde Johannis viii Nemo te condempnavit mulier
Per ignem vero in nocte vetus intelligitur testamentum quod supplicium peccantibus minabatur ut si quis hoc vel illud fecerit, morte moriatur, affligeret
autem populus pharaone qui est draco magnus, cubans in medio fluminum
suorum Ezech. 29. Velud mulier fugit draconem pervenit in desertum
in quo deum protectore repperit et manna celesti pastus est et per suspensionem
serpentem eneum domini videlicet christum xm salvatus est. qui venenum peccati
curavit, quia etsi apparuit in similitudine carnis peccati ad Ro. viii. tamen
peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius i Pe. pet. 2o. Per ce
desertum nomine illa regio designatur quam angelus apostata deseruit et
homo, in qua eciam refugium locum invenit ubi vel extra que undique
persecucionibus angustatur in terra, et hec a facie draconis id est dyaboli
ubi cibum indeficientem reperit, que dum hic affligitur iusticiam esurit.
In aliis autem mulieribus, intelligitur ipsa suspensio contemplacionis Solet
enim hoc proprium esse sanctorum, ut quo magis pressuris angustantur
in terra. eo amplius penna contemplacionis elevetur ad summa. Unde illud
Gregorii Mala que nos hic premunt ad deum ire compellunt. Unde apostolus
dicit 2 Cor. xii. Quando infirmor tunc forcior sum et cetera. Vel aliter
Qualiter ait due ale aquile cum dicat propheta Quis michi dabit pennas
ut columbe Bernhardus in sermone, 2m Bedam Quia sicut columba figurat contemplacionem propter donum
spiritus sancti. sic aquila propter excelsum volatum aciem que sublime
que unde cordis erit deum Et Nondum quod hic possit esse thema contra
curam religiosis ut exponatur de anima sancta et sic figuratur eorum in ubi
perdictis, quorum primum est subiecta humilitas et adlivium abilitas. ubi
Mulieri mulier. in 2m naturam. licet aliter coniungat per culpam est vir
(?) sicut capiti Caput enim mulieris vir i Cor. xi. et est apta
nata domum quiescere et sedule operari Unde Crisostomus super Matheum omelia (?)
in fine mulier velut in sella quadam prothie sedens sedens. intellectum
congregans virtutibus splendens et cetera Proverbiorum xx mulier graciosa inveniet
gloriam Ho figuratur virtutis perfectibilitas. ubi date sunt ille due sic
aquile id est virtutes elevatores Ut enim ait augustinus libro sermonum de ser. 18
Due sunt ale caritatis scilicet amor dei et proximi. quas si quis super se
tulerit. tantum alleviacionem in se sentiet. ut possit se super se elevare et
celum ascendere. qui autem sine caritatis alis. gravedine peccatorum pressus
remanet in inferiorum abysso Quod declaratur super Psalmo 149 dicens: alia
sarcina premit te. ista sarcina sublevat te. alia sarcina pondus habet
ista sarcina pennas habet. Nam et si avis pennas detrahas quasi onus tollis. et
quo magis huius abstulisti. eo magis in terra remanebit. Quam
exonerare voluisti iacet non volat, quia tulisti onus. reddat onus, et
volat Talis est ista sarcina. portet eam homines. non sint pigri, non
attendetur illi qui eam ferre volunt. ferant illam qui volunt et
invenient quam sit levis quam suavis quam iocunda quam rapiens in celum
et a terra exsplens. Vel ille Vel due ale abdicacio inferiorum et desiderium
superiorum. quia anima casta per contemptum mundanorum. et sic ista
per desideria superiorum. sursum elevatur Aut opus g ... dimidiis
(?) in rutilis Ysaye xl Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem
assument pennas ut aquile, et dicunt esse aquile magne scilicet per fortes
virtute, agiles sublimitate, extense latitudine. clementes pietate
ad protegendum, et aliorum excitatrice ad volandum Deutro. 32. Sicut
aquila provocans ad volandum pullos suos expandit alas et super eos
volitat Job 39 Nunquid ad preceptum tuum elevabitur aquila Ibi
Gregorius 31 moralium, ad preceptum dei elevatur aquila. dum iussionibus
divinis obtemperans in supernis suspenditur fidelium vita. Omnium enim avium
visus, acies aquile superat. ita ut solis radios sine ulla oculorum
reverberacione videat. hec est sublimis circa contemplacio quam elevat
divina revelacio In arduis ponit nidum suum dum spretis terrenorum
desideriis fertur in celum per mentis excessum ad Phil. 3 nostra conversacio
in celis est

in arduis sed nidum qui in superius figit consilium quia ibi non est spes ubi adest
nec ibi tum ubi animat Nam et paulus fortasse teneretur in carcere
cum se cum christo in celestibus testaretur consedere In petris manet aquila
et in solidis patrum suis commoratur etiam In preruptis silicibus et ar-
in angelorum legionibus preruptis non sunt quia pars eorum cecidit pars
remansit Horum igitur angelorum concivium gaudia dum contemplatur
in preruptis silicibus commoratur Integri sunt per iuncti quietate preruptis et
numeri quantitate Idem vero angeli dicuntur inaccesse rupes et silices
Silices propter soliditatem veritatis Rupes autem inaccesse propter immensitatem clarita-
Valde enim inaccessa est cordibus peccatorum claritas angelorum Sed quia
contemplativus qui iam intersunt per meditacionem angelicis choris non sufficit
videre angelorum claritatem nisi ascendant usque ad dei visionem et contempla-
cionem cuius sola visio vera est nostre humane refectio Subdit Inde
contemplatur escam quia ex illis choris angelicis tendit oculum mentis
ad contemplandam gloriam superne maiestatis qua visa fit satietas in anima
Ysaie 53 Pro eo quod laboravit anima eius videbit et saturabitur Et
in psalmo Saciabor cum apparuerit gloria tua Sed quia pondere carnis corporis
impedimur ne deum sicut est videre in via valeamus Ideo subditur Oculi
eius de longe prospiciunt Hoc est intellectus aciem fortiter tendunt sed nequaquam
propinquius aspiciunt quia claritatis divine magnitudine penetrare non possunt
et lucem non incorruptibili nos caligo nostre corrupcionis obscurat Vt quantum:
cumque homo in hac vita per contemplacionem profecerit Deum nequaquam
per speciem sed per speculum et enigma videat 1 Cor 13 Sed quia
cum predicatores videt auditores non posse capere sublimia divinitatis
descendunt ad humilia instructionis Ideo subditur Pulli eius lambunt
sanguinem Nam cum aquila elevata in archano divinitatis pascitur tamen
auditor quasi pullus aquile inferius crucifixi sanguine satiatur Nam cum
de christi passione auditores docet sanguinem ad lambendum pullis prebet
Et quia predicator compatitur peccatoribus et eis subvenit per sermonem
qui mortui in peccato non habent spem vivificantem Ideo subditur Vbicumque fuerit
cadaver statim adest Aquila volat cum sursum corda hominum
a terrenis elevat sed alas ut pullos protegat et foveat Vt se in
aere suspendat et volatus abscondat et fugiat Protectio per misericordiam Su-
spensio per sapientiam fuga exterior per iusticiam et per puritatem Pro-
tegit pullos in adversitate Deus protegat in velamento alarum tuarum
Supportat defectus aliorum ex pietate Exodi 19 Vos ipsi vidistis
quomodo portaverim vos super alas aquilarum Alias bone actionis volat qui
mundi fugit voluptatem et divine gracie nidum posuit ut semper
de virtute in virtutem proficiscens suam fecit humilitatem aut in arduis
ponet nidum suum In petris manet et in preruptis silicibus commo:
ratur atque in inaccessis rupibus manet Inde contemplatur escam
Oculi eius de longe prospiciunt et pulli eius lambunt sanguinem
et ubi fuerit cadaver statim adest Aquila ceteris avibus altius vo:
lat Vnde illud esse ferunt aquilam super omne volatile primam pullos
ad volandum provocat Deuteronomii 32 Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos autem
oculos a se deicit alios nutrit Sic eciam sursum corda hominum a terrenis
elevat filios provocat ut suscipiantur eos approbat qui celestia contemplantur
eos vero reprobat qui terrena sectantur et quorum oculi ad terram
reflectuntur Item cum aquila senuerit gravantur ale obducuntur oculi
caligine querit fontem aque volat in altum incedit alas solaribus
radiis et ardore descendit in fontem et per ter se mergit et continuo
renovata lumine oculorum et alarum velocitatem recipit Et nos sancte
filii in altum volantes per celestem misterie contemplacionem et ad infima nostra
humiliter descendentes in nomine trinitatis fonte lacrimarum renovemur
Non autem volare poterimus si ale nostre vento superbie elidantur visu lu:
xurie constringantur humore gule madidentur pondere avaricie grava-
buntur Ideo tamen ut hic abicimus stercus quasi equus male pastus

licet sit maculentus tamen melius ascendit et velocius currit quam equus pinguis sed fure plenus etc. Tercio figurat contemplacionis sublimitatem. Ibi ut volaret in desertum. Desertum enim dictum quasi delictum. et significat celum secundum Gregorium super ewangelium omel. xxiiii de pluribus. Cur celum deserti vocatur. nisi quod desertum delictum dicitur. tunc autem celum homo deseruit cum peccavit etc. Ysaye 35. letabitur deserta et in via et exultabit solitudo. Et eiusdem 51. Ponet desertum eius quasi delicias. Quarto figurat refectionis celice salubritatem ubi alitur scilicet celica refectione. Mathei xi. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Vel due ale. sunt dei patris et sapiencia. que date sunt contra malitiam et fallaciam draconis et aliorum adversariorum a quibus impugnatur verbis et verberibus. Vel due ale aquile magne. sunt due partes iusticie scilicet declinare a malo et facere bonum. quibus volat in celum. Unde psalmista. Quis est homo qui vult vitam. diligit dies videre bonos declina a malo et fac bonum. Et recte iusticia dicitur aquila magna. quia sicut aquila ceterarum avium visum superat. ita ut solis radiis fixos in se eius oculos nulla lucis sue chorustacione reverberans claudat secundum Gregorium 31 moralium. ita iusticia acuit intellectum secundum illud psalmiste lux orta est iusto. Ecclesiastici 2o. fili concupiscens sapienciam serva iusticiam. Vel due ale aquile magne. sunt timor et amor quibus ecclesia nunc sursum nunc deorsum volat. Canticorum x etc. Vadam ad montem mirre id est ad cumulum inmobilem tormentorum inferni. et ad colles thuris id est ad culmen inmobile gaudiorum paradisi que sunt altius viribus comprehendenda. Vel sunt iusticia et misericordia que sunt dotes ecclesie. ut de se iusticiam faciens et aliis misericordiam impendens. cum deo ambulet fugiens draconem. Michee vi. Indicabo tibi homo quid sit bonum et quod deus requirit a te utique facere iudicium et diligere misericordiam et sollicite ambulare cum deo tuo. Vel due partes sapiencie scilicet cognicio dei et sui de quibus Augustinus in libro confessionum dicit. Noverim te noverim me bona et breuis est oracio. Nam cognicio dei vitat desperacionem. cognicio sui presumpcionem. De hiis alis dicitur 3. Regum vi. Quinque cubitorum Cherub una. et quinque cubitorum ala cherub altera id est x cubitos habentes a summitate unius ale usque ad alterius ale summitatem. Per quod innuitur quod ut homo bene volet quinque debet considerare. quinque in se et quinque in deo. Primum est nascendi vilitas. 2m vivendi brevitas. 3m moriendi necessitas. 4tum vivendi difficultas. 5m mortis incertitudo. De primis quatuor dicitur Job xiiii. homo natus de muliere. brevi vivens tempore. repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velut umbra. et nunquam in eodem statu permanet. Unde dixit quidam. Ve michi nascenti ve nato. ve morienti. De quinto Ecclesiastici ix. Nescit homo finem suum etc. Quinque vero cubiti alterius ale sunt quinque que debet homo considerare de deo et in deo. Primum est quod est largissimus donator Jacobi primo. Dat omnibus affluenter et non improperat. 2m quod est pacientissimus redditor Ecclesiastici 4o. Ne dicas peccavi et quid accidit michi triste. altissimus enim paciens redditor est. ad Romanos 2o. Ignoras quoniam benignitas dei te ad penitenciam adducit. 3m autem diuiciam tuam et inpenitens cor tuum thezaurisas tibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei. qui reddet unicuique secundum opera sua. Quartum quod est sapientissimus investigator cui nichil potest abscondi. ad Hebreos 4o. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Robertus quinto de consolacione philosophie in fine. Magna vobis est si dissimulare non vultis indicta necessitas probitatis cum ante oculos iudicis cuncta cernentis. Quintum quod est equissimus iudex qui nulla causa potest flecti. Psalmista. deus iudex iustus. Proverbiorum vi. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte. Quintum quod est potentissimus miserator Sapiencie xi. Misereris omnium quia omnia potes. Et per ea que dicta sunt patet quomodo mulier ecclesia confortat in tribulacione et persecucione. Nam supra dictum est quod mulier fugit in solitudinem. quasi pedibus adhuc utens id est terrena contingens

ordinate tm̃ . Nūc aut̃ dicit volare quasi non pedibus tangat terram
sic n oraliter eius n̄ det pennas ut columbe et volabo et requiescam
et ecce date sunt ei due ale aquile magne ut volaret in desertum
in locum suum scilicet sibi preparatum . Unde patet quod locus huius mulieris et filiorum
eius est desertum vel non tumultus carnium, nec frequentia hominum . uer
copia rerum invenitur . et hec a facie serpentis id est contra pute impugnatoris
draconis . Ps . posuisti in conspectu meo adversum adversus eos qui tribulant
me . Tunc ibi . Et misit serpens ex ore suo etc. Proposita draconis
persecucione et adiutorii ecce collati specificatione Subiungit magnitudi:
nem tribulacionis tunsse a dracone et ecce tunc tribulatos separa:
cione et earum devictione : ibi Et adiuvit etc. Circa primum ad primum dicit
Et misit serpens id est dyabolus tortuosus callidus et astutus ex ore suo
id est sua inspiracione venenosa scilicet callida suggestione vel persuasione
Job xli Ex ore eius lampades procedunt id est intendentes dyabolice sugge:
stiones post mulierem id est post ecclesiam in desertum volantem . aquam
tamquam flumen id est inundantem et habundantem ac impetuosam persecucionem
et tribulacionem et innosam submergentem et absorbentem contra quod
orat psalmista Non me demergat tempestas aque etc. Et alibi Cum
irasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos . quia
maxime post adventum filii dei . et postquam ecclesia celestia peciit . infidelium
multitudine dyabolus in persecucionem eorum commovit . Ut Nerone Domiciam
et ceteros qui quosdam crucifixerunt ut petrum andream . alios lapida:
verunt ut stephanum . alios igne consumpserunt ut laurencium . alios serpentibus
et bestiis tradiderunt . unguibus limaverunt in mare precipitaverunt . et per
varia tormenta exquisita trucidaverunt Quod dyabolus facit in huius
fine ut eam scilicet mulierem id est ecclesiam faceret trahi a flumine . id est ut in
corpus suum . hoc est in societatem reproborum posset eam traducere . sed non va:
luit . nec umquam prevalebit . quia isti moriuntur martires in carne
tamen post mortem carnis vocavit dicit Torrentem pertransivit anima nostra etc.
Ideo subditur ipsius ecclesie ad tribulaciones sustinendam preparacio . et tribula:
cionis tunsse devictio cum dicit Et adiuvit terra mulierem . Secundum
Hayonem terra in sacro eloquio signat humanam naturam . Unde pro homini di:
ctum est Terra es et in terram ibis Gen iii . Terra itaque in hoc loco
secundum augustinum et alios expositores . carnem nostri redemptoris intelligitur . qui
cum in forma dei esset . formam servi accepit Ad phil 2o . De qua terra
dicit psalmista Benedixisti domine terram tuam . Hec terra mulierem adiuvit
quia ipse primum fluctus humane persecucionis pertulit et devicit . Et ape:
ruit os suum et absorbuit flumen quod draco misit de ore suo . quia tempore
sue passionis habundanciam vite sue principe mortis deglutivit . et
resurgens a mortuis inundantes fluctus absorbuit potius diminuit
quia ad hoc mortuus est ut et vivorum et mortuorum dicetur . Unde
dicit apostolus Ad phil 2o Dedit illi deus nomen quod est super omne nomen
ut in nomine Jhesu omne genu flectatur etc. Et unde ipse fluctus
persecucionum superavit . inde eciam ne vinci possit adiuvit . Ars fide:
libus suis dicit Nolite timere mortem . nolite timere fluctus huma:
narum subire persecucionum . sed confidite . ego vici mundum principem eius
mundi debellavi . fluctus eius vite mortalis resurgendo calcavi . Ea
per ego persecucionis eius bibi bibens quasi superavi vobis exemplum su:
perandi dedi . ideo quia sicut ego me humiliavi et per humilitatem ad
victoriam veni . Ita et vos humilitatem sequimini ut mecum pervenire
regnare possitis . quia dyabolus nichil amplius prevalebit in corpore . quia quod
prevaluit in capite . Hec Hayo . Sic igitur hec terra mulierem adiuvit
id est xpus in assumpta carne ecclesiam militantem quotidie filios parientem
viro suo . adiuvit umquam . quia tribulatos ipsius pro portavit et exem
et virtutem sustinendi donavit Ysaie 43 Vere languores nostros ipse
portavit . Adiuvit ecclesiam orando pro ea ne deficeret in tribulacionibus
Luce xxii Simon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum

Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua. Vel adiuvit eam tempus
tribulationis abbreviando Mathei xxiiii. Erit tunc tribulatio magna qualis
non fuit ab initio et nisi abbreviati fuissent dies illi non fieret salva omnis
caro. Vel adiuvit eam non permittendo tribulationes augeri quantum
vellet temptator super vires eorum. i Cor x. Fidelis autem deus qui
non patietur vos temptari supra id quod potestis sed faciet cum tempta-
tione proventum ut possitis sustinere. Vel adiuvit eam angelos ad
custodiam deputando. Psalmus Angelis suis mandavit de te etc. Et Ysaie
lxii. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes id est angelos etc.
Vel adiuvit eam et adiuvat quotidie usque in finem faciendo predicari
eorum, ubi sua passio predicatur et recitatur cuius memoria absorbet
in electis multitudinem tribulationum ut non sentiantur vel saltem ut non
timeatur. Ecclesiastici xi. Christi passio ad memoriam revocatur nichil est quod
non equanimiter toleretur. Unde Bernhardus devotus miles suum non
reputat tum vulnera dum eius vulnera intuetur. Et quod dicit apostolus Hebr. xii
Curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem fidei et con-
summatorem Ihesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta
atque in dextera dei sedet. Recogitate igitur eum qui talem sustinuit a
peccatoribus adversus semetipsum contradictionem ut non fatigemini animis vestris
deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis. i Petri iiii. Christo
igitur in carne passo et vos eadem cogitatione armamini. Et hoc est quod
sequitur: Et aperuit terra os suum id est Christus predicatoribus eorum suum. De
quo ore dicitur Ieremie xv. Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris.
Et absorbuit flumen id est destruxit tribulationum timorem. Mathei x. Nolite
timere eos qui occidunt corpus. Luce xii. Nolite timere pusillus grex.
Et non solum absorbuit flumen aperiendo os suum ad predicandum immo etiam
ad bibendum in cruce vinum [illegible] talem passionis potum nostre
salutis. Psalmus De torrente in via bibet. Osee xiii. Ero mors tua o
mors. i ad Cor xv. Absorpta est mors in victoria. Mathei xx. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum. Bernhardus super omnia te
michi reddit amabilem Ihesu bone calix quem bibisti opus nostre redemp-
tionis. Hic enim omnino meum amorem vendicat totum sibi. Nec solum os suum
hic enim ... aperuit ad absorbendum flumen nostre tribulationis mortem deglutiens et
destruens immo latus manus et pedes et quasi totum corpus suum ape-
ruit ut omnino tribulationem nostram absorbet. Sic terra in magno estu
aperitur ubi postea pluvia inundans tota recipitur et quasi absorbetur. Psalmus
absorpti sunt iuncti petre iudices eorum id est apostoli et martires quorum
corpus passio et tribulacio recepit passionis Christi tota absorbetur ...
Ysaie ii. Ingredere in petram abscondere in fossa humo. Vel adiuvit
mulierem auxilium in pugna prestando et post pugnam premium permittendo.
Gen. xv. Noli timere Abraham ego protector tuus scilicet in pugna
et merces tua magna nimis scilicet post pugnam. Vel terra id est triumphans
ecclesia. De qua in Psalmo Credo videre bona domini in terra viventium. Adiuvit
mulierem id est ecclesiam militantem pro ipsa orando. Eius partem conferendo
filium dei adiutorem fortissimum pariendo. Aperuit os suum ad deprecandum
pro muliere et absorbuit flumen id est sua prece mitigavit ecclesie tribulationem.
Vel rem glorie. Terra dicit sanctos in ecclesia militante quorum orationibus
amovetur persecutores qui tradantur. Et aperuit terra os suum ut ...
quicquid sibi inferret rem glorie et quasi annichilat et in bonum suum
convertit. Ysaie xliii. Cum transieris per aquas tecum ero et flu-
mina non operient te. Terra igitur id est ecclesia iustorum aperuit os suum
et sic vincit persecutores et absorbet. Numeri xxii. Hic populus devorabit omnes
qui sunt in circuitu nostro quomodo solet bos carpere herbas. Ubi Origenes: Vitulus ore abrumpit
herbam et lingua quasi falce quicquid invenerit secat. Sic hic populus
ore etc. Circa istam literam quaeritur pro cuius evidentia utrum ad
tolerantiam seu victoriam diabolice et tyrannice persecutionis et tribulationis
precipue suffragetur hominibus tribulatis memoria dominice passionis.
Contra primum: Nullus possit evadere quin a demonibus infestetur.

Horum tamen temptamenta iustis cedunt in profectum domino cooperante. Patet per
Ambrosium super Beati immaculati versu Etenim sederunt principes, que exponit
de principibus demonum, quibus infestare non cessant Christianos. Sicut enim
tenuerunt in suo dominio deceptos, sic continue vigilant quomodo possent
a Christi regno seducere iam redemptos. Unde dicit Ambrosius: Sedent et
explorant quis iustus sit in hoc seculo, quis parumper intente famulatur deo,
quis studiose intendat operi recto. Et loquitur continue adversus iustos in
superbia et abusione. Nam totum studium demonum quod habent adversus
iustos dicitur quedam loquela. Unde et dicuntur accusatores fratrum
suorum. Sunt enim demones secundum Augustinum 8 de civitate dei c. 22
spiritus nocendi cupidissimi, a iustitia penitus alieni, superbia tumidi,
invidentia lividi, fallacia callidi, [illegible] sine caritate, [illegible] sine
malignitate. Et quicquid vero omnibus malis habent, tanto acrius ad fallendum
intendunt quanto magis voluntate et potestate habent malignis [illegible]. Cum
igitur Christum dyabolus temptavit et ei fuit infestus, quilibet de sua
temptatione sit securus. Unde Ambrosius: Detrectant demones insidiem
illi, impediamus istum, perturbemus hunc, efficere quod desiderat, conteramus eius
[illegible], frangamus animum adversis frequentibus et repentinis, et si deo probatus
est propter iustitiam, rogemus nobis dari temptatores eius. Ex qua parte
[illegible] sequitur secundo quod dyabolus quemlibet aggreditur temptando
[illegible] ex [illegible], quod nullus potest eius evadere temptamenta. Unde ponit Ambrosius
exemplum dicens: Primus contra Saul adversus David dyabolus primus inflammavit,
Amon ut domum [illegible] peccatum dyabolus, et qui aliis peccabat
Dominus sue mala [illegible] non potat, tribus multis ponit exemplum. Tertio
sequitur quod diversos habet nocendi modos, quia ex quo quemlibet aggreditur et non
omnes ad eadem inclinantur, oportet quod diversis cautelis utatur. Et Augustinus
dicit quod habet mille nocendi modos. Et in Palilogiis c. xv dicit: Ecce tetendit
ante pedes nostros laqueos infinitos et ita temptatores ampliavit, ut alii
parcens et iustos et sanctos aggreditur insidiose, iam blanditiis, iam
[illegible], iam aliis infinitis machinamentis. Quarto sequitur quod cordis
occulta demonibus non sunt manifesta, quamvis eius cogitationes explo-
rant per exteriora, sed non omnes possunt scrutari. Propter quod ut dicit Augustinus
omnes aggreditur. Timet enim a sua temptatione repelli, veretur ne
devinci. Scivit dyabolus Iob sanctitatem, quod non erat ei similis in terra,
sed ignoravit ipsius patientiam, constantiam et firmitatem, quam si scivisset minime
petisset tamen eum a domino temptandi licentiam seu potestatem. Dicit tamen
Augustinus in libro de [illegible] de divinatione demonum quod vix potest
esse aliqua affectio in anima vel conceptus, unde non imprimatur aliquod vestigium
[illegible] in corpore, quod mox ut dyabolus adverterit, ad quid inclinetur
animus sentit. Idem arbitror omnem motum anime aliquid effigiare
in corpore. Secunda vero pars conclusionis, scilicet quod demonum temptamenta
iustis cedunt in profectum deo cooperante, patet quod non possunt vi devincere.
Nam secundum Bernardum super Cantica ser. 39 [illegible] temptatorem
motum, in te tamen est si volueris dare vel negare consensum. Unde Gregorius:
debilis est hostis qui non vincit nisi volentem. Et Augustinus super psalmum 61:
tantum admittitur dyabolus temptare quantum tibi prodest ut exercearis,
ut proberis, ut qui te nesciebas a teipso invenias. Et Ambrosius in quadam
epistola dicit: Temptamenta tua si ad te [illegible] fundata sunt. Sic ad bella:
terrent fortissimum ludus et umbra etiam [illegible] temptationis non dico in bello de
[illegible] secundum apostolum 1 Cor x: Fidelis est deus etc. Unde sicut dicit Jacobus in
canonica sua: Beatus vir qui suffert temptationem etc. Sic enim non coronabitur nisi
qui legitime certaverit, 2 Thim 2. Etiam tenebitur quicumque devicerit. Unde
dominus promittit vincenti dare manna absconditum, edere de ligno vite, sedere
secum in throno, Apoc 2o 3o. Ambrosius super Lucam li. 4 c. [illegible]: Deus vult quedam
dare temptatores suggerit, et si quis temptatoris cognoscat quod paratur corona.
Tolle martyrum certamina, tulisti coronas; tolle cruciatus, tulisti beatitudinem.
Nonne temptatio Ioseph virtutis est consecratio, nonne iniuria carceris corona
est castitatis. Quando eum in Egipto regni consortium meruisset, nisi venditus a fratribus
fuisset.

in temptacionibus approbatus. Et qua pte glose sequitur. quod post fidem hominis
approbandum et unitum augendum permittit deus temptationes demonum
Prima Cris. dicit Continuum in eos esse nunquam cessare a temptando. ut in
alium hoc actum, non manducat non dormit non aliud facit nisi ut
temptet ut fallat ut subvertat. hoc est cibus eius hic honor hoc
gaudium. propterea insatiabilis est in malo sed gratia dei repellit eum. et
si permittit eum temptare post fidem approbandam et unitum cumulandam
sed repellit propter infinitum virtutum. Ut ait Ambrosius super lucam. Omne
permissione dei dyabolum nocere non posse cognoscas ut potuam dya
magis timeas quam divinitatis offensam. Hic sequitur quod difficultas
operis non vincit lucte metus. Nec enim bonum opus contra sed difficultatis
et conatus, tum sed retributionis et mercedibus. Ideo sequitur quod nulle occu
pationes exteriores et lucte, decipiunt homines violent ab habituali devo
tione. Ut per ambrosium dicitur, quod dyabolus sanctum david conabatur
occupationibus bellicis ab intentione iusticie et a studio devotionis abducere
sed non potuit. quia david ut vinceret illum quem videbat, pugnabat contra
illum quem non videbat. et magis in eo pietas quam virtus bellica mulita
bat. Unde dyabulus perducebat eum ad bella. ipse autem se divinis cultibus
operibus occupabat. In deo sperabat. deo loquebatur deo toto adhibebat
affectu. propter quod dominus protexit eum. Ut ille. Consolo 2a licet multa
sint que repletur nos in tribulacionibus et persecucionibus. precipue tamen
dominice memoria passionis uratum multiplicantur est alleviatudo. Primo
ps Item quia omnia que sunt a nobis credenda valde nos consolantur in
tribulacionibus et persecucionibus utilibus. Nomine consolans nos omnipotencia
creatoris, qui de temptacione potest eripere, qui post tempestatem tranquillum
facit, et post fletum et lacrimas consolacionem infundet. Thobie 3.
Consolatur etiam nos diversitas creaturarum. Nam ex quo deus eas
multiplicavit quod quedam sunt celestes alie terrestres. Si celestes fixe sunt
et terrestres mutabiles. hoc est ex ordinacione creatoris. Si que cre
ature tristes sunt et perturbant, dispensacio est creatoris. Si in equa
mediciny, iusta est permissio gubernantis. Si hunc humiliat et hunc exaltat
hunc ditat et hunc depauperat, hunc vivificat et hunc mortificat. hoc
ideo fit quia non in manu eius est calix vini plenus mixto et inclinat
nat ex hoc in hoc. et non est qui de manu eius possit eripere. et tamen
nulla iniquitas est in deo. Quanta vero consolacio sit ex spiritu sancto quod
etiam paraclitus dicitur id est optimus consolator. Contra ex eterna felicitate
contra ex presenti guione. Nulla iniquitas potest iniquitate felicitate eterne
nulli adversitas resistunt potest eius virtutem. quinymo diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum his precipue qui secundum propositum vocati sunt sancti
ad Ro. viii. Nec minus consolantur tribulatos articuli fidei perfectione
humanitatis Christi qui venit erigere elisos, solvere compeditos, restaurare ruinas
et confessare capita in terra multorum, propter quod dixit Creditis in deum et
in me credite Iohannis xiiii. Omnia quoque novissima et articulus iustis sunt
consolatoria. Nam si iusti recipiunt consolacionem ex punicione malorum et ex
eorum casu, quia fiunt ex hoc cautiores et penas appendendo de iusticia
letantur, et manibus suas lavat in sanguine peccatorum. hoc est videntes
eorum casus et ruinas se ipsos ...agis purificant. quid non aliud
tede deberent eis in consolacionem, unde cum apparuerint dies iudicii cum
sol et luna induent confusionem, cum tamen virtutes celorum movebuntur
et homines arescent pre timore et expectacione que supervenient universo
orbi. tunc dicitur iustis et electis aspicite et levate capita vestra id est exhila
rate corda vestra secundum Greg. Ratione subdens quoniam appropinquat redempcio
vestra. luce xxi. Et qua pte gratonis et eius probacion. sequitur 2o. quod
assentire credibilibus id est articulis fidei, est unitum consolatorius homini. Nam
quia fides que dicit assensum, est unitum iustificans peccatorum. que peccata
dum assunt nulla potest esse consolacio vera. Dicit in thobias capitulo 4o
quale in gaudium sum in tenebris sedeo et lumine celi non video. Et
Augustinus dicit quod omnia peccata per infidelitatem detinentur et per fide dimittuntur

Iusto enim ex fide vivet abakuk 2° Solvuntur omnia petita Nichil hic loquor
de rerum liberum consolacionis quia illius extra luctus occupat provb 2° et
luce 6° Ve qui nunc ridetis quoniam lugebitis sed solum de illa de qua dicit
augustinus li° 1° de ci dei c 28 famula dei sumus sed consolatioem non in rerum
labencium nimiterum constitutam sed vitium talem sed in ea excudi^r ad eciam
quia bonis terrenis utitur non capitur malis at a excuditur aut apprehe^r
Quod totum est quia huiusmoi consolacionis inicium est fides quia illa ostendit
omnia terrena tristiaque velut umbra illa vero permansura Tercio sequitur quod
fidei effectus est nec consolacionis incrementum Racio quia quanto magis
in nobis fides crescit tanto magis animus purificatur fide namque
deus purificat corda actuum xv Tercia aut nebis quasi luce convivium
provb xv Sic de quanto magis deum cognoscimus de tanto magis consolam^r
Unde dicit augustinus in tractatu de non curando in extremum Credidisti in
deum promissionem invenisti Spem tuam in eum posuisti vitam tuam deo
commisisti magnum tibi consilium statuisti Et subdit Si deus de te cogitat
quid te solicitat Cur de aia tua suspectus es qui talem custodem habes
Non ledet te qui permittit super te et lucenti se offert securitate Iuxta
illud prophete Queite dominum et vivet anima vestra Tercio sequitur quod
tota consolacio ex credendis est rerum futurarum increditis Nam ea ipse sunt
fidei promissiones quedam sunt beatitudinis future Fides siquidem nos ab hiis
abstrahit que sunt in hoc mundo et ad illa que sunt in celis inducit
Est enim fides argumentum sive probacio vel manifestacio rerum non apparentium
ad hebr xi Propterea quod dicit augustinus in sermone de pharisea et
publicano Crede quod non vides ut credendo non visa merearis videre
quicquid credis premium visionis fides est merces fidei visio est In ille
Quarto sequitur ex premissis quod carentes fide privantur omni vera con
solacione quia tota eorum vita peccatum est et tenebra tribulacio et angustia
et sine omni spe quemadmodum ceteri peccatores sua tempora deducunt In omnibus
enim gloriis potestate divina vanitas est dolor et afflictio spiritus Nam ubi non
est sancta sed demoniorum ibi eciam non est bonum Quinto sequitur ex dictis
quod nunquam interrumpitur iustorum consolacio propter quod apostolus in persona omnium
dicit deum esse patrem misericordiarum et totius consolacionis qui consolatur
nos in omni tribulacione nostra 2 Cor Sexto sequitur quod nichil est
quod iustis possit amovere consolacionem Non enim contristabit iustum quicquid
ei contigerit accidetur provb xii Unde et apostolus dicit Quis nos separabit
a caritate dei et curatis multis sed angustia tribulacione persecucione
gladio morte Concludit dicens Certus sum quia nil horum poterit nos
separare a caritate dei ad Ro viii° Ubi aut caritas est quid est quod
possit obesse Unde beatus petrus fervens amator dei dicebat Quid
vobis nocere poterit si boni emulatores eritis Sed et si quid patimini
propter iusticiam beati 1 Petr 3 Septimo sequitur quod in iustis simul stat
tristicia cum consolacione quia et si tristicia quamque afficiuntur non tamen infi
ciuntur et si molestantur non tamen commoventur et si turbantur non tamen per
turbantur immo persecucionis et adversitates consolacionem fiducialem inducunt
propter quod propheta dicebat in ps Dominus illuminatio mea et salus mea quem
timebo Dominus protector vite mee a quo trepidabo Si consistant et Si surgat
adversum me Secunda pars conclusionis que dicit quod dominice passionis
memoria est maxime consolatoria miseriarum et miseriarum allenatiua Patet
quia licet multa sint que testificantur dei erga nos dilectionem quia et creavit
nos ad ymaginem et similitudinem suam et alia propter obsequium nostrum
quod angelos dedit ad custodiam quod legem et prophetas immo quod permittit
tribulaciones Nullum tamen maius signum amoris credit quam quod deus in
homine assumpto passus est et mortuus pro nobis Iohis 3° Sic deus dile
xit mundum ut filium suum unigenitum daret et illos multum dilexit
quibus hoc beneficium promisit sed multomagis eos quibus exhibuit iuxta illud
luce x Multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et Iohis
viii° abraham exultavit ut videret diem meum vidit et gavisus est In hoc
ergo maxime testificatum est suam erga nos dilectionem maiorem caritatem nemo habet

vt animam suam ponat quis pro amicis suis Joh. xv. Xpus autem maiorem adhuc habuit. Nam cum adhuc essemus inimici pro nobis mortuus est ad Ro. v. propter quod apostolus subdit Commendat deus caritatem suam in nobis quoniam cum essemus inimici Xpus pro nobis mortuus est. Modo constat quod in tribulatione habere testimonium dilectionis dei circa se est maxima consolacio tribulati. Nam in hoc cognoscit homo quod illa tribulacio est divine voluntatis et quod cedit ad perfectum eius. Deus namque nichil maius habuit in thesauro sue bonitatis immense propter quod evidencius ostendisset suam erga nos dileccionem quam quod filius dei pro nobis passus est et mortuus. Propter quod dicit Ysaye v° Quid vltra debui facere et non feci. Dicit namque doctor sanctus de quolibet 4. q. 2 ar. 3. quod illud quod est potissimum in vnoquoque est mensura omnium eorum que sunt illius generis. Vt dicit decimo metaphysice. Potissimum autem in genere amoris hominis est amor quo quis amat seipsum et ideo ex hoc amore necesse est mensurari dilectionem cuiuslibet amore quo quis aliud amat. Vnde et ix ethicorum philosophus dicit quod amicabilia que sunt ad alterum sunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorem quo quis amat seipsum vt velit sibi bonum. Vnde tantomagis aliquis aliud amare probatur quanto maius bonum quod sibi vult propter amicum postponit. Secundum illud proverbiorum xii. Qui negligit dampnum propter amicum iustus est. Vult autem homo sibi triplex bonum principaliter que sunt anima corpus et res exteriores. Est igitur aliquod signum amoris quod in rebus exterioribus propter eum aliquod detrimentum paciatur. Maius autem est amoris signum si etiam corporis propter eum detrimentum paciatur vel labores vel verbera pro amico sustinendo. Maximum autem dilectionis signum si etiam animam deponere velit pro amico moriendo. Et quod Xpus paciendo pro nobis animam suam posuit fuit maximum dilectionis signum hic ille. Propter quod beatus Bonaventura in planctu super passionibus salvatoris multis expositis signis amoris concludit dicens In vita mirificans omnia inter tot penarum crudelitates inclinato capite spiritum reddidisti et ex amore rupto corde lancea aperto latere sanguinem et aquam perfudisti in mei redempcionem. Et in breviloquio dicit contemplacionis Xpum passum et mortuum datorem gratiarum administratorem largissimum consolatorem piissimum gubernatorem solicitum redemptorem copiosum et glorificatorem ditissimum. Ibi enim preciatum est omnibus in hostibus vicit. Ibi sanavit omnes infirmitates nostras. Ibi redemit de interitu vitam nostram in anima et miseracionibus. Ibi renovavit vt aquile iuventutem nostram. Ibi confregit potencias arcuum scutum gladium et bellum. Ibi vicit adversarium et aperuit paradisum. Corpus primum. Et si magnalia dei opera gesta sit non modicum consolacionis, plus tamen consolantur tribulatos membra dulcis passionis. Prima pars patet ex dictis et per illud psalmus Delectasti me domine in factura tua et in operibus manuum tuarum exultabo. Et racio quia opera sua ostendunt artificem et divinam eius eternitatem magnitudinem potenciam sapienciam et bonitatem que in creaturis cunctis considerare est et non modica consolacionis. Secunda pars est Bernhardi super cantica sermone xx° tractans illud cantice primo Fasciculus mirre dilectus meus inter vbera mea commorabitur. Hec meditari dixi sapienciam. In hiis iusticie perfectionem constitui. In hiis plenitudinem sciencie. In hiis divicias salutis. In hiis copias meritorum. Ex hiis mihi interdum potus salutaris amaritudinis. Ex hiis rursum suavis vnccio consolacionis. Hec me erigunt in adversis deprimunt in prosperis et inter leta et tristia huius vite via regia incedenti tutum prebent vtrobique ducatum. Corpus secundum. Et si cogitare de gloria nostri domini sit magnum gaudium non tamen distat ab eo consideracio suarum passionum. Prima pars patet per Bernhardum super cantica sermone 30. Ecce Xpus sedens ad dexteram patris vbi est in clara luce. Nam cubat in meridie. Ibi locus tucior. Ibi pastus suavior. Ibi vbertas fertilior. Ibi habundancia sine metu. Epulacio sine fastidio. Ibi delectaciones in dextera ipsius in finem. Ibi melior est dies vna super milia. Modo hec cogitare certum est presignacio future patrie. Hec certe suspiratis non sentit. Hinc apostolus raptus ad huiusmodi magnalia videndi dicit se nescire an ibi fuerit in corpore

vel ext[er]i[us] corpus .2. Cor. xii. Et Stephano celos intuenti et videnti eorum apertos et Ihesum stantem a dextris virtutis dei . lapides torrentis dulces fuerunt . Unde ex habundancia dulcedinis quam tunc habuit et pro inimicis orauit . et deo commendans spiritum obdormiuit in domino. Ait vero Ieronimus Tercia vero pars est desiderij vbi sunt similitudines et dilectus meus mihi internum sublimior pharetra saxe Ihesum et hunc crucifixum . Non requiro sicut sponsa vbi cubet in meridie quem letus amplector inter vbera mea commorantem . Non requiro vbi pascat in meridie quem intueor saluatorem in cruce . Illud quidem sublimius . istud vero suauius et pacius est . Illud panis et pastorum hoc solum factum . hec lac que omnium paruulorum . .1. Cor. xiii. Christus qui sua passione et morte docuit et docet omnes efficacissime . Dicit enim Bernhardus in tractatu de contemplacione Ihesu Christi . Quis tam superbus qui visa Christi passione non abstineat . Quis tam iracundus qui non desinat . Quis tam resolutus qui non doleat . Quis tam maliciosus qui non condoleat et subdit . Docet paciam commendat humilitatem implet obedienciam et perficit caritatem . quibus virtutibus cornua crucis ornatur . quia caritas eminet obediencia dextram tenet . paciencia sinistra humilitas in radice collocatur . hoc ergo nos docuit factis quod verbis expressat in verbis dicens . Qui vult venire post me . abneget semetipsum . et cetera me . Christe diligit me sequi . vbi intelligitur caritas . abneget semetipsum . et cetera paciencia . et sequitur me . ecce humilitas et obediencia . et tollat crucem suam . et cetera paciencia . et sequitur me . ecce humilitas et obediencia . et tollat crucem suam . et cetera paciencia . et sequitur me . ecce humilitas et obediencia . Unde Augustinus super Iohannem dicit . lignum in quo fixa erant membra patientis . est etiam cathedra docentis . Quod exarat potest declarari . quia Christus in diuisione eorum que habuit docuit iusticiam dimittensque quod suum est cuilibet . matrem dedit Iohanni in custodiam virginem virgini . latroni penitenti paradisum . crucifixoribus vestes etiam patri Ioseph corpus reddit ad sepeliendum . In eo quod cum gustasset noluit bibere . docuit temperanciam . in elacione loci temporis . cruce mortis et talis in morte societatis . prudenciam . In eo quod de cruce descendere noluit perseuerancia . In eo quod inimicis occurrit fortitudine et beniuolenciam . In eo quod interrogatus siluit . mititatem . et ita de aliis . Dicit enim beatus Thomas quod passio Christi virtutibus est plena . et dicitur liber verorum catholicorum immo Christi passio fons est gratiarum . et est plena miraculis . Unde primo dicit Bernhardus . Dum mens mea tuam ineffabilem meditatur caritatem . mundi mortalitate carnis sarcina minus grauat . cogitacionum tumultus cessat . mundi mortalitate et miseriarum more solito non habundat . silent cuncta . singula sunt et omnia . cor ardet animus gaudet . memoria viget intellectus lucet et totus spiritus ex desiderio tue visionis accensus . inuisibilium amore quodammodo rapuisse videtur . De 2o dicit Augustinus in libro de simbolo . videte dominum virtutis in morte miracula facere . Celum et totus orbis tenebris obuoluitur . elementa turbantur . sepulcra patescunt . mortui reuiuiscunt . infernus contremiscit . limbus spoliatur . In terra factum est magnum chaos . omnis natura timet periculum et iudea perpetrat parricidium . Unde Pilatus miratur quod iam mortuus esset . et centurio ex morte proclamat eum filium dei . Cum ergo Christi mors et passio infinitum erga nos amorem dei et est tanti gaudii tante consolacionis tante suauitatis . cum sit plena virtutibus documentis et miraculis . quid salubrius potest esse tribulatis quam ipsam reuoluere et de ea meditari die ac nocte . Et per istam meditacionem significatur . hominibus in tribulacionibus . Et quod dicitur in littera quod terra Christi caro . tera redemptoris adiuuit mulierem . quia ipse pius fluctus humane persecucionis pertulit et deuicit et aperuit os suum et bibit flumen torrentis . Moraliter autem per aquam fluminis designari potest habundancia terrenorum que cito tamen fluunt sicut aqua . Ps. illud . Diuicie si affluant nolite cor apponere . De qua aqua fluminis dicitur . Iere. 2o . Et nunc quid tibi vis in via egipti ut bibas aquam turbidam . Et quid tibi sunt vie assiriorum ut bibas aquam fluminis . Hanc aquam habundantissime draco misit ex ore suo post mulierem ut eam faceret trahi a flumine . cum a Constantino imperatore datum est imperium occidentale et cetera quod non est nisi sibilus et

venenum ex ore draconis sive serpentis exiens. Cuncta namque temporalia non
sunt nisi sibilus venenosus quia cito transeunt et plena sunt vento vanitatis
et litis. Sunt etiam venenosa quia bibentes occidunt. Unde tunc audita fuit
vox in aere dicentium: Hodie venenum effusum est in ecclesiam dei. Sicut legitur
in apocriphis beati Silvestri. Cuncta vero tamen pertingit venenum ad cor
ecclesie, sic quod suffocatio proxima timetur. Ideo clamat ecclesia: Salvum me
fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. Et deus de consueta bonitate incipit ecclesiam suam exaudire et misit sibi adiutorem
suum, qui totum nititur absorbere fluvium, scilicet principem terrenum, qui omnia
temporalia ecclesie conatur auferre. Licet eius intentio non sit eadem cum deo
qui propter bonum ecclesie sue mittit illum. Sicut de Sennacherib dicitur quod deus
misit eum in Judeam ad correptionem. Ipse autem venit ad occidendum totum
et ad diripiendum bona eorum. Deus misit eum ex ira, sed ipse venit ex
superbia et avaricia. Unde Ysaye x: Ve assur virga furoris mei et baculus ipse est in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam
eum et contra populum furoris mei mandabo illi ut auferat spolia et
diripiat predam et ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse
autem non sic arbitrabitur et cor eius non ita estimabit, sed ad conterendum
erit cor eius et ad internitionem gentium non paucarum. Dicet enim: Numquid non
principes mei simul reges sunt etc. Multa que ibi dicuntur. Heu impletur. Civitate namque contra clerum invidia inflamante ad rapiendum
bona ecclesiastica cupiditas effrenate impatientia consurgunt conditores lites et
disturbia oriuntur in clero et populo scandala. Concutiuntur membrorum
ecclesie vitalia et ob hoc formidandum ne periculo utriusque status hominum
exigentibus radat dominus in novacula conducta Ierusalem baculum et
auferat validum et fortem et omne robur panis et aque omnem virum
fortem et bellatorem, iudicem et prophetam, senem et principem super L
honorabilem vultu et sapientem de architectis et prudentem eloquii mistici etc.
Ysaye 3. Ecce siquidem malignus plenus spiritus insaciabilis draco rex gentium
humanum nunc solito vehementius per omnia vitiorum abrupta precipitat
truculentius odiorum ac simultatum livore perturbat bella disseminat
usque ad sensum. Credunt nostrates forsitan exuberate diaboli membrorum
suorum saciam humana fortitudine quasi baculo arundineo posse devincere, sed revera diaboli furentis et membrorum eius obstacula non
districti tantum examinis ultione sed per pietatem abolientur. Ut que
bella fuerunt in mundo finiuntur. Ut autem gentes aqua possit potiri victoria
nisi de celo pietas ultissedi dimia. Fuit ei concessa. Tollat igitur homines
obstacula, et cessabit quassatio et vindicta. Unde achior prout scribitur
Judith vi loquens ad holofernem cum retulisset beneficia dei excelsi populo
suo exhibita, dixit concludendo: Nunc ergo domine perquire si est aliqua iniquitas
eorum in conspectu dei. Ascendamus ad illos quia tradens tradet illos deus
tibi. Si autem non est offensio populi huius coram domino deo suo, non poterimus ei resistere. Et illud Scilicet non timet cum quibus dominus est. Cuius dicitur
Numeri xiiij: Nolite timere dominus vobiscum est. Et Levitici 26: Si in preceptis
meis ambulaveritis persequimini inimicos vestros et corruent coram vobis. Ac
ideo si qui volunt finaliter victoria, habeant secum deum. Exemplo Abrahe, Moysi,
Josue, David et aliorum principum nostrorum. Quoniam si peccatis obvoluti principes ad puniendum aliena procedunt, non mirum quod sepius perimuntur.
Unde glossa beati Gregorii super illo Nolite iudicare ut non iudicemini. Deberet ut
prius ad dimicandum iret deus, qui seipsum non iudicat quid in alio iudicet
ignorat. Et infra: Novit forte per auditum quod recte iudicare debeat, verum
tamen aliena iudicare non valet cum conscientia propria innocentie nullam iudicii
regulam prebet. Et hinc dicitur esse quod cum tribubus Beniamin in campis
sceleris fuisset obruta, collecti contra iniquitatem ulcisci voluit, sed tamen
semel et iterum prostratum est et paucis interpositis subdit: Quod
est ergo quod ulcisci sceleribus inflammatur nisi quod plus purgandi sunt
per quos aliorum culpe feriuntur. Hec ille. Et alia glossa dicit quod

volens punire eandem tribum beniamin pro scelere carnis, dimisit ut ipsi
iam iudici per ultionem veniant qui aliorum vitam corrigere festinant
hinc redemptor ait Qui sine peccato vestrum est primus in illam lapidem mittat
Johannis viii. Concordat similiter Nicolaus de lira super illud Osee x Ex
diebus gabaa peccavit israel Et si forsitan aliquis obiceret quod tum
scismatici sive pagani deum servientes non habeant katholicos sepius vincere
videatur Ad quod dicendum quod sicut olim Senacherib Nabuchodonosor
antiochus et alii ydolatre peccatis exigentibus dei populum affligebant
ita et nunc quia peccata populi xpiani exuberant scismatici etc. eosdem punire
creduntur Non enim refert in ratione flagelli cuius puniat demon paganus
sive tyrannus tanquam ire dei et iusticie executor Quo fit quod occulto
dei iudicio quandoque xpiani per alios paganos ceduntur qui tamen dum vindi-
ctam aut victoriam suis viribus attribuunt penam sue superbie non eva-
dunt Sic ut dictum est assur virga furoris domini extitit licet quia potestate
feriendi delinquentem populum a deo recepit non agnovit Ysaie x et
ra alibus Contra cuius superbiam loquitur dominus Nunquid gloriabitur securis
contra eum qui secat in ea aut serratis contra eum qui trahit in sea
etc. Contra regentem se superbire non potest Sic et alii ignorantes se esse ul-
tores ire dei quia impia vanitate superbiunt in eandem quippe temporalem
inveniunt ultionis tamen districte penam procul dubio non evadunt Quod
in Rege Nabuchodonosor manifeste loquitur de quo dominus dicit inquit Ezech.
xviii° Quid dabo Nabuchodonosor pro eo quod servivit in apud tyrum et da-
tum habet provinciam ethyopum et egyptum Cum autem in corde superbiens
postea diceret Nonne hec est babilon quam ego edificavi in robore regni
mei statim dominus mutavit regalem mentem eius ut ab hominibus fugeret
cum bestiis degens Daniel 4° placatus est ergo deus et appellans
est ab eo iratus ad ipsum propterea Et Nichilominus ne videamur temptare
deum vitam nostram in melius emendemus et bona temporalia fideliter
dispensemus etc. Quintum hoc quod dicit lira Et misit serpens id est dyabolus
ex ore suo venenato id est suggestione sua post mulierem scilicet ecclesiam aquam tan-
quam flumen id est temporalium opulentiam que semper fluunt deorsum ut eam faceret trahi
a flumine Unde dicit philosophus celi .. in motus est violentus Nam con-
naturale est quod terra feratur deorsum que facta est ut feratur sursum et eius
motus violentus deorsum est Ista quod Salomon dicit Proverbiis 24°
Erue eos qui ducuntur ad mortem et qui trahuntur ad interitum
liberare non cesses Et adiuvit terra mulierem id est principes terreni divini
tenui diligentes ecclesiam Et aperuit medium adiuvandi deus et aperuit terra
os suum id est dilataverunt principes terreni desiderium suum Et absorbuit flu-
men id est opulentiam terrenorum quod draco misit de ore suo id est quam habun-
dantiam temporalem procurat ecclesie dari Non quod constantinus hoc fecerit
ex dyabolica suggestione sed magis creditur hoc ex instinctu spiritus sancti
fecisse Sed quia dyabolus procuravit et procurat quotidie quod ecclesia circa iste
temporalibus apponat ut sic minus possit intendere spiritualibus Cum autem
modo procuret ut terra absorbeat flumen hoc facit in odium mulieris
sed nostrum iuvat eam quia forte pauperitate occupata libere clarum
sed nostrum iuvat eam quia forte paupertate occupata libere clarum
saluti vacabit Nam tunc esset in divitiis suis non poterat bene vacare
orationi lectioni ac meditationi iuxta illud psalmi In diluvio aquarum multarum
ad eum non approximabunt sed cessato diluvio diligentius exercebit officium
suum de quo dolebit dyabolus cum fuit factum sed modo nimia cecatus
lira non advertit Tunc ibi Et iratus est draco subditur etc.
persecutio contra ad maiores sive ad minores sic glossa continuat Et dividitur
in duas partes persecutio ponitur persecutionem premisse Secundo subiungitur eorum in
quibus draco quiescat sequentibus ibi Et stetit super arenam maris Circa
ad primum dicit Et iratus est draco in mulierem id est contra ecclesiam videns
eam habere auxilium christi quod non posset eam trahere post se per modos dictos
Sed nec sic desinit eam impugnare sed continue querit novos modos et artes
novas

cam impugnandi Ideo subditur Et abiit scilicet recedens a maioribus quos expu
gnare non potuit vel ab illo modo quo non potuit esse nocens. Facere
plurimum tum reliquis de semine eius id est cum mulieribus in terra scilicet cred
entibus verbo fidei quod est semen Matth. xiii Luce viii. Ambrosius
Petr. primo Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per ver
bum dei vivi Semen ergo mulieris verbum intelligitur predicationis quo regene
rantur homines et efficiuntur filii dei Qui custodiunt mandata dei id est ex
complent mandata quibus in lege precipitur Non occides non furtum
facies et similia Et habent testimonium Jhesu Christi id est fidem illius retinent corde
confitentur ore et ornant opere Hii enim sunt in recte credentibus scilicet exemplum
operis et fidei recte confessio Sup. ab. Beatus qui legit et audit verba
prophetie huius et servat ea que in ea scripta sunt Sed queritur cum pri
us sit credere quam mandata custodire videtur quod male hic ordinet Dicendum secundum
Haymonem quod ideo mandata prius ponitur quia caritas que est principale
mandatum Johannis xv Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem
maior est omnibus virtutibus j. Cor. xiii Ideo sic ordinat Unde cum talibus
preliatur draco iratus quia de eius dominatu fugerunt Quanto enim plus
ab eo recedunt iusti tanto amplius impugnat dolus inimici Unde Gregorius
xx moralium post principium tractans illud Job xxx Hec omnia experti sunt vici
dicit hostis iste tanto magis sibi rebellare conspicit tanto amplius expu
gnare contendit Quod figuratum fuit in populo Israel fugiente de Egypto
quem fugientem Pharao persecutus est Exodi xiiii Habet ibi Prescrip. libri
distinctiones quia sunt tres modi conversionum Inchoatio medietas et perfectio
In primo inveniuntur blandimenta dulcedinis In secundo certamina temptationis
In tercio perfectio vel plenitudinis Ecclesiastici ii Fili accedens ad servitutem
dei prepara animam tuam ad temptationem Omnes enim qui pie volunt vivere
in Christo persecutionem patiuntur ii ad Thim. iii Sustinet quoque et reprobi mul
ti non tradusus eos dyabolus intorquet bellum quod nequam fieri potest nisi
inter duas partes contrarias ut dicit Haymo Notandum secundum Guilhelmum libro
ubi dicitur et iratus est draco in mulierem Et secundum Vilhelmum in libro
de universo ira malignorum spirituum ut ignis contra homines exardescit
Sicut enim ignis combustibilibus nutritur et numquam dicit sufficit sic ire demo
num nullus est finis semper sunt in motu Et habent appetitum nocendi
Quod etiam apparet ex inde Quia nam eorum indignatio non est saciata
omnibus maliciis omnium hominum ab initio mundi factorum Sed continue crevit
et crescit Et licet cum aliquibus eorum vincitur illusionem patiatur sue potentie
astutie et suorum conatuum Que quidem illusio excepto tormento ge
hennali est eis maxima pena tamen hec cohibicio non amovetur a
sua malivola temptatione Dicit enim idem Vilhelmus ubi supra quod demones
acerrimos cruciatus sustinent de gloria dei de beatitudine angelorum de feli
citate beatorum et de profectibus bonorum hominum Et specialiter cruciantur propter
apostasiam qua tam impie recesserunt a deo Propter quod videtur satis mira
bile quod cruciatus isti compellunt eos ita studiose decipiendis hominibus intendere
quod nichil aliud agere videantur Et respondet quod in hoc est voluntas et permissio
creatoris propter multiplices utilitates que provenire solet electis dei
ex insidiis eorum Et licet cedant et circumveniat ut dicit Jacobi 2o Tor
tum ille non potest eos a maliciis hominum compescere Tanta enim malignitatis
sunt ~~xxx~~ circa homines atque ex arbitrii libertate amiserunt Sic quod
potestas eorum data est in servitute malignitatis adeo quod nec penitere
possunt de malis nec se continere a futuris Et est hoc satis admirabile quod cum
ita sint invidi iracundi et maliciosi quo possunt esse tam astuti et ita
exquisitum cum tum ira invidia malicia certe quod passiones hebent intellec
ebetare Et ad hoc respondet dicens tormenta et subtilitatis in dignitatibus non de
bent quibuscumque maliciis offuscari similiter nec dolent de naturalibus propriis et
de bonis alicuius si ea minus cognoscent vel penitus ignorarent

Et sic hec veniret in allevacionem pene eorum et in diminucionem vindicte
ac iusticie divine, ymo quanto sunt peccatores et vinciuntur quanto sunt
asturiores et subtiliores, et hoc ipsi sciunt detento quanto magis torquentur. et sic
eorum astucia cedit eis in acriores illusiones et contumelie que sunt
pene gravissime, precipue in illis qui sunt vane glorie amatores maxime
quo torquentur cum eorum astucia deluditur ab hominibus simplicibus
et eorum virtus ab infimis superatur. ymo Wilhelmus dicit quod turbacio
voluntatis in demonibus clarificat in eis intellectum, ita quod de quanto
sunt magis iracundi et maliciosi detento malicia et ira exacuit eos
in asturias profundiores in fraudes et laqueos occultiores, quibus capiant
et ledant. Exemplum ponit in iracundis qui quanto sunt iracundiores de
tanto forciores. Item in gulosis qui quanto sunt depravatiores tanto sunt
ingeniosiores in discrecione saporum, in preparacionibus esculentorum in apparaci:
onibus salsamentorum et aliorum condimentorum, longe peritiores illis qui
sunt ab illo vicio alieni. In luxuriosis quanto inveterati in sordibus illis magis
putrescunt, tanto in excogitandis turpitudinibus sunt acutiores. [illegible]
propter quod et Dionisius dicit quod in demonibus est furor irracionalis, amens
concupiscencia, fantasia proterva. Fantasiam in eis appellat potenciam in qua
rerum similitudines apparent, que dicitur proterva, quia ipsi obviat et re:
sistunt veritati intellectus quod est proprium. Non autem dicitur in eis fantasia
sicut in nobis que est vis sensitiva collativa sensibilium per sensus
particulares perceptorum, propter quod eciam dicit Gregorius 33 moralium quod suppe:
ditum celsitudinis dyabolus vertit in rigorem mentis. Et quia quondam
superbie sue remedium invenit insaniam insensibilitatis. Et Augustinus libro ix
de civitate dei dicit Demones quia vocabulum grecum est a sciencia nominari
dicuntur, habent enim scienciam sine caritate. et ideo tam inflati sunt et superbi
ut divinos honores sibi velint exhiberi. Propter quod dicit magister in 2o sentenciarum
quod licet sunt per maliciam obstinati vivaci tamen sensu non sunt penitus
privati. Nam remanserunt naturalia licet deformata. Tercio quod queritur utrum
in demonibus obstinatis sit intensio male voluntatis. Et videtur quod sic quia racio
per vtute alien alienam per ppam aut non possunt Et ro huius est
qz opantur p modum artis in hoc z non per modum ne vnde
sicut na non producit form artificialem sic nec ars form nalem
Si qritur 2o huius dico q est limitacio potencie agentis ad certum
et tale effectum secundum dispositionem dei et pmariam ordinacionem causarum
Rursus si qritur 2o quare sic deus disposuit dico q ordo sapie
hoc rquirit Cum n sit 3o agens sz deus natura et intelligentia
ista sunt agentia ordinata ita q primum psupponitur a 2o et 2m
psuppon a 3o deus n opatur ex nihilo natura vo non facit ex nihilo
sz ex ente in potencia ars supponit opacionem ne et opatur sup ens
completum Non n facit lapides sz domum de lapidibus vnde sic
natura non pt anticipare opacionem dei que est de nihilo producere
sic nec ars opacionem ne Si qritur Quare non est ergo ut ars
pcedat naturam Dicendum q opacio nalis per naturam prius est in eodem
qz opacio artis est et talia racio hz agens per naturam pducit sibi
simile 2m virtutem sz agens 2m artem simile solum 2m speciem
vel ideam ut exar Causa tercia in pduccione rei nalis siue forme nal
agens aliquid imprimitur passo et nichil imprimitur agens nisi illud
rev cuius est in actu 2m virtutem Ideo formas illas de potencia in
actum educere non pt nisi quod agit per modum ne Sed artificialibus
aut nichil imprimitur agens passo sz aufert vel mutat 2m locum sic
pz in forma composicionis et figura incisionis Et hinc est quod agens
per artem non pt vtute ppa formas nales pducere nisi ille solus
qui e actus plenus et perfectus rev omnium tum in creando tum opando
scilz solus deus Sic ergo pz q habet formas scilz nales demones
pnt re transmutare non tamen vtute sua sz ne Non tamen sunt
ministri non principales agentes qz si erunt principales agentes tunc non
pducunt p graz homine z esse producerent sic creator racio erunt creatores
Quod augustinus negat expresse Vnde tres raciones prime verum
concludunt quoniam non pbant q faciat vtute sua sz vtute semi-
num adductorum Vnde Petrus de tharantasia dicit q Effectuum quidam
sunt quorum vltime forme sunt artificiales ut domus stannum
statua et huiusmodi In hos omnes pt demon melius quam homo per
artificium Quidam vo sunt quorum vltime forme sunt nales Et
horum quidam sunt qui pducuntur ex semine et in hoc non pt
demon qz in quolibet commixtione elementorum additur aliqua virtus
influens ab anima generantis quam demon non pt influere Quidam ex
putrefaccione vt vermes z quidam serpentes Et in hiis dupliciter contingit
aliquod agens opari vel administrando sicut facit agricola
in pduccione segetum vel complendo sic opatur sol z natura Primo
modo pt opari demon in pduccione aliquorum effectuum nalium non 2o
per hoc ad Rom in Exodum ad primum cum dicitur q magi ve fe-
cerunt primo per virgas magorum Dicendum q videtur q exlose videtur
ibidem sibi obviare Nam quidam videtur dicere q non fuerunt veri
serpentes alii q veri sunt tamen hoc magis sonat q veros serpentes fe-
cerunt et denominant ibi serpentes a ma precedente Sic serpens
Moysi vocatur virga licet verius esset serpens per z de aliis intelligendo
Et ergo dicit augustinus devorauit virgas non serpentes qz non potest
devorare quod non erant hic pro tanto dicit qz non erant serpentes
in sua prima generacione sz virge Ad illud quod obicitur q antichristus
faciet signa mendacia Dicendum q illud intelligitur non qz non faciet
aliqua signa vera 2m transmutacionem formarum sz ne erunt vera huiusmodi 2m

ad fine sive ad interdum, quia ad hoc faciet ut miraculum et falsum prodeat. Unde sicut in verbis sic et in factis mendacium dicitur vel in quo veritas deficit operis, vel in quo deficit veritas intentionis.

Secundo omnia opera dyaboli mendacia sunt, probatur istis modis primo. Unde Augustinus xx de civitate dei capitulo 19 dicit: Ambigi solet utrum propterea dicta sint prodigia mendacia quia mortales sensus per fantasmata decepturus est, ut quod non facit facere videatur, an quia illa etiam si erunt vera prodigia ad mendacium pertinebit credituros non posse ea nisi divinitus fieri virtutem dyaboli nescientes, maxime quia tantam quantam nunquam habuit accipiet potestatem. Subdit solvendo dicens: Quapropter quodlibet horum dictum sit, seducet eos signis et prodigiis qui seduci merebuntur.

Vera ergo dicuntur, quia ipse res vere erunt sicut magi pharaonis fecerunt veras ranas et veros serpentes, non autem habebunt veram rationem miraculi, quia fient virtute naturalium causarum, ut erunt vel res fuerunt.

Ad illud quod obicitur de glossa Augustini, dicendum quod Augustinus non negat quin aliquid possit demonibus attribui, sed quod non omnia sunt eis attribuenda, immo quedam bonis angelis attribuuntur, vel quod per mirabilia fieri intelligit ea que fiunt miraculose. Sed ad illud quod ultimo queritur quomodo educuntur. Si vere educuntur vere sunt miracula, ergo miracula sunt fallibilia, ergo non sunt efficacia fidei nostre testimonia. Dicendum quod et si sint vera opera, non tamen sunt vera miracula, quia miracula non fiunt preter omnem naturam sive per virtutem supernaturalem que est affectus primi, sed non supra facultatem nature, et ideo attestantur omnipotentie facientis. Opera que faciunt demones et si miracula videantur, quia fiunt in tempore non perceptibili, non tamen sunt vera miracula, quia fiunt vi nature. Si dicatur quod natura non potest ita cito operari, dicendum quod verum est de natura per se, sed potest esse talibus adiuta et conforta rebus convenientibus, ut quod retardet vel mutet in effectu. Sicut patet de generatione ranarum, quas de quibusdam foliis in modico tempore nasci contingit. Si autem queritur quo distinguantur hec a miraculis, dicendum quod etsi conveniunt in modo, differunt tamen ex parte principii affectus, ex parte ministri, ex parte finis et ex parte facti. Ex parte principii affectus: nam in miraculis divinis operatur agens potentie infinite et supra naturam, in miraculis demonum operatur virtus que multiplicatur adiuta per naturales alias. Ex parte ministri: nam miracula dei fiunt per publicam iusticiam non in veritate et non in apparentia, sed miracula demonum fiunt per privatos contractus et quedam archana. Unde dicit Augustinus quod boni faciunt miracula per publicam iusticiam, hoc est per fidem veram, que vere iustificat, quamvis virtutes omnibus predicat, mali vero per signa publice iusticie, quia fidem habent et opera videntur habere. Sed magi per privatos contractus, quia per incantationes et archana quedam, cuius signum est quod ibi sunt tenebrarum opera, quia qui male agit odit lucem. Nota 3°.

Ex parte finis similiter differunt, quia miracula dei fiunt ad utilitatem fidei et morum et divinam gloriam, sed magorum ad deceptionem et ad vanam gloriam, ad subversionem et excellentiam. Unde sunt et inutilia. Differunt etiam ex parte facti, quia demones faciunt huiusmodi vilia et inutilia, miracula vero divina valde sunt utilia et utilia. Unde demones maxime faciunt ranas et serpentes, quia hec desinunt producuntur operatione nature et quia divino nutu magis permittuntur ad poenas fieri in memoriam. Unde sic dubitat potentiam et astutiam dyabolicam ut sic pateat eum fuisse in initio ut in ipsa hominum possit seducere malos, nisi tamen vitis nichil possit etiam a bonis deprehendi, et ut fides simul cum miraculis habeat robur. Si enim solus deus et eius servi miracula facerent, quis non credidisset in deum miraculis compulsus. Nunc autem cum magi faciunt et boni sancti divinitus illustrantur, inter ista possunt discernere quia vera miracula adiuvantur et demonum miracula detegitur et frangitur.

De quo scripsit quod uti demonum ministerio in faciendis huiusmodi miraculis non est absque peccato, ut patet a dyabolo inquirere consilium, ut etiam auxilium sine ministerio absque peccato, nisi fortasse ut hoc tamen ubi deus dyabolo subiecit hominem iusto suo iudicio, sicut narratur de quibusdam viris sanctis

fidei et morum

voluntario aut generato, non potest esse sine peccato, aut non est ibi peccatum infide:
litatis ut potest si demonis credendo attribuat aliquid divinum, aut est
ibi peccatum idolatrie utpote in oblationibus et satisfactionibus aut inobe:
dientie saltem, quia facit contra divinam prohibitionem et contra statuta aut
huiusmodi prohibitionis est, quia talis peccat in seipsum dum se committit
dispositioni contra. peccat in ecclesiam dum habet consortium cum illo qui est
omnino ... persisus et adversarius ecclesie. peccat etiam in maiestate di-
vinam dum recurrit ad dyabolum cum non sit omnipotens et omnino
sufficiens et benignus deus noster, et ideo prohibitum est et sine peccato
fieri non potest. Unde levitici xx praecipitur audi qui consulerit ma-
gos et ariolos et eis crediderit precipio deprehendi et ... et punitur
rex israel, qui misit ad consulendum deum accaron. Et augustinus de do-
ctrina christiana dicit divinatores esse damnandos et fugiendos quia nituntur
dicunt pacta demonum. Si quid plus est facere quam dicere et nimium
non est sine pactionibus demonum. Ergo non et cetera. Item dyabolus est do-
losus et constat nobis quod nullum diligit nisi in malum suum et
nisi ipsum colat, ergo si quis ab eo suscipit obsequium committit se di-
sciplinam. Et omnis talis peccat mortaliter. Item dyabolus est inimicus
ihesu christi et dei, ergo qui suscipit ab eo auxilium ut facit contrarium
tamen nulla sit conventio christi ad belial, et ita ... christus, sed hic ne-
potest esse sine peccato mortali ... Sed contra apostolus videbatur ministerio
dyabolice in initium ... i. cor. xv, ergo utebatur ministerio demo-
num ad implendam iustitiam, ergo pari ratione potest homo qui indiget
uti ad alia obsequia. Item si indigeo elemosina, non tamen a bo-
no. Sed etiam a peccatore et impio possum accipere et petere, ergo si indigeo
pane et vino possum hoc petere a demone, hoc ... si non
adest homo qui statim tribuat. Item a malo servo potest quis exigere
servitium et recipere, ergo si quis sanctus dyabolum superavit potest ei licite
imperare et eius obsequium in ... accipere. Item
esse quod huiusmodi artes solis caracteribus exercentur sine ymo:
lationibus et aliis ... Videtur quod ibi nullum sit peccatum, quia illi
caracteres aut habent aliquam virtutem compellendi demones aut nullam. Si
nullam, ergo demones nichil faciunt. Si aliquam, cum omnis virtus
est a deo, et uti aliquo ad id ad quod est non est peccatum, ergo videtur
quod ista mirabilia demonum possunt exerceri sine peccato. Item si aliquis
suscipiat obsequium demonis in hiis que expediunt sibi sive
in miraculis sive in aliis, hoc sciens ... potest videri
quod in nullo peccet, non in fide, quia non ... credit esse
in dyabolo, non etiam in moribus, ergo nullo modo ut videtur. Item si
ego amisissem librum meum, non esset peccatum si requirerem a quo:
cumque quis sciret ubi esset, ergo si quis amisit aliquam rem et
hoc scit quod dyabolus potest nosse videtur quod illud saltem sine peccato
possit fieri. Ad primum solutio quod paulus utebatur ministerio
dyabolico in puniendo malos potest dici quod hoc non erat dya-
bolice ... sed ... divino iudicio, et ipsius apostoli imperio cui subi-
ciebantur spiritus maligni, non concedebant sicut magis et divinis.
Vel dicendum quod illud tradere non erat aliud quam exponere vexa:
tioni demonum. Ad secundum de elemosina quam possum accipere ab
impio dicendum quod non est simile ... Primum quia etsi
non sit membrum actualiter unitum, non tamen est divino membrum
... et possunt recipi et impediri ex caritate pietatis
officia, non sic est de dyabolo et angelis eius quorum status est
damnatio ... quia elemosina quam habet impius ipse ... est
viri iusti, ergo vir iustus ... exigit eam et recipit quod suum
est accipit et ideo iuste facit. Non sic est de ministerio dyaboli
in faciendis miraculis ... dyabolice ...

·indigemus

quia aut dominus subveniunt per se vel per angelum suum aut per
ipsum et tribuit pacientie meritum. Quod 3m tunc dicitur quod dyabolus
est servus. Dicit quod eius servitium et ministerium non est ad hoc deputa-
tum a deo nisi fiat speciali privilegio sed potius deputatus est ad
temptandum et excludendum et sic fuit licet intendat expugnare
quia de malo suo facit deus bonum verum. Ad 4m cum queritur
quod peccatum sit in caracteribus. Dicit quod magnum peccatum est quia ad
ipsos fiunt similiter ad ministerium demonum implorandum quod non licet et
ideo nullo fine fit. Et 4 aut queritur si habent virtutem aut non
Dicit quod ex se non habent virtutem sed solum ex dyabolica pactione
Sic enim pepigit dyabolus cum illis hominibus fuerat et familiariores
quod talia signa recognosceret et ad talia se presentem offerret. Unde
aut per illa se cogi ut ostendat aliquid veritatis necesse hiis artibus
in quibus sunt multa nephanda et que abducunt hominem et a fide et
a cultu dei. Unde nullos credendum quod tales caracteres aliquid possunt
maxime super spiritus nisi ex pactione eorum. Et ideo omnia talia fic-
ticia vana sunt et perniciosa ut facit dyabolus quia in illis dele-
ctetur quod in infidelitate facientium. Sed tunc queritur in quo est peccatum.
Dicit quod si aliquis hoc faciat non credens eos habere posse ut differ-
quitis, peccat peccato inobedientie et moribus quia ex hac ipsa invoca-
tione demonum facit contumeliam deo suo et tetium xano. Et dum
iungit se scismaticis et mediari se pericula committit. Que vix aut unquam
ex hoc solo dyabolo satisfacit nisi aliquid infidelitatis vel ydolatrie
cumsecum. Sic enim ad divina miracula plurimum facit fides recte
sic sonant ewangelia sic ad demonum miracula facit multum
fides perversa quoniam dyabolus perversus imitator est dei. Ad ultim-
um queritur quod peccatum sit credere de sortibus. Dicit quod peccatum est
quia contra prohibitionem et prohibitum est sortibus de causis apertissima
cum tamen est quia ipse mendax est et pater eius et frequentissime ver-
miscet falsa. Et ideo periculum magnum est ei credere quia posset
hominem de facili inducere in errorem et dicere quod ille habet rem quam
non habet sed videt per hoc posse oriri mala. Et cetera quia allicit per
huiusmodi revelationes ad suam societatem que perniciosa est valde. Et
quam desiderat dyabolus ut decipiat. Et ideo ut homines huiusmodi caveat
in suis divinationibus quamvis honesta pretendit utpote quod puro
regimi suas dominationes ostendit tamen tamen in articulis ad turpissima
inducit. Et ideo dicit Augustinus 2o super Genesim ad litteram in fine Cristiano
xano sive mathematici sive quilibet impie divinantes maxime
vera dicentes cavendi sunt ne consortio demoniorum animam deceptam
pacto quodam societatis irretiant. Et vero quod permittuntur miracula
fieri demonibus et malis hominibus ut boni tales comprehendat in gloriam
se videt a deceptis et miseris separari. Et mali et fallaces prestrat
in penis extractis et in errorem mittentes occulto dei iudicio tamen
iusto. Unde valde stultum est desiderare facere mirabilia vel prescire
futura et hoc qui magis reputare cum miros dei videmus in
hiis habundare. Tunc sibi. Et vidi unum de capitibus suis quasi
oc re promissa virtutis seu potestatis magne bestie a dracone collatam
Subiungit cuiusdam potestatis et virtutis in uno capite notificatorum. Et
primo ponitur potestatis notificacio. 2o videtur admiracio et bestie
adoracio ibi. Et admirata est. Quantum ad primum dicit Et vidi scilicet
spiritualiter unum de capitibus suis id est antichristum qui unum de capitibus qui
principatum obtinet inter capita nephande multitudinis corporis
dyaboli. Quasi occisum in mortem id est quasi mortuum se fingentem.
Unde Haymo dixerunt superius quod per 7 capita universi reges sive
principes illi subditi designantur. Per unum aut caput quod hic sin-
gulariter tamquam occisum se vidisse dicit Iohannes ipsum principem
malorum scilicet antichristum intelligere debemus. Unde recte dicitur
tamquam occisum eum vidisse in morte quia ut ipse simulabit se

occisum et post mortem resurrexisse ut amplius decipiat. Et ideo subdit
et plaga mortis eius scilicet ficte curata est, scilicet per simulatam re
surrectionem. Tanta quippe temeritas erit in illo dampnato homine ut
ad deludendos animos populorum imitatione veri capitis Christi se dicat
occisum et resurrexisse post mortem, ideoque ne forte veritas et non illu:
sio putetur, iteratio quasi affirmandi dicitur. Et vidi unum de capitibus suis
occisum in mortem et plaga mortis eius curata est. Hoc repetitur
quasi ad ypsum secundum similitudinis ut per hoc ostenderet apostolus non esse illud
veritatis ostensione sed verisimili fraude. Unde glossa Simulabit se antichristus
mortuum et per triduum latebit, postea vero apparebit dicens se resusci:
tatum sive resurrexisse. Et beda dicit quod antichristus ad capita terreni
regni scilicet qui imitatione veri capitis nostri quasi occisum se re:
surrexisse simulabit et pro Christo qui vere hoc fecerit se suscipiendum
credebit exhiberi. Et ut dicit gloza arte magica ascendet in aera
stantibus eius discipulis et sic plaga mortis eius curabitur quia quem
prius mortuum credebant post vivus reputabitur. Itaque tamen eius re
surrectio fiet fallax mendax, quia nec morietur vere sed ficte. Cuius typus
vel conveniens fallacia dicitur in Symone mago precessisse, qui delu:
dens sensum neronis putabat simonem fuisse decollatum, cum tamen
aries fuit occisus. Et hoc est quod dicit gloza super illo 2 Thess. 2
et prodigiis mendacibus, quia magica per magicam artem non verum
faciet illa sed per fantasiam deludet homines, sicut symon magus delu
sit illum qui putavit eum occidere, arietem decollavit. Et ex hoc
videre potest ad dubium quod movet ibidem glossa, recepta ab augustino
xx de civitate dei c. xix, solet enim illa signa mendacia dici ambigi
solet potissimum ideo dicta sunt signa mendacia quia non vera ut videtur
sed fantastica erunt, vel quia sensus mortales per fantasiam decepturus est
ut quod non facit facere videatur. Vel ideo quia et si vera sunt dei per:
missione ad mendacium trahet eos quod confirmabunt illum esse deum quod
falsum erit. Quarum dicit glossa dubitari solet an signa et prodigia futura
per antichristum erunt mendacia propter hoc, quia apparentia et non exi:
stentia vel quia si sunt existentia et apparebunt, tamen erunt ad men:
datium false opinionis de ipso fitherea. Et ad hoc dicendum est per distin
ctionem, primo quod aliqua illorum erunt signa mendacia, scilicet per apparentiam
et illusionem, sicut illa que per virtute demonibus fieri non possunt
ut sua resurrectio et aliorum quos videbitur a mortuis resusci
tare. Illa vero que subiacet virtuti demonibus omnino veritatem fiet
accipiendo veritatem per oppositum ad falsitatem primo modo, scilicet ad appa:
rentiam et non existentiam, unde tamen erunt mendacia secundo, quia con:
firmatia illum esse deum cum debeat esse sicut et erit homo peccati
filius perditionis et potius dyabolicus quam divinus. Unde augustinus
xx de civitate dei c. 19. Nam cum de celo cecidit ignis et tantam fa:
miliam cum tantis gregibus pecorum sancti Job uno impetu ab:
sumpsit, et turbo irruens et domum deiciens filios eius occidit, fan:
tasmata fuerunt, que tamen fuerunt opera sathane cui deus dederat
hanc potestatem etc. Et subdit Sed propter quod horum dictum sit vel sive
dicitur signa mendacia, quia non vera sed apparentia, sive quia ad mendu:
cium pertinentia, seducentur eis signis et prodigiis qui seduci mere:
buntur. Nam sicut dicit apostolus ubi supra 2 Thess. 2o pro eo quod dile:
ctione veritatis non receperunt ut salvi fierent, ideo mittet illis deus
operatorem erroris vel seductorem et auctorem ut credat mendacio.
Deus enim mittet quia dyabolum facere permittet ista iusto iudicio, quamvis
ille faciet iniquo malignoque consilio, ut iudicentur inquit omnes
qui non crediderunt veritati sed consenserunt iniquitati. Dicit augustinus ubi supra
iudicati seducentur et seducti iudicabuntur. Seducentur quidem iudicati
illis iudiciis dei occultis sed iniustissimis quibus ab initio peccati rationalis
creature numquam iudicare cessavit. Seducti autem iudicabuntur
novissimo manifesto quia iudicio et per Christum Ihesum iustissime iudicaturum

et miysshime indicatum h. ille De multiplicibus aut fallacijs an
tix^i habetur multum in glo 2 thess 2° Et Johannis epistola 9 8
q. ultima Et sup danielem viij° et xij talibus Et dani^s v^s 5 h° e c pe
nultimo. Qualiter aut dus permittet eum hec tantam ptatem et
operare virtutibus augustinus xx de ci dei c 9 multa scribit Et hitum
est 3 xl in xte te Tunt ibi Et admirati est te sposita de:
scriptione potestatis collate bestie ad impugnandum simulatoris sz signis
et miraculorum operatoris hic glosa subiungit videtur admiratorum
et bestie adoratorum d^s Et admirata est universa terra Gym hayom
Multi dubium quin p terram intelligitur homi qui admirantur pg
bestiam estimantes eam resurrexisse et facere miracula virtute diuina
Admirata est ergo universa terra i. omnis reprobi terrena sapientes et di:
ligentes admirati sunt v admirabuntur videntes et credentes mor:
tuum resurrexisse post bestiam sz euntes mente et corpore vel ei adhe
rentes Ad lzam ij. sequetur eum p admiracionem, sicut legitur Johe
xij Multi venerant videre lazarum quem suscitauit ihs a mortuis Et ado
rauerunt draconem i. dyabolum qui dedit ptatem illo resurgendi a mor:
tuis rm eorum estimacionem bestie i. antix° que putabunt a morte
resurgere Sicut illi qui videbant xpm miracula facientem glorificabant
deum qui p xpm et in xpo faciebat talia Sz d'l aliquid illi credet
antixpm hanc ptatem h dyalo uel a deo vel a deo. ergo adorabunt
deum et no dyabolum Et a dyalo quod ergo sequetur eum quidem q
multi scient eum esse malum Simplices vero no aduertent aliquid d
malicia sua uel bonitate sz tamen omnes sequetur eum ppt dona que
largietur vel potenciam secularem qua fulcietur vel ppt timorem q faciet
que videntes dicent Benedictus qui dedit illi talem ptatem i. usum tal
ptatis et hic est dyabolus et ita in generali adorabunt dyabolum sz non
sub racione ppria Gym hayo Immo eo draconem adorabunt q bestiam
illam viz antixpm no solum diuicijs et potestatibus immo eciam electorum
signis et virtutibus fultum xpm esse putabunt Et subdit fforsitan
etiam contempnenda esset bestia si solummodo potencia seculari et hoc potu:
tibus fulciretur Rursum despicienda fortassis esset si solis virtuti:
bus simulatis et no etiam seculari potencia uteretur At cum signis
et potencia videbitur suffulta tamen no solum reproborum vincet electos
non trepidabit Unde et adorantes dicent ex admiracione visorum
et pusillanimitate Quis similis bestie sz in potencia faciendi miracula
qui scilicet visus est mori et resurgere, Et quis poterit pugnare cum ea
i. resistere sue voluntati et ptati q. d. nullus Et Gym hayo vim
dicet ista homines hanc bestiam adorabunt quia neque in seculari potencia
neque in miraculorum fraude in reticendis talibus similis ei
apparuit nec apparebit Et ideo tales no antixpm sz signis et vir:
tutibus fultum xpm esse putabunt vt inquit hayo Notandum
Quatuor sunt attribuenda xpo primum admiracio ad sublimitatis
eminencie et profunditate sapiencie Mirabilis .i. in altis dominus vt
dicitur in ps Iudic 13 Cur queris nomen meum quod est mirabile ad
Ro xi O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie dei, h. ii est admirabil
in mundi creatione sz nulo mirabilius in hominis formacione in quo
totum mundum maiorem conclusit, mirabilissima vero in sua humanacione
Secundum quod est ei attribuendum est pietatis subiectio siue imitatiua
secutio 3' Reg xviij Si dus est sequimini eum Ecci 23 magna e gla
sequi dominum Mat xi discite a me quia mitis sum et Tertium
ei attribuendum est humilis adoracio ob virtutem sue iusticie et sancti:
monie quia no e sanctus vt e dus 1 Reg 2° dominum n. tuum adorabis
et illi soli seruies Deutro vi et Mat 4 Quartum ei attribuendum
est preconizacio laudacio et exaltacio ob imensitatem bonitatis et magni
ficiencie ps Confitemini duo qm bonus Ecci 43 Glorificantes do:
minum quantumcunque potueritis, supervalebit adhuc et admirabil

magnificentia eius. Audiat eum quantum potestatibus maior est. ut dicitur laude
Exodi xv Quis similis tui in fortibus domine quis similis tui magnus
et sanctus atque laudabilis et faciens mirabilia. Et hec verba attribuent
reprobi antixpo. apocalipsis xiii ibi Et admirata est terra post bestiam
Et ibi Et adoraverunt bestiam dicentes ibi dicentes quis similis bestie et
quis poterit pugnare cum ea. Notandum sicut habetur ex verbis philosophi primo metaphisice ad-
miratio causatur ex duobus scilicet ex hoc quod alicuius effectus causa est occulta
Et ex eo quod aliquid in re videtur quod aliter esse debet. Contingit igitur
aliquid esse admirabile simpliciter et aliquid admirabile quo ad hunc
Admirabile hunc est illud cuius causa est illi occulta et cui videtur
in suam estimationem aliquid obviare quod non ita debet esse. Quibus modis
in re sit repugnans ut causa in re sit minus occulta et hoc potest dici
mirum illi. Admirabile autem in se est cuius causa simpliciter occultatur
ita quod in re est aliqua virtus rerum veritate per quam aliquis decernet
contingere illud. dicit sunt quod immediate causatur a virtute divina que
est causa occultissima et alio modo quam se habet ordo causarum naturalium. dicitur
quod cecus iterum videat quod mortuus resurgat et huiusmodi. Et hec proprie
miracula dicuntur. quia in se ipsis et simpliciter mira. Et ad quinque sunt
sunt nam quedam tamen nam quedam potest nam. Primo nam dicuntur mira-
culum quia non potest in ipsam substantiam facti. sed dimissio maior
rubri resurrectio mortuorum et huiusmodi. Contingit nam vero dicitur aliquid
fieri quia in re aliquid est contrarium ei quod fit. sed si esse sursum
moveretur. vel quod virgo peperit ut quod huiusmodi ita quod miraculose
datur actus manente contrario non quia est principium contrarium actu
Illa vero dicuntur potest nam fieri in quo natura quidem fieri potest
quantum ad substantiam facti. sed tamen potest operatum non fuit misit dei
vino. Et quod hec dicuntur miracula contingit ex tribus. Primo propter
excessum et quendam singularem modum. sicut rane producte in egipto
in tanta multitudine sicut antea visum non fuerat. Secundo propter hoc quod hora
determinata contingit ad invocationem divini nominis. sicut quod manus Ieroboam
extensa contra prophetam arefacta fuit et eius ara divisa. iii
Reg. xiii. Tertio quia aliquid universaliter contingit. sicut in veteri lege
de aqua zelotipie Numeri v. quod post potum illius venter adultere divino
miraculo putrescebat. Et ut dicit Gregorius omelia [illegible] super id Matthei x
infirmos curate. Ad hoc visibilia miracula choruscabant ut corda
audientium ad fidem invisibilium pertraherent. ut per hoc mirum quod foras
agitur. hoc quod intus est longe mirabilius esse sentiretur. Non nunc
quoque cum fidelium numerositas excrevit intus in ecclesia etiam multi
sunt qui vitam virtutum tenent. et signa virtutum non habent. quia frustra
miraculum foris ostenditur si deest quod intus operetur. Et super illud
Marci ultimo Signa autem eos qui crediderint hec sequentur. Dicitur
Gregorius omelia ix. ze ? evangeliorum Numquid fratres mei quia ista
signa non facitis minime creditis. Sed hec necessaria in exordio ecclesie fuerunt
Ut enim ad fidem cresceret miraculis fuerat nutrienda. Quia et
nos cum arbusta plantamus tamdiu eis aquam fundimus quousque ea
in terra convaluisse videamus. Et si semel radicem fixerint irrigatio
cessabit. Hinc est etiam quod Paulus dicit. linguae in signum sunt
non fidelibus sed infidelibus. i Cor. xiiii. Hominus etiam in omelia
dicit ethnis [illegible] eiciebat demonium. Luce xi dicit Eice demones. que
est opus inter ministros dei et diaboli. Virtutem ac confiteri et iusticiam
facere preparatum opus est ceterorum tamen. Tu ergo quem videris demonia eicere
si non est confessio veritatis in ore eius nec iusticia in manibus eius
non est homo dei. Si autem videris virtutem confitentem et iusticia fa-
cientem. etsi demonia non eicit homo dei est. Et quibus iam fide
radicata. non apparebat ista miracula corporalia. tamen in fine mundi
signa fidelium ferre cessabunt. signa vero antixpi et satellitum eius prohibebit
Unde Gregorius 32 moralium tractans illud Iob xl Stringit caudam suam

sicut cedrum. dicit. Quid behemot cauda nisi illa antiqui hostis extrema
dicatur tunc nimirum, cum ipsum perditum hominem ingredietur
qui specialiter antichristus nominatur. quem hic nunc honoribus seculi, modo
signis et prodigiis fortitudinis sue in tumore potentie levari permittitur
recte vero cauda eius cedro comparatur. Sicut enim cedrus
arbusta cetera in altum crescendo deserit. ita tunc antichristus mundi
gloriam specialiter obtinens in mensuram hominum et honoris culmine et signorum
potestate transcendens, erit quia altius veneratur prodigiis, et durius
crudeliter tormenti criminibus potentem et miraculorum operatum admi-
rabitur universa terra, ut dicitur in Apocalipsi et adorabunt draconem et be-
stiam etc. Nam quia actus actuorum sunt in pariete et depositi, ex
hoc dicitur Mathei. hoc est humane fragilitatis potentie exeunte in di-
spositione perfecta ad malum. quia tunc refrigescet caritas multorum
secundum dictum Salvatoris Mathei 24. Quo forma predicationis antichristi et
discipulorum eius in mentes talium hominum facilem impressionem. Sic quanta
ex potestate qua cunctos sibi subiciet, tum etiam ex inauditis signis
quibus tunc fiet quia per suos apostolos pene totum mundum seducet
ab omnibus carnalis vite hominibus colatur. ut deus fidemque
reputabit errore perditorum vel sua et suorum asseret inviolabilem
existere veritate. Hinc beatus Gregorius moralium 33 exponens id Iob 41
oculi eius ut palpebre diluculi, dicit precedentes seculi malitie
antichristi predicatores ... palpebre diluculi. quia
fidem ... in Christo invenient, si erroris vere assent et vene-
rationem tamen esse antichristi fatebuntur respondebunt. nisi se tenebris re-
pellere et virtute lucis signis clarescentibus innuere. Et hoc est
quod expresse dicitur in eodem. Data est ei potestas in omnem tribum et populum
et linguam et gentem, et adoraverunt eum omnes bestiam. hoc est
antichristum omnes qui inhabitant terram, quorum nomina non sunt scripta
in libro vite et agni. Hoc autem precipue erit propter signum mendax
... sue fortitudine. De quo habetur in legenda ... quibus omnibus
apparet quod a terrenis et seductis hominibus debeat deus reputari et
velud deus adorari. Talis vero superba mens. Non solum appetit super
se in altum animus elevari, sed etiam elevata ... non patitur
hec antichristus homo superbus ad gradum divinitatis promotus, cum
hominem reputandum, nullum alium deum secum reputari ut ab hominibus
dici potest sustinere. Hinc est quod consurget adversus omnia. Nec
... deorum curabit. Elevabitur enim et magnificabitur adversus omnem
deum ut dicit Daniel xi. Et adversabitur et elevabitur super omne quod dicitur
deus aut colitur ut dicitur 2 Thessalonicensibus 2. Quo subditur in Apocalipsi. Et
datum est ei os loquens magna et blasphemias. Ubi ponitur descriptio
potestatis collate ipsi bestie ad impugnandum etiam terribilitate
et superbia sermonis ... ob loquens. Quo dicitur. Et datum est ei
secundum permissione tunc os loquens magna scilicet se extollendo ... clarens
et blasphemias scilicet ... divinitatis negationes ut ait Zacharias quia
dicit se esse verum deum et christum. christum autem negabit esse deum
et ita dicit se maiorem christo Daniel xi. adversus deum deorum loquetur
magnifica. ... Hanc ... dei ... ad illudendos
animos reproborum permittetur antichristo magna loqui, magna utique non
quia bona sed quia inaudita et terribilia et blasphemias loquetur. quod dicit
se deum esse et pro illo se faciet adorari. et hoc est blasphemare
dicit glossa quod blasphemia est cum attribuitur creature quod est dei
vel cum negatur deo quod est dei. datum est autem illi a deo ut
hec faciat, vel permissum est illi. Tale quippe est hoc quale et illud iudi-
catum est ... Et subditur in Apocalipsi ... pro quo durabit
etate ... et antichristus durabit scilicet per tres annos et dimidium
sicut duravit apostoli predicatio Christi. Et hoc sequitur ...

vt nos tm̄ illa prouuniamur et ut ne nimis timeamus quia cito transibit et
ut gloriam mundi non curamus quia cito transibitur. Dicit ergo et datum est
illi potestas sed limitata non absoluta facere sua pro dicta mala mensibus quadraginta duobus
id est tribus annis et dimidio. Dicit haymo hic tribus annis et dimidio
et quadraginta duo menses accipe eodem equalit in hijs mensibus vltimi temporis et persecucionis
significat antichristi. Cuilibet aut omne tempus huius seculi a domini passione
usque ad finem mundi. Super xl diebus mille ducentis sexaginta in
quibus tempore maxime contra filium in tantam presumpcionem extolletur ut iam
aperte audeat blasphemare quod prius faciet occulte. Ideo subditur
Et aperuit scilicet publice non ex secreto statum ponendo pro futuro propter
certitudinem prophetie os suum in blasphemias scilicet apertas et manifestas ad
deum vel contra deum. Dicit haymo quia ille qui non aperit ora reproborum
ad blasphemandum dei fidelis opera tunc aperuit os corporalit tamen in illo
dampnato homine recipit habitaculum. Tale est in hoc glosa et illud quod in
ewangelio Mathei Qui de redemptore dicitur licet per tonitrum et aperiens os
suum docebat illos. Ac si diceret ille qui dudum aperuerat ora prophetarum
in persona carnis apparens aperuit os suum. Et loquens ad doctrinam
Vesta vel ad blasphemias aperiet os suum vel certe quia nunc pro membra
sua metu fidelium christi non presumens aperte blasphemare, os enim ob-
struitur. Propterea dicitur obstructum est os loquencium iniqua. Tunc futurus dicitur
os aperire cum per ipsum hominem dampnatum seculari potencia temit dominum
et etiam elevatus audebit publice blasphemare nomen ipsius illud
scilicet de quo dicit apostolus ad philippenses secundo Propter quod deus exaltavit illum et dedit
illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Jhesu omne genu flectatur
celestium terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Jhesus
in gloria est dei patris. Hoc ergo nomen blasphemabit quia dicet ipsum non esse christum
sed potius antichristum esse aut christum esse fatebitur ut tamen similem deo
Et ut dicit apostolus secunda thessalonicensibus secundo Extolletur et elevabitur super omne quod
dicitur deus aut colitur. Ideo quia in illo detior omnibus blasphemia in-
venietur. Et subditur et tabernaculum eius scilicet blasphemabit vel incar-
nacionem redemptoris nostri in qua habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.
Hec non ita se habere sed ipsum magum fuisse et per demonum potestatem tanta
agere potuisse. Se vero confitebitur esse verum filium dei et hominis
ita ut sedeat in templo dei tamquam sit deus et quia in se divinitatem
habitare dicit. Propterea etiam se faciet adorari. Sequitur et eos qui in celo
habitant vel in terra sive nunc sive qui nunc precesserunt scilicet blasphemabit
dicens omnes hos fuisse ministros antichristi et pseudo prophetas et apostolos ab
ipso deceptos. Affirmans nullum ante se fuisse christum sed omnes antichristos
extitisse. Sic haymo. Et de istis blasphemiis ab antichristo et suis pseudo
predixit salvator Mathei xxiiii Surget pseudo christi et pseudo prophete et da-
bunt signa et prodigia etc. Proverbiis xxx Qui stultus apparuit postquam in
sublime est elevatus. Super quo Gregorius in moralium xxx post
principium quia antichristus sic stultus elevabitur ut deum se esse mentietur.
Daniel viii Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata
et prosternetur veritas in terra quod totum exponit Gregorius de antichristo v^s 5.
Et obicitur adhuc quia videtur quod deus non deceat permittere tantam potestatem
sibi esse concessam cum velit omnes homines salvos fieri prima Thimothei secundo.
Dicendum secundum Augustinum 3 de trinitate capitulo x Transgressores angeli nichil
possunt nisi data desuper eis potestate. Datur autem potestas vel ad fallendos
fallaces ut fuit de magis egiptiorum vel ad commonendos fideles
ne pro magno desiderent talia facere mirabilia. Vel ad exercendam
probandam manifestandam quod iustorum pacientiam. Et ita iusto iudicio deus
permittet eos habere tantam potestatem et ex omnibus elicit bona vel virtute 3
Queritur Utrum peccatum blasphemie sit peccatorum gravissimum ex suo genere. Et
videtur quod non quia secundum augustinum in Enchiridion psalmi dicitur. Quod
nocet et magis nocet peccatum homicidii quod perimit vitam hominis quam peccatum
blasphemie quod deo nullum nocumentum potest inferre. Ergo peccatum homicidii
videtur esse gravius peccato blasphemie. Contra est contra super illud Ysaie 18º
ad populum terribilem dicit glosa omne peccatum blasphemie comparatum levius est

Secundum enim doctorem sanctum in 2a 2e q. xiii ar. 1 Nomen blasphemie videtur
importare quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis et precipue
divine. Deus autem ut dicit dionisius c. 1 de divinis nominibus est ipsa essentia
bonitatis. Unde quicquid deo convenit pertinet ad bonitatem ipsius
et quicquid ad ipsum non pertinet longe est a ratione perfecte bonitatis
que est eius essentia. Quicumque ergo vel negat aliquid de deo quod ei con-
venit vel asserit de eo quod ei non convenit derogat divine bonitati.
Quod quidem potest contingere duobus modis. Uno modo secundum solam opinionem intellectus.
Alio modo coniuncta quadam detestatione affectus. Sicut econtrario fides dei perficitur
per dilectionem ipsius. Huiusmodi ergo derogatio divine bonitatis vel secundum
intellectum tantum vel etiam secundum affectum. Si consistat tantum in corde est blasphe-
mia cordis. Si autem prodeat exterius per locutionem est blasphemia oris.
Et secundum hoc blasphemia opponitur confessioni fidei. Ex quo patet quod est
gravissimum peccatorum quia habet in se gravitatem infidelitatis et aggravatur
peccatum si superveniat detestatio voluntatis et adhuc magis si prorumpat
in verba sicut et laus fidei augetur per dilectionem et confessionem. Unde
cum infidelitas sit maximum peccatum secundum suum genus consequens etiam est
quod blasphemia sit peccatum maximum ad idem genus pertinens et ipsam
aggravans. Ex quo sequitur quod peccatum blasphemie est mortale ex suo genere.
Patet quia peccatum mortale est per quod homo separatur a primo principio spiritualis
vite quod est caritas dei. Unde quecumque caritati repugnant ex suo genere
sunt peccata mortalia. Blasphemia autem secundum genus suum repugnat caritati divine
quia derogat divine bonitati que est obiectum caritatis. Et ideo blasphemia
est peccatum mortale ex suo genere. Ad argumentum autem oppositum dicendum quod homicidium
et blasphemia si comparentur secundum obiecta in que peccatur manifestum est quod
blasphemia que est directe peccatum in deum preponderat homicidio quod est peccatum
in proximum. Si autem comparentur secundum effectum nocendi sic homicidium preponderat.
Plus enim homicidium nocet proximo quam blasphemia deo. Sed quia in gravitate culpe
magis attenditur intentio voluntatis perverse quam effectus operis. Ideo cum
blasphemus intendat inferre nocumentum honori divino simpliciter loquendo gravius
peccat quam homicida. Homicidium tamen primum locum tenet in peccatis inter
peccata in proximum commissa. Propter quod dicitur Levitici 24 Qui blasphemaverit
nomen domini morte moriatur. Et super illud ad Ephesios 4o Blasphemia tollatur
a vobis dicit glossa peius est blasphemare quam peierare. Quia qui peierat
non dicit aut sentit aliquid falsum de deo sicut blasphemus. Sed deum adhibet
testem falsitati non tamquam estimans deum esse falsum testem sed tamquam
sperans quod deus super hoc non testificetur per aliquod evidens signum.
Ex quibus omnibus apparet gravitas peccati blasphemie quo iste fi-
lius perditionis habundabit. Nam primo contra excelsum loquetur Dan
7o. Et deum patrum suorum scilicet abraham ysaac et iacob de qua
gente nascetur non reputabit Dan xi. Secundo autem venerabitur pre-
dicens daniel xi capitulo dicens Deum autem maozim in loco suo venerabitur
et deum quem ignoraverunt patres eius colet auro et argento et lapide
precioso et omnibus preciosis. Ubi glossa interlinearis Deum quem ignoraverunt
patres eius colet id est dyabolum vel seipsum quia predicabit se esse deum.
Et alia glossa dicit deum maozim in loco suo venerabitur id est dyabolum in
seipso venerabitur. Vel utrumque fuit antichristus deus reputabitur malorum
sicut christus bonorum quia mali venerabuntur in ipso dyabolum modo dicto 3.
Tercio quia constat verbum dei esse deum patrum et esse illum ex-
celsum quem in forma filii hominis usque ad antiquum dierum pervenit
Dan vii. Deum scilicet quem antichristus non reputabit et adversus quem loquetur
magnifica et ad quem aperiet os suum in blasphemias. Blasphemare
nomen eius et tabernaculum eius excelsi quia iste contra quem singulis
loquetur. Specialiter erit christus et hic consurget adversus omnem deum
et cultum omnium deorum conabitur auferre et destruere. Specialiter tamen contra
christum consurget ipsum et eciam ei adherentes blasphemando. Propter quod
non inmerito vocatur antichristus quia christum se mentietur dum veniet et contra eum

spiritualiter dominabitur et adversabitur sacramentis eius et virtutibus eius eorum solvet. Cum igitur universe crudelitatis et malicie sit in lege dei Christi, totam eam velut excecutam exhibebit. Et spiritualiter fundamentum nostre legis scilicet personarum trinitatem incarnationem verbi veritatem sacramentorum et specialiter sacramentum salutaris hostie persequitur cum in eo precipue Christus adoretur ut deus. Huius autem typus in Machometo precessit, qui lege crudelitatis seduxit Sarracenos. Iste vero superaddet quicquid iniustitie et impudicitie poterit ab hominibus tolerari. Erit enim velut deus iniquitatis. Ideo necesse est ut ab eo lex totius iniquitatis prodeat ut impleat desiderium illius iniqui, qui eum ad talia agenda totis viribus instigabit.

Et datum est illi bellum facere cum sanctis et vincere illos. Et data est illi potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem et adoraverunt eam omnes qui inhabitant terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vite agni qui occisus est ab origine mundi. Si quis habet aures audiat. Qui in captivitatem duxerit in captivitatem vadit. Et qui in gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi. Hic est patientia et fides sanctorum.

Posita descriptione potestatis collate bestie a dracone ad impugnandum ecclesiam simulatorie, ingenium est similis pardo in varietate cutis et severitate vel feroce simoniis ingenium habet os leonis, subditur descriptio collate potestatis ad impugnandum ecclesiam robore virtutis ingentum habet pedes ursi et primo facit hoc. Secundo subdit excitationem ad intellectum bestie potestate et destructionem ibi: Si quis habet aures. Tertio specificat et exponit persecutionem ex dicta persecutione ibi: Hic est patientia etc. Quantum ad primum dicit: Et datum est ei iusto dei iudicio permissum est illi scilicet bestie videlicet antichristo facere bellum cum sanctis scilicet disputando blandiendo promittendo comminando persequendo cruciando, quia contra eos ipse cum maxima [illegible] pugnabit adversus eos arguentis [illegible] et tormentis. Et quos non poterit ad fidem suam inclinare modis predictis, dicit littera quia vincet eos et corporaliter occidet, et sic contra in dictum multorum vincet. Danielis xi: Vincet illos et occidet, non tamen animas illorum decipiet inquit Haymo. Et in hoc notatur virtus sive magnitudo potentie gressus bestie contra sanctos, quos deus ideo permittet affligi quia filii sunt et hereditatem perpetuam donandi atque ideo dilecti. Scriptum est enim Ad Hebreos xii: Flagellat deus omnem filium quem recipit. Nam si ipse dei filius humanatus persecutiones sustinuit ut ad gloriam perveniret qui fuit omnino sine peccato, quanto magis sancti iusto dei iudicio affliguntur ut hereditatem celestis patrie consequantur, quia licet sint sancti, non tamen sunt sine peccato saltem veniali. Reprobi vero reprobi inveniunt sermones adversus eos et alia multa mala operantur et tamen a deo minime corriguntur, sed in iudicio finali, in quibus nunc videtur iratus, invenient eum placatum. Reprobi vero [illegible] experientur iratum. Et ideo quod nunc misericordia a sanctis inchoat, in reprobis sine misericordia consumetur. Unde dicit Petrus: Tempus est ut iudicium incipiat a domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt evangelio? Et si iustus quidem vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? Permittit ergo deus misericorditer et iuste bestie bellum facere cum sanctis et illos vincere scilicet corporaliter occidendo, quod non est multum timendum, quia deus plus corpus occiditur tanto melius reddet. Occiditur enim corpus mortale corruptibile deforme, sed dominus reddet immortale incorruptibile et gloriosum. I Cor. xv: Corruptibile hoc induet incorruptibilitatem et mortale hoc induet immortalitatem. Vel secundum Haymonem sanctos possumus hic intelligere eos qui nunc simulatam in conspectu hominum videntur habere sanctitatem, quos vincet quia separati donis et tormentis a fide recedet quam nunc ficte tenent. Vincet ergo spiritualiter quosdam vel [illegible] vel minis vel promissionibus et donis. Sicut habetur in precitato Danielis xi: Ingredietur terras et conteret et pertransibit et introibit in terram gloriosam et multi corruent

Job xli. Sub ipso erunt radii solis ut xxxiii Gregorii moral. multi
qui in sanctitate ecclesie luce sapientie resplendere videbuntur tunc ut persuasio-
nibus capti uel minis territi uel cruciatibus fracti leviathan istum dicioni
se subicient. Sic igitur patet potestatis sive virtutis bestie magnitudo.
Et subditur eiusdem potestatis bestie extensio sive latitudo cum dicit
Et data est ei potestas scilicet modo predicto in omnem tribum et populum et linguam
et gentem. Quam Haymo in tribu et populo Iudeos accipimus quia ille populus
in tribubus erat distinctus. In lingua et gente omnes nationes. Nam
non solum in Iudeis sed et in omnibus gentibus erunt sancti contra quos
accipiet potestatem ut eos interficiat et qualiter contra eos prevaleat. Qui
etiam erunt et in Iudeis et in gentibus qui victi succumbent. Unde
quod hic dicitur In omnem tribum etc. Secundum Augustinum a toto partem
Yperbole intelligimus. Non enim omnis vincetur ab eo sed et qui dicet et persistent
in fide. Vel et in bonos data est potestas ut vincantur in tentatu in nullos scilicet
terrena amantes. Ideo subditur Et adorabunt eam scilicet bestiam hoc est
antichristum et in eo dyabolum. Omnis qui habitant terram scilicet per dilectionem
quia amando habitamus ut dicit Augustinus. Tales in terrenis desideriis inser-
viunt et eis subiciuntur. Et ideo subditur Quorum nomina non sunt scripta
in libro vite agni scilicet sed potius in terra. De quibus dicitur Jeremie
xvii Recedentes a te in terra scribentur. Quis vero sit agnus Johannes
baptista manifestavit dicens Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi
Johannis i. Propter hoc ut dicit Beda Christum precursor agnum dei vocavit
quia ut cum preteritis moralibus singularit innocentem hoc est ab omni
peccato mundum novit quia nos suo sanguine redempturus quia dona sua
velleribus sponte largiturus quo vellibus vestem nuptialem facere possi-
mus ad extra pellendi nobis ... providit quibus in dilectione celestium
ardemus. Quis autem sit liber vite agni in quo misterium et electorum no-
mina scripta narrantur nisi vis quedam divina que ante mundi constitutionem ad
vitam eternam sanctos predestinavit futuros. Luce x Gaudete quia no-
mina vestra scripta sunt in libro vite. Et obicitur quia videtur quod nomina omnium
scripta sunt in libro vite quia dicit psalmista In libro tuo omnes scribentur. Ubi
glossa. Si quibus ad terrestria vel celestia opera gessit per hoc quasi libro
apud dei memoriam eternaliter est affixus. Ergo videtur quod nomina ma-
lorum sunt ibi scripta. Item quod scribi in libro vite dicitur duobus modis vel
quia ... a deo et sibi idem est quod ... Et istos duos mo-
dos in psalmos et in glossa. Vel potest dici scribi ... vel ad vitam ... fi-
naliter et indelebiliter. Et nomina bonorum dicuntur esse scripta in libro
vite. De quo libro Apoc. 3° Non delebo nomina eorum de libro vite. De
quo etiam libro vite dicitur infra xx. Alius liber apertus est qui est liber vite
id est predestinationis eterne qui vere liber sicut fixa eternitate electos
scilicet ascriptos. Ita nequaquam ulla ratione reprobos admittit scribendos.
Pro tamen evidentia clariori Nota quod secundum Thomam de Argentina
super 3° di. 31 ar. 2° liber vite quadrupliciter potest sumi. Primo pro eo in
quo tamquam relucebit qualiter homo vixit. Et sic bonitas hominis dicitur
liber vite quia in extremo iudicio cuiuslibet conscientia prelucet et in ea videbitur
omne quod in vita sua peregit. Unde dicitur infra xx Libri aperti sunt
id est conscientia singulorum et iudicatum est per ea que scripta sunt in libro.
Secundo liber vite dicitur illud in quo videtur modus vivendi per quem
ad vitam eternam venitur. Et sic scriptura sacra dicitur liber vite
Eccli. 24. Hec omnia liber vite et testamentum altissimi. Tertio liber vite dicitur
illud in quo relucent illa quibus meremur vitam. Et sic divina notitia
dicitur liber vite prout in ea relucent opera meritoria. Et isto capitur
liber vite in psalmis cum dicitur deleantur de libro viventium et cum iustis
non scribantur. Unde Exodi 32. Dixit Moyses ad dominum: dimitte populo
noxam hanc aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui
dominus respondit Qui peccavit in me delebo eum de libro meo. Quarto
istis enim auctoribus et consimilibus accipitur liber pro notitia dei qua
cognoscit a quibus quisque pro aliquo tempore habere gratiam et virtutes

In quibus tamen existentibus eorum demeritis ipsi finaliter non perseverabunt
Unde tales nunquam sunt scripti in libro vite et sic sunt quia deus nunquam cognovit
eos finaliter esse salvandos quamvis eorum bona opera fuerint in dei notitia
A quibus utrisque operibus cum ipsi deciderint, tunc dicuntur deleti de
libro vite Et istud patet per glossam super illud psalmi, deleantur de libro viventium etc
que dicit illud est accipiendum non de illis qui in libro vite scripti fuerint
sed de illis qui secundum spem suam se scriptos reputaverint Ideo quarto
dicitur liber vite ipsa divina prescientia secundum quam deus quasi in libro legendo
infallibiliter cognoscit quosdam esse ordinatos ad vitam eternam electorum
Et iste quartus modus accipitur in proposito liber vite Et quia propter infallibilitatem
istius libri quidam quinque per eodem videbantur accipere predestinationem
et librum vite Unde quasi eundem sensum videntur reddere verba glose super
illo verbo ad philippenses 4º Quorum nomina sunt in libro vite ubi dicit
glossa, liber vite est predestinatio dei, in qua omnes sancti scripti sunt
Ideo advertendum tamen eiusdem doctoris verbis quod et quamvis predestinatio et
liber vite ambo immutabilem habeant stabilitatem, tamen eorum differentia
patet in hoc considerari quod predestinatio aliquid addit super librum vite Ista namque
per ordinem se videntur habere scilicet dei dilectio, electio, liber vite, predesti-
natio, vocatio, iustificatio et premiatio seu magnificatio Nam deus diligit
nos cum quod vult nobis bonum Unde quod dicitur pro electione et amare
est alicui velle bonum Cum igitur non simus eligibiles nisi ut boni
simus, patet quod dilectio communio precedit electionem Nam cum in aliqua multi-
tudine aliqui ordinandi sunt ad aliquod excellens bonum et aliqui non
tunc ordinandi prius a non ordinandis separantur quod ipsi ordinandi
stabiliter conscribantur Et quia talis separatio fit per electionem vel est electio, et
eorum descriptio est liber vite, ideo ipsa electio precedit librum vite.
Postea tales ordinandi prius sunt in ordinatione eius notitia quasi in libro
conscripti quam ordinentur et dirigantur in huiusmodi bonum Ideo liber vite
precedit predestinationem que est ordinatio electorum in vitam eternam
secundum eternum dei propositum Postea autem propositum istius ordinationis
precedit actualem eius executionem in effectu Vocatio autem prout accipitur
in proposito non est aliud quam ipsa collatio gratie, per quam collationem
huiusmodi ordinatio mandatur executioni Ideo predestinatio precedit vo-
cationem Rursus cum iustificatio sit quasi effectus gratie, quia ex eo quod
gratia in aliquo recipitur ipse recipiens iustificatur Ideo iustificatio iuxta
modum nostrum intelligendi sequitur vocationem que est collatio gratie
Ceterum cum iustificati fuerimus tunc merebimur premiari seu magnificari
Ideo iustificatio precedit magnificationem Et hunc ordinem attendens apostolus
quantum ad eos similiter ultimo dictis prout ad Romanos viii Quos autem
predestinavit hos et vocavit et quos vocavit hos et iustificavit et
quos iustificavit hos et magnificavit Et isto modo loquendo de libro vite scilicet 4º
tunc nullus scriptus in libro vite delebitur ab eo, patet quia dei scientia sta-
bilis est et infallibilis ergo nullus scriptus in hoc libro vite est ab eo dele-
bilis, tertia, quia liber vite isto modo est ipsa scientia qua deus certitudinaliter
cognoscit electos finaliter salvari, ergo quia sicut scientia dei est infallibilis
eadem ratione liber vite erit indelebilis Et dubitatur ex fide. Ex quo
sequitur conclusionem falsam et erroneam esse opinionem dicentium quod quamvis unus
electorum formaliter sumptus sit certitudinaliter scriptus in libro vite
non tamen materialiter, puta licet certum est in dei notitia quot sunt salvandi
sed non qui sunt illi, puta utrum illi homines vel isti propter falsitatem
opinionis, quia cognitio dei nimis esset imperfecta si solum cognosceret numerum
electorum et non cognosceret singulares personas electas etiam tunc
dei notitia deficeret ex tunc, quia aliquem quem esset salvatum non cognosceret
deus ipsum esse salvandum Postea electi scripti sunt in libro vite Unde xpc
dicit Johannis xiii ego scio quos elegerim et Johannis x Cognosco oves
meas ergo in dei notitia non solum obicitur et inscribitur numerus electorum

formalit ut isti fingunt, sed etiam ipse persone innate que finaliter sal
uabuntur sunt in eo scripte et deo certissime note. Omnia .n. nuda
et aperta sunt oculis eius. ad hebr. 4°. Nomina vero dampnandorum non
sunt scripta in libro vite et agni. etc. dicitur in lra. i. in libro predestinacionis
diuine, qui dicitur liber vite agni racione decretis. et eterne huma-
nitatis. inquantum omnes predestinati saluatur in fide mediatoris. Qui
occisus est ab origine mundi. Quod 2x potest intelligi. Uno modo dispositi-
ue vel preuisiue. quia sicut deus ab eterno disposuit mundum facere. quem quidem
dispositiue vel preuisiue potest dici quedam mundi origo inquantum ad exar
mundi preconcepti eternaliter a deo productus est mundus. qualiter in effec
tum illud Boecij 3° de consolacione philosophie metro ix. Tu cuncta super
ducis ab exo pulcrum pulcerrimus ipse. Mundum mente gerens simili
que imagine formans. Sic etiam ante omnia secula deus pater cum filio
et spiritu sancto decreuit. vt in fine temporum veniret et occideretur xpistus
vt sua morte nostram mortem destrueret etc. Unde dicit augustinus
in libro Cur quod et qui deus homo c. 9°. Quod homini lapso subuen-
iendum foret in consilio trinitatis latebat. et solus deus nouerat
qui ante tempora disposuit qualiter in tempore fierent omnia. Et infra. Talis quippe
factus fuerat homo, vt si non peccaret filios gehenne minime generaret. sed
eo in innocentia permanente, tot solum immortales procrearetur quot ad
angelorum consorcium ascensuri sunt post finem seculorum. Quo autem si homo
peccaret. in consilio trinitatis statutum erat vt verbum quod ante secula
in sinu patris manebat, carnem ex homine propter hominem assumeret
quod fieret quasi collirium et medicina generis humani. cum quo deus
repararet omnia que utique in celo et in terra perdita erat. Sic igitur potest dici
agnus occisus ab origine mundi dispositiue. vel preuisiue non executiue
Alio modo figuratiue. Et ab inicio mundi xpistus fuit in abel occisus
nam occiso abel innocentis, figura fuit occisionis huius agni. vel
quod dicit augustinus quod xpistus fuit in abel occisus et in prophetis
exhonoratus. Unde dixit saluator iudeis mathei 23. Veniat super
vos omnis sanguis iustus, i. omnis vltio debita pro effuso sanguine
iustorum. Secundum Rabanum qui effusus est super terram. a san-
guine abel iusti vsque ad sanguinem zacharie filij barachie. quem ...
omnis .n. culpa effusi sanguinis iustorum. Recte iudeis imponitur
propter effusionem sanguinis xpisti. Nam quicquid iusticie virtutis vel bonitatis
fuit est et adhuc erit in alijs sanctis, totum venit ex xpisto. qui
fuit plenus gracia et veritate. de cuius plenitudine omnes accepimus
Iohannis 1°. Occisus est ergo xpistus agnus ab origine mundi modo dicto
quia sine eius ymolacione implicita vel explicita fide nullo vnquam
tempore quisquam saluus fuit. Ut dicit enim augustinus. qui licet ab exordio
conditus rerum et certe nascendi, in vtraque natura diuina scilicet et huma-
na in personam dei subsistens. caput omnium fidelium erat. Cumque caput
membra singula debuit procedere temporique vitalem fluxum et motum
ab eo sumerent. Confiteri tamen est quorum et hanc scripturam. sic
illius passionis velut radix et causa cunctorum saluandorum meritum prece
ssisse in predestinacione, licet non in effectus exhibicione. vt
non solum apostoli vel alij sancti post eius passionem. sed et iustus et
innocens abel a fratricida peremptus. suorum corporum stolas lauerit
in sanguine agni. Supra 7°. Occisus est ergo xpistus agnus. ab origine
mundi. i. preuisus occidi ante omnem originem mundi. Similiter habetur
Petri 2°. ab inicio et ante secula creata sunt. i. ante inicium mundi
preuisa sunt creari. Vel occisus ab origine mundi. i. prefiguratus occidi
Vel occisus non in se sed in suis membris sicut in abel et multis alijs
quia sicut in suis passus est, ita et in suis occiditur. Et quo pacto quantum
periculum est persequi electos dei qui sunt eius membra. vel eis
aliquam mala inferre. hoc est .n. occidere ipsum agnum vel persequi.
Unde ait paulo. act. ix. Saule quid me persequeris. Ubi in hoc patet filij dei
bonitas immensa. Reputat .n. sibi factum quicquid fit cuius membro

sive in bono sive malo Mat. 24 Quod uni ex minimis meis fecistis
michi fecistis Et sequitur excitatio ad intelligendum bestie potestatem
et destructionem cum dicitur Si quis habet aures scilicet cordis sive intelle
ctus audiat et intelligat que vindicta sequitur antixm Ric. Richardus
Qui in captivitatem duxerit scilicet antixc vel aliquis suorum corporaliter
vel etiam spiritualiter in captivitatem vadet scilicet eodem modo Ysaye 33o
ve qui predaris nonne et ipse predaberis Et Jeremie 24 Sicut fecisti
sic fiet tibi Huic Haymo dicit Licet hec verba sicut pertinet ad omnes
corporis antix. sic etiam pertinet ad ipsum principem malorum antixm
qui duobus modis homines captivabit primo scilicet eos a fide Christi
separans vivere deinde ab eterna fidelium societate quia qui ei obedierunt
perpetuo captivitatis exilio dampnabuntur Ista et antixpo prius captivabitur
in anima cum dyabolo traditur ad possidendum deinde dampnabitur in
inferno perpetua captivitate Qui in ergo in captivitatem scilicet peccati vel inferni
duxerit scilicet alios ergo vel verbo suo sicut antixc et similes In captivi
tatem scilicet peccati vel infernalium penarum vadit velit nolit Et dicit
vadit non vadet quia iam de talibus data est sententia Joh. 3o Qui
non crediderit iam iudicatus est Et eiusdem xvi Princeps huius mundi
iam iudicatus est scilicet cum corpore suo Ezech. xx Qui transgressores ibunt
scilicet socii antix Et qui est in medio eorum scilicet antixc In humeris por
tabitur scilicet demonum ad penas inferni Amos 1o Super tribus sce
leribus Gaze et super quartum non convertam eam eo quod transtulerit
captivitatem perfectam ut concluderet eam in Ydumea Et potest hic
quod captivitas est multiplex Nam quedam est captivitas culpe Ro. vii
Video aliam legem in membris meis captivantem me in lege peccati que
est in membris meis Est et captivitas culpe allegatis Ysaye v Pro
pterea ductus est populus meus in captivitatem quia non habuit
scientiam Et est captivitas sive consuetudinis que et necessitas vocatur
in scriptura Unde orat psalmista de necessitatibus meis eripe me Job 36
Salvabit te de ore angusto Ibi Greg. 26 moral. Quia peccat in
puteum sive foveam submergitur Consuetudine vero opprimitur ne
ad superiora possit exurgere Et ibi multum de hoc Et Aug. 8
confessionum ligatus sum inquit non ferro alieno sed mea ferrea volunta
te Quippe ex voluntate perversa facta est libido et dum servitur illi
facta est consuetudo et dum illi non resistitur facta est necessitas Ps. c
xxv Converte domine captivitatem nostram sicut torrens in austro
Est et captivitas gehenne in quam ligatis manibus et pedibus in
captivitate ducentes proicietur Mat. 23 Unde ut dictum est Qui
duxerit se vel alium in captivitatem culpe vadet in captivitatem pene
Tren. 1o propter iniquitatem parvuli ducti sunt in captivitatem Sequitur
Et qui in gladio occiderit scilicet materiali vel spirituali scilicet gladio
male persuasionis vel prave deceptionis De quo in Ps. De gladio
maligno eripe me Oportet eum gladio occidi scilicet divine sive vel
sue divini iudicii Contra illud apostoli 2 Thess. 2o Quem dominus Jhesus inter
ficiet spiritu oris sui Ysaye xi Et spiritu oris sui interficiet impium Et Ap
po. Ex ore eius gladius bis acutus Job 19 Fugite a facie gladii
quoniam ultor iniquitatum est Quod exposuit Greg. xiii moralium
in fine de hoc et de gladio multiplici dictum est supra po Vel c
qui gladio scilicet lingue occidit alium detrahendo vel maledicendo
vel iurando vel causam iniustam in advocatione sciens fovendo
Oportet eum hic occidi scilicet gladio vel lingue pectus conficiendo et veniam
petendo sicut dicit Aug. Non procedat ex ipso ore prece meditata
Vel in futuro gladio eterne dampnationis De quo Ps. Gladius eorum
intret in corda ipsorum De gladio lingue Ps. Lingua eorum gladius
acutus Vel sic qui in gladio occidit id est qui iniuriam suam quasi
iudex vindicavit Oportet eum gladio occidi id est ipsa vindicta quam assumpsit

erit ei tamquam dampnosus quia rem alienam sibi usurpavit. Deuteronomii 32°
Michi vindicta vel mea est ultio. Ro xii. Eccli 28 Qui vindicari
vult a deo inveniet vindictam. Similiter intelligitur illud verbum domini Math
26 Omnes qui acceperint gladium gladio peribunt. Vel Qui in gladio occi-
derit etc. Secundo iuxta mensuram ~~culpe~~ culpe iniurie dabitur ei mensura
pene vel emende. Deuteronomii 25 Iuxta mensuram delicti erit plaga-
rum modus etc. Et Secundum ultimum secundum effectus eius ex dictis expresse
cum concluditur hoc est patientia et tolerantia afflictionum penarum. Et fides sanctorum
secundum probanda per talium malorum tolerantiam in adversis. Ut probatur. Omnes boni sui
et qui in tali manifestum ait Richardus ad Hebr xi Sancti per fidem
vicerunt regna operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones. Et ibidem
patientia nobis necessaria est. Et xii° per patientiam curramus ad propositum nobis
certamen. Sic ut est ordo Math 20 Potestis bibere calicem quem ego bi-
biturus sum. Super quo Gregorius omelia vii 2e partis evangeliorum Si vos
locus dei delectat celsitudinis prius vos via exerceat laboris. Per
talium pervenitur ad maiestatem. Hec ille. Unde sancti sunt hic
in stadio et in prelio, ibi in palacio primo et regno. 2 Cor 1 Si fue-
rimus socii passionum eritis et consolacionum. 2 Thim 2 Si compatimur
et conregnabimus. Ideo ergo utilem patientiam sancti inter adversa custodiunt
quia triumphatores se per paululum sciunt. Dampno quia homini sibi
ad tempus prevaluerat ipsi sine fine perpetuo letabuntur. Magister Haymo
Ad confirmandam vero patientiam dicit Seneca in Epistolis Vir bonus quidquid
ei acciderit equo animo sustinebit. Et Theodorus Cyprianus magister ubi
fuerunt comoda, equum est te ferre incomoda. Et Ciprianus in libro
de patientia Morro scita hic quidam vivitur et laboratur ut sudantibus et
laborantibus sunt magis quam patientie subveniunt solatia. Nec aliud
magis iustos et iniustos distinguit quam qui in adversis per impatientiam
blasphemat iniustis agnoscitur, et patientia iustis probatur. Denique patientia
est que nos deo servat et commendat que iram temperat linguam frenat
mentem gubernat, pacem custodit disciplinam regit, potentiam divitum
cohercet, inopiam pauperum refovet, facit humiles in prosperis, fortes
in adversis, docet delinquentibus cito ignoscere et delinquentem multum
et diu rogare, fidei fundamenta munit incrementa spei provehit, actus
caritatis dirigit. Hec Ciprianus. Ideo dicit Glosa hic. Hec est patientia
et fides sanctorum quia hoc tempore tribulacionibus securissime probatur. Multi sanctorum sunt
pacientes et fideles multi in tempore pacis videntur sibi pacientes et fideles
qui tempore persecutionibus inveniuntur impacientes et infideles. Luce viii° Ad
tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Eccli vi Est amicus secundum tem-
pus et non permanet in tempore tribulacionis. Ideo dicit Eccli 2° In humilitate
tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum et argentum homines vero
receptibiles in camino humiliacionis. Aug libro de cathe. rudibus
omnia bona terre contempsit Christus ut ostenderet contempnenda iudicaret omnia
terrena mala ~~sustinenda~~ sustinuit que sustinenda precepit ut nec
in illis quereretur felicitas nec in istis timeretur adversitas. In sustinencia
ergo predictarum passionum est patientia et fides sanctorum semper illesa et incolumata
quia quantumcumque sint crudeles passiones vel persecutiones in nullo leditur eorum
patientia et fides, immo in omnibus superant. Luce xxi In patientia possidebitis
animas vestras. Unde Glosa hic Repetendo penam malorum et remune-
rationes bonorum patientes fiunt et fidem tenent sancti. Ad Ro v Tribulatio
patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit
quia caritas dei diffusa est in cordibus etc. Propter quod beatus Aug libro de
patientia diffuse deducit quod est speciale donum dei dicens Quanto quisque malorum
tanto fortior est ad mala ferenda quanto maior est in eo cupiditas
mundi. Et quisque iustorum tanto est ad quecumque fortior quanto in eo maior
est caritas dei. Sed cupiditas mundi initium habet ex arbitrio voluntatis

procressium ex iocunditate voluntatis sinatur ex vinculo consuetudinis. Karitas aut dei diffusa est in cordibus nostris non utique a nobis sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et inde ab illo est paciencia iustorum per quem diffunditur caritas eorum. Et subdit. Concupiscencia qua fit ut peccatores pertinaciter omnia paciantur ex mundo est. Caritas aut qua fit ut recte viventes omnia fortiter paciamur ex deo est. Et ideo illi false paciencie et quod sine adiutorio dei voluntas humana sufficit, tanto durior quanto cupidior et eo tolerabilius mala sustinens quo ipsa fit peior. Huic aut que vera est paciencia ipsa voluntas humana nisi desuper adiuta et inflamata non sufficit, quia spiritus sanctus est ignis eius, quo nisi accensa diligat impassibile bonum ferre non potest quod patitur malum sicut divina protestantur eloquia dicens karitas est et cetera. I Johannis 4. Quisquis ergo contendit haberi posse dei caritatem sine dei adiutorio, quid aliud contendit nisi haberi posse deum sine deo. Et subdit. Nequaquam ergo dubitet pie viventes sicut caritatis sancte amatum ita paciencie tolleratum dei donum esse. Qualis aut paciencia laudabilis esse debeat, habetur ibidem dicens paciencia hominis que recta est atque laudabilis et vocabulo digna virtutis ea perhibetur qua mala equo animo toleramus, non animo iniquo bona deseramus per que ad meliora perveniamus. Quapropter impacientes dum mala pati nolunt non efficiunt ut a malis eruantur sed ut mala graviora paciantur. Pacientes aut qui malunt mala non committendo ferre, quam non ferendo committere et leviora faciunt que per paciencie paciuntur et peiora evadunt quibus per impacienciam mergerentur. Bona vero eterna et magna non perdunt, dum malis temporalibus breuibus quod non cedunt. Hec ille. Et subdit. Paciencia est animi bone conscientie non munita innocentie. Cum ergo quemque videris pacienter aliquid pati noli continuo laudare pacienciam quam non ostendit nisi causa paciendi quando illa bona est tunc illa vera est, quia non polluitur tunc a falsitate. Cum vero illa tenetur in crimine, tunc hic multum errare in nubibus. Non enim sicut omnes qui sciunt sunt participes sciencie, ita omnes qui paciuntur sunt participes paciencie, sed qui passionibus recte utuntur, hii paciencie virtute coronantur. Hec ille. Vide Gregorium omelia xv et cetera post evangeliorum.

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra et habebat cornua duo similia agni et loquebatur sicut draco. Et potestatem prioris bestie omnem faciebat in conspectu eius, et fecit terram et inhabitantes in ea adorare bestiam primam cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna ita ut etiam ignem faceret de celo descendere in terram in conspectu hominum, et seducit inhabitantes terram propter signa que data sunt illi facere in conspectu bestie dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestie que habet plagam gladii et vixit, et datum est illi ut daret spiritum ymagini bestie, et ut loquatur imago bestie.

Ista pars principalis huius capituli in qua posita descripcione antichristi et tribulacionis future per eum principaliter hic consequenter subiungitur descripcio persecucionis et tribulacionis future per eundem et suos pseudo apostolos qualiter quos per mundum mittet sicut continuat glosa. Sicut enim christus apostolos et discipulos habuit quos per mundum universum misit quibus dedit virtutem choruscandi miraculis. Sic antichristus suos pseudo apostolos habebit quos per mundum mittet cum potestate faciendi signa et prodigia mendacia. Et hec pars dividitur in duas partes. In primo ponitur bestie per quam figuratur antichristus cum suis pseudo apostolis descripcio. In secundo profunditate intelligencie auditorum submittit et ad cavenda mala ipsius bestie instruitur ibi. Hic est sapiencia et cetera. Prima subdividitur in quatuor. Primo ponitur descripcio bestie quantum ad formam ibi presentem. Secundo quantum ad loquelam sive sermonem ibi. Et loquebatur sicut draco. Tercio quantum ad virtutem sive potenciam ibi. Et potestatem habebat prioris bestie et cetera. Quantum ad omnium et cetera. Et vidi, vel spiritualiter intellexi, hanc bestiam scilicet pseudo apostolos antichristi bestialiter sevientes et racionabilitate carentes. Unde haymo

Per bestia antixpus ipe sz malorum caput. Secus vo bestia corpus illius intelligitur, et maxime qui eum pdicaturi sunt. Et illo tales n crudelissime persequntur, etiam Deutro xxxij Dentes bestiarum inmittam in eos. i. pseudo apostolos falsa doctrina etiam lacerantes pro dentes eorum arma et sagitte. Arma ad ptendum sui, et sagitte ad impugnandum ecclie. Et lingua eorum gladius sz corda fidelium scindendo. Vel sm Richardum. Per bestia antixpus et collectio gentilium antixo adherentium in ecclie persecutionem qui per mare significantur. prout etiam prius dictum. Ista vero bestia est antixpus et collectio falsorum xanorum scilicet per terram signati. Bestia uo per crudelitatem et ferocitatem aliud per coherentiam sibi similitudine. Unde glo. Per re maiorem quod intelligendum unde vel pta non crudelitate. Ascendentem sz per elacionem vel in superbiam se erigentem. De terra i. de collectione terram amancium et de terrenis superbientium. Unde haymo. Bestia de terra dicitur ascendere, quia de terrenis comodis et diviciis quas possidebunt, in superbiam elevabuntur. De terra quippe ascendere, est pro terrenis rebus in superbiam erigi. Terrenis enim diviciis superbia. Ut glosa sup illud apostoli j Thy 6 Divitibus huius seculi precipe non sublime sapere. ut in mercato diviciarum comparare. Vel Osane viijo Dilexerunt superbia sua effraym i. superbia sue divicias. Vel ascendentem i. in maliciam sua crescentem et sup fideles invalescentem. De terra i. per terram hoc est per divicias terrenas quas habebit. Vel per divites terrenos qui pseudo apostolos antix iuvabunt et defendent. Sed enim antixpus ditabitur thezauris auri et argenti et in omnibus preciosis egipti, dabit quod suis potestatem in multos et terram dividet gratuito, ut dicitur daniel xj. Sup quo Jeronimus dicit quod antixpus multas divicias largietur et terram suo exercitu dividet, quosque terrore nequiverit, avaricia subiugabit. Erit igitur adventus eius in omni virtute ij Thess 2o Glosa humane potestatis et diviciarum et quasi utraque manu dextra sz potencie et sinistra diviciarum, cunctos reges subiciet sue potestati, ut per eos habeat potestatem omnium nacionum subiectas. Dyabolus terra revelabit ei thezauros absconditos, unde suos ditabit et ceterum in superbiam efferentur. Sic igitur bestia ascendit de terra. Vel de terra i. de collegio eorum qui servant sue affeccionis innobilitatem. sm Richardum. Et generaliter antixt et sui per bestiam figurantur. Bestie, ut dicitur a vi qua seviunt sz uel ore vel unguibus et cornibus qui vi sevie. Vel dicitur bestie quasi vastie a vastando. sm Thomam li ethycorum xi c po. Unde bestialitas est ferea crudelitas, violenta rapacitas, irracionabilis appetibilitas, et insaciabilis voracitas. Vel sm damasc. li 2o c xj Irracionabilis enim sit appetitus, confestim fit impetus ad operandum. Irracionabilis. i. est appetitus irracionabilium et aguntur magis a natura quam agunt. Ideo non continent naturali appetitui, sed simul cum appetierit quid impetus fit ad actum. Augustinus li 2o c 28 Tales erunt antixps et sui. ppter quod hi per bestiam merito significantur. Ysaie 38 Erit cubile draconum et pascua strucionum et occurrent demonia onocentauris et pilosus clamabit alter ad alterum. Quod exponit Gregorius in moral. dicens Quid per dracones nisi malicia. Quid vero strucionum nomine nisi ypocrisis designatur. Quid vero onocentaurorum nomine nisi et lubrici figurantur et elati. Greco ut eloquio onos dicitur asinus, taurus vero nomine cervix superbie designatur. Onocentauri ergo sunt qui carnis sue voluptatibus succumbentes, expulsa longe verecundia, non solum se amisisse rectitudinem non dolent, sed adhuc etiam de ope confusionis gaudent. Hiis autem occurrunt demonia, quia maligni spiritus valde eis ad votum deserviunt quos de hiis gaudere conspiciunt qui flere debuerunt. Unde et lapte subiungitur. Et pilosus clamabit alter ad alterum. Cum namque alii pilosi appellacione figurantur nisi hii quos greci panas latini ve incubos vocant, quorum minime forma ab humana effigie incipit, bestiali extremitate terminatur. Pilosi ergo nomine cuiuslibet peccati asperitas designatur

quod et si qui quasi ab obtentu cordis incipit semper tamen ad irrationa
biles motus tendit et quasi homo in bestiam desinit / dum culpa per
rationis imaginem inchoatur usque ad irrationabilem effectum trahit / Ibi
pilosus ad alterum ad alterum clamat cum perpetrata nequitia perpetranda
aliam vocat et quasi quadam cogitationis voce genuissa iam culpa cul-
pam adhuc que committitur invitat et ibi ululatum de hoc homo
enim cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insi-
pientibus ait propheta et de pseudo adherentibus antichristo et per superbia
ascendentibus potest verificari illud Ezechielis 23 In prophetis iherusalem vidi
similitudinem adulterium et iter mendacii et confortaverunt manus
pessimorum ut non converteretur unusquisque a malicia sua et ibi mul-
tum de talibus et est notabile quod beatus Johannes hic de bestia
dicit unde ascendit sed non dicit quo ascenderit quia malorum ascensus
finaliter est descensus Job 21 ducunt in bonis dies suos et in puncto
ad inferna descendunt Exodi xv descenderunt in profundum quasi
lapis. Tu deiecisti eos dum allevarentur Econtra vero de bonis dicitur
quo ascendunt et tacetur unde ascendunt Apocalypsis xi ascendite huc
et in celum dictum est duobus testibus dei scilicet helie et enoch Apocalypsis
tamen vii spiritualiter innuitur unde boni ascendunt cum dicitur hii sunt
qui venerunt ex magna tribulatione etc ut sciunt se velud illud funda-
mentum quo ascenditur causaliter habere Econtra in litera subditur describendo
comitum ad bestiam sive simonem cum dicitur Et habebat cornua
duo similia agni et loquebatur sicut draco Secundum Richardum
duo cornua agni duo sunt testamenta quibus se muniunt et defendunt
contra sicut bestia cornibus sic pseudo apostoli et falsi prophete habebunt
duo cornua similia agno quia duo testamenta sibi usurpabunt
et dicent se scire utrumque testamentum sed revera nescient ideo dicuntur
similia agni Nam habebunt ea per sola cognitionem non per vite sanctitate
vel per usurpationem non per veritatem Vel secundum thomam duo
agni cornua sunt innocentia et vita pura ut doctrina et miracula
que christus et eius ministri habent in veritate sed ministri antichristi habebunt
simulate ideo dicuntur similia unde et de cornu agni dicitur in psalmo
In te inimicos nostros ventilabimus cornu Et item producam filios
cornu David unde et virtus agni significatur per unum cornu ratione
unitorum unde et virtus agni significatur per unum cornu ... ad hebr. 1
fundamentalis sue virtutis quia ipse est virtus supportans omnia luce primo
portans omnia verbo virtutis sue et istud est cornu salutis ...
erexit cornu salutis etc. dicitur etiam esse duo cornua agni propter
causas dictas in expositione litere dicitur etiam esse vii cornua agni
propter plenitudinem septiformis spiritus supra v° Cornua vii in manibus
eius et dicitur Abacuk 3 Sed antichristus et sui simulabunt se habere
talia cornua Cuius typus precessit in machometo qui legem carnalem
dedit Sarracenis Ut dicit Nicolaus lira ... machometus ut dicit Nicolaus lira
[deleted] ... de paupertate ad divicias elevatus cogitavit fieri
rex ysmahelitarum qui proprie dicuntur agareni Nam ysmahel fuit
filius agar ancille Sare uxoris abrahe Genesis xvi Dicuntur autem
hospitalitate a Sara libera Ad obtinendum vero propositum suum
fuit consilio et auxilio cuiusdam monachi heretici nomine sergij
condendo legem falsam et carnalem et quibusdam auctoritatibus veteris
ac novi testamenti coloratam ut sic non solum [deleted] agentibus
ad carnalia promptis sed etiam a simplicibus paganis et iudeis quorum
aliqui habitabant cum ysmahelitis facilius reciperetur Finxit etiam
legem illam a deo sibi revelatam et sic carnalium voluptatum pro-
missis ad quorum desideria carnalis proclivia insistit multos po-
pulos illexit De cuius lege beatus thomas [deleted] multa scribit
libro primo contra gentiles c. vi Cuius quia lege superaddit antichristus cum
suis pseudo apostolis cuius [deleted] inmundicitiis et bestialitatis
poterit ab hominibus tolerari Erit enim velut deus ... Et nunc est

vt ab eo lex totius iniquitatis procedat. Et ideo subditur Et loquebatur sicut
draco scilicet astute, inuidenter et dolose. Vnde haymo Sicut olim dyabolus
per serpentem mala persuasione locutus est mulieri per quem decepit virum
ita et iste tunc ministris suis sua praua doctrina quoscumque poterunt
seducent et a fide christi separabunt Et tunc futuri sunt seuissimi dra:
cones virus nequicie sue auditoribus infundentes agnos se esse
simulabunt vt agnos decipere valeant assument agnum ... Vt
possint exercere draconis operacionem Vnde dicit Saluator mathei vii° atten:
dite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium Venenum
enim aspidum sub labiis eorum Et quia ait Sicut draco Nam
vt ait ysidorus libro xii c° 4°. draco fertur esse cristatus ore paruo
fistulis arctis per quas spiritum attrahit et exerit linguam Gignitur
autem in ethiopia et in india in ipso incendio iugis estus etc. Et mo:
raliter signat superbos pseudo ficte et simulate loquentes et estu ava:
ricie et furore carnalis concupiscencie fluentes. psalmista Draco iste quem
formasti ad illudendum ei Iob xxx Socius fui draconum Ieremie
xviii° Traxerunt ventum quasi dracones Graue est ergo cauere
insidias illorum quorum vita est simulacione ficta et lingua toxico
venenata Et Subditur hinc bestie describens primum ad potestatem
Et primo facit hoc, scilicet potestatem premittit. 2° effectum potestatis subiungit
ibi Et fecit terram etc. Dicit ergo Et potestatem prioris bestie omnem
faciebat scilicet ista 2a bestia vel omnibus modis decipiendi quibus antixristus de:
cipiet Cum ira sit antixristi vi fraude blandimentis doctrinis terroribus
et tormentis decipiet ita et omnibus eius ministris. Vnde haymo Vnde ministri
discipuli sequentur in omnibus magistrum Dan xi. dabit eis potestatem
in multis Et diuidet terram gratuito et hoc in conspectu eius. Cur quod
opponit haymo dicens Aliquid predicatores antixristi ... in eius presencia maiora
poterit Et Respondet dicens Ihesus omnipotens destruxerit per vnitatem mundi
potestas predicando Sed vtrumque eorum ita ea facere studebunt que illi suggerat
esse placita quasi semper ab eo videatur Et in eius conspectu constituit
Intuentes quippe illum honorabunt, ut quicquid acturi sunt coram
ipso sit agere se dicat, [illegible] nihil ipsum latere possit Sicut nunc sancti
qui dei voluntatem ... custodiunt in conspectu eius se esse fatentur
iuxta illud tercii Reg xvii viuit dominus in cuius conspectu sto Et 2
Cor 2° Sicut ex deo coram deo in xpo loquimur Sic et illi in omni
quod locuturi sunt et acturi, caput suum sibi preponent quasi in conspectu
eius potestatem super ipsum exercent ... in diuinis factis suis hono
rantes Deinde ibi Et fecit terram etc. Subiungit effectum potestatis
Et diuiditur in 3° per 4 [illegible] effectus Quorum primus est bestie
adoracio. 2us Signorum miraculosorum effectio ibi Et fecit signa etc.
Tercius ad portandum caracterem bestie. Et ad illam adorandum coactio
ibi Et faciet vt quicumque non adorauerint etc. Quantum ad primum effectum
dicit Et fecit vel faciet preteritum ponit pro futuro propter certitudinem prophecie
terram vel terrena corpora hominum et inhabitantes in ea vel animas in
corporibus quiescentes et omnem suam sollicitudinem in terrenis rebus
ponentes, adorare bestiam primam vel antixristum De quo supra dixit vidi
de mari bestiam ascendentem habentem cornua septem Vel 2m Richardum
terram vel terrenos Vnde exponit subdit Et inhabitantes in ea scilicet
per affectum et in hoc amore perseuerantes, adorare bestiam primam vel an:
tixpm ~~De quo supra dixit vidi de mari bestiam ascendentem habentem cornua~~
sine dyabolum qui est principale caput prioris bestie Causa autem
adoracionis eius precipua fiet simulata resurreccio eius Vnde sequitur
Cuius vel cui curata est plaga mortis scilicet simulate per simulatam
resurreccionem finget enim se a mortuis resurrexisse Sic dictum est supra
eodem, quamuis tamen resurreccionem vt veram predicabunt eius apostoli
quos ipse mittet per orbem vniuersum Et ex hoc per signa suscitabunt
qui et animas et corpora sibi inseparabiliter mancipabit Deinde cum

q' enim decepturi sunt totiq3 prostrati corpe et anima illum adorabunt
et in ipo dyabolu in eo habitantem modo dicto Xm .n. vi tacit no
seductus solo corpore captiuatus est Cum aut seducitur et mente et corpe
captiuat. Inquit hanmo S. n. dico uniplicat adorare pt adorari do
minu in aula sancta eius Dixi Richardus Quid est adorare nisi to
tum corpus nostrum ad pedes prosterne et spu iterum inclinare Et
vt sic adorent antixpm seducetur a pseudo aplis eius sup eos ado:
rauerunt bestiam Queritur vtrum angelus Sathane transfiguratus
in xpi spe possit adorari sine peccato adoraton latrie Et videtur
q sic qz ignorantia facti adhibita diligentia excusat licz iuris no
ergo cum aliquis ignorat quod factum est et adhibita diligentia videtur
q no peccat adorando sathanam transfiguratum sic xpm Item si qs
credens hostiam gsecratam a sacerdote celebrante que tamen non esset gsecrata
adoraret eam sicut corpus xpi per ignorantiam facti excusaretur
a peccato ergo similiter adorans dyabolum vice x in dicto casu pp
ignorantia facti excusatur Cz Cont solus deus est adoracione
latrie adorandus Sz angelus Sathane transfiguratus in spe x non
est deus ergo non est latria adorandus Dicendum em dcr secundum et et
q s e. Adoraco ordinat in reuerentia eius qui adorat Vnde ille,
Et Ideo adoraco est veneraco siue reuerentia exhibita alicui racon
dignitatis superioris et excellentis qz nullus adorat alium q venatur
nisi quia meliorem eum putat vel excellentiorem Et ydo deo debet
reuerentia pp eius excellentiam que tamen a quibus creaturis gmunica
no em equalitatem sz em quandam pticipatiz Et ido alia veneraon
dm veneram qd ptinz ad latram alia creaturis racionales excelle
tes Et qz ea que exterius aguntur signa sunt interioris reuerentie
quedam exteriora ad reuerentiam ptinentia exhibetur excellentibus creature
int que maximu est adoraco Sz ad est quod soli deo exhibetur
sicut sacrificium Vnde dicit augus x li. de ci dei c o Multa d cultu
diuino vsurpata sunt que honoribus deferuntur humanis siue
humilitate nimia siue adulacon pestifera ita tamen vt quibus ea
deferuntur homines habentur qui dicuntur colendi et venerandi
si aut multum eis et aut multu eis additur et adorandi Quis
vo sacrificandum censuit nisi ei que dm q sciunt aut putaunt aut
finxit H ille Secundum reuerentia ergo que detur excellenti creature
Nathan propheta ingressus an Regem dauid adorauit eum pronus
in terram 3o Reg 1 Cum aut Reuerentia que detur deo Mardo:
cheus noluit aman adorare timens ne honore dei transferret ad
hominem vt dicitur hester xiii Et similiter em Reuerentiam debitum
excellenti creature abraham adorauit angelos vt dicitur Gen 18
et etiam Josue ut dicitur Josue v Quamuis possit intelligi q ado:
rauerunt adoracon latre dm qui in psona angelorum tel angeli
apparebat et loquebatur Cum aut reuerentia que debetur deo prohibitu
est Johanes angelum adorare vt dicitur in ultimo tum ad osten:
dendu dignitatem hominis quam adeptus est per xm vt angel dicitur
vm subditur ibidem conseruus tuus sum et fratrum tuorum tum
etiam ad excludendum occasionem ydolatrie vm subditur ibidem deum adora
Concto pa primo et principaliter solus deus est adorandus latre ado:
randus Patz ex dictis predictorum qz latria est debita exhibico reue:
rentie summo domino cuius dominio non est referibile in altum Sicut
ergo solo deo fruendum est pn̄r qz frui dicimus tali bono qd non
est referibile in maius bonum Sic solus deus est pn̄r adoracon latre
adorandus Et sicut frui vtendus est tota vniuersitas ut ait augus
Sic adoracon latre exhibere pure creature est est creatura est tota vniuersitas
et summu peccatum Et istud satis patz ex ethymologia nominis qz ethymo:
logizando latrie latria dicitur q laus tua vel laus tribus
psonis in vna na diuina exhibenda Dixi nouit carton po et pur

Nam quod adoracio latrie est exhibenda humanitati christi Cruci eius ac
ceteris insignibus ac etiam ymaginibus christi sicut dicunt doctores katholi-
ci nonam distinccionem 3 libri Sententiarum. Nam hec adorantur ut si-
gna christi. Cum enim aliquid adoratur ut signum, tunc totus honor refertur
in signatum et sic signatum adoratur in signo adoracione latrie que
est cultus religionis summi domini maiestatis et omnipotencie, soli deo
principaliter debitus. Et iste cultus quo ad actum interiorem in hoc con-
sistit, ut credatur primum et creator ac dominus omnium et quod in ipso spes repo-
natur et quod super omnia diligatur. Secundo ad actum vero exteriorem
ut creator et dominus universorum recognoscatur et hoc fit per thurificaciones
oblaciones genuflexiones prostraciones et huiusmodi. Conclusio 2a Licet
latria modo quo dictum est soli deo debeatur, tamen dulia potest esse communis
deo et creaturis. Patet quia secundum doctores dulia respicit dominacionem sicut latria
creacionem et quia creacio soli deo convenit, dominacio vero convenit deo et creature
igitur etc. Et hoc patet expresse per glosam super illo verbo ps. 88 adorate
scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Sed ut dulia accipitur pro
sola reverencia debita creature, tunc adhuc subdistinguitur in duas species
quarum una vocatur yperdulia quasi superdulia et hec exhibenda est excel-
lentissimis creaturis puta humanitati christi considerate secundum se. Nam si con-
sideratur ut a verbo assumpta, tunc est adoracione latrie adoranda.
Hec enim est velut indumentum seu vestis vel habitus dei secundum illud
Apostoli ad Phil. 2o habitu inventus ut homo. Huiusmodi etiam
yperdulia exhibenda est virgini gloriose et ceteris excellentissimis sanctis.
Alia vero species dulie retinuit sibi nomen generis, quia non habet proprium. Et hec
dulia est honor debitus unicuique creature secundum statum suum sive
in vita presenti sive in vita beata propter aliquod bonum excellens repertum
in homine quod ordinatur ad aliorum bene esse scilicet potencia sapiencia et bo-
nitas morum, racione quorum homini debetur adoracio dulie. Nam
racione potencie talis adoracio debetur prelato, racione sapiencie docto viro,
racione bonitatis homini virtuoso. Nam isti possunt alios ad superiora
reducere, prelatus per potestatem, doctus per sapiencie cognicionem, virtuosus per
vitam exemplarem. Ex quo sequitur quod talem honorem subditus tenetur
exhibere prelato etiam existenti in mortali peccato, patet quia cui debetur obedi-
encia eidem debetur et reverencia. Sed prelatis eciam malis subditi tenentur
obedire secundum illud 1 Pet. 2o Servi subditi estote in omni timore dominis
non tantum bonis et modestis sed eciam discolis. Et ad Rom. 13 Omnis anima
potestatibus sublimioribus subdita sit et sequitur ibidem Non est enim potestas
nisi a deo. que autem a deo sunt ordinata sunt. Itaque qui potestati
resistit dei ordinacioni resistit. qui autem deo resistit, sibi dampnacionem
acquirit. Cum ergo mali prelati sunt a deo in potestate sublimi etc.
Quamvis talis prelatus sit malus, tamen defendendum est suo statui
eorum reverencia, quia in eo honoratur bonitas reipublice que maior
est quam malicia singularis persone. Item cum deus ex sola caritate
primam relaxat peccata, ideo numquam possumus esse certi quod aliquis esset
peccator nisi pro illo tempore quo in actu committit peccatum, igitur saltem pro illo tempore
subditus non tenetur honorare peccatorem prelatum qui actu vult ipsum
peccare, toto tamen alio tempore tenetur. Ex quo sequitur quod Beatus
Gregorius in pastorali dicens Cum exemplum culpe vehementer extenditur
dum pro reverencia ordinis peccator honoratur, non ad hoc dicit illa verba
quod per ea retrahat subditos a conferenda reverencia talibus prelatis
exhibenda. Sed ut talibus prelatis incuciat timorem ex consideracione
magnitudinis et multitudinis suorum peccatorum. Et cum aliis quibusdam hominibus
non teneamur ad exhibicionem honoris nisi propter eorum virtutem ut patet 4o
ethicorum. Superioribus tamen prelatis omnibus potest hoc licitum ex condicione sui status
Conclusio 3a et Responsalis. Angelicus Sathane transfiguratus apparens

in xpi spe . non est adorandus pro xpo adoratione latrie . immo non pt adorari sine peccato ydolatrie . probatur . quia homo certus est quod sathanas adorari sine peccato ydolatrie . probatur quia homo certus est quod sathanas transfiguratus in speciem xpi est creatura . et cum hec dampnata ergo sine peccato ydolatrie non pt sibi exhiberi adoracionem latrie . patet ex dictis . Nec per ignorantiam facti posset excusare si quis eum adoraret . tum quia quilibet est premunitus per scripturam sacram quod angelus tenebrarum transfert se in angelum lucis . 2 Cor. xi . Et Math. 24 . Multi venient in nomine meo dicentes ego sum xpus etc . Et ideo tenetur discutere et non statim adorare . Tum eciam quia homo habet remedium orationis quia si toto corde deum oraret posset ei veritas revelari . Deus non permittet eum decipi . Iohannis xv . Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis . Ergo quod qui non orat non adhibet omnem diligenciam quam tenetur adhibere . Cum ergo quod facillime posset vitare periculum apponendo similiter conditionem hoc modo . adoro te si tu es xpus . Dicendum ergo quod honor latrie pt exhiberi angelo sathane duobus modis aut simpliciter . aut sub conditione . Si simpliciter adhibeatur tunc hoc non pt esse sine peccato ydolatrie quia cultus latrie offertur alteri quam deo . ergo ubi est peccatum ydolatrie . Nec excusatur racione ignorancie . Ut dictum est . Ad remedium per quod posset errorem devitare scilicet premunicionem scripture . remedium oracionis interne et suspensionem credulitatis . Non enim debet homo statim omni spiritui credere . si plures spiritus si ex deo sunt . Qui enim cito credit in talibus levis est corde . et forte in flatus . dum ad tales visiones et revelaciones se reputat ydoneum . Unde tales apparitiones pocius sunt formidande quam desiderande . Narratur de quodam sancto patre . quod cum ei dyabolus in specie xpi apparuisset . ille clausis oculis dixit se nolle xpum in hac vita videre . Sic quod dyabolus eius humilitate confusus . statim evanuit . Similiter legitur de sancto martino quod dyabolo sibi apparenti fertur dixisse dominus meus ihesus xpus . Non se inquit purpuratum et dyadematum venturum esse predixit . Econtra vero de multis narratur qui se reputantes idoneos ad huiusmodi visiones et eas desiderantes in multas insanias et errores precipitati sunt . Et ideo si quis simpliciter et sine conditione adorat adversarium xpi . non excusatur a peccato . etiam si credat ipsum esse xpum . Si vero adorat sub conditione . hoc pt esse dupliciter . aut illa conditio habitualiter considatur . aut actualiter apponitur . Si actualiter apponitur . sic non adorat adversarium sed magis xpum . quia non stat adoratio nisi eo quod confertur adorationis interior . Et ideo sub hac conditione debet dicere . adoro te si tu es xpus sed non dyabolum . Sicut beatus thomas apostolus cum adductus fuit ad idolum fertur dixisse adoro sed non ydolum etc . Et ergo si talis intendit adorare xpum non peccat . Si vero intendit adorare illum qui sibi apparet . tunc peccat quia sic intendit adorare illum et non xpum . Si autem illa adoratio est sub conditione habituali . tunc non sufficit ad vitandum peccatum ydolatrie racione huiusmodi apparitionis ut sufficiat racione sacramenti altaris . Nam talis transfiguratio est insolita . Et ideo non debet ad eam precipitare adorationem sequi sed cum maturitate et previa oratione . Consecratio vero hostie est consueta ergo sufficit quod adorans hostiam habeat hanc conditionem in habitu . videlicet si consecratio est debito modo facta . Propter paucos vel nullos fideles in hac adoratione peccat . Unde non attendit cum ista conditione . Item sacerdos offerens hostiam non consecratam quantum est in se facit eos idolatrare . Sed adorantes non tenentur scire . nec inquirere an hostia elevata sit consecrata . ut non . Secundo non est simile de adoratione hostie non consecrate et angeli sathane transfigurantis se in angelum lucis vel in speciem xpi . Ut patet ex dictis . Per hec ergo solvuntur raciones ad oppositum adducte . Sequitur ergo quod dyabolus nullatenus est adorandus . Et licet

excellat ymaginem tam omnino irreparabilis subiacet culpa et tamen in eo ma-
neat imago dei, quia datas illi donationes angelicas nunquam amotas
fuisse dicimus ut inquit dyonisius libro de divinis nominibus, sola tamen subia-
imaginibus non est ratio honoris, sed tamen redundabit est ad actualem capa-
citatem eius cuius est imago. Similiter dicendum est de antixpo, qui cum
sit filius perditionis et per scripturam sacram innotescit eius finalis
irredemptio, ideo nulla ei est exhibenda adoratio, pro quo gra-
vissime peccabit adorationem suscipiendo et suis pseudo eum adorando
et alios ad ipsum adorandum inducendo. Isto tamen non obstante dicit
litera quod ista bestia secunda faciet terram et inhabitantes in ea adorare be-
stiam primam et hic est primus effectus potestatis bestie. Nam actiones acti-
vorum sunt in patiente et disposito ex 2° de anima. Modo maior hoc est
humane fragilitatis tunc exire in dispositionem perfecta ad malum, quia
tunc habundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum iuxta
dictum salvatoris Math. 24. Forma predicationis antixpi et suorum di-
scipulorum in mentes hominum terrenorum vel carnalium facilius imprimi-
tur quia tam ex potestate qua cunctos sibi subiciet quam etiam ex mendaci-
signis quibus tam per se quam per suos pene totum mundum seducet
ab hominibus carnalibus coletur ut deus. Et ideo dicitur hic quod ista se-
cunda bestia que significat discipulos antixpi faciet terram et inhabitantes
in ea vel terrenos et in amore terrenorum perseverantes et ab antixpo
divitias et honores sperantes vel terram vel corpus non animas curantes
adorare bestiam primam id est antixpm ut omnes eum confiteantur esse deum voce et ope-
re. Sequitur ibi Et fecit signa etc. Posito primo effectu potestatis secunde bestie quod
est ipsius prime bestie adoratio, subditur 2us qui est signorum miraculo-
rum effectio et dividitur in duas partes. Circa primum duo sunt notabilia de quibus
hic facit mentionem. 2a ibi dicens habitantibus in terra etc. Circa primum ad
primum Et fecit vel faciet signa magna, glossa ad confirmationem sue predicationis
sicut de Christo apostolus dicit Marci ultimo Illi autem profecti predicaverunt
ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Non tamen
erunt vera miracula, quia non erunt virtute divina sed potestate dyabolica
sicut ea que fecerunt magi pharaonis in egypto. Unde hayomo Non
solum verbis sed falsis miraculis seducet multos Math. 24 Surgent
pseudo Christi et pseudo prophete et dabunt signa et prodigia ita ut in erro-
rem inducantur si fieri potest etiam electi. Super quo Crisostomus dicit hoc
de antixpo loquitur et de quibusdam eius ministris quos pseudo Christos
et pseudo prophetas appellat, quales apostolorum tempore visi sunt, sed ante
eius adventum Christi multo plures et maiores peioribus erunt. 2 Thess. 2°
Secundum operationem sathane in omni virtute signis et prodigiis mendacibus.
De quo loquitur Augustinus dicens admonet nos deus, ut intelligamus quedam
miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt.
Non enim omnibus sanctis ista facere tribuuntur, ne periculosissime decipiantur
infirmi, existimantes in talibus factis esse maiora dona quam in operibus
iusticie quibus eterna vita comparatur. Et specificat de uno signo dicens
Ita ut etiam ignem faciat descendere de celo in terram. Ad literam
hoc facere poterunt pseudo apostoli operatione demonum, quia ut legitur Job primo
iusto dei iudicio et permissu dyabolus fecit descendere ignem de celo
super pecora beati Job, cum tactas oves pueros que consumpsit. Quod quomodo intelligendum
sit facturus est per antixpm et eius apostolos quod iam fecit per semetipsum.
Vel aliter legimus Act. 2° quod die penthecostes spiritus sanctus in igneis visione
descendit super apostolos Christi, quo repleti ceperunt loqui variis linguis ma-
gnalia dei. Dedit etiam eis quos baptisabant et quibus predicabant spiritum
sanctum dabat ut similiter omnibus linguis loquerentur sicut legimus
fecisse petrum et alios Act. X, adhuc loquente petro cecidit spiritus sanctus
super eos qui audiebant verbum. Sic illi dabunt spiritum malignum et fa-
cient eum descendere super suos ut loquuntur variis linguis. Hoc
autem potest facere dyabolus in eis. Nam si in ore asine loqui potuit
multo magis in ore hominis poterit suas voluntates inquo omni lingua

quibus indicare. Sic igitur apostoli Christi de celo faciebant descendere ignem, id est spiritum
sanctum, de quo dominus dicit Luce xii: Ignem veni mittere in terram, id est
super eos qui ante fuerant terreni, sed tunc renovabantur per gratiam
spiritussancti. Unde et ipse dominus Christus in signum credencium spiritualiter
hoc dixit futurum Marci ultimo: Signa autem eos qui crediderint
hec sequentur: In nomine meo demonia eicient, linguis loquentur novis.
Ita hec bestia faciet ignem descendere de celo, quia predicatores antichristi
falsa imitacione per imposicionem manuum dare suis sequacibus spiritum
sanctum se fingent. Unde Beda dicit quod beatus Johannes hoc miraculum
quasi maximum ceteris pretulit, ut sicut dominus discipulis suis spiritum sanctum
et virtutum graciam in ignis visione dedit, ita ipse eciam a simili visu
fallere facere simulabit. Et sunt ut dicit Haymo vehemencior error
persecucionis, quo illud spiritussancti donum bestia dare vel habere putabitur,
tamquam dominus eciam sibi ministrare voluit super omnia regna mundi. Nam
cum multa graciarum videantur habere nobiscum heretici, tamen hoc donum
sola se gloriatur ecclesia spiritualiter habere. Sed illi forsitan agent quibusdam
prestigiis, ut illi quibus manum imposuerunt loquantur linguis
multarum gencium. Vel aliter secundum Haymonem, quia legimus in veteri testamento
quod ad vocem Helie descendit ignis de celo et consumpsit duos quinquagenarios
cum suis quinquaginta contra regem positos. Sic ista bestia faciet
ignem descendere de celo in terram, et hoc in conspectu hominum, id est rationabilium
sapiencium, homines enim vocantur qui non divina sed humana
sapiunt, quia per hanc simulacionem non oculos spirituales sed carnales ludificare
probantur. Ideo sequitur: Et seducit, id est seducet, hoc est seorsum
a veritate ducet, habitantes in terra, id est amore terrenis inherentes et
plus terrena quam celestia diligentes, propter signa que data sunt illi facere,
sed divina permissione, in conspectu bestie, id est in invocacione nominis antichristi,
sicut apostoli Christi ad invocacionem nominis eius vera miracula faciebant.
Et ideo plus persecucio quanto tortor sed martirum Christi mirabitur chorus,
scribit secundum Gregorium. Dicitur autem ista signa mendacia vel quia mortales
sensus per fantasmata decepturi sunt, ut quod non faciant
facere videantur, vel quia illa eciam si vera erunt prodigia ad mendacium
pertrahent credituros, ut dicit Augustinus libro xx de civitate dei capitulo 19. Et habitum
est super circa principium huius capituli. Et sequitur effectus secundus signorum prodigiosi,
scilicet effectus ymaginis bestie, cum subditur: Dicens, id est precipiens, eis,
scilicet habitantibus in terra, id est plus terrena quam celestia diligentibus,
ut faciant ymaginem bestie, id est idolum vel aliquam statuam, sicut Nabuchodonosor
fecit statuam auream, Danielis 3. Que habet plagam gladii,
scilicet per simulacionem occisionis, et vixit per simulacionem resurrectionis,
sicut Richardus dicit: eodem passus occisionem in morte. Et datum est illi, scilicet
bestie, id est apostolis antichristi, datum inquit a dyabolo divina permissione, ut daret
spiritum scilicet malignum ymagini bestie quasi pro anima. Ut loquatur
ymago bestie vel magnum bestie, id est statue facte ad similitudinem et
ad maiorem honorem antichristi, spiritum inquit ut moveat et loquatur,
non veritatem
recipiendo, hoc autem fiet per spiritum malignum possidentem statue,
ut forma. Unde subdit: Et loquatur ymago bestie sed per demonem
possidentem, dyabolus enim per os illius ymaginis loquetur et cultoribus
suis multa dabit falsa responsa, sicut olim loquendo per ora ydolorum.
Unde Richardus: ymaginem antichristi faciet maleficus sicut nos ymaginem
corpoream salvatoris, et illam per incantaciones facient loqui, et in hoc
homines seducet. Idem dicit glossa. Quod arte magica faciet statuam
loqui et credat hic Helinandus dicta Hermetis Trismegisti in libro
ad Asclepium dicentem invenerit avi nostri artem qua efficerent deos,
qua inventa adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem, qui animas
facere non potuerunt, evocantes animas demonum vel angelorum et eas indiderunt
ymaginibus factis, per quas ydola et benefaciendi et male vivendi
habere potuissent, hec ille. Et ibi nominat magos nominatissimos in arte
magica, qui docet quomodo hoc fiat, scilicet Zoroastrem Grecum et Tinam Babilonium.

Eorum itaque diligentia inventa sunt astrologia et aruspicina et auguria
et ipsa que dicuntur oracula et ars magica / et quicquid preterea
maleficorum exercent homines vel palam vel occulte / que omnia per se
falsa sunt ut Sibilla Eritrea testatur / quia errores hec omnia sunt que stulti
homines corde scrutantur / Unde et Porfirius artem magicam tanquam
fallacem et in ipsa arte periculosam et legibus prohibitam cavendam
monet / quia circa demones electos notare non valeant / sub quorum insidiat
ut noceant aut ibidem Et ideo talia omnia supersticiosa sunt et defrau-
dant sathanica molimina / Unde Augustinus libro 2o de doctrina christiana capitulo
20 Supersticiosum est quicquid institutum est ab hominibus ad facienda
vel ad colenda idola pertinens vel ad colendam sicut deum creaturam
partem ve ullam creature. Et hec est prima species supersticionis que dicitur
ydolatria / que divinam reverentiam indebite exhibet creature / dicit sanctus
Thomas 2a 2e q. 92 ar. 2 Subdit Augustinus ubi supra Vel
ad consultaciones et pacta quedam significacionum cum demonibus placita
atque federata qualia sunt molimina magicarum artium hec ille. Et hec
est 2a species supersticionis que dicitur divinatoria qua demones consu-
luntur per aliqua pacta cum eis inita tacita vel expressa. Nam ut dicit
Gilbertus in erudimento doctrine parte prima capitulo 7 cum omnia inferiora
mundi huius elementa per quandam similitudinem exciterent stirpe stellarum cursus
et earum effectus et revectus quantum ad humanum genus videtis
quod ad plenum non poterant ista cognoscere / demonum industria finxerunt ima-
gines / ab eis responsa querentes et eas honorantes quasi ad eas virtus dei
descendisset ab astris / et cum efficeretur ex imagine et illa virtute
et sic dabantur responsa a demone non virtute sed inhitante et sic genus
humanum in demones incidit et demones adoravit / hec autem doctrina quam
demones docent satis est vana cum non sit edificatoria / docet enim vel
ea que sunt curiosa ut cum predicunt futura contingentia vel ea que sunt
periculosa / ut cum suggerunt vicia vel que sunt supersticiosa ut sunt
maleficia / vel ea que sunt presumptuosa ut quando aliquos faciunt et cre-
dunt circa mirabilia prout deduxit Gilbertus ubi supra parte 2a constituit
enim demones futura quodammodo scire sed futurorum quedam sunt manifesta quedam
occulta / Manifesta sunt illa que habent causam determinatam et hec sunt
in duplici differentia / Nam quedam habent causam determinatam et infallibilem sicut
ea que attenduntur circa motum corporum supercelestium in quibus est causa
determinata ut eclipsis solis et lune et huiusmodi Et talia futura cognoscunt
demones / aliud est genus futurorum manifestorum ut sunt ea que habent
causam determinatam tamen fallibilem ut ea que sunt circa naturam inferiorem
que ideo causam habent determinatam / quia interius nature determinate movent ad unum
et ideo fallibilem / quia potest impedimentum accidere ut quod terra bona bene se-
minata et culta afferat fructum pinguem / causam habet determinatam in ea
potest tamen impediri / hec etiam possunt demones cognoscere quia noverunt
naturas rerum / Alia vero sunt futura occulta / ut ea que habent causam
indeterminatam et fallibilem sicut illa que sunt a nostra voluntate / Indeter-
minatam causam dico / quia voluntas que est causa eorum est ad opposita
fallibilem dico / quia eciam volenti perficere multa possunt impedimenta occurrere
Talia non norunt demones ut alia causa nisi solus deus / Si tamen talia
futura predicuntur ab eisdem / hoc est per revelacionem divinam vel angelicam
si vera sunt / vel per quandam presumpcionem si falsa sunt / Hec ergo futura con-
tingencia demones predicere non possunt / quia cum predicere talium spectat in genere
divinitatis et ipsi demones habent adhuc appetitum inordinatum eius quod
est esse deum / ideo maxime suis cultoribus talia predicunt ut exhibeant
eis cultus divinus et dii credantur. Unde patet quod ab eis talia requirere
genus est infidelitatis / Ysaye xli Annunciate que ventura sunt in futurum
et sciemus quia dii estis vos / Circa vero futura falluntur et ipsi demones
et illi qui eis adherent Et utrique duobus modis / demones enim quando sicut
cum deus vel angeli impediunt illud quod ipsi estimaverunt eventurum

Unde Augustinus in libro de divinatione demonum: Falluntur demones, quia
cum suas dispositiones pronunciat ex improviso aliud desuper iubetur quod
eorum consilia cuncta perturbat. Item falluntur cum totum tamen non
acceperit. Unde Augustinus ibidem: Falluntur etiam ex causis naturalibus
futurorum sicut medici nauta et agricole, sed longe acutius longeque
perspicacius propter aerei corporis sensum subtiliorem et exercitatiorem prenoscunt.
Falluntur autem qui eis adherent homines, quia aliter evenit quam voluerint
demones qui revelaverint eis; falluntur etiam quia merentur eis et in
hoc letantur. Unde Augustinus in eodem libro: Falluntur demones studio
fallendi et invida voluntate qua hominum errore letantur. Sed ne a
cultoribus suis ponderis auctoritatis amittant, illud agunt ut interpretibus
suis signorum suorum coniectoribus culpa attribuatur qui decepti sunt ut mentiti.
Unde est quod demones conqueruntur in libro Trimegisti ad Asclepium
de subversione templorum suorum quam predixerunt et de eversione templi
Serapis que in Alexandria facta est. Ad quod dicit Augustinus in libro de
divinatione demonum quod acumonia sensus et celeritate motus et experientia temporum
et revelatione scriptorum prophetarum predicunt quaedam [illegible] et prenunciare;
pronunciant etiam quaedam illa que facturi sunt, quia sepe potestate
accipiunt morbos immittere, et aerem viciando morbidum reddere et cul-
toribus suis et amatoribus terrenorum malefacta persuadere, de quorum
moribus certi sunt quod acquiescerent eorum suggestioni; persuadent autem eis
invisibiliter subtiliter non sui penetrando corpora hominum non sencientium
et permiscendo quasdam imaginarias visiones cogitationibus eorum sive
dormientium sive vigilantium que anima trahit in se et consentit. Unde
Augustinus ibidem: Neque enim quia previdet medicus quod non previdet eius
artis ignarus, ideo iam divinus est habendus. Quid autem mirum si quemadmodum
ille in corporis humani vel perturbata aut modificata temperie seu bonas
seu malas futuras previdet valitudines, sic demones in aeris affectione
atque ordinatione sibi nota nobis ignota futuras previdet tempestates,
aliquando et hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione
conceptas, cum signa quaedam ex anima exprimuntur in corpore tota facilitate
perdiscunt atque hinc etiam multa futura pronunciant aliis videlicet mira qui ista
disposita non noverunt. Sicut enim apparet concitatior animi motus in vultu
ut in hominibus ~~ad~~ ad forinsecus agnoscatur quod intrinsecus agitur, ita non
debet esse incredibile si etiam leviores cogitationes dant signa per corpus
que obtuso sensu homines cognoscere non possunt, acuto autem demonum possunt;
et hoc de curiosa predictione futurorum. De iniciosa vero suggestione viciorum
dicitur quod in demonibus tot sunt nocendi studia quot sunt in nobis
vicia. Unde pleni sunt viciorum incentivis quibus nos inflamant in peccatum;
hec enim ponunt ante cordis faciem ad que noverunt facilius inclinari mentem.
Unde Job xviii: Abscondita est in terra pedica eius et decipula eius
super semitam. Non enim est cunctorum [illegible] sed inventor viciorum. Sic
dicit Isidorus 2o libro de summo bono capitulo v: Neque enim alibi quempiam fomenta
succendit nisi ubi prius pravas cogitationes et delectationes aspexerit, quas
si premimus, ille confusus abscedit; et inde eo ea post temptat, quia
pro excessu humoris facile homines inclinari ad vicia conspicit
et cum humore conspersione adhibeat temptationem. Unde Balaam populo
Israhel, ex ea parte luxuriosos ostendit laqueos ex qua sensit eos
facilius esse lapsuros. De maleficiis autem que locum habent et usum
frequentem in coniugibus et ipsi coniugio prestant impedimentum, patet extra
de frigidis et maleficiatis, et 33 q. 1: Si per sortiarias; quod tamen
est satis mirabile cum demones magis velint hominem luxuriari
quam continentem esse. Ad quod dicendum quod in huiusmodi maleficiis error contrarius, pro
permissione divina iusto iudicio, etsi lateat vel occulto puniente. Item
est operacio demonum quae viget acumonia sensus et cognitione rerum naturalium.
Secretum est enim quod quaedam ut lapides vel herbe que virtutem habent occultam.

Vel saltem que videtur habere ut sit ibi materia non causa ut causa. Quod dicitur propter experimenta empirica quorum nulla ratio videtur in modo ad producendum suorum effectuum. Tertium est familiaritas aperta vel manifesta vel occulta inter demones et homines. Et ideo per caracteres invocaciones conjuraciones sacrificia stigmata scissuras que persuadet homini facit se invocari et rogari videatur, ad ludibrium magorum decepcionis. Et tunc docet proponentem aliquam facere vel herbam vel lapidem invenire vel aliquid huiusmodi, et tunc ille se preparat ad cognoscendum suam, impedit eum tamen ne cognoscat eam, forte stringit renes vel obturat matricem ita quod semen non potest ad debita receptacula huic operi deputata pervenire: quod dyabolo facere satis est facile propter sue nature subtilitatem, si committitur a deo et ascribitur vel lapidi vel caracteri aut huiusmodi. Et tunc durat huiusmodi impedimentum usque tres annos iudicatur impedimentum perpetuum ut habetur si per sortiarias maleficia xxxiij q. j. Hec constituta in aruspiciis auspiciis auguriis ... compotis sacrificiis sortilegiis philateriis ... ligaturis ... astrorum horoscopis, calisu... toxibus, quibus demones putant curiosos et vanos homines, qui iuxta sentenciam apostoli sanam doctrinam non ferunt, sed ad sua desideria coacervant sibi magistros prurientes auribus, et a veritate auditum avertunt et ad fabulas convertuntur. Huiusmodi artes noxie superstitiones ex quadam pestifera societate demonum et hominum venientes quasi pacta infidelis et dolose amicicie constituta, sunt a catholicis repudianda et fugienda, sicut dicit Augustinus in ii° libro de doctrina christiana. Nam in omnibus huiusmodi generibus speciebus que sunt ex ipsis ... est exterius ut sunt cultus demonum, cultus stellarum et luminarium, cultus elementorum, cultus ydolorum, cultus ymaginum, cultus figurarum caracterum et signorum, cultus ... et nominum, cultus temporum et horarum, cultus inicio rerum et rerum iniciatarum, cultus inventorum et rerum inventarum. Hec namque sunt doctrine demoniorum ad vicia instigatorum. Et quia per modum dictum scilicet nephandis excogitacionibus ymaginum et adinvencionibus earum, genus humanum inquit demones videbat et demones adorabat. Ideo benignus deus compaciens homini creature sue, verbum quod ab eterno genuit, humane carni et anime rationali univit, et se suam ymaginem sic unitam ab hominibus adorari voluit. Prophetis et apostolis ad liberacionem animarum suo spiritu inspiravit, non ad eventus rerum curiose cognoscendos sed ad virtuales operibus instruendos non contemplantes in astris corporalibus sed in eternis virtutibus operum. Quia non omnia cognoscebat in plenitudine sed cum gradus suos differentes illuminati sunt prophete, voluit dei filius per seipsum suam creaturam plenius erudire et eis condescendens descendere et verbum ad animam, ymago ad imaginem, veritas ad rationem, splendor ad splendorem, ydea ad ydolum, naturalis filius ad adoptivum filius ad naturam humanam descendit et sic ex deo ex eo tamquam ex veritate et sapiencia genus humanum non fallacie sed ex de monte sed veram revisionem de omnibus que ad cultum dei pertinet et ad re ductionem humane vite in suum originale principium habuit. Hoc est verum astrolabium Christus scilicet per quem in plenitudine veritas celestis clarescunt sub diversis articulis fidei, sicut fit in astrolabio ad dyrectorum xij horarum sub eadem regula diffusio solarium radiorum. Unde et dicuntur astrologi qui tota astra negociantur. Dicuntur etiam genethliaci, quia considerant dies natalicios, et genesios hominum per xij signa describunt, et considerantes quali signo natus fuerit eventum vite eius predicunt, hii vulgo dicuntur mathematici et antiquitus magi, cuius artis scientia sunt usque ad Christum permissa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de celo interpretetur ut dicit decretum. Et genuina dicit quod requirere stellarum conversiones et eventus ex hiis futurorum rimari, hoc est orbem egypti, quod

transito iordane hoc est suscepto baptismate non desiderent exerceri et maxime
in hiis que sunt fidei. Secundum autem Haymonem ymago bestie dicitur
fides illius vel simulacio eius qua se simulabit esse filium dei mortuum
et resurrecturum. Et eis hoc habitantes in terra faciet ymaginem
bestie quia fidem illius tenebunt et se conformes illi faciet et simu:
lacionem eius imitabuntur tamquam vere sit filius dei et veraciter re
surrexerit a mortuis. Hec autem plagam gladii et vixit, id est eum qui
dictum est antichristus se dicet interfectum et resurrexisse a mortuis. Et
datum est illi, id est ipsis ministris antichristi permissum est a deo ut darent
spiritum ymagini bestie, id est ut plenitudinem sancti spiritus in eo requiescere
dicerent predicantes eum plenum esse divinitate. Et scilicet datum est illi
ut loquatur ymago bestie, hoc est non solum spiritum in eo requiescere dicet
sed etiam predicabunt illum loqui verba vel predicere per spiritum prophetie
futura tantum namque signis et miraculis prevalebit ut a suis spiritu sancto
plenus credatur et ventura predicere posse estimetur. Vel sic datum
est illi, id est permissum illi scilicet bestie, id est ministris antichristi bestialibus ut
daret spiritum scilicet malignum, vel spiritum conflandi ymaginem bestie, id est
conformibus antichristo, ut loquatur ymago bestie, id est ut conformes an
tichristo loquantur variis linguis vel prophetent de futuris sicut datum
est apostolis loqui linguis et de futuris etc. glossa. Sed hoc quod ymago
bestie dicitur impietas ipsorum pseudo discipulorum et eius adhe:
rencium conformans se ipsi antichristo. De quibus vicitur illud iii Regum
ultimo egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum
sicut discipuli Christi portant ymaginem eius scilicet imitatores sive vite
i Cor xv sicut portavimus ymaginem terreni portemus ymaginem celestis.
Et eis hoc patet quod multi adorant bestiam et portant ymaginem eius.
Multi enim antichristi sunt i Johannis 2° unde omnes mendaces et simulatores
et ypocriti per vitam perversam et avari preponentes amorem terrenorum amori
divino. Avaricia vero est simulacrorum servitus ad Coloss 3° et avarus
ydolorum servus ad Ephes 5°. Unde Crisostomus super Johannem omel 64
sicut infidelis simulacrum lapideum facit sic avarus aurum est
ei simulacrum simulacrum et pro templo archam constituet. Et sequitur
plus obediunt isti avaricie quam illi ydolis. Quod enim eis dixit facite obe:
diunt. Avaricia dicit presume, sis omnibus omnia ignora nam et parentes
contempne domum ymola in terram et pomna obediunt. Et ille. Et ibi
multum de hoc. Similiter gulosi quorum deus venter est ad Phil 3°.
Portant ymaginem bestie et adorant eam, contra Non adorabis deum
alienum soli glossa de hoc et orig omel 2 super librum Judicum tractans
illud verbum servierunt scilicet Judei post mortem Josue baalim et de:
reliquerunt dominum deum patrum suorum. Et hec quidem fecerunt antiqui
sed omnia que scripta sunt non propter illos sed propter nos scripta dicuntur. In
quos fines seculorum devenerunt videamus ne maiore ex parte
de nobis hec quam de illis dicta videantur. Nam nobis consuetum
peccamus et captivi ducimur in lege peccati, genua nostra curvamus
baalim sed non in hoc vocati sumus. Nec ad hoc credimus ut iterum
serviamus peccato et iterum flectamus genua dyabolo, sed ut fle:
ctamus genua in nomine domini Jhesu in cuius nomine omne genu
flectitur etc. Et ut flectamus genua ad patrem domini Jhesu Christi
ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. Et subdit. Sed quid
michi prodest si genua corporis mei veniens ad oracionem flecta deo, si
genua cordis mei flectam dyabolo. Si enim non steterem firmus adversus
insidias dyaboli flexi genua mea dyabolo. Et si non constanter steterem ad:
versus iram flexi genua mea ire. Similiter et si non constanter adversus
libidinem restiterem flexi libidini genua cordis mei et sic in singulis
quibuscumque que contraria sunt deo. Hec facere videbor nisi constanter et fortiter
steterim sicut illi fecerunt qui coluerunt baalim et dereliquerunt deum patrum
suorum qui eduxit eos de terra Egipti. Non igitur putemus quod ideo videmur

simulacrum colere. preter hoc omnia non etiam ad aliquos usum plurimum. unusquisque
enim quod preceteris colit quod super omnia miratur et diligit, hoc
ei deus est. denique hoc est quod ante omnia et super omnia per mandatum
suum deus deposcit ab homine. diliges inquit dominum deum tuum ex toto
corde tuo. et ex tota anima tua. et ex totis viribus tuis. occupare qua-
dammodo erga se cupiens totos humane mentis affectus. sciens quia quod
ex toto corde quis dilexerit et ex tota anima atque ex totis viribus
hoc ei deus est. discutiat igitur inter unusquisque semetipsum et tantum
ex toto corde recenseat que in eo potissimum et super omnia cetera flama
ardoris vel amoris exestuet. quibus enim ardencior ceteris foveat
affectus vos ipsi de hiis hec tota iudicium. In statera hec vestri exa-
minis appendite. Et quicquid id est quod in dilectionis lance preponderat
hoc ubi deus est. Sed vereor ne apud quosdam preponderet amor auri et
avaricie ponderis pressa satis lance demergatur et utique dicetur ad hunc
Non potes deo et mammone id est avaricie servire. vereor et in aliis ne
libidinis et voluptatis amor in eum preponderet. et usque ad terram demergat
In aliis amor glorie secularis et humane dignitatis cupiditas super
omnia preiacet. Et valde paucos arbitror esse qui inter semetipsos me-
ciecius affectus suos et statere eos equitate pensantes inveniant quod di-
lectionis dei pondus super omnia cetera que sunt humana preponderet. hec ille
Ne ergo hec peccata in nobis preponderent diligamus deum super omnia

Et faciet ut quicumque non adoraverit ymaginem bestie occidantur. Et fa-
ciet omnes pusillos et magnos et divites et pauperes Et liberos et ser-
vos habere caracterem in manu dextra aut in frontibus suis Et ne quis
possit emere et vendere nisi qui habeat caracterem nominis bestie. aut
nomen aut numerum nominis eius. hic est sapiencia Qui habet intellectum con-
putet numerum bestie Numerus enim hominis est et numerus eius est sexcenta
et sexaginta sex Positis duobus effectibus predictis bestie scilicet ipsius
adoracione et signorum miraculosorum effectione Subiungit tercium
eius effectum. qui est de adorande ymagine bestie et portande eius
caractere coaccione dicens. Et faciet ista bestia secunda id est multitudo predicatorum
antichristi ut quicumque non adoraverit ymaginem scilicet malem bestie. de qua
dictum est supra in littera inmediate precedenti. occidatur id est interficiatur
Rursus nunc superbia mentis in honoribus adeptis non quiescit [illegible] apostolus
velut mare fervens intumescit. Antichristo superbissimus ad imperium pro-
motus tanto fastu elacionis rapietur ut ipse solus deus ab omnibus
reputetur. instigante eum dyabolo qui in illo habitabit. qui in primordio sue
creacionis equalitatem divine maiestatis sibi voluit usurpare. hoc expresse
dicit apostolus 2 thessalonicenses 2o Adversabitur et extolletur super omne quod dicitur deus
aut colitur. ita ut in templo dei sedeat. glossa id est in ecclesia vel in templo
destructo a Romanis quod iudei tunc reedificabunt. quando se facit
et deus hoc idem dicit daniel libro xo capitulo penultimo Et hec erit illa principalis
abhominacio desolacionis dicta a daniele capitulo 9o de qua Christus dicit. Mathei 24
Cum videritis abhominacionem desolacionis dictam a daniele stantem in loco
sancto. tunc qui legit intelligat. Abhominacio namque desolacionis. erit vel
est adventus antichristi. eo quod sacrilegus in sanctis locis vel melius in suis
subditis mentem interiora contaminabit. sedens iuxta historiam in templo ut
sibi divine venditet solium potestatis. Unde hylarius. abhominacio ex eo
dicta est quod adversus deum veniens. honorem dei sibi vendicet. desolacionis
autem abhominacio. quia bellis et cedibus faciet eam a divino cultu fieri
desolatam atque ob id a iudeis suscepturus in loco sanctificacionis instituetur
ut ubi sanctorum precibus deus invocatur. illic ab infidelibus recepta dei
honore venerabilis sit. hec ille Et ambrosius super lucam exponens istud
verbum Salvatoris Stantem in loco dicit Completur inducitur stare

eo quod in affectibus singulorum vestigium presidere sive confirmare desiderat ex sen-
tentiis differentibus se esse christum. Ex quo patet quod velit reputari christus
in lege promissus. Primum autem signum ad sciendum quod non sit christus erit
ista iactantia. Unde Origenes super Matheum dicit: hoc solum sufficit
ad cognoscendum seductorem antichristum quod dicet ego sum christus, quod nunquam
legitur christus dixisse. Sufficiebat enim ad credendum quod ipse esset christus opera
dei et sermo que dicebat et virtus ipsius. Hunc christus predixit ei
non esse credendum. De Mathei xx. Si quis vobis dixerit hic est christus aut
ille, nolite credere etc. Vel ex aut a quibusdam queri an in impositione
nominis antichristus vulgariter debeat appellari christus aut quomodo. Vide unde
beatus Ambrosius super Lucam de Elemiet qui christi nomen sibi usurpet. Que
licet ex appellatione nominis negabis servire, factorum tamen consideratione
discernes. Ex quo patet quod ille pessimus qui in se vel in suis membris
nomen sibi christi usurpabit, appellatione non possit a christo secerni. Con-
stat autem quod si hoc nomine vocaretur, ipso suo vocabulo a christo secernetur.
Et ideo satis clare videtur quod licet ille filius perditionis talis antichristus
esse debeat, quia contrarius christo, tamen hoc nomine non appellabitur ex impo-
sitione sed quodam alio nomine, tamen quia si hoc nomen antichristus sibi
imponeretur, minus per ipsum dyabolus posset fallere mundum, quia iste
enim nomine malitia ipsius omnibus panderetur. Tamen et quia volet
vocari et reputari christus. Non igitur videtur quod sathanas qui per illum
mundum volet decipere et in eo christus appellari, permittere debeat
quod nomen antichristus, quod est contrarium nomini christi, sibi imponatur. Sed sic salvator
licet vere fuit christus, tamen hoc nomen christus non fuit impositum, quo
vulgariter aut homines vocaretur, sed nomen Jhesus. Ut Luce ii et secundo
dicit ille persecutor erit antichristus, sed tamen hoc nomen illi non imponetur
sed aliud nomen congruum ad decipiendum. Et beatus Gregorius 29
moralium tractans illud apostoli 2 ad Thessalonicenses 2o et extolletur super omne quod
dicitur deus et colitur, dicat: Deus dicitur aliquis homo, ut illud quod ad Moysen
Exodi vii: Ecce constitui te deum pharaonis. Deus vero coli
purus homo non potest. Quia vero antichristus et super sanctos quosque homines
et super ipsius potentiam divinitatis se extollet, per exactum sibi nomen
gloriam et hoc quod deus dicitur et hoc quod deus colitur transire conabitur.
Et ibi beatus Gregorius notat in quantam superbie foveam cecidit, qui
in mensura ruine qua lapsus est non pensavit. Dyabolus quippe ut ille
in statu superne conditionis elata mente torqueret, ut vel ille diceret: Ascendam
super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Vel iste audiens crederet:
aperientur oculi vestri et eritis sicut dii. Uterque vero cecidit, quia esse
deo similis non per iustitiam sed per potentiam concupivit. Sed homo
per eternam beatitudinis, qui dei similitudine perverse appetendo cecidebat,
in statu donis sui longe deo impare se esse agnoscens clamat:
Domine quis similis tibi. Dyabolus vero in lapsus sui ruine iuste di-
missus in nequitia sue ruine immense permansit. Et quanto diutius
ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis elatum cumulavit. Nam
qui ideo cecidit quia perverso ordine deo similis esse voluit, convers... perductus est
ut in antichristum veniens videri similis deo dedignetur, atque enim quem habere
non potuit superbus equalem dampnatus inferiore putet. Nam cum de illo dicitur
extollens se super omne quod dicitur deus et quod colitur, aperte monstratur
quod appetendo dudum dei similitudinem quia iuxta deum se erigere voluit, sed in
sublimi culpa crescendo iam se super omne quod deus et dicitur et colitur
extollet. Hec ille. Notandum quod istam prophetiam danielis plures docto-
res varie capientes dudum fuisse adimpletam huiusmodi asserunt. Etenim
huiusmodi prophetia scripta danielis ix sub hiis verbis: In dimidio ebdomade
deficiet hostia et sacrificium. Et in templo erit abhominatio desolationis et
usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio. De hac vero prophetia scri-
bens Augustinus ad Esicium dicit fuisse sub Adriano imperatore qui dictus
est helius.

dixit adimpletum qui ymaginem suam siue quam contrariam ydolum in
templo dei erexit, qui confracta urbem et templum funditus euertit
alii vero a diuisis temporibus ebdomadas pro annis computantes [illegible] xo ipa
dicunt eam impletam, vt vel qui pylatus ymaginem tiberii Cesaris
in templo posuit Vel qui herodes ascalonita Gay Cesaris ydolum
in eodem collocauit, quod nec multum refert. Verumtamen si ipsius prophetie
allegacio per xpm ad presentem textum ewangelii, verba quam saluatoris
considerat, clarissime liquet eam temporibus antixpi fore adimplendam. dum
ipse perdicionis filius, non sine electorum persecucione seuissima ac inesti-
mabili in ecclesia militante eleuabitur. Quoniam ipse Saluator post descripcionem
huius horrende desolacionis, mox suum predixit aduentum. Ad ultimum
instantem quam huius seculi finem demonstrauit. vt ex textu sequenti
Nec obest illud quod dicit augustinus dictum est ac de ceteris doctoribus
qui dictam prophetiam dum dixerunt impletam quia facilis quam concordia sup[er] hac
habetur. Si diuinorum eloquiorum subtilitas bene scrutatur. hanc enim
vbertatem habent quedam diuina eloquia. quod sub eadem littera duplicem sensum
possident litteralem. sicut in quibusdam simbolicis et figuratiuis locucionibus
declarat dionisius in primo celestis ierarchie. Nam per quosdam sermones
prophetantibus ita nobis loquitur quod non solum secundum sensum significatum tunc
rebus [illegible] nobis denunciat, sed vlterius per illum secundum significatum, alia de-
nunciare intendit. iuxta quod dicit apostolus ad hebr. primo Multipharie
multisque modis olim loquens deus patribus in prophetis Sic ii de dauid
et Salomone plurima dicta sunt que in eorum persona sunt partim adimpleta
tamen ut erat figura et restant adhuc implenda Sic tempore vltimi
templi destructo et sacerdotali regulis dissipato. In quo cesaris ydolum
in templo fuit eleuatum. potuit esse. et est typus ac signum tribula-
cionis extreme. quam patietur ecclesia dum statua principis tenebrarum
et perdicionis simulacrum antixpi erigetur in loco sancto. Sic non repugnat quod
danielis prophetiam quo ad signum fuisse impletam, et quo ad signatum
adimplendam manere scilicet tempore antixpi, de quo dicitur in littera quod faciet
scilicet bestia secunda per suam suasionem et principum statuum potestatem, vt
quicumque non adorauerit ymaginem bestie id est statue facte ad similitudinem et
honorem antixpi sicut illius [illegible] [illegible] [illegible] Quod figuratum
fuit danielis iiio vbi preceptum erat, quod omnes interficerentur qui non ado-
rarent statuam auream quam nabuchodonosor erexerat Dan. ii ibi
Si qui non prostratus adorauerit statuam mittetur in fornacem ignis Et non
solum hoc sed ut prosequitur littera faciet omnes pusillos et magnos
[illegible] ad [illegible] [illegible] et diuites et pauperes [illegible] ad [illegible] statuas
et liberos et seruos [illegible] ad [illegible] [illegible] habere caracterem in manu
dextera id est caracterem nominis antixpi, siue inscripcionem xiii augustini aut in
frontibus suis, per quod cognoscantur esse de familia antixpi Sic ut
iudei portant euidencia signa per que cognoscuntur esse iudei Et ne
quis possit emere aut vendere ad litteram aut glose [illegible] contractu empcionis
vel vendicionis cum aliis hominibus habere [illegible] ut xani fiet excommunicati
Ysidorus ix abhominantur impii eos qui in via recta sunt. Nisi qui habeat
caracterem id est signum nominis bestie scilicet per quod manifeste videatur et
noscatur portitor ad antixpm pertinere. Aut nomen bestie scilicet ut vocetur ab
antixpo antixpianus sicut a xpo vocantur xpiani. Aut numerum nominis eius id est
caracterum [illegible] qui [illegible] litteris quibus nomen eius scribitur continetur aut Richardus
Et hoc totum fiet vt boni non possint latere Sed ut cognoscantur et occidantur
Sequitur Qualiter aut faciet omnes pusillos etc habere caracterem. quia multi
erunt electi qui caracterem non portabunt Dicendum quod hic est distribucio pro
generibus singulorum non pro singulis generum id est de magnis et pusillis et mul-
tos faciet caracterem portare Vel sic faciet omnes pusillos et magnos
scilicet corpore aut corde diuites et pauperes scilicet censu aut [illegible] sensu. liberos

et servos scilicet iusticie vel peccati . habere caracterem secundum haymo pusilli sunt
qui malum quod intelligunt volunt perficere sed non possunt . magni qui
in libitum suum operantur malum . divites terrenarum rerum possesso-
res vel etiam superbi . Nam ille suos multos ditabit divitiis pro quibus
in superbiam nimiam elevabuntur . pauperes vero fide et bonis operibus
intelliguntur . liberi vero et servi . sunt alieni a iusticia et servi peccatorum
facti . Talibus namque dicit apostolus ad Ro. vi . cum servi essetis peccati
liberi fuistis iusticie i. alieni fuistis a iusticia . Hii omnes habebunt
caracterem bestie modo dicto . Et ne quis quod faciet ne quis possit emere
vel vendere nisi portaverit caracterem . magis quam de aliis actibus . secundum
Richardum quia ideo ut hac utilitate compellantur et adorare appellantur
antichristum . sive ut vendentem et emptorem non possit rempublicam bene dis-
pensare . Item vendentes et ementes per diversas mundi partes evagantur . Ideo
ut deferant nomen antichristi per mundum . cogentur portare caracterem
eius . Vel aliter per imaginem bestie significantur abscondita sue nephande
religionis secundum Richardum et in hoc sensus est litere . Et faciet scilicet
illa bestia que corpus antichristi significat secundum glo. ut quicumque non ado-
raverit ymaginem bestie i. quicumque noluit fidem antichristi tenere . vel
eius simulacrum imitari . qua se dicit esse filium dei . Vel quicumque non
audierint eos ut colant antichristum pro deo secundum haymonem interficiuntur
scilicet ab illis et ab huius seculi principibus . sicut helias et enoch
et alii multi . Vel sic faciet scilicet dyabolus vel antichristus . ut quicumque
non adoraverit ymaginem bestie i. pseudo apostolos sibi conformes
non honoraverit et eis obedierit . occidetur scilicet corporaliter . quod
multo melius est quam ymaginem bestie adorare . quia quicumque eam ado-
raverint spiritualiter occidentur . Et faciet dyabolus vel antichristus vel totum
malorum cetus omnes pusillos et magnos etc. habere caracterem
i. vite et doctrine conformitatem . in manu dextera i. in opere manifesta
aut in frontibus suis scilicet per apertam oris confessionem . Ut dilucide
appareat quod sunt ministri antichristi . et ut sit sine verecundia confitentur
ipsum esse dominum suum et magistrum . et se discipulos et servos eius . Et
ne quis possit emere aut vendere etc. Secundum haymonem Gregorium . istud
spiritualiter est intelligendum . Dominus quippe committens suis fidelibus talenta
talenta doctrine dicit . Negociamini dum venio . Luce 19 . Et bene predicatio
negociacioni comparatur . Sancti enim doctores . doctrinam prerogant et fide
a populis reportant . fidem imprimunt et eorum conversionis vita sumunt
Tempore vero antichristi Nemo talium i. bonorum predicatorum poterit vendere
vel emere . i. nemo poterit libere Christum predicare . quia carceribus
retrudetur et numquam interficietur nisi qui habuerit caracterem bestie
i. illius tenuerit fidem . Et nomen eius . et numerum nominis eius i. con-
fessionem eius in ore et conversacionem in opere . Unde Beda per caracterem
misterium iniquitatis designatur . quod ypocrite et reprobi tam ex certam
quam nunc sub antichristi nomine acceperunt in opere et professione . Nam in
manum scilicet operacio . in fronte fides vel fidei confessio secundum haymonem
habent ergo caracterem in manum dextera et in frontibus suis . Et ubi
debuerunt habere pura opera virtutum et fidei . ibi inveniuntur maculata
criminibus deturpata . Iudei caracterem eius habent in manu dextera . quia
dyaboli opera faciunt et antichristi . habent et in fronte . quia credunt in eum
et illum expectant recepturi . iuxta id salvatoris Iohannis v°. Ego
veni in nomine patris mei et non suscepistis me . veniet alius in
nomine suo et illum suscipietis . Similiter habent et falsi christiani . qui fide
volventes habent . si opera fidei non habent . hic tamen precipue ad illud
tempus antichristi qui mali sequuntur eum verba fidei et racionem secundum haymonem
Sic ergo discipuli christi . debent portare caracterem christi sine exemplum eius in
bonorum operum execucione et in fidei professione . De quo signo dictum est
Ez. viii . Donec signemus servos dei in frontibus eorum . Et sic non sit dignus

vende dispensando divinam predicationem . et eme . animas scilicet ad fide con
vertendo nisi habuerit dictum caracterem christi . De qua vendicione
prouerbiorum ultimo Sindonem fecit et vendidit . Job xxix . Non calcabunt
eam filii institorum . Quod exponit Gregorius moralium 21 . de predi:
catoribus et spirituali negociatione que fit tunc predicatorum prebet
toribus . et ab eis fidem et opera recta percipiunt . Et Job glossa . divi:
dent illam negociatores . Ubi dicit idem Gregorius 33 moralium
ysaye 1v . Omnes sitientes venite ad aquas scilicet sapientie et doctrine
et qui non habetis argentum scilicet divitiorum eloquiorum . emite et come:
dite . quia vobis incorporate . Sic pseudo antichristi . habebunt caracterem
bestie . quia imitatorem christum antichristi . et professionem errorem suum . nullus aliquis
poterit tunc vende dispensando predicationem . nisi fuit imitatus
impietatem illius in opere et professus fuerit eius errorem in ore
Unde dicit Apostolus 2 thi 4 . Erunt tempus quando sanam doctrinam
non sustinebunt homines sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros
prurientes auribus etc. . vel eme scilicet intelligentiam veritatis studendo
aut vende scilicet docendo vel predicando . Auditores signum labore
studii emunt sciam . doctores autem vendunt predicando . Prouerbiorum 23 Ve:
ritatem eme et noli vende sapientiam pro solucione temporali sed spi:
rituali . quia pro fide et pena audietur . Sed cum doctores vendere
doctrinam sciam . Edicto namque generali . antichristus per suos ministros
ubique verbum prohibebit ne quis quaerat caritatis . sed ut excommunicati
ab omnibus evitentur . ex quo fiet ut nullus ad seditionem atque
caritatem provocat . ut ad audiendum verbum dei . propter quod tunc certe predicatio
cessabit ut dicit mokli . glossa super illo Johannis . Que pervaluit vocatur
Sodoma quia muta . quia tunc nullus audebit de christo predicare et quia
tota iniuria antichristi et suorum ministrorum erit . ut nullus alius ab
hominibus deus constituatur . etsi extinguitur nomen christianitatis . ideo signum
istius professionis inique . tunc habebunt antichristo adherentes . ut nullus
inideat emitare alterum ex hiis qui signum illius professionis non habebunt
Hoc autem sequitur evidenter in christo tunc opprobrium et verecundia erit ,
christiani boni tunc postea vitetis et fides erit obprobrium . Unde Gregorius
xx moralium exponens illud Job xxx . Nunc in eorum canticum versus
sum dicit . Quibus verbis illud certe sanctorum temporibus exprimit . quod a reprobis
publice irridetur . qui nimpe crescentibus in obprobrium erit fides
et veritas erit in timore . tanto quippe tunc unusquisque erit despectior
quanto iustior esse poterit . et tanto abhominabilis quanto laudabilis
et Subdit Sancta itaque electorum ecclesia tunc afflictos opprobrium pius
efficitur . quia cum bonos mori per tormenta compellunt . ab eis simul ve
maledictionibus summet . Quo in honestoriam mortem vident . si per:
manentem vitam non videt . tunc magis deridendo mala pervalescunt
quanto infusionis per intellectum ad bona permanentia non pertingit
Tunc sancti generaliter clamabunt ad dominum dicentes illud psalmi . Posuisti
nos obprobrium vicinis nostris subsannationem et derisum hiis qui in circuitu
nostro sunt . Posuisti nos in similitudinem gentibus commotionem capitis in
populis . Tota die verecundia mea contra me est et confusio faciei mee
cooperuit me etc. . In hiis tamen gemitibus et clamoribus ad divinam
misericordiam recurret dicentes illud psalmi . Miserere nostri domine miserere nostri
quoniam multum repleti sumus despectione . quia multum repleta
est anima nostra obprobrium habundantibus et despectio superbis . Sed interim
tunc deus ecclesiam suam derelinquet omnino desolatam . Sicut ut hanno
dicit Ista vocatio non cessabit in hiis qui fuerint electi . qui prout
valuerit tuletur ubi divini curabunt exoptare . Ad has enim
nundinas illi negociatores occurret eximii helias videlicet et enoch
qui sua predicatione et conversatione merces certe preclaras ondet . ut non
solum christiane fidei deditis Sed etiam ipsi eas recupisseret qui caracterem
bestie videbantur habere . Dius de uno eorum dicitur . helias veniens restituet

XIII

vobis omnia. Math. 18. veniet et restituet omnia; quia ad hoc huic mundo restituetur, ut et predicationis ministerium impleat et carnis debitum, ut dicit Gregorius XX moralium c. 24. Contra in littera sequitur commendatio profunditatis et attentionis intelligentie predictorum insinuatio. Et ad cavenda mala ipsius bestie instructio cum subditur: Hic est sapientia, id est res occulta ad intelligendum, quod capere est proprie sapientium. Unde glossa: quia res est obscura, ideo attentos facit. Qui habet intellectum, scilicet quo possit in intelligendo penetrare, computet numerum bestie, scilicet qui ex significatione litterarum constituitur, quibus nomen eius scribitur, ut ait Richardus et Haymo dicit, obscuritatem huius loci considerans beatus Johannes intentum voluit facere lectorem, atque ideo eum premonuit, ut numerum bestie comperiret dicens: Qui habet intellectum, scilicet vivacitatem et penetrativum occultorum, computet numerum bestie, quia aut possit computari declarat, quia cum subiungit: Numerus enim hominis est. Ac si diceret secundum Haymonem: attendite diligenter, quia purus homo fiet antichristus, plenus tamen demone, non deus sicut ipse mentiendo dicet. Preterea numerus eius inveniri potest ab homine, non numerus dei, cuius sapientie non est numerus, ut dicit in psalmo, quamvis antichristus per hunc numerum se velit estimari deum, ut ait Richardus. Et ut [illegible] nos huius numeri cognitioni vicimiores faciat, ipsum numerum evidenter manifestat dicens: Et numerus eius est sexcenti sexaginta sex. Et de expositione huius numeri loquitur hic expositores prolixe, scilicet Haymo, Beda, Joachim, Ambrosius et Richardus et glossa. Dicit enim Haymo quod omnes libri novi testamenti greco sermone sunt scripti preter evangelium Mathei et epistolam Pauli ad Hebreos. Cum ergo hic liber sicut ceteri grece scriptus sit, predicto sensu huius loci more grecorum est requirendus, apud quos singule littere numeros certos in se continent et significant seu representant. Apud grecos igitur hec sunt huius nomen Antichristi, quod dicitur hic 666, cuius signum primum est Teuis honori, quod nomen ille sibi conveniat, quod dicitur antichristus id est contra Christo. Quamvis signum aut dicti dictionis, cuius cum littere secundum grecos accomodatum est 666. Sicut in latino quedam littere secundum usum accomodate sunt ad significandum numeros, sicut hec littera C ponitur pro centum, D pro quingentis, L pro quinquaginta, et sic de aliis, ita similiter in greco quedam littere ponuntur pro numeris. Et ille littere quibus scribitur hoc nomen Antichristi in greco signant hic numero 666. Preterea quod in aliquibus libris ponitur sic: numerus enim hominis est et numerus eius est dic lux, quel dicto sic apud latinos numerum predictum per litteras quibus scribitur, quia littera D ponitur pro quingentis, C pro centum, L pro quinquaginta, V pro quinque, X pro decem, et sic sunt iuncta faciunt 666. Similiter in hoc nomine Anteimos secundum grecos A significat unum, N quinquaginta, T trecenta, E quinque, M quadraginta, O septuaginta, S ducenta, quorum omnium summa constituit 666 secundum Richardum. Per hunc ergo numerum qui continetur in nominibus antichristi volet ipse se deum appellare, scilicet sapientibus et clarius nominis sui cognitione scientibus homo purus apparebit, quod dicit Johannes in littera: Qui habet intellectum computet numerum bestie, scilicet hinc queritur, quare talis numerus competit antichristo. Responsio secundum Richardum, quia per sex minima perfecto, per sexaginta mediocris, per sexcenta maxima. Quia ergo in omni gradu malorum est perfecte malignus et bonitati electorum in omni gradu inveniatur perfecte contrarius, itaque et minima mala incipe mediocria procedebit consummare, ut maxima non desinat manutenere. Et ego insipientia bona atterere, ne perfecta impedire ac perfectum secundum possibilitatem non cessabit minuere, quo contra ergo comprehenditur sub tali numero qui in minimis et mediocribus et maximis bonorum perfectionem perfecte contrarius invenitur ille. Sed tunc queritur quare dicitur ille numerus esse hominis et ostendit eum esse hominem. Respondeo secundum Joachim quod in sexcentis continetur totum tempus pertinens ad sex etates, in sexaginta tempus pertinens ad sextam etatem

Capitulum

In sex temporibus sextum esse in quo regnaturus est antichristus. Illud enim senarius est numerus laborum. Sexto enim die creatus est homo, qui in peccato prius additus est labori. Gen. 3° et Job 5°: Homo nascitur ad laborem. Numerus ergo ille qui cursum mundi misterium gerit, tempus labore hominis est. Qui non diligunt spiritualia homines sunt, iuxta illud prophete: Sciant gentes quoniam homines sunt. Et quia totus labor antichristi erit pro gloria mundi et pompa seculari et pro gloria humana reverentia, ideo merito dicitur iste numerus, quod est homo, humana sapiens, iuxta quod ait propheta: Exurge domine non prevaleat homo. Sunt et alia nomina iuxta Haymonem et Ambrosium antichristi quibus iste numerus significatur, scilicet Arnoyme quod interpretatur negans. A enim unum significat, R centum, N l, O lxx, Y cccc, M xl, E v, que simul collecta faciunt predictum numerum. Item est aliud nomen scilicet Teytan faciens eundem numerum. T enim est trecentos, E v, I x, T trecentos, A unum, N quinquaginta, que sunt iuncta faciunt eundem numerum. Et uno istorum nominibus utitur scilicet Antemos, quod interpretatur contrarius honori, quia ipse veritati rebellis fiet. Item Arnoyme quod interpretatur negans, quia Christum negabit deum esse, se quoque deum confitebitur. Item Teytan quod interpretatur sol vel gigas, [illegible] apparentis excellentie vel potentie. Item [illegible] lux [illegible] appellatus secularis [illegible] simulabit enim se habere rem apparentem et exteriorem [illegible], que Christus habuit re veritatem. [illegible] isto nomine [illegible] Haymo [illegible] simul et alii expositores. Vel sic in hoc numero scilicet 666 triplex est senarius scilicet unitatum, denariorum et centenariorum. Primus senarius perfectum [illegible] quia in sex diebus omnia sunt perfecta. Gen. 1°. Secundus senarius scilicet denariorum significat perfectionem [illegible] que consistit in observatione decem preceptorum. Tertius senarius significat perfectionem consiliorum [illegible] scilicet premium quod debetur perfectis. Nam [illegible] centesimus illis debetur scilicet virginibus et predicatoribus. Prima ergo antichristus habebit numerum in quo significatur perfectio [illegible] gratie et glorie, que [illegible] perfectio est a solo deo [illegible] deo [illegible] tribus videbitur esse duobus capitulis [illegible] per hunc numerum videbitur purus homo, quia totus per senarium describitur et perficitur. In quo datur intelligi quod ille cui numerus iste competit erit pura creatura. Nam senarius est numerus operationis creature [illegible] creature sex diebus sunt facte. Aliter adhuc alii dicunt quod per senarium cuius partes aliquote totum perficiunt [illegible] perfectio fidei, cui nichil est addendum vel subtrahendum, scilicet simpliciter credendo ut determinant scripture. Et sicut senarius non sunt nisi tres partes aliquote scilicet unum duo tria, sic fides non est nisi de tribus, scilicet de trinitate personarum, de dualitate naturarum in Christo aut unitate essentie [illegible] personarum. Hec est prima perfectio et maxima, quia sine hac nemo potest placere deo. Ad Hebr. XI. Per sexaginta vero significatur perfectio duplex: una fidei propter senarium, alia operationis propter observantiam mandatorum. Sexaginta enim fiunt ex senario ducto in denarium, quia sexties decem sunt lx. Et hec est perfectio 2ª et maior quam prima, quia fides sine operibus est mortua. Jacobi 2°. Per sexcenta vero significatur 3ª perfectio scilicet fidei propter senarium, operationis propter denarium et supererogationis propter impletionem consiliorum, quam induit caritas que significatur per centenarium. Et hec est perfectio maxima sine qua parum valent alie due, [illegible] esse fides informis. Item possunt aliqui servare mandata sed ex timore [illegible] parum valet nisi addantur consilia quod totum perficit regula caritatis. I Cor. XIII. Prima igitur hanc trinam perfectionem vel potius premium quod debetur huic trine perfectioni [illegible] antichristus sibi, ideo [illegible] ab eis duobus, quia huiusmodi [illegible] solius est dei, sed a sapientibus per hunc numerum cognoscetur esse purus homo [illegible] predictos modos [illegible] perfectus, tamen senarius sit numerus operationis, quia sex diebus omnes creature sunt perfecte, ideo per ipsum tamen significari esse creatura non creator.

(Margin, left:) quia dicitur est sole iustitie et [illegible] [illegible]

Et ideo antixpus qui per dictos modos describitur apparebit esse purgatio in malicia perfectus. Hic est igitur sapientia scilicet ad hoc intelligendum est sapientia necessaria vel hic attendere et cogitare est sapientia vel quia in ipso quando tanta erit tribulatio sapientia est ad cavendum dampnum necessaria. Et quia res est obscura multum ideo attentos reddit auditores dicens qui habet intellectum idest sensum et graciam intelligendi mysteria et obscura computet numerum bestie idest literas nominis eius quibus probet ipsum bestiam vel antixpum esse perversum hominem. licet se dicat deum. Numerus enim hominis est idest per quem probatur esse homo Et numerus eius est. 666 vel litere nominis eius talem numerum significantes. Vide ut supra in c. xi.

Et vidi et ecce agnus stabat supra montem syon, et cum eo centum xl^ta quatuor milia. habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis / Capitulum xiiii^m

Apocalypsis continuatur sic ad precedencia. Prehabita pugna ecclesie et antixpi sub specie mulieris et draconis Et etiam descripta familia draconis hic ista parte describitur familia ecclesie et adiutorum collatum ipsi ecclesie Et dividitur ista pars in duas partes principales. primo ponitur adiutorum collatio ecclesie. et familie eius descriptio Secundo punicio vel vindicta mundi infligenda in utraque militia ibi revelatio. ibi. Et vidi alium angelum Prima pars quatuor innuitur. primo familie ecclesie multitudo cum xpo coniunctio. Secundo voce exprimens dignitate Illius familie auditio ibi Et audivi vocem. Tercio privilegiatum pro: gratiam eiusdem familie expressio. ibi Et nemo poterat dicere canticum Quarto generalis privilegii universalis ratio ibi. hii sunt qui cum mulieribus vel sic In prima parte capituli perfecti martires, hii qui incorruptionem virginitatis et per tormentum passionis agno celesti sociari merentur qui inter omnes apud deum digniores sunt. et ei Dominus appropinquant ab octo privilegiis commendantur scilicet a sublimitate perfectionis cum dicit vidi supra montem syon. a sonoritate predicationis ibi Et audivi vocem tanquam etc. A iocunditate collaudationis ibi Et cantabant quasi canticum etc a singularitate exultationis ibi Et nemo poterat dicere etc. Ab immunitate corruptionis ibi. hii sunt qui cum mulieribus etc. ab integritate conversationis ibi. hii sequuntur agnum quocumque ierit. A fidelitate testificationis ibi. hii empti sunt ex hominibus etc Et a plenitudine fructificationis ibi. sine macula Sequitur autem etc. primo primum quod est perfectionis sublimitas dicitur in litera Et vidi Et ecce agnus stabat etc / Ad cuius partis evidenciam videndum qualis fuit ista visio, quid designetur per monte syon. quid per agnum. quid per stare agni. quid per centum quadraginta quatuor milia quid per ipsorum stare cum agno. quid per nomen agni et nomen patris eius Et quid per scriptum nomen in frontibus eorum. Ad primum dicendum quod secundum Richardum quatuor sunt modi visionum unde etiam tactum est in prohemio huius libri. duo corporales Primus scilicet quando exterius in se videntur. Alius est modus infimus visionis Et alius quando per oculos corporis, non corpus sed species seu ymago corporis apprehenditur, in quibus latet significatio mystica qualis fuit visio Moysi Exodi 3° qua vidit ignem in rubo Et duo spirituales quia ipse fiunt oculis cordis Primus est quando animus per spiritum sanctum illustratus formis et imaginibus rerum quasi quibusdam signis. ad invisibilium ductitur cognitionem / Alius quando spiritus humanus per internam inspiratiónem, subtiliter et suaviter tactus. nullis mediantibus rerum visibilium figuris sive qualitatibus. spiritualiter erigitur ad celestium contemplationem Secundum autem hoc ista visio, non fuit corporalis ut patet in prohemio. ut dictum est sed spiritualis. Nam ipse dicit quod fui in spiritu per eciam Richardum in spiritu non fuit spiritualis 2do sed primo videt enim oculis cordis ymagines et figuras rerum corporalium et visibilium. sic apparet per totum librum Sub quibus spiritualia et invisibilia intellexit. Ut hic repugnat

huic quod s[upra] dictum est [quod] ista visio Johannis fuit intellectual[is] q[uia] q[uam]vis viderit ymaginatas eas q[uod] se vidisse scripsit nullum t[ame]n ad: minimulum p[er]tinuerit sue intellectuali. Vn[de] [et] ydy fuerunt et omnes p[ro]phe[te] h[oc] p[ro]p[ter] alios s[o]l[icit]e ne vilesceret sua p[ro]phetia curiosis et ut occasio exercitii daretur studiosis. Vnde forsan in hoc fuit d[iffe]r[enti]a int[er] Jo: hanne[m] et p[ro]phetas o[mn]ib[us] veteris testamenti David excepto q[uod] yma: ginas q[ua]s illi videbant ad minimulum eis p[re]bebunt ad intelligen[tiam]. Johann[es] vero cuius animus effectus tangebat a sp[irit]u nullum. Vn[de] q[ui]d dicit. Et vidi s[e]c[undu]m visione[m] sp[irit]uali et intellectuali. Et ecce agnu[s] stabat. Per agnu[m] designat[ur] xp[ist]us racione innocencie. Est [enim] agnus immaculatus et incontaminatus. j. pet. j. Et tam[en] cum innocencia s[e]c[undu]m dominium universe racione. Iux[ta] illud ysaye xvj Emitte agnum domine dominatorem terre [et]c. Vnde non mirum si multi contra ipsum. Per stare vero agni desc[ri]b[i]tur sua firmitas et p[er]severancia in p[ro]tectione ecclesie. vel sua p[ro]mptitudo ad auxiliandum fidelibus suis. Stabat igitur agnus ut adiutor speculator pugil [et] p[ar]atus ad adiuvandum. Stare [enim] adiuvantis est ut Gregorius [super] moralium in principio. Vnde et Stephanus vidit filium hominis stantem a dextris virtutis dei. act vij. Ezech xl. Ecce vir erat [cuius] sp[eci]es quasi sp[eci]es eris stabat in porta. hic vero dicit q[uod] stabat sup[er] montem syon [per] que[m] ecc[lesi]a signat[ur]. Syon [enim] interp[re]tat[ur] speculac[io]. Per montem q[ui] significat ecc[lesi]a racione elevat[ionis] sublimitatis. Et per montem syon racione splendide contemplac[ionis] q[ui]a bona futura incessabiliter contempla[tur]. Et que mala sunt cavenda d[etermi]nat. Vn[de] p[salmus]. Qui confidunt in domino sicut mons syon. Et ysaye 2°. Et erit mons domus domini in vertice montium. Ezech. 43. Ista est lex domus in summitate montis. Omnis finis eius in circuitu sanctum sanctorum erit. Agnus q[ui] stabat sup[er] monte[m] syon. [quia] ipse xp[istu]s sue ecc[lesi]e ipsam adiuvando et p[ro]tegendo. P[salmu]s. Ego aut[em] constitutus sum rex ab eo sup[er] syon monte[m] [et]c. Vel sic est continuatur istud capitulum ad precedentia descripto dracone et fa: milia ipsius. a quibus mulier i[d est] ecc[lesi]a [con]tinue impugnatur. hic q[ui]ntum describitur agnus et familia eius. a quibus ecc[lesi]a sufficienter adiuvatur. Vnde sicut in precedenti descripcione incussit timore[m]. Sic in ista suggerit consolacionem. dum [enim] ecc[lesi]a tales h[abe]t adiutores. non o[portet] eam timere q[uam]: libet magnos h[ab]eat impugnatores. Iux[ta] illud ap[osto]li Ro. 8. Si deus p[ro] nobis quis contra nos. Job 17. Pone me iux[ta] te et cuiusvis manus pugnet contra me. P[salmus]. Dominus m[ihi] adiutor non timebo q[ui]d faciat m[ihi] homo. Dominus defensor vite mee a quo trepidabo. Si consistat [et]c. Si exurgat [et]c. Et dimidi[um] ut puto [et]c. Et dicit vidi i[d est] mente conspexi intellexi sp[irit]u revelante. Et ecce agnus i[d est] xp[istu]s. qui d[icitu]r agnus c[on]tra ad humanitatem p[ro]p[ter] innocenciam vite et sacrificium vel ymmolacionem. Ier[emie] xj. Ego q[uasi] agnus qui portat[ur] ad victimam. Stabat. hic d[icitu]r c[on]tra ad divinitatem. Nam si cecidit p[er] humanitatem tamen stetit [per] divinitatem. Johannis p[rim]o. Medius v[ost]r[u]m stetit. scilicet c[ontr]a divinitatem quem vos nescitis s[ed] occidetis eu[m] c[ontr]a carnem. Sup[er] monte syon. i[d est] s[upe]r ecc[lesi]am que dicit[ur] mons m[er]itis p[er]fecc[ione]. Syon. i[d est] specula aliis bonum exemplum dando. Mons bonum operando. Syon. insidias dyaboli p[re]cavendo. Et bene d[icitu]r sup[er]. q[ui]a ipse est rex a deo sup[er] ecc[lesi]am constitutus. P[salmu]s. Ego aut[em] constitutus sum rex ab eo sup[er] syon montem sanctum eius [et]c. Agnus q[ui] i[n]nocens parens humilis. mansuetus. immaculatus. q[ui]a non contraxit originale. q[uo]d p[ro]bat nativitas virginitas. Et incontaminatus q[ui]a non commisit actuale. q[uo]d [pro]bat prius divinitas p[ro]bat. De h[o]c agno dicitur Exodi xij Erit agnus absq[ue] macula masculus anniculus. Iste agnus p[er] uncte stantis divinitatis et carnis humanitatis purgat peccata mundi. Joh[annis] j. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Cui b[e]n[e] d[icitu]r ecce. q[ui]a utrumq[ue] admirabile in xp[ist]o

et stans duritas et tedes humanitas. Stabat autem super montem syon etc.
Et certe non solus fuit ibi agnus, immo multos sanctos habuit secum
per quos certam et salvavit et sublimavit. Ideo sequitur Et cum eo
centum quadraginta quatuor milia, id est omnium sanctorum martirum et virginum
agnina candens propter virginitatem, rubicunda vero propter effusum sanguinem, ac albi
et per hoc cum eo supra molem syon stancia, quia fuerunt eidem specialiter
conformia. Vel quia in fide trinitatis perfecti et quatuor mundi partibus collecti
existunt, unde ternarius in quaternarium ductus vel econverso resultat duodenarius, qui ductus in se facit cxliiii, additur autem milia
ad standum perfectionem. Duodenarius autem est primus numerus habundans
et consurgit ex ternario ductus in quaternario, quod designat habundantes in fide
trinitatis collectos ex quatuor partibus mundi. Per mille vero significatur
perfectio magna, que est virginum martirum et doctorum. Hii cum deo stant
super montem syon, quia sunt in supremo gradu ecclesie constituti. Vel per
quatuor numeros predictos intelliguntur quatuor status bonorum. Nam xl cum
sit numerus penitencium significat statum incipientium; quatuor significat statum
iam proficientium in quatuor virtutibus cardinalibus, centum statum eorum se extendentium
per caritatem, status contemplantium seu perfectorum; per mille status perseverancium. Hii omnes cum agno stant ad defensionem ecclesie et custodiam
et ad bellandum pati contra omnes hostes eius. Sed queritur cum fuerunt plures sancti cum agno quam tot, cum in certa multitudine quam triumphante. Quare cum non ponit Ambrosius cum Bedam et hanyom (?) quod in
hoc loco numerus finitus ponitur pro infinito, scilicet centum xl quatuor milia
pro innumerabili multitudine electorum. Specialiter tamen hic numerus eos significat
qui virgines sunt et mente et corpore, prout ait hanyino, quia centenarius
numerus in divina scriptura sepe perfectus ostenditur. Unde Mathei xiii° et Luce
viii° semen in terram bonam fecit fructum centuplum, quod scilicet ad
virginale pertinet perfectionem. Et Mathei 19: Qui reliquerit domum aut fratres etc.
centuplum accipiet. Quadragenarius quam numerus in ministro est consecratus.
Unde et ipse dominus ieiunavit xl diebus Mathei 4°. Constat enim ex quaternario
et denario. Quaternarius sacratus est propter quatuor libros evangelii, denarius vero
propter decem legis precepta. Tenemus enim decalogum legis perficimus cum
quatuor evangelii libros in fide et operacione custodimus. Millenarius etiam
ponitur sepe pro perfectione rei de qua agitur, unde propheta: Verbi quod
mandavit in mille generationes. Cum enim credendum sit quod nequaquam
usque ad centum generationes mundus extendatur, quid aliud in mille generationibus nisi generationum universitas designatur. Ut et infra xx: Regnavit
cum christo mille annis dicitur regnum sanctorum semper et per omnia futura
tempora. Sic ergo per centum xliiii° milia designantur omnes virgines perfecti, non
quod sint tot et non plures, sed propter universitatem numerorum sanctorum. Dicuntur
enim centum secundum Richardum propter celestis patrie expectationem, quadraginta
propter decalogi legis et preceptorum que sunt in quatuor evangeliis adimpletionem. Quatuor propter quatuor virtutum principalium exercitatorum; milia propter
totius iusticie consummationem. Ad standum ergo perfectionem omnimoda sancti
stantur predictis quatuor numeris. Et ad eminenciam vite dicuntur stare
super montem et ad standum individuum consorcium cum christo dicuntur stare
cum agno. Vel per stare cum agno designatur stabilitas et fidelitas
et vera cum christo conformitas. Et ideo cum agno stare dicuntur, quia ei conformes existunt, et super monte syon, quia aliorum fidelium sublimitate
transcendunt. Quo circa in loco secundum hanyom Notandum quod hic super monte
syon stare dicuntur, cum ipsi sunt mons syon, id est perfecte eminentie,
quia vero nisi quinta super sublimem ascenderint de bestia non
triumphabunt. Cum magne enim mentis celsitudine stare debet qui contra seculi
principem certamen iniit. Stant igitur electi cum agno supra montem

quia laborat in presenti vita et in eternum sunt constituti divino auxilio adiuti. Sequitur habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Dicit haymo non denique hoc carnaliter intelligendum est quod scilicet habeant sedule pittaciola vel cedulas membranulas frontibus suis circumligata in quibus sit nomen agni vel patris eius scriptum sed in frontibus suis nomen agni et nomen patris portant quorum fidem gerunt et operibus ornant. Et quia in nomine patris et filii signatur et hoc signo crucis ab omnibus cernitur. Habent ergo nomen agni id est fidem qua vocantur christiani a christo et nomen patris eius id est fidem qua vocantur a deo patre filii dei. Dedit enim eis potestatem filios dei fieri hiis qui credunt in nomine eius Johannis i. Ipse Johannes 3 videte qualem caritatem dedit nobis deus ut filii dei dicamur. Ad Ro. viii. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filii dei. Ad Gal. 4. Quia estis filii dei misit spiritum in corda vestra in quo clamamus abba pater. Nomen inquam scriptum scilicet indelebiliter in frontibus scilicet per manifestam confessionem. Cap. vii. Quoadusque signemus servos dei in frontibus suis. Per scripturam itaque cordium nomen designatur sanctorum inviolabilis perseverantia, per scripturam in frontibus confessio manifesta sine erubescentia. Sancti ergo habent scriptum nomen agni et patris sui quia fidem tenent immobiliter et conservant. Sed scriptum in frontibus quia fidem apertissime confitentur. Et bene primo posuit nomen agni, deinde nomen patris, quia nemo venit ad patrem nisi per mediatorem christum. Vel habentes nomen eius id est signum nominis eius id est gratie infusionem, et nomen patris eius id est signum nominis patris scilicet filiationis dei scriptum in frontibus id est in mentibus suis. Scriptum dicit non tinctum vel pictum quod non possit ad inundationem aquarum deleri sed potius scriptum ut possit ab aliis legi et videri. Proverbiorum 3. Misericordia et veritas non te deserant, circumda eas gutturi tuo et describe in tabulis cordis tui. Nomen autem christi et patris describi in mentibus nostris est fidem passionis et spem resurrectionis et amorem sue bonitatis habere. Que quidem littere aqua tribulationis non delet sed magis illuminat et confirmat. Nam quod fides tribulatione firmetur dicitur prima Petri primo probatio fidei vestre multo preciosior est auro quod per ignem probatur. De spe dicit Ro. v. Tribulatio patientiam operatur, patientia spem. De amore Cantica viii. Aque multe non potuerunt extinguere caritatem. Tria tamen nichilominus hanc scripturam in hominibus multis delent et abstergunt. In quibusdam aqua carnalis delectationis. In aliis ignis temporalis affectionis. In ceteris vetustas mundialis conversationis. Propter quod ista fugiamus si nomen agni et patris eius in frontibus id est mentibus nostris indelebiliter volumus conservare, desiccemus aquam carnalis delectationis per vim ferventissime caritatis. Extinguamus ignem temporalis affectionis per rorem celestium et exercitium gratie dei. Deponamus vetustatem mundialis conversationis id est antiqui peccati consuetudinem et induamus novum hominem per exercitium virtutis et decorem qui secundum deum creatus est in iustitia ut quod nobis volumus hoc proximis faciamus et sanctitate ut in divina conversatione nostra proximis exempla salutis exhibeamus.

Et audivi vocem de celo tamquam vocem aquarum multarum et tamquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audivi sicut citharedorum citharizantium in citharis suis. Prima ad perfectionem iustitie non sufficit solum sibi prodesse nisi quis aliis etiam proficiat vel pariter et exemplo. Quod Ieronimus in epistola ad Paulinum. Sancta rusticitas solum sibi prodest. Ideo propheta beatus Johannes describit questum ad sanctos sublimitate perfectionis, consequenter describit cantum ad eosdem sonoritate predicationis dicens. Et audivi scilicet auditu interiori de quo supra primo. Qui habet aurem audiat et cetera. Et licet sint duo sensus exteriores visus scilicet et auditus per organa distincti, visus tamen interior

et auditus sunt in spiritualis sensibus scilicet intellectu Nam intellectu videmus
spiritualiter et audimus corde quia inter sensus visus et auditus sunt
magis disciplinabiles et confirmantes ad scientiam Ideo scriptura saepe attribuit
intellectui videre et audire audivi ergo id est intellexi vocem id est sonora
praedicationem De qua psalmista dicit dabit deus voci sue vocem virtutis De celo
id est de hiis qui habent celestem conversationem in cuius persona dicit cum apostolo illud ad philippenses 3o
Nostra conversatio in celis est Et hic de celo vox ista virtutis auditur
Unde in Richardum admonitio divina a perfectis ad imperfectos descendit
Sequitur audivi vocem de celo id est admonitionem divinam a perfectis ad imperfectos
celitus descendentem vel perdentem Celum autem in hanc
est etiam quam ob causam et illi qui cum agno stant sunt celum
Et quia multi perfecti per dei misericordiam ex omnibus gentibus sunt collecti
Ideo vox eorum similis voci aquarum multarum dicitur Unde subditur
tanquam vocem aquarum multarum id est tanquam voce multitudinis ex multe
populis congregate aque enim multe sunt populi multi infra xvii quia
igitur defluunt in mortem 2 Regum 14o omnes morimur et quasi aque
Vox ergo ista virtutis fuit tanquam vox aquarum multarum quia sancti praedi-
catores qui divinam enarrant gloriam fuerunt ex diversis populis quidam
hebrei quidam greci quidam latini quidam de oriente quidam de
occidente et quidam de aliis plagis orbis Item quia tales etiam ad
nimium nidorum pertinet quam in praedicatores existunt Ideo subditur Et
tanquam vocem tonitrui magni id est terribilis comminationis Tonitruum enim
nimis terribilis vox est terribilis et quia enim pitagoricos terret illos
timidus vox est terribilis et quia comminativa sanctorum praedicatorum
qui sunt in via ad tortores describit comminativa sanctorum praedicatorum
qui sunt in via ad tartaros de quo dicitur in psalmo vox toni-
trui minatur reprobis eternam dampnationem de quo dicitur in psalmo vox toni-
trui tui in rota id est in circulari terra illuxerunt choruscationes tue
orbi terre psalmo 28 vox domini super aquas multas Job 26 Cum vix
parvam stillam sermonis eius audivimus quis poterit tonitruum magnitudi-
nis eius intueri Rursum vero praedicare verbo non est multum fructuosu
nisi praedicetur et facto Sed ut quod cepit facere et docere actus j Quia enim
nisi praedicetur et facto Sed quia cepit facere et docere restat
Gregorium in omelia de x virginibus cuius vita despicitur restat
ut eius praedicatio contempnatur Ideo beatus Johannes subdit id est ista voce de
ut eius praedicatio contempnatur Ideo beatus Johannes subdit et ista voce et de
sanctorum praedicatorum quod est sicut citharedorum citharisantium in citharis
suis id est impletum per opera quod praedicat verbis Cithara in enim Richardum
que manibus pulsatur ut sonum reddat bonam actionem significat
sine qua praedicatio nec delectabiliter nec utiliter sonat Unde Beda
citharriste boni sunt sancti qui carnem suam crucifixerunt cum viciis et
concupiscentiis Et signanter dicit in citharis suis eo quod praedicatores qui
dicunt et non faciunt qui imponunt super humeros hominum onera quae
ipsi autem nec digito movent ea Mathei 23 Cum tamen dicat apostolus
ad Galatas vi Opus suum probet unusquisque et sic in semetipso gloriam
habebit et non in altero Vel per voce de celo figuratur evangelica praedicatio
carnem mundificative purgatrix inundat ut similiter Johannis xv Iam vos
mundi estis propter sermonem meum Ideo dicitur esse vox tonitrui carnem terribil
comminativa Et dicitur esse similis voci citharedorum carnem delectative
consolationis Unde cithara id est confitetur dulcedo consolationis Unde quasi plangendo
dicebat Job capitulo 30 Versa est in luctum cythara mea Et sic hic quod
dicit audivi vocem sicut cytharedorum cytharisantium in cytharis suis
figurantur ea que debent esse in laudatoribus Dei Quorum primum est
laudandi deum ex pectore peccatum carnis est disciplinalis abstinentia sine
carnis continentia Citharedi enim sunt artificiosi sciencie psalle in
cythara et inerrabiliter et utiliter et insuaviter non cessant Quales
sunt sancti cytharisantes coram deo Apocalypsis vo habentes cytharas et
phialas aureas etc Et isti citharisant in citharis suis per cytharas
enim designantur disciplinales carnis mortificationes Primus enim
figuram cythare dicitur fuisse humano pectori similis post enim vox
ex pectore ita ex cythara sonus prodit Et antiquitus cythara cum
septem cordis erat que totam voce implet Et licet gravis hec

inferius ex parte vt dicit Ysidorus ethy[mologiarum] li[bro] 3o. Et communius similiter
in tractatu de musicalibus instrumentis. Et ideo mistice signat mortificationem
carnis que debet esse septiformi spiritu modulata. Vnde Haymo In cythara
lignum est et sunt corde diu siccate et tense in ligno. Hoc lignum est do:
minice passionis vel crucis. Porro corde desiccata sunt sanctorum corpora
qui imitantes et recolentes eius passionem mortificant se cum viciis et
concupiscenciis adimplentes ea que desunt passionibus Christi in corporibus
suis. Vnde Rolandus quod est multiplex cythara spiritualis. Vna que est mor:
tificatio carnis de qua dictum est. Vnde Gregorius xx moralium
super fine tractans illud Iob 30 versa est in luctum cythara mea dicit
corda in cythara si minus tenditur non sonat. Si amplius tenditur
raucum sonat. Sic virtus abstinencie aut nulla est si tantum corpus
quisque non edomat quantum valet aut valde inordinata est si corpus
atterat plus quam valet et ibi bene de hoc. Et Ysaie 23 sume cytharam
circui civitatem. Nota dicit sume scilicet voluntarie accipe cytharam scilicet
carnis mortificationem. Item est cythara modulacionis et recordacionis passionum
anime scilicet [illegible] vitae [illegible] cordis et edomacionis carnis. Super illud cantus cythara
et ibi de hoc. Item est cythara allicientis ad se et delectantis. Ysaie 30
In tympanis et cytharis et bellis precipuis expugnabit eos. Et eiusdem xvi
venter meus ad moab cythara sonabit. Item est cythara divine laudis
sive devote oracionis. Primi paralipomenon 13o. In canticis et cytharis con:
fitentur domino. Et eccli[esiastici] 39 In cantico labiorum et in cythara etc. Et eius
xl. tibie et psalterium suavem faciunt melodiam. Ysaie 24
Conticuit dulcedo cythare. In hiis cytharis sancti cytharizant
et cohibent ac fugant spiritum malignum quod figuratum fuit primi
Regum xvi ubi dicitur Et cum David percuciebat cytharam refocillabatur
spiritus saulis et melius se habebat etc. Vnde et lyra componebat
pythagoras perturbatos vt ait Seneca li[bro] 3o de ira. Et augustinus 1o
li[bro] contra Iulianum ubi recitat quod cum caneret cytharedus furentem
petulanciam quorundam adolescentium mitigavit. Et sciendum autem in cytha:
ris non alienis ut faciunt ypocrite sicut dictum est supra. Dicit enim
Bernhardus in epistola ad Zenonem quod sancti secuntur Christum in paupertate
non in gloria. Crede quoniam ibi eminet. Sed ypocrite non in suis sed
in alienis cytharizant quia abstinencia aliis predicant et ipsi modicam vel
nullam faciunt. Item in hoc notantur abbates et alii prelati qui
ieiunare conventu vel male procurato comedunt atque habundant
et large. Tales cantant non in cytharis suis sed alienis quia religionem
et abstinenciam tenent non in se sed in subditis suis. Contra quos dicitur
eccli[esiastici] 32 Rectorem te posuerunt. Esto in illis quasi unus ex illis in ieiuniis
et disciplinis refectorio dormitorio etc. Nota circa quod multis
cythara seu musicalis melodia non parum facit ad bonum hominis
utriusque scilicet interioris et exterioris. Repellit enim homini melancolias, comfortat
corporum discrasias, sedat iras, extinguit gryppias, spiritus recreat, vires
comfortat, demones effugat, animas ab exterioribus rapit, ad sperituales disponit, pellit timores, animat pusillanimes. Vt diffuse
deducit Boetius in prologo sue musice et plures alii. Pollicet enim
Boetius vulgatum quippe est quod sepe cantilene iracundias compescuit
et multa tam in corporum quam in animorum affectibus miranda perfe:
cerunt. Et adducit experienciarum exempla. Ouidius quo diversi expositi mu:
sici diversis melodiarum ingeniis multorum homines a consuetudinibus con:
suetudinibus excitaverunt petulancias compescuerunt, tristicias pigricias curas
atque cunctas dolores vigilias et labores absterserunt molestias et
fatigacias mitigauit. Ponit de quo compositio hominis quodammodo consistit
in proporcionibus armonicis quibus proporcionantur soni in musicalibus
melodiis que sunt dyatesseron dyapente dyapason etc. Tota anime
nostre corporis et compago musica coaptacione coniuncta est. Nam vt sese
corporis affectus habent ita eciam pulsus cordis motibus incitantur

Tradunt enim catholici quod multi demones armoniam ferre non possunt et quorum multi 1 R 16 quod enim metrum ad potum ... 4 Reg 3 dixit Heliseus prophetare volens adducatur mihi psaltes. Cumque caneret psaltes facta est super eum manus domini et ait hec dicit dominus deus etc.

Et cantabant quasi canticum novum ante sedem dei et ante quatuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum xl quatuor milia qui empti sunt de terra. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. virgines enim sunt. Ideoque sequuntur agnum quocumque ierit. Hii empti sunt ex hominibus primicie deo et agno. et in ore eorum non est inventum mendacium. Sine macula sunt ante thronum dei. Hic posita commendacione sanctorum qui per incorrupcionem virginitatis et per tormentum passionis agno celesti pre omnibus appropinquant a duobus scilicet a sublimitate perfectionis et a ... predicacionis. Consequenter subdit eorum commendacionem ab aliis sex privilegiis. Et primo a congrua collaudacione cum dicit Et cantabant quasi canticum novum. Causa enim de hiis quod sancti dicunt quod faciunt nequaquam seipsos commendant scilicet auctorem et largitorem omnis boni scilicet deum laudant. Ideo dicit Johannes Et cantabant quasi canticum novum etc. Ubi sciendum quod per canticum novum Johannes hic intelligit sanctorum laudem et graciarum actionem de beneficiis acceptis. per sedem autem dei intelligit sanctos homines et spiritus angelicos quia in eis deus sedet et in eis sedens sua iudicia exercet. Unde in psalmo Qui sedes super cherubin etc. Per quatuor autem animalia intelligit universos predicatores qui dicuntur animalia quia per spiritum gracie vivunt et sentiunt moventur et loquuntur. Et dicuntur quatuor quia doctrinam quatuor evangeliorum in quatuor mundi climatibus habundantur effunderunt. De quibus supra 4to et Ezechielis 1. Per seniores autem intelligit universos iudices ecclesie vel universos sanctos prelatos de quibus dicitur ysaie 3o dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Dicit ergo Johannes de sanctis instar lilii virginitate candentibus. instar quoque rose martirio rubentibus. Et cantabant scilicet tales sancti martires sive virgines carne incorrupti quasi canticum novum scilicet de beneficiis receptis vel de hiis que virtute divina opere fecerant et ore dixerant. Deum laudabant. Sibi quoque gracias referebant. de incorrupta mentis et corporis integritate gaudentes contra hereticos seipsos in laudare et mundanos homines. est canticum vetus. deum autem laudare ei quoque gracias agere pro beneficiis acceptis et de integritate mentis et corporis. est illud canticum novum. De quo dicitur in psalmo Cantate domino canticum novum laus eius in ecclesia sanctorum. Et dicitur canticum novum quia est canticum novi testamenti. De quo Mathei 19 Sunt eunuchi qui se castraverunt propter regnum celorum. Sed e contra vetus canticum erat quod scribitur Exodi 23 Non erit infecunda neque sterilis in terra tua. Novum vero. quod habetur ysaie liiii° Lauda sterilis que non paris etc. Bernhardus super Cantica sermone lx° tractans illud Cantica 2o Vox turture audita est in terra nostra dicit. Vox turturis est predicans castitatis. Neque enim a principio vox ista in terris audita est. sed magis illa Crescite et multiplicamini et replete terram. Intercessionem perfecto vox illa predicacionis sonuisset. necdum propalata resurrectionis gloria. in qua longe felicius homines neque nubent neque nubentur. sed sunt sicut angeli dei in celis. Tu ne illi voci tempus fuisse tunc dicas. cum maledictio omnis subiacebat sterilis in israel. cum patriarche plures simul habuerunt uxores cum frater fratris absque liberis defuncti semen suscitare ex lege compellebatur. At ubi virgo peperit salvatorem. sonuit ex ore celestis turture commendacio illa spadonum qui se castraverunt propter regnum dei. et etiam altius cuiusdam castissime turturis consilium de virginibus ubique convaluit. tunc dici primum valuit et potuit. quia vox turturis audita est in terra nostra. Pro tanto causa. Vel sic canticum novum est quod inauditum est. auditum autem fuit a multis

virginitatis. Sed ante partum virginis inauditum fuit quod simul esset virginitas
et fecunditas. Ideo illa sola potuit cantare canticum novum que sola hanc
meruit prerogativam ut mater esset et virginitatem non amitteret. Sed
Invenitur etiam in sacris virginibus de quibus hic loquitur secundum doctores sicut
vera integritas carnis et cordis. Qualiter ait quod canticum novum. Secundum
Richardum. Qui sequitur ait quod canticum novum quia in hac vita durante
vetustate huius seculi ymmo et in patria usque ad glorificationem corporum
laus sanctorum non est canticum novum simpliciter sed quasi novum. Non enim
erit novum simpliciter donec transierit omnis vetustas. Sic igitur usque
ad glorificationem corporum inperfecto gaudio intelligitur. Sed tunc plene et
perfecte erit novum quando per generalem resurrectionem secundum utrumque nam erit
consummatum. Tunc vere erit novitas cum tota perierit vetustas. Apocalypsis 21
Vidi celum novum et terram novam. Et hoc ante sedem dei id est in presencia
omnium beatorum spirituum sive sint angeli sive hominum anime quibus omnibus
laus illa nota est qua sancti viri deum in hac vita laudant. In
quibus omnibus deus residet et victoriam exercet. Et ante quatuor animalia
id est in presencia universorum predicatorum. Et ante seniores id est in presencia doctorum
excitatorum, sicut distinguit Richardus. Sed opponit Hayno. Cum ipsi
sint sedes dei et sint etiam animalia et seniores quid est quod ante sedem
et coram animalia et seniores cantare dicuntur. Et respondet dicens quod hic sedes
dei dicitur quia semper ante sedem consistit quem nulla rerum mutabilium varietas
a contemplatione conditoris animos reflectit. Ps. In [illegible]
Ysaie xlii Cantate domino canticum novum laus eius ab extremis terre
et bene novum quia numquam veterascet sed semper erit novum. Et hoc ante sedem
dei id est ad gloriam eius. Ut enim dicit Augustinus super Psalmos xii Cantus spiritualis
est cum gaudio cetera agere et ordinatissime voti corde. Et est cantare
corde et operibus. Tunc enim psalmus bene cantatur cum facit cor quod in psalmis
cantatur. Ad Ephesios v° Cantantes et psallentes in cordibus vestris etc. Et
talia cantica diligit deus ut ait Honorius (?) Epistola xx. Econtrario vero canticorum
venenata dulcedo pellitur ut inquit Epistola 94 (?). Cibus enim demonum
cantica poetarum. Ait idem Epistola 21. Unde de mundano cantu dicit Augustinus
libro de x cordis. Quid prodest ad tempus delectari dulcibus cantilenis et
in posterum amaris talibus vel turpitudinibus canticorum animi humani
enervantur et cadunt a virtute deficientes et post ipsas turpitudines
postea sentiant dolores et cum magna amaritudine digerunt quod tam dulce
dum temporali biberunt. Melius est quod ut nos amara ad tempus cantemus
que postea dulcescunt in nobis. Michi ... tamen utilis (?) usus est cantus
spiritualis ut dicit idem Augustinus in prologo super psalterium. Quia spiritus sanctus
videns obluctantem ac resistentem ad virtutis viam humani generis
animum et ad delectationes huius vite magis inclinari quam ad virtutis
rectum iter dirigi, delectabilibus modulis cantilene vim sue doctrine
permiscuit ut dum suavitate carminis mulcetur auditus, divini sermonis
pariter utilitas inseratur secundum sapientes medicos qui cum si quando usus proposuerit
austeriora medicamenta egris afferre morbidis ne egri utilitatem
pre austeritate refugiat. Ora ac summitates poculi quo remedium
porrigunt melle circumliniunt. Sic in proposito tantundem consuetudo in
ecclesia approbatur. Ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum
pietatis assurgat. Dicit tamen idem Augustinus de se li x° confessionum Quod cum
mihi accidit ut me amplius cantus quam res que cantantur moveat
me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem. Hec ille. De
Novo vero cantico dicit idem super Ps. 149. Vetus homo vetus canticum. Novus
homo novum canticum. Vetus testamentum vetus canticum. Novum testamentum
novum canticum. In veteri testamento promissiones sunt temporales et terrene.
Quicumque terrena diligit vetus canticum cantat. Qui vult cantare canticum
novum diligat eterna. Ipsa dilectio nova est et eterna, et ideo semper nova

quod nunquam veterascit. Et sermone 24 de resurrectione domini dicit: Cantat ille canticum novum, qui sacramentum novi suscepit testamenti, qui quod in dilectione perfectus implet mandatum domini dicentis: Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem. De isto cantico provenitur ad canticum beatorum quod a sanctis in celo sine fine decantatur. Sonat enim ibi semper melliflua ymnorum organa, suavissima angelorum melodia, cantica canticorum mira que ad laudem et gloriam dei a supernis civibus semper decantantur. Inquit augustinus libro de contemplatione beatorum c. x. Subdit ibidem: Infra fortunatus ero si audiero illas iocundissimas civium tuorum cantilenas carmina melliflua laudes summe trinitatis delato honore promerita. Sed et nimium felix si ipse cantare meruero canticum domino de dulcibus canticis syon. Et alibi dicit in eodem libro c. xv. O felix anima que terreno revoluto carcere libera celum petit, que te dulcissimum dominum facie ad faciem cernit. Que nullo metu mortis afficitur. Sed de incorruptione perpetue glorie letatur tranquilla et secura, non timet ~~mortem~~ hostem neque mortem. Habet enim te pium dominum quem diu quesivit quem semper amavit, iocundissimis sociata choris, melliflua perpetue felicitatis carmina ad laudem glorie tue rex christe concinit in eternum. Inebriatur enim ab ubertate domus tue, et tu de torrente voluptatis ~~tue~~ tue potabis eam. Et ille. Quia vero sanctorum multis est candidat virginitate et rubent martirii acerbitate, nulli alii homines concinere poterunt pro eorum scilicet singularitate exultationis, addit in litera: Et nemo poterat dicere canticum, id est nemo poterat gaudere de incorrupcione mentis et corporis virginitate. Dicit haymo: Insuper illa centum xl quatuor milia rex sanctorum virginum et martirum agmina tenuerunt propter virginitatem et rubentia propter martirii acerbitatem, que sunt centum per passione celestis experientiam, xl ta per legis et evangeliorum impletionem, quatuor per virtutum principalium quatuor exercitationem, milia per totius iusticie consummationem. Vel ut dicit Richardus. Et huius ratio. Cum enim omnium provectuum meritorum sit provectus laudis, quanto enim quis magis in merito habundat tanto magis digne deum laudat. Sequitur: Quia quia perfectionem istorum qui per centum xl quatuor milia designantur, nemo alius consequi potest, ut aliquis talibus sic digne deum laudet. Unde haymo: Non petrus scilicet nec quilibet alius apostolus quamvis expertus. Et subdit: Dicere tamen possumus quod vanitatis affirmare nec audeo, quia non omnes virgines in illo beato grege quod... conjugatos precedunt. Sed hii specialiter qui a vita et moribus ac tormento conjugatos precedunt. Sed hii specialiter qui et vita et moribus ac tormentis passionibus virginitatem insuper custodita martiribus conjugatis concinunt. Si verum est si Johannes apostolus in cantico fuisset levatus ut petrus. Si verum est quod de petro dicitur, scilicet quod uxorem habuit, utique precellit eum Johannes, quia petrus virgo non fuit, Johannes vero confessus virgo. Unde ut canticum illud dicere tamen Johannes, ut agnum sequi potest quocumque ierit. Et ille. Sequitur in litera: Hii empti sunt. Scilicet magis specialiter propter pro pia conversione ad deum et de terrena concupiscentia, ac per hoc elevati ad celestia ut ait Richardus et haymo similiter. Empti sunt precioso sanguine christi eius amore sunt elevati a terra celibes effecti. Sed dicitur cum omnes sint empti sanguine christi, ad quid hoc appropriat istis. Quia super illo dicitur: Redemisti nos sanguine tuo. Quare ergo hic dicitur quod hii empti sunt de terra non redempti. Dicendum ad primum quod ratione privilegialis dignitatis et eminentie, ut non sunt innocentie, dicuntur hii empti esse specialiter. Vel ne ratione immaculate puritatis credentur non indigere redemptione per sanguinem ihesu christi. Vel etiam ratione excludende desperationis, quia tamen tales sunt originaliter de terra, sic tamen sunt celibes effecti, propter quod non est aliis desperandum. Unde glossa: Non desperetis quia de terra estis. Ad secundum dicendum quod empti potius dicuntur quam per passionem christi de culpa originali sunt liberati. Et redempti quia per baptismalem graciam se mutaverunt

actuali culpa . quibus est nimium ablui penitentia que est 2a tabula post nau:
fragium . Verumptamen tamen sed et baptismus et penitentia virtute hunc a sanguine christi
habent . ideo dicit apostolus . 1 Cor vi Empti estis precio magno . congruit bapti:
satis qui baptismale innocentiam servaverunt . 1 Pe 1 Non de corruptibilibus auro vel argento redempti estis sed . Conveniunt penitentibus . qui a peccatis per penitentiam redierunt . Et quia hic loquitur de illis
qui servaverunt innocentiam immaculatam . ideo dicit quod empti sunt de terra
id est separati a carnis corruptela per virtutem baptismi cuius innocentiam
servaverunt . cui quidem baptismus habet efficaciam et virtutem a sanguine
christi . Et de isto cantico dicit Gregorius 3o libro pastoralis c 30 . Singulariter
totam agno canticum cantare est cunctis fidelibus de carnis
incorruptione gaudere . Et sequitur . Hoc canticum illi electi audire poterunt
licet dicere nequeant . quia per caritatem in eorum celsitudine leti sunt . quamvis ad
eorum premia non assurgant . Et de hoc etiam cantico dicit augustinus libro de
bono virginali circa medium . Vos afferetis ad nuptias agni canticum
novum . quod cantabitis in cytharis vestris . non tale quale cantat universa
terra . sed tale quale nemo nisi vos . et ibi bene de hoc . Ut autem virginum istorum
et sanctitas clarius eluceat quod dicitur subditur eorum commendatio ab
immunitate corruptionis . cum dicitur . Hii sunt qui cum mulieribus non
sunt coinquinati . hoc est ad literam immunes sunt ab opere carnali . quod cum
mulieribus exercetur per quod fedantur et inquinantur homines et putre:
scunt quasi iumenta in stercore suo . Isti autem isti sunt ab hoc immunes
probat dicens . Virgines enim sunt id est sinceri mente et corpore . Nichil enim
prodest esse virginem corpore si contigerit mente corruptum quemquam esse .

[Margin: l. c. 28]

dicit haymo . Sunt enim fatue virgines et prudentes . Math 25 . hic autem
loquitur de prudentibus . De quibus apostolus 1 Cor vii . De virginibus
preceptum non habeo . Super quo dicit ambrosius virginitas supergredi
conditionem humanam . per quam homines angelis assimilantur . Et ibi multa
de hoc . Et notandum quod licet hoc nomen virgo proprie dicatur de femina . que
virum in corruptione non novit . et dicitur virgo quasi virum agens vel ex
pellens . tamen communiter dicitur etiam de masculis qui femellas
non noverunt . ut dicatur virgo quasi viram agens id est femellam ha se pellens
Unde in hebreo masculus dicitur hys . id est vir . et femina hyssa
id est vira . vel potest allegorice dici quod magis large sumuntur hic immu:
nitas corruptionis . sed pro immunitate cuiuscumque peccati mortalis . Et tunc
per mulieres intelligere possumus corporales creaturas . ad quas homines mundani
se coniungunt per amorem inordinatum . avertentes se a deo . mechantur quasi
cum eis fenectus spurium amplexu dampnabili . In quo dicit augustinus
est tota humana professio . sed uti fruendis et frui utendis . Hoc enim corrup
simplicitate fidei virginitate gaudet et virtutis varietatem . Talis enim
corruptio fuit in prima muliere per hoc quod serpentis suggestioni credens ve:
titum voluit degustare . Recolunt de perfectis hominibus hic dicitur
Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati . quia sed nullum peccatum
mortale contraxerunt allecti per creaturas . Virgines enim sunt . nullum enim
anima vere virgo est . quod aliquod peccatum mortale contraxit . prima in fide
quam in baptismo promisit irritum fecit . Vel per mulieres hic
intelligit spiritualiter ydolatriam et heresim . per quas vere corrumpitur
virginitas mentis . Verum quia non sufficit mala non agere . nisi quisque
studeat bonis operibus insudare . unde Gregorius in omelia . Sunt lubrici
ori premonti . hec de peccatis de sanctis subditur eorum commendatio . liberi sed ab
integritate conformius cum dicitur Hii sequuntur agnum quocumque ierit
Quod quidem sequi nichil aliud est quam christo in omnibus conformes fieri
Et in illud sequi . de quo dicit Salvator Johannis xii . Qui mihi ministrat
me sequatur . id est me imitetur . ut sibi conformis fiat . Et ideo isti de
quibus hic agitur sequuntur agnum quocumque ierit . quia omnes sue
virtute in omnibus ipsum imitantur . sed in decore castitatis . In alnore

paupertatis In fervore caritatis In vigore sanitatis In valle humilitatis In latitudine benignitatis In dura penalitate et in mitissima simplicitate Quia sicut ille virgo sic et illi virginitatem servaverunt etc. Et per in puritate precedes eum sequitur Quod in filiis familiaribus ei adherebunt aut Hamo Sed obicitur videtur quod per hoc sit hominibus impossibile dicitur ecclesiastici 20 Quis est homo ut possit sequi factorem suum quasi diceret nullus ergo multominus poterit sequi quocumque ierit Item Queritur Augustinus de bono coniugali et de sancta virginitate c. 28 Quo ire putamus hunc agnum in quos saltus et prata quo nemo eum sequi audeat vel valeat nisi virgines de quibus hic loquitur Dicendum quod sequi est imitari secundum Augustinum ubi supra Sed est imitari duplex vel equaliter vel ad proportionem aliquam in quibusdam operibus vel ad assimilacionem Primo modo est impossibile sequi filium dei Nec etiam secundo proportione quia quasi incorruptibilibus effectibus egit omnia que fecit Tertio modo est sanctus et est dominus dicit propheta Primo vero modo non sed secundo equalem assimilacionem hominum et quo ad gratia operum sancti dicuntur sequi dominum dicitur xiij Mag. gloria sequi dominum Math. x Qui non accipit crucem suam et sequitur me etc. Et secundum Augustinum ubi supra quod virgines sequuntur agnum virginitatis cordis et meritis quod non possunt illi qui non sunt tales Sequuntur itaque ceteri fideles agnum qui virginitatem corporis amiserunt non quocumque ille ierit sed quocumque ipsi poterunt possunt autem ubique preter quam in decore virginitatis Et ponit exemplum Beati pauperes imitantur eum qui propter vos pauper factus est cum dives esset Beati mites imitantur eum qui dixit Discite a me quia mitis sum et humilis corde Beati lugentes imitantur eum qui flevit super Ierusalem Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam imitantur eum qui dixit Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me Beati misericordes imitantur eum qui vulnerato a latronibus et in via iacenti semivivo desperato subvenit Beati mundo corde imitantur eum qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius Beati pacifici imitantur eum qui pro suis persecutoribus dixit Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam imitantur eum qui pro vobis passus est vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius Et subdit Hec qui imitantur in hiis agnum sequuntur Sed tamen agnus graditur itinere virginali quo post eum ibunt qui hoc amiserunt quod nullo modo recipient Vos ergo virgines sequimini eum quocumque ierit Et sequitur multitudo que sequi non potest videbit et non invidebit et congaudendo vobis quod in se non habet habebit in vobis Ubi itaque agnus ibi sunt contenta gaudia non gaudia huius seculi vana sed gaudia gloria in ipso regno dei ceteris non virginibus erunt Sed a ceterorum omnium gaudiis sorte distincta sunt gaudia virginum Christi Quo inquam putamus eas ire nisi de Christo in Christum cum Christo propter Christum per Christum Gaudia propria virginum Christi non sunt eadem non virginum quamvis Christi nam sunt aliis talia sed nullis talia Et ibi multum de hoc et bene Sed obicitur dicitur Zacharie ecclesiastici Gratiam excellit gratie scilicet deus Et quibus non virgo propter hoc maiorem gratiam aliis virgine ergo sublimius premiabitur Dicendum quod est duplex premium scilicet substantiale correspondens meritis et accidentale quod est supererogativum quo premiabuntur sancti predicatores ob incorruptionem sue veritatis in predicando et hoc contentum ad rationalem Et martires ob incorruptionem sue fortitudinis in sustinendo et rectitudine fidei in credendo et hoc contentum ad vim irascibilem Et virgines ob incorruptionem carnis et hoc contentum ad vim concupiscibilem De quo premio loquitur hic Primi sunt victores concupiscentie mundialis secundi victores superbie et diaboli tertii victores concupiscentie carnis Sed tunc dicitur Quare potius loquitur hic de virginibus quam de aliis Dicendum quod non est tam evidens innocentie

et obseruancie gratie baptismalis Et ideo specialius hic loquitur de virginibus
Augustinus tamen hic in originali exponit istum passum sic de
tota catholica nulla adulterina heretica corruptione polluta ij Cor xi
Despondi vos uni viro virginem castam etc. Sed queritur utrum virginitas
sit excellentissima virtutum. Videtur quod non sit virtus quia nulla virtus
inest nobis a natura secundum ethicorum. Sed virginitas inest a natura cuilibet mox
natus est virgo. Et certe non sit excellentissima virtutum. Dicit enim Augustinus
libro de virginitate dicentem preclarissimum testimonium perhibet ecclesiastica
auctoritas in qua fidelibus notum est quo loco martires et quo
defuncte sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur. Et in eodem libro dicit
Nemo quantum puto ausus fuit virginitatem preferre monasterio. Per quod
datur intelligi quod martirium virginitati prefertur et similiter monasterii status
Sed in oppositum quod dicit Ambrosius libro de virginitate Quis vincat virginitatis
amor aliquid de virginitate dicamque ne veluti transitu quodam preterita
videatur que principalis est virtus. Ad oppositum 3m vel 2m commendantur
virtus est excellentior quanto per eam magis aliquis Christo conformatur. Sed
maxime aliquis Christo conformatur per virginitatem ut patet ex dictis Apocalypsis quia de virginibus
dicitur quod sequuntur agnum quocumque ierit etc. Et quod cantant canticum
novum quod nemo alius potest dicere. Notandum secundum doctorem sanctum in 2a
2e q. 152, ar. primo. Nomen virginitatis a virore sumptum videtur. Et
sicut illud dicitur virens in suo virore persistere quod non est ex super-
habundancia caloris adustionem expertum. Ita etiam virginitas hoc impor-
tat quod persona cui inest immunis sit ab adustione concupiscentie que videtur
esse in consummacione maxime delectacionis corporalis, qualis est delectacio
venereorum. Unde dicit Ambrosius de virginitate. Quod castitas virginalis
est integritas expers contagionis. In venereorum autem delectacionibus tria
considerantur. Unum quod est ex parte corporis scilicet violacio signaculi virginalis.
Aliud est in quo coniungitur id quod est anime cum eo quod est corporis
scilicet ipsa resolucio seminis delectacionem sensibilem causans. Tercium autem solum
est ex parte anime scilicet propositum perveniendi ad talem delectacionem. In quibus
tribus id quod primo positum est per accidens se habet ad actum moralem qui
non consideratur per se nisi secundum ea que sunt anime. Secundum vero materialiter se habet
ad actum moralem. Nam sensibiles passiones sunt materia moralium actuum.
Tercium vero se habet formaliter et completive quia ratio moralium in eo quod est
racionis completur. Quia igitur virginitas dicitur per remocionem predicte corrupcionis
consequens est quod integritas membri corporalis per accidens se habeat ad virginitatem.
Ipsa autem immunitas a delectacione que consistit in seminis resolucione
materialiter se habet. Ipsum autem propositum perpetuo abstinendi a tali delectacione
formaliter et completive se habet in virginitate. Unde dicit Augustinus in libro de
virginitate. Quod virginitas est continencia qua integritas carnis et anime
ipsi creatori vovetur consecratur et conservatur. Sic igitur in virginitate
est sicut formale et completivum propositum perpetuo abstinendi a venerea
delectacione. Quod quidem propositum laudabile redditur ex fine in quantum
scilicet hoc fit ad vacandum rebus divinis. Materiale autem in virginitate
est integritas carnis absque omni ~~inordinato~~ experimento veneree dele-
ctacionis. Secundo notandum aliquid potest dici excellentissimum dupliciter. Uno modo
simpliciter. Alio in aliquo genere. Secundo nota virginitas est virtus specialis
patet ubi est specialis materia habens specialem excellentiam ibi invenitur
specialis ratio virtutis. Sicut patet in magnificencia que est circa magnos sumptus
Et ex hoc est specialis virtus a liberalitate distincta que communiter se habet
circa omnem pecuniarum usum. Hoc autem quod est conservare se immunem
ab experimento veneree voluptatis habet quandam excellentiam laudis
supra hoc quod est conservare se immunem ab inordinacione veneree
voluptatis. Et ideo virginitas est quedam virtus specialis habens se ad

castitatem sic magnificencia ad liberalitatem. Ex quo sequitur quod medium
virtutis cuius certa racio est indagatrix / non semper consistit in medietate
quantitatis illius circa quod est virtus / patet quia licet magnificencia non esset virtus
cum ipsa sit circa sumptus et dona. tamen non inclinat hominem ad faciendum
mediocres sumptus / sed ad faciendum maximos / ut dicitur 4^to ethicorum
Nullus maiores sumptus facit quam magnificus. Et ideo medium virtutis in
talibus oportet accipere quantum ad circumstancias modificantes ipsum actum secundum
dictamen recte racionis / puta ille est vere magnificus qui dat maxima
dona cui oportet seu debet et cum debet et propter quod debet. Ille vero non est ma-
gnificus qui eciam magis daret quam non deceret et cum non deceret et propter
talem finem propter quem non deceret. Et consimili modo est de virginitate
quia licet quantum ad materiam circa quam est teneat summum extremum declinando
et refutando omnes venereas delectaciones / tamen ut tenet medium quantum
ad circumstancias propter dictamen recte racionis / vere dicitur virtus / puta si
aliquis servat virginitatem cui debet et similiter in tempore gracie quo virginitatem
adventando filius dei / nasci voluit ex virgine. Et propter quod debet /
puta ad laudem dei. Unde extremum ... ab isto medio / fuisset [divinas]
virginalis continencie / quando homines ex precepto divino in veteri lege se de-
bebant matrimonio dare / vel eciam nunc propter laudem humanam / sicut
fatue virgines lampades sine oleo portantes / vel propter honorem ydoli
continencia sicut virgines quaedam Rome / deam vestam / solebant honorare
secundum quod prefectus Romanus ad sanctam agnetem fertur dixisse. Nam
te parare ad venerandam deam vestam necesse est. Ut si tibi observancia
virginitatis placet die noctuque eius sacrificiis venerandis insistas etc.
Conclusio 2a virginitas non est excellentissima virtutum simpliciter / patet / quia
omnis finis excellit id quod est ad finem. Et quanto aliquid efficacius ordinatur
ad finem / tanto melius est. Finis autem ex quo virginitas laudabilis redditur
est vacare rebus divinis / ut ex predictis patet. Unde et ipse virtutes theologice
et eciam virtus religionis quarum actus est ipsa occupacio circa res divinas
preferuntur virginitati. Similiter eciam vehemencius operantur ad hoc quod inhe-
reant deo martires qui ad hoc proponunt propriam vitam / et viventes
in monasteriis / qui ad hoc proponunt propriam voluntatem et omnia que
possunt habere / quam virgines que ad hoc proponunt venereas voluptates.
Et ideo virginitas non est simpliciter excellentissima virtutum. Conclusio 3a
virginitas est excellentissima virtutum in genere similiter castitatis / patet quia
transcendit et castitatem vidualem et coniugalem. Et quia castitati
antonomastice attribuitur decor / ideo virginitati proprius attribuitur excellentissima
pulchritudo. Unde dicit Ambrosius in libro de virginitate. Pulchritudine quis
potest maiorem estimare decore virginis que amatur a rege probatur
a iudice. dedicatur domino. consecratur deo. Et Ciprianus libro de virginitate. Vir-
gines sunt flos ecclesiastici germinis. decus atque ornamentum gracie spiritualis illu-
strior porcio gregis Christi. et earum est sublimior gloria / scilicet per comparacionem
ad viduas et coniugatas. Ad Argumentum primum ad oppositum dicendum
quod homines ex sua natiuitate habent illud quod est materiale in virginitate
scilicet integritatem carnis immunem ab omni experimento venereorum. Non tamen
habent id quod est formale in virginitate scilicet ut habeant propositum servandi huius
integritatem propter deum. Et ex hoc patet racio virtutis / Unde dicit Hugo in libro de
virginitate. Inter nos in virginibus peritaque quod virgines sunt / sed quod dicatur
propria continencia virgines. Ad 2^m dicendum quod virgines sequuntur agnum quocunque
ierit et imitantur Christum non solum in integritate mentis sed eciam carnis
Ut dicit Et ideo in pluribus sequuntur agnum / non tamen oportet quod magis de proximo
quod ad virtutes faciunt propinquius inherere deo per imitacionem mentis. Canticum
autem novum quod soli virgines cantant. est gaudium quod habent de inte-
gritate carnis servata ut dictum est supra. Ex quo sequitur quod a tempore legis

ewangelia divulgat Virginitas nobilior et comendabilior est ma:
trimoniali castitate. Patet quia in lege ewangelica Virginitas consulitur tamquam
ad statum sancte perfectionis pertinens et matrimonium indulgetur tamquam
pertinens ad statum fragilitatis quod patet intuenti textum apostoli .j. Cor. 7. Tertio
est magis imitatoria quia in futura vita maioris premii retribuitur
Unde ibi: Hy empti sunt etc. Quia confitetur Christum coram hominibus
confitebitur eum Christus coram patre suo spiritibus Ideo posita comendacione
sanctorum ab integritate conformacionis Subditur eorum prerogativa ex
testificatorum fidelitate status supereminencie sive fidelitate testificacionis.
et ex immaculata puritate oris. ibi Et in ore eorum non est inventum
et ex perhemitate fruicionis. ibi. Sine macula sunt ante Et Quantum ad
primum de sanctis dicit hy empti sunt per Christi sanguinem ex hominibus per
omnibus non dicitur sunt empti quia addit ex omnibus et de ceteris
potiores selecti primicie et ad nostrum primiciarum seu primicie ut sint
tamquam primicie digne offerri deo scilicet patri et agno id est Christo eius filio
ac per hoc etiam spiritui sancto Michel ... digne offertur patri et
filio quia offertur et spiritui sancto Quia honor tribus unus dicit ecclesia
qui forte propter hoc non exprimitur quia sufficit in hijs duabus personis intelligi
cum sit nexus et amor amborum Et sequitur dicit primicie est non de re
quia perfecti viri ... tam pauci sunt quod non primi dici decia
... Sufficit ergo quod dicuntur primicie dicuntur enim primicie quia
etsi non sunt primi tempore sunt tamen primi multo digniores et perfeccione Cum Richardus
Et haymo post exemplum Sicut ex multo grege optimus eligitur agnus
et sic ex multis fructibus eliguntur primicie. Sic isti eliguntur ex mul
titudine salvandorum qui tamquam primicias offerentes semetipsos centesimum
afferunt fructum Math. xiij. Sunt ergo empti et separati quadam prerogativa
speciali sicut ex fructibus melior fructus Nam sic primicie sunt gratiores
et magis delectabiles inter fructus sic tales deo propter quod premissum
est quod sequitur agnum Ipse enim pascitur inter lilia per que signatur
virgines incorrupte Cantica 2o. Dicuntur etiam virgines primicie quia
primordia sue vite deo obtulerunt non sicut femine maritate et penitentes
... quia maritum et penitencia non habuerunt in ipso vite primordio sicut
virginitas. Et quia teste Jacobo Si quis in verbo non offendit hic perfectus
est vir Addit de istis qui sunt primicie etsi non tempore tamen perfeccione sicut
predicitur Et in ore eorum non est inventum mendacium ... propter sinceram
veram confessionem fidei et propter splendam observatam abrenunciationem dyabolo
quam promiserunt in baptismo De quibus dicitur Ysaie 19 Vota vove:
bunt domino et solvent De alijs vero dicitur Ysaie 21 ... fructum
est pactum scilicet baptismale Cum glossa Quod namque possent in ore ipsorum
mendacium invenire qui integre dominum laudabant et eius magnalia
extollebant qui integre Christum confitebantur et fide eius perficiebant tum non
potest subesse falsum et que plene iuncte veritati Elegit nullos Ro
bertus super Ysaiam Haymo cum dicat Psalmista omnis homo mendax Et apostolus ad Ro
manos idem Qualiter ait hic Johannes Respondet haymo Quod omnis homo quantum
est ex se mendax est Sed in quantum ex deo est verax est Unde Gregorius
xxij moralium Veritas hec autem probatur. Cum scilicet propheta eundem posuit
Si omnis ergo et tu falsa quia iam est sententia quam mendax ipse protulisti
Si vero ipse non mendax verax sententia non erit quia dum tu verax es
non omnis cognoscitur mendax Et subdit Sed nonnulli presumunt Ego
dixi in excessu meo per excessum ergo mentis etiam semetipsum
transgressus tunc de hominibus qualitate diffinivit Et sic patet dicat de fal:
sitate omnis hominis index veram sententiam protulit Unde ergo ipse super ho:
mine fui Inventum vero et ipse mendax inquantum homo Inventum est omnino

non mendax, magnum et expressum mendacium super hominem [illegible] ille, hoc oppositum
cum hic plicat ad omnes sensus. Quare spiritualiter dicitur de virginibus. Prima
ad Haymonem, quod ad aliarum comparationem virgines dicuntur, videlicet sicut excellentes
viris et sinceritatibus et diuturnius suavitate in mortem suam. Et ideo ait Augustinus
non dixit: non sunt inventi mendaces, sed non est inventum in eis. Item glossa
Job 36: absque mendacio sunt sermones mei. Nec ergo mendacium praedicatione
fidei, nec mendacium detrectationis eius quod commissum est. Item
mendacium duplicitatis, nec mendacium duplicitatis inventum est in ore
ipsorum. Mendacium enim est falsa vocis significatio cum intentione fallendi,
secundum Augustinum libro de mendacio et magister in 3o Sententiarum dist. 38a.
Ecclesiastici 7o: Noli velle mentiri omne mendacium. Nam omne mendacium
est peccatum, ut dicit Augustinus ubi supra. Quamquis aliquod genus mendacii peccatum
non esse putaverit, seipsum decipit. Sunt autem octo genera mendaciorum
secundum eundem. Quorum sufficientia sic sumitur: Contingit enim mentiri aut
propter finem vanum, et sic fit mendacium iocosum, aut propter finem utilem, et
sic fit mendacium officiosum, aut propter finem damnosum, et sic fit mendacium
perniciosum. In primo consistit intentio fallendi, nec ipsum fallentem
quia non intendit alium fallere. In 2o procedit usque ad alterius
falsam opinionem tantum. In 3o vero usque ad realem deceptionem alterius. Sub
mendacio vero pernicioso continentur tria genera mendaciorum, quorum primum
damnosum aut est ut noceat in spiritualibus, et sic est primum genus
mendacii, quod fit in doctrina religionis, ut mendacium falsi testis in
causa dei vel falsi doctoris. Aut ita ut noceat in temporalibus, et hic
contingit dupliciter: aut ita ut alium noceat et nulli prosit, et sic est 2m
genus, ut mendacium falsi testis in causa criminali; aut ita ut alium
noceat et alium prosit, ut mendacium falsi testis in causa civili pecuniaria,
et sic est tertium genus. Sub mendacio vero iocoso continentur
duo genera, quorum primum illud est delectatio vana, quod ergo delectatio sola
in ipso loquente, et sic fit quartum genus, quod fit sola libidine mentiendi;
aut delectatio aliena in audiente, et sic fit quintum genus, quod fit
intentione placendi. Sub mendacio vero officioso continentur tria genera, quorum primum
utilis est tertium, vel pro conservatione possessionis, et sic fit sextum genus,
ut si quis alicuius pecuniam velit tollere et aliter [illegible] ubi sit nescire
se mentiatur; vel pro conservatione corporis, et sic fit septimum, ut si quis hominem quaerentem
ad mortem, vel [illegible] mentiatur; aut pro conservatione animae,
et sic fit octavum. Et quodlibet genus mendacii est peccatum patet
tam ex parte intentionis fallendi quam ex parte falsae significationis vocis. Ex
parte intentionis fallendi ostenditur ex hoc, quod omnis veritas est quaedam
rectitudo spiritualis. Omne vero mendacium deviatio a rectitudine spirituali.
Deviare autem voluntarie ab eo cui debet homo adhaerere peccatum est. Cum
ergo omne mendacium sit deviatio voluntaria a rectitudine, sequitur quod omne
mendacium sit peccatum. Ex parte vero falsae significationis sic ostenditur, quia sicut dicit
Augustinus in Enchiridion: verba instituta sunt non ut homines per ea
se fallant, sed ut cogitationes suas notificent. Uti ergo voce ad falsa
significandum est abuti. Abuti vero rebus est peccatum, quod patet. Ergo omne
mendacium est peccatum. Et dicit Augustinus quod in his octo generibus mendaciorum
primum est maximum, et tanto minus peccat quis mentiendo quanto magis
recedit a primo mendacio. Verum quia notandum quod horum octo generum mendacii
comparatio in quantitate peccati debet fieri sicut et ceterorum generum peccatorum
communis vel secundum singulorum genera, sed non secundum singula. Et sic intelligitur
dictum Augustini ubi supra. Nam primum genus peius est ceteris, sed non
singula sub illius generis singulis sub generibus aliorum generum, nisi ceteris
paribus. Sicut enim si optimus equus est melior optimo asino, sequitur quod equus
sit simpliciter melior asino, ut probatur in libro Topicorum. Dicitur tamen sequitur
quod quilibet equus sit melior quolibet asino nisi ceteris paribus. Ita est
etiam de pessima species primi generis sit peior pessima speciei secundi. Et illa de inceptis
peiori

pessima. Tertium quibus et sic usque ad octavum genus. Tertium quia primum genus pessimum
est, 2o, 2m pro 3m et sic et sic deinceps. Non tamen quodlibet istorum plus
peior est quolibet sequenti. Nec illa peior quolibet est tertio, ut 3a quolibet sequenti
3o et 4 deinceps nisi ceteris paribus. Assignacio vero quantitatis peccati
illorum octo generum attenditur penes malitiam finis sive intencionis.
Nam peius est quod fit fine dampnoso quam quod vano, et illud quod fit
fine vano peius est quam quod fine utili. Quod autem fit fine pernicioso
tanto peius est quanto fit fine magis pernicioso. Perniciosior autem
est qui fit ut noceat in spiritualibus eo qui fit ut noceat in temporalibus.
Et ille eo qui fit ita quod noceat alicui in temporalibus cum profectu alicuius.
Quod autem fit fine vano, maius peccatum est quanto finis vanior. Va-
nior autem finis est in mendacio delectari quam velle alteri placere. Quod
autem fit fine officioso, minus peccatum est quanto finis utilior. Utilior autem
est conservacio virtutis quam vite corporalis, et illius quam possessionis exte-
rioris. Sic ergo patent gradus et differencie peccatorum secundum octo genera menda-
ciorum. Officiosum vero et iocosum secundum genus suum non sunt peccatum
mortale, licet secundum aliquam speciem aliqui possint esse. Perniciosum vero se-
per peccatum est mortale, licet secundum aliquam speciem quandoque possit esse veniale.
Cuius differencia est quia mortale est quod privat et excludit a vita.
Vita vero consistit in caritate dei et proximi. Mendacium ergo quod auffert a ca-
ritate ut dei, ut perniciosum quod fit in doctrina religionis, vel proxi-
mi ut alia duo perniciosa, peccatum mortale est. Mendacium vero quod non auffert
a caritate dei et proximi, ut officiosum et iocosum, non est mortale, sed
veniale. Quamvis autem hoc ita sit, dicit tamen Glosa super [illegible] 18o
quod summopere cavendum est omne mendacium, quamvis sit aliquod menda-
cium genus culpe levioris. Ut si quisquam prestando mentiatur, quia scriptum
est: Os quod mentitur occidit animam. Sap. 1. Et perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Ps. 5. Hoc quoque genus mendacii perfecti viri summopere fugiunt,
ut nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne sue anime
noceant dum prestare carni nituntur alieni. Quamquam hoc ipsum peccati ge-
nus facillime credimus relaxari. Nam si quelibet culpa sequenti solet pia
operacione purgari, quanto magis hoc facile abstergitur quod mater boni operis
pietas ipsa comitatur. Et ibi multum de hoc. Et quod nullum genus
mendacii invenitur quamvis a perfectis in veteri testamento commissum tunc
sint minoris culpe quam nunc, et ideo magis fugiendum. Unde ad laudem sanctorum
dicitur hic: Et in ore eorum non est inventum mendacium. Ubi nota conversacio
perogativa quantum ad immaculatam puritatem oris. Et sequitur: eorum
[illegible] perogativa quantum ad immaculatam puritatem cordis et quantum ad
vehementem [illegible] et dicitur: Sine macula sunt ante thronum dei. Glosa:
In operacione per inviolatam observacionem castitatis ait Richardus: Sine ma-
cula dico culpe et pene quantum ad animas, et erunt quantum ad corpora
post generalem resurrectionem. Ante thronum inquit dei, ubi sedente super thronum
deo per hoc quod sedet omnem creaturam clare videt, et quia sunt ante thronum
eius, ipso fruuntur quo fruendo beati sunt. Nec obstat quod
de sanctis canit ecclesia: Sub throno dei clamant omnes sancti, quod sunt [illegible]
quod dicitur Apoc. sexto: Vidi sub altare dei animas interfectorum etc. Sancti enim
qui sunt in patria dicuntur esse et sub throno et ante thronum. Sub
throno quidem propter divinam protectionem, ante thronum autem propter [illegible] dei
visionem ut consideratum est supra. Sed de [illegible] dicitur Prov. xx: Quis potest
dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato. Et Eccl. 7: Non est homo iustus in
terra qui peccet. Nec infans unius diei secundum illam translationem
quam indicat Gregorius in moralibus, ergo male dicitur hic sine macula
sunt. Dicendum secundum Nicolaum Lira quod licet aliquam maculam contraxerint
purgata sunt. Unde sunt martyres. Et secundum Haymonem quod omnes sancti
licet sunt sine corruptione et a peccatis expurgati, tamen aliorum comparacione
virgines dicuntur esse sine macula propter integritatem mentis et corporis etc.

Et IIIa quia est multiplex macula rerum peccati multiplicitate. Est enim macula
luxurie fordidantis que multos et magnos maculat. Unde de Salom.
legitur Eccl. xlvii Inclinasti femora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria
tua. De Ruben primogenito Jacob dicitur Gen. xlix: Prior in donis, maior
in imperio. Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum
eius. Ruben hic gerit typum clericorum qui sunt filii primogeniti priores
in domo, maiores in imperio, quorum macula multum defert clericum
et multum laboratum est et continue laboratur ad emendacionem huius macule.
Multe sinodi sunt constitute, multe prohibitiones, multe visitationes, mul-
te suspensiones et excommunicationes contra hanc maculam. Et tamen est nichil
vel modicum quod crescit etc. Est alia macula gule commaculantis, unde
secundo Petri ii sunt in epulis macule convivantes sine timore semetipsos
pascentes. Ysaie xxviii Omnes mense eorum replete sunt vomitu. Item est
macula superbie putentis. Job xi Vir vanus in superbia erigitur. Et sequitur:
Si iniquitatem que est in manu tua abstuleris, tunc poteris levare fa-
ciem tuam sine macula. Item est macula ire deshonestantis. Jacobi xxx
lingua maculat totum corpus, et maxime in homine iracundo. Nam
ira deformat et quasi formam humanam aufert ab iracundo. Propter quod expedit
iracundis inspicere speculum ut videat turpitudinem suam, ut dicit Sene-
ca de ira. Item est macula avaritie sive cupiditatis mundum fedantis.
Eccl. xxxi Beatus dives qui inventus est sine macula etc. Item est macula
invidie corrumpentis. Putredo ossium invidia. Prov. xiii. De qua
dicitur Eccl. xxxiii In omnibus operibus precellens esto et ne dederis
maculam in gloriam suam. Stultus invidendo, quia parvulum occidit
invidia. Job v. Item est macula accidie torpentis. Unde illud
poete: Cernis ut ignavum corrumpunt ocia mentem et capiat vicium
nisi moveatur aque. Sicut enim aqua contrahit sordes nisi moveatur et
rubiginem ferrum, similiter anima accidiosa contrahit sordes et rubiginem nisi
exerceatur, ut enim ait Bernhardus ad Eugenium: Primam curiositas fu-
gienda mater nugarum noverca virtutum. Eccl. xxxi Multam malitiam
docuit ociositas. De qua macula possum exponere illud Jude xx Odientes
eam que carnalis est maculatam tunicam, id est quam per peccatum
vita dissoluta circumdans hominem et coinquinans. Non quod Deus est sine
iudex. Ideo intendendum est fidelibus ut sint sine macula ante thronum
dei et ante deum iudicem, ut ait glossa, ut de singulis possit dici: Qui
ingreditur sine macula et operatur iustitiam. Circa quod nota quod thronus
Dei quinque condiciones habet, propter quas sancti qui sunt ante ipsum a quibus
maculis sunt immunes. Apoc. iiii sunt virgines ante thronum dei, debent
esse throno conformes, ut sicut thronus est sine omni macula, ita
et ipsi sunt omnino immaculati. Conditiones autem huius throni sunt iste:
veritas contra omnem fallaciam, puritas contra omnem spurciciam, equitas
contra omnem superbiam, bonitas contra omnem seviciam, et felicitas contra
omnem miseriam. Primo dico quod in throno dei est veritas, immo ipse est
prima veritas excludens omnem fallaciam. Et ideo figuratur per thronum stellarum
de quo dicitur in psalmo: Thronus eius sicut sol in conspectu
meo, et hoc sicut sol, quia sicut sol est fons claritatis fugans omnem
obscuritatem, sic et thronus Christi est fons claritatis illustrans omnem intellectum
omnemque ignorantiam fugans. Est etiam in throno puritas, immo ipse est prima
puritas excludens omnem spurciciam. Ideo figuratur per thronum eburneum
de quo dicitur iii Regum x: Fecit Salomon thronum de ebore grandem.
Et hoc ratione sue puritatis figuratur per ebur quod est album et nitidum,
quod nunquam putrescit, nec corrumpitur, nec aqua rubiginem contrahit.
Est insuper in throno Christi equitas, immo ipse est prima rectitudo, sive prima
equitas omnem excludens superbiam, que est prima mentis obliquitas a re-
ctitudine, quia per superbiam enim homo reflectit se super se descendens a
prima rectitudine. Estimat enim bona sua habere a se et non a deo

vel a deo sunt tam multis vel habere plus quam habeat vel habere singularitatem
super omnes que sunt quatuor species superbie secundum Gregorium In quibus
obliquitur mens hominis a rectitudine Et xpi istam conditionem figuratur
thronus xpi per thronum igneum De quo dicitur Danielis vii Thronus eius
sicut flamma ignis Et bene thronus xpi per ignem figuratur racione summe
equitatis Ignis enim semper movetur motu recto et in linea perpen-
dicularem nisi impediatur a flatu venti Et divina equitas est rectissi-
ma immo prima figura rectitudinis que nunquam odio vel amore minuitur et
promissis adulatione vel favore potest obliqui Est Tercio in thronum
Dei summa bonitas omnem excludens sevitiam et duritiam Ideo figura-
tur per thronum nubeum De quo Ecclesiastici xxiiii Ego dicit xpus in altissimis
habito et thronus meus in columpna nubis Et bene per nubem racione
bonitatis figuratur thronus xpi Sicut enim nubes ardorem solis re-
frigerat rorem et pluviam distillat ac per hoc terram fecundat Sic bo-
nitas et una xpi ardore divine iusticie nobis temperat rorem et
pluviam divine gracie nobis distillat ac per hoc mentes hominum virtutibus
fecundat Est ulterius in throno xpi felicitas omnem excludens mi-
seriam Et ideo figuratur per thronum gemmeum De quo dicitur Ezechielis
Quasi aspectus lapidis zaphiri similitudo throni et super similitu-
dinem throni quasi aspectus hominis Iste thronus similis lapidi za-
phireo est thronus xpi dei et hominis Cum enim oculis fidei thronus
xpi contemplatur non solum ipsum credit esse deum sed etiam hominem
verum Et bene thronus xpi racione felicitatis figuratur per thronum
zaphireum Est enim xpi felicitas summe stabilitate Et ideo per lapidem
figuratur Est summe nobilitatis et ideo per lapidem preciosum Est etiam ube-
rime preciosum quia ibi est omne bonum et est summe mulcebritatis
et ideo per lapidem zaphireum qui inter lapides quanto pulcrior est et dele-
ctabilior in colore et magis oculos demulcens Est enim colore cele-
stis Sic et in throno xpi est summa pulcritudo summa quam dulcedo Iu-
cunditates in dextera eius delectaciones usque in finem ut dicitur in psalmo
Propter istas ergo quinque condiciones quas habet thronus xpi ubi omnes qui assis-
tunt ipsi a quintuplici macula sunt immunes scilicet a macula fallacie
impuritatis superbie sevitie sive duritie et miserie cuiuslibet scilicet
spiritum ad animas et tamen erunt quantum ad corpora quas scilicet xpi
exhibebit secundum glosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam
ad Ephesios v^o Tunc enim dicet xpus sue sponse illud Canticorum iiii^o Tota
pulcra es amica mea et macula non est in te scilicet neque culpe neque miserie
Sic igitur sancti qui cum agno sunt in hac vita super montem Syon
ut prefertur nunc ante resumpcionem corporum cantant quasi canticum novum
ante sedem dei tanquam novam suscepturi canticum et placet istud can-
ticum ac placebit quia sine macula sunt ante thronum dei Studeamus
igitur et nos predictas quatuor maculas scilicet fallacie impuritatis superbie
et sevitie sive duritie ac omnis malicie si volumus tunc evadere
quintam scilicet miserie Non enim potest esse ante thronum dei nisi qui fuerit
immunis ab omni macula culpe et pene Unde enim Augustinus in sermone
de ascensione domini Cum xpo non ascendit superbia non avaricia non
luxuria nullum vicium nostrum ascendit cum medico nostro Et ideo si vo-
lumus post medicum ascendere debemus vicia et peccata deponere dicitur
enim super Apocalypsis iiii^to quod de throno xpi procedunt voces tonitrua et fulgura
voces ad monicionem ut predictas maculas caveamus et ab ipsis si
maculati fuimus nos celeriter abluamus Tonitrua ad comminacionem eterne
dampnacionis Et fulgura ad inflictionem in anima et corpore si obdura-
verimus corda nostra Veritas huius throni reprobabit omnem
fallaciam Puritas elongabit a se omnem impuritatem Celsitas condempnabit
omnem superbiam Bonitas confutabit omnem sevitiam seu maliciam
Sed felicitas augmentabit reproborum miseriam Igitur et cetera in ix^o capitulo Apocalypsis

d hebr 4to adeamus cum fiducia ad thronum gratie dei, ut gratiam et
misericordiam inveniamus in tempore oportuno Cum fiducia vos accedimus si imma-
culati fuerimus. Nondum tamen 2m litteram allegorice in sermone de innoc-
entibus ipsi ubi similiter iure dicuntur flores martirum sicut quod pre gemine
tempestates de arbore etc. Quarto ista pars capituli que specialiter agit
de sanctis hominibus agno vero in voluntate simplicitate fidelitate
et martirum actibus conformibus apparatur ipsis, et istam partem
in eorum festo etiam pro epistola legitur Et quibus non fuerit in illa
[illegible] vite de qua hic agitur, ut dominum laudaverit sicut cuius fidem
predicaverit qui etsi fuerunt virgines tamen virginitas in eis nullius
[illegible] nulli qui nullum gulpiam sentiebat nec ad actum oppositum
voluntati potentiam habuerit, qui non fuerit secuti xpm, sed potius
[illegible] eos ut videtur, quod et cum ipsum fuerunt interfecti, qui etsi me-
dates non fuerit, mirum non est, quia ut dominum [illegible] dicere potuit
tamen ista pars capituli que agit de perfectis martiribus apparatur eis. quia
ut dictum est ipsi iure dicuntur martirum flores Et quia in primo tempore
gratie pro xpo martirium subierit, apparatur eis nichilominus ratione duplici
primo ratione testimonii, ratione preconii, ratione societatis, ratione
[illegible], ratione simplicitatis, et ratione felicitatis Ratione quidem dum
quia dominus de quo hic agitur et pro quo fuerunt mortui agnus innocens
erat. vidit inquit agnum Et inferius hii sequuntur agnum Et etiam ipsi
erant agni qui inter omnes martires dicuntur innocentes propter quattuor
primo ratione vite quia nullum peccatum gesserit. Non ipsi fuerunt illi
de quibus in psalmo innocentes et recti adheserunt michi, Secundo ratione pene
quia innocenter passi fuerunt Non in psalmo effuderunt sanguinem innocentem
Tertio ratione cause quia pro innocente occisi fuerunt pro illo scilicet
de quo in psalmo innocentibus manibus et mundo corde, Quarto ratione
innocentie assecute quia omnes tamen tincti si quod non contincti effusione
sui sanguinis sigillis pro xpo innocenter effusi baptismale innocentia
meruerunt Unde xpus in psalmo lavabo inter innocentes manus
meas Secundo ratione etiam numeri, non quod essent centum xl iiij-or milia. Non
enim tot erant etiam in tota iudea a bimatu et infra sed quam multi
erant. Non enim solum fuerunt interfecti de bethleem, sed etiam multi
sunt interfecti de tribu beniamin vicina Quod probat dominus
super mat. 2o. [illegible] quia ibi dicitur Rachel plorans filios suos
Rachel autem non fuit mater iude in cuius sorte fuit bethleem, sed
mater beniamin Tertio ratione testimonii effecerit enim testes xpi et
non loquendo et predicando, plorando tamen et ululando, et non solum
per se sed etiam per matres eorum iustabat qui necem ipsorum intelligebant
Et propter dicit fuisse vox ista vox agnorum multorum quia illi pueri fuerunt
de multis populis quia de tribu iuda et beniamin Et vox tonitrui
magni quia vox illa lugubris in civitate terrebat herodem et suos
[illegible] Et vox citharedorum et salte [illegible] ad matres [illegible]
que videntes natos suos sic interfici, stringebant capillos, scindebant
vestes laniabant facies et ita citharizabant in citharis suis. Et
sic ut dicit matheus adimpletum fuit quod dicitur Jeremie 33 vox in
excelsis audita est lamentationis fletus et luctus Rachel plorantis
filios suos et noluit consolari super eis quia non sunt. Ratione nichilominus
preconii laudaverit, non deum et si non loquendo, tamen moriendo pro
nomine eius dei non loquendo sed moriendo confessi sunt, Unde et hic dicitur
[illegible] cantabant quasi canticum novum, Et hoc novum, quia sine verbo et moriendo
cantabant Ratione etiam societatis effecerit enim individui socii agni et
in tantum integritate absque omni corruptela, Unde de ipsis hic dicitur, hii
sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati sunt enim sine actuali
[illegible] sine actuali conformitate ad malum sine actuali difficultate

ad bonum

et sine actuali pugne contrarietate. Dico sine actuali puritate, quia nunquam
peccatum aliquod commiserunt. Unde de ipsis ipse dicitur quod cum mulieribus
non sunt coinquinati. Ut non solum sumantur hic mulie-
res pro feminis et coinquinatio pro concubitu carnali, sed etiam mulieres
sumuntur pro corporalibus creaturis et coinquinatio pro fornicatione spiri-
tuali, que est omne peccatum actuale. Vel descendendo ad ipsam, ut ei-
dico propter peccata venialia, per que non ipse formiter anima a deo
suo, tamen disponitur ad fornicandum. Dicitur ergo de istis quod cum mulieribus
non sunt coinquinati, id est nullo peccato actuali nec mortali nec veniali inqui-
naverunt anime puritatem. Et dico sine actuali puritate sed ad ma[lum]
et difficultate ad bonum et pugne contrarietate. Quia licet omnes habuerunt ra[cionem]
omnium istorum scilicet originale, tamen per hoc habuerunt habitualiter et in ra-
dice morbosa pronitate ad malum difficultatem ad bonum et rebellio-
nem carnis ad spiritum, tamen hoc nunquam actualiter senserunt, quia antequam possent au[t]
concupiscere [illegible] suam fundentes, baptismo sui sanguinis dealbati fu-
erunt. Unde de ipsis potest exponi quod scribitur Apocalypsis vij°: Hi sunt qui ve-
nerunt ex magna tribulatione et laverunt et dealbaverunt stolas suas in
sanguine. Et vere ex magna tribulatione. [illegible] Augustinus in ser-
mone: Velud primas ecclesie gemmas persecutionis pruina decoxit.
Item in sanguine agni, quia sanguis sanguinibus istorum qui bapti-
zati fuerunt et dealbati, fuit quodammodo sanguis agni id est Christi, quia per sangui-
nem fundebatur et in quolibet istorum fundebatur sanguis Christi. Habuerunt
ergo quod inter omnes sanctos singularem puritatem et cum hoc martirum ar-
bitrium, propter quod hic dicitur quod sequuntur agnum quocunque ierit, quia
in principio medio et fine conformes ei fuerunt. Et hoc dicitur, quia
quibuslibet fuerunt Christo socii, fuerunt enim simul cum Christo in mundo, quia
sunt nati, in bello, quia sunt passi, in limbo, quia sunt clausi, in celo, quia
sunt beati. In mundo dico simul fuerunt, quia qui sunt cum Christo nati
in mundo, sub uno rege, sub uno principe, in eodem climate et in
eadem regione. Simul etiam fuerunt in bello, quia sunt passi fuerunt
et sub eodem tyranno. Cum enim isti pueri occidebantur, Christus fugi-
tivus in Egiptum patiebatur exilium, ymo rex iniquissimus Herodes hos pu-
eros occidebat, quia solum ipsius mortem cupiebat. Unde congruum ad hoc
bene dicitur quod sequuntur agnum, quia non fuit Christus fugatus quin pue-
ri occisi, ymo [illegible] Christus fuit [illegible], etsi non tempore tamen in persecutoris
intentione. Simul etiam fuerunt in limbo, quia aliquibus tempore simul ibi clau-
si fuerunt. Anima enim Christi per xl.ta horas fuit in limbo simul cum istis
animabus. Simul etiam fuerunt et sunt in celo, quia anime istorum cum
Christo sunt beate cum corpus Christi fuit vestitum immortalitate. Unde de
ipsis potest exponi quod de rotis dicitur Ezechielis i°: Quocunque ibat spiritus,
illuc levante spiritu levabantur et rote sequentes eum. Per spiritum
hic intelligo Christum qui est actor et inventor spiritualis vite, in [quo]
nichil fuit [illegible] corrupcio carnis. Per istas vero rotas istos beatos
pueros intelligo qui instar rote sine vite principio cucurrerunt, quibus
[illegible] in [illegible], in incipientis vite primordiis. Ipse fuit ca[put]
[illegible] et primus, ipse actor pene, qui et largitor corone. Dicitur
ergo quod quocunque ibat spiritus, id est Christus, sive in mundum sive in bellum
sive in limbum sive in celum, illuc levabantur et rote, id est beati
pueri sequentes. Et bene levabantur, quia nasci eorum et mori et
claudi in limbo, totum ad hoc ordinabatur ut nascerentur in celo.
Et quoniam nichil digne offertur deo nisi quod est purum et si[ne]
macula, et quia isti inter omnes sanctos quasi singulariter fuerunt immacu-
lati, ideo primi fuerunt deo oblati, propter quod ratione puritatis dicitur
de eis quod empti sunt ex hominibus primicie deo et agno. Empti id est
exempti sunt ex omni humana corrupcione et ex omni terrena conversacione
ut sint primicie idest primitus oblati deo et agno. Vel primicie hom[inum]

xiiij

quia fuerunt primi flores et prima fruges ecclesie, primi testes et primi comi-
tes Christi, prima sacrificia, ymmo et prima holocausta oblata deo pro
Christi nativitate. Item ratione simplicitatis, cum enim interficiebantur
non minabantur interfectoribus, nec excusando se mentiebantur, quia in ore
ipsorum non est inventum mendacium. Ratione multiplicis felicitatis
quia omnes nempe sanctos de istis quasi singulariter dicitur quod sine macula
sunt ante thronum dei, vere sine macula, quia etsi fuerunt concepti
in originali, nullam tamen peccati actualis maculam contraxerunt, quod de
paucis sanctis dicitur, si tamen de aliquo preter gloriosam virginem posset dici.
Nota quod Christus dicitur agnus propter quinque causas, scilicet ratione immola-
tionis typice, ratione predicationis prophetice, ratione conditionis nature,
ratione dominationis autentice, ratione visionis sanctissime. Primo Christus
dicitur agnus ratione immolationis typice, figurabatur enim per agnum immolatum
in pascha, quia virtute Christi fusimus de Egipto ad gratiam, de servitute ducti
sumus ad gloriam libertatem, et transiverunt de miseria ad vitam et gloriam
quorum omnes postes, scilicet corporis et anime, fuerunt eius sanguine
per sacramenta ecclesie consignati. De hoc agno legitur Exodi xii: Erit
agnus sine macula, masculus, anniculus etc. Figurabatur etiam per
illos duos agnos qui erat iuge sacrificium, quorum unus omni die offe-
rebatur mane, alter autem qui erat pinguior offerebatur in vespere.
Quia Christus mane, id est in principio mundi, fuit etiam oblatus in aliis.
Ipse namque fuit occisus in Abel, ligatus in Ysaac, fugatus in Ia-
cob, conspuitus in Iob, persecutus in David, irrisus in Heliseo, lesus
et afflictus in prophetis, unde ipse est agnus qui dicitur Iohannis occisus ab
origine mundi Apocalypsis xiii. Ipse ergo fuit in aliis sacrificium matutinum.
Et postmodum in mundi vespera fuit in seipso realiter et corporaliter
oblatus, et ista vespertina oblatio fuit longe pinguior, salubrior,
efficacior et nobilior quam matutina, sicut nobilior est res quam umbra
et veritas quam figura. Secundo Christus vocatur agnus ratione predicationis prophe-
tice. Attendit enim ad hoc Ysaie vaticinium dicentis de Christo ad litteram
Ysaie xvi: Emitte, id est emittas, agnum salvatorem Christum, domine, scilicet pater, agnum
dico dominatorem terre. Et hoc de petra, id est de Ruth, que fuit petra
dicta propter infidelitatem. Fuit enim de regione moabitide. Et de petra
deserti, quia tunc tota gentilitas erat a deo deserta. Ad montem filie Syon,
id est ad virginem Mariam, que fuit mons ille de quo fuit abscisus la-
pis, id est Christus, sine manibus, id est sine humano opere, Danielis 2o.
Et mons filie Syon, quia ipsa de stirpe David genita fuit vera filia Syon.
Vel ipsa est mons et tutamentum militantis ecclesie que est filia Syon,
id est ecclesie triumphantis. Ad hoc etiam attendit vaticinium eiusdem, capitulo liii,
dicentis de Christo ducendo ad passionem: Sicut ovis ad occisionem ducetur, et sicut
agnus coram tondente se obmutescet. Ad hoc etiam ecclesiastice facit Ieremie
capitulo xi loquentis in persona Christi et dicentis: Ego quasi agnus mansuetus qui portatur
ad victimam. Et bene dicit quasi agnus, quia non agnus sed similis agno,
ut hic quasi sit nota non expressionis sed similitudinis. Agnus enim inter cuncta
alia innocentissimus est et innocentiam representat. Et quia Christus inter homines
plus fuit innocens, quia nec peccatum commisit nec commissit, ideo congruen-
tissime se agno assimilat. Mansuetudinem quoque et maxime mansuetissimam
singularem patientiam, cum enim male tractaretur non minus desonabat
nec querimonia sed corde tacito mentis bene constanciam servabat patienciam. Christus
enim ad litteram est ille rex de quo dicitur Zacharie ix: Ecce rex tuus
venit tibi mansuetus, prout allegat eciam Mathei xxi. Tertio Christus
vocatur agnus ratione naturalis conditionis. Agnus enim inter cuncta animalia
dicitur innocentissimum, mansuetissimum, patientissimum, obedientissimum, agnoscentissimum
et fructuosissimum. Dicitur enim agnus ab agnoscendo. Mater enim est

in medio gregis audit ovem balantem et ad balatum cognoscit eam. Est
igitur al agnus sanctissimus, est mitissimus et fructuosissimus. Valet enim
sua pellis ad tegumentum, carnes ad nutrimentum, intestina ad musicum
instrumentum, et fimus valet ad terre fomentum. De Christo autem dico inter
cunctos homines dici potest quod ipse solus est innocentissimus mansuetissimus etc.
Unde propter istas similitudines dicitur Christus agnus in innocentia in pa-
ciencia in mansuetudine in obediencia in notitia. Pendens denique in
cruce agnovit balantem vel plorantem matrem suam et dixit mulier ecce
filius tuus. Et in utilitate summa quam attulit humano generi. Nobi-
lem eius facta et extra corpus et anima sanctissima sudor et lacrime, fames,
sitis ~~et~~ et fatigatio fuit et sunt nobis summe fructuosa. Propter
istas quo convenientias Christus appellatur agnus a prophetis et ab aliis
sanctis. Unde propter ipsius innocentiam paciam et obedienciam dicitur
de ipso Ysaie xi habitabit lupus cum agno, Judas cum Christo
et dimissi(?) ... lupus et agnus, id est Judas et Christus pascentur simul.
Intingebat namque proditor manum suam in parapside salvatoris. Quid
ergo innocentius quid mansuetius quid benignius Christo, habitabat nempe
cum eo quem sciebat suum esse proditorem. Est ecce agnus qui ex sua
naturali condicione est immolabilium et aptissimum ad sacrificia et holocausta.
Unde secundum legem veterem plura fiebant deo sacrificia de agnis quam de
aliis animalibus cunctis. Post quod et ipse qui pro nobis immolatus fuit
comparavit se agno et discipulos suos qui pro ipso immolandi fuerant
comparavit agnis dicens eis Luce x Ecce ego mitto vos sicut agnos
inter lupos. Quarto Christus appellatur agnus racione dominice auten-
ticie. Quem enim olim prophete sancti veterum predixerant, precursor eius
Johannes digito suo demonstravit esse presentem vocans eum valde auten-
tice agnum dei. Ecce inquit agnus dei, id est qui est deus Johannis primo.
De quo ecce statim post eum celo subdit. Ego testimonium perhibui
quod hic est filius dei. Quinto vocatur Christus agnus racione visionis
sanctissime. Johannes namque dilectissimus vidit in apocalipsi quam plura
de Christo sub similitudine agni. Primo profunditatem sue sapiencie. Unde v°
dignus est agnus qui occisus est aperire librum etc. quem cum nullus
aperire valuit in celo nec in terra nec subtus terram, ipse tamen
librum id est scripturam sacram et etiam disposicionem aperuit et dissolvit sigilla
figurarum. Secundo vidit severitatem sue iusticie. Supra vi° dicit quod in
die iudicii dicent mali petris et montibus cadite super nos et abscon-
dite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni quoniam venit
dies magnus ire ipsius et quis poterit stare etc. Ideo nullus tanta
erit severitas iusticie agni que per iram eius designatur. Vidit
nichilominus 3° magnitudinem sue potencie. Dicit in capitulo xvii° quod agnus
est dominus dominorum et rex regum. Vidit quarto immensitatem sue be-
nivolencie que apparet ex multis. Et primo in hoc quod voluit habere cum
hominibus societatem ut hic in littera dicit. Et vidi et ecce agnus
stabat supra montem Syon et cum eo C xl iiii milia. De quibus statim
subditur hii secuntur agnum quocumque ierit. Item quod pro hominibus mori
voluit ut haberent maiorem formositatem. Dixit enim angelus Johanni
de sanctis hominibus supra vii hii sunt qui venerunt ex magna tribulacione
et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni. Item
quod contraxit cum hominibus novam affinitatem. Nam letam hominum duxit
iste agnus in sponsam et uxorem. De quo dicitur infra xix venerunt nuptie
agni et uxor agni preparavit se. Et infra xxi dixit angelus de
agno veni et ostendam tibi sponsam uxorem agni. Item quod sic regit et
gubernat homines quod deducit sanctos homines ad eternam felicitatem. De
quibus, id est dixit angelus Johanni supra vii° quod agnus qui in medio
throni est reget eos scilicet electos homines et deducet eos ad vite

fontes aquarum, de quibus electis homnibus dicitur Apocalypsis 19. Beati qui ad cenam
nuptiarum agni vocati sunt. Et 22. Beati qui lavant stolas suas in san-
guine agni ut sit potestas eorum in ligno vite et per portam intrent
civitatem. Quinto et ultimo sub agni similitudine vidit Johannes de Christo
plenitudinem omnis sufficientie. Vidit enim et audivit vocem angelorum
multorum dicentium magna voce Dignus est agnus qui occisus est accipere
virtutem et divinitatem et sapientiam et fortitudinem et honorem et gloriam
et benedictionem et omnem creaturam. Et sequitur Sedenti super thronum
et agno benedictio honor et gloria et potestas in secula seculorum. Ecclesia ergo
vocat etiam Christum agnum et petit ab eo misericordiam sub nomine agni dicens
Agnus dei qui tollis peccata mundi etc. Sed proch dolor multi sunt qui
non considerant ista quinque de agno dei quia ei se non conformant sed potius
ei repugnant et tamen certum est quod ab eo vincentur. De quibus dicitur Apocalypsis
xvii. Hii scilicet peccatores pugnabunt cum agno sed agnus vincet eos
et sunt omnes illi qui sequuntur bestiam id est dyabolum vel antichristum
et recipiunt in fronte sua vel in manu caracterem bestie id est amorem peccati
de quorum quolibet dicitur Apocalypsis xiiij quod hic bibet de vino ire dei et
cruciabitur igne et sulphure in conspectu sanctorum angelorum et
ante conspectum agni. Non sit autem sic de nobis sed sic vivamus insigniti
huius agni caractere ut nunc stemus cum eo super montem Syon et tandem
perveniamus ad illam civitatem de qua dicitur Apocalypsis xxi quod claritas dei illu-
minabit eam et lucerna eius est agnus de quo Johannes hic dicit quod
vidit eum stare super montem Syon. Per stare vero agni designatur
sua firmitas et perseverantia in conforto iusticie vel sua promptitudo ad au-
xiliandum militibus suis. Dicitur secundo in principio capituli hic Audivi vocem
illum ... Et cantabant quasi canticum novum ... psalmi ut
hympni divine laudis habuit sub antiquo testamento in melodiis. A David
apparatus et divinitus inspiratus. Ille tamen melodie decantationes psalmorum
... sunt recepte a Christianis ... vel ille melodie ... apparatu
obmisse sunt tempore lucis et veritatis sed novum testamentum. Quod quia tempus
quod est plene et nove letitie, multo debuit haec nova letitia et eorum
natura cantica, que David in spiritu longe providens sepe dixit Cantate
domino canticum novum, et similia. Sed licet quorundam doctorum psalmi hympni
et odes ecclesie tantis melodiis utilius decantetur quam distincte loquendo
recitantur. Et videtur quod non quod propter modulos musicos fit ut non intelli-
guntur verba que cantantur. Sed psalmum unius canticum audiatur. Quod non
fit sine peccato. Dicit enim Augustinus x Confessionum. Cum mihi accidit ut me
amplius cantus quam res que canitur moveat, penaliter me peccare
confiteor et tunc mallem non audire cantantem. Et ibidem dicit quod ... in
ipso tamen delectatio carnis se convertit ... melos cantilenarum
suavium quibus davidicum psalterium decantatur ab auribus meis removeri
velim atque ipsius ecclesie. Tutius mihi videtur quod de Allexandrino
episcopo Athanasio sepe mihi dictum commemini, qui tam modico flexu vocis
faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronuntianti vicinior esset quam canenti.
Oppositum arguitur per beatum Augustinum ibidem subiungentem. Verumtamen
cum tamen reminiscor lacrimarum mearum quas fudi ad cantus ecclesie tue
in primordiis recuperate fidei mee et nunc ipse commoveor non a cantu
sed rebus que cantantur cum liquida voce et convenientissima mo-
dulatione, magnam instituti huius utilitatem rursus agnosco. Ita fluctuo
tamen inter periculum voluptatis et experimentum modi
salutaris, magisque adducor non quidem irretractabilem sententiam proferens
cantandi consuetudinem approbare in ecclesia ut per oblectamenta aurium
infirmior animus in affectum pietatis assurgat. In ipsis enim sanctis
dictis religiosius et ardentius sentio moveri animos nostros in flammam
pietatis cum debite cantantur quam si non ita cantarentur. Et in prologo

Sup(er) p(re)sbiterum loq(ui)t(ur) de institutione ordinum eccl(es)ie et dedicatione psalmorum
et vocis invocandi ingr(essu)s capitulis institutum videt(ur), in p(er)sona sacerdotis d(e)clu
cantem ac assistentem h(ic) vide etiam illum textum hui(us) capituli. Et ca
tabant q(ui) cantica nova. Quod id est multiplex institutio vetus divine
laudis et cultus sub veteri testamento unde legitur in exodo quomodo
submerso pharaone moyses cum filiis israel canticum cecinerunt dicentes
cantemus d(omi)no gl(ori)ose enim honorificatus est, equum et ascensorem
proiecit in mare. Exodi xv et p(ro)p(he)tie. Hinc divine disposicionis non ignarus
In dedicatione psalterio laudes domino cecinit. Et nobis ad g(ene)rales hor:
tatus est dicens cantate et cetera. Nec solum vocali cantu uti nos in laude
dei voluit sed etiam per manum factam musice artis instrumenta dominum laudare
commonens ait laudate dominum in sono tube, laudate eum in psalterio
et cithara, in tympano et choro, in cordis et organo. Q(uo)d laudate
eum in omni modo quantumcumque potestis et adhuc ad eius condignam laudem
non attingetis. Iuxta illud eccl(esiastic)i xliii Benedicentes dominum exaltate eum quantum
potestis maior est enim omni laude. Et ideo quia ipsum condigne laudare
non valemus balbuciendo tamen prout possumus excelsa dei resonamus
et voce et cantu dulcissimo et melodiarum dulcedine. Novum ergo [illegible]
musicalis modulacio primum originem habuit in ecclesia dei a beato ignatio
martire. Post hoc a beato ambrosio mediolanensi episcopo cepit crebri
usus musice in ecclesia romana, post quos Urbis Gregorius papa spiritu
sancto, ut fertur, ei assidente et dictante multa cantica ecclesie modo
dulcius est. Et cantum romane ecclesie quo per anni circulum divinum cele:
brare officium condidit et distribuit per certas dietas. Ut autem ecclesiasticus
cantus utilis et aptus sit ad [illegible] audiencium devocionem et non impe:
diens eam consequatur et decurrat ita quod intelligencia non turbet sed
quod ibi cantus pausacionem finalem recipiat ubi sensus distinctionem verborum
facit. Et ut eciam tripliciter quantitate, eciam sensum verborum cantus varietur
ita ut sic melodia decurrat, ut illud quod verba sonant cantu exprimere
videatur. Cantus vero comprehensibilis est si in tristi tempore et materia, flebilem
modulacionem adduxerit, vel in materia leta lacrimabile, pudendum est go
rum auctores musice, quod taliter cantus modetur, ut in adversis deprimatur
et in prosperis exaltetur. Exemplum est quoniam ad materiam letam in istis
antiphonis Cum rex glorie et Sedit angelus etc. Similiter inveniuntur
autem multe que non tantum in verbis sed etiam in cantu merorem sonare
videntur. Et ille amplius et salubrius afficiunt animos audiencium qui sunt
tantum intelligibiliter leguntur. Ex quibus omnibus patet concludere quod olim
omnes ecclesie p(re)sbiteri in p(ro)p(ri)o divine laudis publice efficatores et apud
deum exauditores reddunt, ex congrua et apta melodia et talibus
exterioribus cerimoniis gestibus et apparatibus et hec magis [illegible]
ad magnificentiam divine laudis et ad devocionem audiencium amplius coo:
perantur. Hoc dico notanter, quia novitates et singularitates ab huiusmodi
gestibus removende sunt et maxime curiositas et lascivia de cantu
in ecclesia excludende sunt. Que magis ad distractionem hominum et delecta:
cionem vanam aurium faciunt talia, quam inde devotio audiencium
excitetur. Que enim devocio excitatur per sensum verborum divini eloquii
diligenter decantatorum, non per modulos minimis varios fractos curiosos
aut lascivos, quod et verba corrumpunt et sensum sepeliunt, cum solum
cantuum sonus ab audientibus attenditur, quod non fit sine peccato
ut dicit augustinus. Talis ergo cantus male morigeratus reprobatur a sanctis
et prohibetur a bene institutis omnibus potius prescribendus. Unde boe:
cius in prologo sue musice dicit effuit olim prudens ac modesta
musica, dum simplicioribus organis ageretur, ubi vero varie permixta
tetrafra est amisit gravitatis atque virtutis modum et pene in tur
pitudine collapsa, minime antiquam speciem servat. Unde plato precepit
minime optare pueros ad omnes modulos erudiri, sed potius ad valentes

ac simplices. Et subdit Boetius magnum esse custodiam reipublice arbi-
tratur Plato musicam optime moriginatam prudenter quod quieta sit ut
sit modesta ac simplex et mascula nec effeminata nec varia aut lasciva.
Racio est quia magnam vim habet musica excitandi in homine hanc vel
illam passionem, bonam vel malam, ut patet ibidem per Boetium. Et psalmi
[illegible] delectorum declarantem magnam esse vim musice melodie in al-
teracione corporum et animorum, sed non delectatur naturalem, propter quod omnibus
etatibus et omnibus moribus usus ipsius annexus est. Cuius causam
Boetius reddere volens ponit talem conclusionem. Ut composicio hec
quodammodo consistit in proporcionibus armonicis quibus proporcionantur
soni in musicalibus melodiis, que sunt dyatessaron dyapente dyapa-
son etc. Unde dicit illud [illegible] sic tota anime nec corporis
quam compacio musica coaptacione juncta est. Nam ut sese corporis
affectus habet, ita eciam pulsus cordis motibus incitatur. Et subdit Cum
enim mediante eo quod in nobis est junctum convenit quod compactum
est, capimus quod in sonis apte conveniunt quod junctum est, eo quod delecta-
mur, nos quod ipsis eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Ami-
ca enim est similitudo, dissimilitudo vero odiosa atque contraria. Hinc etiam
morum quod maxime permutaciones fiunt. Lascivus quippe animus lascivioribus
delectatur modis et sepe eosdem audiens emollitur. Rursus asperior mens
vel incitatoribus gaudet modis vel exasperatur. Et hinc est ut Boe-
tius dicit quod etiam modi musici gencium vocabulo designati sunt, ut mo-
dus lidius, frigius etc. Ex istis sequitur quod quia corpora secundum quodlibet
suam disposicionem naturalem sunt delectantur ut [illegible] in tali ut in tali
melodia musicali. Sicut dicit [illegible] gentes secundum diversitatem complexionis et naturalem
eorum disposicionem, aliis et aliis melodiis incitantur et delectantur. Unde
Boetius illud vero intelligi etiam in gentibus potest. Nam que asperiores
sunt gentes durioribus delectantur modis, que vero mansuete medio-
cribus. Corporum secundum bonitatem vel maliciam complexionis vel
disposicionis moralis in homine, quemadmodum indicat ipsius alteracio racione
melodie, patet ex dictis. Sexto diverso ingenio melodiarum curari possunt
singulares morbi corporum et animarum. Quinto ad confirmandum medicinam
[illegible] contulerit [illegible] virtutes consonanciarum musicalium, sicut sancte virtutes
[illegible] vel medicaminum, patet ex dictis. Nam melodia musicalis expellit
homini melancolias etc. [illegible] illum textum huius [illegible] audivi vere
de celo. [illegible] quod musica prout sunt [illegible] est [illegible]
[illegible] armonicas seu consonancias [illegible] proporciones et habitudines
et ordines [illegible]. Et secundum hoc apud doctores [illegible] distinguitur musica
secundum mundana, humana et instrumentalis. Mundana consistit in elementis
et planetis et celestibus. Nam ad eam pertinet consonancia proporcio elementorum
et [illegible] habitudo celestium corporum, proporcionata [illegible] noctium et dierum
[illegible] alternacio lucis et tenebrarum, veris et estatis, autumpni
et hyemis. Et quia in hac musica macrocosmi [illegible] turbarentur
quo a suis [illegible] exorbitatur de via [illegible] universum [illegible] et [illegible]
que sibi [illegible] destructiva pateretur. Humana vero musica pertinet
ad microcosmum scilicet hominem. Et huius musice [illegible] consistit in corpore
alia in anima, alia in connexione corporis et anime. Ad primam pertinet debita
proporcio membrorum humani corporis et [illegible] humorum et [illegible] elemen-
tarum qualitatum [illegible] et [illegible] habitudo. Et huius armonie [illegible]
pertinet ad sciam medicinalem. Rursum quia hanc musicam quo ad ani-
mam pertinet virium ordo et earum consonans connexio, et actuum interiorum et
exteriorum ipsius [illegible] et [illegible] moderacio atque hominis inter se [illegible]
concordia et pacifica confessio. Sed aut musica plurimum hodie [illegible]
et a suis armonicis consonanciis longe aberrarit. Ad hanc eciam musicam
humanam pertinet illa naturalis amicicia qua anima corpori quibusdam invisi-
bilibus vinculis colligata ad movendum [illegible] ipsum [illegible] qua naturali
connexionis concordiam vel amiciciam. Nemo unquam carnem suam odio habuit

Et hec musica consistit in hoc ut arceatur calor, sed plus spiritus, ut foveatur corporis sed non humanis viribus. Tercia musica est instrumentalis. Et illa consistit circa sonorum armonica concordiam. Et illa est duplex, cum quedam exercetur duplicibus instrumentis, scilicet instrumentis naturalibus vocificandi, que sunt nove scilicet duo labia, quatuor dentes principales, plectrum lingue, arteria gutturis et totalitas pulmonis. Et quia sine humectatione competenti talium instrumentorum non potest vox nasci, ideo musica secundum Hugonem de sancto Victore id est aqua, quia sine debita organorum cum vocificandi humectatione dulcis sonoritas non potest fieri vel forte quia occasione strepitus rotarum in molendinis, sunt inventa studia musicalis. Alia vero musica instrumentalis exercetur instrumentis artificialibus, ut sunt organa cithare et similia. Istarum autem musicarum melodia naturalis sive humanarum vocum ceteris paribus, est suavior et efficacior sive eciam quia artificialis. Ratio quia instrumenta quibus exercetur, sunt nobis naturalia. Et ex hac vocum armonia ~~virginia~~ ex eis formata placibilius nos movet et mutat.

Et vidi alterum angelum volantem per medium celi habentem ewangelium eternum ut ewangelisaret sedentibus super terram et super omnem gentem et tribum et linguam et populum magna voce dicens timete dominum et date illi honorem quia venit hora iudicii eius. Et adorate eum qui fecit celum et terram et mare et omnia que in eis sunt et fontes aquarum.

Secunda pars principalis huius capituli in qua posita descriptione adiutorum tollati ecclesie scilicet agni et familie eius subditur nonficatio primi vel mediis utriusque familie tam ecclesie quam draconis. Sic continuat Beda vel ponitur admonicio fidelium ut attendat ad familiam ecclesie et declinet a familia draconis. Sic continuat glossa. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur predicte descripcionis sive admonicionis prosecucio, secundo ipsius iudicii et processus iudicii expressio et descripcio ibi Et vidi et ecce nubes candida etc. Prima subdividitur in quatuor, primo ponitur introductio angeli invitatis ad familiam ecclesie in signa predicatorum et invitacionum, secundo subditur introductio angeli admonentis recessum a familia draconis ob imminentem eius casum ibi Et alius angelus secutus est etc. Tercio subiungitur introductio angeli denunciatis dampnationi familie draconis ibi Et tercius angelus etc. Quarto subditur declaratio et denunciatio mercedis et glorie sanctorum ibi Et audivi vocem de celo dicentem michi etc. In prima duo ponuntur. Primo angeli denunciantis et admonentis descripcio, secundo admonitionis specificatio ibi dicens Timete dominum. Describitur autem angelus denuncians a multis que sunt necessaria predicatoribus verbi Dei ut per Et vidi scilicet visione intellectuali alterum angelum, per quem ordo predicatorum designatur secundum glossam, vocem Christi gerens, que est patris voluntatem nuncians. Secundum Lyranum in hac quarta parte quia licet ait vidi alterum angelum tamen precedentibus introducte nullus angelus sit introductus. Nam omnes predicatores ecclesie per unum signantur quia unum predicant. Unde secundum ystoriam unus de seniorum dixit sive ut in persona omnium. Ad primum sciendum quod agnus de quo predictum est in principio huius capituli vocatur hic angelus de quo Ysaie ix secundum translationem lxx. Vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Vocatur ergo Christus agnus racione ymolacionis tipice, racione predicacionis prophetice, racione commendacionis statue, racione dominacionis dulcedine et racione visionis sanctissime ut dictum est supra. Et vocatur angelus racione annunciacionis voluntatis patris et honorum regni. Et ideo bene dicitur hic Et vidi alterum angelum de ordine predicatorum. Hic vero angelus est Christus quod et sequens quia unus succedit alteri. Ideo alius per aliud commemoratur, ut inquit Haymo. Primus vero angelus est ipse agnus de quo sermo habitus est. Alter autem angelus ordo predicatorum intelligitur. Dicitur autem alter, nam quo Christo cuiusque predicatores unus non sunt quia ipse est caput, electi membra, licet quod in natura non unus, sed in intencione sive cum uniformem voluntatem. In hoc quod ait angelum notatur vite puritas, sublimitas et auctoritas

In hoc autem quod addit alterum scilicet a Christo notatur eius humilitas secundum quam di-
stat summus a domino ut dicit Richardus. Et ideo ministri domini in predicatione
tot stilus auctor compellat humilitatem ne sit pusillanimis. humilitas
autem reprimat audaciam ne sit presumptuosa. Et subditur in littera volantem
scilicet per [illegible] celeritatem et sublimitatem predicationis. hoc est a terrenis se
sublevantem et ad celestia sustollentem velociter quoque et per [illegible] officium
predicationis sibi iniunctum exequentem et velociter discurrentem. Ysaie
lx° Qui sunt hii qui ut nubes volant et quasi columbe ad fenestras
suas. Ut nubes enim volant quia a terrenis desideriis penitus virtutum
sublevati pluviis verbis et choruscant miraculis. Ad fenestras autem
suas velut columbe sunt quia per hoc quod exterius conspiciunt nil
terrenum concupiscunt sed gaudia eterna intus contemplantur inquit Haymo
Et subditur in littera per medium celi id est per eternam virtutibus altam
et splendore divine cognitionis lucidam. Vel per medium celi id est per concordiam
utriusque testamenti. Principium celi est vetus testamentum. per hoc non
volat Manicheus qui vetus testamentum non recipit. finis est novum
testamentum. per hoc non volat iudeus qui novum testamentum non
recipit nec in Christum credit. medium autem celi est concordia utriusque testamenti
per quod volat fidelis predicator. Unde psalmus De medio petrarum dabunt
vocem. Zach. vi° Vidi et ecce quatuor quadrige egredientes de medio
duorum montium. Unde subditur in littera habentem evangelium eternum scilicet per pro-
missionem eternitatis ut evangelizaret per administrationem sui officii
scilicet doctrine celestis sedentibus super terram id est electis quiescentibus in deo
per terrene cupiditatis subiectionem. Et exponit quod premisit dicens super
omnem gentem non tantum super unam. Et quia in gentibus sunt tribus unde
subditur et tribum. Et quia in tribu sunt lingue unde subditur et linguam
Et quia in linguis sunt populi diversi ideo subditur et populum sicut expo-
situm est super ix° hoc est quod dominus in evangelio dicit Predicate evangelium
in toto mundo et tunc veniet finis seu consummatio Math. 24
Ut evangelizaret inquam dicens magna voce id est magna admonitionis
intentione. ut ait Richardus. distinguntur predicta modo dicto. Ex
quibus ita declaratio patet perfectio predicatorum quo ad multa. primo quo
ad vite sublimitatem et officii auctoritatem. quia sunt angeli quia nuntii
missi mittuntur Math. x° Ecce ego mitto vos. ad Ro. x° Quomodo predicabunt
nisi mittantur. Secundo patet eorum perfectio quantum ad predicationis rectitudinem
et in predicando agilitatem in hoc quod ait volantem per medium
celi non declinantem ad dexteram nec ad sinistram. Omnibus doctrina
celestium communicando agiliter discurrendo Unde Haymo volat angelus
per medium celi id est sancti predicatores incedunt velociter predicando Christum
per eternam volat per medium celi quia mentis contemplatione
celestia petunt. non terrenis inherent. Et subiectos etiam populos
ad celestia verbis et factis invitant. et sicut habetur supra
tertium super viii° Audivi vocem unius aquile volantis per medium
celi. Vide de hoc. Tertio patet eorum perfectio quantum ad sapientie celestis
ubertatem in hoc quod ait habentem evangelium eternum. Evangelium enim bonum nuntium
vel bona nuntians dici potest ut ait Augustinus 2° libro contra Faustum
et libro 4°. Nec aliud est evangelium quam predicatio et mandatum quod in duo-
bus consistit scilicet in promissionibus et operationibus. Et dicitur eternum tertio
quia intellectus eius numquam minuitur ait Gregorius super Ezech. omelia prima
prime partis. Unde evangelium est doctrina id est Ysaie lxi Ad annunciandum
mansuetis misit me. Alia littera habet Luce quarto Evangelizare pau-
peribus misit me. Quod dicitur eternum quia id quod evangelium promittit
eternaliter manebit. Per id enim quod nunciat exprimitur illud quod continet
inquit Haymo. Sed et ipsum evangelium dici potest eternum quia promittit eterna Math. 3
Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. lex vero vetus temporalia pro-
mittebat. Ysa. primo Si me audieritis bona terre comedetis.

Et vndit dicitur habere eloquium scilicet in corde per intellectum et amorem In ore per doctrinam et predicacionem In manu per operis adimplecionem · hoc enim zi dicendo predicatori eloquium dei habere · De primo psalmus In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi prouerbiis 3o misericordia et veritas non te deserant circumda eas gutturi tuo et describe in tabulis cordis tui · De 2o Judicum xiiii^o ecce examen apium apparuit in corde leonis i eloquium in ore predicatoris ysaye xl clama ne cesses ponam verba mea in ore meo · De 3o Zacharie v vidi alium angelum habentem libellum in manu ps gladii ancipites in manibus eorum Multi vero non habent eloquium sed vaniloquium quia magis imitant vanitatem quam veritatem ut homines de quibus in ps narrauerunt michi iniqui fabulaciones · sic multi eorum portant literas mortis contra se sicut vrias 2 Reg. xi · vt qui bene docent et male viuunt Augustinus in libro Quarum apperi · qui bene docent et male viuunt nichil aliud est nisi se sua lingua dampnaret · ad Ro. 2o In quo alterum indicas teipsum condempnas eadem enim agis que indicas etc. Qualiter eorum Ex quo ad intencionis rectitudinem ibi Vt ewangelisaret · non vt thesaurum cumularet · non vt venderet in foro · non vt abscondet in armario · non vt illuminaret tenebris · sed ut ewangelisaret i bona bene nunciaret Nam ewangelisare est de christo dicere ea que sunt credenda et que obseruanda secundum augustinum libro de fide et operibus Et posset esse thema primum de beato barnaba qui secum deferebat ewangelium sancti mathei quod ponebat super infirmos et sanabat tum sua fide quam merito sancti mathei vel de sancto Bernhardino cuius imago pingitur habens eloquium in manu sinistra et imaginem crucifixi in manu dextra · Et figurantur quatuor primo vite inmaculata puritas ibi Angelum Secundo ad dispensandum sacramentum predicacionis virtuosa agilitas et contemplacionis sublimitas · ibi volantem per medium celi tercio doctrine veritas ibi habentem eloquium eternum quarto intencionis ordinabilitas ibi vt ewangelisaret · non ut gloriam quereret vel opulenciam uel lasciuiam · cetera Ego apostoli qui ait · non misit me dominus baptisare sed ewangelisare i Cor. i. Motiuum enim in predicacione debet esse principaliter honor dei · non appetitus lucri temporalis · aut fauor temporalis et execucio voluptatis aut fastus ambicionis Vnde i Cor. i Nos predicamus christum et hunc crucifixum Judeis quidem scandalum · gentibus autem stulticiam ipsis autem vocatis Judeis et grecis christum dei virtutem et sapienciam · Illis enim Judei scandalisentur · et a gentibus christi predicacio et passio stulticia videatur · tamen vocatis ad vitam eternam · magna videtur esse gloria · quod tanta virtus · in passione fuit infirmata · et tanta sapiencia exinanita Unde dicit Bernhardus Totum nobis de christo valuit · totum salutiferum · totum quam necessarium fuit Nec minus profuit infirmitas quam maiestas Unde est quod Exodi xvi · de manna predicacionibus ebulliunt vermes vanitatis dum ad aliud reseruatur quam ad honorem dei et sabbatum eterne quietis Et deutero. 28 Sementem multam iacies in terram et modicum congregabis · quia locuste corrodent omnia locusta animal ponderosum · vnde ad terram cito decidit · est terrena cupiditas · tota in ventre · est carnalis voluptas · et dat saltum in altum per quod significatur humana vanitas et hec corrodunt verba predicacionis Non sit ergo predicatio vana et superba vel fastuosa · non lasciuiosa · non voluptuosa · non contenciosa Nam locuste vnitero se comedunt et arborum summa · necnon herbarum virorem radicitus rodunt Sic ut adulterine cogitacionis reus est puer qui mittitur · qui appetit placere sponse per munera que defert eidem a sponso Sic est in proposito quod eos qui verbum predicatoris reflectit ad commodum proprium vertit ad magnum sue laudis · debet tamen bonus predicator sic appetere vt placeat hominibus · vt ex hoc libencius audiatur · non ut ipse ameri desideret · sed ut auditores in affectum veritatis trahat et bonitatis · et dilectione suam quasi quandam viam faciat per quam auditorum corda ad amorem dei introducat Vnde Gregorius in pastorali c^o xix difficile est ut quilibet verba denuncians predicator qui non diligitur libenter audiatur

dicit quod studere se diligi a talibus posse audiri et tamen amore suum pro semetipso
non querere ne imperatur ei a cum serviret per officium reuntur occulta
cogitationibus tyrannide consultare Quod bene parvulus insinuat cum sua
nobis studia occulta manifestat Secundo Sic et ego per omnia omnibus placeo
Cum tamen inferius dicit ad Gal. i. Si adhuc hominibus placerem servus
Christi non essem Placet ergo Paulus et non placet quia in hoc quod placere
appetit non se sed per se hominibus veritatem placere querit Unde est quod
sollicite praedicationem a Christo semper debet inchoari et in Christo terminari Sicut dicit
Gregorius Nazanzenus in principio apologetici Optimus ordo est ut
totius verbi vel operis et a deo initium sorciatur finem et in deum con:
summatum referatur Secundo dicitur ut ewangelizaret et ut bona nun
tiaret Et hoc sedentibus super terram et terrena gratulantibus et sibi subita:
entibus vel ea [illegible] spernentibus abiectionibus et contemptibus Quod
quia parum esset praedicare solis hominibus Secundo subditur Et super omnem
gentem et omnibus gentibus et super omnem tribum et omnibus Iudeis
qui dicuntur tribus et per tribus sunt distincti et linguam et populum
a populo cuiuscumque nationis sive lingue per quod innuitur Apostolus
acceptor personarum praedicatorum est enim Marci ultimo Euntes in mundum
universum praedicate evangelium omni creature Nec est sine mysterio quod hic dicitur
in terra Super quia praedicator dicitur omnibus excedere vite merito et praedi:
cationis officio Ysaie xl Super montem excelsum ascende qui ewa
gelisas Syon Montis est tumulus terre et divitiarum terrenarum deliciarum
carnalium et dignitatum secularium Super hunc ergo terrenum montem debet ascen:
dere praedicator divina gratulando Ysaie 42 Quam pulchri super montes
pedes annunciantis pacem Talibus enim praedicatoribus Deus dat vir:
tutem verbi Secundum illud Psalmi Dominus dabit verbum ewangelisantibus
virtute multa Propter quod dicit Apostolus 2 Thim. 4 Opus fac ewange:
liste Propter quod subditur dicens Magna voce et libera sine timore
Ysaie xl Exalta in fortitudine vocem tuam qui ewangelisas Syon
Exalta noli timere Debet ergo esse magna vox praedicatoris et libera et fervida
et ex magno cordis amore et ardore Et propter magnos honores
dei vel et salute animarum Nota in praedicatore enim requiritur primo
vite immaculata puritas sive continentia propter multa Primo propter hone:
statem officii Sicut enim matula vilis quando mittitur nobilissimum
gustum tunc maxime dedecet Sic vilissima pecunia libidinis in prae:
dicatore notabilius apparet Et in ergo ex officio vacare tenetur spirituali
dulcedini non debet se fedare carnali Unde secundum Apostolum ad Gal. v
Fructus autem spiritus est gaudium pax patientia et continentia et castitas Secundo
propter nobilitatem voti Dominus ergo puritatem vite a praedicatore et quolibet
alio sacerdote privato requirit quia continentie votum emisit Unde 2 Machab.
xiiii Rasias multis temporibus continentie propositum tenuit in Iudaismo
corpus et animam pro continentibus fide proposito conservandam Tercio propter auctem
divini precepti Precipitur enim Aaron Exod. 29 ut in pectore ra:
tionale induitur vittis ligatibus inpressa et xii patriarcharum nomina
describitur quia tenetur praedicatores et cuiuslibet prelati debet a carnali cogita:
tione restringi et eorum sanctorum patrum vestigia considerare
et eorum [illegible] puritatem sequi quibus competit illud Ysaie
52 Mundamini qui fertis vasa domini Et 1 Cor vii Bonum est
virginibus si sic permaneat sicut et ego Quod si non continent nubant
Melius est autem nubere quam uri Si continentia sic imponeretur sacerdotibus novi testamenti
tamen imponitur sacerdotibus novi testamenti quia professionis sunt meriti
qua implere possunt ex gratia speciali Sap. viii Scio quod non possum
aliter esse continens nisi deus det Quarto propter dignitatem sacramenti
primo Reg. xxi Si mundi sunt pueri maxime a mulieribus manducent
Respondit David si de mulieribus agitur continuimus nos ab heri
et nudius tercius et fuerunt vasa puerorum sancta Si ergo panes propositionis
requirebant continentiam in ministris suis quanto magis ista requiruntur in eis

in eis

1 Cor. 7

qui corpus xpi conficiunt et tam puris mysteriis vacant. Quinto ratione
fundacionis altaris et altercati non est differentia continentis anime dicitur Gen. 26
Sexto si ex verbo angeli dicto Thobie Cum acceperis uxorem ingressus
cubiculum per tres dies continens esto ab ea. Tholias erat in continencia
continuacionis ille qui sibi desponsauit eciam et qui dispensat purissima
sacramenta, propter quod dicitur Eccli 30 Amplecte animam tuam placens deo et
contine et congrega cor tuum in sanctitate. Quod tenentur facere prelati
et predicatores propter continenciam zeatus in continencie. Cur quia cum oportet
lucere in predicatoribus et prelatis ex quatuor. Primo ex severitate
correccionis, quia cum ad eos pertineat delinquentes corripere, sordes
tergere non valet manus que lutum tenet. Reg. 2o Cum dicis
non mechandum mecharis. Secundo ex utilitate impetracionis, quia ut dicit
Gregorius Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus
ad deteriora provocatur. Ezech. 22o Audite hec sacerdotes quia vobis
iudicium est. Et Hebr. 5o Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro
hominibus constituitur in hiis que sunt ad deum ut offerat dona et
Tercio ex sanctitate consecracionis officium quod agitur a sacerdote quod
nulla alia creatura potest dispensare. Et ideo maxime debet esse immunis
a libidine. Eccli 41 Quesivit Nathan quasi adeps separatus a carne.
Quarto ex munditate desponsacionis effectus est enim unicus
unice, propterea non debet carnem suam dividere propter manducaturos
carnes ... ventris pergere. Iudic. xii Eccli xii Sunt lumbi
viri ... propter hoc enim nobili se iunxit matrimonio ut for-
nicatio non habeat locum amplius in eo. Dicta vero continencia
sive puritas vite consistit in mundicia affectus, aspectus, tactus
et actus. De affectu mundo dicitur Prov. 22 Qui diligit cordis
mundiciam propter graciam labiorum habebit amicum regem. Cordis magna
mundicia, quia sepe contingit ut necdum prodeat in opera motus voluntatis
et tamen iam culpa perfecta est ex racione cogitacionis et affectionis.
Omnia nuda et aperta sunt oculis dei ad Hebr. 4to Lux enim
eterna que deus est, quanto incommutabiliter fulget, tanto penetrabiliter
videt, ut dicit Gregorius 24 moralium. Videt ut occulta, quia cuncta
penetrat et penetrata non obliviscitur, quia incommutabilis persevrat.
Et tamen nos videri non credimus, velut in sole clausos oculos
tenemus et ipsum nobis non ipsi nos abscondimus. Hoc est ergo
carnis affectus per quam absconditur a prelatis beata visio. Math. 5to
Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Et Hebr. xii Pacem sequi-
mini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. De mundo
aspectu dicitur Abacuc pro Mundi sunt oculi tui ne videant malum
et respicere ad iniquitatem non poteris. Dicitur deus non respicere
posse respicere, quia non vult per beneplacitum approbare. Oculi ecclesie
sunt prelati qui ab aspectu illicito debent esse mundi. Neemie xii
Mundati sunt sacerdotes et levite mundaverunt portas. Porte mentis
sunt oculi corporis quibus anima foras exit, et ea que sunt ext-
erius per illam concupiscit. Per has namque portas mens exteriora respiciens
respiciendo concupiscit, concupiscens in cordis mansione reponit, et obli-
gata desideriis incipit velle quod noluit. Quia mors per fenestras
in domos nostras ingreditur et ascendit. Et ideo ut Ezechiel continetur
habeamus oculorum mundiciam ne convolvantur ad videndum lasciviam
et fiant quidam depredantes animam et raptores ad culpam. Trenorum 3o
Oculus meus depredatus est animam meam. Propter quod dicitur Job xxxi
Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de muliere.
De mundo tactu dixit Abymalech Gen. xx excusans se quod
non tetigerat uxorem Abrahe. In simplicitate cordis et mundicia
manuum mearum feci hoc. Et scivit custodivi te et non dimisi
ut tangeres. Sicut ait ex tactu flores senciunt ...

Ita ex illicita contrectacione flos virginitatis amittitur, Sicut tactus. ut faciat
marcescere florem, et illicita contrectatio facere pudicitiam virginalem
Comminus ad matrem et filiam, videbit vel quilibet baiulus meam fu:
stem tibi lassam et prius digitis, aut temptabitur aut temptabit. Ideo
quod dicatur Levitici 15 ex homo immundus ex contactu immun:
dicum, non de veste sanctificatus quam cum lavit carnem suam aqua et
occubuit sol, tunc mundatus vescetur sanctificatis. Quod est. ut tertio
vita mea mortuum quoddam homo, in putredo et filius eius vermis
Job 30 in est putredo et vermis. Et quasi mortuum sit carnis nostre
cuba. testantur sepulcra. Hec est quod in tactu carnalis voluptatis tangere
carnem vermibus scatentem et fetulentam, quam securi non tangit
nisi in quo sol occubuit, et certe lotus fuit. Ipse est in quo defe:
cerit carnis concupia, et confirmatus est ex gratia de mundo actu. dicitur
Genesis 35 Jacob convocata domo sua ait emundamini et mundate
vestimenta vestra. quod platis et predicatoribus competit Sicut mundicia
in opere et mutari a secularium conversacione. Et ideo hic quilibet
eorum dicatur angelus propter vite puritatem sive continencia. Ergo
in predicatore enim requiritur ad dispensandum virtuosa agilitas
et contemplacionis sublimitas quod innuitur in hoc quod dicitur volantem
per medium celi. De primo dicitur Proverbiis 6 Fili mi si spoponderis pro
amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, et laqueatus
es verbis oris tui et captus propriis sermonibus. Quod exponens Gregorius
in pastorali capitulo 5 dicit. Spondere pro amico est alienam animam
in periculo sue conversacionis accipere. Unde et apud extraneum manus defigitur
quia ad curam sollicitudinis quae ante deerat, mens ligatur. Verbis
vero oris sui illaqueatus est et propriis sermonibus captus. quia dum
commissis sibi cogitur bona dicere, ipsum prius necesse est que dixerit
custodire. Illaqueatur verbis oris sui dum exacta exigente constringitur
ne eius vita ad aliud quam admonet relaxetur. Unde apud districtum
iudicem cogitur tanta in opere exsolvere quanta eum constat aliis
voce precepisse. Unde et hic mox exhortacio subditur cum dicatur
Fac ergo quod dico fili mi et temetipsum libera, quia incidisti in
manum proximi tui. discurre festina, suscita amicum tuum ne dederis
sompnum oculis tuis, nec dormitent palpebre tue. Quisquis enim ad
vivendum aliis in exemplo preponitur, non solum ut ipse evigilet
sed etiam ut amicum suscitet admonetur. Ei namque vigilare bene vivendo
non sufficit, si non et illum cui preest, a peccati torpore disiungit. Et
subdit. Bene namque dicitur, ne dederis sompnum oculis tuis, nec
dormitent palpebre tue. Sompnum quippe oculis dare est intencione
cessante subditorum curam omnino negligere. Palpebre vero dor:
mitant cum cogitaciones nostre ea que in subditis arguenda cognoscunt
pigredine deprimente dissimulant. Plene ergo dormire est commissorum
acta nescire, nec corrigere. Non autem dormire, sed dormitare est que
quidem reprehendenda sunt cognoscere, sed tamen propter mentis tedium dignis
increpacionibus ea non emendare. Dormitando vero oculus ad ple:
nissimum sompnum ducitur, quia plerumque qui preest malum quod
cognoscit non resecat, sed ad hoc quandoque negligencie sue merito
pervenit, ut quod a subditis delinquitur, nec cognoscat. Propter hoc dicitur
in littera quod angelus volavit, quod velociter et prompte predicatoris offi:
cium implevit. De 2o vero scilicet contemplacionis sublimitate que etiam
notatur in hoc verbo volantem dicitur Ysaie 60 Qui sunt hii qui ut
nubes volant et quasi columbe ad fenestras suas, et de hoc tercio
Tercio in predicatore enim requiritur doctrine veritas. Ideo apostolus dicentis
1 Cor 2o Veritatem dico in Christo Ihesu et non mencior doctor gencium
in fide et veritate. hoc est verax et fidelis. Unde legalis pontifex
habebat in racionali iudicii doctrinam et veritatem scriptam que erat

in pectore eius huiusmodi magis decent predicatores vacare ut doctrinam tuam transfundant quam ut pecuniam sensus accipiant. proverbiorum viii° accipite disciplinam meam et non pecuniam doctrinam magis quam thesaurum eligite. Et pro dolor vitas doctrinis nimis coarctatur temporibus nostris per predicatorum incuriam dum verbum dei detinetur in ministeria. Licet sentiatur fidei detineta in omnem terram sonus apostolorum exivit. Licet tam nondum plenitudo gentium intraverit. Iam de sagena eccl(esi)e greci exiunt. Nondum heretici contra fidem catholicam oblatrare cessavit. Nondum scismaticis eius plurarie tumorem abierit. Nondum simplices velud arbores debiles ventorum turbinibus agitatas iuberdum in fide radicatas feria solidavit. Intendit igitur terram dare quod increduli gentiles ad fidem converti non avertentur. lapsi revertentur. recti solide fundaretur ut formis moribus proficiantur. Quod sine predicatoribus effici nequit esse. Illa quo credent sine predicante. ad Ro. x. per quod hic dicitur angelo qui habet ewangelium eternum id est vero in predicatore ewangelii requiritur interim omnis ordinabilitas quod innuitur in hoc quod dicitur ut ewangelizaret. Et de hoc dictum est supra circa lectionem.

Timete deum et date illi honorem. quia venit hora iudicii eius. Et adorate eum qui fecit celum et terram et mare et omnia que in eis sunt et fontes aquarum. Posita angeli dominatione et admonitione descriptione subdit admonitionis specificationem sive dignitatem que patet et insinuat ex re quam angelus admonet scilicet cultum dei qui est duplex scilicet interior et exterior. Interior est duplex scilicet timor et honor. Exterior autem est adoratio que consistit in operatione bona per quam homo deo conformatur. Et tum hoc redditur causa utriusque tum dicitur quia venit hora. dicit ergo angelus voce magna. Timete deum scilicet timore casto et filiali. qui intus positum permanet in seculum seculi. Super quod ait augustinus timor castus est quo homo amabilis non perditur timens. proverbiorum xxviii beatus homo qui semper est pavidus. Job xxi. Quasi tumentes super me fluctus timuit deum. Super quo gregorius moralium xxi in fine dicit tempestas cum oritur primis leves unde per quem maiora volumina crescunt. Ad extremum fluctus se in altum exigunt et navigantes quosque ipsa sua altitudine subruunt. Sic mundum illa extrema spectat que universum mundum subruat tempestas animarum. Nunc in bellis et cladibus quam quibusdam undis. pro quibus exordia cudit et cotidie ad finem quotidie maiores efficiuntur. tanto maiora ire tribulationum volumina videmus. Ad extremum vero commotis omnibus elementis supremus iudex veniens. sive omnium apparuit quod prius tunc tempestas fluctus ad celum levat. Unde dicitur aggei 2° Adhuc modicum et ego movebo non solum terram. sed et celum. Quam scilicet tempestatem quod sancti viri vigilanter aspiciunt quasi tumentes super se quotidie fluctus expavescunt. Atque ex his tribulationibus que mundum ferient pavebunt. que sequantur aspicit ergo dicit angelus Timete deum scilicet omnis sancti eius vi maculati ab erroribus et maliciis antichristi. sanctitas id est ab omni immundicia libera et perfecta et omnino immaculata indigeris. dyonisius de di. no. c. xii°. Et hi dicunt timete deum qui est omnipotens non bestias predicatas scilicet dyabolum et antichristum et eius satellites. Et petri 3°. Deum timete. Et ewangelium 3° timorem eorum ne timueritis. Timete magnum a malo declinando. proverbiorum xvi° per timorem dei declinat omnis a malo. Et date scilicet gloriam et ex bona volunt ipsi scilicet deo non antichristo. honorem bona operando ait glossa. unde propheta

Affe domino gloriam et honorem ij. Thy. i. Soli deo honor et gloria prover. 3o
Honora dominum de tua substantia. Timor ipse debetur deo quia honor deo
patri Malach. i. Filius honorabit patrem et servus dominum suum
timebit. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus. Et si ego dominus sum
ubi est timor meus. Sed dices. Deus est perfecte diligendus ergo non
timendus cum perfecta caritas foras mittat timorem. i. Johannis 4to
Dicendum quod de timore contingit loqui 3r. Uno modo prout naturaliter inest homini
et est passio naturalis sicut gaudium spes et dolor. Alius est timor
infusus semper tamen informis cum quod huiusmodi eo quod careat caritate,
et iste est timor servilis et foras mittitur. Tercius est timor infusus
nunquam informis eo quod semper habeat divinam caritatem annexam
et iste est filialis seu castus et foras mittitur per perfectam caritatem ut
licet imperfecta operatione sed valde perfectam. Quod probatur multis. Primo illa
iste timor animam sanctificat. Contra illud Eccli. 2o Qui timent deum preparabunt
corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Adve-
niet sanctitates sic ex filiali timore provenientem sequitur sanitas et
salus. De sanitate Malachie iiiio Orietur vobis timentibus nomen meum
sol iusticie et sanitas in pennis eius. De salute Apoc. xj. Salus
erit omnibus timentibus nomen tuum. Ergo timor filialis animam
sanctificatam immunem ab omni peccato conservat. Quod videtur quia odit hoc
contentum in se est non admittit. Sed timor domini odit malum ut dicitur
Prov. 8. Et ipse sine virtutibus non potest resistere peccatis. Ergo eas diligere
qua peccata desistit virtutes custodit. Ideo dicit Hieronimus in quadam
epistola. Timor virtutum custos est. Securitas ad lapsum facilis.
Eccli. vijo Qui timet deum nihil negligit. Et quia non sufficit
mala non agere nisi etiam studeat unusquisque bonis operibus insudare
contra Gregorium in quodam omelia. Ideo iste timor filialis animam sic sancti-
ficatam variis virtutum operibus fecundat atque venustat. Ratione
cuius fecunditatis ac venustatis timor domini assimilatur paradiso Eccli. xl
Timor domini sicut paradisus benedictionis et super omnem gloriam. Agitur
ergo timor iste dicitur ager plenus cui benedixit deus Gen. 27.
Propter quod ait psalmista. Timete dominum omnes sancti eius quoniam non est
inopia timentibus eum. Et quia dignum est ut quilibet de fructibus
sue fecunditatis degustet. Ideo castus timor animam sic fecundatam refi-
cit et recreat. Unde quod dicitur in ps. Quam magna multitudo dulce-
dinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Et Eccli. 24. Ti-
mor domini initium dulcedinis est. Et quia sapientia dicitur sapida scientia
Ideo talis timor gustativus divine dulcedinis est initium sapientie. Unde
quod dicitur in ps. Initium sapientie timor domini. Intellectus bonus
omnibus facientibus eum. Laudatio eius manet in seculum seculi.
Et Eccli. i. Radix sapientie timor domini. Ibidem plenitudo sapientie timor
domini. Propter quod ait Bernhardus. Timor sapor est, et ubi est sapor
facit sapientem sicut scientia scientem. Et quia sapientia consequitur coronam
glorie. Unde illud proverb. 4to Initium sapientie posside sapientiam, in
omni possessione tua acquire prudentiam. Arripe illam et exaltabit
te. Glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Dabit ca-
piti tuo augmenta graciarum et corona inclita proteget
te. Ideo quintus timor domini qui in anima sancta sapientiam primum
pariat, tandem ipsam glorificat et coronat. Unde quod dicitur in ps. Ad
nichilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum
glorificat. Unde Eccli. i. Corona sapientie timor domini. Propter quod in Tobia
dicitur angelus Timete deum scilicet modo dicto et date illi honorem
et laudis decantatorem. Contra Richardum et hic mediis merito. Sed adhuc dices
deus non debet ut potest timeri quia obiectum timoris est malum futurum

Q[uia] deus est expers omnis mali cum sit ipsa summa bonitas ergo deus timeri non potest. Item timor opponitur spei Sed spem habemus de deo ergo non possumus simul eum timere. Item 2 in glosa 1 rethorice Illa timemus ex quibus nobis mala proveniunt Sed mala non proveniunt nobis a deo sed ex nobis ipsis secundum illud Osee xiii perditio tua ex te israel tantummodo auxilium ex me tuum ergo deus non debet timeri. Ad hoc secundum doctorem sancti in 2a 2e q 19 ar p. Dicitur spes habet duplex obiectum quorum unum est ipsum bonum futurum cuius adeptionem quis expectat illud autem est auxilium alicuius per quem expectat se adipisci illud quod sperat Ita etiam et timor duplex obiectum potest habere quorum unum est ipsum malum quod homo refugit aliud autem est illud a quo malum potest provenire. Primo modo deus qui est ipsa bonitas non potest esse timoris obiectum. Secundo potest contingere sed ab ipso vel ab per comparationem ad ipsum nobis potest aliquod malum imminere Ab ipso potest nobis imminere malum pene quod non est simpliciter malum sed secundum quid bonum autem simpliciter Cum enim bonum dicatur in ordine ad finem malum autem importat huius ordinis privationem illud est malum simpliciter quod excludit ordinem ab ultimo fine quod est malum culpe Malum autem pene est quidem malum inquantum privat aliquod particulare bonum est tamen bonum simpliciter inquantum dependet ab ordine finis ultimi Per comparationem autem ad deum potest nobis malum culpe provenire si separemur ab eo Et per hunc modum deus potest et debet timeri secundum illud Iere x Quis non timebit te o rex gentium Et Iob 21 Dicitur timete

Per hoc ad argumenta in contrarium. Ad primum quod illa ratio procedit secundum quod malum est timoris obiectum. Ad secundum Dicitur quod in deo est considerare et iusticiam secundum quam peccatores punit et misericordiam secundum quam nos liberat Secundum considerationem iusticie consurgit in nobis timor secundum autem considerationem misericordie spes Et ita secundum diversas rationes deus est obiectum spei et timoris. Ad 3m Dicitur quod malum culpe non est a deo sicut ab actore sed est a nobis ipsis inquantum ab eo recedimus Malum autem pene est quidem a deo actore inquantum habet rationem boni prout scilicet est iustum Sed quod iuste nobis pena infligatur hoc primordialiter ex demerito nostri peccati contingit secundum quem modum dicitur Sapie p. quod deus mortem non fecit sed impii manibus et verbis arcessierunt illam et estimantes illam amicam defluxerunt et sponsionem fecerunt ad illam quia digni sunt morte qui sunt ex parte illius. Item hic quidam timor secundum quem per ipsum aliquis convertitur ad deum vel avertitur ab eo quidam est mundanus vel humanus alius servilis alius initialis alius autem filialis sive castus ut deducit actor in 3o Sententiarum di. 34 et Thomas doctor sanctus 2a 2e q 19 ar 2o Cum enim obiectum timoris sit malum quod homo refugit hoc aliquando est mala que timet a deo recedit ut qui timet pati pericula carnis vel perdere bona mundi propter quod delinquit secundum Cassiodorum in glosa super ps. 79 Omnia que male timent et iste dicitur timor mundanus vel humanus Et est semper malus actus enim morales et habitus ex obiectis habent et nomen et speciem proprium autem obiectum appetitivi motus est bonum finale Et ideo a proprio fine quilibet motus appetitivus et specificatur et nominatur Si quis enim cupiditatem nominaret amorem laboris quia propter cupiditatem homines laborant non recte nominaret Non enim cupidi laborem querunt sicut finem sed illud quod est ad finem divitias autem querunt sicut finem Unde cupiditas recte nominatur desiderium vel amor divitiarum quod est malum Et per hunc modum Amor mundanus proprie dicitur quo quis innititur mundo tamquam fini propter quod amor mundanus semper est malus Timor autem ex amore nascitur Illud enim homo timet amittere quod amat secundum Augustinum lib. lxxxiii questionum Et ideo timor mundanus est qui procedit ab amore mundano tamquam a mala radice propter hoc et timor mundanus semper est malus

A deo per salvatorem prohibetur Mat. x cum dicitur Nolite timere eos
qui corpus occidunt. Nichil autem divinitus prohibetur nisi malum. Ergo
timor mundanus semper est malus quo quis sicut dictum est recedit
a deo propter mala que timet. Cum vero propter mala que timet homo
convertitur ad deum et ei inheret. Quod quidem duplex malum est, scilicet malum
pene et malum culpe. Si quis ergo convertitur ad deum et inheret ei propter
timorem pene erit timor servilis. Si autem propter timorem culpe erit
timor filialis. Nam filiorum est timere patris offensam. Si autem propter
utrumque est timor initialis qui est medius inter utrumque timorem
scilicet servilem et filialem. Timor autem servilis secundum suam substantiam est bonus
quia sic est a spiritu sancto secundum glosam super illud ad Ro. viii°. Non accepistis
spiritum iterum servitutis in timore dicentem. Unde sciendum est quod sunt
duos timores scilicet servilem et tristem [illegible] ex parte servilitatis quod sit
malus. Servitus enim opponitur libertati. Unde cum liber sit qui causa sui est
ut dicitur in primo Metaphysice. Servus est qui non sui causa operatur
sed quasi ab extrinseco motus. Quicumque autem ex amore aliquid facit quasi
ex seipso operatur quia ex propria inclinatione movetur ad operandum. Nam con-
trarium servilitatis est quod aliquis operetur ex amore. Sic ergo timor
servilis inquantum servilis est contrarius caritati. Si ergo servilitas esset
de ratione timoris sequeretur quod timor servilis simpliciter esset malus.
Sicut illud ex quo contrarium ca-
ritati adulterium simpliciter est malum. Sed predicta servilitas non pertinet ad
speciem timoris servilis sicut nec informitas ad speciem fidei informis.
Species enim habitus vel actus moralis accipitur ex obiecto. Obiectum
autem timoris servilis est pena. Tamen accidit quod bonum cui pena contraria
ametur tamquam finis ultimus et per consequens pena timeatur tamquam principale
malum quod contingit in non habente caritatem. Vel quod ordinetur in deum sicut
in finem et per consequens pena non timeatur tamquam principale malum quod contingit
in habente caritatem. Non enim tollitur species habitus per hoc quod eius obiectum
vel finis ordinetur ad ulteriorem finem. Et ideo timor servilis
secundum suam substantiam bonus est sed eius servilitas est mala. Ex quo patet
quod timor servilis non est idem in substantia cum timore filiali. Nam proprie
obiectum timoris est malum. Et quia actus et habitus distinguuntur
secundum obiecta necesse est quod secundum diversitatem malorum etiam timores
specie differant. Differt autem specie malum pene quod refugit timor servilis
et malum culpe quod refugit timor filialis. Patet ex dictis. Non simul.
Et manifestum est quod timor servilis et filialis non sunt idem secundum substantiam sed
differunt specie. Timor autem initialis non differt secundum essentiam a timore
filiali quia perfectum et imperfectum non diversificant substantiam rei. Sed timor
initialis et filialis dicuntur secundum perfectum et imperfectum caritatis ut
per Augustinum super prima canonica Iohannis. Timor enim initialis competit
statui incipientium in quibus inchoatur quidam timor filialis per inchoationem
caritatis non tamen est in eis timor filialis perfecte quia nondum
pervenerunt ad perfectionem caritatis. Et ideo timor initialis hoc modo se
habet ad filialem sicut caritas imperfecta ad perfectam. Caritas autem perfecta
et imperfecta non differunt secundum essentiam sed solum secundum statum. Igitur
timor initialis non differt secundum essentiam a timore filiali. Propterea
timor filialis necesse est quod crescat crescente caritate. Ut effectus cre-
scit crescente causa. Quanto enim aliquis magis diligit aliquem tanto
magis timet eum offendere et ab eo separari. Timor autem servilis
quantum ad servilitatem totaliter tollitur adveniente caritate. Remanet
tamen secundum substantiam timor pene et iste timor diminuitur crescente carita-
te maxime quantum ad actum quia quanto quis magis diligit deum tanto
minus timet penam. Primo quidem quia minus attendit ad proprium bonum
cui contraria est pena. Secundo quia firmius inherens magis confidit de premio

et pgn̄s minus timet de pena etc̄ Unde Augustinus sup̄ pma canonica Johannis omel ix timor non est in caritate sz pfecta sz est in caritate inchoata quia initium sapie timor domini Ostendat dixerit aliquibus credere diem iudicii Si cepit credere cepit et timere Sz qui adhuc timet nondum hz fiduciam in die iudicii nondum est in illo pfecta caritas Si pfecta in illo esz caritas non timet pfecta enim caritas pfectam facit iusticiam et non hz̄et quare timeret ymmo hz̄et quare desideraret ut transeat iniquitas et veniat regnum dei Igo timor non est in caritate scilicet pfecta Ergo incipiat timor quia initium sapie timor domini Sicut locum pparat caritati tum vero cepit caritas habitare pellitur timor qui ei pparauit locum Quantum illa crescit tantum ille decrescit Et quanto illa fit interior timor depellitur foras maior caritas minor timor minor caritas maior timor Si nullus timor pfecta caritas Et subdit Est timor quem pfecta caritas foras mittit Et est timor castus pmanens in seculum seculi Sunt homines qui timent deum ne mittantur in gehennam iste timor intro ducit caritatem sz sic venit ut exeat Si adhuc ppt penas times deum nondum amas quem sic times non bona desideras sz mala caves Sz ex eo quod mala caves corrigis te et incipis bona desiderare Et cum incipis bona desiderare erit in te timor castus qui est ne amittas ipsa bona Sicut si ponas duas mulieres maritatas quarum una

||pot ex dz||

velit adulterium facere sz timet maritum ne veniat et diligit nequitiam et onerosa est ei mariti presentia altera amat virum et nulla se adulterina concupiscentia maculari volt optat presentiam viri timet illa timet ista Illa timet virum ne veniat ista timet virum ne discedat Illa dicit timeo ne dampnet Ista dicit timeo ne deserat Ipone hec in animo pharaonum et invenias timorem quem foras caritas mittit et alium timorem castum pmanentem in seculum seculi Timens ut pungit aiam ne amittat aliquid quod in creatura diligit vel ipsa res vel salus corporis aut aliquid tale post mortem ppterea timetur et apud infernos pene et dolores ac tormenta gehennarum Cum vero timet aia ne deus illam deserens deserat timor eius castus est et pmanens in seculum seculi Dicit idem sermone 30 de timore et ho 90 omeliarum omelia ix Si timore gehenne non facis malum est tibi quidem fides quia credis futurum esse iudicium gaudeo fidei tue Sz adhuc timeo malicie tue quia si timore gehenne non facis malum non amore iusticie facis bonum aliud est timere penam aliud est timere iusticiam Idem sermone 24 sup psalmo Timor quo non amatur iusticia sz timetur pena servilis est quia carnalis est Vivit in peccandi voluntas que tunc apparet ope quando speratur impunitas Cum vero pena creditur secutura latenter vivit tamen mallet enim licere et dolet non licere quod lex vetat quia non spiritualiter delectatur eius bono sz carnaliter malum metuit quod minatur Timore autem casto ipsa que habet timorem foras mittit pegrine timet caritas etiam si sequitur impunitas quia nec impunitatem iudicat secuturam quia amore iusticie peccatum ipsum deputat penam Et de isto timore potest intelligi littera cum dicit Angelus Ut vere magis timere deum et mala cavere et nulla que facienda sunt bona pterire 2a 2e q 10 Gregorius 10 moralium Et dare illi honorem sz 2e venite qui consistit in signis exterioribus et corporalibus honor enim secundum doctorem sanctum in 2a 2e q 103 a 2 testificationem quandam importat de excellentia alicuius Unde homines qui volunt honorari testimonium sue excellentie querunt Uz per phm 1o et 4o ethicorum Testimonium autem reddi potest vel coram deo vel coram hominibus Coram deo quidem qui inspector est cordium testimonium conscientie sufficit

Et ideo honor quo ad deum pt consistere in solo interiori motu cordium scilicet aliquis cogitat vel dei excellentiam vel etiam alterius hominis coram deo. Sed quo ad homines non pt aliquis testimonium ferre nisi per aliqua signa exteriora vel verborum sicut cum aliquis ore pronunciat excellentiam alicuius vel factis sicut inclinationibus obviationibus et alijs huiusmodi. Vel etiam exterioribus rebus ut in exenniorum vel munerum oblatione aut ymaginum institutione vel alijs huiusmodi. Thomas ille. Sic igitur dicte de honore et hec inde sumet cuius ratio subditur cum dicitur: Quia venit hora iudicij eius generaliter in fine mundi singulariter in morte cuiuslibet. Nam in quali statu quis moritur in tali in iudicio comparebit. Venit inquam filius ut reddat unicuique secundum opera sua secundum Gregorium persecutoribus eternum supplicium et fidei confessoribus eternum premium. Johannis xij° Nunc iudicium est mundi. Propter quod ait venit hora ob brevitatem temporis supra Johannis 2° Novissima hora est. Jacobi ultimo Ecce iudex ante ianuam stat. Augustinus libro de decem cordis longum videtur tempus esse quod restat ad iudicium non tamen erit tunc quantum transactum est et ex transacto et preterito tempore pensandus est finis reliqui temporis. Quantum tunc vis diem iudicij prolongare numquid ultimum diem tuum vite tue quo exiturus es de corpore hoc productura es in longinquum incertus est. Et ideo tamquam quotidianus sperandus est. Et ideo ut dicit libro 1° de vita domini Simon 21 propter novissimum diem vigilemus. Unusquisque de novissimo suo die cogitet ne forte cum senseritis et putaveritis longe esse seculi diem dormitate ad vestrum novissimum diem. Nemo ergo sperat novissimum diem quam futurum sit. Sed vigilemus omnes bene vivendo ne novissima dies cuiusque nostrum nos imparatos inveniat et quisquis qualis hinc exierit suo novissimo die talis invenietur in novissimo seculi die. Nichil te adiuvabit quod hic non feceris. Unumquemque opera sua iuvabunt aut dampnabunt etc. Et hic non feceris ... pena. Dicit enim Augustinus super psalmos xlix. Si possemus facere quod dies iudicij non veniret puto quod nec sic male vivendum esset. Si non veniret ignis iudicij et solum peccatoribus immineret separari a facie dei et in qualibet essent affluentia deliciarum non viderent a quo creati sunt et separati ab illa dulcedine ineffabilis vultus eius in qualibet essent eternitate et impunitate peccati plangere se deberent etc. Et subditur in littera Et adorate eum scilicet vere colendo et faciendo vos ei conformes ait glossa. Mathei 4to Dominum deum tuum adorabis. Ut enim ait Hugo libro 1 de sacramentis parte xij c. vj° Deum adorare est ei totam mentem per humilitatem at devotionem subsistere et ipsum principium at finem omnium bonorum credere. Qui fecit celum quantum ad corpora superiora terram et mare quantum ad inferiora et omnia que in eis sunt quantum ad creata. Et fontes aquarum quantum ad aquas que emanant in superficie terre. Et per hoc patet solucio quorundam qui possent querere: Cum omnes fontes exeant et oriantur ex mari secundum illud Ecclesiastes primo ad locum unde exeunt flumina revertuntur ad quid emanat hic fontes aquarum cum mari. Dicendum quod aque diffuse ex mari per meatus subterraneos purificantur et dulces efficiuntur. Ideo tacentur esse sub alia dicta ab aquis marinis que sunt amare. Supra x simile Qui creavit celum et terram etc. Vel forte fontes aquarum hic emanat cum mari. Propter illos fontes quos eduxit deus miraculose quo ad nos Exodi xvij° percuties petram et exibit aqua ex ea. Prima ergo ~~...~~ deceptionis persone clamaverant ut bestia adoraretur ut imago bestie fieret et ut caracter eius reciperetur. Pro contrarijs angelus clamat voce magna primo ne bestia adoretur 2° ne imago bestie fiat 3° ne quis caracterem bestie recipiat

Dicit ergo timete dominum, acsi diceret secundum Haymonem. Nolite timere antichristum qui
duntaxat ad tempus prevalebit in corporibus hominum, sed eum qui postquam
occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehennam. Et nolite
adorare eum qui putatur conditor esse creature, ipsum seductorem repletum,
sed potius illum de quo dicitur Dan. 7°: potestas eius potestas eterna que
non auferetur, et regnum eius quod non corrumpetur. Illi incipit dare
honorem et non antichristo, quem veraciter honor ipsi cognoscitur in ca-
ractere et nomine vel in numero nominis eius. Vivit super. Qui fecit ce-
lum et terram etc., id est omnem creaturam ipse condidit ex nichilo. Nam
ipse est verum principium principium omnium rerum in esse de nichilo, nec ex
necessitate sed libere et ex summa bonitate productivum. Cui honor et gloria
in secula seculorum.

Et alius angelus secutus est eum dicens: Cecidit cecidit Ba-
bilon illa magna, que a vino ire fornicationis sue potavit
omnes gentes. Posita introductione angeli invitantis ad
famuliam agni et cetera in figura predicatorum
sic incipientium subiungitur introductio angeli admonentis a fami-
lia demonis recessum per imminentem eius casum. Et primo ponitur ru-
nosi casus denunciatio. 2° cause ruine subiunctio, ibi: Que a vino re-
Duo sunt autem que impediunt recessum a familia demonis, id est a mun-
dana conversatione, scilicet amor male inflammans et timor male humi-
lians, a quibus monetur etiam recedere propter ruinam et casum Babilonis.
Dicit ergo: Et alius angelus, id est alius ordo predicatorum. Alius inquam,
non rerum diversitatem officiorum sed personarum. Vel secundum diversam admonitio-
nem ait glossa. Secutus est eum. Haymo: In eo quod iste angelus primum secutus
asseritur, subsequens predicatorum ordo innuitur. Ille non dixit, sed
venit hora iudicii eius. Hic autem dicit: Cecidit cecidit Babilon.
Alius ergo secundum temporis successionem vel dei revelationem, i Cor. xiiii: Si
alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos
prophetare, id est unus post alium. Secutus est inquam dicens: Cecidit cecidit
Babilon illa civitas magna. Nomine Babilonis secundum Haymonem intelligitur
confusio mundane conversationis. Due quippe sunt civitates in hoc
mundo, scilicet ipsa Ierusalem que Christum habet regem, et Babilon que habet dya-
bolum. Quarum una cepit ab Abel, alia a Cayn. Rem ecce
De quibus dicit Augustinus xiiii° libro de civitate dei in fine, quod due sunt
civitates quas sibi duo fecerunt amores, scilicet celestem Ierusalem quam fa-
cit amor dei usque ad contemptum sui, et Babiloniam quam facit amor
sui usque ad contemptum dei. Unde ut dicit super psalmum 64: Interro-
get se unusquisque quid amet, et inveniet unde sit civis. Si se
invenerit civem Ierusalem, toleret captivitatem, speret libertatem, scilicet fu-
turam omnium sanctorum. Si autem se invenerit civem Babilonie, extir-
pet cupiditatem, plantet caritatem. Quicumque igitur inter cives
Babilonicos vivit, sic corporaliter vivat cum illis ut nequaquam con-
sentiat peccatis eorum, ut sic fiat civis Ierusalemitanus. Sicut dicit Augustinus
homelia xvi super Apocalipsim: In una domo, in villa, etiam et in
una civitate sunt simul Babilonii cum Ierusalemitanis, et tamen
quotidie ut boni consentiunt malis, ut mali convertuntur ad bonos.
Et in bonis Ierusalem et in malis Babilon esse cognoscitur. Simul habitant
corpore, sed longe divisi sunt corde, quia malorum conversatio propter in terra
est, quia terram diligunt et omne suum et totum intuentur; cui sui
in terra constituunt. Bonorum vero, sicut dicit apostolus, in celis est,
quia que sursum sunt sapiunt. Sed ut dicit eadem homelia: dum inspi-
rante deo mali convertuntur ad bonum, Babilonia dividitur, et pars
illa que discessit ab ea Ierusalem efficitur. Quotidie enim et de Ba-
bilonia transferuntur ad Ierusalem, et de Ierusalem seducuntur ad Babiloniam,
dum et mali convertuntur ad bonum, et qui videbantur in ypocrisi
boni manifestantur publice mali. Duo sunt ergo genera hominum. Unum

de terra aliam de celo cogitantium ut dicit augustinus super ps. xl. unam in profundum cor mittentium aliam cor angelis coniungentium / unam fidentium de terrenis / quibus pollet hic mundus / aliam presumentium de celestibus que numquam non mendax deus / Sed mixta sunt ista duo genera hominum / videmus nunc civem ierusalem curie regis celorum administrare aliquid in terra / utputa purpuram gerit / magistratus est / edilis est / proconsul est / imperator est / rempublicam gerit terrenam / sed cor sursum habet si christianus si fidelis si pius si contempnens in quibus est sperat in quibus nondum est. De qua tamen fuit illa sancta mulier hester / que cum esset uxor regis / veniret ad deprecandum pro civibus suis / et cum deum oraret coram deo ubi mentiri non posset in oratione sua dixit ita fuisse sibi illa ornamenta regalia sicut pannum menstruate hester xiiii. Non ergo desperemus de civibus regni celorum quando nos videmus agere aliqua babilonie negotia / aliquid terrenum in republica terrena. Nec rursus continuo congratulemur omnibus hominibus quos videmus agere negotia celestia / quia filii pestilentie sedent aliquando in cathedra moysi / de quibus dicitur mathei xxiii. Que dicunt facite / que autem faciunt facere nolite. dicunt enim et non faciunt. Illi vero terrenis rebus levant cor in celum / isti in celestibus verbis trahunt cor in terram. Veniet autem tempus ventilabri quando utrumque diligentissime distinguat / ne granum aliquod transeat in acervum palee comburendum / nec una stipula transeat in massam horreo recondendam. Hec igitur babilon / ubi deus confudit linguas / ipsa civitas appellata est confusio / cuius mirabilem constructionem etiam gentium commendat historia / secundum augustinum xvi. de civitate dei c. iiii. Cuius conditor fuit ille gigas nemroth et initium regni eius fuit babilon / que super ceterarum civitatum tenet principatum / ubi esset tamquam in metropoli habitaculum regis etc. Et significat civitatem societatem impiorum secundum eundem ubi supra c. xi. et libro de cathezizandis rudibus. Et merito quoniam dicitur interpretari confusio / quia in ea est privatio debiti ordinis / qui est parium dispariumque rerum / cuique loca tribuens dispositio secundum augustinum xix. de civitate dei c. xiii. quia ibi temporalia spiritualibus eternis et leges eterne transgrediuntur et cetera quasi omnia confunduntur / propter quod merito mundus dicitur babilon id est confusio secundum augustinum super psalmos 124. Videte si non est confusio tota vita humana. Quicquid agunt homines in presente vana est / qui recognoverit quid agant / erubescunt quare laborant / cum laborant filiis suis / et ipsi quibus filiis suis. Nemo ergo sit / ab ista confusione ham tamen exant quibus dicebat apostolus ad romanos vi. Quam gloriam habuistis in quibus nunc erubescitis. Et dicitur civitas / quia prisco dogmate munita et multitudine superba / ait richardus. Civitas enim nichil aliud est quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata secundum augustinum xv. li. de civitate dei c. viii. Duas autem civitates hoc est duas hominum societates esse dicimus secundum eundem libro xv. de civitate dei c. i. quarum una predestinata est in eternum regnare cum deo / alia supplicium eternum subire cum dyabolo. Que dicitur hic magna / propter malorum innumerabilem multitudinem vel vitiorum enormitatem / Ecclesiastes i. stultorum infinitus est numerus. Multi enim sunt vocati pauci vero electi mathei xx et xxii. Que tamen indubitanter cadet. Unde dicitur in lra Cecidit cecidit babilon etc. Ysaie xxi. Cecidit babilon et omnia sculptilia eius. Et Ysaie xiii. Erit babilon gloriosa in regnis inclita in superbia caldeorum / sicut subvertit dominus sodomam et gomorream / non habitabitur usque in finem etc. Sed queritur quare duplicat / Item quare preteritum pro futuro ponit. Dicendum ad primum quod hic ait ad maiorem confirmationem. Sic Rom. xi. Ad modicum ad secundum

[illegible]tatis est iudicium / vel in hoc significat insanitatem pene et omnimodam
destructionem sicut [illegible] Jeremie li. Subito cecidit babilon et contrita est
Et I. 19. quidem Ysaye 42. Confundantur confusione qui confidunt
in sculptili. Preteritum autem ponit pro futuro more prophetico certitudinis
indubitabilis. Unde hayno. Cum dicit predicatores sancti Cecidit
cecidit babilon, preteritum tempus pro futuro ponitur. Cecidit utique pro
eo quod casura est vel cadet in eternam scilicet dampnacionem, quia cum omnibus
membris suis dampnabitur corpus dyaboli cum dicetur Ite maledicti in
ignem eternum qui paratus est dyabolo etc. Et aut angelus id est predi-
catorum ordo ruinam perfide civitatis geminando denunciat, pro
confirmacione rei facit idipsum. Dicit cecidit etc. Vnde sunt cum ipsa re-
probis omnem gloriam eorum perituram denunciat. Iuxta illud apostoli
I Cor vii. Preterit figura huius mundi. Et I Joh. ii. Transit mundus
et concupiscentia eius. Beda dicit. Vnde haymo. Et seculares gloria et ama-
tores eius temporalis glorie per id ceciderunt. Vel secundum Bedam bis
dicit cecidit, propter casum in culpam in presenti et propter casum in penam
in futuro. Vel quia casum primo incipiunt per consensum, secundo
per opus. Et ex hiis patet mundane conversacionis deordinabilitas, appa-
rens compositis subita ruinositas et dampnacionis certitudo. Unde
Gregorius. Omnia prima super cetera affectus mundi ruina est,
adhuc non crescit ut cadat, ad hoc confirmat ut comminus confirmant
cladibus consummat. Et Ambrosius et ceteris illud salvatoris quatenus
cuntes predicante dicentes, quia appropinquat regnum dei dicit. Hoc iam fratres
et si etiam taceat mundus clamat ruine unique illius. Nos cotidie
quam in tot attritus percussionibus a gloria sua cecidit, qui iam
nobis ex proximo regnum quod aliud sequatur ostendit. Ipsis iam
a quibus amatur amarus est, ipse eius ruine predicant quod amandus
non est. Si. n. ruinam domus quassata minaretur quisquis in illa
habitaret fugeret et qui stantem dilexerat, cadere quantocius a cadente
festinaret. Si igitur mundus cadit et nos eum amando amplectimur
opprimi potius volumus quam habitare, quia nulla nos res a ruina
illius separat. Quos eius passionibus amor ligat. Et I. Si quis
domum [illegible] temporis habitaculum absumit, quisquis possessor extitit
rapit quod valuerit et fugit, lucrum deputans si quid secum ex
ignibus tollat. Ecce tribulacionum flamma mundum concremat et cuncta
que preciosa in eo videbantur. Sunt iam proximi velut ignis deva-
stat. Lucrum ergo fratres maximum credite si volumus aliquid de illo
rapiatis, si quid fugientes tollatis. Si hoc quod perire remanendo
poterat, ad celestem vobis perpetuam largiendo servate. Ecce etenim
quippe omnia seruando amittimus si bene largiendo servamus. Cum re-
ceptatur (?) ipsa fugiunt. Sed videmus quo ceteris ludicre nostri quia cum
magna importunitate impellimur, et bonis actibus cum festi-
natione properemur. Hec ille. Et Augustinus in lo. de symbolo et certum ecce
Ecce ruinosus est mundus ecce tantis calamitatibus repletus ecce
tanta rerum labe concretus, ut etiam spem seductoribus amiserit.
Vbi quantum illi laudandi atque predicandi sunt qui digni non sunt
cum mundo esse florere flore eius, tantum increpandi et arguendi
sunt quos perire cum pereunte delectat. Ecce mundus est amarus
et si sic amatur amarus quod faceret si dulcis esset. Ecce turbatur et amatur
quid faceret si maneret, quem non decipet et cetera. Undo dicitur Ysaye
48. Egredimini de babilone, fugite a caldeis. Et Jeremie li. Fugite
de medio babilonis ut salvet unusquisque animam suam. Et subditur
huius ruinosi casus racio vel causa cum dicitur in littera. Que a vino
ire fornicacionis sue potavit omnes gentes. Nota fornicacio opponitur

castitati. Nam aut castitatis dupliciter accipitur secundum beatum Thomam 2a 2e q.
cli. articulo 2o. Uno modo proprie et sic est quedam specialis virtus scilicet pars
temperantie secundum Aristotelem [illegible] specialem materiam scilicet concupiscibilis delecta-
tionum que sunt in venereis. Propter nomen castitatis ex hoc sumitur quod
secundum rationem corripiatur castigatur que ad modum pueri est refrenanda 3o
ethicorum. Alio modo nomen castitatis accipitur methaphorice. Sicut
enim in corporis commixtione consistit delectatio venereorum circa quam proprie
est castitas. Et oppositum vitium scilicet luxuria vel fornicatio. Sic etiam
in quadam spirituali coniunctione mentis ad res aliquas consistit quedam dele-
ctatio circa quam est quedam spiritualis castitas methaphorice dicta. Vel etiam
spiritualis fornicatio similiter methaphorice. Si enim mens hominis delectetur
in spirituali coniunctione ad id cui debet coniungi scilicet ad deum, et abstinet se
ne delectabiliter coniungatur aliis contra debitum divini ordinis, dicitur
castitas spiritualis. Unde Augustinus libro de mendacio: Castitas animi
est ordinatus animi motus non subdens maiora minoribus. Si autem
mens coniungatur quibuscumque aliis rebus, dicitur fornicatio spiritualis.
Unde secundum Hainonem fornicatio spiritualis potest dici 3a. Vel omnia vitia et peccata
quibus reprobi cetus inclinant et quibus anima a suo vero sponso separatur
vel plurimi errores quibus suos auditores inebriant. Vel specialiter
ydolatria qua sensus aufertur ut electo creatore creature serviant.
Unde dicitur in psalmo perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Vel ut ait Au-
gustinus libro sermonum primo sermone xiii. Anime fornicarie sunt multe his
prostitute. Adultere sunt hec coniugio legitimo non servant castitatem.
Paganorum anima fornicaria est, Christiani mali adultera. Hec ille. Iheremie
3o: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis. Et ibidem: Subter
omne lignum frondosum fornicata es. Vinum fornicationis est libidinosa
voluptas in peccatis inebrians potantes et infatuans, ac in confusionis
addicens. Ysaie 28: Hii pre vino nescierunt et pre ebrietate erraverunt.
Gregorius 24 moralium: Quicumque fornicari est exterius petitus delectati.
Super illud Iheremie: Contristatus cor eorum fornicans et recedens a me. Ezech. vio.
Et secundum hoc sensus est hic: Cecidit Babilon illa magna. Que a vino ire
de vino fornicationis sue i. carnali voluptate libidinosa potavit i.
implevit omnes gentes i. valde multas. Nota multiplex est vinum scilicet
carnalis voluptatis spiritualis commoditatis iniquitatis vitiorum sive
impietatis et etiam ebrietatis. De vino Capitulo 2o vino pretioso etc.
Proverbiorum 23: Cui ve et Iohelis primo: Expergiscimini ebrii etc. Vel etiam
dicit Bernhardus super Cantica sermone 23 super illud Cantica primo Exulta-
bimus et letabimur in te memores uberum tuorum super vinum.
Per vinum carnalia desideria significantur. Unde vinum quod est vinum iniqui-
tatis et vitiorum sive impietatis vel quodlibet peccatum mortale quod inebriat sedu-
cit ut vinum et anima separat a vero sponso sicut fornicatio corporalis.
Ecclesiastici 19: Vinum et mulieres apostatare faciunt. Proverbiorum 23: Cui ve cuius
patri ve, cui rixe cui fovee cui sine causa vulnera cui suffossio ocu-
lorum, nonne hiis qui morantur in vino et student calicibus epo-
tandis. Iohelis primo: Expergiscimini ebrii et flete et ululate omnes qui bibitis
vinum in dulcedine. Et Abacuk 2o: Quomodo vinum potantem decipit sic erit
vir superbus etc. Et dicitur vinum ire, quod deum provocat ad iram. Effel iv.
draconum vinum eorum. Deuteronomii 32. Est et vinum carnalis voluptatis. Sap. 2o
vino pretioso et unguentis impleamus nos. Vel ut ait Bernhardus
super Cantica sermone 23: Per vinum carnalia desideria significantur. Nam ut ait
Augustinus libro ad sacras virgines: Cum obligatur homo non tenetur
usus eius potius appetitur excessus, habitus corporis et vite periculum et
opinionis ac fame dispendium acquiritur dampnum. Et subdit: Fomentum
enim corporalibus potissimum est vini magnum, si usus penitus tenditur
ubi sobrietatis custodienda disciplina sanctitur. Et infra: Est quasi inimicus

vt moderatum vinum ventrem debilem vel stomachum reficit, vires deficientes
reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis
diversis et medicamentis adiectum saluti operatur, tristiciam removet, langwores omnes animi delet, leticiam infundit, convivias honesta iusticie
colloquia facit. Paulo amplius vero sumptum, potanti quodammodo vertitur
in venenum. Ovidius de remediis amoris: Vina parant animos veneri
si plurima sumas. Propterea vini abstinentiam sacerdotibus et levitis
[illegible] legimus a domino imperatum, quia oportebat ut illi primo sobrietatis
modum observarent sustinentes, qui ceteris moribus non solum dictis
sed factis precepta divina castitatis et sanctitatis moribus adimplerent.
De 2o dicitur in psalmo 103: Vinum letificat cor hominis. Ibi vero Augustinum
ibidem sermone 3o videtur dicere de vino spiritualis iocunditatis. Nam ideo
letificat cor hominis. Uno quidem vino, scilicet spiritualis iocunditatis,
laudabile est inebriari. Nam hoc non turbat sed erigit mentem. Non
inebriando facit insanum sed perfecto sanum. Secundum Augustinum sermone 32
super Iohannem. Sed forte putatur etiam de vino corporali dici, quia
ebrii quasi leti corde videtur apparere. Unde Augustinus: Vinum letificat.
Augustinus super psalmo 34: Quemadmodum accipe vinum immoderate et
ingurgitare se in ebrietate, est mentem perdere. Ita erit cum acceptus
fuerit illa ineffabilis leticia, perdet quodammodo humana mens et fiet
divina. Et ideo dixit propheta: Inebriabuntur ab ubertate domus tue etc.
Augustinus ut dicit libro De agone christiano: Quamdiu sumus in hoc mundo
quia peregrinamur a domino, gustemus saltem quam suavis est dominus,
qui dedit nobis pignus spiritum sanctum. Sentiamus eius dulcedinem
et desideremus ipsius vite fontem, ubi sobria ebrietate inundemur
et irrigemur sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum.
Talis ebrietas non evertit mentem, sed tamen rapit sensum et oblivionem
prestat omnium terrenorum. Sed forte putatur etiam de vino corporali
dici, quia ebrii quasi leti corde videtur apparere. Dicit Augustinus
[illegible] loquitur et non irascitur, dicens: Quid letius ebrio
immo quid insanius ebrio, quid plerumque iracundius. Quid enim aliud
est ebrietas corporalis quam insania. Est ergo vinum quod vere letificat
cor, vinum illud iusticia est, vita est. Unde super Apocalipsim: Vinum et
oleum illud vinum et oleum ne leseris. Dicit: Per vinum et
oleo omnes qui iusti sunt in ecclesia intelliguntur, quos nemo ledere potest
nisi ad probacionem illorum permiserit deus. De vino vero mali dicitur
Proverbiorum xx: Luxuriosa res est vinum et tumultuosa ebrietas; quicumque
hiis delectatur non erit sapiens. Ideo tale vinum scilicet carnalis voluptatis
sine delectacionis dicitur hic vinum ire fornicacionis. Vinum
quod bibitur cum iocunditate fornicacionis, quia facit a deo fornicari. Sed
dicitur vinum ire, quia inebriatur bibens de vino ire dampnacionis eternaliter
qui bibit hic de vino temporali. Unde Helinandus: Fornicacio est cum ire
dei fornicari aut a deo. Secundum Augustinum libro contra Amelianum [illegible]
est recedere ab illo simplici et singulari bono in istis mundi multiplices
voluptates et in amorem seculi corruptorum quam terrenorum. Et
libro contra Adamantum discipulum Manichei capitulo viio: Fornicacio est
aversio a fecunditate sapiencie et ad conceptum temporalium illecebrarum
corruptibilium quam conversio. Et libro primo de sermone domini in monte capitulo xio
[illegible] dubitat autem malam concupiscenciam recte fornicacionem vocari
qua anima neglecta superiore lege qua regitur inferiorum naturarum turpi voluptate quasi mercede prostituta corrumpitur. Hec ergo Babilon id est
confusio mundane conversacionis a vino ire fornicacionis sue potavit omnes
gentes, id est gentiles, vincentes, quia omnis summa viciorum in delectacione
carnalis voluptatis et in ambitu glorie temporalis continetur. Propter quod
omnibus ira dei super eam expectatur. Vel ut ait Haymo: Scimus ut calix
aureus Babilonis inebrians omnem terram de vino cuius bibunt omnes gentes

Gregorius 28 moral. Quid babilonis nomine nisi huius mundi gloria
designatur, que calix aureus dicitur, quia dum pulchra esse temporalia ostendit
stultas mentes in sua concupiscencia debriat ut speciosa temporalia appetant
et invisibilia pulchra contempnant. Sicut est de Eva, que cum vetitum
lignum concupisceret vidit quod esset pulchrum visu aspectuque delectabile et co-
medit Gen. 3°. Calix ergo babilonis aureus est, quia dum visum exterioris
pulchritudinis ostendit, sensum interne rectitudinis subtrahit aut confundit. Pro-
pter quod et Archita Tharentinus vir acer et magnus quidem inter suos
nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis hominibus dicebat.
Cum enim ut ait homini sive natura sive quis deus nichil mente
preclarius dedisset, huic divino muneri nichil esse tam inimicum quam
voluptatem carnalem. Nec enim libidine dominante temperancie locum esse
nec omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Quam eciam Plato
escam malorum appellat voluptatem, quia scilicet homines ea capiuntur. Ut
refert hanno Thesiphon eciam Grecus scribit Herculem cum primum
pubesceret exiisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multum quod
dubitasse cum duas cerneret vias, unam quidem voluptatis alteram
virtutis, quam illarum carperet. Et primam quidem accuratissime ornatam
affluentem deliciis et omnium voluptatum examen post se trahentem, hec quod
omnia ostentantem et eciam multo plura sub amatoribus pollicentem.
Alteram vero asperam et duram severe quasi intuentem, talia quod exercicio
suis polliceri, non voluptatem aliquam nec quietem, sed labores pericula
sudores quam infinitos terra marique tolerandos, sed premium illorum fore
ut aiebat deum fieri, et hanc demum Herculem secutum fuisse. Nos
eciam pari exemplo fugiamus babilonem viam voluptatis et viciorum
citissime casuram et in precipicium sive mortem nos sequentes adductura
et amplectamur viam virtutum que ducit ad vitam, testante salvatore
qui duas comminans vias et distincta itinera procedi damnans Math.
7° dicit: Intrate per angustam portam quia lata porta et spaciosa via
est que ducit ad perdicionem et multi sunt qui intrant per eam. Et hec
est viciorum. Et rursum Quam angusta porta et arta via que ducit
ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Et hec est virtutum. Videte quanta
sit inter has vias separacio, quantum discrimen. Illa ad mortem, ista tendit ad
vitam. Illa celebratur a pluribus et tenetur a multis, hec vix inve-
nitur a paucis. Illa enim viciis per consuetudinem quasi declivior et mollior
et velud quibusdam amena floribus voluptatis facile rapit ad se
commeancium multitudinem. Hec vero insueto calle virtutum tersior atque
horridior, ab hiis tamen diligitur, quibus non tam delectacio itineris
cordi est quam utilitatis maioris. Asperam enim hec et insuavem virtutum
viam immania facit viciorum consuetudo que si in contrarium transferatur
imperatur semita iusticie levibus. Ut dicit Ieronimus in epistola ad
Celanciam matronam. Ergo iam bone vite iter, per quam potissimum
gradiamur via, et consciencia teste discimus. Per omne quod agimus
aut de lata aut de angusta via est. Si cum paucis angustum iter
et subtilem quandam semitam ingressi ad vitam tendimus. Si vero mul-
torum viam comitamur iuxta domum suam imus ad mortem. Si
ergo odio atque invidia possidemur, si cupiditate et avaricia cadimur, si presencia
comoda futuris preferimus, per spaciosam incedimus viam, habemus enim
ad hoc comitum multitudinem. Et late siquidem stipamur agminibus. Si libi-
dinem si iracundiam explere volumus, si iniuriam vindicare, si ma-
ledicenti remaledicere et adversus inimicum inimico animo sumus eque cum
pluribus ferimur et multorum vicinia imus, tot nobis sociis quot extinctis
virtutibus. Econtrario vero si ab hiis omnibus viciis alieni sumus, si puram
atque liberam gestamus animam et omni cupiditate calcata, solis studemus
ditescere virtutibus, per angustam viam nitimur, quia hec comitatu
paucorum est, et est quasi preclarum atque difficile huius itineris comites reperire.

quoniam hec est via virtutis et sapiencie ac salutis, ad quam venire vo-
lentem secundum Senecam libro de beata vita tritissima via et celeberrima
maxime decepit. Nichil ergo magis prestandum est quam ne pecorum
ritu sequamur antecedentium gregem pergentes non quo eundum est sed
quo itur. ymo nulla res nos maioribus malis implicat quam
quod ad rumorem vulgi componimur, optima rati ea que magno
recepta sunt assensu. Augustinus libro xiiij de civitate dei c° po
Cum tot tanteque gentes per terrarum orbem diversis ritibus moribusque
viventes multiplici linguarum armorum vestium sint varietate distincte
non tamen amplius quam duo quedam genera humane societatis existunt
quas civitates duas secundum scripturas nostras merito possimus appellare. Una
quippe est hominum secundum carnem, altera secundum spiritum vivere in sui cuiusque generis
pace volencium, et cum id quod expetunt assequuntur, in sui cuiusque generis
pace vivencium. Quid autem sit secundum carnem vivere, quod profecto malum est
cum tamen ipsa carnis natura non sit mala, locutus epistole Pauli quam
scripsit ad Galatas v° liquido manifestat, ubi ait Manifesta autem sunt
opera carnis, que sunt fornicaciones immundicie luxuria idolorum servitus
veneficia contenciones emulaciones ire rixe secte ebrietates comessaciones
et hiis similia. atque per hunc textum in operibus carnis que apostolus
manifesta dixit atque dampnavit, non tamen illa invenimus videmus que per-
tinent ad voluptatem carnis, qualia sunt fornicaciones ebrietates comessa-
ciones. convincitur illa quibus animi vicia demonstrantur a voluptate carnis
aliena. Quis namque servitutem que ydolis exhibetur veneficia con-
tenciones hereses invidias, non pocius intelligat animi vicia esse quam
carnis. cum quid fieri possit ut quis propter ydolatriam vel erroris heresis
a voluptatibus carnis temperetur. et tamen tunc etiam homo quamvis carnis
libidines continere videatur atque cohibere secundum carnem vivere hac apostolica auctoritate
convincitur. et in eo quod abstinet a voluptatibus carnis, dampnabilia
opera carnis agere demonstratur. Cur ergo hec omnia et hiis similia doctor gencium
opera carnis appellat, nisi quia eo locucionis modo quo totum significatur
a parte ipsum hominem voluit nomine carnis denotari. atque etiam eo quod
ut quibus corrupcionis carnis existunt in nobis quedam incitamenta et
desideria viciorum. non tamen omnia vicia inique et ipsa tribuenda sunt carni
ne ab hiis omnibus purgemus hostem antiquum. qui carnem non habet.
Etsi enim malignus spiritus fornicator vel ebriosus vel si quid huiusmodi
malum est quod ad carnis pertinet voluptatem, dici non potest, cum sit
et talium criminum suasor et instigator occultus, est tamen maxime
superbus et invidus que illum vitiositas sic obtinuit, ut propter hanc
in carceribus caliginosis huius aeris, eterno sit supplicio destinatus.
Et cum hec omnia viciorum magistra sine carne habeat, quomodo sunt opera
carnis, nisi quia sunt opera hominis secundum se non secundum deum viventis. Non
enim habendo carnem quam non habet dyabolus sed vivendo secundum seipsum, hoc est
secundum hominem, factus est dyabolo similis, quia ille secundum se vivere
voluit quando in veritate non stetit. Etenim non angelo sed angelum qui secundum
deum vivendum fuit, ut in veritate stare et non deficere potuisset.
Cum ergo vivit homo secundum veritatem, non vivit secundum seipsum sed secundum deum
illius porcius qui suam facit voluntatem. Unde hec quod dictum est
duas esse civitates diversas inter se atque contrarias, quia alii secundum carnem
alii secundum spiritum vivunt. Potest etiam et modo dici quod alii secundum hominem alii
secundum deum vivunt. Ut denunciat Augustinus ubi supra c° iiij° declinans per illud
apostoli j Cor 3 dicens Cum enim sit inter vos zelus et contencio, nonne
carnales estis et secundum hominem ambulatis. Quod ergo est ambulare
secundum hominem hoc est esse carnalem, a parte totum denominans. quod ma-
gis apparet in hiis que subiungit ibidem apostolus dicens Cum enim
diceret quis Ego sum Pauli, alius autem ego Cephe vel Apollo
nonne homines estis. Quod dixerat carnales estis nunc animales expressius dixit

homines estis. quod est secundum hominem viventes. non secundum deum secundum quod si vi-
veretis hii essetis. Et subdit capitulo 3° Non igitur opus est in peccatis
viciis que nostris sed creatoris mirarum carnis accusare naturam. que in suo
genere et ordine suo bona est. sed deserto creatore bono vivere secundum creaturam
bonam non est bonum. sive quisque secundum carnem sive secundum animam sive
secundum totum hominem eligunt vivere etc. Unde ergo concludit Beatus
Augustinus in fine predicti libri. quod duas civitates duo sibi fecerunt
amatores. scilicet Jerusalem quam facit amor dei usque ad contemptum sui
et babiloniam quam facit amor sui usque ad contemptum dei
Jeremie [illegible] Effugite de medio babilonis etc. Quamvis impossibile sit
faciem indignationis subterfugere manumque eius declinare evadere cum
deus ipse sit omnipotens et ubique presens. ut quod psalmista dicit in psalmo Quo
ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam etc. Unde Jonas fugiens
a facie domini naufragium passus Jone primo. Verumtamen tribulationis
extremi furoris quos sunt preceptorum debita fuga vitare declinare quos
possumus. et hoc dumtaxat in casibus suis prudentius ac dimicantur
ut in psalmo describitur. Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant
a facie arcus. Sic subversionem suam a Jona pronunciatam effugerunt
ninivite. Sic Ezechias mortem evasit ab Ysaia sibi predictam. Dico No-
tavit in suis casibus. quoniam licet divina voluntas sit causa et sola causa omnium
tamen secundum quod causalitates rerum ut se ordinavit. et communicatur unius
effectus dicitur alterius causa sicut gratia respectu meriti, et meritum respectu glorie
et per oppositum peccatum suo modo dicitur causa peccati ut tribulationis. Dico
ergo notabiliter in suis. quia velle resistere effectibus executionis dei nullo
casu obviando. est frustra niti. immo est impingere in laqueum
et contra stimulum calcitrare. De hoc manifestum habemus exemplum Gen.
xi de filiis Noe. qui ut aiunt diluvia in posterum effugerent civi-
tatem et turrim babel altissimam construere intendebant. Credebant enim isti
propter peccata gentis humani diluvio vite exemisse actu peccati quoniam
remedio non occurrentes. audivisse dexteram dei quapropter se tali edificio
protegere superbo pertinaci quo studio conabantur. Quamobrem divisit dominus
linguas eorum et tandem labiorum confusionem idiomatumque varietate
se ipsos non intelligentes per orbem terrarum divisi fuerunt ac dispersi sic quod
spes ipsorum frustrata est. Neque hec labiorum unitas et idiomatum
unio amplius in terris visa est vel audita donec primi fundatores
et edificatores civitatis Jerusalem celestis procedunt ad opus. Actuum 2.
sic apostolis restituta fuit hec unio. quando fundata huius civitate
sedebant in montibus sanctis. qui spiritu sancto repleti loquebantur variis
linguis ita quod parthi et medi et elamite cretes arabes et romani
ceteri quoque qui convenerant audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes
et mirum. quia non in superbia fundata est hec civitas babilon sive turris
sed in humilitatis fundamento quod est xps ihs. sicut testatur apostolus 1 Cor 3.
fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est. quod est
christus ihesus. Non est ad resistendum divine iusticie et dumtaxat effe-
ctibus eius ut civitas et turris babel hebraice ut babilo grece
sed ad faciendum evitandumque furorem indignationis dei casus quos ipsius
ire occurrendum ordinata est hec civitas Jerusalem celestis civitatis
hoc est refugium nostrum tutum a facie tribulantis asilum. Ad hanc civita-
tem [illegible] tempore adversitatis [illegible] fugiendum. Unde sicut illa civitas
sive turris babilon iram dei provocavit. sic ista civitas scilicet Jerusalem eius
[illegible] velata est. De qua plurima in sacra scriptura dicta sunt gloriosa
Non ergo mirum si dum eius fundata [illegible] [illegible] linguarum unitas
suis constructoribus reddita est que ab edificantibus turrim superbie
[illegible] ruptura et casuram [illegible] in confusionem. Non quod [illegible]
[illegible] illud Ysaie xxx [illegible] erat spes nostra ad quos confugimus
in auxilium ut liberarent nos a facie regis assyriorum ita dicit

Ca xiiij Roma diu titubans variis erroribus acta corruet et mundi desinet esse caput.

Ordinante dei prudencia omnia regna que contra se invicem superbientia destruxit. Israel in decem tribubus idolorum cultum contra dei voluntatem in damasco Syrus quod peccavit. Et ideo utrique captivati sunt ab assiriis. Iudas in Ethiopibus et Egiptiis, et ipsi quoque victi ab assiriis, et caldeis. Assiri quia de se presumpserunt, a caldeis perierunt. Caldei et Babilonii extiterunt domini Medis et persis subiugati sunt. Et hii ab alexandro ma: gno. Qui cum tamquam se tamquam deum extulisset veneno enectus est, et regnum eius in pluribus scissum est et post a Romanis subiugatum. Romanorum imperium quod glorioso ferreis dentibus et ungulis, sanctorum carnes laceraverunt, ex magna parte iam periit, in fine ex toto peribit, cum regnum antichristi alluxerit. Ideo bene dicitur in littera, cecidit cecidit babilon etc. Et consequenter in littera subditur huius ruinosi casus ratio sine causa cum dicitur. Que a vino ire fornicacionis sue potavit et de hoc patuit supra. Quid enim aliud est ebrietas quam insania voluntaria. Nam sic fatuo nichil est certum, ita nec ebrioso. Nam qui seipsum ignorat dubia et parum explanata profert verba, vagos habet oculos, gressus errante, vertigine capitis, conspectus mirabiles, tota domus ei videtur quasi mobilis et huiusmodi. Et sicut ad aspectum solis oculi infirmi obtenebrantur, ita ad ebrietatem vel nimium vini sumpcionem, animi efferuntur et reluta naturali mansuetudine ferocces efficiuntur. Et sicut piscis cum avidis faucibus properat ut gluciat escam repente reperit hamum inter fauces. Ita ebriosus nisi se vinum iniciunt sibi suscipit quod ipsum ad opera nepharia impellit. Et ita prout dicit Cassiodorus in sua epistola homo rationalis ad quasi brutum trahitur et dum bibit bibitur. Ideo libro de salutaribus documentis beatus augustinus consulit dicens fugiamus ebrietatem ne in crimen luxurie incurramus. Unde apostolus ad ephesios 5o precepit dicens. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum enim dominus nobis ad leticiam cordis non ad ebrietatem donavit. Bibamus ergo non quantum gula exigit, sed quantum nature imbecillitas postulat. Hic igitur quod ad medelam corporis nostri tributum est ad perniciem deputemus. Certe decimus quod plerique per vinum homicidia fornicacionis quod perpetraverunt, alii per vinum a demonibus capti sunt. Nec est aliud ebrietas quam manifestissimus demon. Nam ubi animum nimia vis vini possidit, quicquid latebat emigit. Non facit ebrietas vicia sed prodit. Tunc libidinosus ut cubiculum expectat sed cupiditatibus suis quantum pecierint sine dilacione permittit. Tunc impudicus morbum profitetur aut publicat. Tunc petulans non linguam non manum continens. Crescit insolenti superbia crudelitas seuo malignitas livido. Verbatimus. Quid non ebrietas confert operta recludit. Spes iubet esse ratas ad prelia ducit inermes. Et ut dicit idem Augustinus libro 2o de baptismo contra donatistas. Ebriositas quam non solum sine horrore nominare sed etiam cum hilaritate predicare iam populi consueverunt, in quo fuerit, sola esse non poterit. Quid enim ebriosus non et contenciosus et animosus et invidus et a prospera sanitate dissenciens et arguentibus se contrarius inimicus. Nam vero quod et fornicator et adulter non sit difficile est. Est igitur ebrietas flagiciorum omnium mater culparum materia radix criminum, origo omnium viciorum turbacio capitis subversio sensus tempestas lingwe procella corporis naufragium sanctitatis. Proverbiorum xx. Luxuriosa res est vinum etc.

Et tercius angelus secutus est eos, dicens voce magna. Si quis adoraverit bestiam et ymaginem eius, et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de vino ire dei, quod mixtum est mero in calice ire ipsius et cruciabitur igne et sulfure

in conspectu angelorum sanctorum et ante conspectum agni et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. nec requiem habent die ac nocte qui adoraverunt bestiam et imaginem eius et si quis acce: perit caracterem nominis eius. hic paciencia sanctorum eius est qui custodiunt mandata dei et fidem ihesu xpi / Post introduccionem duorum angelorum unius invitantis ad famulatum dei, alterius admonentis recessum a familia dyaboli ob imminentem eius casum. Subditur introductio tercii angeli nunci: antis dampnacionem eciam familie dyaboli et dividitur in duas partes primo ponitur denunciatio dampnacionis adorancium bestiam; 2o subditur perfectio sanctorum ex consideracione reproborum. ibi hic paciencia sanctorum est. Prima subdividitur nam primo ponitur dampnandorum descripcio. 2o eorundem inevitabilis dampnacio ibi et hic bibet. Dictum ad primum dicit et tercius angelus secutus est illos. dicit in alia translatione. Tres angeli ponuntur hic propter fidem trinitatis quam annunciant. Vel tamen ut dictum est quod est primus, hic sunt secundus et ordo predicatorum. Tercius ipse angelus vel tercius ordo predicatorum secutus est eos scilicet duos precedentes. Secuti inquam ordine temporis non imitacione credulitatis. Sed ut Richardus dicens voce magna id est magna instancia predicacionis. Ysaye 58 clama ne cesses. Quanto enim plus videbit appropinquare finem mundi tanto magis cotidianam predicacionem instabunt. et omnem gloriam mundi casuram esse dicebant. et mundanos persecutores non timebunt. dicet ergo voce magna id est libera et secura predicacione ipsi tales predica: tores audacter dicent veritatem absque quovis timore mundano vel humano secundum illud Salvatoris Mathei 10 Nolite timere eos qui occidunt corpus. dicens magna. Si quis adoraverit per nimium fidem bestiam id est antixpm et imaginem eius id est statuam ad honorem eius factam vel faciens se imitatoribus antixpi conformem. Quidam enim qui presentes eum videbunt adorabunt eum, alii vero qui absentes erunt videbunt imaginem eius quam in eius veneracionem adorabunt. Vel ymaginem sicut imaginem x̄, et acceperit caracterem in fronte sua per suam erroris pro: fessionem vel in manu sua per suam operis exhibicionem. Sic distinguit Richardus. Et Haymo dicit quod Iudei habent caracterem bestie in fronte et in manu, quia et in eum credunt et eum recepturi sunt quasi ad sal: vatorem. Gentiles 4o. alius vocet in nomine suo et illum suscipietis et opera illius imitantur, blasfemando xpm et rectissimis operibus deser: viendo. falsi vero xpiani caracterem eius habent in manu quia confitentur se nosse deum factis autem negant. Ad Titum 2o. Dum ergo operibus xpm negant proculdubio antixpi sunt. 1 Johannis 2o. Nunc multi antixpi sunt. Ideo similiter dampnabuntur falsi xpiani qui operibus antixpm imitantur sicut et Iudei qui illum sequuntur fide et opere. Et de exposicione istorum plura dicta sunt supra precedenti capitulo. Et sequitur inevitabilis talium dampnacio cum subditur et hic bibet de vino ire dei. Et primo ponitur dampnacionis permissio. 2o suppliciorum variorum enumeracio. ibi. Et cruciabitur in igne. Dicit ergo. Et hic scilicet qui adoravit bestiam et imaginem eius et id est quicumque crediderit in antixpm vel vixerit secundum doctrinam eius, bibet de vino ire dei id est de eterna dampnacione. sicut babilon dicta Ysaye 51 Cum me calicem vini furoris. Et Ieremie 25. non enim liberaberis sed bibens bibes. Et in hiis notat pene infi: nitatis sine interitus. Quod mixtum est mero in calice ire ipsius. Dicit Haymo Quod est vinum hoc est calix id est vindicta dei omnipotentis ventura super eos qui antixpm adorant et imitantur. Nam et nos

tum vinum in calice damus, no dicimus hec vinum et calix, si tamen
q' vinum q' calix. sz ideo posuit vinum et calicem, vt ondet qz qd
erat in calice cu mero mixtu, ad comparacoz meri turbidum erat
merum quod dicimus purum. Sunt enim in hoc calice simul mixte
feces cum vino mero et puro, per vinum itaqz meru, significat
vindicta domini qua deus electos, qui flagellantur in presenti vt post
modum glorificentur, per feces aut exprimuntur dampnati reproborum
qui in extremo examine perfecto dampnabuntur. Vinum .n. supra est, fe:
ces in fundo latent, qz hoc electi in presenti puniuntur et quasi
apertum conqz eos fecit diuinum iudicium, reprobi vo in fine dampna
buntur, qz nunc sine flagello desunt. Bibent reprobi quod mansit
in fundo et feces et non bibent electi, qz et reprobi per voluptatem
lasciuiam eternis cruciatibus dampnabuntur. Et electi per tyrannea dispi:
plinam in poturas regni exigent. Vnde dicit qui adorauit antixp'
aut imaginem illius accepit in fronte ut in manu sua, non hic
ad presens flagella compleet tamqz vino mero potatus, sz in futuro
plenum vindicta plectetur tamquam fecibus inebriatus. De vino quo
irre dei et eterne dampnacionis, quod vinum est mixtum mero et
flagello iustorum in presenti: bibet in calice ire ipsius et in iudicio
sine dampnacoe. Ezechiel 23 Calicem sororis tue bibes profunde. Sic
legitur hic figuratiua loquitur de dampnacoe reproborum in comparacoe
ad flagellum iustorum in hac vita. Quibus ostendat qz ad comparacoz
flagelli iustorum in hac vita qd dicitur vinum merum, dampnacio
reproborum erit quasi vinum turbidum et ita qz incomparabiliter tristi
gaudium iustorum in hac vita. Iuxta illud psalmiste: feces eius no est
exinanita bibent omnes peccatores terre. Quia calix in manu domini
vini meri plenus mixto, per vinum .n. merum vt dictum e
sitit flagellum in hac vita, per feces ~~omnes~~ dampnacio reproborum
in futura vita. Ysaye. li. Vsqz ad fundum calicis soporis tue bibisti
Vnde electis deus propinat de calice meri et flagelli in hac vita
cum adiunxeret blandimenta consolacionis vt dulcescat infundens oleum
Luce ix Et per illum calicem propinat de calice consolacionis. De quo in pso
calix meus inebrians quam preclarus est. Reprobis aut qui biberunt
hic de vino ire fornicacionis, propinatur de vino mixto et fecibus pleno
in calice penetrie dampnacionis. Quod vinum erit amarum et turbidum
et eis ~~eis~~ abienatum et inebriatum bibencium. Iheremie 49 Ecce
quibus no erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent et
tu quasi innocens relinqueris. Et sequitur bibens bibes. Actuum 2 in mensura
culpe. quod hic per calicem designatur Ysaye 27 In mensura contra
mensuram cum abiecta fuit iudicabit eam. Mathei 1° Eadem mensura
qua mensi fueritis remecietur vobis. Et ex dictis patet quod multiplex est
vinum et similiter calix ire dei. sz merum sine defectu, turbidum
sine feculentum et mixtum. Vinum merum est pena temporalis inflicta
ad correpcionem vel emendacionem, aut pena voluntarie assumpta
Vinum feculante ~~[illegible]~~, est etiam pena, quam reprobi sustinebunt
in inferno, qui modo nolunt bibere vinum merum. Vinum vo mixtum
stat flagellum temporale, quod adhuc est ad vtrumqz conditi, sz ad
correpcionem, ut ad dampnacionem, qd ideo dicitur mixtum, qz hic mixtum
sunt tribulacoes cum consolacionibus. Calix domini dicitur eius iusti
cie que mensurat vnicuiqz premium iuxta meritum. Vel e merum vinum
est gaudium patrie, qd est purum sine admixcione tristicie ut doloris
vel alterius defectus. De quo prouerbiorum xxxi Dor qd non nomit dau:
tudine eius sed in gaudio eius no miscebitur extraneus. Per feces simi

dolor eterne dampnacionis qui est sine omni consolacione de qua Ysaie li.
Bibisti de manu domini calicem ire eius usque ad fundum saporem calicis
bibisti epotasti usque ad feces. De hac fece gloriosi se exceptum psalmista
dicens Eduxisti me de lacu miserie et de luto fecis. Per mixtum
vero significatur presens vita ubi mixta sunt merum celi et fex inferni
per spem et timorem. ubi eciam sunt pariter consolacio et tribulacio. proverbiorum xiiii
Risus dolore miscebitur. Sic enim gaudijs presentibus miscet deus tribu:
laciones et infirmitates. ne bibentes presencia gaudia inebrientur et noceat
ab(?)strit vino puro mixtum misteriis(?) aquam. de hoc calice dicit psalmista
Calix in manu domini etc. Et inclinavit ex hoc in hoc. id est de mero in mixtum
quia toto tempore vite cunctis pari tribulacionem. de ubi(?) infundit spem consolacionis
interne et eterne. Sic ergo deus mero potat amicos in celo. fece
potat inimicos in inferno. Mixto potat omnes in mundo. Et qui bene
tribulacionem in paciencia recipit. pro premia transibit de mixto ad merum.
Unde Johannis xvi Tristicia vestra vertetur in gaudium. Qui vero murmurat
in flagellis et non vult bibere modo vinum mixtum transibit
de mixto ad feces. Quod ergo psalmista vocat fecem calicis domini. hoc
Johannes vocat hic calicem ire dei. Unde sensus est. Et hic scilicet qui
accepit caracterem bestie id est qui se conformavit antichristo credendo vel
eum imitando. Bibet de vino ire dei id est dampnabitur in inferno. ubi
habebit habundantem penam et tribulacionem quod mixtum est mero in ca:
lice ire ipsius id est pena et tribulacio mixta est modo in calice ire dei
in vindictam peccati. quam iratus infligit. quia quicquid mali patimur
peccata nostra meruerunt. Et ideo dicit beatus Augustinus in sermone de tempore
et Iacob. Si noluimus obtemperare medico ne egrotaremus saltem obte:
peremus ut ab egritudine liberemur. Dedit nobis preceptum medicus sanis
ne medico indigeremus. non est inquit opus sanis medicus. sed male
habentibus Mathei ix. Cum precepta contempsimus et experimento sensimus
in quantum pernicem nostram preceptum illud contempsimus egrotare
iam cepimus. morbo laboramus in lecto infirmitatis sumus. Sed non
desperemus. quia cum venire dignatus est. non contempsit sanum contemptus
a sano. Non destitit alia precepta dare languenti. quia prima custo:
dire noluit ne langueret. Tamquam diceret Certe experiencia sensisti me
verum dixisse quando dixi noli tangere hoc. Sanare ergo tandem et
revivisce. Ecce porto infirmitatem tuam. bibe amarum calicem.
tu cui tibi fecisti precepta illa mea que sano data sunt. tam dulcia
tam non laboriosa contempta sunt. Cepisti laborare. sanari non
potes nisi biberis amarum calicem temptacionum quibus habundat hec vita
calicem tribulacionum et angustiarum et passionum bibe ut vivas.
Et ne rubeat languidus. non possum. illum fero non bibam. Prior
bibit medicus sanus ut bibere non dubitet egrotus. Quid. enim amarum
est in tali poculo quod ille non biberit. Si contumelia est amara. prior
ille audivit cum demones expelleret quia in Belzebub eos eiceret. et ipse
demonium haberet. Unde et egres consolatur dicens. Si patremfamilias belze:
bub vocaverunt. quanto magis domesticos eius. Si dolores amari sunt
ligatus flagellatus crucifixus est. Si mors amara est. etiam mortuus est.
Si genus mortis exhorrescis. nullo illo tempore erat ignominiosius quam
mors crucis. quam libenter sustinuit. Hec ille. Ideo dicit idem Augustinus
super psalmos. Docuit Christus modo bibe calicem amaritudinis et percipias
acceptabiliter sempiternam salutem. Bibe ergo eger amarum calicem ut sis sanus
cuius non sunt viscera sana. noli trepidare quia ne trepidares prior bibit
medicus passionis amaritudines bibit. Prior dominus bibit qui peccatum
non fecit. hic in quo sanandum non habebat. bibe donec transeat amaritudo

huius seculi et veniat seculum ubi nullum scandalum nulla ira nulla
habebis nulla amaritudo nulla febris nullus dolor nulle inimicicie nulla
senectus nulla mors nulla contencio / labora hic vetuarus ad finem
laboris ne tamen non vis hic laborare / venias ad fines vite / et nunquam
venias ad finem laborum / Ex quibus patet quod deus habet tres calices in
presenti et tres in futuro / Primus est plenus balsamo confortanti / et hic est
calix innocencie / Quem biberunt apostoli in penthecoste / quem etiam
bibunt baptisati / quia per acceptionem gracie confortanti redeunt ad innocenciam
et quidam dyabolus et pomposus eius / Hic est plenus absinthio / hic
est calix penitencie / quia qui male vivendo effudit ex se calicem balsami et
gracie / assumat calicem amarum penitencie / iste tamen calix dulcorabitur spe
premii / Mathei 3° penitenciam agite appropinquabit enim regnum celorum / Tercius est ple-
nus sanguine de quo bibit Christus et sancti martires / de quo Mathei
24 Calicem quem dedit mihi pater non vis ut bibam illum / Et 21
potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum / Quamvis ergo calicem penitencie
non valeat evacuare / quia quis ex se satisfacere non potest / accedat ad ca-
licem istum scilicet ad merita passionis Christi et sanctorum martirum eorum suffra-
gium implorando / Similiter post hanc vitam deus habet tres calices
primus est plenus mero vel puro vino / de quo bibitur in celo / quia ibi
sancti plenitudine et dulcedine divinitatis inebriantur / Cantica 5to bibite
et inebriamini carissimi / Secundus est plenus mixto de quo bibunt anime
in purgatorio / Ysaie primo / vinum tuum mixtum est aqua / Nam in purgatorio
multiplex est mixtio / scilicet pena cum gracia / securitas cum timore
consolatio cum desolacione / Secure namque sunt de gloria sed timent minimam
minimam dilacionem / consolantur per angelicam visitacionem sed desolantur per pe-
narum acerbitatem / Tercius calix est plenus fecibus / de quo bibunt
dampnati in inferno / Nam post extremum iudicium hoc innocencia electorum
omnes feces eorum descendent in infernum / Ibi enim erunt feces omnium rerum
que in vita presenti sunt permixta / non pura / fex enim vite est mors / fex
sanitatis infirmitas / fex gaudii dolor finalis / fex lucis tenebre / Deus
igitur tunc totum vinum levabit de fece / quia vitam sanitatem gaudium
et lucem ponet in cellario celi / Sed feces eorum scilicet mortem infirmitatem
dolorem tenebras in cloacam infernalem / Ysaie 51 usque ad fundum calicis
bibetis ~~quicumque ergo bibit hunc calicem~~ Quicumque ergo vult hunc
calicem evadere ne bibat eternaliter / bibat hic de calice penitencie et passionis
spiritualiter / Secundum doctrinam apostoli supradictam / quia nemo potest cum Christo regnare
nisi calicem passionis eius fuerit imitatus / Sic ait apostolus Si commor-
tui sumus Christo et convivemus / Si compatimur et conregnabimus / Vel aliter
calix domini dicitur sacra scriptura / secundum illud psalmo / calix meus inebrians quam pre-
clarus est / Et iste calix continet quadruplex vinum / vel comprehendit sensum intellectum
scilicet historicum allegoricum tropologicum et anagogicum / Primum vinum letificat
et inebriat sensum gestorum narracione / secundum affectum sacerdotum instru-
ccione / tercium intellectum intelligendorum cognicione / quartum totum hominem
appetendorum et fugiendorum consideracione / Sunt autem in hoc calice vinum merum
fex et mixtum / Vinum merum propinat nobis iste calix / ubi tractat gaudia
celi effectum propinat / ubi gemina penas inferni mixtum vero propinat
ubi ad penitenciam exhortatur / Unde Ezechiel capitulo 2° / vidit librum in quo
erant scripta lamentaciones carmen et ve / lamentaciones penitencium
ecce mixtum / carmen triumphancium ecce merum / ve dampnatorum ecce fex
de quo bibent omnes peccatores terre / Hoc autem merum / dicitur vera
exposicio intelligibilis / quam propinant catholici doctores / fex autem
dicitur errorum admixtio / quam propinant heretici / mixtum autem dicitur vanitas
philosophice curiositatis / quam multi propinant cum solidis theologie veritatis
Contra quod dicitur Ysaie primo / Caupones tui miscent aquam vino / Sed philosophi
hodie libencius bibunt mixtum quam merum / quia libencius audiunt vanitates
philosophicas quam veritates theologicas / Proverbiorum ix aque furtive dulciores sunt

vel expositores que apostolus curant avidius audiuntur 2 thi[moth] 4 [illegible] nouissimis erit tempus quo sanam doctrinam non sustinebunt etc. Vel secundum mixtum potest dici expositio hereticorum qui pro vino ponunt aliquid veritatis, propter admisceant falsitatem. Nam si tota expositio esset falsa, non reciperetur ab aliquo sed quod falsitatem palliant aliquantula veritate. Thess[alonicenses] 2o omnis [illegible] glo[sa] hereticorum [illegible] vini, vel verum expositorum pro vino ponit etc. hic mixto potabit antichristus et sui omnes illos qui caracterem eius acceperunt, quos [illegible] potabit fece et pena eterna que dicitur hic vinum calicis ire dei. Secundum hoc est sensus littere. Si quis adoraverit etc. et hic talis sicut dampnatus bibet de vino calicis ire, vel pure expositionis sanctorum doctorum ad consecrandum. Quod mixtum est mero, vel tamen expositio intelligentia mixta cum veritate katholica. Qui calicem ire eius vel in sacra scriptura quam exponunt propter quod dicitur calix ire dei etc. Tercium ibi. Et cruciabitur igne etc. Sequitur: missa dampnandorum descriptio et extremis inevitabili dampnatione. Subiungit supplicium [illegible] cruciatum sine penarum specificationem. Et primo quantum ad intensitatem et intensionem. 2o quantum ad manifestationem et ulteriorem confusionem. Ibi in conspectu angelorum sanctorum. 3o quantum ad suam eternitatem. Ibi et fumus tormentorum etc. 4to quantum ad penarum continuitatem ibi nec habent requiem die ac nocte etc. Quantum ad primum dicit Et cruciabitur scilicet babilo vel ille qui adoravit bestiam etc. igne et sulfure. [illegible] Cum sint in inferno tanta tamquam innumerabilia tormenta quanta ut estimari non possunt. Cum tamen duo solum enumerat. Secundum hay[monem] quia in hijs duobus cetera tormenta comprehenduntur. Sic in illis duobus de quibus Job 24 ad calorem nimium transibit ab aquis nivium. Et de quibus dicit Mathei 13 ibi erit fletus et stridor dentium. Fletus namque et lacrimarum oculorum ex calore nascitur. Stridor vero dentium ex frigore, de quibus duobus omnia pendent penarum genera. Sicut scilicet intolerabilis pena flammis fetoris horroris timoris anguste tenebrarum, ceritas tormentorum [illegible] demonum, ferocitas bestiarum crudelitas [illegible] dilaceratio immortalium vermium, [illegible] ignis lacune, [illegible] miserie dolor sine remedio, vincula sine solucione, mors eterna, pena sine fine absencia [illegible] visionem quibus [illegible] sola omnia supradicta superat et omnibus est intollerabilior penis secundum aug[ustinum] de 3a [illegible] Job xviii. Aspergatur in tabernaculo eius sulfur. Glo[sa] Greg[orii] 14 moral[ium]. Sulfur fomentum ignis est quod sic ignem nutrit ut fetore gravissimo exalet. Sulfur fetorem sed ignis ardorem. Erit ergo ibi ignis non ad lucendum sed ad [illegible] animas et corpora cremandum. Erit quoque ibi et sulfur quod et fomentum prestabit igni et fetorem gignet intollerabilem [illegible] ex igne fetor et ex fetore [illegible] ignis cum [illegible] ad tormentum miserorum satis sufficere possint ignis [illegible] aut fetor. Et tamen duo sunt in omni peccato maxime [illegible] Ideo dicitur denique pluisse super Sodomam ignem et sulfur. Gen. xix. Cum enim ad [illegible] desideria ex turpis fetore [illegible] ardet [illegible] libidini [illegible] dignum est ut pariter igne pereant et sulfure quatenus ex iusta pena discant quid ex iniusto desiderio fecerunt. Apoc. xxi. Pars illorum in stagno ardente igne et sulfure. Ibi de hoc. Tertio ad primum de pena ignis [illegible] est ignis purgatorii et inferni secundum beatum Gregorium in 4to dyalogorum. Sicut sub eodem igne aurum rutilat et palea fumat. Sic eodem igne peccator crematur et electus purgatur. Unde [illegible] secundum petrum de [illegible] in scripto 4ti. [illegible] inferni et purgatorii est eternus [illegible] illud Mathei 25 Ite maledicti in ignem eternum. Non tamen in ordine nec secundum ordinem [illegible] quantum ad substantiam. Non autem quantum ad purgatorii effectum. Secundum beatum Thomam [illegible] paratus est in [illegible] peccatorum omni. Hoc est in ignem [illegible] est etiam corporalis. Nam dicit beatus Greg[orius] 4to dyalogorum

Si dyaboli et angeli eius cum sint incorporei corporeo igne cruciandi sunt
quid mirum si anime antequam recipiant corpora corporea possint sentire tor:
menta. Damascenus vero li. 4 c. 4 dicit. Traditur dyabolus et angeli
eius in ignem eternum non materialem qualis est apud nos sed talem qualem
utique novit deus. Quod ideo dicit, quia non corporalis alterat corpora
sed quasi spirituali actione ad puniendum agit in ea, et multo fortius
in demones ac animas separatas. Vide ignis inferni dupliciter
consideratur. Uno modo secundum se et in natura sua sibi, et sic est vere corpo:
reus sive corporalis. Aliomodo quantum ad passionem quam infligit huic
qui ex ordine divine iustitie sue actioni subicitur. Et sic dicitur spiritualis
quia ut quidam dicunt huiusmodi passionem non infert actione reali sed intentionali
et propter hoc doctores eum vocant ignem spiritualem. Ut Augustinus super Genesim et
in libro de spiritu et anima dicitur. Non sunt corporalia sed corporibus similia
quibus anime defunctorum exute afficiuntur. Non tamen loquuntur de igne
secundum quod habet esse in se, sed secundum quod habet esse in pariete, et hoc est esse
intentionale et per consequens spirituale. Ut dicit Thomas de Argentina. Est ergo
eiusdem speciei cum igne qui est apud nos. Nam omne corpus quod
est celeste aut elementare. Sed ignis ille non est celestis, quia sic esset
incorruptibilis, cuius oppositum inferius dicitur, ergo est elementaris, igitur eiusdem
speciei cum igne qui est apud nos. Quod tenet secundum Richardum. Ignis quo
Ad id quod est in eo de essentia ignis materia cum eius. Quo ad dispositionem
videtur diversa. Racione cuius aliqua sibi competit actio que igni nostro
elementari non convenit. Ignis namque in alia ac alia materia in
operationibus suis multum diversificatur secundum diversam dispositionem materie sue exi-
gentiam. Ut dicit beatus Thomas quia ignis triplex reperitur, quia in materia
propria prout est in spera sua, et in materia aliena sive terrestri ut in
carbone, sive aerea ut in flamma et fulgure. Quotiens autem in
igne invenitur semper est idem in specie quantum spectat ad rationem ignis.
Et tamen esse diversificatus in specie quantum ad corpora que sunt ignis
materia. Utrum autem ille ignis sit in materia propria vel aliena nobis
est ignotum ut ipse dicit. Sed ignis qui apud nos est, lignis nutritur
et ab homine succenditur, quia artificialiter in materiam alienam introducitur
ac per violentiam ibi detinetur. Sed ignis ille lignis non indiget quibus
foveatur vel quia est in materia propria existens vel in materia aliena non arti:
ficialiter sed a principio intrinseco puta deo succensus et ab eo
sicut natura illum sit causat taliter institutus. Unde beatus Gregorius
XV moralium super verbo Job XX Devorabit eum ignis qui non
succenditur ait, miro valde modo prophetice vocis expressus est ignis gehenne.
Ignis namque corporeus ut ignis esse valeat, corporeis indiget
fomentis. Qui cum necesse est ut fovetur per congestum lignorum
procul dubio nutritur. Nec valet nisi succensus esse, et nisi
refectus subsistere. At contra gehenne ignis cum sit corporeus
et in se missos reprobos corporaliter exurat, nec studio humano
succenditur nec lignis nutritur, sed creatus semel durat in:
extinguibilis, et succensione non indiget et ardore non caret.
Unde ergo de quolibet impio dicitur devorabit eum ignis qui non
extinguitur, quia omnipotens futurorum prescia ab ipsa mundi
origine gehenne ignem creavit, qui in pena reproborum semel
esse inciperet, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiret.
Hugo: Sed ergo secundum materiam consideratus, differre potest ab isto igne qui
est apud nos specie, non autem formaliter quantum ad id quod pertinet ad
rationem ignis. Cum autem ignis ille sit corporeus et eiusdem speciei
formaliter cum igne qui est apud nos, videtur mirabile quomodo
ab illo igne possint anime separate pati. Similiter et spiritus maligni.
Nam omne agens agit per contactum secundum Philosophum primo de generatione
Ignis autem corporei et spiritus indivisibilis non potest esse aliquis contactus

hic ulterius

Eo quod ... philosophi ... philosophorum. Illa sic tanguntur quorum ultima sic sunt que spiritus dicitur, non est assignare principium medium, et ultimum ... quod omne agens ... aliquam agit virtutem. Ad ista ergo videtur quod igneus corporeus agit in spiritum dicitur an sit spiritualis et ita nobilior erit effectus sua causa spiritualis spiritualis corporeo vel an sit corporalis et ita non habebit proportionem ad spiritum ergo non agit in ipsum ex principio de quarto. Preterea tamen spiritus patitur ab igne corporeo solum ipsum videndo sicut habet nunc ... quod visio rei nocive non valentis ... affligit, an ex punctalitate ipsius sentiendo et sic sit. Vel ergo hoc fiet mediante sensu sensibili vel imaginabili vel intelligibili. Non sensibili quia spiritus separatus non habet organum huius ... sensum receptivum. Non imaginabili quia ... non habet ymaginacionis usum neque organum. Non eciam intelligibili. Vel videtur Illa ... intellectum perficit et non affligit cum sit universalis et videntur se habere ad ... igne. Videtur ergo quod nullo modo spiritus ... ab igne corporeo possint pati. Si aut patiantur hoc ... ... Gregorius ... dyalogorum libro 4 dicit: Si potuit deus sine corporalibus elementis creandis animabus effectum dare dolorem. Sed dictum est ... cum ... in quibus peccaverunt ... quia sine corporibus ... sicut in eis sunt perverse delectate ... in corporibus per corpora sicut in eis prave sunt operate ... pati ... non possunt ab eis nisi ... agant ... quia passio est effectus actionis. Modo petrus de tharantasia dicit: Constat quod spiritus dampnatorum ab igne infernali patiuntur. Et cum ignis ille ut ... sit intellectualis nec ymaginarius sed corporalis oportet dicere quod ab igne corporeo patiantur. Sed quomodo hoc fiat diversi diversimode ymaginantur. Nam cum in omni actione et passione operat agens aliquo modo iungi patienti oportet illum ignem spiritibus illis coniungi. Hanc autem coniunctionem varii variis modis assignant. Alii enim coniunctionem illam ponunt per modum locati ad locum. Unde dicit beatus thomas: Et ignis ille corporeus ... naturam suam ... quod spiritus incorporeus ei iungi possit ut locus locato ... est divine iusticie instrumentum ... ut ipsum quodammodo contineat alligatum. Et in hoc videt ... ignis ille nocivus est spiritui. Et sic anima videt ignem ut ... nocivum ... ab igne, quia spiritum impedit a faciendo quod vult et eundo quo volt. Et ergo dicimus quod spiritus racionalis penam patitur ab igne corporeo sicut docet fides katholica. Nam dives ... in inferno ... dicit: Crucior in hac flamma Luce xvi. Si aut ignis corporeus agat in animam separatam, hoc non habet ex natura sua sed inquantum est instrumentum divine iusticie, et quamvis dicatur quod tamen nullum instrumentum agit in virtute superioris agentis nisi exercendo aliquam actionem sibi ... aliquam ... adhibetur ad effectum ... sacramentum ... instrumentum ... facit ... serrando et aqua baptismalis abluit ut instrumentum divine misericordie corporalis abluendo. Sed igitur ignis corporeus ... agit in animam ut est instrumentum divine iusticie ... Necesse est quod hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo ... Non aut potest dici quod ignis alterret animam calefaciendo vel desiccando aut igniendo ipsam. Unde relinquitur modus quem ponit Augustinus 21 de civitate dei ... anima separata ut spiritus demonis patiatur penam per alligacionem quandam ab igne corporeo videmus ... per alligacionem corporis quoquo modo ... sicut anima alligatur corpori ... quadam superiori virtute ... virtute superiorum demonum inferiores demones alligantur arte ... ymaginibus et anulis ut aliis huiusmodi rebus. Multo igitur magis virtute divina demones ut eciam anime possunt alligari igni corporeo ut ab eo assumant penam. Et hoc beatus thomas de quolibet 3°
q x ar p°

Et per hoc solvitur argumentum quo sic arguitur possit actio agentis est proportionata
passioni patientis, sed actio ignis cum sit corpus phisicum est
actio naturalis, que consistit in movere, ergo nil patitur ab igne corporeo
nisi quod movetur, sed anima non movetur cum sit immobilis, nec ab simpliciter
movetur, secundum philosophum vi° phisicorum, ergo anima non patitur ab igne corporeo.
Hoc argumentum procedit de actione ignis que fit per alterationem, et sic non est
conveniens. Et Petrus de Tharantasio dicit, hec ad penam condignam
ipsis ab igne infligendam non sufficit, quia sic corpora dici possent spiritibus tor-
queri a terra sicut ab igne, demones enim sunt in vinculis non
teneantur, sed pro libito suo per totum mundum discurrunt. Unde ultra
istam solutionem Petri de Tharantasio ponit gradationem ignis ad spiritum
ut instrumenti ad manum in qua agit. Nam quamvis ignis ille inquantum
est corpus naturale non possit agere in spiritum, tamen agit in ipsum ut de-
vine iusticie instrumentum tamquam malleum divina movente ipsum, sed cum
instrumentum per virtutem quam habeat per quam agit ab alterius motum,
quoniam hoc quoniam ignis ille sic instrumentum agit in spiritum, dicit ipse
quod corpus aliquod dupliciter agit, scilicet actione naturali, calorem suum imprimendo
in alterum, scilicet actione spirituali, similitudinem imprimendo, aliter non agit in
oculum ignis oculo admotus ipsum sic calefaciendo, scilicet remotus ipsum
solum immutando, primo non agit igne in spiritum, sed 2°. Unde ille
ignis corporeus agit in animam suam similitudinem imprimendo, qua
apprehensa anima affligitur verissime et multomagis quam affligebatur
in corpore ex igne agentis in corpus apprehensione propter maiorem
potentiam agentis et sensibilitatem patientis licet gradatum immediatum re-
modum. Sic ergo ignis ille corporeus, prout instrumentum divine iustitie
gradatus, agit in animam imprimendo ei velit nolit suam similitu-
dinem. Et inde est quod anima vult affligitur, quia violenter recipit suam sim-
ilitudinem ignis informatur. Et per illam a suis operationibus naturalibus
impeditur et retardatur. Et sic Richardus quod per hoc quod talis species
vel similitudo ignis violenter et cum vehementia intellectum sive
spiritum imprimitur ad se revocat et convertit intentionem ipsius spiritus
quod per hoc notabiliter in eorum gradatum contra suam voluntatem
impeditur, quod impedimentum ac violenta contra ligue detentio
est sibi pro tanti onere et ineffabilis cruciatus. Unde de isto igne
sicut dicit contra Petrum de Tharantasio contingit adhuc loqui
dupliciter vel quantum ad id quod primo et mediate affligit, et sic est
corporeus, vel quantum ad id quod primo et immediate, sic est in-
corporeus. Primo modo dicitur ignis vel 2° similitudinarie, sicut dicitur leo
verus et leo pictus. Et ita quamvis ignis ille corporeus agat virtute
corporali, tamen id quod agitur in anima est spirituale, sicut color pariete
corporaliter visum movet, quod tamen in sensu recipitur est spirituale. Sic ignis
spiritus separatus ab illo igneo corpore patitur, non solum videndo, sed
etiam sentiendo, non per sensum corporalem mediate ipse corporalis,
sed per spiritum spiritualem immediate ipse intellectualiter, que tamen eo quod non
est accepta voluntarie, sed violenter impressa, accipitur ut distinguens
anima enim non abstrahit, sed imprimitur, recipitur ut species, non ut visio
est enim ibi contactus non rei ultima quantitativa molis qui est
corporum, sed rei ultima quantitativa virtutis qui est spirituum. Quo tactu
anima tangit corpus cum ipsum movet, similiter enim non est incon-
veniens causam efficientem instrumentali principali nobiliorem esse effectum,
puta virtutem spiritualem illo igne corporeo. Non quod dicit Petrus de
Tharantasio et talis pena ignis est gravior sive maior quolibet
huius mundi pena corporali. Dicit enim Augustinus in quodam sermone, ignis
ignis ille durior erit quam quicquid in hoc seculo penarum vide-

vel sentire vel cogitare potest Et magister in 4to di. xx de igne purgatorio
dicit Et etsi eternus non sit ille tamen mirabiliter gravis est excellet enim
omnem penam quam unquam aliquis passus est in hac vita nunquam in carne
tanta inventa est pena licet mirabilia martires passi sunt tormenta
Ricardus super 4 sententiarum quia cum dolor non sit eventualiter causa lesiones
lesionis sensus tanto magis aliquis dolet de aliquo lesivo quanto magis
est sensitivus Item lesiones que fiunt in locis maxime sensibilibus dolorem
maximum causant Et quia totus sensus corporis est ab anima ideo si in
ipsam animam aliquid lesivum agat de necessitate oportet quod maxime affligatur
Dicit etiam Algazel 4to libro physicorum c. iiij quod in hoc mundo anima
non sentit cruciatum suum quoniam propter suam occupacionem circa corpus est
sicut qui occupatus in bello vel in periculo non percipit laborem suum
Ignis etiam inferni sive purgatorii cum sit divine iusticie instrumentum
magis est activus quam igne noster qui tamen inter alia in elementa maxime
est activus Ergo sequitur quod pena inferni et etiam purgatorii longe
durior est quam pena huius mundi Etsi dicitur [illegible] quanto aliquid
est magis passivum tanto magis patitur ex applicacione agentis Sed constat propter naturam
que est susceptiva gloriosis agentis est magis passivum quam anima separata
Ergo graviter hic magis patitur quam ibi anima separata Dicendum quod ad afflictionem
non sufficit sola passio nisi assit etiam sensus passionis Anima autem
separata omnibus potentiis sensitivis corporalium minimis patitur magis tamen sentit
Ex hiis ergo patet quomodo anime separate a corpore vel etiam spiritus maligni
patiuntur penam sensus ab igne infernali Item quod tam eorum volun-
tatem flammis infernalibus coniungimus Quas quamvis flammas apprehen-
dunt continue per modum summe odibilis et maxime nocivi Ista
tamen coniunctio flammarum infernalium aliter se habet ad animas et demones qui
puniuntur in inferno Et aliter ad demones qui sunt in aere cali-
ginoso pro nostro exercicio Nam illi qui sunt in inferno coniuncti sunt ta-
libus flammis localiter et intellectualiter Sed hii qui sunt hic nobiscum huiusmodi
flammis coniunguntur non localiter quia alias huiusmodi flamme comburerent
humana corpora vexata per demonia etiam incenderent aerem circa
nos quem inhabitant huiusmodi demones Sed coniunguntur intellectualiter quemadmodum
sicut boni angeli qui mittuntur ad nos pro nostra custodia quando sunt
apud nos non sunt in celo localiter sunt tamen in celo intellectualiter.
Nec carent celesti gloria nec etiam felicitate Sic angeli mali qui
sunt apud nos in flammis ignis inferni sunt intellectualiter quia divino iudicio
apprehensio illarum flammarum continue ipsis imprimitur qua impressione
ipsi sine intermissione affliguntur Non tamen si deus vellet [illegible] si huiusmodi
flammis localiter iungerentur Attamen huiusmodi ignis in spiritum dampnatum
sicut divine voluntatis instrumentum Ideo non tamen potest agere in spiritum localiter
absentem quam presentem quia virtus divina non est alligata presencie locali
Ideo non minus in absentem quam in presentem demonem potest divus mediantibus
huiusmodi flammis imprimere penam infernalem Et hoc modo potest sustineri
illud vulgatum proverbium quod solet dici quod dyabolus secum portat infernum
quocumque vadit Per hoc solvitur argumentum quod fuit deductum Sed
ignis agit in spiritum Et hoc fit virtute corporali et spirituali Si corporali
tunc nulla proporcio erit inter ignem agentem et spiritum pacientem Quod
videtur inconveniens quia ad hoc quod agens agat et paciens paciatur oportet
inter ea esse proporcionem Si spirituali tunc actus esset nobilius subiecto vel
causa effectu Dicendum quod illa divisio est insufficiens quia datur tertium membrum
scilicet quod potest agat virtute corporali et spirituali quia ignis ipse influat agat
in spiritum virtute corporali tamen hoc non facit nisi ut nititur virtuti
spirituali puta ut tanquam instrumentum divine iusticie et in huiusmodi

actione dirigitur singulariter et movetur a divina voluntate. Ad primam rationem
in contrarium dicendum quod virtus corporalis ipsius ignis non est proportionata
nisi ad hoc ut agat in spiritum, tamen non inmititur divine volunti
tanquam instrumentum suo principali motori. Et sufficientem ratione proportionem ad
agendum in spiritum. Ad probacionem 2e rationis dicendum quod negande est quia quia
illa virtus spiritualis non est actus ignis ut est subiectum in igne
tunc est realiter ipsa voluntas divina. Similiter si dicitur omne agens est
nobilius et prestabilius paciente. Unde Augustinus 2o super Genesim et philosophus
musice sue et 3o phisicorum 3o de anima. Igitur ignis non est nobilior spiritu
dicendum quod maior solum est vera de agente principali. Non vero quod instru
mentum semper esse nobilius eo in quod agit. Sed sufficit quod illud sit no:
bilius virtute cuius ipsum instrumentum dirigitur et movetur in huiusmodi
actione. Similiter tunc dicitur omne agens corporeum agit per con:
tactum. Sed inter ignem corporeum et spiritum non potest esse contactus. Dicendum
ad minorem licet ignis non possit tangere spiritum ut innititur virtuti proprie
tamen hoc potest ut est instrumentum virtutis divine. Etiam dato quod non tangat
tamen hoc potest ut est instrumentum virtutis divine. Etiam dato quod non tangat
spiritum tactu naturali et virtuali, tamen tangit eum tactu spirituali ut apprehendere
spiritum tactu naturali et virtuali, tamen tangit eum tactu spirituali ut apprehenditur
a spiritu dampnato tanquam instrumentum execucionis divine iusticie ipsi spiritui da:
mpnato sibique displicibile. Ex quibus sequitur 2a conclusio quod corpora reproborum
post diem iudicii cuius patietur maxima afflictionem ab igne infernali, non
tamen propter hoc corrumpi poterunt aut minorari, probatur prima pars, quia sicut
anime beatorum meruerunt mediantibus suis corporibus. Sic anime reproborum
peccaverunt et demeruerunt mediantibus suis corporibus, ergo sicut corpora
beatorum constituentur ad percipiendum maximum premium propter eorum me:
ritum. Sic corpora reproborum constituentur ad percipiendum maxima penam
que quidem pena ignis solet appellari. Preterea sicut corpora beatorum se habent
ad gloriam. Sic corpora reproborum ad penam. Sed corpora beatorum glorifi
cabuntur celesti gloria que est summa gloria corporalis, ergo corpora dapnatorum
punientur infernali pena que est maxima ut ob penas quibus corpus
affligi potest ut testantur omnes sancti doctores. Secunda pars probatur quia pena
eorum erit eterna, ergo ipsa non erunt unquam corrupta. Item quia cum
pena sit actus patientis ipsa non potest perpetuari nisi patiente perpetuo ma:
nente. Unde ait Ysaias capitulo 24 ubi de reprobis dicitur. Erunt hy
in supplicium eternum. Et Ysaias ultimo. Ignis eorum non extinguetur, et
Preterea illud quod sic affligitur quod tamen non consumitur, hoc ex sua affli
ctione non corrumpitur nec minoratur. Sed corpora reproborum post diem
iudicii sic affligentur quod non consumentur, quia Job 24 ubi satis prolixe
describitur pena hominis reprobati, sic inter cetera dicatur. Luet omnia
que fecit nec tamen consumetur possibilitatem autem istius scilicet quod corpora reproborum
nunquam consumantur quamvis igne perpetuo urantur. Declarat beatus Augustinus
21 libro de civitate dei multiplici exemplo ex hiis que videmus etiam in
naturalibus rebus. Nam Salamandra vivit in igne nec tamen consumitur
ab eo. Similiter aurum rutilat in igne, nec tamen ab eo consumitur.
Preterea certum est de montibus qui ab antiquissimis temporibus arserunt
et tamen nondum consumpti sunt. Et si de illis montibus mirabatur
Augustinus, multomagis nos mirari possumus cum nunc hodierna die
apparet eorum consumpcio, quamvis eorum caverna inflammata videatur.
Preterea legitur in legenda sancti Nicolai episcopi in pluribus locis quendam
lignis iuvenum quod manum appositam vehementer affligit, et tamen de huiusmodi
manum sibi apposita nichil consumit. Ex quibus omnibus apparet
satis esse possibile quod corpora reproborum igne perpetuo crucientur, quamvis
tamen quo ad eorum substantiam nunquam corrumpantur. Et quamvis dampnati non
corrumpantur quantum ad substantiam suam, tamen non erunt immunes a pena
mortis, semper enim dampnati sustinebunt talem penam que multo acrior
esse videtur quam sit pena hominis morientis, propter quod pena dampnatorum
dicitur mors perpetua, quia etsi non formaliter, tamen equivalenter includit pena

perpetua

cingl; mortis tenebris circumseptus. Et hoc innuitur in Apocalipsi cum dicitur: Et cruciabitur
igne et sulphure coram ibi. In conspectu angelorum sanctorum et ante
conspectum agni. Opposita penarum specificatione quantum ad earum innostitutionem
et illesionem. Subditur penarum acerbitas quantum ad earum manifestationem
et interiorem confusionem et timorem dicens: In conspectu angelorum sanctorum
scilicet ut magis erubescant et erubescendo maiorem dolorem habeant. Ut
ait Richardus. Vel in conspectu id est in evidentia angelorum sanctorum scilicet in quorum
conspectu non timuerunt mala agere, ait Helinandus. Vel ut ait Haymo
angelorum sanctorum vocabulo in quorum conspectu cruciari dicuntur non
solum angelici spiritus, verumetiam cetera iustorum exprimuntur, scilicet tunc quando erunt
sicut illi angeli erunt signa caritatis pleni et pietatis perfecti. Qualiter
non compatientur sic dampnandis vel dampnatis. Declarat beatus Gregorius
in 2 moralium dicens: beati non compatiuntur dampnatis, quia sic eorum mentes
vis districtionis absorbet ut eis non libeat quicquid ab illius intime regule
subtilitate discordat. Unde post hoc iniqui in conspectu angelorum sanctorum
cruciari dicuntur, ut dum eorum cruciatus iusti conspiciunt, in dei laudibus
crescant, per cuius gratiam evaserunt quod iniusti patiuntur, quia et in se
cernunt bonum quo gratis remunerati sunt, et in illis supplicium quod evaserunt.
Erit ergo ut malorum tormentum ad electorum proficiat incrementum.
inquit Haymo et recipit a Gregorio 22 moralium super illo Job xl.
Numquid feriet tecum pactum et accipies eum servum sempiternum. Sicut enim
niger color in pictura substernitur ut superiectus albus vel rubeus pulchrior
ostendatur, ita sibi malos bonis ordinavit deus ut felicitatis gaudia exhibet
beatorum. Et quamvis id eorum gaudium ex divina visione non sit
quo crescit, magis tamen auctori suo se debitores esse sentiunt quando
et bonum cernunt quod iuste remunerati receperunt et malum quod iniusti
reddunt adiuti vicerunt. Hec ille. Subiungit autem. Et ante conspectum agni
quem eorum scelera non latent ergo nec pena latebit. Dicit Haymo. A
quo enim velut visuri sunt, tamen scriptum est Ysaye 26: Tollatur impius ne
videat gloriam dei. Aut aliam litteram in tanto timore terrebuntur. Ut vi-
deatur illis dominus semper esse presens, eis quod iram vindicte sue infligere.
Ex quibus patet quod ipsius cumulum beatorum ad maius augmentum gratulationis
et gratiarum actionis electorum videbunt penas et cruciatus spiritium dampna-
torum. Unde glossa super illud Ysaye ultimo egredietur et videbunt ca-
davera virorum qui prevaricati sunt in me, dicit: electi egredietur intellectu
vel visione manifesta ut ad deum magis attendant. Et patet racione beati
Thome et beati Michaelis de subtilitate quod ad preferendum eorum pertinet. Unumquodque
aut ex comparatione contrarii magis cognoscitur, eo quod contraria iuxta se
posita magis elucescunt. Propter quod ut beatitudo sanctorum magis eis compla-
ceat et ut de ea deo gratias uberiores agant, datur eis ut penas
reproborum videant quas per dei gratiam evaserunt. Et hoc ipsum est cumulus
doloris reprobis, quia sciunt se et penas suas manifestas esse apud Christum
et angelos et alios sanctos. Et ex hiis etiam augmentatur dolor eorum, quia
sciunt Christum sufficienter passum et omnibus sufficientissimum precium dedisse pro
redemptione omnium, et se privatos esse tanto beneficio pro modica volupta-
te seu vanitate, de quo surgit vermis conscientie qui non morietur, ut dicitur
Ysaye ultimo in fine. Pro secundo quod iustorum anime beate
visa dampnatorum ineffabili calamitate non afficientur ad eos compassione
sed magis attendent ad gratiarum actiones de sua liberatione. Unde beatus Gregorius
omelia ultima tractans illud Luce xvi: In hiis omnibus inter nos et vos
magnum chaos firmatum est ut hii qui volunt ad vos transire non possunt
neque hinc inde transmeare, dicit: Querendum quo dicatur hii qui volunt
ad vos transire non possunt, [illegible], nam hii qui in inferno sunt ad beatorum sortem
transire cupiunt, dubium non est. Qui vero iam beatitudinis sorte suscepti sunt
quo pacto dicuntur quod transire ad eos qui in inferno cruciantur volunt
sed non possunt. Et respondet dicens: Sed sicut transire reprobi ad electos cupiunt

a' a suppliciorum suorum amaritudine miserere ita ad afflictos atque in tormentis
positos transire iustorum est mente tunc per miseriam eos quod velle liberare.
Sed qui volunt de beatorum sede ad afflictos atque in tormentis positos transire
non possunt quia iustorum anime etiamsi miseri vellent iam tunc omnino
non possunt quia iustorum anime in sue licet bonitate iam habeant iam tunc
auctoris sui iusticie coniuncte tanta rectitudine stringuntur ut nulla ad
reprobos compassione moveantur. Ipsi quippe videlicet concordant cui inherent
et eis quos eripere non possunt nec ex anima condescendunt quia tunc illos tunc
a se videbunt extraneos in quanto et ab eo quem diligunt auctore suo se
percipiunt repulsos. Nec iniusti ergo ad beatorum sortem transeunt quia dampnatione
perpetua constringuntur. Nec iusti ad reprobos transire possunt quia erecti
iam per iusticiam iudicii eis nullomodo ex aliqua compassione misere-
rentur. hec ille. Non enim poterunt eis compati compassione que est
dolor cordis de miseria proximi quia talis repugnat perfectioni beatitu-
dinis. Nec compassione que est motus electus quo quis alium cupit
a miseria liberare, quia beati nil contra volunt hunc quod videt deum
absolute velle cum sint deiformes et eius voluntati penitus conformes.
Nec apud animum iustorum poterit fuscare beatitudinem aspecta pena
reproborum quia ubi iam compassio miserie non erit minuere leticiam
beatorum non valebit. Immo letabitur iustus cum viderit vindictam etc.
ut dicit propheta letabitur non quidem de penis non enim sic quia hoc sonaret
in crudelitatem sed intuitum videbit quod iuste sunt inflicte et per
considerabit ab eis se gratia et dono dei liberatum et exinde gratias
uberiores aget deo. Ex quo sequitur quod propter cuiuscumque beatorum videntes
dampnacionem suorum propinquorum non possunt non velle penas et cruciatus
eorum. Racio patet ex premissis quia sunt ad tantum conformati divine voluntati quod
non possunt non velle id quod cognoscunt deum velle sed ipsi videbunt
et cognoscent deum velle dampnacionem suorum propinquorum ergo ipsi non
possunt non velle penas et cruciatus eorum. Nec hoc velle est nota
vel signum alicuius crudelitatis immo potius signum magne perfectionis et bo-
nitatis. Sicut enim unaqueque res tanto est imperfectior quanto longius deviat
a prima et rectissima regula. Sic quelibet res tanto melior et perfectior
esse censetur quanto intimius huiusmodi regule conformatur. Cum ergo
voluntas divina sit humane voluntatis regula rectissima. Ut dicit magister
in 2o libro sentenciarum quia tunc humana voluntas erit rectissima et perfectissima
qui non poterit aliquid velle nisi quod videbit deum velle. Quod solum
erit in illa beata patria. Cum tamen quod omnibus ut dictum est sanctis
cuiuscumque propinquorum non compaciantur cruciatibus et penis dampnatorum
Compatiuntur tamen miseriis et penis hominum viatorum. Ratio quia peccatores
quamdiu sunt in hoc mundo sunt in tali statu quod sine preiudicio divine
iusticie possunt ad beatitudinem pervenire a statu miserie et culpe Et
ideo beatorum compassio locum habet ad eos quorum electorum voluntatem, prout
deus et angeli et beati dicuntur eis compati salutem eorum volendo
unde sancti pro nobis ad deum intercedunt. Thomas contra gentiles in libro 4o de 24
Tertio subditur quantitas pene dampnatorum quoniam ad suam civitatem
cum dicitur Et fumus tormentorum eorum ascendit in secula seculorum Que tene-
brositas que reprobos operiet super ipsos erit ut dicitur Iob x Antequam
vadam et non revertar ad terram tenebrosam et
opertam mortis caligine. Quarto queritur Cum fumus generatur ex accen-
sione ignis in ligna sive combustibilia sed ignis infernalis non indiget lignis
quibus foveatur sed quomodo erit ibi fumus. Ad hoc respondetur
quod maximus fumus magnorum flammarum indicium est quia ignis sine
nutrimento lignorum et corporeus tamen ibi erit ignis reproborum. Unde quod
fumum eis sempiternum dicit inesse Nam quia reprobos sine fine ardere...

Ideo fumum tormentorum dicit ascendere in secula seculorum id est sine fine Apocalypsis xiiii
ascendet fumus eius a generatione in generationem Job xli De naribus eius pro-
cedit fumus Ubi Gregorius xxxiii moralium Et per fumum caliginosa dubietas
signatur Sic per fumum hic tenebrositas significatur secundum glossam. De hoc Gregorius
9 moralium dicit quod nam ignis est ut ex se ipso et lucem exhi-
beat et concremationem sed transactorum illa ultrix flamma viciorum concre-
mationem habet et lumen non habet. Hinc est quod reprobis veritas dicit Matthei xxv
discedite a me maledicti in ignem eternum etc. Quorum rursus omni corpori
in unius persona significans dicit, ligate ei manus et pedes et mittite in
tenebras exteriores Matthei xxii Si itaque ignis qui reprobos cruciat
lumen habere potuisset, is qui repellitur nequaquam mitti in tenebras exteriores
diceretur. Hinc iterum per psalmistam dicitur Super eos cecidit ignis et non
viderunt solem. Ignis enim super impios cadit et sol igne cadente non cernitur
quia illos quos gehenne flamma devorat, a visione veri luminis
cecat. Ut et foris eos dolor combustionis cruciet et intus pena cecitatis
obscuret quatenus qui auctori suo et corde et corpore deliquerunt, simul corpore
et corde puniantur et utrobique penas sentiant, qui dum hic viverent
pravis suis delectacionibus ex utrobique serviebant Et subdit ibidem Ignis
ille ignis ad consolacionem non lucet, tamen ut magis torqueat ad ali-
quid lucet Nam sequaces quosque suos secum in tormento reprobi flamma
illustrante visuri sunt Quorum amore deliquerunt, quatenus qui
eorum vitam carnaliter contra precepta conditoris amaverant, ipsorum quoque
eos interitus in augmento sue dampnacionis affligat. Declarat per id
de divite Luce 16 etc. Ex quo patet quod in dampnatis non erit totalis
privacio luminis corporalis et spiritualis. Racio quia consumptis corporibus utrimque
[illegible] habebunt vocem corporalem et spiritualem, ideo non erit in eis
exclusio totalis luminis utriusque, quia sine ulla participacione lucis non
potest haberi actus cognicionis Sed videndum cum [illegible] lumine ex-
terio de anima [illegible] huius lumine nisuali fumo, sic est et erit inn-
rabiliter obfuscatum quod eius visio nullam videtur prebebit consolacionem
Immo potius ingeret horrorem et desolacionem Et propter hoc huiusmodi lumine
auctoritates sacre scripture tenebras appellant sive fumum propter exili-
tatem et paucitatem eius Nam quod modicum distat intellectus quasi
pro nichilo reputat secundum philosophum 2° phisicorum Unde ut dicit beatus Thomas
Nichil ibi perspicue videtur, sed sub quadam umbrositate videntur illa
que cordi afflictionem ingerere possunt Et ideo simpliciter loquendo locus inferni
tenebrosus est, sed tamen ex divina disposicione habet aliquid luminis quantum
sufficit ad videndum illa que animam torquere possunt Et ad hoc satis
facit naturalis situs loci, quia in medio terre ubi infernus esse perhibetur
non potest esse ignis nisi feculentus et turbidus et quasi sulfureus, qui
est grossus et fetidus fumo permixtus Queritur autem hic Quo iustum
sit ut culpa que cum fine perpetratur, a deo sine fine puniatur Respondeo
quod 2° contra gentiles peccatum mortale [illegible] committitur ad eternam penam obligat
Primo patet ex verbis, primo ex parte eius in quem peccatur qui est infinite
bonitatis et potencie scilicet deus Unde et offensa ipsius infinita pe-
na est digna igitur quanto maior est in quem peccatur tanto magis peccatum punitur
secundum philosophum 4to ethicorum Et ergo dicit Omnis iniuria talis est quatenus persona fuit
iniuriam paciens Unde magis enim persona est medica sit iniuria facta
magis est quam in medica vero persona et sic magis iniuria facta fuit medica videtur
esse. Ubi quantitas culpe tenetur pensari secundum dignitatem persone per culpam
offense Cum igitur quilibet dampnatorum per culpam suam offendit personam infi-
nitam scilicet ipsum deum et eius [illegible] mandatum [illegible] talis culpa aliquid
est infinita et per consequens sibi debetur pena perpetua Secundo ex parte peccantis
constat, ut quod peccans mortaliter sine dilacione sue ponit in eo in quo
mortaliter peccat [illegible] etiam pro illo deum contempnat. Constat autem quod quicumque
summe diligit aliquid sibi finem sue voluntatis, ex hoc ipso vellet semper adherere

Et ideo peccatis mortalis illo actu voluntatis quo peccatum mortale elegit, quod
vellet adherere peccato nisi peccatis retraheretur scilicet timore pene vel aliquo
huiusmodi. Sed si inveniret adherere possit, semper adhereret. Et ideo in suo eterno
peccat. Et per hoc est dignus eterna pena. Unde quarto dyalogorum Gregorius
inquit Petrus vellem, quomodo iustum sit, ut culpa que cum fine per-
petrata est sine fine puniatur. Gregorius respondet hoc recte diceretur si distri-
ctus iudex non corda hominum sed facta pensaret. Iniqui ideo cum
fine deliquerunt quia cum fine vixerunt. Nam voluissent utique si potuissent
sine fine peccare. Ostendunt enim quod in peccato semper vivere cupiunt, qui
numquam desinunt peccare dum vivunt. Ad magnam ergo iusticiam iudicantis
pertinet ut numquam careant supplicio, qui numquam in hac vita voluerunt carere
peccato. Et nullus detur finis in quo sit finis ulcionis, quia quamdiu valuit
habere noluit finem criminis. Idem dicit xxxiiii moralium super illo Job. Reputabit
estimabit abissum quasi senescentem. Ubi multa de hoc. Et similiter Augustinus
xxi de civitate dei capitulo xii et xiii dicit quod dignus est eterno supplicio qui
in se peremit bonum eternum. Tercio ex ipso statu peccatoris mortalis, quia per
peccatum gratia privatur. Unde cum sine gratia non possit fieri remissio
culpe, si in peccato mortali decedat, semper in eo culpa remanebit. Tunc
ulterius non sit gratie susceptibilis, quia habet aut culpa semper est obnoxius
pene, alias remanet aliquid inordinatum in universo. Et ideo talis in
eternum punitur. Peccatum vero veniale non est contra deum, nec in eo finis
constituitur, nec gratia privat, et ideo sibi non debetur eterna pena secundum talis.
Et ergo in ista punicione iusticia et misericordia. Iusticia in hoc quod culpa
dampnati punitur pena infinita et eterna duratione, ideo quod subiectum ipsius
culpe perpetue sit incorruptibile. Et fecit ibi magna mia, quia non punitur
pena tantesule infinita quantum illam meruit, eo quod contra personam infinite
dignitatis peccavit. Unde etiam secundum humanas leges, qui contra personam
alcius magne dignitatis peccavit, secundum iusticiam debet leviori et acer-
biori pena puniri. Propter hoc enim dicit philosophus v etichorum si prin-
cipatum habens percussit, non oportet repercuti. Et si principem percussit, non
solum repercuti sed puniri. Ergo infinite acerbitatis pena posset puniri
salva iusticia quicumque in mortali offensa dei decedit ab hac vita. Ergo
valde misericorditer secum agitur quando finite acerbitatis pena punitur.
Et patet hic error Origenis qui ut ait Haymo dixit post mille annos
reprobos ad vitam redire, et iustos ad penam reversuros cum dicat veritas
Mathei xxv. Ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam. Tertio
subditur eternitas pene reproborum quantum ad eius continuitatem vel inqui-
etatem cum dicitur Nec habent requiem die ac nocte vel numquam requiescent a
pena qui adoraverunt bestiam scilicet antichristum vel approbaverunt eius fidem
et ymaginem eius vel ad literam vel errorem eius veneratur. Et si
quis acceperit caracterem, scilicet indiscrete et indistincte aliquod signum errore
eius simulat scilicet non habebit requiem. Secundum autem augustinum per bestiam
civitas impia, per ymaginem simulatio ficta, per caracterem crimis
nota. Et qualiter aut die ac nocte, cum non sit ibi talis successio. Sol
enim stabit immobilis in oriente ubi creatus fuit, nec umquam deorsum tendet
ad occasum ne impii in tormentis sub terra positi fruantur eius luce
secundum Petrum in libro de summo bono. Vel secundum Haymonem quod in hoc notatur con-
tinuitas temporis secundum illud psalmi Erit tempus eorum in secula. Unde ii xxi Gre-
gorii ix moralium fit miseris mors sine morte finis sine fine
defectus sine defectu, quia et mors vivit. et finis semper incipit
et deficere defectus nescit. Et ex hoc patet error eorum qui dicunt
animas in inferno habere refrigerium a vespere sabbati usque ad mane
secunde ferie propter honorem dominice resurrectionis. De quo errore narrat
Guillelmandus. Sed quidam predictum errorem salvare volentes dicunt
quod post iudicium nullum erit remedium nec interpolacio nec alia mi-
tigacio, sed ante iudicium illud esse possibile. Sed tamen veritas fidei et auctoritas sanctorum

Conciliorum asserit et affirmat. Est ergo in summa de pena inferni tenendum quod pena
infernalis est in loco corporali deorsum in quo eternaliter affligentur omnes
reprobi tam homines quam spiritus maligni affligentur autem colore ignis corporalis
qui concremabit et affliget spiritus et etiam corpora licet tamen illa
corpora consumet quod semper affliget alios plus alios minus secundum exigentiam
meritorum suorum aut afflictionem ignis. Coniuncta erit afflictio circa omnes
sensus. Communita eorum erit pena damni et carentia divine visionis. Ita
quod in hiis penis erit varietas et cum varietate acerbitas et cum acer:
bitate inestimabilitas ut sit ad reproborum supplicium tormentorum summa
ascendat in secula seculorum. Ratio. Quia deus cum sit summus quicquid habet
in summo habet. Unde necesse est ipsum esse rectissimum. Et cum ipsi in retribuendo
assistat recta rectitudine sicut contra se facere non potest ut se negare
nec suam iustitiam impugnare. Sic ut recta sua rectitudine exigente
quod peccatum puniatur secundum quantitatem culpe in hiis maxime qui le:
ges misericordie contempnentes per impenitentiam impegerunt in seve:
ritatem iustitie. Cuius ergo severitas iustitie est compensare culpam
non solum secundum ad radicem verum etiam secundum ad circumstantias aggravantes.
Congruentissimum est ut iustus iudex penas debitas ab impiis exigat
usque ad novissimum quadrantem ut sic non remaneat dedecus vel peccati
sine decore iustitie. Et sic manifesta est divina potestas in creando
et sapientia in gubernando et clementia in reparando ita manifestetur
summa iustitia in puniendo. Quia igitur divina iustitia peccatores impios
debet punire secundum exigentiam culpe et culpa mortalis in quam sentie:
dit infinalis impenitentia habet rationem deordinationis perpetue deordinationis libi
dinose deordinationis huiusmodi. Unde necesse est quod ipsa puniatur penarum
eternitate acerbitate et multiformitate. Primo ergo deordinationis perpetue
pena debet esse perpetua quia peccatum quod quis committit et de quo numquam
penitet in anima perpetuo durat et in vita perpetua semper deo separat
et a voluntate peccandi que velle in peccato perpetuo delectari. Et
licet illa delectatio transiens sit momentanea quia tamen deordinatio
tenet rationem perpetuitatis ideo pena deordinationi respondens debet habere
carentiam finis. Ut sicut homo in suo perpetuo sine non apposuit
a peccato recedendo sic deus in suo perpetuo numquam desistat a puniendo.
Et sicut contra infinitum peccavit sic penam habeat infinitam. Et quia non
potest habere penam infinitam intensione saltem habeat duratione. Et sic
voluntas eius post mortem male quia adheret sine susceptione punie.
Et deus quod affligat sine mutatione sine requie. Ex hoc perpetuitatis
deordinationis in ipsis dampnatis. Ceterum quia deordinatio libidi
nose pena debet esse afflictiva quia delectatio punitur per tristitiam con:
trarium et spiritus rationalis in peccando committit se ad bonum proprium
et proprie libidinose amandum et ex hoc contempnit divinum imperium
et dominium. Hinc est quod ad hoc ut illa superba delectatio perfecte
puniatur in qua simul est delectatio cum contemptu merito est
quod ad punitionem illius contemptus et delectationis peccatorum sine fine
homo sive spiritus precipitetur in locum infimum et inferiorem a
statu celesti longinquum hoc est in profundissimum infimum. Unde est etiam
quod ibi exponatur affligendus infime nature ac per hoc non
solum a substantia spirituali separatur sed a corporali et infima hoc est a fetido
et sulfure corporum mundanorum et in fetoribus defigatur et ignis ac sulfure
concremetur. Et quoniam spiritus qui per naturam preeminet corpori et in corpore
habet influere et ipsum movere dignitatem nature propter culpam perdidit
et se quodammodo vilitati et mollitiei peccati subiecit hinc est
quod secundum ordinem iustitie debet ordinari ut cum peccator spiritus quam homo
corpori corporeo alligetur non ut in illum influat vitam sed ut
divino decreto suscipiat penam cum sit inseparabiliter alligatus
rei quam horret propter timorem dirutis immissum et quam sentit

per vim malis sensus uere est quod acrius tormentum. Et quia ignis ille non
agit nisi per dispositionem peccati et reatus et macule precedentis ex libidinis
impletae quod non est equaliter in omnibus. hinc est quod ab eodem igne quidam
cruciatur plus alius minus. Sicut ab eodem igne aliud uritur palea et aliud
comburitur lignum. Quoniam autem illa peccati dispositio et reatus cum quam
actio ignis moderatur in eadem est vivificum et nunquam recessit ut decresit
ut inuritur. hinc est quod divinus imperio ordinante ignis ille sic agit
quod semper urit et non consumit et semper affligit et non interimit
quia ubi agit ad sue forme multiplicationem sed ad ante pariete in
corpore perturbationem sine ipsius spiritus in seipso. Unde non sit nova
adeptio sed adepte pene solutio. Ut sic in eadem pena in claritas eter-
nitatem sic eternitas tollat acerbitatem. Postremo quia deordinationi
multimode pena multimoda debetur. Unde et in omni peccato actuali mortali
deordinata est aversio a summa luce et bonitate et inordinata conversio
ad bonum commutabile et deordinatio voluntatis contra dictamen recte rationis
hinc est quod omnes actuales peccatores qui exeunt dampnati puniuntur pena
triplici. per aversionem punientur carentia divine visionis. per conversionem pena
interioris mali. per repugnantiam voluntatis et rationis pena vermis. Ut sic
ex hac multiplicitate penarum afflicti varie et acerbe et eternaliter
cruciatur et fumus tormentorum eorum ascendat in secula seculorum. Unde
Bernhardus in 5to libro De consideratione ad Eugenium papam. Quid tam
penale quam semper velle quod nunquam erit et semper nolle quod nunquam non
erit. In eternum non obtinebit quod vult et quod non vult in eternum
nihilominus sustinebit. Horreo vermem mordacem et mortem vivacem
hic est vermis qui non moritur memoria preteritorum non cessat ro-
dere conscientiam. Dum ea pastus est utique in consumptibili perpetuat vita
Horreo incidere in manus mortis viventis et vite morientis. Ipsa est mors
que nunquam moritur sed semper occidit. Quis det illis semel mori et non
morientes in eternum. Qui dicunt montibus cadite super nos et collibus operite
nos. Quid nisi mortem mortis huius fugere aut finire volunt a eternitate
Denique invocabunt mortem et non veniet ait scriptura. Quid ut melius
constet immortalem animam esse. Nec animam absque sua memoria vivere
nec non animam aliquam esse contingat. Utique dum anima durat et memoria
qualis feda flagitiis horrida facinoribus vanitate tumida. con-
tempta hispida et neglecta. Que opera intulerit et non intulerit transierunt
a manu sed non a mente. Quod factum est factum non esse non
potest. proinde et si factum in tempore fuit sed fecisse in sempiternum manet. Non
transit cum tempore quod tempora transit. In eternum ergo mecum est reviviscet quod
peccatum te egisse in eternum meminisses. hoc erit experiri veritatem illius
vocis arguam te et statuam contra faciem tuam etc. Circa quod queritur

Utrum corpora dampnatorum puniantur vermibus et fletu corporalibus
Et videtur quod sic. Dicitur enim Judith ultimo. Dabit ignem et vermes in
carnes ipsorum. Sed vermis spiritualis non datur in carne sed magis in animam
ergo vermis quo reprobi punientur non est tantum spiritualis sed etiam corporalis
Item Luce xiii dicit quedam glossa quod per fletum quem dicit reprobis
comminatur probari vera corporum resurrectio. quod non esset si fletus ille
tantum esset spiritualis etc. Sed contra. Vermis quo reprobi punientur est immortalis
Ysaie ultimo. Vermis eorum non morietur. Sed nullum animal preter hominem
habet ordinem ad immortalitatem. ergo vermis ille non erit animal. Item in fletu
corporali fit quedam resolutio lacrimarum sed omne corpus finitum quod aliquid
continue resolvitur nisi fiat alia restauratio tandem consumitur. Cum igitur
in corporibus dampnatorum nulla fiet restauratio deperditi videtur quod fletus
qui fiet in eis corporalis non erit materialis. Respondeo quod sicut dicit Augustinus
xx libro De civitate Dei diversas posuit opiniones dicens ita in pena malorum
et inextinguibilis ignis et vivacissimus vermis ab aliis aliter aliis
aliter atque aliter expositus est. Alii quippe utrumque ad animam retulerunt

Alii vtrumque ad corpus, alii ad corpus ignem ad animam tropice vermem quod esse credibilius videtur. Vnde sequendo Augustinum dicendum quod ille vermis erit spiritualis ut ipse remorsus conscientie interius animam corrodens vermis dicatur. Et similiter fletus erit spiritualis ut ipse dolor dicatur fletus. Aliomodo tamen possit dici corporalis fletus etiam sine lacrimarum effusione, sed ut fletus dicatur non solum anime dolor sed etiam dispositio qua corpus disponitur anima dolente. Secundum hoc ad primum dicendum quod illa locucio est tropica et per carnes possumus exponere animas impiorum qui carnales extiterunt. Ad 2m dicendum quod fletus corporalis modo predicto sine lacrimarum effusione sufficit ad veritatem resurrectionis insi[illegible] nuadaln[illegible]. Si tamen sustinetur quod vermis et fletus erunt corporales posset dici quod diuina virtute et vermis ille sustentatur et lacrime [illegible] restaurabuntur. Sequitur. Vtrum in pena corporali dampnatorum sit tantum pena ignis vel etiam aque et hoc quod per illud Iob xxiiii^o Ab aquis niuium transibunt ad calorem nimium. Sed contra omnis delectacio et refrigerium dampnatis aufertur. Sed non potest esse sine quodam refrigerio quod aliquis afflictus calore transeat ad frigus aque vel econuerso. Ergo talis penarum alternatio non erit in dampnatis. Respondeo quod sicut dicit Basilius exponens illud psalmi Vox domini intercidentis flammam ignis etc. In fine mundi diuidetur ignis et alia elementa. Et quicquid est in eis purum et clarum remanebit superius ad gloriam beatorum. Quod autem est in eis feculentum et penosum descendet ad infernum ad penam dampnatorum. Vnde etiam tantum est supra. Et ita fex totius creature colligetur in infernum et erit dampnatis in penam. Et ideo non solum patet pena ignis. Iustum est enim quod qui creatorem offendunt ab omni creatura puniantur. Vnde dicitur Sapiencie v^te quod orbis terrarum pugnabit pro illo contra insensatos. Ad illud autem quod in contrarium obicitur. Dicendum secundum sanctum Thomam de quolibet 8^o per finem quod ex huiusmodi varietate penarum nullum erit in dampnatis refrigerium. Ignis enim et aqua et huiusmodi non agunt in corpora dampnatorum actione nature ita quod relinquant suas qualitates in corporibus dampnatorum sicut est necesse. Sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit esse calida. Alioquin cum contraria non possint simul esse in eodem cremaret corpora dampnatorum suas qualitates [illegible] et per transmutationem naturalem organorum corrumperet ut fieret pena minus sensibilis. Sed agunt in corpora dampnatorum actione spirituali imprimendo suas qualitates corporibus dampnatorum esse spirituale per modum quo species coloris est in aere vel etiam in pupilla non ita quod fiant colorata. Vnde corpora dampnatorum sentient afflictionem ignis sine hoc quod conuertuntur in naturam ignis. Et ideo varietas penarum non faciet eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alternatione penarum conueniens causatur ex transmutatione naturali, in quantum per refrigerium aque superfluitas calefactionis remittitur et sic ad medium reducitur quod est delectabile. Nam aliqui sunt alii quorum talis est pena determinatur in littera cum dicitur. Qui adorauerit bestiam et ymaginem eius et si quis acceperit caracterem nominis eius et in aliquo signo se conformet ei secundum ut domesticum eius appellari fecerit similiter scilicet punietur. Vnde bonum consilium dat Apostolus Ad Ro. xv. Et si quis portat ignem autem decetero portet ignem etc. Et Primo Regum xv. Saul dixit abite et recedite ab amalech ne forte involuam te cum eo. Et sequitur illa ybi in qua specificatur esse effectus ex [illegible] recta [illegible] malorum cum dicitur Hic est in presenti vita vel in tribulatione presenti paciencia sanctorum est. Quia dum gaudent que sunt sanctorum gaudia et reproborum supplicia patienter omnia tolerant ut in fine saluentur. Lactancius [illegible]. Sancti namque presentis penam lucrum putant [illegible] hanc etiam evadere non ignorant. Sanctorum dico qui custodiunt

scilicet opere adimplendo mandata dei scilicet de diligendo deum et proximum ad que omnia alia reducuntur ut dicitur Math. xxii In his duobus mandatis tota lex pendet et prophete Math. xix Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Et fidem ihesu christi scilicet confitentur sine qua impossibile est placere deo ad hebr. xi°. Et quia sunt sancti ideo immaculati in affectu Quia custodiunt mandata ideo perfecti in operibus effectu Et quia servant fidem ihesu christi ideo illuminati in intellectu Supra proximo similiter est pacientia et fides sanctorum Et ibi plura de hoc dicta sunt

Et audivi vocem de celo dicentem michi Scribe Beati mortui qui in domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis Opera enim illorum secuntur illos. Quintus positus est cum angelorum introductio Omnibus invitatis ad familiam agni sine ecclesie altius admonetur precessum a familia draconis ob imminentem eius et ter- punitantis eius eternum dampnacionem inevitabilem cum penarum specificatione quantum ad modum et intensionem manifestatur et interiorem confirmacionem quantum ad perpetuitatem et eternitatem Consequenter in hac littera narratur electorum perpetuitatem et eternitatem beatitudo que eis promittitur ut eo libencius et servicius attendant ad auxilium christi et sanctorum. Et dividitur in duas partes primo tangitur revelantis admonitio sive vocis audicio et precepto secundo revelacionis descriptio sive precepti specificatio vel beatitudinis electorum expressio ibi Beati mortui Tertio descriptio probatio sive beatitudinis eorum causalis racio ibi A modo iam dicit spiritus. Quarto eiusdem obiectorum tacite solucio ibi Opera enim illorum etc. Quantum ad primum dicit Et audivi scilicet aure interiori id est intellexi quia sicut aure carnali corporalia percipiuntur sic spirituali qui est intellectus spiritualia discernuntur Sic igitur audivi vocem de celo Quasi dicat illi sunt miseri qui bestiam adoraverunt etc. Sed sancti sunt felices quia audivi vocem de celo id est de celesti visione sive revelacione dicentem michi id est instruentem me intimus sine dispersu loquens et sine strepitu soni Scribe Quod non dicitur transeat quod vocaliter dicitur scribe ut conservatur diutius reservat Scribe ne deleri possit per oblivionem Scribe quia multo longius quod ad futurorum erudicionem necesse est permanere Scribe primo in hoc cordis tui ne tradas per processione scriptura quod verbum Sed primo in hoc cordis ut cor tui contemplacione quod tibi revelatum est ad utilitatem aliorum Sed in hoc cordis tui ut exemplo beate virginis ingenuitu potueris fiat armarium scripturarum Luce 2° Maria conservabat omnia verba hec conferens in corde. Secundo per hec in hoc id est in cordibus auditorum ut qui audierint revolvant et ad meliora revolvenda proficiant In hoc id est in pergameno vel papiro ut quod intelligere consueverit ad instruccionem futurorum ut hoc dictum est Ysaie xxx° in hoc diligenter exara illud et erit in die novissimo in testimonium usque in eternum Iere. 30 Consolatus sum et cogitatum et scripta dimisi Ideo xv Intentio scripta sunt ad nostram doctrinam etc. Et dicebat 2° dictum sunt ei Scribe visum et explana super tabulas etc. Et est argumentum quod illa omnia scribenda sunt que valent ad erudicionem et consolacionem aliorum Supra primo Scribe que vidisti et mitte septem ecclesiis etc. Circa primum scilicet ipsius revelantis efficax admonicio sive vocis audicio et preceptio. Quantum ad secundum scilicet revelacionis descriptio sive precepti specificatio scilicet que per Iohannem scribenda sunt cum dicitur Beati mortui qui in domino moriuntur Quasi dicat ista littera videtur implicare quia si sunt mortui non moriuntur Et ergo Si moriuntur non sunt mortui quia nullus est moriens nisi vivens ut ait augustinus xiii libro de civitate dei c. 9 Ubi prosequitur istam licet Ad hoc potest dici exponendo primo sic corpus humanum non tamen dicitur mortuum per privacionem vite sed etiam per ipsam mortalitatem et necessitatem moriendi Dictum est enim fuit primo homini In quocumque hora comederis morte morieris id est mortalis eris et necessitati moriendi adiceris Et apostolus dicit

ad Ro. viii° propter istam mortalitatem corpus mortuum est propter mortem factum
et necessario moriturum propter peccatum. Secundum hunc sensum littera sic potest exponi
mortui i. homines mortales et necessario morituri quando moriuntur scilicet per separacionem
vite corporalis et anime separacionem a corpore. In domino i. in domini fidei
confessione. In devota sacramentorum percepcione. In vera ac firma peccatorum con-
fessione et in bonorum temporalium propter Christum larga pauperibus distribucione.
Beati scilicet sunt tales et hoc vel statim in re vel saltem in certa spe.
Quibus utique tales possunt dici beati quia sunt ab omni hoste securi, ab omni
periculo liberi, ab omni pena expediti vel saltem cito expediendi, et de
celesti gloria certi. Talium i. mors velud laudatur est quia carceris ruptio,
peregrinationis terminatio, laquei contritio, finis exilii, laborum meta, periculi
evasio, ruine domus exitus, descensio de equo precipiti, reditus
ad patriam, patrie hereditatis investitio, victoria pugne, extimatio miserie,
ianua vite. Propter quod dicitur in psalmo: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum
eius. Notandum autem quod quidam iusti cum moriuntur statim evolant, scilicet
ad paradysum sine purgatorio, sicut pueri baptisati, martires laureati et pe-
nitentes penitencia perfecta. In quorum signum aperti sunt celi Christo baptisato
Luce 3° et Stephano lapidato Act. vii° et Johanni exuli in insula
Pathmos relegato, per quam designatur penitencia perfecta. Sup. xii°. Isti
ad litteram statim habent omnia illa que dicta sunt quantum ad animas.
Tales et in actu isti i. de carcere egrediuntur ad regnum. Ps. cxli, id est propter
in persona viri iusti: Educ de carcere animam meam. Tunc aliam litteram. Et
Genesis xl° dixit Ioseph: memento mei ut suggeras pharaoni ut
educat me de isto carcere. De pugna ad victoriam. 2 ad Thy. 4° Bonum
certamen certavi etc. De labore ad requiem. Ps. Convertere anima mea in re-
quiem tuam. De servitute ad libertatem. ad Ro. 8 Et ipsa creatura liberabitur
a servitute corruptionis etc. De periculis ad securitatem. Ysaie 32: Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie etc. De exilio
ad patriam. Math. 2° Per aliam viam reversi sunt in regionem suam. De pau-
pertate ad hereditatem eternam. In psalmo: Cum dederit dilectis suis sompnum,
ecce hereditas domini filii merces etc. Et hii omnes per figuram moriuntur sicut
Abraham et Ysaac in terra promissionis. De quorum quolibet dicitur illud Act.
vii° obdormivit in domino. Pro talibus non oportet orare, ymo forsan
iniuria fieret eis cum sint valde boni. Et tamen nobis est meritum, oracio
non est sine fructu. Convertitur in sinum orantis. Et hii superedificant
aurum et argentum et lapides preciosos. Alii vero sunt qui non statim
evolant sed vadunt ad purgatorium, sicut illi qui suam penitenciam non
perfecerunt vel qui venialia que secum portant addiderunt, que omnia
oportet perfici quantum ad penitenciam vel omnia deleri quantum ad venialia, ut
tamen salventur. Tales enim superedificant ligna fenum et stipulam.
Unde de istis et de primis dicit apostolus i Cor. 3°: Uniuscuiusque opus
quale sit ignis probabit. Si cuius manserit opus quod superedi-
ficavit, mercedem accipiet. Hoc quantum ad primos. Si cuius autem opus
arserit, detrimentum parietur, ipse tamen salvus erit sic tamen quasi per ignem.
Et ista omnia dies domini declarabit. De istis ambobus sic morientibus in
domino possunt dici omnia predicta vel in re quantum ad primos, vel in certa
spe quantum ad secundos. Et hii scilicet secundi moriuntur cum Iacob et Ioseph
in terra Egypti, quorum ossa transportata fuerunt in terram promissionis
in signum quod anime iustorum postquam purgati ~~fuit~~ fuerint transferuntur ministerio angelorum
in paradysum. De istis ambobus fit in ecclesia commemoracio quo invenitur
per ecclesie suffragia, per elemosinas ac oraciones vivorum. Qui dicuntur me-
diocriter boni, quia sunt in caritate et sine peccato mortali, et mediocriter
mali, quia habent aliquid purgabile, et sunt ad penam aliquam obligati.
Quibus stantibus non possunt ingredi ianuam paradisi, propter quod pro eis

afficiunt est orandum. Quia ut dicitur 2 Machabeorum xii Sancta et salubris
est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur. Hii ergo
iuvandi sunt quia possunt eis nostra suffragia quia mortui sunt in domino.
De reprobis autem qui mortui sunt non in domino sed sine domino et sine illa
que placuit domino non est curandum quia sunt valde mali ut sunt
in statu in quo possent eis proficere bona nostra. Sunt enim illi quibus dicetur
in die iudicii quod scribitur Apocalipsis ultimo: Foris canes venefici et
impudici et homicide et ydolis servientes et omnis qui amat et facit men-
dacium. Isti omnes figurati sunt per illos qui mortui sunt in deserto
quorum nullus legitur fuisse translatus in terram promissionis. Per hoc
significatur quod illi qui moriuntur in peccato mortali quod per desertum
intelligitur, eo quod a gratia deseruntur, numquam transferentur in celum. Sed
ut dicitur in psalmo: Dominus pluet super peccatores laqueos, ignis sulfur
spiritus procellarum pars calicis eorum. Tales igitur mortui id est homines infideles
et necessitati mortis addicti qui moriuntur id est a seculo migrant non in
domino sed potius sine domino non sunt beati sed potius miseri. Mors enim
eorum est carceris introitus, peccatorum iudicium, laborum constrictio,
exilii principium, laborum inchoatio, periculi certitudo, domus infernalis habitatio,
patrie perpetua elongatio, paterne hereditatis privatio, victorie desperatio,
miserie multiplicatio, dampnatio mortis eterne. Propter quod de talibus dicitur in
psalmo: Mors peccatorum pessima. Et Ecclesiastici xl^o O mors quam amara est me-
moria tua homini iniusto pacem habenti in substantia sua. Sicut ergo primi mortui qui
moriuntur in domino sunt felices et beati, sic isti qui moriuntur sine domino
sunt infelices et miseri. Ideo non sic potest responderi. Sunt enim quinque mortes
ut dicit Augustinus in dyalogo ad Orosium. Quarum due sunt bone,
due male, et quinta indifferens, potest enim esse bona et mala. Prima mors
mala est mors culpe, que ideo dicitur mors quia separat animam a deo
qui est fons vite. Ysaie 59 Iniquitates vestre diviserunt inter vos et
deum vestrum. De ista morte dicitur Sapientie primo: Deus mortem non fecit, glosa id est
peccatum, sed impii id est Adam et Eva manibus et verbis accersierunt
eam, manibus quibus extenderunt ad pomum et verbis quibus Eva
male dyabolo respondit. Secunda mors mala est mors gehenne que dicitur
mors eterna quia ibi sine fine multo maior est cruciatus quam sit in morte
corporali. De ista morte dicitur in psalmo: Mors peccatorum pessima. Mala quidem
propter penarum diversitatem, peior propter penarum debilitatem, pessima propter penarum
perpetuitatem. Hec dicitur mors 2a de qua Apocalipsis 2^o Qui vicerit non ledetur
a morte 2a. Et Apocalipsis xx^o Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione
prima. In hiis secunda mors non habet potestatem, id est glosa dampnatio eterna. Iste dicitur
mors 2a respectu prime quia sequitur ex illa sicut effectus ex causa. Mortui
enim morte prima moriuntur morte 2a sed non in domino sed omnino sine
domino, propter quod non sunt beati sed miseri. Iste due mortes male sunt
ut declaratum est et ideo sunt omnino fugiende et abhorrende. Contra quas
sunt duo remedia precipua scilicet elemosinarum largitio et preceptorum obe-
dicio. De primo dicitur Thobie iiii^o: Elemosina ab omni peccato et a morte
liberat et non patitur animam ire in tenebras. De secundo dicitur Ezechielis 18
Filius non portabit iniquitatem patris quia iustitiam et iudicium operatus est,
omnia precepta mea custodivit et fecit ea, vita vivet et non morietur.
Per hec ergo duo vitantur due male mortes et acquiritur vita duplex eis, gratia
scilicet vita gratie contra mortem culpe et vita glorie contra mortem gehenne.
Tertia vero mors que est bona est mors qua quis moritur peccato et peccatum sibi,
que fit per virtutem penitentie, quam si quis habuerit per ipsius scilicet contritionem, con-
fessionem et satisfactionem peccatum destruit et instrumenta peccandi mortificat
et occidit. Sic dicitur ad Colossenses 3^o: Mortificate membra vestra que sunt
super terram. De ista morte dicitur ad Romanos vi^o: Si enim mortui sumus peccato
quomodo iterum vivemus in illo. Quarta autem mors est bona est qua
quis moritur penaliter mundo et mundus sibi. Quam mortem quis operatur
ingressu religionis, contemptu mundi, votorum emissione, professione regulari

et similiter de qua morte dicitur ad Coloss. 3o: apertum estis et vita vestra abscon-
dita est cum Christo in deo. ad Ro. vi: Si mortui sumus cum Christo credimus
quod simul vivemus cum eo. Sic fuit mortuus paulus cum dixit ad Galat.
vi: michi mundus crucifixus est et ego mundo. Quinta vero mors que est
interius est mors nature qua moritur corpus in separacione anime de qua dicitur Hebr. ix:
Statutum est hominibus semel mori. Sic igitur applicando hec ad propositum
dico quod mortuum secundum mortem 2a qua quis moritur peccato per veram penitentiam
de qua prima Petri 3o: ut nos offerret deo mortificatos quidem carne. Vel
morte quarta qua quis moritur mundo per votum professionis et re-
gularem observantiam, quorum plurimi sunt omnes boni, tam adulti, sive
vos sive omnes boni religiosi. Omnes dico sic mortui qui in domo id est in
confessione domini vel per caritate existentes et manentes in domo. Vel in domino
id est pro domino vel propter dominum moriuntur secundum corporalem et morte naturali. Beati
scilicet sunt omnes tales. Nunc quidem per primam stolam acceptam. et bea-
tificandi per 2am. ait Richardus. hoc est nunc beatitudine anime tandem erit
beatitudine corporis. de istis omnibus et incidentibus in domino dici possunt
illa omnia que supra de bona morte sunt descripta. Mortui vero morte
prima scilicet culpe et finalis impenitencie, quod cum moriuntur corporaliter non
moriuntur in domino, sed sine domino. Ideo tales post mortem corporis non sunt
ut virgines exeunt beati, sed semper miseri transeunt id est a morte prima que est
mors culpe, ad mortem 2am que est mors gehenne. Quantum ergo optandum
et insudandum est cuilibet sano, cum sit mortuus moriatur in domino. Omnis
autem homo usque ad mortem vivit in domino, mori in domino. Nunc autem vivere
in domino est bene vivere, et mori in domino est bene mori, propter quod dicit Seneca:
Disce bene vivere si vis bene mori. Et Augustinus libro i de civitate dei dicit: Qui de
bona vita non dubitat expectat ubi mors bona. Et qui ad vivere in domino quod
est bene vivere sequitur mori in domino quod est bene mori. Ideo quicumque mori in domino
per morte vivunt etiam in domino. Itaque ad bene mori sequitur perhennis vita
ac per hoc beati, propter quod dicit hic vox celestis clamante Iohanne: Beati mortui
qui in domino moriuntur. Sive hic mortui capiatur pro hominibus mortalibus
necessario morituris quamvis sunt actu viventes, sive pro mortuus morte
spirituali, quod moritur hic peccato per veram penitentiam vel mundo per votum
professionis et regularem observantiam. Sive etiam capiatur pro perfectione vite
naturalis id est pro actu mortem morte naturali ut sic sensibiles mortui
secundum morte naturali qui in domino moriuntur, id est confessione dei mortem sciant
et vitam mortalem finierant certi sunt et eternaliter in domino
morientes. Sic id est in scriptura sacra usus tenet aliquando sumitur pro futuro sicut
esse in proposito ut sumitur pro preterito. Et iste dicitur hic mortui
vel esse pro eo quod magis videtur et de intentione loquentis in hiis
verbis factum erit. tertio videlicet non casus terribilis que status laudabilis
gloriose feneceres optabilis. Primum ponitur in illa, morte 2um in
servitute fugis, 3um in perhennitate mercedis. Pro dico tangitur hic
non casus terribilis in calamitate mortis cum dicitur Mortui sed ut per
hunc casus terribilis privatorum vite naturalis vel per necessitate moriendi. Revera magnus
est iste casus humane nature quo cadit a vita naturali in mortem
quo casu non cecidit et cadit in omnibus hominibus. de quo in psalmo:
Quis est homo qui non videbit mortem, quasi dicat nullus. Nam et prophete
mortui sunt Iohannis viiio. Et dei filius mortuus fuit ut scriptura
clamat et fides katholica tenet. Magnus erat fuit casus humane nature
que cecidit in primis hominibus ab immortalitate status innocentie ad mor-
talitate status miserie id est ad necessitate moriendi que fuit est et erit in
omni homine propter peccatum protoplasti est enim corpus deum mortale et co-
rruptibile. ait apostolus i. Cor. xv. Quomodo ergo modo sumatur hic mor-
tui vel a privacione vite naturalis vel a necessitate moriendi casus maximus
nature humane innuitur et sume terribilis, quod 2um philosophum 3o ethicorum mors
est ultimum terribilium. de qua quis mortem nature humane ponit in summa

Que cum homini dicitur instare tam breve, dicit enim eum valde sollicitatum
ad talem providenciam ut bene possit mori et ergo erga vince metuim. Est enim
mors casus nimis flebilis et lamentabilis. Nam eius cursus est [illegible]
et inevitabilis. eius modus est subitus et imperceptibilis. Eius morsus
est rabidus et incurabilis. Eius status est horridus et immutabilis.
Primo dicit apostolus ad Hebreos ix Statutum est hominibus semel mori. Quod
statutum in penam consistendo propter peccatum primorum parentum. Ista est nimirum lex
Adam domine deus, sicut dicitur ii Regum vii lex quam ligamus omnem hominem
que neminem habet non exhibet ad aliquem hominem exceptionem. Istam enim
mortalitatem et moriendi necessitatem transfuderunt primi parentes in omnes po-
steros quia peccaverunt, sicut transfudissent immortalitatem si non peccassent. Secundum
scilicet quod mortis modus est subitus et imperceptibilis patet [illegible] Seneca
Nichil est certius morte, sed proculdubio nichil est incertius hora mortis loco
et modo. Nescit enim homo finem suum dicitur Ecclesiastes ix. Quia nescit quo vel
quando ad tempus, vel quantum ad locum, vel quantum ad modum et ideo vel non potest scire
quando morietur et ubi et qualiter, utrum bene vel male. Propter quod dicitur Ecclesiastici
xviii Ne verearis iustificari usque ad mortem. A mane vero usque ad ve-
speram immutabitur tempus et tempus quando vivendum tempus moriendi, tempus
moriendi in tempore vivendi [illegible] rapiendo. Quia vivens et sanus debet homo confiteri
et converti ad deum et non expectare usque ad horam mortis quia subito
venit mors et deum non speratur. Et xiii augustinus Hac animadversione
punitur peccator ut moriens obliviscatur sui qui dum vivit oblitus est
dei. Mortis autem morsus est insanabilis et incurabilis. Dicitur enim Ecclesiastici x
homo cum mortuus fuerit hereditabit bestias serpentes et vermes. Pla-
ceat deo quod anime nostre post mortem meliorem habeant hereditatem
quam corpora sunt habitura forsitan hereditabunt bestias vel aquaticas vel
terrestres quia ipsa devorabunt serpentes et vermes que ipsa radent
et in ipsis requiescent. Mortis autem status est horridus et immutabilis.
Non enim est agnitus qui sit reversus ab inferis Sapiencie ii. Et propter quod
dixit illa prudens mulier Thecuitis ii Regum xiiii omnes morimur
et velud aque dilabimur in terram que non revertentur. Omnes vero ho-
mines vadunt ad mortem, vadunt autem ut subtus terra maneant
et nullus inde redit super terram. Casus iste nimis nimirum multum est
terribilis est vero plenus miseria et calamitate. O peccati stipendium. O vere
debitum. O ultimum terribilium. O vile iudicium. Omnes enim morimur.
Ex igitur patet secundum quod in hiis verbis innuitur videlicet nimis casus terribilis qui
innuitur in calamitate mortis que datur intelligi cum dicitur mortuus.
Quo in predictis verbis innuitur gratie status laudabilis in securitate finis cum
additur qui in domino scilicet per graciam et caritatem manentes moriuntur scilicet
corporaliter. Mors vero humane vite finis est insignie. Finis autem iste se-
curus est cum homo qui moritur per graciam et caritatem manet in
domino talis vero securus est de adipiscenda eterna beatitudine quoniam preciosa
in conspectu dei mors sanctorum eius ut dicitur in psalmo. Quartum quod hic
innuitur gracie status laudabilis in securitate finis cum dicitur qui in domino mo-
riuntur. Qui enim in domino moritur, non dubium quin sit in gracie statu qui
multum est laudabilis ac per hoc quoniam eius finis sit multum securus.
Illi vero moriuntur in domino qui moriuntur in confessione fidei domini. In
firma expectacione glorie dei. In sincera dilectione boni et dei. In perfecta
impletione mandatorum domini. In plena requisitione venie domini
que fit per dignam penitenciam. In devota percepcione corporis domini. In vera
recognitione parvitatis proprie et magnitudinis domini. In larga distri-
butione bonorum suorum pauperibus domini et in quibusdam aliis que
placita sunt domino et necessaria adipiscendi salutis dei. Ratio dico
adultis et habentibus ad huiusmodi facultatem. Quoniam si non esset possibilitas
sufficeret sine exteriori opere bona voluntas. Certum quod qui sic moritur
in domino finem habet securum et de ipso est evidens argumentum quod vixit in domino

Unde cum mori dicere potest illud psalmiste prouidebam dominum in conspectu meo semper quamdiu vixi quoniam dominus pertulit huiusmodi quoniam a dextris est michi scilicet cum moriar ne commouear scilicet ab eius dilectione per aliquam demonum temptacionem propter hoc letatum est cor meum scilicet interius et exultauit lingua mea scilicet exterius insuper et caro mea requiescet in spe scilicet gloriose resurrectionis quoniam non derelinques animam meam in inferno et in purgatorio semper nec dabis sanctum tuum et me tua gratia sanctificatum videre et experiri corrupcionem scilicet sempiternam Notas michi fecisti scilicet cum viuere viat vite et mundicia tua adimplebis me leticia cum vultu tuo quem spero perpetuo videre Ita cum quidem aspectu sunt perpetue delicie Unde subditur delectaciones in dextera usque in finem et sine fine Talia verba et similia possunt illi dicere qui moriuntur in domino illo dicto quod fuit scilicet gratie status laudabilis in seruitute fuis Et sequitur tercium scilicet fructus glorie optabilis in perhenitate mercedis quem tangit vox celestis cum dicit de morientibus in domino quod statim post mortem sunt beati scilicet beatitudine referta que est vita eterna Nam tales sunt illi de quibus dicitur in illo Beati qui ad cenam nupciarum agni vocati sunt Et illud ultimo Beati qui lauant stolas suas et animas et corpora in sanguine agni et in ea re sacramentali lauacrum efficaciam a sanguine agni ut sit potestas in eorum ligno vite Et per portas intrent scilicet ciuitatem celestem Quam quidem ciuitatem per portam preciose mortis omnes qui iam in domino mortui sunt intrauerunt Et hoc vel in re sicut illi qui iam sunt actualiter beati Vel in firma spe sicut illi qui sunt adhuc in purgatorio detenti qui nondum actualiter intrauerunt sed certi sunt de introitu et in proximo sunt ingressuri Cuius quidem ciuitatis nos tandem consortes efficiat Ihesus christus etc. Hic ubi a modo iam dicit spiritus etc. Subditur 2m principale scilicet descripcio status sue beatitudinis talibus morientibus confalis karos Dicit ergo sic se gerenti Mortui qui sunt in domino moriuntur ut dictum est sunt beati Quod est probatum Unum quia dicit spiritus scilicet angelicus a deo missus vel spiritus et tota trinitas que est unus spiritus ad cor meum loquens Ut iam a modo scilicet mortui in domino requiescant scilicet actualiter post mortem a laboribus suis et propter labores suos Vel a laboribus suis de quibus sapientie 3o Bonorum laborum gloriosus est fructus Et Math. XI dicit christus Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos Tollite iugum etc. et inuenietis requiem animabus vestris Labor enim sanctorum qui in domino moriuntur in requiem mutatur Sed mors peccatorum non ymo a labore temporali transeunt ad sempiternum Tales enim cum viuunt in labore hominum non sunt et ideo cum hominibus non flagellabuntur Sed sed cum demonibus laborabunt in eternum ut dicitur in psalmo Et alibi eciam de peccatore dicitur laborabit in eternum et viuet adhuc in finem Et ita reprobi cum moriuntur de miseria transeunt ad maiorem miseriam immo eciam illorum est carcer inrecoltus etc. sicut dictum est supra Sancti vero cum moriuntur beati sunt et hoc propter malorum euasionem Transferunt enim de labore in requiem de opere et bonorum adepcionem ad ocium de pugna ad brauium de initio ad premium quod vel in habitu talibus sicut illi qui iam cum christo regnant in celis Vel si non habent talibus tamen certi sunt et securi de habendo finaliter sicut sunt illi qui sunt in purgatorio Quod beatus Iohannes manifeste ostendit in hiis verbis refertur dictum vissimum vocis celestis A modo inquit iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis In quibus verbis tangitur et illud quod est confidenter credendum et illud quod est diligenter querendum Primum est asserco diuina que innuitur cum dicitur Spiritus dicit Spiritus scilicet angelicus a deo missus vel spiritus et deus trinitas qui est unus spiritus Iohannis 4o Spiritus est deus Vel Spiritus scilicet sanctus qui cum patre et filio

est verus deus. Et patet tunc hic expressio omnipotentis. Nam opera sunt mi-
raculosa et certitudinem quam omnipotentis habitat in nobis. Et sic veritatis attributio
[illegible] quodammodo attribuitur ei, sicut dicit Nicolaus lira super [illegible] vo-
modo capiatur spiritus sive pro deo trino et uno sive pro persona omnipotenti
attributiue. Sive pro spiritu angelico in persona dei loquente. Semper eius assertio
sic est vera quod nullam gerit falsitatem. Nec per aliquem alium impediri potest
illud quod ipse asseruit fiendum. Unde dicitur Hester xiii Deus exercituum
decreverit et quis poterit infirmare. Quod nullus. Ideo namque scribitur in psalmo:
dixit et facta sunt. Et Genesis i saepe dicitur dixit deus fiat et factum est
ita. Unde omnis assertio divini spiritus est ab omnibus fidelibus firmiter
credenda. Et in ipsa est considerandum tangitur in immobili veritate quod quod dicitur
hic de mortuis in domino quod requiescunt a laboribus suis est firmiter cre-
dendum. Secundum vero quod tangitur in verbis littere est possessio quieta
que diligenter est a nobis querenda. Numquam tamen erit simpliciter nisi in ce-
lesti patria. Et hoc innuitur cum dicitur ut requiescant a laboribus suis
id est a laboribus quos in hac vita sustinuerunt propter deum. Vel id est post
labores suos quibus succedit sempiterna requies pro mercede. Iuxta illud
Sapientie x Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum. In hac autem requie
quidem debet omnis homo diligentissime querere contra labores presentis miserie.
Intelligitur omnis boni possessio pacifica et quieta que numquam est nec esse
potest nisi in celesti patria. Ubi cor nostrum in domino requiescet. Unde beatus
Augustinus in libro Confessionum loquens deo dicit: Domine fecisti nos ad te
[illegible] et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.
De hac requie quam habituri sunt sancti post mortem dicitur Iob xi Si ini-
quitatem que est in manu tua abstuleris a te et non permanserit in ta-
bernaculo tuo id est in corde tuo iniustitia, tunc meridianus fulgor
consurget tibi ad vesperam id est vera cognitio dei in fine vite tue. Et
defossus id est in foveam positus securus requiesces scilicet cum animam in
sinu Abrahe et non erit qui te extrahat. Hec autem requies celestis
patrie propter quatuor est summe desideranda et corde ore et opere querenda scilicet
propter [illegible] que nescit aliquam fatigationem, propter securitatem que
nescit aliquam perturbationem, propter integritatem que nescit aliquam
~~[illegible]~~ ministerium et propter perhennitatem que nescit aliquam
interruptionem. Quantum ad primum dicitur Ysaie xxxii Sedebit populus meus in pulchritudine pacis et
in edificiis domorum et requiescam. Que requies patrie celestis est subsumpta
tamen quod est in pace scilicet perfecta et eternitate, tamen quod comparatur dor-
mitioni in qua homines non fatigantur. Unde psalmus dicit: In pace in id ipsum
dormiam et requiescam. Unde Galor[?] dixit de capitulo Psalmi xxv Cum certum quod est in deo qui
numquam mutatur sed semper est idipsum. In pace in id ipsum dormiam
et requiescam. Enim intelligitur immutabili ac per hoc et infatigabili numquam mutatur
ut numquam fatigatur. Propter quod nos dicit et quietum scilicet requiescam
id est perfecte quietum. Quantum ad secundum dicitur Proverbiorum primo loquens in
persona dei Qui me audierit id est mandatis meis perfecte obedierit absque
terrore requiescet et habundantia perfruetur. Malorum timore sub-
lato. Ubi enim nullus erit terror hostium ibi nullus timor erit de ami-
ttendo aliquod bonum quod habet. Et ideo qui sic requiescet omni timore
sublato cuiuscumque mali perfruetur habundantia omnis boni. De tertio
patet quod integerrima fiet illa requies. Quod nullum bonum ibi deficiet
et omne malum longe fiet ab illa. Non in proximo dictum est de illo
qui requiescet in patria quod habundantia perfruetur id est perfecte fruetur
malorum timore sublato. Propter quod Iob xxxvi dicitur ad [illegible] vero iusti
Requies mense tue erit plena pinguedine. Mensa quidem glorie in qua
edunt et bibunt omnes sancti est plena pinguedine id est omnis boni afflu-
entia, gaudio et habundantia. Et qui sedebunt ad illam mensam perfe-
ctissime requiescent. Dicit, id est deus de omnibus suis id est omnibus electis

Ezech xxxiiii Requiescent in herbis virentibus et in pascuis pinguissimis
pascetur sup montes isrl Montes quidem isrl designant hic altitudine
celestis patrie in qua est ppetua visio dei Et certe ibi requiescet
electi dei in herbis virentibus i in amenitate sume allicientes mentes
et corpa btorum Que quidem amenitas semper erit virens et
nunquam arescet ut in agro marcescet Ubi etiam reficientur in pa:
scuis pinguissimis quia inebriabuntur enim ab ubertate domus dei et torrente
voluptatis eius potabuntur Sic dicitur in psalmo ppter quod glorificati electi dicunt
Satiabor cum apparuit gloria tua De ista requie illa enim requies dicitur
eterna quia nunquam desinet Ut nunquam per laborem aliquem interrupta
De qua quidem requie scribitur Eccli xxx Melior est mors scilicet bona quam vita
amara et requies eterna quam langor perseverans Melior est utique illa re:
quies celestis eterna quam requies temporalis que nunquam est sine langore
Istam requiem vir sapiens elegit dicens cum psalmista Hec requies mea
in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam Propter igitur ista quatuor dicit
Dominus per prophetam Ysaie xxxii De suis electis Sedebit populus meus
Hoc dicit propter suavitatem In pulcritudine pacis hoc dicit propter secu:
ritatem Non enim est pulcra pax que perturbacionibus est admixta In
tabernaculis fiducie Hoc dicit propter perhennitatem Non enim est tabernaculum
fiducie loquendo simpliciter ubi thabernaculum non semper manet Ubi
in eo requiescit fideliter Semper in timore de ruina Et in requie opulenta
hoc dicit propter integritatem que nescit aliquam imperfectionem Hanc ergo
requiem non habent mali vel etiam seculi sunt de quibus finaliter omnino
in mortui sunt in domino Que quidem non est temporalis requies sed eterna
quam vehementer optat ecclesia cum sepe dicit etiam solemniter orando
requiem eternam dona eis domine et requiescant in pace Optat quidem
eis quia non est ei certum utrum evolaverint vel non Propter quod et evi:
dentius apparet quam multum est bonum de orando ecclesia pro illa requie
notum est propter quam que tam sit summe desideranda et corde ore et ope quemadmodum
aut habere debeat ergo hec per desiderium cordis externus se extendat per
singuli desiderium et boni operationem Dicitur in glosa in psalmo Domine quis
habitabit in thabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo Et
quidem subdens Qui ingreditur sine macula et operatur iusticiam Perhor
multi sunt et velut innumerabiles qui communiter tales appetunt ista requiem
Augustinus Omnes homines volunt esse beati tamen non credunt extre:
mus quam ipsam affectuose velint quia quottidie maculas peccati contrahunt
et iusticiam que est omnium virtutum complementum Nos videmur de illa eterna
requie curare sed temporalem requiem amplexantur Unde de peccatore dicitur Jeremie
xlviii Sub typo moab Fertilis fuit moab ab adolescencia sua Re:
quievit in fecibus suis Requiescunt in peccatores in carnalibus delicijs
propter quas habundans attinent temporalia bona Non dicebat ille anime sue
Luce xii Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos
requiesce comede bibe et epulare Tales non credunt aliam requiem
esse nisi in divitijs in honoribus et in carnalibus delicijs experiuntur
et tunc eis dicitur Michee ii Surgite et ite quia non habetis hic requiem
in vita presenti Et tales non habent hic requiem nec habebunt in futuro
dicit in Dns per prophetam Ipsi non cognoverunt vias meas quibus iuravi
in ira mea Si introibunt in requiem meam Non in hominem
de paradyso voluptatis animadversio divina videtur eiecisse ut alterius
sit paradysum adinvenio humana paret homo in ad laborem na:
scitur Job v Si laborem refugit non facit ad quod natus est ad quod
venit in mundum In sudore vultus tui vesceris pane tuo
donec in terram de qua sumptus es revertaris Unde ergo videbit ei
quam misit eum qui instituit ut laboraret Unde dicit beatus Bernardus
in libro de vita et honestate clericorum c x Videtur sanctus david canticio

quodam invercere quosdam ipsi videant quos hec parabola tangit. In labore
inquit hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo te-
nuit eos superbia. Subdit hic cui singula que extra hominum laborem aliquid
quod voluptatem et adulterie est prudenciam aliquorum et inrari quedam
novo modo hii artifices despicientes, et abinvicem sequestrantes ea, totum
quod delectat eligunt et amplectuntur, quod molestum est fugiunt et
declinant. Cum multibus nempe fucere superbie fastus, ampla fami-
liam, nobiles apparatus, equorum faleras, accipitres, aleas et alia
quecumque sequuntur. Hii tante lorice pondus et insompnes in castris
noctes necnon et discrimina preliorum declinantes. Alii forte dependentes
a collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea et molli-
ciem omnem atque gloriam vestium a mulierculis mutuantur, sed muliebrem
verecundiam et disciplinam. Quasi si quid laboris ille sexus habere credit
declinantes. Sudant agricole, putant et fodiunt vinitores, et quid
inter hii torpent ocio; accedunt fructuum tempore innovare sibi horrea
iubent et promptuaria eorum plena. Utinam non plus illos utinam
ut cum illis vivunt utero bibunt sanguinem uve meracissimum. Parum
est impinguari et dilatari adipe frumenti, habaciones suos pessimum
imbuunt vina sapore et addunt oleum camino. Hii considera et ne-
gociatores. Circuunt mare et aridam, in labore corporis et periculo
inter paritudes divicias congregantes. Dura sunt hec. Deuneat pru-
dentes viri dulces inter hii capiant sompnos ne dicam in sericate
lascivant sinus. Erit tamen invenire in die festo circanees vasis aureis
et argenteis ministrorum dextris refertas variis opibus mancas [illegible]
ornatas, in scriniis, tum multiplices loculos, ut si mensas habuit
inviolatos putem. Quid fabros et cementarios, ceteros que eiusmodi
operarios inter est ~~[illegible]~~ nudare, victum sub multo labore querunt. Illi
madent deliciis, copiis affluunt ociosi, an non multo tales poeta sub-
sannet, ut cum forte suas repetitum venit olim grex avium plumas
moveat cornicula risum furtivis nudata coloribus. Magis
aut magnus ille propheta et plus quam propheta intelligere. Vos progenies
viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira. Ubi ii sunt prin-
cipes cum consurgere recepit homines quemcumque in suo ordine
Ubi putas quando ista letabitur; Si ad milites forte diverterit, exsuffla-
bunt eos quia minime secum laborem aut pericula ~~toleraunt~~ tolerarint.
Sic agricole, sic negociatores et singuli quique ordines hominum a
sinu eos similiter finibus arcebunt (?) quos in hominum labore non
sunt. Quid ergo restat nisi ut quos omnis ordo repellit rapit et
accusat, eum sortiantur locum ubi nullus ordo, sed sempiternus horror
inhabitat. Hec ille. Quod nos spiritualiter formidantes laborem in presenti
consequenimus vias sapientie que Christus est, ut in novissimis diebus nostre
inveniamus requiem in ipsa. Propter quod dicit Bernardus sermone cuilibet nostrum:
In omni actu tuo attende ad illam scilicet veram sapientiam que est Christus, et
in omni virtute tua confirma vias eius. In novissimis vero invenies
requiem in ea. Non enim alibi potest inveniri, et contra (?) in obli-
vionem festinemus ergo ingredi in illam requiem. Sic dicit apostolus
ad Hebreos iiii°. Sed quia possit aliquis credere quod sancti vel sue beatitudini
cooperetur et ideo vellet esse ociosi et requiem beatitudinis expe-
ctare, ideo querit in lectura. Respondetur ad istam tacitam questionem quod sancti
non sunt ociosi in hac vita, sed sunt ociosi. Sic quia Christus sua beatitudine opera
in eadem asseritur, unde dicit Sic glossa Sancti recesserunt a la-
boribus suis in eterna beatitudine. Enim vero quia opera illorum secuntur
illos, sicut per ancille sequitur dominam et bene dicit sequitur, non precedit

ta sancti nō vident opa sua Sed faciunt occulte Ut fiat in sancti
et deus videat ea Math vj dicit Saluator Cum facis elemosinā noli
tuba canere an te Sic ergo occulte faciunt ut sequitur illos sicut milites do
mini comitantur quia ut dicit auctor vulgata sola misericordia comes est
defunctorum Sed dico etiam ibi nō exeunt opa Dicunt enim hanom et glos
et opa illorum i. merces operum illorum sequitur illos i. redditur illis in fu
turo nō in presenti sicut ypocritis quibus statim redditur merces Math vj
Amen dico vobis Receperunt mercedem suam Sancti aut dicuntur in psalo
celestes manum tuarum quia manducabis scilicet in futuro nō modo Beatus es
et bene tibi erit scilicet nunc in spe et bene tibi erit scilicet tunc in re Ecclesiastes dicitur xi
Mitte panem tuum super transeuntes aquas et post multa tempora
invenies illum Et in his verbis innuitur illud quod est saepe agens
operatio virtuosa Nam opa illorum i. mortuorum in domino sequuntur
illos scilicet eius premium et mercedem Ratio hominibus dum vivunt contin
gunt iuste et sancte vivere moriantur in domino quia merces operum bonorum
sequitur illos i. redditur eis nō in presenti vita sed in futura Unde dicit
Apostolus ad Ro 2o Deus qui reddet unicuique secundum opa sua Reddet
his qui operantur in patientia opus bonum gloriam et honorem et incorru
ptionem querentibus vitam eternam Et sequitur gloria et honor et pax
operanti bonum Et ad Ro 4 dicit apostolus Ei qui operatur scilicet bonum
merces imputatur nō secundum gratiam sed secundum debitum Non quia apostolus
velit dicere quod nō fiat homini iusto gratia quando ei redditur merces eterna
quia Math vo Merces vestra copiosa est in celis Et post hoc quod subdit
Gratia dei vita eterna Sed vult dicere quod nō solum vitur gratia sed
etiam quasi quoddam debitum meritorum in bonis operibus quod est principaliter
gratia dei primum detur Unde quamvis meritum nostrum ut a nobis est
absolute loquendo nō sit condignum vite eterne tamen ut gratia sancti
spiritus informatum principaliter operante precedente et nobis cooperantibus con
iunctum est Sic capit quandam condignitatem respectu vite eterne Ratione cuius
ex iusticia et condigno nobis redditur vita eterna Quod patet
per glosam Ro vjo dicens Maluit dicere Gratia dei vita eterna ut
intelligeremus deum ad vitam eternam non sua miseratione nos perducere
et non ex meritis nostris quia ut dicitur ad Ro viijo Non sunt condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis Preterea non
magis potest creatura ex suis operibus suum creatorem constituere debitorem
quam servus vel dominum suum naturalem Sed servus in nullo suo opere potest
dominum ex condigno debitorem suum constituere ergo nec creatura creatorem
Preterea ille qui solum facit quod tenetur quamvis solvat illi cui
operatur tamen ex huiusmodi opere nō potest illum suum debitorem constituere
Sed cum ad laudem dei facimus totum quod possumus adhuc nichil
supererogamus Sed solum creatori reddimus illud quod debere demonstratur
Preterea Condignum meritum debet esse equale premio Sed nullum meritum nostrum
ut a nobis est potest esse equale celesti premio quia oculus nō vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se
Ut ait apostolus j Cor 2o Ergo condigno merito nostro ut a nobis
est absolute loquendo nullus puriter homo meretur vitam eternam de
condigno Ad hoc vero potest patere quia quamvis servus ut servus est nō possit
dominum suum facere debitorem ex iusticia tamen servus factus liber
potest de condigno mereri apud dominum Sed homo informatus gratia dei constitutus
est in spirituali libertate quia ubi spiritus domini ibi libertas
ut ait apostolus et Salvator Johannis viijo Si filius vos liberaverit
vere liberi eritis Ergo ut sic homo potest vitam eternam mereri de condigno ab ipso

Prime x
lxiiijo

omnium bonorum largitore. Et ista videtur intencio apostoli i ad Thymotheum 4o dicentis
de reliquo reposita est michi corona iusticie quam reddet michi in illum
diem iustus iudex. Sed contra illud quod aliquis assequitur ex sola liberalitate
dantis, hic non cadit sub merito de condigno, sed quicquid a deo consequitur
sive sit gratia sive gloria sive bonum spirituale sive corporale, totum
habemus ex mera liberalitate dei, quia deo et [illegible], nec possumus
reddere equivalens secundum [illegible] ethicos. Ergo debet in nullo tenere nobis
et quicquid nobis tribuit ex mera liberalitate tribuit. Ergo non
ex condigno. Dicendum ad maiorem quod respondendo ad primariam radicem tunc
totum quod consequimur a deo, ex eius liberalitate assequimur, quia quod nos a
servitute liberavit et liberos nos fecit ex sua liberalitate provenit.
Sed postquam nos liberos fecit tunc virtute passionis qui est spiritus li-
bertatis possumus aliquomodo de pia iusticia ipsum debitorem constituere
[illegible] et hic / ex suo liberali promisso. Omne autem promissum cadit in de-
bitum. Unde supra 2o promisit deus coronam vite et qui fidelis fuerit
usque ad mortem. [illegible] epistolam Jacobi primo dicitur Et qui probatus fuerit
accipiet coronam vite quam repromisit deus etc.

Et vidi et ecce nubes candida, et super nubem sedentem similem
filio hominis habentem in capite suo coronam auream et in manu sua
falcem acutam. Ultima pars huius capituli [illegible]. In qua describitur
adventus ipsius iudicis et processus iudicii et dampnatio reproborum et dividitur
in duas partes, primo describitur iudicis magnificentia sive celsitudo, 2o
describitur iudicii ordo et reproborum condempnatio ibi Et alius angelus
exivit etc. Sicut et in hac ultima parte visionis agitur de fine temporis
sicut et in aliis visionibus ut ait Richardus. Et primo describitur
iudex idoneus ad iudicandum ex hiis que sunt necessaria iudici scilicet sapientia
potestas et auctoritas cum dicit Et vidi scilicet per intelligentiam spiritualem
ait Richardus Et ecce nubes candida vel nubem candidam id est carnem
[illegible] humanitatis assumptam gloriosam vel secundum Haymonem car-
nem et animam veri redemptoris, quam non fuscavit macula pec-
cati. De qua nube dicitur Ysaye xix Ecce dominus ascendet super nubem levem
et ingredietur Egyptum. Super nubem quippe levem ascendit et in
Egyptum venit, cum carnem sine mortalitate accepit, et [illegible] hic mundo
[illegible] apparuit. Super nubem vidit sedentem, quia Christus divinitate potius
presidet humanitati sue. Vel ecce nubem candidam intellige
ecclesiam fonte baptismatis a peccatis emundatam, per fidem eius Christo et ba-
ptismi [illegible] munda ab omnibus peccatis, iuxta illud Actuum xv fide pu-
rificans corda eorum. Huic nubi presidet Christus, ut iudex, rector
et doctor. Ysaye xxxiii Dominus iudex noster dominus rex noster dominus
legifer noster. Sua quasi sessione eam velut gallina pullos suos protegit
et gubernat, ut inquit Haymo. [illegible] xii Super hanc nubem vidit sedentem
id est Christum [illegible] secundum divinitatem eminentem et residentem similem filio hominis
ob impassibilitatem et immortalitatem, quia licet vere sit filius hominis tamen
similis dicitur quia impassibilis et immortalis resurrexit a mortuis. Christus
enim resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur
Ad Romanos vi. Aliter dicitur [illegible] hominis [illegible] per peccatum [illegible] enim homo
mortalis et passibilis est, hic [illegible] ex natura sua que corporalis est et mortalis
[illegible] dicitur similis filio hominis quia iam non mortalis et passibilis vel
[illegible] similis filio hominis, quia et si tanquam iudex sedeat super nubem
[illegible] etiam tunc [illegible] doctrinis choruscat miraculis et tonat minis

Ecclesia non habens maculam neque rugam etc.

d. q mihi d eccli xxiiii° thronus meus in columpna nubis. tunc in iu-
dicio bonis apparebit humilis et mansuetus. reprobis aut valde
terribilis ysaye xxx ardens furor eius et gravis ad portandum. Et in
capite suo coronam auream per quam victoria triumphalis designatur. quia
in primo d dyabolo triumphavit. Et ecce sue triumphum victorie contulit
dedit enim nobis victoriam per ihesum xpm j Cor xv° vn et in capite
mulieris i ecce erat corona stellarum xii supra xii° per quas significatur sancti
et victores in eterna. 2 Reg xii° in signum tulit dd david dyadema regis
amon d capite eius, et impositum est super caput david. Coloss 2°
confidenter palam triumphans. Johannis xvi° confidite quia vici mundum
Apoc v° vicit leo d tribu iuda. Vel per coronam auream eternitatis
inestimabilitatis gratia et claritas designatur. Ricardus Riccardus Reg sua suos pro
victoria coronabit qui dyabolum vicerunt carnem et mundum. d dat
eam hic in capite sue quia eandem coronam et gloriam quam habet xpus
omne dabit suis fidelibus non tantum. Quod signatum est hester 2°. Rex
rex asuerus dyadema regni posuit super caput. hester fecit eam
regnare. Et in manu sua i in potestate sua falcem acutam i iudicia-
riam potestatem qua malos a bonis separabit. Sic manus metentis
segetes secat et a terra separat. ysaye xix. prescindentur ramusculi
falce eius. et Johel 3 mittite falcem quia maturavit messis. Et hec
potestas iudiciaria dicitur securis. Math 3 iam securis ad radicem arbo-
ris posita est. Et est ergo per falcem secundum haymonem et Richardum
intelligitur virtus predicationis, qua math x dominus gladium appellat dicens
Non veni pacem mittere in terram sed gladium, quia per ipsam boni separantur
a malis, velud membra a membris. Apoc po de ore eius gladius
acutus. Hanc falcem habuit xpus in manu i in operibus sua, quia
quod docuit verbis, ipse primum operibus adimplevit. secundum illud act. l. primum
quidem sermonem feci de omnibus o theophile que cepit ihesus facere et do-
cere. Veles quippe dominus instruere predicatorem, quod predicare deberet, primum
in se ipso fecerit. ubi ostendit qua esset falce, i. doctrinam potestatem predicationem
concedat ecce sue. de apostolis math ultimo euntes docete omnes gentes
baptisantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti docentes eos
servare omnia quecumque mandavi vobis. habet falx est acuta quia velociter hominem
a terrenis desideriis et potestatibus malorum separat ait haymo. Sic d
hec littera d adventu xpi ad iudicium generaliter dicitur. primo quod videbi
in humanitate glorificata cum d. Et vidi scilicet visione spirituali. Et ecce
nubem candidam i. xpi humanitatem nudam que d nubes propter sui cele-
ritatem ad unionem filii dei. candida per munditiem peccati. Rubea quidem
fuit in passione ysaye 63 Quare rubeum est vestimentum tuum. Et candida
in resurrectione Dan 1° vestimentum eius candidum. Cant v° dilectus meus can-
didus et rubicundus. Secundo in littera tangitur quod xpus videturque est in hu-
manitate glorificata sibi et super nubem sedentem scilicet est videre, quia sedere
iudicis est. Super nubem ergo sedere d quia in illa secundum humanitatem gloriosa iudi-
cabit, et quia ei competit potestas divinitatis. Unde sequitur est sedentem i. potius
divinitate presidentem super nubem i. super carnem gloriosam in qua iudicabit.
Tercio describit eum a victoria d habentem in capite suo i. in se ipso qui est
et caput ecclesie, ut in divinitate que est caput xpi ad Eph 3° coronam au-
ream scilicet ad similitudinem triumphantem. Quarto describit eum a potestate
iudiciaria cum subdit. Et in manu sua i. in potestate falcem acutam i.
iudiciariam potestatem. Jo quia Johannis v° potestatem dedit ei iudicium facere
quia filius hominis est. Que dicitur falx incisura, quia secat de terra reprobos.
Johel 3° mittite falcem quia maturavit messis. ventilabrum quoque ad
reprobos et vanos separans eos a bonis sicut paleas a granis. Math 3° cuius

vetustatem in manu sua et pmisdabit arcam suam Itz gladius inhsitum inferet
carnales et immundos Deutron 32 Gladius meus devorabit carnes .i.
homines carnales et immundos Pro quorum ultione desudavit. Veniendi
ergo adventus domini ad iudicium manifeste probatur ex scripturis. Nam cum Sal-
vator exprobraret civitatibus in quibus multas virtutes fecerat quod ei credere no-
luerunt subiunxit verumtamen dico vobis Thyro et Sidoni remissius erit in
die iudicii quam vobis Math xi Et eiusdem xii Viri ninivite surgent in iudi-
cio cum generatione ista et condempnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione Jone
Et ecce plus quam Jona hic Regina austri condempnabit quia venit a finibus
mundi audire sapientiam salomonis Itz Johannes v° cum dixisset neque pater
iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio etc Subiunxit statim Qui verbum
meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam et in iudicium
non condempnationis non venit sed transit de morte ad vitam Et alia multa re-
periuntur auctoritates in scripturis de adventu filii dei ad iudicium Conveniens
autem venturus est ut recipiat unusquisque prout gessit in corpore suo sive
bonum sive malum Quia ut dicit ambrosius libro primo de officiis Nichil est quo
magis homo ceteris animalibus praestare est nisi quod sui generis auctorem
putat investigandum. In cuius potestate vita nostra et cui nostra potestas est
quem mundum hunc regit nutibus. Cui esse reddendam nostrorum actuum
Nichil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam quam ut credamus
eum iudicem futurum quem et occulta non fallant et indecora offendant
et honesta delectent Et Boecius in fine v libri de consolatione Mag-
na inquit vobis est indicta necessitas probitatis cum ante oculos agitis iudicis
cuncta cernentis Et postremum cum adventus Christi ad iudicium sit promissio dei
sub articulo fidei Necesse est illam promissionem adimpleri Infallibiliter ergo
dominus ad iudicium veniet Et ideo timendum quia dicit ambrosius Caveat unusquisque
ne ligna stipulam. ut fenum ad iudicium venturum secum deferat. Que
ignis exurat Nam ignis qui precedet iudicem quicquid purgandum invenerit
cremabit. Absque dubio eum inflammabit et involvet in circuitu inimicos
dei Et si quid purgandum in electis invenerit sine pena non erit prout
dicit apostolus i Cor 3 Si cuius opus arserit detrimentum quidem patietur Ipse
tamen et ipse per ignem salvari Certum sive modicum sive multum purgandum fuerit Horrendum est incidere in manus dei viventis Ad
Hebr x Cum ergo quod ille veniet ad iudicium qui dicit Michi vindicta et ego
retribuam Deutron 32 Et ad Ro xii Ille utique qui iniustos habet proicere
ut qui rei sunt ligatis manibus et pedibus mittantur in tenebras exterio-
res Math xxii Ille qui ex potestate iudiciaria habet eos iniustos qui extorquant
novissimum quadrantem Math v° Revera durus erit hic adventus quem
propheta perpendens dixit. Non intres in iudicium cum servo tuo quia non iustificabitur
in conspectu tuo omnis vivens Nam ut ambrosius dicit propheta considerans
magnum pondus iudicii rogat ne deus intret in iudicium cum servo suo.
Quomodo nos peccatores iudicium domini tunc demum licet in iniuriis pre-
terit tamen non ignoscet quinymo que credebantur latere tunc prodentur
Et subdit Ambrosius quis pudor erit ut que confusio cum is qui alios
profitebatur docere ipse in eo deprehendatur in quo alios arguebat hec ille. Ven-
turus est deus ad iudicium in humana forma Conveniens. ut est ut beatus
Thomas dicit quatenus ille presideat cuius redemptionis beneficio electi admittuntur
ad regnum eternum. Non autem veniet in humanitate infirma prout venerat
ad redimendum sed veniet in forma gloriosa prout quod sanctus Johannes in Apoca-
lipsi dicit se vidisse nubem candidam et super nubem sedentem et potius
dicitur super carnem nudam et gloriosam presidentem ut expositum est ita
Item Et luce xxi dicitur quod videbunt filium hominis venientem in nube cum
potestate magna et maiestate quod pertinet ad formam eius gloriosam ut beatus Thomas
dicit Sicut enim iudicari est infirmitatis ita iudicare est glorie et auctoritatis
Et quia in primo adventu venerat Christus ad hoc ut iudicaretur Ideo venit

in forma infirmitatis ergo tunc apparebit in forma gloriosa quia ad hoc veniet
ut iudicet et valde congruit si enim electi qui iudicabunt a xpo habebunt
corpora gloriosa multomagis iudex in forma gloriosa tunc apparebit ex quo
qui iudicat debet eminere iudicandis Et dicit beatus thomas in scripto
quarti quod xpus dicitur esse mediator dei et hominum quia satisfecit pro omnibus
et interpellat apud patrem pro omnibus et ea que sunt patris communicat
omnibus unde illud Johannis xvii Claritatem quam dedisti mihi dedi eis
Cum ergo sit mediator oportet quod conveniat cum utroque extremorum Conventu
enim communicat cum hominibus vices hominum gerit apud patrem Conventu vero
cum patre communicat dona patris transmittit ad homines Et quia in primo ad:
ventu ad hoc venerat ut pro nobis satisfaceret apud patrem Ideo venit
in forma infirmitatis Sed in secundo adventu ad hoc veniet ut exequatur
dei patris iustitiam in homines eius quia gloriam demonstraret que ei inest
ex unione ad patrem et ideo in forma gloriosa apparebit Nec obstat
illud Johannis 19 Videbunt in quem transfixerunt Ubi hoc non arguit
quod xpus venire debet ut crucifixus sed hoc quod apparebit in eadem
natura licet non eodem modo se habente Non enim tunc apparebit non
habens speciem neque decorem ysaie 53 Nec tunc apparebit ut vidimus
novissimus nec ut despectus seu non computatus ut ibidem Sed appa
rebit gloriosus et formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitu:
dinis sue ysaie 63 Et licet dicatur Mathei 24 Tunc apparebit signum
filii hominis in celo scilicet signum crucis et Crisostomus dicit quod xpus in iudicio non
solum vulnerum cicatrices sed etiam mortem exprobratissima ostendet
dicit Beatus Thomas quod apparebit signum crucis in iudicio non
ad ostendendum tunc infirmitatem in existenti Sed ut per hoc eorum con:
demptio iustior appareret qui tantam misericordiam neglexerunt et eorum
precipue qui xpum iniuste persecuti sunt Cicatrices autem que in ipsius
corpore apparebunt non pertinebunt ad aliquam infirmitatem sed exunt
indicia maxime virtutis qua xpus per infirmitatem passionis de
hostibus triumphavit Mortem eciam exprobratissima ostendet non
sensibiliter oculis eam ingerens acsi tunc eam pateretur sed ut ex hiis
indiciis preterite passionis que tunc apparebunt homines reduceret
in recogitationem preterite mortis Vere mirabilis erit hec domini dei
nostri manifestatio quam tunc exhibebit aperte omnibus circumque astabunt
iudicio Sicut enim omnes resurgent ita omnes videbunt Zacharie 12 videbit
eum omnis populus et qui eum pupugerunt Sed sicut in resurrectione
non omnes immutabuntur ita eciam non omnes equaliter videbunt aliquo
namque modo videbunt electi aliomodo reprobi Sed vide hoc mirabile
quomodo reprobi xpum apparentem in gloria sua videre poterunt cum oculus
non glorificatus nullam proportionem habeat ad videndum claritatem
corporis gloriosi Dicit Beatissimus thomas quod in potestate gloriosi corporis
est ut se videret vel non videret oculo non glorioso Omnes ergo
tunc eum videbunt in forma gloriosa ipso hoc operante Sed tamen non
equaliter quia electi videbunt xpum gloriosissimum iam visione beatifica quia
videre humanitatem gloriosam permittitur electis in premium hec est enim
vita eterna ut electi videbunt patrem et quem misit Ihesum xpum
Johannis xvii Xpus ergo iustis et electis apparebit plenus gratia
effulgens in gloria sua unde illud ysaie 33 Regem in decore suo
videbunt Sed reprobis apparebit iratus et terribilis Unde visio xpi
talibus non cedet in delectationem nec in premium sed in merorem planctum
et supplicium dicit ysaia videat et confundantur zelantes populi
et ignis hostes tuos devoret Propter hoc enim tribus populi
dicuntur ululare et super se plangere et dicere montibus operite nos ne
videamus gloriam dei quia ille aspectus erit eis intolerabilis Et de isto

affectu. Augustinus xx li° de ci dei c° xxx allegat illud zach xii Effundam sup domum dauid et sup habitatores ierlm spm gre et misericordie et aspicient ad me pro eo qd insultauerunt et plangent super eum planctu q̄si sup vnigenitum et dolebunt dolore q̄si sup vnigenitum. Ubi dicit Augus q hic pp̄ha dicit ex psona x̄ qui in iudicio sup bonos effundet spm gre sue. qui aspicientes plangebunt et dolebunt. Hoc eo qd insultatum e ei. Dicit Augs. Quando iudei aspicient in x̄m in sua maiestate venientem cum cognoscerent quem p̄us humilem in suis parentibus illuserunt dolebunt qd parentes eorum ex quorum stirpe venerunt hec ei fecerunt. Et loquitur ibi de iudeis qui per helyam illo tpe sunt in xpm credituri Et subdit Quamuis illi iam fideles non dampnabuntur cum impiis dolebunt tamen tanq̄ ipsi fecerunt quod ab illis factum esse cognoscent. Dolebunt inquit non reatu criminis sed pietatis affectu. Ex quibus habemus quod et iusti saluandi et reprobi dampnandi xpm dominum in iudicio videntes ad memoriam reuocabunt integre sue passionis. Unde lxx interptes loco illius qd in hebr. po^{r} aspicient ad me quem confixerunt interptati sunt Aspicient ad me pro eo qd insultauerunt Comissum in hoc intelligentes passionis. Nam domino detento et alligato et iudicato et obprobrio ignominiose vestis induto et spinis coronato et calamo in capite percusso et irridenter flexis genibus adorato et crucem suam portanti et in ligno iam pendenti insultauerunt. Hec augus. Ex quibus colligere possumus qd xpus deus ex lege sue passionis viuos et mortuos iudicabit in humanitate gloriosa. quod sic dictum est hic innuitur in lra cum dr. Et vidi et ecce nubem candidam et sup nubem etc. Simile habetur daniel vii° ubi dr. pp̄ha aspiciebam donec throni positi sunt et antiqus dierum sedit et ecce cum nubibus celi q̄si filius hominis veniebat et vsq ad antiquum dierum peruenit et dedit ei ptatem et honorem et regnum. Ubi sm beatum Thomam in scripto iii^{i} totus exprimitur ordo iudiciarie ptatis et excellentissime dignitatis. Nam iudicandi ptas pricipaliter originem est in deo patre qui est fons totius deitatis. ppter qd primo pmittitur antiqus dierum sedit et tamen ptas a patre deducta est in filium non solum sm diuinam naturam sed etiam sm humanam eo qd xpus illam promeruit ideo subdit qd filius hominis venit in nubibus et data est ei ptas et honor et regnum. Iuxta illud Iohis v° dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Ex quo sequitur qd xpus sm qd deus habet autem iudicandi omnia ab eterno sed sm qd homo promeruit illam per sua passione. Unde dicitur ad Ro xiiii In hoc x̄s mortuus est et resurrexit vt viuorum et mortuorum dominetur. Veniet ergo x̄s ad iudicium et in humana forma gloriosa iudicio presidebit. huius tamen ptatem diuinam sm beati Thome. quia illud iudicium finale ad hoc ordinatur vt aliqui intromittentur ad regnum et aliqui excludantur a regno Et quia ad assecutionem eterne vite non sufficiunt bona nature nisi beneficia redemptoris adderetur et hoc propter impedimentum qd nature humane superuenit ex peccato primi parentis. ergo conueniens est ut ipse iudex illam naturam presideat iudicio cuius beneficio homines admittuntur ad regnum propter qd dr act x qd ipse constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum. Magister hol. dicit exit ille iudex quia deus et homo. licet in humanitate gloriosa apparebit omnibus bonis et malis. sed sm formam deitatis et humanitatis apparebit solis bonis. Malis non apparebit eis sed sm formam humanitatis patet. Quia obiectum cognoscibile prius potentie cognitiue perfecte disposite et non impedite non apparet illi potentie et cognoscatur ab ea. Sed humanitas x̄i prius est potentie cognitiue cuiuslibet beati que potentia in quolibet beato est perfecte disposita et non impedita. Nam si esset indisposita et impedita

tur non esset beati. ergo cum beatus Christus apparebit in iudicio secundum humanitatem
Si autem beatus Christus apparebit in iudicio secundum suam deitatem, contra quia ille non est
beatus cui non apparet proprium obiectum vel beatitudinis. ergo si Christus in iudicio
non apparebit nisi beatis secundum formam deitatis, tunc ille beatus non esset beatus
quod est contradictio. Si autem dampnatis Christus solum apparebit secundum humanam formam
propter illud Ysaie 26: Tollatur impius ne videat gloriam dei. Esse ergo
iudicem ultimum est magne dignitatis eximii honoris et excellencie
precellentis et ipsi Christo evenit ex habundancia favorum meritorum. Ita
istam dignitatem ut dicit beatus Thomas Christus accessit et data
est ei ex tunc secundum illud Matthei ultimo: Data est mihi omnis potestas in celo
et in terra. Nec sufficeret eam accipere si fuisset purus homo quia nec
per se sufficeret redimere genus humanum. Ex hoc ergo quod consecutus est iudi-
ciariam potestatem, oportet esse verus deus et verus homo equaliter cum deo
patre honorandus, non iniustus homo, sed iniustum deus. Sic beatus Thomas v. s.

Notandum autem circa secundum principale consolacionem spiritualem quia cum ipse iudex
erit qui hominem summe dilexit quem eciam redemit et qui seipsum con-
tinue pro homine advocatum apud patrem interponit. Unde secundum beatum
Ambrosium li. 1 de Jacob et beata vita: Nihil est in quo dicamus de divina
consolacione diffidere cum nobis fuit tam diuturna et tanta ubertas ut
primo predestinaret, deinde vocaret, et quos vocavit hos iustificaret, et
quos iustificavit hos et clarificavit. Potest ne deserere quos tantis be-
neficiis suis usque ad premia est prosecutus. Veniet ergo Christus ad iudicium
ut a iustis desideratus. Veniet ad iudicium ipsos iustos consolaturus et co-
ronaturus. Unde dicitur in lectura: Hunc enim in tempore suo corona auream qua
suos pro victoria coronabit. Quando tunc patria non erit de accusacione peccatorum
iustis timor. Unde dicit Ambrosius ibidem: Inter tot beneficia dei nunc me-
tuenda sunt atque accusatorum insidie. Quis audebit accusare quos
electos domino credit iudicio. Nimio electi tempore iudicii ex ipsius iudicis
aspectu quandam securitatem habebunt. Unde dicit ibidem: Numquid deus qui contulit
pro sua dona consumere et quos in adopcionem suscepit, umquam potest eos
a paterni affectus gracia relegare. Recte non. Electi ergo ymaginantes
quod deus eos usque adtunc illud muneribus est prosecutus nullum habebunt
timorem de mutacione dei erga eos, non enim est deus ut homo ut mute-
tur. Et dicit Ambrosius ibidem: Metuis forte ne ille qui tunc erit deus pius
iudex sit severior futurus. Considera quem iudicem habeas. Nempe Christo pater
dedit omne iudicium facere. Potest ergo te ille dampnare quem redemit
a morte, pro quo se obtulit cuius vitam sue mortis mercedem esse cognoscit.
Nonne dicet: que utilitas in sanguine meo si dampno quem ipse
salvavi. Nonne consideras iudicem tuum advocatum esse, propter ne iste severiorem
ferre sentenciam, qui interpellare non desinit ut patrem reconciliaret in nos
contra [illegible] iratum. Hec ille. Sed forte ex horum eorum occasione impii spem
sibi usurpabunt de consequenda salute. De quibus tamen dicitur in psalmo
Non resurgent impii in iudicio. De quibus eciam apostolus istam profert sentenciam. 1 Cor 15
Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. De quibus eciam in
psalmo dicitur: Non sic impii non sic, sed tamquam pulvis quem proicit ventus
a facie terre. Quod exponens Aliquis dicit: Ventus superbie impios
proicit a facie terre id est a presencia dei patris qui est stabilimentum et fir-
mamentum regni celestis. Ista ergo consolatur erit in adventu huius
iudicii et iustis existentibus in consolacione. Turbabuntur enim. Turbabuntur
inquit psalmista a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum
et turbabuntur horribiliter in conspectu domini qui venit. Iniustis vero
existentibus in servitute. Impii erunt in magno terrore et desperacione.
Non enim poterunt habere spem in illo cuius precepta contempserunt

tunc munera spreuerunt, tunc qz persecutores ad eorum salutem abiecerunt
Nunquid deus illos filios vehementer tunc posset ad suum gratiam advocare
Nam si hoc faceret in eo veritas non esset, qui talibus semper confusionem
gminatus est. Nunquid deus benedicet eos quibus tunc benefacta prestabat
quibus ingrati fuerunt. Quod si faceret, ubi esset eius iusticia ex qua gratiam
auget benefacta ingratis at aufert et illa que videbantur habere. Nunc
deus quod fecit eis hic clemens sui iudicii severitatem ab eis amouebit
et aduocabit pro illis. Si enim hic blasphemauerunt, quorum iniquitas ex
adipe eorum prodiebat et superbia eorum ascendebat, Ve ergo tunc impiis
qz in malum erit retributio omni operi eorum. De quibus omnibus habet
qz Christo veniente ad iudicium magna erit dissimilitudo in hominibus. Humiles
enim exaltabuntur et superbi deprimentur. Electi illuminabuntur et impii
in tenebris contabescent qui hic loquebantur aduersus iustos in superbia
et abusione. Ubi fortes ac potentes potenter tormenta patientur. Sap. vi.
In vita tunc dulciter non viderunt in die diuine veritatis. Qz ille qui
venit iudicare per mansuetudinem, iniustis et reprobatis terribilis et iustus
apparebit. Et hoc de 3°. Quarta littera punctum qui est de potestate iudicis
quis dubitare potest. Ex quo dum hic esset Christus in carne mortali loquebatur
sic potestatem habens Math. vii°. Certe in iudicio sermo suus erit plenus
potestate. Tunc enim loquetur ad eos in ira sua et in furore suo con-
turbabit eos. Si Christus hic habuit potestatem iudicium discretionis facere
qz quosdam ex hominibus elegit et quosdam a se repulit, ut eos
ad se sequendum admisit, quis dubitat tunc venit iudicare quod habebit
potestatem facere iudicium separationis bonorum a malis. Segregabit ut agnos
ab edis Math. 24. Si Christus cum erat moriturus voluit suas sententias
inviolabiles et irreuocabiles fieri, dixit ut et facta sunt. Quis
dubitat quod illam suam quam feceret, sua consequetur potestate. Unde dicit
Ambrosius. Si dispiciet verba filii appella ad patrem, qui omne iudicium
quod dedit pater filio suo, q. d. qz impossibile scit illius sententiam euadere
executionem. Et ergo ibunt eius placitum habentes iniusti in ignem eternum, iusti
vero in vitam eternam. Possunt etiam ista verba exponi de beata matre dei
in sua annunciacione. Et tunc hic duo sunt figurata. Quorum primum est
Veritatis virginis eminens dignitas. 2° figuratur filii dei carne ex ea
sumentis regia maiestas. Ibi sedentem super nubem dignitas vero beate
virginis in duobus figuratur scilicet in immaculata sanctitate, ibi nubem. Et in
splendida sapiencie claritate et operum et exemplorum choruscante irradiacione
ibi candidam. Hic sensus est litere. Vidi et ecce nubem candidam. Ut per
aduentum demirandi demonstretur admiranda et insolita sua dignitas. Sed Ysaie
vii°. Ecce virgo concipiet etc. Et dicitur per nubem signata beata mater dei candidam
In nube id est vaporum purgatorum et vi solis eleuatorum con-
gregatis, ut patet 2° methevrorum et 3° in principio. Et qz beata virgo
fuit in utero sanctificata et sole iusticie illustrata, ideo per nubem can-
didam signatur. Quia nubes est candida sive alba propter vaporum raresfactorum
et radiorum solarium intus receptionem. Super hac candenti nube 3°
Reg. 18°. Ecce nubecula parva etc. Unde et ipsa figuratur per thronum
magnum et candidum Apoc. xx. Secundum vero ad 2m hoc figuratur in
filio dei incarnato. Quorum primum est excessiva sublimitas. Sedente super
nubem. 2m est humanitatis assumpte veritas, ibi similem filio
hominis, quod dicitur non qz non fuit verus homo, sed qz assumpsit humanam
naturam sine peccato. Vel qz immortalis resurrexit. Ideo 3° figuratur triumphalis
victoriositatis et iudiciaria potestas, hoc est ista litera est expositum

Et alter angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem
super nubem. Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora ut metatur

qui aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram et messuit terram. Et alius angelus exivit de templo quod est in celo, habens et ipse falcem acutam. Et alius angelus exivit de altari, habens potestatem super ignem. Et clamavit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam dicens: Mitte falcem tuam acutam et vindemia botros vinee terre, quoniam mature sunt uve eius. Et misit angelus falcem suam acutam et vindemiavit vineam terre et misit in lacum ire dei magnum. Et calcatus est lacus extra civitatem et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.

In quinta littera describitur iudicialis magnificentia sive celsitudo. Quia in ista littera describitur processus iudicii et ordinis in iudicio. Et dividitur in quatuor. Primo ponitur desiderium sanctorum de futuro iudicio extendo et eorum petitio. Secundo potestas sanctorum iudicandi cum Christo [illegible] ibi: Et alius angelus. Tertio angelorum de diffinitione iudicii postulatio, ibi: Et alius angelus exivit de altari. Quarto subditur iudicii executio et reproborum dampnatio, ibi: Et misit angelus falcem. Dicitur ergo: Et alius angelus exivit, desiderium sanctorum de futuro iudicio quod [illegible] sancti desiderant, tunc propter adeptionem stole et cetera, tunc propter [illegible] [illegible] quod iam expectant. Unde dictum est eis supra, ut requiescerent adhuc modicum tempus et cetera. Dicit ergo: Et alius angelus per quem exprimitur cetus sanctorum perfectorum, alius quidem a Christo qui presedentem super nubem designatur, alius etiam dignitate vel inferiorem, angelus nuntius [illegible] officio et [illegible] exivit de templo, id est manifestat latens desiderium de futuro iudicio, quia desiderium sanctorum quod latet modo tunc veniet in apertum, et hoc est exire de templo. Clamans voce magna, scilicet per desiderii fervorem, hoc est orans magno desiderio et affectu ad sedentem super nubem, id est ad Christum iudicem eternum urgentem. Mitte falcem tuam, id est exerce iudiciariam potestatem, et mete et collige tuos electos tamquam triticum in horreum, quia venit hora, id est consummatio et finis seculi, quia completus est numerus electorum, ut metiatur et ut tollantur homines de hac vita sicut segetes de agro, vel ad congregandum triticum in horreo vel ad [illegible] et [illegible] paleas in foco vel luto. Mathei iii: Cuius ventilabrum in manu eius et permundabit aream suam. Quoniam aruit messis terre, id est quia iam consummata est malicia mundi ut [illegible] malorum, sic exponit Richardus. Vel sterilis et infructuosa est vita terrenorum et iam plus non habet aquid viriditatis quod possit esse deiectio ad utilitatem bonorum. Unde malicia mundi dicatur [illegible] [illegible] electus, sed quia iam impletus est numerus electorum, tunc exit [illegible] messis terre, id est consummata malicia mundi, scilicet boni parati ad suscipiendam palmam, mali vero parati ad suscipiendum penam pro [illegible].

De hoc dicit Johannis iiii: Nonne vos dicitis quoniam adhuc quatuor menses sunt et messis venit. Quatuor menses sunt quatuor defectus ecclesie generales quos ecclesia [illegible] sustinuit ex quatuor persecutionibus generalibus. Que victe: perit ab exercitu ecclesie [illegible] sub Herode Ascalonita, qui pueros occidit propter Christum, et [illegible] sunt una post aliam usque ad messem qualem que fiet in die iudicii. Qualis prima namque fuit persecutio tyrannorum qui martires occiderunt. Secunda hereticorum qui confessores vexaverunt. Tertia falsorum [illegible], id est ypocritarum, qui mores corruperunt et corrumpunt. Quarta erit Antichristi et suorum qui fidem et mores corrumpet et vitam auferet. Et ideo gravior erit ceteris omnibus. Mathei xxiiii: Erit tunc tanta tribulacio qualis non fuit ab initio. [illegible] Unde Beda: Habundabit iniquitas et refrigescet caritas et estu malorum intumescet. Hoc est metere electos et collige in horreum. Ysaie xl: Omnis caro est fenum et omnis gloria eius quasi flos

Et iacob primo arescet fenum. Per messem ergo tollendo iudicandorum ... significatur Mathei 13 messis est consummacio seculi. Secundum dux est maturacio messis vel per debitam dispositionem ad predicacionem evangelii suscipiendam Luce x messis quidem multa etc. Johannis 4o videte regiones quia albe sunt ad messem. Alia est maturacio messis per iusticie consummacionem. De qua dicitur hic quia aruit messis. Calestu viciorum habundante et humore gracie deficiente consummacio seculi venit. Unde dicitur et tempus metendi. Et Richardus dicit messis terre ad designandum quod ariditas que est ex defectu humoris gracie et estu habundancie malicie fiet in terre: nis qui adhuc messis radicem affectibus posuint in terrenis. Et subditur. Omnia iudicis vel talle sanctorum desiderium ... implera cum dicit. Et misit qui sedebat super nubem id est christus ecce presidens ut rector domus et iudex vel christus deus sedens super humanam naturam sibi unitam et elevatam ad modum nubis falcem suam in terram id est exercuit iudiciariam potestatem et messuit terram id est omnes homines terre in unum locum congregavit ad diiudicandum. Unde Johelis 3o congregabo omnes gentes que sub celo sunt et deducam eas in vallem Josaphat. Vel messuit terram id est protulit suam contra terrenos et segregavit bonos ab eis et hic consentiendo desiderio sanctorum. Mathei xiii Sic erit in consummacione seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis etc. Ecclesiastici ... exponit. hic glossa de sanctis desiderantibus iudicium cum dicat Psalmista Non intres in iudicium cum servo tuo domine. Et Job ix Si voluit homo contendere cum deo non poterit ei respondere unum pro mille. Dicendum quod hic loquitur de sanctis desiderantibus iudicium ut scilicet mali a sua malicia refrenentur et boni liberentur et glorificetur iusticia. Ergo iudicium desiderant sancti tempore debito. Timebant tamen in via timendum est ob iudicium districtum. De hac falce dicit Gregorius 33 moralium Potestas divini iudicii quia inter se omnia intuendo complectitur falcis appellacione signatur. In falce namque quicquid intueatur quaquaversum flecti intus trahit. Et quia potestas superni iudicii nullatenus evitatur ubi ipsam quippe sumus quolibet effugere conemur recte cum venturus iudex ostenditur falcem acutum in manu tenere perhibetur quia cum potest ad omnia obviat utique cuncta intuendo concludat. Unde psalmista se videt esse intra falcem iudicii cum dicit Si ascendero in celum tu illic es. Si descendero ad infernum ades etc. Sunt quidam se falce vidit cum ex nullo loco sibi patere aditum fugere posse cognovit dicens Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis montibus subaudis est via fugiendi atque mox ipsam superne potestatis omnimodam comprehensionem subdens ait Quoniam deus iudex est. Ac si dicat fugiendi via undique deest quia ille iudicat qui ... est. Omnia itaque iudicia signatur falce quia circumvallantia includit. Et ille ... Richardus in ... Sunt ibi et alius angelus exivit de templo etc. Declarat sanctos habere potestatem iudicandi cum christo. Et gratia consummat gloriam. Non tamen omnibus sed solum illos qui propter christum reliquerunt omnia et secuti sunt eum. Quales sunt apostoli et alii viri perfecti. Tales enim propter dominum hominibus se subiecerunt ideo potestas iudicandi cum christo eis tribuitur. Dicit ergo Et alius angelus scilicet supradictus cetus sanctorum qui et angelus dicitur propter predicacionis officium et alius propter distinctionem eius aliorum. Vel propter aliud officium ... dicuntur desiderare iudicium. Isti habere iudiciariam potestatem exiunt de templo id est per manifestacionem id est de occulto in publicum venit. et gloria eorum apud deum innotuit. Ideo subditur quod est in celo ad designandum quod illi sancti iudicabunt cum christo qui habent eminenciam super alios qui sunt templum dei in celo. Nam in altiori loco apparebunt quam ceteri sancti minores. Et ideo dicuntur exire de templo quod est in celo. Ezechielis ... Super alios sanctos apparebunt. Et explanat de quo legitur de hiis et ipse falce licitum id est iudiciariam potestatem se christus quia cum christo iudiciariam potestatem exercebit ut ait Richardus Johannis 3 ...

iudicium tribuit patribus. Ibi Gregorius moral. 26 de hoc Math. xix
Sedebitis et vos super sedes xii iudicantes etc. Ysaye 3 dominus ad iu-
dicium veniet cum senioribus populi sui. Proverb. ultimo Nobilis in
portis vir eius quando sederit cum senatoribus terre. Ex qua litera elici-
tur appellando iudices ipsius iudicis assessores. Tunc apostoli et omnes
alii perfecti imitatores Christi in extremo iudicio tamquam veri iudices
iudicabunt. Patet quia glosa super illo Math. 19 Vos qui reliquistis omnia
dicit Qui reliquerunt omnia et secuti sunt dominum hii iudices erunt
et loquitur de iudicibus quantum ad extremum iudicium quia de illo loquitur
ibi Christus in textu. Item de iustis hominibus dicitur Sap. 3 Iudi-
cabunt naciones et dominabuntur populis. Et loquitur ibi scriptura de
extremo iudicio sic patet ex verbis precedentibus et sequentibus. Apostoli et alii
perfecti imitatores Christi sunt vere iusti. Ergo quilibet homo perfectus in extremo
iudicio vere iudicabit saltem per modum assessoris. Item. Solus
ille debet iudicare qui novit causam iudicandam et circumstancias eius. quia
unusquisque est bonus iudex eorum que cognovit. Ut dicitur primo ethic.
Etiam in re dubia non est ferenda sententia sicut clamant multa
iura tam canonica quam civilia. Sed nullus homo quantumcumque perfectus
habet noticiam omnium peccatorum et omnium circumstanciarum eorum cum multa
sint peccata in corde humano abscondita que nullo signo exteriori
apparent. Ergo nullus purus homo potest esse bonus iudex talium secretorum.
Respondetur negando minorem. quia omnes perfecti qui in examinatione extremi
iudicii erunt assessores habebunt plenam noticiam omnium peccatorum
tunc iudicandorum. ut latebit eos aliqua circumstancia iudicanda.
Nam quamvis talia non possunt cognoscere naturali cognitione. tamen protunc
huiusmodi omnia cognoscerent divina revelatione. Quod tangit Apostolus
1 Cor. 4 Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus qui
et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium.
Super quo verbo dicit Glosa Quia gesta et cogitata bona et mala tunc
erunt omnibus nota. Ergo multo magis erunt nota perfectis scilicet assesso-
ribus. Arguitur. In nullo iudicio bene ordinato accusator debet
esse iudex. Sed viri perfecti in extremo iudicio erunt accusatores peccatorum
ergo non erunt iudices eorum. Maior patet. Minor patet quia habetur
Sapie. 5 ubi dicitur Stabunt iusti in magna constancia adversus eos
qui se angustiaverunt etc. Ad minorem quia maior non est universaliter vera. quia
quando peccatum de quo agitur in iudicio est evidens et manifestum. tunc
enim iudex non indiget alio accusatore. sed per seipsum potest reo supplicium
imperare et eum iuxta sua demerita iudicare. Ut patet quod dicitur in decretis
Ubi criminalia patent scelera non indiget accusatore. Cum ergo sicut
iam dictum est in predicto iudicio omnia peccata ibi iudicanda erunt nuda
et aperta adeo illi iudicio non derogatur ex hoc quod iudex est et accusator
patet quod etiam dominus Ihesus Christus qui est summus iudex tunc per
seipsum impios accusabit eorum impietatem ipsis imperando Math.
25 Esurivi et non dedistis mihi manducare sitivi etc. ipsis imperando
Arguitur. Qui iudex est per se sufficientis sciencie et auctoritatis sive potencie
tunc non debet assessores habere. Sed Christus in illo iudicio erit per se
sufficientis auctoritatis et potencie. quia inquantum deus habet ex se ordinariam
potestatem super omnes iudicandos. et inquantum homo habet potestatem per modum
iudicis delegati que delegatio satis exprimitur Iohannis 5 ubi dicitur
Iudicium dedit ei facere quia filius hominis est. Item Est etiam infinite sapientie
quia omnia nuda et aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo ad Hebr. 4
Ipse enim est ars omnipotentis dei plena racionibus omnium viventium. Item
Augustinus 6 li. de trinitate Et sapientie eius non est numerus in psalmo.
Ad minorem quia maior non est vera quia licet iudex ex se habens sufficientem potentiam
auctoritatem et scientiam non indigeat assessore. non tamen ex hoc sequitur
quin possit si velit accipere assessorem ut pluries. Nam quantumcumque iudex

1 Cor. vi Nescitis quod sancti de hoc mundo iudicabunt

sit p se suffic indicare per tum amicum assume pro assessore et ipsum
honorabit iudiciaria dignitate et sic etiam dominus ihesus xpus in
extremo iudicio speciales amicos suos pro assessoribus assumet non propter
suam indigentiam sed propter ipsorum assessorum gloriam omnibus insinuandam
et hoc tangitur in littera cum dicitur Et alius angelus scilicet cetus
apostolorum et aliorum perfectorum exiit etc. Tunc ibi Et alius
angelus exivit de altari etc. ponitur desiderium sanctorum angelorum
de iudicio terre exeundo 2o iudicii exercendo et reproborum condempnandorum
ibi Et misit angelus etc. Quintum ad primum dicit Et alius angelus
per quem cetus chororum angelorum designatur ut ait Richardus
Vnde in predicta littera dictum est quod angelus exivit de templo, per quem
cetus [illegible] sanctorum perfectorum significatur. Hic autem ait quod exivit
angelus de altari per quem cetus angelorum sufficiat. Exivit inquam
per manifestacionem de altari id est de loco superiori quam alii sancti habens
potestatem super ignem scilicet ut cohibeat rabiem demonum et pravorum ho-
minum. secundum Richardum Vt per ignem significatur demonum malignitas
alios incendens et inflammantis ad peccandum Job xli de ore eius
lampades procedunt sicut tede ignis accense. Per aquam vero pravorum
hominum flexibilitas designatur infra xvii Aque quas vidisti populi sunt
Et clamavit voce magna id est magno desiderio ad eum qui habebat falcem
acutam id est iudiciariam potestatem. Vnde Richardus angelica dignitas
votis omnibus ex amore et desiderio glorificandorum hominum de exercendo
iudicio iudicem exorabit dicens mitte falcem tuam acutam id est exerce iudi-
ciariam potestatem Et vindemia botros vinee terre. Secundum Hanonem Quod
sunt segetes hoc botrus Quod palea hoc vinacia Quod messis terre
hoc vinea terre scilicet collectio malorum qui ad modum vinee excoluntur
a dyabolo ad fructificationem mali. secundum Richardum Job xv Quasi vinea
in primo flore botrus eius Et Matthei vii de in quo fructus sunt
sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie. Non est botrus ad
comedendum id est longe a deo per gratiam quod non sunt apti ad incorpo-
randum corpori ecclesie. Quam de collectione malorum Ysaie v Non
putabitur et non fodietur et ascendet super eam vepres et spine
et ita multi et mali repleti vero subditur in textu Quoniam mature
sunt uve eius id est repleta est malicia eorum et iam non habet locum
quod non prodest amplius bonis. Nam tamdiu deus permittit ex sua di-
spensatione vinee malos quamdiu prosunt bonis. Ecclesiastici viii Quia non
profertur cito sua contra malos absque tolle timore filii hominum perpetrant
mala. Ecclesiastici Peccator exeo quod centies facit malum et per paciam sustentatur
ego cognovi quod non sit bonum unquam ut prolongentur dies sicut umbra
qui non timet faciem domini Vel aliter similiter glosa in
hac littera Vnde Johannes autem quod auctoritas iudiciarie potestatis residet
penes xpm qui dedit sanctis suis ut possint cum eo iudicare Et
secundum hoc primo ponitur eius imperium Tho obedientia sanctorum ibi Et misit
Quantum ad primum introducitur xpus exiens de loco secreciori quam alii sancti
Vnde audit quod habebit potestatem super penas inferni ibi Qui habebat potestatem
super ignem. Secundo ponitur levis [illegible] ad sanctos qui erunt iudicaturi
ibi Et clamavit voce magna dicit ergo Et alius angelus id est rex magni
templi angelus qui est alius a sanctis, quia super omnes Exivit de
altari Glosa id est talis qualis est apparuit scilicet deo patri consubstancialis
qui erit a vilibus et ab infidelibus fidelis iudicatus. Vnde dicitur
exire de altari id est de loco secretiori ubi nullus sanctorum pertingere potest
quod et si alii sancti sunt in templo dei, tamen xpus est in loco altiori
et secretiori etiam inquantum homo quia in gloria maiori. propter quod dicitur sedere ad dex-
teram dei id est sensi potioribus bonis dei et in ore potissime habens potestatem

in regn scilicet sicut verus homo super ignem id est super penam eternam infligendam eam tribuit
reprobis secundum exigentiam meritorum. Matthei x Eum qui potest corpus et animam perdere

Margin (left, beside lines 5–8): Signat in eius iudicium con- / sortium gloriam [illegible] / electorum [illegible]

Et clamavit voce mag. i. ancte et ptate inmpandi ad eum qui habebat
falcem acutam i. ad sanctos qui habebant ptatem iudiciariam dicens mitte
falcem acutam i. exerce iudiciariam ptatem. Et vindemia botros vinee
terre i. sepa a bonis oms repbos tenens vino malicie inebriatos
quoniam mature sunt uve eius i. completa est malicia opum eorum
Et sequitur textum sz iudicii executio et malorum condempnatio locus et modus
punitionis et condempnatos ro cum dr. Et Angelus scilicet ihs xpus iudex
vivorum et mortuorum misit falcem suam i. exercuit iudiciariam ptatem
in terram i. in terrenos ipse n. iudicabit omnes fines terre ut ipsa
actum x. Hic est a deo constitutus iudex vivorum et mortuorum. Cuius
acceptio tempus ergo iusticias iudicabo i. in ps. lo. Et vindemiavit vineam
terre i. separavit a bonis omnes terrenis delectationibus inebriatos
Ierem. i. Vindemiavit me ut locutus est dominus in die ire furoris sui
Ierem. 5°. Vide
Nam dominus vindemiat aliquando puniendo in pnti. Ierem. 5°. Vide
domine et considera quem vindemiaveris ita ergo ne comedet mulieres
fructum suum. Vindemiat aut in futuro segregando malos de medio
iustorum ut dicitur hic. Item vindemiat deus bonos colligendo Eccli.
33. Quasi qui colligit acinos in benedictione dei et ipse qui vindemiat
replevi torcular. Circa quod advertendum quod secundum Beatum Augustinum
21 libro de ci. dei sunt omnia a deo promissa hoc vnum de adventu ad iu-
dicium est implendum. In quo iudicio deus retribuet habundanter facientibus
superbiam. In quo iudicio omnes peccatores incident in manus dei viventis
In quo iudicio boni cum pleno remunerabuntur et mali punientur. Unde
quamvis homo peccator in peccando non intendat aliquam penam actum
pena veniet super eum alias n. peccatores cent ext omne ordinem
Unde dicit Beatus Thomas quod sicut malum in actu peccati est pt
infectionem peccatis quia nullus aspiciens ad malum agit. Ita etiam
obligatio ad penam est pt cuius intentionem. Licet igitur homo licet non
intendat malum per se et tamen peccat. Ita licet non intendat pe-
nam per se. devenit tamen ad eam ex iusto ordine quo culpa
ordinatur in penam. Sit ergo quod peccatum est malum abhominabile et
fedum et tamen est causa pene que est pulchra et bona quia iusta. Causa
quidem dispositiva et meritoria. Nec obstat hic quod peccatum sit punitum
in hac vita quia dato quod nulla alia pena peccator esset punitus attamen
animus inordinatus est sibi ipsi magna pena secundum Aug. Unde et si hic
punitus est peccator per iudices et platos iuxta illud Roma. xiii. Qui resistit
potestati ordinationi dei resistit et hic ideo quia perturbat ordinem a deo
constitutum exequo tenentur omnibus suis platis obedire secundum illud i. pet. 2°.
Servi subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis et modestis
sed etiam discolis. Et hebr. xiii. Obedite prepositis vestris. Nichilominus tamen
in iudicio finali quilibet peccator duplici pena punietur. Primo respectu
qui ad hic quia peccatum perturbat ordinem voluntatis qui consistit in
hoc ut voluntas sequatur iudicium illuminate rationis propter quod scribitur
Ysaye ultimo quod vermis eorum non morietur. Alia pena sequitur peccatores
quam deus infliget ex iudicio quia peccando turbaverunt equalem or-
dinem divini regiminis de qua scribitur hic in littera. Et misit in lacum
ire dei magnum quia tales ibunt in ignem eternum. Nulla ergo iudicia
precedentia possunt hoc iudicium evacuare. Et putamus quod deus iudicaret
bis in idipsum quia punit peccatorem in vita. Iudicabit. n. in morte
et in finali resurrectione quia non duas penas infliget pro uno peccato
sed penam que non complete fuit ante iudicium inflicta complebit
in iudicio finali qui peccatores complete iudicabit quo ad animam
et corpus. Et propter hoc dies iste iudicii vocatur dies ire quia deus in
eo puniet peccatores. Vocatur dies tribulationis quia in eo tremebunt omnes
gentes. Vocatur finis seculi quia secundum Augustinum in illo die solum inquiret
quod hic homo fecit. Et nil in eo latebit quod hic homo abscondit
Vocatur etiam dies magna et amara valde sicut ipsis dampnandis quia tunc
a consortio dei et omnium finaliter separabuntur. Sicut. n. pastor segregat oves ab edis

Ibi dns angelorum ministerio segregabit bonos a malis Math xiii exi:
bunt angeli et separabunt de medio iustorum etc. dt ii augus
lio 2o cont pelagianos licz a malis interim vita et moribus corde
et voluntate separari atqz discedere. que separacio oportet ut semper cu:
stodiatur. Corporalis aut separacio ad finem seculi fidenter precetur et
fortiter expectetur et secreta domum corporalem separacionem fieri ubi cum
iam malis iminet vindicta Sic Noe cum domo sua separatur ab
alijs diluvio perituris. Loth cum suis separatur a sodomitis igne ce:
litus consumendis. Et populus iudaicus ab egiptijs in rubris fluctibus
obruendis. et Moyses sinagogam separavit a dathan et abyron terra
absorbendis. Et ultimumqz boni inter malos potuerunt sine eorum con:
taminacione manere. nec precepit dns fieri separacionem sicut in serpentum
morsibus. et sic in strage morientium vocat quos volebat et sic vole:
bat ita puniebat alijs intactis. Sz in fine mundi separabuntur a mal
boni sicut a zizanijs frumenta Ut malis crematis flammis
Iusti fulgeant sicut sol in regno patris. Tunc ergo non erit bonorum
malorumqz commixtio. tunc boni non inflamabuntur falsis criminibus
neqz mali de bonis se false poterunt extollere. Tunc mali non tolera:
buntur qui prius pro unitatis vinculo sunt tolerati. et tunc boni non
vexabuntur sicut hactenum commixtione zizaniorum. Et tunc divisio bo:
norum a malis non fiet nisi auctoritate dei omnipotentis. dt. ii. Augustini
dei est separare quod non novit errare ut ut malum transeat ad dex:
teram. nec bonum ad sinistram. Et ergo divisio hominum abinvicem. proculdubio
erit valde penalis et consolatoria electis. Ezechiel. ii. iam apparebit
magnum chaos inter bonos et malos firmatum Sic quod mali scele
bondrum iam pstrui non poterunt ut eorum uti consilio. ut eorum
patrocinijs adiuvari. Et ex hoc quod mali stabunt in terra et boni
in aere Iam apparebit quod mali sunt in terram detrudendi. et boni
sursum elevandi. Et hic quod mali stabunt ad sinistram et boni ad dextram
apparebit quod mali sunt reiciendi. boni vero acceptandi In hac divi:
sione. iusti exclusis a malis securi stabunt in magna constancia ad:
versus eos qui se angustiaverunt etc. Sap v. Mali aut videntes se ab
eis exclusos esse. primo incipient agere penitenciam gementes inter se et
dicentes Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam et fi:
nem illorum sine honore. Ecce quo computati sunt inter filios dei
et inter sanctos sors illorum est In hac divisione Iudex et rex
permundabit aream suam et colliget de regno suo omnia scandala
et mittet in infernum Qui subditur in litera et mittet in lacum ire
dei magnum i. in infernum ubi multi perpetuo sustinebunt iram dei
in effectu Qui dicitur lacus propter profunditatem Ysaye 30 preparata est
ab heri tophet a rege preparata profunda et dilatata Et dicitur
magnus propter capacitatem. et quia magni sunt ibi. et quia multos ca
pit ad penam Ysaye 40 dilatavit infernus animam suam et aperuit
os suum Ysaye 24 visitabit dominus super miliciam celi i. super clericos
militantes in excelsis et super reges qui sunt super terram i. super
principes et prelatos et congregabuntur in congregacionem unius fascis
in lacum. Nam sicut ad terram In adventu alicuius principis de
novo vel de longe venientis in civitatem suam, mundantur platee cum te
et sordes proiciuntur in lacubus et fossatis. sic in adventu domini ad
iudicium purgabitur mundus a malis et proicient in infernum. Ps. ut
lutum platearum delebo eos Et nota unde quod est lacus culpe
Trenorum 3o lapsa est in lacum vita mea Et est lacus carnalis
cupiscencie de quo in ps eduxit me de lacu miserie et de luto fecis Et
Zach ix In sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu Et est
lacus tribulacionis mundane de quo in figura Genes. 37 Tulerunt
Ioseph et miserunt in lacum Et est lacus infernalis pene. de quo hic
Qui dicitur lacus ire dei propter vindictam et iram quam ibi dampnati paciuntur

demitto piorum peccatorum Ezech 32. descendere eam ad terram ultimam cum
his qui descenderunt in lacum pollutum. Calcasti me a descendentibus
in lacum. Et calcatus est lacus id est calcati sunt qui cadunt in lacum contra
tutes pro centro. Hic est in eterna morte depressi sunt. Est civitatem
quam exterminat et quorum bonorum que est civitas sanctificata. Eccli
24. tunc quibus iam nulla erit unio reproborum. Ps ultro foras
turres venerit. Cum Chayon vero in magnum non est descendum ad
lacum sed ad dyabolum qui magnus appellatur per iactanciam et tumore
superbie De quo Iob xviii calcet super eum sicut rex interitus. Et sine
tertio Ad inferos detraheris in profundum laci magnum id est dyabolum
cum omni corpore suo mittet in lacum ire dei, cum omnibus reprobi damp-
nantur cum dyabolo et angelis eius. Et in hoc quod dicitur lacus, notatur
pene profunditas et evadendi impossibilitas. Sic oves in inferno
positi sunt mors depascet eos. Et subditur racio dampnatorum, cum dicitur
Et exivit sanguis de lacu usque ad frenos equorum per stadia
mille sexcenta. Stadium enim Chayom greca mensura est. Et dicitur a
stando eo quod Hercules uno hanelitu currens tenuit viginti quinque
passus, ubi steterit qua mensura Greci metiebantur loca in quibus
ludos exercebant, ubi quod ludentes spaciando et ludendo excedo deambu-
labant. Unde iste numerus scilicet in mille sexcentis stadiis omnis summa
reproborum comprehenditur et designatur, que in quatuor mundi plagis con-
sistit per quatuor mundi plagas. Est enim iste numerus quadratus, nam numerus
quadratus est qui consurgit ex ductu numeri in seipsum sicut quaternarius qui con-
surgit ex ductu binarii in seipsum. Nam bis duo sunt quatuor. Et
similiter novenarius qui consurgit ex ductu ternarii in seipsum. Nam ter
tria sunt novem. Et sic est in proposito. Nam mille sexcenta est numerus
consurgens ex ductu quadragenarii in seipsum. Nam quadragesies
quadraginta faciunt scilicet 1600 scilicet quadratum et c per unum perfectum
stadiorum, computantur per quatuor orbis et dicunt omnes reprobi qui per quatuor
partes huius mundi per voluptatum lubrica currunt et per spaciosa
viam incedunt que ducit ad mortem. Exivit ergo sanguis de lacu
id est pena infernalis exhibuit usque ad frenos equorum id est usque ad rectores
iniquorum et precipue voluptuosorum qui per eos designantur. Iere-
mie v°. Equi amatores in feminas. Et Ezechiel xxiii°. Sicut fluxus equorum
fluxus eorum. Per equorum vero rectores intelliguntur prelati
et etiam domini calcantes dampnatos in inferno qui simul tunc ponentur.
Math. 24. Ite in ignem etc. qui sicut in culpa fuerunt similes vel ma-
iores sic erit et in penis. Vel aliter quia hiis verbis breviter Iohannes dicit
videlicet summe, scilicet habundanciam penarum in inferno et manifestationem
earum toti mundo, loquitur id est symbolice, sicut enim magnas strages ho-
minum et equorum alicubi factas esse volumus significare, solemus
dicere quod tantus ibi sanguis est effusus, quod equi natabant in eo et
pertingebat usque ad frenos equorum. Sic et in hoc loco volens beatus
Iohannes diviciam celorum in malorum pena notificare, ob multitu-
dinem congregatorum in inferno et ob penarum immensitatem, dicit eorum
sanguinem usque ad frenos equorum ascendisse quasi tollit eos
submergendo. Et quod dicitur, unde in Stagnum igneus, infra 19. Hic
vide expresse descripcioni Ysaie ultimo in fine, ubi dicitur Et egredientur
sancti et videbunt cadavera ~~eorum~~ virorum eorum qui prevaricati sunt
in me, et erit usque ad satietatem visionis omni carni, hoc est hic
usque ad frenos equorum. Quantum autem exivit sanguis ostendit
cum subditur per stadia mille sexcenta, quia omnibus his in mundo sunt
pena malorum notificata est, ut illa eternitas neque fuit in quo
non fuit hoc iudicatum. Notandum etiam quod est stadium virtuose exer-
citacionis in quo se exercent electi. 1 Cor. ix. Qui in stadio currunt

ab omnibus se abstinet. Hic currit etc. Et est stadium lubrice voluptatis
in quo currunt lascivi per orbem circumscriptum latitudine huius vite
secantes de quibus habetur dicitur. Et horum sunt tamquam quidam sit
in hoc mundo imperfecti et nunquam exercitati. Et hii signantur per sex. Alii
perfectiores et significantur per centum. Alii perfectissimi et signantur per mille.
Quibus omnibus secundum dispositum in statum reddet dominus penas secundum
in iusto et vindicta extendit se a minoribus usque ad maiores
secundum omnem eorum statum. Et hoc est quod dicitur. Et exivit sanguis usque ad
frenos equorum id est a minoribus usque ad maiores bonis involvendo
scilicet perfectos in malo qui signantur per mille, mediocres qui per centum
et minores qui per sex. Ideo sequitur per stadia mille sexcenta. Malum
est ergo miscere se talibus ludis, quia sicut quis fuit socius ludorum
erit et socius suppliciorum. Ideo dixit Sara filia Raguelis Thobie
nunquam cum ludentibus me miscui, neque cum hiis qui in levitate am-
bulant participem me prebui. Et Psalmista Non sedi cum concilio vanitatis.
Et Jeremie xv Non sedi in concilio ludentium et gloriatus sum a
facie manus tue, solus sedebam quia amaritudine replesti me.
Treni 3o Sedebit solitarius et tacebit quia levavit se super se.
Tertio quod nunc queritur utrum pena unius dampnati possit
esse remissior vel mitior pena alterius. Dicendum quod in peccato mortali
triplex est culpa scilicet aversio ab incommutabili bono Deo, ymaginis
dei et consciencie deformacio, et in bono commutabili ad quod peccator
convertitur inordinata delectacio. Prime culpe correspondet pena dampni
que est carentia divine visionis. Et hec equaliter correspondet omnibus dampnatis
quia nullus eorum unquam deum videbit. Aliis vero duabus culpis
respondet pena sensus. Et hec secundum plus et minus est in dampnatis
secundum quod plus vel minus peccaverit, quia quanto magis vel minus se glo-
rificaverunt et in deliciis extiterunt, tanto plus aut minus in conscientia
de peccatis ~~peccatis~~ torquebuntur. Maiores ergo penas ceteris paribus
patientur christiani dampnati quam pagani, quia plurium mandatorum sunt
transgressores, plurium beneficiorum dei sunt ingrati et plurium miraculorum
increduli. Etiam similiter ceteris paribus magis puniuntur quam iudei
sive pagani, quia in baptismo promiserunt dyabolo et pompis eius abre-
nunciare ut non in deum credere et sibi per fidem et caritatem incor-
porari. Si ergo contingat eos post baptismum dyaboli suggestionibus superari
mendaces efficiuntur non servantes promissionem factam. Unde super illo verbo
2 Pet 2o Si enim in cognicione domini nostri et Salvatoris Jhesu Christi refu-
gientes coinquinationes mundi rursus hiis implicati superantur facta sunt
eis posteriora deteriora prioribus. Dicit glossa quod sicut dicit deteriora
quia magis offenduntur quam ante baptismum et maiores penas patientur
quia sunt mendaces promissionis in baptismo facte. Similiter si contingat eos
per fidem et caritatem Christo non incorporari, consistunt inimici Christi. Plurium
autem est quod plus homo ledit offensione familiaris et amici quam extranei
et inimici. Unde super illo 2 Pet 2o Melius erat eis non cognoscere
viam iusticie quam post cognitum retrorsum converti ab eo quod traditum
est sancto mandato dicit glossa. Sicut dicit melius quia minus malum
est pati iniuriam ab extraneis quam familiaribus etc. Pena denique cle-
ricorum et spiritualium maior erit et gravior quam laicorum et communium po-
pularium, semper ceteris paribus intelligendo. Unde secundum Gregorium in
omelia de talentis: Cum augentur dona rationes etiam crescunt
donorum. Ideo electus solicite vigilandum est et timendum ne quis plus ceteris
aliquid accepisse a domino cernitur, inde expers a condicione mundi
iudicetur. Etiam quia quanto quis in statu sublimiori constituitur tanto
in periculo graviori versatur. Et [illegible] circa illam literam Et
calcatus est lacus extra civitatem. Dicit ~~[illegible]~~ ita torcularia [illegible]

d' quo Trenor pº calcaunt domus torcular filie syon . et significat angustiam humane tribulacionis . in qua mittuntur boni pariter et mali . In hac angustia sancti triturantur tamquam segetes . vt a paleis separentur et celestibus horreis recondantur . Tamquam eciam calcatibus tamquam vue in prelo . vt a vinaceis expressi . eternis promptuariis includantur . Hec autem calcacio fit propter peccatum . nisi enim primus homo peccasset in quo omnes peccaverunt . nullus homo in torcular calcaretur . id est nemo has tribulacionum angustias sustineret . Sed quia peccavit eiectus est de paradiso et missus est in torcular tribulacionis ad calcandum . Ideo istud torcular non calcatur extra civitatem quo ad bonos et electos quia vtuntur unitatis et pacie de ipsis eliciuntur bonum vinum et purum quod in domus apostolis reconditur . Reprobi vero qui videntur intus eciam esse sed non sunt secundum veritatem calcati in torcular tribulacionis sanguine reddunt hoc est infidelitatem . vnde quod in littera subditur quod exivit sanguis de lacu sive torculari vt aliqui translacio habet id est petitur infidelitas de pressura tribulacionis . Tacetur autem de vino quod egreditur de bonis . vinis quod reconditur in domus promptuariis et dicitur de sanguine qui egreditur de labruscis vel hyemalibus racemis scilicet de reprobis . qui sunt mixti cum vinis . non perveniunt ad maturitatem . sed aqua tribulacionum tacti vel persecucionis angustia concussi . continuo recedunt a fide et errore perfidie infecti foras delabuntur . atque ideo extra civitatem calcari dicuntur permanentibus electis intemeratis vino fidei debriatis . Tales fuit Porfirius et alii multi qui persecutoribus cesserunt . a fide recedentes et facti sunt reprobi . Et quia tales non non solum minimi quique sed eciam principes pervenit vnde subditur vsque ad frenos equorum . Per equos enim subiecti per frenos intelliguntur principes et plati qui ceteros regere debebant . qualis fuit Julianus apostata Imperator et alii . Acsi ergo diceret . Tales et tanta fuit afflicto temporalis . ut ipsos eciam qui alios regere videbantur . ad infidelitatis perduceret . Sic ergo sanguis vsque ad frenos equorum pervenisse dicitur . tamquam apte diceretur afflicto temporalis adeo prevaluit vt ipsos eciam qui plebes regere videbantur . errore infidelitatis macularet . vt exponit haymo . Alterum torcular habet deus in purgatorio . de quo Johel 3 plenum est torcular scilicet purgatorii . Nam pena purgatorii excedit omnem penam cuiuscumque hominis pacientis in hac vita mortali . Cuius racio . quia cum secundum philosophum dolor non fit lesio sed sensus lesionis . id est percepcio lesionis . ideo secundum hoc est in hoc maior pena vel dolor . secundum quod ipsum magis est perceptivum doloris . Hinc est quod lesiones contingentes in partibus magis delicatis . et in quibus sensus tactus magis viget . maiorem faciunt dolorem quam si fieret in partibus minus delicatis . Sed anima est maxime in ... perceptiva cum sit fons a quo fluit omnis percepcio sensitiva . Cum igitur aliquod lesivum immittitur anime post hanc vitam anima ex hoc maxime punitur . Vnde Augustinus in sermone de purgatorio Ignis ille durior est quam quicquid penarum in hoc seculo sentire vel cogitare quis potest . Istud eciam torcular . non est extra civitatem . quia meritis et precibus ecclesie . defuncti existentes in purgatorio . possunt adiuvari . sicut dicit Augustinus in libro de ... Non est negandum spiritus defunctorum pietate vivencium posse relevari . Cuius racio quia membra vnius corporis sibi mutuo possunt subvenire . Sed fideles tam vivi quam defuncti . sunt membra vnius corporis mistici cuius caput est christus ad Ro xii vnum corpus sumus in christo singuli autem alter alterius membra . Tercium vero torcular habet deus in inferno . de quo Johel 3º exuberant torcularia scilicet inferni . sive quia est multiplicata malicia eorum . Et hoc calcatur extra civitatem . quia nec vnitas nec pacia quia non habent . nec ecclesie subsidia valent eis qui sunt ibi . sed in perpetua conculcacione remanebunt . Malach ultimo . Conculcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum . Et de isto torculari ... dicit littera

Capitulum

Et calcatus est extra locus, i. calcati sunt qui erant in lacu. hoc est in eterna morte depressi sunt non iam ut purgentur sed ut penitus maneant extra civitatem i. extra sanctorum societatem, cum quibus iam nulla erit reproborum gaudio | Ut expositum est S

Et vidi aliud signum in celo magnum et mirabile septem angelos habentes plagas septem novissimas quoniam in illis consummata est ira dei. Capitulum quintidecimum libri apocalipsis beati Johannis apostoli. In quo incipit visio quinta. Totus enim liber apocalipsis est de septem visionibus ostensis sancto Johanni in pathmos insula die dominico in spiritu supra positum. Quatuor autem visiones precedentes representabant statum universalis ecclesie a nativitate christi sive ab exordio nascentis ecclesie usque ad diem iudicii. Tres vero sequentes representant statum ecclesie finalem. Que sic distinguuntur. Nam prima est de effusione septem fialarum ire dei sive de septem plagis novissimis quibus septem angeli percucient terram et refertur ad tempus antichristi. Secunda post hanc est de dampnacione babilonis et bestie et pseudo prophete et refertur ad tempus iudicii. Ultima est de gloria et beatitudine electorum et refertur ad statum ecclesie post iudicium. Et durat ista quinta visio usque ad capitulum xviii. Et si obiciatur quod hec visio sit superflua, quia supra viso in apercione sexti sigilli et supra ix in clangore tube sexte et supra xii in pugna mulieris et draconis dictum est de statu ecclesie tempore antichristi et insidiis eius. Et ita superfluum videtur hic describere suas insidias et ecclesie statum. Dicendum quod sicut dicitur ex glosa quod superius locutus est de malis. hoc ideo factum est ut ostenderetur quantas tribulaciones inferunt sanctis. Et si fuit mencio de dampnacione eorum, hoc fuit incidenter ad consolacionem bonorum. Hic autem loquitur de plagis super malos illo tempore puniendis intencionaliter. Et hec pars in qua agitur de ista visione dividitur in 3 partes. In prima ponitur angelorum in effundendo phialas i. in infligendo penas commissio. Secunda plagarum inflictio capitulo 16. Et audivi vocem magnam. Tercia constancie inflictionis penarum subiunctio capitulo xvii. Et venit unus de septem angelis. Prima pars scilicet capitulum istud dividitur in 3 partes. Primo ponit visionis inchoacionem descripcio. Secunda sanctorum congratulacio et gratiarum actio. ibi Et vidi tamquam mare. Tercia potestatis effundendi phialas sive infligendi plagas commissio ibi Et post hec vidi. Secundum ad primum dicit. Et vidi aliud signum in celo etc. Secundum haymonem. Quisquis sanctorum patrum sensibus invigilat hanc apocalipsim legendo minime posse accipi facile cognoscit. Celum itaque ut sepe dictum est militantis ecclesie designat, que terrena cuncta despiciens per mentis desiderium ad superna tendit. Unde paulus dicit Phil 3o Nostra conversacio in celis est. Et Eph 2o Cum resuscitat et consedere fecit vos in celestibus. In hoc ergo celo vidit Johannes signum magnum et mirabile et cetera quod dicit. Et vidi scilicet per spiritualem contemplacionem aliud signum celorum i. figuram ad significandum. Et quo videtur quod hec visio fuit ymaginaria, quod multi concedunt. Alii tamen dicunt. Et Johannes primo vidit rem figuratam sine signo intellectuali visione, secundo per que omnia est rei figura sub qua intueret eam et scriberet. Et bene dicit aliud quia hoc signum hoc designat penam malorum. In celo i. in ecclesia celitus conversacione elevata virtutum varietate stellata 1 Cor xii Alii per spiritum datur sermo sapiencie alii fides in eodem spiritu etc. Magnum secundum estimacionem et mirabile secundum comprehensionem. Vel dignum admiracione propter crudelitatem. Magnum enim et mirabile est hominem scelere perditum alios con-demnandi secundum operacionem quod eorum operacionem mali dampnantur. Quoniam ab damnis lio 2o capitulo iiii Admiracio est timor ex insueta imaginacione

Quindecimum

Sed queritur ad quid inculcat tot verba dicens signum esse magnum et mirabile
Dicit enim Bedam quod in describendo plagas novissimas verbis intentum
voluit esse auditorem. Sic exigitur ad excitationem auditorum ita dicit. Quod
autem sit illud signum aperte tunc subdit: vidi inquit septem angelos id est
universos predicatores. Qui dicuntur angeli quia nuncii sunt veritatis et
quia missi Math. x Ecce ego mitto vos ad etc. Quomodo predicabunt
nisi mittantur. De hiis angelis dicitur Ysaie 33 Angeli pacis amare
flebunt. Et Malach. 2 Labia sacerdotis custodiunt scientiam quia angelus
domini exercituum est. Dicuntur autem septem quia septenarius est numerus
universitatis, propter hoc quod universum tempus septem diebus volvitur. Vel
dicuntur predicatores angeli septem propter septiformem gratiam spiritus sancti
Vel propter septem virtutes quatuor cardinales et tres theologicales quas
in se debent habere et aliis annuntiare prout latius de hiis omnibus
dictum est super octavo. Et hii angeli sunt septem columpnas
quibus totum edificium ecclesie sustentatur Prov. ix Sapientia edificavit sibi domum
excidit columpnas septem. Quibus in litera habentes sunt ex officio sue
predicationis septem plagas novissimas id est universas ultiones divinas
quas dicuntur habere per modum denunciationis, quia universa mala inferabuntur
que reprobis parientur. Que iusto dicuntur plage a plagando, quia
tunc ira dei super iniquos exercebitur. Unde dominus plenitudo vindicte
et consummatio in septem plagis ostenditur. Et Augustinus septem plagas id est perfecte
Levitici 26 percutiam vos septies propter peccata vestra. Dicuntur autem
novissime plage quia novissimis temporibus homines hiis ferientur. Vel no-
vissimas id est gravissimas quia illi gravissime punientur sicut gravissime peccaverunt
Vel novissime quia post illas non inferet deus alias aut [illegible]
Quoniam in illis est consummata ira dei id est per illas posita est vindicta
dei in effectu. Ira enim est appetitus vindicte que tunc consummatur
tamen in effectu ponitur. Vel in illis plagis reprobis illatis non infe-
ret deus amplius alias plagas mundi sed hiis consummatis incipient
eis plage inferni que nunquam consumabuntur Jeremie xiiii Contrita
est virgo filia populi mei plaga pessima vehementi. Et dicitur virgo
ratione sterilitatis. Et eiusdem 30 plaga inimici percussi te castiga-
tione crudeli. Ezech. vii Nunc fundam super te iram meam et complebo furorem
meum in te. Hoc igitur est signum in celo magnum et mirabile
quod medici qui alias ad curanda vulnera peccatorum portant et [illegible]
unguenta suavissima id est verba consolatoria ad sanandum, tunc non por-
tabunt nisi plagas et phialas ire dei velut gladios ad vulnerandum
et occidendum id est verba terribilia comminatoria dampnationis eterne. De
quibus dicitur Ezech. 9 Viri veniebant de via porte superioris
que respicit ad aquilonem et uniuscuiusque vas interitus in manu
eius. Et Mich. 3 Hec dicit dominus super prophetas qui seducunt populum
meum qui mordent dentibus suis et predicant pacem, et si quis
non dederit in ore ipsorum quippiam sanctificant super eos prelium
Prov. 30 Generatio que pro dentibus gladios habet et commedit molaribus
suis. Unde conqueritur dominus Ysaie 3 Quare atteritis populum meum
et facies pauperum commolitis. Et Jeremie ix Sagitta vulnerans
lingua eorum. Et de talibus dicit Gregorius Nazanzenus quidam predicatores
existimant quod melius mordere noverunt et facti sunt predicatores sancti.
Unde Hugo. Septem angeli septem plagas habent, hoc est notitiam
universe scripture qua vulnerant corda bonorum ad salutem, corda ipsorum
ad penitentiam. Et Exodi 26. Audiunt enim quidam in divino eloquio
predicantibus angelis quod neque avari neque adulteri neque ceteri quos
memorat apostolus regnum dei possidebunt et timentes ignem gehenne
vulnerantur in corde, et redeunt ad deum per lamenta penitentie. Et hoc
modo sancti vulnerantur ad salutem. Unde et ipsa sancta ecclesia Cantic. 2 [illegible]

voluntatem caritatis ego sum. Et ibidem ubi invenerunt me vigiles qui
circueunt civitatem percusserunt me et vulneraverunt me. Econtrario vero cum
hi audiunt reprobi verba predicatorum despiciunt et quod illis est ad salutem
istis est ad dampnacionem. Ut allegat Haymo. Cum per .x. plagas
significantur predicatores quibus corda auditorum ut dictum est diversimode vulne-
rantur. quidam electorum ad sanitatem reproborum vero ad perditio-
nem. Quare isti angeli in figura predicatorum dicuntur habere plagas. cum
ab initio celi et terre mundi sic sunt predicatores [illegible] da-
pnacionem reproborum et tribulacionem electorum. per que quidam vul-
nerabantur ad salutem quidam ad mortem. Et existens primus
quippe homo in paradiso constitutus, accepit preceptum a deo ne tangeret
pomum ligni sciencie boni et mali. Quod preceptum si servasset, ad
vitam illi profuisset. Verum quia contempsit illud preceptum et quod
illi datum fuerat ad vitam, versum est ei in mortem. Sic quia ex
salubri precepto vulneratus est et mortuus. Moyses quia deus dedit
precepta legalia dicens. Non occides. non adulterabis et cetera. Filia
Moyse quidam servaverunt sicut Moyses Josue. et alii multi vitam ha-
buerunt in eis. Econtra ceteri contemptores. vulnerati sunt ad mortem
quia perdiderunt vitam presentem et futuram. Christo quoque domino predicante
quidam crediderunt in eum. quidam vero credere noluerunt. Illi
qui crediderunt in eum penitenciam agentes de peccatis preteritis et absti-
nentes a futuris. salvati sunt. Qui vero noluerunt credere dampnati
sunt ipso dicente Johannis xv. Si non venissem et locutus eis non
fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusacionem non habent de peccato
suo. hic [illegible] dicitur Marci ultimo. Qui crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit. Qui vero non crediderit condempnabitur. Apostoli quoque predicantes
facti sunt quibusdam odor vite in vitam, quibusdam odor mortis
in mortem. ii. Cor. ii. Similiter est et modo. Verbi gratia predicat angelus
Non concupisces uxorem proximi tui et cetera. Hoc audit hoc
quilibet hominum et videtur esse ei durum. ut vox eius audire
[illegible] et perit vox illius faciens quod habet videre. hoc itaque quod
illi prodesse poterat ad salutem si voluisset ei credere. vertitur illi
in dampnacionem. Similiter et quilibet Judeus vel paganus audit angelum
dicentem. qui non credit iam iudicatus est. audit ille. sed contempsit
credere. Ideo quia vulneratus est ex ipsius divina predicacione. in qua
eum dampnatus asseritur. Cum ergo iste plage sint ab ipso mundi
principio ut dictum est. Quid est quod Johannes angelos se vidisse
dicit habentes .x. plagas novissimas. Et ad hoc respondet dicens. Et hoc dicit
ideo. quia videlicet tunc maior erit dampnacio infidelitatis reproborum. tunc
predicantibus Enoch et Helia pauci eos audient. Multi vero infide-
litatem sequentes adherebunt antichristo. Unde subiungit. Quia in eis con-
summata est .i. consummabitur ira dei .i. vindicta. Ut expositum est supra
Statim enim post ultimam eorum predicacionem veniet Christus ad iudicium
cum maiestate et dampnabuntur miseri pro sua infidelitate et animi pertina-
cia quia reliquerunt Christum et adheserunt antichristo et insuper dei famulos occi-
derunt. Et hoc est verbum terribile nimis. De quo dicitur .i. Regum iii.
Ego facio verbum in Israel quod qui audierit tinnient aures eius. Quis
enim non stupeat cum de die iudicii et penis reproborum cogitat.
De quo dicitur ii. Petri iii°. Celi qui nunc sunt et terra. eodem verbo repositi sunt
igni. reservati in igne iudicii et perdicionis impiorum hominum. hoc
erit verbum [illegible]. De quo Mathei xxv. Ite maledicti in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius. Sed et cruciatissimus doloribus
qui animas illigabunt spiritibus .i. involucionibus inseparabilibus. Super
quo loquitur Eusebius [illegible] quendam [illegible] qui [illegible] ab eo

de causa sue peregrinacionis ita reddit, pergebam ad legem ediscendam cum
quodam meo comitante et ecce serpens magnitudinis superbe duobus
attolens squamosa colla capitibus sinuosis flexibus obrepebat et
nos deambulantes aspexit et scintillans oculis linguis assultans
ora exacuens in nos impetum fecit et socius meus vibrato secum
unum caput abscidit et mox frameam ex eius manibus
excidit. porro serpens in furorem implacabilem efferatus in
sublime se erigit quod solum remanserat caput extulit actorem serpens
sui vulneris morsibus apprehendit quem mox ut invasit
spumosis eum spiris implicuit et involuit totumque hominem
suis viribus reddens in subterranee specus latebras apportavit
sed tunc frater ille quod solum poterat me flagitabat in me cla:
morosas ingeminabat voces ut ille ipse esset promptus adiutor auxilium
vel securim quam in meis erat manibus porrigere festinarem. Ego autem
infelix et degener viribus flammis obnoxius et ipse mitto a ser:
pentibus devorandus ne ut homicide contremui. et cum manibus esset
aggrediens cum dignitate non pedibus fugiam patriam meam quod a sacerdotibus
iniunctum hoc in exilium patior. meque ut severa mortibus illius
actorem defleo compellor. Et subdit idem doctor. Hec nimirum gemende
calamitatis historia ita totum cor meum tremefecit et con:
cussit ut immensam cordis mei formidine ut stilo fide valeam
ut sermone proferre. Aduertite in speciem. Ecce homo et bestia duo pit
in spelunca non mediator intervenit non ereptor accedit. Frenum
sane cor pietas non emollit. Postquam tum rabide voracitati hic
scelus supradictum et illate contumelie eius ultro concesse Queso quis meus
miseri tunc hominis esse poterat. tum preda factus esset hostis. nescio mi:
seri tum evadendi nulla spes superesset. sed potius tum truculentis dentibus
in escam redditus ferinam porro ingluviem satiaret. Et subdit. hec
formidolosi casus specie ut mea sepe mente depingo. mox quod dra:
conis illius totius crudelitatis auctorem quod rapiat ut devoret
animas considerans pro certo illum senem vetustum serpentem quem propheta
contribulat. Ne quando rapiat ut leo animam meam dum non est qui
redimat neque qui salvum faciat. hec ille. Cap. xxvi. Proinde tenentes
apparentes pavore illis constabant. et ignis quidem nulla vis poterat
illis lumen prebere. xviii. Decimus et tenebre flagellum scilicet
et ignis. Demonis aspectus scelerum conspiciolatus. Tercia
visionis divine privacio. gloria ardor gehenne. frigus intolerabile
caligo et tenebre. fetor inestimabilis de cadaveribus eorum descendens
ascendens Apocalypsis xv. et horror demonum. Et forte iste sunt vii plage.
Et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne. et eos qui vicerunt
bestiam et ymaginem eius et numerum nominis eius stantes super
mare vitreum habentes cytharas dei et cantantes canticum moysi
servi dei et canticum agni. dicentes magna et mirabilia opera tua do:
mine deus omnipotens. iuste et vere vie tue rex seculorum. quis
non timebit te domine. et magnificabit nomen tuum. quia solus pius
es quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo
quoniam iudicia tua manifesta sunt etc. Glossa post principium hanc exposi
in quo posita visionis in generali descripcione scilicet visione vii angelorum ha:
bentium septem plagas nominatas quibus reprobi puniuntur sed non
electi. Subdit sanctorum congratulacionem et glorificacionem de istarum
plagarum liberacione et qui per graciam baptismale electi dei scilicet

Opera dei a spera
circuli non recedens
ad usque punctum. sed in
et duobus speciebus
et fundi in humani

Vbi primo ponitur mare vitrei significat baptismum primo · 2º prophetas
sanctorum descripcio et eorum congratulacio, ibi, et eos qui vicerunt be
stiam vel ymaginem eius ... ibi dicitur mare et baptismus autem
qui est tamquam liberator ab hiis plagis 1º describitur ab effectu remissionis
peccatorum in hoc quod dicitur et vidi tamquam mare 2º a puritate baptisa
torum in hoc quod additur vitreum 3º a gratia spiritussancti a quo est
utrumque illorum cum additur mixtum igne Dicit ergo et vidi in
spiritu revelante intellexi tamquam mare vitreum id est baptismum qui per mare
designatur rubrum, i ad Cor x patres nostri omnes sub nube fuerunt
et omnes mare transierunt et omnes baptisati sunt in nube et mari
Vitreum dicitur propter puritatem fidei que confertur et manifestatur in baptismo
dum baptisatus confitetur se credere in deum patrem et filium et spiritumsanctum
Corde enim creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem
ad Rom x 6) ipsum mare vitreum mixtum est igne et per hoc
coagulatum est In igne autem spiritussanctus intelligitur sine passione nostri
redemptoris, per graciam enim spiritussancti baptisantur fideles in memo-
riam domince passionis Vnde baptista Iohannes dicit coram nostro re-
demptore dicit Ipse vos baptisabit in spiritu sancto et igne Math 3
et apostolus ad Ro vi Quotquot baptisati sumus in Christo Ihesu in
morte ipsius baptisati sumus, Coagulatur ergo mare vitreum igne quia
per virtutem spiritussancti firmantur fideles ne fluctuent, aut ullis tempesta-
tionum procellis in nolluntate comitantur Per mare ergo figura baptismi
Nam sicut in mari rubro submersi sunt egipcii sic in baptismo
fit submersio et destructio sive remissio peccati, et efficiuntur anime
pure et lucide ad lucem id est gracie vel divine cognitionis receptive
Quod notatur in vitro quod est lucidum et lucis solaris receptivum
et per mixtum igni quia in eo confertur gracia spiritussancti Vnde
Richardus Mare per amaritudinem peccatorum remissionem vitreum
per sinceram et puram et lucidam fidei claritatem mixtum igni
per quod significatur collacio gracie spiritussancti Nam sicut autem in vitro
quod radiis solaribus transeunt sine lesione, caracteris impressio designatur
Est enim caracter quedam dispositio anime, mediante qua fit anima forma divine
gracie Vel est entitas indelebilis quam consequitur homo suscipiens
sacramentum ecce quod non licet iterare Et ponitur ideo caracter
vt deo conformemur, Christo configuremur, fidelibus assimilemur, ab in-
fidelibus distinguimur et recipiemur ad usum virtuosorum actuum
disponimur et ut mediante eos ad graciam disponimur et parvere
disponit et ad graciam assimilat fideli fidelem baptisato bapti
satum et distinguit fidelem ab infideli et baptisatum a non bapti
sato et solum imprimitur in baptismo fluminis non autem flaminis et san-
guinis Et damnus li° 4º c 1º enumerat novem effectus baptismi
que tamen brevitatis causa obmitto potuit autem esse quod Vitulus Ioseph videt
vas vitreum admodum lateris ad futurum baptismum Sic ergo
per mare fit baptismus quia lavat ab immundicia culpe per vitreum
quia illuminat ab obscuritatibus ignorantie, et per mixtum igni quia
restringit a fluxibilitatibus concupiscentie Baptismus ergo dicitur mare quia ibi
peccata diluuntur Vitreum quia fides et alie virtutes theologice ha-
bitualiter infunduntur licet non actualiter et caracter imprimitur Mixtum igne
id est coagulatum et roboratum spiritussancti calore qui datur in baptismo ad
confirmandum et consolidandum corda hominum baptisatorum Supra 4º et in
conspectu sedis tamquam mare vitreum et ibi dicuntur hec plura Vel aliter
per mare potest significari gracia vel vita penalis Trenorum 2º Magna
velut mare contritio tua Vel scriptura celestis Ezech 1 et 2i visio

maris. Ubi Gregorius omel. vi. Eloquia sacra visionum maris similia
narratur quia in eis sunt volumina sententiarum et tumuli sensuum. Ysaie xi
Repleta est terra scientia domini sicut aque maris operientes. Vel mare
dicitur doctrina salutaris evangelii. Sic ait Ambrosius exameron
omel. vii. ubi multum loquitur de proprietatibus maris. Mathei xiii [illegible]
[illegible] rethe in mare. Et quodlibet misterium potest dici vitreum iuxta
Gregorium 18 moralium super illud Job 28 Non comparabitur
ei vitrum. Quia in vitro quamlibet liquor qualis cernitur interius talis
exterius dinoscatur etc. Et subditur 2um scilicet confirmationis sanctorum describit
per fidei stabilitatem cum dicitur Et eos vicerunt quia fide eum vincunt
trino mundus et dyabolus scilicet omnia delectabilia mundi et suggestiones
carnis et dyaboli divitie delicie et honores. Hebr. xi Fide Moyses
grandis factus negavit se esse filium pharaonis filie. Hoc quantum ad ho-
nores. maiores divitias existimans thesauro egiptiorum improperium Christi.
Hoc quantum ad divitias. magis eligens affligi cum populo dei. Hoc quantum
ad delicias. Et post describuntur sancti a victoria mali impugnantis
2o ab operatione boni delectantis ubi stantes super mare. Dicit ergo
Et scilicet vidi eos qui vicerunt scilicet per fidem bestiam i. antichristum. vel dyabolum
nolentes eius credere miraculis ut flecti promissis ut terreri minis
Et imaginem eius scilicet similiter vicerunt i. conformitatem imitationis
eius scilicet nolentes eius vite conformari. Vel imaginem vocat statuam
antichristi quam electi non adorabunt. Vel forte ymaginem bestie vocat
principes et predicatores antichristi qui se ei per omnia conformabunt. quos
sancti similiter vincent nullatenus eis acquiescentes. ut allecti divitiis
ut affecti deliciis. ut seducti blandiciis. ut territi minationibus. nec
fracti verberibus. Hec omnia sancti vincent per fidem. Hebr. xi Sancti
per fidem vicerunt regna etc. Augustinus Omnem veram habens fidem. nec querit
in hiis miseriis divites fieri. Et numerum nominis eius. scilicet vicerunt similiter
i. vincent signum fidei eius. quia licet per nomen quod sibi imponet antichristus
velit exaltari et videri deus. tamen ipsi per illud nomen cognoscent
eum purum hominem esse. propter quod eum imitari non imitabuntur ut ei creda-
nt. Et de hoc dictum est supra xiii. Consequenter in 3a sancti describuntur
ab operatione boni delectantes. Et primo quod servaverunt munditiam bapti-
smalem. 2o quod mortificaverunt carnem. ubi habentes cytharas dei. 3o
quod veritatis testimonium predicaverunt veritatem. ubi cantantes canticum etc.
Dicit ergo stantes scilicet vidi eos qui vicerant bestiam super mare
vitreum i. super baptismum. hoc est. numquam recederent a gratia baptismali
sed in ea perseveraverunt per rectam intentionem. nulla [illegible] impulsione
a sua fide moti. Ait Richardus. Et Haymo. stant super mare vitreum
qui hoc quod promiserunt in baptismo tenent et gratiam baptismi illiba-
tam custodiunt. abstinentes se ab omnibus inquinamentis (?) criminibus
de quibus dictum est supra xiiii. hii sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati. Virgines enim sunt i. munde (?) et mundi. Vel per mare
potest intelligi mundus. Unde stantes super mare i. super mundum sunt scilicet
contempnendo et conculcando. Unde Mathei xiiii Venit ihesus ad discipulos
ambulans super mare scilicet docens mundum conculcare. Iohannes xvi Con-
fidite quia ego vici mundum. i. ipsum conculcando. Vel per mare significatur
tribulatio amara. Unde stantes super mare i. superantes perseverantia
tribulationum et temptationum amaritudines. circa multitudinem non
fracti non incurvati. 2 Cor. 4 In omnibus tribulationem patimur
sed non angustiamur. Vel per mare significatur infernus qui [illegible] multimodis
amaritudinibus penarum eius. Eccles. primo omnia flumina intrant mare
quia omnes peccatores fluidi per peccatum descendunt in infernum. Ps. [illegible]

montes

vel simplices. In cor. v. in profundum maris vel inferni. Super hoc mare stat sancti
considerantes penas inferni et fugientes ab eis, quia non potest vitari nisi
inferni perogitatum. Similiter ut desiderari bonum. Propter quod dicat sponsa Cant.
viii. pro me ad vincere mare et ad collem libani, quia dicat: siqui
cogitabo de amaritudine penarum inferni, aliquod de dulcedine paradisi
penas illas possim dicere et istas desiderare et adipisci. Con-
veniens autem per mare designatur infernus propter eius profunditatem la-
titudinem et longitudinem. Et quia multas habet aquas amaras. Et dicitur
hoc mare vitreum. hoc est stabile non defluens, quia amaritudo penarum
que ibi est deficit. Et in gaudium convertitur. Proverb. xiiii. Cor quod novit
amaritudinem anime sue, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Math. v.
Beati qui lugent quoniam consolabuntur. Item dicitur vitreum, vel propter
transparentiam, vel quia sancti ibi videbunt penas reproborum. Unde Isa.
Isaie ultimo. Egredientur et videant cadavera mortuorum eorum
qui prevaricati sunt in me. Vel quia ipsi reprobi semper videbunt cau-
sam amaritudinis sue scilicet peccata. Petrus quod ante eos ...
consciencia accusans eos et condempnans quia per tam modica delectacione
tantam penam incurrerunt et tantam gloriam perdiderunt. Luce xvi.
Fili recordare quia recepisti bona in vita tua scilicet brevissima et La-
zarus similiter mala. Ecce transparentia cause. Nunc vero hic consola-
tur, tu vero cruciaris. Ecce transparentia pene. Sequitur habentes cytharas
dei. Per cytharam in hac visione est lignum quod siccat ... Sunt
et corde distente, que sunt membra sanctorum distenta per penitenciam ad
... imitacionem. Iuxta illud ad Gal. v. Qui Christi sunt carnem suam crucifi-
xerunt cum viciis et concupiscenciis. Et est sensus: habentes cytharas, id est car-
nis mortificacionem, dei, id est secundum mandatum dei et exemplum Christi qui propter nos
mortificavit carnem suam vigilando ieiunando et adversum propriam
voluntatem moriendo. Vel dei, id est propter deum assumptam. Vel ... hoc est
donum dei. Hug. de. Unde super xiiii. Scriptum est quod sancti citharizabant
in citharis suis. Quare dicuntur habentes cytharas dei? Dicendum quod cithare
sunt sanctorum quia carnem suam crucifixerunt et citharizant in citharis
suis. Sunt etiam dei, quia per implent in seipsis que desunt passioni
dei. Col. i. Adimpleo in corpore meo ea que desunt passionum Christi.
Glo. de passionibus quas ego sustineo sunt, id est quas quod nos sustinuimus
in seipso, quod patitur membrum attribuitur capiti. Sive ... dicuntur, quia
carnem mortificant dei vero quia hoc faciunt ad honorem dei. Vel quia
Christus patitur in eis. Et est notabile quod pluraliter dicit cithara, quia plu-
ribus modis fit mortificacio carnis scilicet ieiuniis oracionibus et vigiliis.
Unde Ieronimus: Non sanat oculum quod sanat calcaneum. Ieiunio sa-
natur pestes corporis, oracione pestes mentis. De vigilia dicitur Eccli. 31.
Vigilia honestatis tabefaciet carnes. De disciplinis et ieiuniis
Eccli. 33. Cibaria et virga et onus asino, panis et disciplina et opus
servo, id est corpori. Panis ne deficiat, cibus ne lasciviat, opus ut ...
tuat. Item meditacionibus. Eccli. xii. Frequens meditacio carnis est afflic-
cio. Ieronimus: Ama studium scripturarum et vicia carnis non amabis.
Item operibus et laboribus assiduis. Eccli. 33. Iugum et lora curvant
collum et servum inclinant operaciones assidue. Per hec et similia casti-
gabat apostolus corpus suum. Unde dicit i. Cor. ix. Castigo corpus meum
et in servitutem redigo, ne forte aliis predicando ipse reprobus efficiar.
Ad hoc autem quod cytharea bene sonet, oportet quod omnis corde per ordinem tangatur,
sic ad hoc quod valeat premia sine mortificacio carnis. Oportet quod omnia membra
carnis que peccaverunt puniantur. Iuxta illud Sapie. xi. Per que quis
peccat per hec et torquetur. Unde dicit apostolus ad Ro. vi. Sicut exhibuistis

membra vestra servire immunditie et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitie in sanctificationem. Ysaye xxiij Sume citharam circui civitatem etc. De hoc dictum est diffusius supra xiiij° super illo verbo Et citharedorum citharizantium in citharis suis. Item pluraliter dicit citharas, quia plures sunt quasi cithare quas deberent habere predicatores si volunt effectualiter et utiliter citharizare id est predicare. Prima est mortificatio carnis. Ecclesiastici 39 Confitemini domino in voce labiorum vestrorum in canticis et citharis id est in confessione orationis et carnis mortificatione. Hec autem habet tot cordas quot peccata commisit vel quot membris peccavit. Secunda est compassio cordis. Ysaye 16 Venter meus ad moab id est ad peccatores quasi cithara sonabit. Et hec habet tot cordas quot sunt miserie proximorum. Tercia est predicatio oris. Ysaye 24 Conticuit dulcedo cithare. Job 29 Versa est in luctum cithara mea. Et hec habet .iiij. cordas, quia quadruplex est modus predicandi scilicet historicus allegoricus tropologicus et anagogicus. Et hec reddit altissimum sonum quia est de celestibus et divinis. Quarta est obedientia et passio quibus habuit corpus in cruce et cordis lineis extensum fuit. Ysaye xxx In citharis et timpanis et in bellis precipuis expugnabunt eos. Hoc figuratum est i Regum xvi ubi dicitur quod david arripiebat citharam et malus spiritus recedebat a Saul. Et sequitur Et cantantes canticum moysi servi dei et canticum agni scilicet per utriusque testamenti professionem et pro collatis beneficiis gratiarum actionem. Unde quia sancti sunt stantes super mare id est puritatem vite. Habentes citharas ideo concupiscentiarum domatum. Et ideo cantantes canticum id est in laudibus dei resonatum. Et canticum moysi servi dei id est tum gaudio predicantes et opere adimpletes precepta veteris testamenti. Et canticum agni id est precepta novi testamenti. Beda utriusque testamenti concordia virtute predicant, ubi non solum vocibus sed etiam intelligitur bonum effectus operis. Psalmo Confitemini domino in cithara et in psalterio decem cordarum psallite illi Cantate ei canticum novum. Sciendum quod per abstinentiam corporis servituti subicitur spiritus expeditur. Vita producitur et dyabolus superatur. Nisi enim abstinentia corporis servituti subiceret aptius non diceret omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet. i Cor x. Est enim continuus agon inter carnem et spiritum. Sed subicitur caro per abstinentiae exercitium. Spiritus etiam expeditur dum ad excolendas actiones spirituales liberior exhibetur. 2 Pet primo ministrate in scientia abstinentiam in abstinentia patientiam. Qui enim a voluptatibus carnis abstinet promptum ad agendum et patiendum et ad perseverandum in utroque liberiore exhibet. Tercio vita per abstinentiam producitur quia Ecclesiastici 38 propter crapulam multi perierunt qui autem abstinens est adiciet vitam. Multi enim ex nimia gulositate marcescunt et per medicinalem vomitum turpius egerunt quod turpiter ingesserunt. Galienus enim fidelissimus ypocratis interpres teste Iohannicio refert. Athletas quorum vita et ars saginatio est diu vivere et sanos esse non posse. Animas quoque eorum nimio sanguine et adipibus quasi luto involutas nil tenue nil celeste sapere. Sed semper de carnibus et ingluvie cogitare. Testimonio igitur ypocratis Crassa et obesa corpora mutam habent cerebrum sanguinis detractione et alios attenuationis modos. Alioquin paralisi podagra et aliis morbis pestilentibus exemplum Idem Galienus post dicit deceat vite medicinalis auxilium. Legitur abstinentiam indixisse, ut sinale deinde infirmari quam frequenter abstineat. Et regularem diete modestiorem observet. Legimus quosdam morbo podogrico laborantes et arteticari prosperam bonorum et simpliciore mensa membrorum officio restitutos

Refert pompeius trogus quod dyonisius ille thirannus sicilie dionysi
dum gule et edacitati vacaret lumine oculorum perdidit. Nec mirum
gula comparatur oculos quam ingluvies veteris ut ait postumianus. Edaci-
tas cibos texit [?] et oculos necat. Quod ludovicus silla lepidus iul-
ius et alii plerique leguntur tulisse leges cibarias quas aulus gellius cen-
soriis sumptuarias vocat in quibus vivendi modus et sufficien-
tia [?] ... Nam quamvis epularum sumunt per usum necessitatis
non est debitum nec in victu voluptate. Sumptuariis legibus
se paulus allegavit cum dicebat habentes alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. Quarto dyalogi pro abstinentiam suscipiatur et que adversus
animam desideria suscitantur. 1 petri 2° Obsecro vos tanquam advenas
et peregrinos abstinere a carnalibus desideriis que militant adversus animam.
Unde gregorius 30 moralium Nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit
qui non in semetipso prius per afflictam carnis concupiscentiam carnis
incentiva devicerit. Neque enim ad conflictum spiritualis agonis assurgi-
tur si non prius intra nosmetipsos hostis positus gule videlicet appetitus edoma-
tur. Si non ea que sunt nobis viciniora prosternimus minime ad ea
que longius sunt nequaquam tendimus. Incassum namque contra exteriores
inimicos in campo bellum geritur si intra ipsa urbis menia civis
insidians habetur. Acies quoque ipsa certaminis sub conspectu confusionis dedecore a
spiritualis certaminis congressione expellitur cum inferius in carnis prelio
gule gladiis confossa superatur. Nam cum se prius vicium [?] conspexerit [?]
confligere maioribus erubescit. Et subdit Nonnulli certaminis ordi-
nem ignorantes edomare gulam negligunt et ad spiritualia bella consurgunt
qui aliquando multa etiam que magne sunt fortitudinis faciunt. Sed dominante
gule vicio per carnis illecebram omne quod fortiter egerunt perdunt. Et
dum venter non restringitur per carnis concupiscentiam simul cuncte virtutes
obruuntur. Unde et nabuchodonosor vincitur. 4 regum 25 princeps cocorum destruxit
muros ierusalem Quia cocorum princeps nisi venter arripitur cum diligencia
cura a conditionibus finitur [?]. Muros quoque ierusalem princeps cocorum destruit
quia virtutes anime dum non restringitur venter perdit. Hinc est quod paulus
principi cocorum contra menia ierusalem destinati vires subtrahebat cum dicebat
Castigo corpus meum etc. Et premisit dicens Sic pugno non quasi aerem verberans.
Quia cum carnis restringimus quibus illecebris nostre continentie non aerem sed inimi-
cos spiritus verberamus et cum hoc quod est intra nos subicimus extra positos
adversarios facilius superamus. Et idem gregorius 21 moralium tractans illud
Iob Versa est in luctum cithara mea et organum meum in vocem flencium
dicit Per organum quod fistulas et cithara quod cordas sonat, per cytharam
recta operatio, per organum sancta predicatio designatur. Per fistulas quippe
ora predicantium per cordas vero cithare intencionem recte viventium non
inconvenienter accipimus que dum ad victum aliquem pro afflictione carnis
tenditur quasi extenuata corda in cithara pro intencionem rectam sonat. Sic
enim corda ut congruum in cithara cantum reddat quia et sancti viri ca-
stigant corpus suum et firmiter subiciunt atque ab infimis ad superiora
tendunt. Et subdit Pensandum quoque quod corda in cithara si nimis tenditur
non sonat si amplius laxatur sonat. Quia nimirum virtus abstinencie aut
omnino nulla est si tantum quisque corpus non edomat quantum valet aut
valde inordinata est si corpus atterit plus quam valet. Per abstinenciam
quippe carnis vicia sunt extinguenda non caro. Et tanto se quisque
debet moderamine regere ut et ad culpam caro non superbiat et tamen
ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Et extiterat de paulo
quod nullus arte magisterii fidelium animas velut in cithara cordas tensas
alias amplius tendendo extenuabat alias autem a tensione sua la-
xando conservabat. Aliis namque dicit non in comessationibus et ebrietatibus Et ad Ro[manos]

Et col. 3 Mortificate membra vestra que sunt super terram. Et tamen predicatori
carissimo scribit dicens. Noli adhuc aquam bibere sed modico vino utere
propter stomachum tuum et frequentes infirmitates tuas. Qui ergo cordas
extenuando tendit, ne non tense omnino non sonent, hanc vero a tensione
temperat, ne dum plus tendit minus sonet. Sunt ibi dicentes
magna etc. Cui mistice apposita est maris vitrei figurante baptismum
dest[...] et sanctorum profectus et congratulacionis. Hic quidem subditur cantici
inclitum specificatio. Et dum in duo primo respondet operum pro qualibus deo est
glorificandus specificatio. 2º debitum afferunt in 4 honoribus insinuatis
ibi Quis non timebit te etc. Quod primo ponit magnificatio operum creacionis
2º recreacionis sine iustificationis ubi iuste et vere sunt vie tue. Quantum
ad primum dicit ista cantabant sancti canticum moysi et agni dicentes
Magna et mirabilia sunt opera tua. Magna scilicet in prima creatione mirabilia
in recreatione. Vel sic magna in se, mirabilia nobis. Vel magna tam
quantitate quam discretione, mirabilia specie et qualitate. Domine per
excellenciam, deus per naturam, omnipotens per potenciam. Sic distinguit
Richardus. Unde hugo. Utriusque testamenti pagina nobis hec duo vere te:
stantur quod magna et mirabilia sunt opera dei omnipotentis. Moyses hec
narrat quod deus fecit celum et terram et omnia que in eis sunt. Et
spiritus domini ferebatur super aquas. Quod ipse videret ardere rubum et rubus non
comburebatur. Virgam ipse dicit conversam in serpentem, aquas egipti mutatas
in sanguinem. Egiptum decem plagis percussum. Mare ad ingressum
filiorum israel divisum. Deinde aquas amarissimas immissione ligni
dulcoratas. Sicienti populo aquam de petra productam. Et multa
hiis similia que in moysi cantico, hoc est in veteri testamento co:
memorantur. In cantico quoque agni, hoc est in novo testamento, narrantur
similiter magna et mirabilia opera dei omnipotentis. Quis enim explicare va:
leat quam magnum sit opus quod deus est homo factus, quod ille qui cibus est
omnium lacte mulieris nutritur, ne fame moreretur. Qui quoque celum
et terram implet, intra corpus unius virginis concluditur. Quis hec et hiis
similia dicere sufficit et quod pedare. Quod tamen hec omnia divina pietas pa:
titur, cum quod mortuos suscitaret, infirmos sanaret. Ad ultimum
quod precipue mirandum factum est, sed vita moritur, virtus infirmatur,
et hiis similia multa sustinuit. Donec post triumphum resurrectionis
est super omnia exaltatus. Hec itaque opera sancti angeli et omnes predi:
catores cantant, et suis auditoribus narrant. Ut et nos et si non digne
tamen pro modulo nostro devinus agere dicentes Magna et mirabilia opera tua do:
mine deus omnipotens. Qui tu cum esses verus in principio manens apud patrem, novo
ordine indutus es hominem, mortuus es pro nobis, mirabiliter suscitatus,
super celos elevatus, iterum ad iudicium venturus. Job 40. Deprecabor do:
minum et ad deum ponam eloquium, qui facit magna et inscrutabilia et mi:
rabilia absque numero. Super quo Gregorius libro 9º memorat. Et quis omnipotentis
dei mirabilia perscrutari sufficiat. Qui cuncta creavit ex nichilo, qui ipsam
mundi fabricam mire potencie virtute disposuit. Et super aera celum
suspendit, et super abyssum librat, qui ex rebus visibilibus ac in:
visibilibus cuncta hec universitatis consistit, qui hominem fecit ut ita dixe:
rim in brevi colliges mundum alterum sed rationale, qui hunc ex anima
et carne constitues, investigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum et
lutum. Ex hiis itaque aliud novimus, aliud sumus. Sed tamen mirari
negligimus, quia ea que incomprehensibili indagatione mira sunt, hu:
manis oculis viluerunt. Unde fit ut si mortuus homo suscitetur
in admirationem omnes prosiliant. Et cum antea homo non erat, nascitur
et nemo miratur. Dum procul dubio omnibus constet quod plus sit creare

quod non erat sed reparet quod erat. Ecce arida virga aaron floruit cuncti
mirati sunt. et quotidie ex arenti terra arbor producitur. virtus que
pulveris in lignum vertitur et nemo miratur. Ecce quinque panibus quinque
milia hominum saciatis crevisse escas cuncti videntes mirati sunt. quo-
tidie sparsa grana semium fructuum plenitudine multiplicantur. et
nemo miratur. aquam semel in vinum mutatam videntes cuncti
mirati sunt. quotidie humor terre in radice vitis attractus
per botrum in vinum vertitur et nemo miratur. Mira itaque sunt omnia
que mirari homines negligunt. quia ad considerandum usu torpescunt. hec ille.
Patet igitur ex hiis verbis magnificatio dei in se et quantum ad opera creatoris.
Deinde subditur magnificatio operum creatoris sive iustificatio. cum
dicit Iuste et vere sunt vie tue id est opera tua ut mandata ut be-
neficia vel flagella ut instituciones per quas nos ad te venimus
et tu ad nos venis iuste iudicem. quia das unicuique pro merito su-
o sive gloriam sive penam. Quia tu reddes unicuique secundum opera sua.
Et vere quia producunt quos promittunt Rex seculorum id est rector omnium
que in seculis sunt vel fuerunt. vel id est ordinator et gubernator omnium
rerum. Sicut habemus legimus in Genesi. quod deus omnipotens ab omni
genere humano recessit. quod cum aquis diluvii delevisset adhesit noe
et filiis eius. quia inventi sunt iusti. Deinde in superbiam elevati
progeniti multiplicati sunt. voluerunt contra deum edificare turrim. ibi quoque
omnes gentes recesserunt a dei cultu. propter abraham et progeniem eius
relinquit ergo eos omnipotens deus et adhesit abrahe et semini eius
quod eum longo tempore coluerunt. Cum progeniti dei filius venit ad eos
negaverunt eum dicentes. huic nescimus unde sit et demonium habet. Unde
et eum morti tradiderunt. Recessit ab eis et transivit ad gentes. Iuste vie
dei omnipotentis iuste sunt et vere. quia per iustum est apud deum omnipo-
tentem ut qui illi adherent per fidem et dilectionem. cum eis maneat
Qui autem ab eo recedunt. eos elongat. Vias ergo dei debemus
intelligere. actiones eius que iuste sunt. quia deus iniuste nichil agere
potest. Nam quod dominus dampnat. quos misericorditer liberat. in hiis misericors
In hiis autem iustus iudex esse demonstratur. Et ut hoc manifestius fiat
ponamus oculis duos peccatores. audiunt ambo divina precepta. illi
et premia iustorum. et supplicia reproborum continetur. quorum unus per dei
misericordiam compungitur. agit penitenciam et salvatur. alter in suis sceleribus perse-
verans dampnatur iusto dei iudicio propter peccata sua. Iuste itaque vie dei
id est actiones. iuste sunt et vere. quia deus iustus est iudex. et in uno
misericors. In altero autem eius apparet iusticia. Nisi enim reprobos
dampnaret. iniquitas ei quod absit placere videretur. Quomobrem qui
presumunt blandiendo de misericordia videat certe quam iustus iudex est
et dicat cum propheta misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Quamvis
autem iusta sint divina iudicia. quia tamen sunt inscrutabilia. Ideo
dicitur Gregorius xxiv moralium exponens illud Iob xxxiv Ipso concedente pacem
quis est qui condempnet. et ex quo absconderit vultum suum. quis est qui
contempletur eum. Et super gentem et super homines dicit Nemo discu-
tiat. cur stante iudicio preterito dudum in infidelitate gentilitas ia-
cuit. et cur ad fidem gentilitas surrexit. iudicium preteritum. infidelitatis
culpa prostravit. Nemo discuciat. cur alius trahatur ex dono alius
repellatur ex merito. Cum enim gentilitatem miserans assumpta ipso conce-
dente pacem. quis est qui condempnet. Cum iudeam obstupescit perditum
ex quo absconderit vultum suum. quis est qui contempletur eum. Itaque ipse luc-
sumus et occulte virtutis. satisfactio fit aperte rationibus. Unde Salvator
Mathei xi cum de huius rei tamen loqueretur dicit Confiteor tibi pater domine

celi et terre, quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater quia sic placitum fuit ante te. Quandam absconsionem tam revelatam adiungens ait Ita pater quia sic placitum fuit ante te. Quibus nimirum verbis, exemplo humilitatis accipimus, ne temere discutere superna consilia de aliorum vocatione, aliorum vero repulsione presumamus. Cum enim intulisset utrumque, non mox rationem reddidit, sed sic placitum esse domino dixit, hoc videlicet ostendens, quia iniustum esse non potest quod placuit iusto. Unde et in vinea laboratoribus mercedem reddens, cum quosdam operarios inequales in opere requireret in premio, et plus in mercede querentes quam amplius labori insudassent, ait Mathei xx. Nonne ex denario convenisti mecum, volo autem huic novissimo dare sicut et tibi, an non licet michi facere quod volo. In cunctis ergo que exterius a deo disponuntur apta causa rationis occulte est iusticia voluntatis. Et quia sic minima sicut maxima, sic singula decernit sicut cuncta. Quod subiungitur libri Job xxxiiij. Et super gentem et super homines. Ac si aperte admoneamur intendere, quia hoc iudicium quod super unam gentem distribuitur, etiam super omnes invisibili examinatione celebratur, ut alius repellatur, alius eligatur occulte, sed nullus iniuste. Nam iuste et vere sunt vie tue. Hoc ergo quod in maximis fieri cernimus, etiam in nobis singulis caute timeamus, sicut quod subditur in Apocalypsi: Quis non timebit te domine. Sic enim intenduntur divina iudicia super unam animam sicut super unam urbem, sicut super unam urbem sicut super unam gentem, sicut super unam gentem, sicut super universam generis humani multitudinem, quia sic intendit domino singulis ac si vacet a cunctis, et sic simul intendit omnibus ac si vacet a singulis. Quia ita omnia administrando implet, regit implendo, ut universo desit cum disponit unum, uni desit cum disponit universum. Sicut quod in Apocalypsi dicitur: Rex seculorum, quia scilicet hec cuncta nature sue potentia gerens continet. Sed aut de bestia contemplantes in laudibus domini dicunt: Iuste et vere vie tue rex seculorum. Ac si dicunt secundum Gregorium: Et cum gentes quibus vita irrogari debuerat ad viam reducis, neque sic iniustus esse desistis, et cum iudeos quibus per legis observantiam ut tenerent datur confirmas, iratus repellis, nullatenus equitatem amittis. Propheta David: Tam dicitur Tobie iij. Omnes vie tue misericordia et veritas. Et in psalmo: Misericordia et veritas precedent faciem tuam. Et iterum: Universe vie domini misericordia et veritas. Sed ergo vie dei misericordes et vere. Quid hic Bernardus Anshelmus prosologion c. x. dicit: Cum punis iustum est, quia eorum convenit meritis, et cum parcis iustum est, non quia illorum meritis convenit, sed quia bonitati tue condecens est. Parcendo malis iustus es secundum te et non secundum nos, sicut misericors es, non secundum te sed secundum nos salvando. Hec ille. Iusticia ergo ut dicitur cooperatur diuine potentie sive maiestatis et similiter misericordia, que coniunguntur pro certis quo ad deum. Vel potest dici iusticia retributio secundum exigentiam meriti, et misericordia condonatio sive remissio peccati et continua collatio boni. Et hoc modo distinguuntur quo ad nos, videlicet ex dictis. Ex quibus sciri potest quia divine beneficentie proprie convenit virtus iusticie distributive, quia cum unumque distribuenda pluribus sic distribuunt, quod unicuique tribuunt secundum proportionem sue capacitatis et exigentie. Illi proprie convenit virtus iusticie distributive. Deus tam in naturalibus quam in moralibus distribuenda creaturis sic distribuit, quod unicuique tribuit secundum proportionem sue capacitatis et exigentie, prout fide tenemus. Et hoc ex illo dicto Salvatoris Mathei xxv: Dedit unicuique talenta secundum propriam virtutem et cetera. In alii phorum hoc concedunt, idem te. Ad r[...]. Ratio vero iusticie distributive consistit in observantia equalitatis inter proportionem recipientium

vy no ozt q iustus distributor omnibus quibus tenuit equalit tribuat de premio vel de pena / s ut quilibet recipiat iuxta ordinem sui meriti vel demeriti / et in hoc consistit equalitas proporcionis que est de racione iusticie distributive. Secundo sequitur q est iusticia comutativa hominis non habet / tamen vestigium habet divine bonitatis / patet q quicumque recipit aliquid ab aliquo et rem duriorem recte reddit equivalens / vel pulcriorem non minus valens / ille videtur esse iustus iusticia comutativa / quam alio nomine vocat aristoteles 5to ethicorum iusticiam directivam / eo q ista iusticia dirigit recipientem et reddentem / ut in suis comutacionibus et contractibus conservent equalitatem. Deus recipit aliquid ab hominibus et non minus reddit de bono quam recipit / quia deus accipit et quandoque aliquando recipit ea que facimus ad honorem ipsius et que pro eo patimur / et pro labore dat requiem / pro afflictione delectacionem / pro tristicia gaudium / et quandoque pro uno multa premium / ergo actus iusticie comutative / hominis non proprie / tamen habet similitudinem bonitatis divine / propter quod ambo dicatur in lucam / q iuste et vere sunt eius vie. Pro quo notandum q vie dei sunt multiplices / vel actus per quibus venit ad nos. Job 21. Sciam viarum tuarum nolumus. Super quo Gregorius xv° moralium via dei humilitas / via dei pax / via dei paciencia. Quod q hec omnia unus despexit / dicunt sciam viarum tuarum nolumus / dum enim in presenti vite superbiunt / dum honoribus inflantur / dum etiam si non habent appetunt totas dei in sua cogitacione contempnunt. Via enim via dei veluti via humilitatis fuit / ipse hic deus dominus redemptor noster ad obprobria ad contumelias / ad passionem venit et adversa mundi huius equanimiter pertulit / prosperitatis fortitudinem vitavit / ut et prospera doceret eterne vite appeti / et adversa presentis vite non formidari. Item vie dei sunt eius actus. Job xl° Ipse principium viarum dei / Ubi Gregorius 21 moralium quid vias dei nisi eius actus accipimus. Proverbiorum 8°. Dominus possedit me in inicio viarum suarum. Et Ysaie lv. Non sunt vie mee sicut vie vestre et Job 26 Ecce ex parte dicta sunt viarum eius. Ubi Gregorius 21 moralium Tamquam viarum actiones appellat. Item vie sunt ordines vivendi per quos ad ipsum venimus. Job 21 eius vias eius intelligere noluerunt. Super quo Gregorius 21 moralium dicit. Vie eius sunt vivendi ordines quas ad se venientibus stravit et itaque vias ad se venientibus ostendit quot bona vivendi exempla monstravit. Humilitatis eius vias prophetam aperiebat / tum supplicavit dicens In mandatis tuis exercebor et considerabo vias tuas / sciunt quam ruersum dicit unusquisque iustus dicitur / qui curat ut per exempla dominica gradiatur. A domino gressus hominis diriguntur et viam eius cupiet nimis. Et subdit vie iste visioni despecte sunt / si intellectu cernende / aliud quippe in eis est quod cernitur / aliud quod expectatur. Quid enim aliud in hac vita quam derisionem sputa ludibria mortem quam intuetur tum oculis cernit. Quod per hec infima tenditur ad summa / per hec dedecora que perdunt eterna nobilis et gloriosa polire. Quas itaque dei intelligere est et humilitatis historiam tolerare / et reservant expectare mansura ut exemplo dominico eterna gloria queratur pro bonis temporalibus comparata / et non quod hic quisque tolerat / sed in id quod expectat intendat. Et Job 28 Nescierit vias eius. Ubi Gregorius xvi moralium Vite divinea sunt innocencia et prima. Item vie dei sunt mandatorum adimpleciones. Unde propheta. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et proverbiorum xviii° In viis iusticie ambulo. Et ille vie sunt puritatis immaculate. Psalmus Deus meus inpolluta via eius. Sunt equitatis directe. Sapientie x Iustum deduxit dominus per vias rectas. Et Ysaie 26 Semita iusti recta est. Sunt eciam speciositatis pulcre et tranquillitatis pacifice. Proverbiorum 3 Vie illius vie pulcre et semite eius pacifice. Item sunt ad ambulandum delectabiles

et a fatigatione refocillatur et recreatur. Proverb. iiii°. Viam sapie mon-
strabo tibi quam cum ingressus fueris non artabuntur gressus tui
et currens non habebis offendiculum. Ecclesiastici ergo tales sunt vie et ad
regnum perducunt in quibus est ambulandum. Ysaye xxx. Hec est via ambu-
late in ea. Hieremie xvi. Quis non timebit te domine. Postea ca-
piti iubilatum specificatum scilicet quod deus est glorificandus propter opus creationis
et recreationis seu iustificationis magnificate. Subdit debitum in hominibus
afferentem ex divine magnitudinis et operum eius munificentie consideratione
dicens. Quis non timebit te domine sed timore casto et subiecto servitio
te honorando. Hieremie x. Quis non timebit te o rex gentium sed quidam
opera creationis et recreationis seu iustificationis quod dicit tertium nominem. Ecclesiastici iuste
et vere sunt vie tue et sine ullis hominum precedentibus meritis liberans
quos vis alios autem pro suis peccatis debite puniens. Quis indoctorum
aut gentium non timebit te vel non habebit reverentiam nominis tui. Malachie i.
Si ego dominus ubi timor meus. Job beatus homo qui timore semper
quia non cessabit a malo ex timore. Proverb. xv. Per timorem domini
declinat omnis a malo. Sunt autem multa genera timoris. Primus est
timor naturalis qui est fuga disconvenientis nature. De quo dicitur Gen. ix. Terror
vester ac tremor sit super cuncta animantia terre. Hunc timorem habuit
Christus in passione. Marci xiiii. Cepit Jhesus pavere et tedere. Et hic
etiam omnibus hominibus inest quo horret mortem et formidatur
pena. Et dicitur iste timor naturalis non quia attestatur homini ex natura eam quia sub
fuit instituta quia non fuit iste timor connexus homini quia non fuit
in eo primo pene et hoc quia non fuit in eo contraria culpe vel infir-
mitates que sunt cause pene. Unde quod iste timor non fuit generaliter
hominum nec fuit de bonis naturalibus. Sed quia ex corrupta natura per peccatum
omnibus advenit tamen corruptio molevit timor est naturalis et iste
timor est effectus peccati. Talis etiam timor dicitur humanus quia omni
homini inest ex natura per peccatum corrupta. Vel quia est ab homine tantum
non a deo. Alius est timor voluntarius sive venialis per que
homo metuit aliquid vel demetitur et talis aliquando impellit ad peccandum
aliquando ad benefaciendum. Si primum sic talis dicitur mundanus quo minus timet
amissio rerum mundanarum et est vitiosus sicut humanus naturalis quo
timetur pericula carnis est indifferens tamen quod potest esse nisi timor nature
vel eos recedere. De hoc timore mundano dicitur in psalmo illic trepi-
daverunt timore ubi non erat timor. Et hic timor fuit in Judeis
qui Christum propter hoc occiderunt quia gentem et regnum amittere timuerunt.
Johannis xi°. Et hunc prohibet Christus Math. x. Nolite timere eos qui
occidunt corpus etc. Si vero talis timor impellit ad benefaciendum
hoc est etc. Vel ex odio pene vel ex amore iustitie. Si primo sic est ti-
mor servilis qui est quando propter evitanda pena abstinet homo a malo
retenta mala voluntate. Unde Augustinus. Qui timet servilis regit
in eo peccandi voluntas et sequeretur opus si speraret impunitatem. Per
hunc ergo timorem continet se homo a peccato. Hunc putamus videre
et penam meruit et timore facit quicquid facit boni. Non timore
amittendi eternum bonum quod non amat sed timore patiendi malum
quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi sed
timet ne mittatur in gehenna. Si vero timor impellit ad benefaciendum
ex amore iustitie hoc adhuc est vel diminuto et adhuc mixto
cum odio pene vel perfecto. Si primum sic est initialis sed qui per vitanda
pena cum conversio operatur etiam suabus confitentes [illegible]. Si vero
tertium sic est filialis castus vel amicabilis quod est quo quis bono fuit
adhesit quia illud amittere nolit. Iste est in via imperfectus sed in patria
perfectus. Nam actus eius in patria est ne offendat vel ne separet
sed non futuro vero tamen revereri quod est cum dilecto subici. De iste dicit Augustinus

Iuxta illud psalmi Beati omnes qui timent dominum. Domini est timor servilis et utilis insufficiens per quem fit paulatim consuetudo iusticie vel preparatur ad iusticiam et succedit initialis timor qui incipit quod durum erat amari et incipit excludi servilis timor a caritate et succedit deinde castus timor sive amicabilis quo timemus ne sponsus tardet ne discedat ne offendamus ne eo careamus. Est quod timor separacionis quo solum timore separandi a peccato declinatur a peccato licet nulla pena timeatur. De quo dicitur Ecclesiastici xv° Qui timet deum faciet bona. Timor vero efficiens est quo licet ut pena ut separacio timeatur. Quo timemus tamen ne sponsus offendatur. De quo dicitur in psalmo Beatus vir qui timet dominum. Timor autem reverencie est quo sola reverencia maiestatis attenditur. De quo dicitur Ysaye xi Replevit eum spiritus timoris domini. Et hic solus vel erit in patria iuxta illud psalmi Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Hic timor facit hominem resilire in sua parvitate conspecta maiestate divina et exaltatur et magnificatur deus. Unde sequitur in littera Et magnificabunt nomen tuum. Subintelligendum vel reverebuntur quos non magnificabunt scilicet laude opere predicacione iuxta Richardum. Vel iuxta glosam credendo operando predicando nomen tuum scilicet quod est admirabile. Psalmo Quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Primo Paralipomenon xvii° Magnificabitur nomen tuum. Psalmo Magnificasti nomen sanctum tuum. Ecclesiastici 43 Ipse omnipotens super omnia opera sua. Omnes magnificant eum sicut est ab initio. Psalmo Magnus dominus et laudabilis nimis. Et certe omnes debent te timere modo dicto. Quia solus pius es et misericors benignus et clemens. Glossa Quia tu solus salvas. Hay° Per clementa pietate quosdam qui digni morte fuerant ad vitam predestinando salvas. Tytum 3° Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit. Psalmo Salvum me fecit quoniam voluit me. Sapiencie xi° Parcis omnibus quoniam tui sunt domine qui animas amas. Hugo obiicitur quia non videtur congrue sufficere cum gloria debeat timeri quia pius princeps magis amatur quam timetur. Ergo potius debuisset dixisse quis non amabit te quia quis non timebit te quia severus princeps et durus magis timetur quam pius. Solucio quia hic agitur de timore filiali qui est intuitu bonitatis vel pietatis et iusticie quo filius timet a patre separari vel eum offendere et hic est reverenter proprie domini. Timor vero servilis magis est respectu crudelis et severi. Et vere pius es et in hoc apparent pietatis tuas. Quoniam omnes gentes venient scilicet credendo passibus fidei et bonorum operum gradiendo. Ysaye lx° Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te et adorabunt scilicet in spiritu et veritate. Iohannis x Venit hora et nunc est quando veri adoratores adorabunt in spiritu et veritate. In conspectu tuo vel in beneplacito tuo tibi placita eligendo non hominibus vel mundo. Mathei vi Clauso ostio ora patrem. Ysaye 60 Adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Hugo obiicitur quia videtur quod hec est laus veniens ut dicit hic deus est timendus et magnificandus ut videtur. Solucio quia ex hoc patet pietas dei summa et ob hoc magnificandus quia ut dicitur Iohannis vi° Nemo venit ad me nisi pater meus traxerit illum. Ergo benignitas dei ad penitenciam te adducit. Sequitur Contra De hoc quod ait omnes gentes venient ad te quia licet hoc tu dicit in psalmo Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum etc. Solucio quia est distribucio pro generibus singulorum non pro singulis generum ut sit sensus venient omnes gentes vel de omnibus aliqui scilicet divites pauperes senes etc. Et vere magnificabunt omnes gentes. Quoniam iudicia tua manifesta sunt. Unde Beda Hoc in utroque testamento texitur quod isti cantabunt qui deus verax et misericors. Hoc a cunctis seculis canitur. Exodi 34 Dominator domine deus misericors et verax. Hugo contra hic obicitur

Ita dicitur in psalmo Iudicia tua abyssus multa. et Iob 36 excimeto
quod ignores opus dei Quod exponit Gregorius 27 moralium de diuinis
iudiciis quod homines ignorant Et Iob 38 Superficies abyssi constringitur
Ubi dicit Gregorius 29 moralium quod incomprehensibilitas diuinorum iudiciorum
nullatenus humane mentis oculo penetratur Et Eccles xi Nescit homo
opera dei. Et Ro xi Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius Secundum
quod est loqui de iudiciis dei quantum ad iusticiam. Et omni credenti
manifestum est. iudicia dei esse iusta. Thob 3o Iustus es domine
et iudicia tua iusta Et infra per x° iusta et vera iudicia tua. Unde
Hay° Iudicia dei manifesta sunt in hoc scilicet quod iusta sunt. quia quicquid
deus facit. iustum esse ab omnibus vere credentibus intelligitur Alio
contingit loqui de iudiciis dei quantum ad causam ob quam sic uel sic
facit deus et est adhuc distinguendum quod est duplex manifestatio vel euidentia
Vel in generali vel in speciali siue singulari Primo sunt manifesta scilicet
quod deus eligit aliquos predestinando ad vitam. alios non eligit. hoc
est ex sua bonitate et iusticia. Unde Augustinus 6to contra Iulianum
alius condempnatur iusticia iudicante non facto. alius assumitur
gratia precedente non merito Unde glosa hec manifesta iudicia tua quod
quosdam eligis quosdam reprobas Sed non manifesta scilicet in speciali vel
in singulari scilicet quare istum eligit illum non sicut fuit de
Iacob et Ezau Malachie p° Iacob dilexi Ezau odio habui non
est euidens neque manifesta nisi quod figulus habet potestatem ex eadem massa
aliud vas facere in honorem. aliud in contumeliam. Ut dicit glosa
Vel secundum Hugonem li° de sacramentis primo parte 8a c. 4o Quatuor sunt
iudicia dei Quorum vnum est secundum prescienciam. aliud secundum causam
et ista duo sunt occulta. aliud secundum operationem. aliud secundum retributionem
et ista sunt manifesta. Unde quod deus hunc diligit. hunc abicit. hunc
facit diuitem. alium pauperem. hunc iustum. alium primo hunc pulchrum
alium turpem. ex causa equitatis facit. licet ignota sit nobis. Unde Iob 5°
Nichil in terra fit sine causa Sunt igitur ista iudicia manifesta in operatione
vel in actu in quem exeunt. quia omnibus patet quod sic Et occulta sunt
in sua causa ex qua exeunt. quia incertum est omnibus quare ita fiat. Unde
secundum Gregorium Iob sciebat se puniri sed causam punitionis ignorabat
De hiis ergo iudiciis dicit apostolus quod incomprehensibilia sunt. et dauid
quod sunt abyssus multa quo ad cause cognitionem. que penitus a nobis
ignoratur. hic vero dicitur quod sunt manifesta quo ad exitus euidenciam
quia omnibus notum est. quod ita est. Unde Hymo Subtilitates iudiciorum
dei. quare scilicet hoc volt. vt illud fiat nemo comprehendere valet
Cuius rationem dare valet Quare deus patribus gentibus. liberos excessus suos
ingredi permisit. Iudeos sibi asciuit. et deinde iudeos repellens
gentes aduocauit. Sed ipsa manifesta tamen sunt quo ad euidenciam
actus Vel secundum operationem Est etiam iudicium vniuersale Primum
est discrecionis. quo dominus iudicabit in futuro. separando malos a
bonis et collocando bonos ad dexteram. malos autem ad sinistram
vt dicitur Matt 24 De hoc iudicio dicitur in psalmo Iudica me deus
et discerne causam meam. Secundum est iudicium disceptationis quo
primo dicit electis Esuriui et dedistis mihi manducare Postea
reprobis esuriui et non dedistis etc. De hoc iudicio dicit Iohel 3o
Adducam omnes gentes in vallem Iozaphat. et ibi disceptabo cum
eis. Tercium est iudicium diffinitionis quo dabit sentenciam de bonis
Venite benedicti. et de malis Ite maledicti De hoc iudicio dicit psalmista
Iustus es domine et rectum iudicium tuum. Hec omnia iudicia manifesta
sunt in causa. quia manifestum est. quod omnes secundum exigenciam suorum operum
iudicabuntur Sed ignota sunt in exitu tue. quia nescitur adhuc qui
sunt hii vel illi Unde quo ad exitum tue loquitur apostolus et propheta

Sz Johannes loquitur hic quantum ad tam unde sit exitus · que maxime
sunt in gne vel in communi, sm hoc est sensus litere Judicia tua
sz directiones dispositiones et diffiniciones manifesta sunt, sz tam bo:
nis quam malis, modo dicto, vel sunt v erunt, quia sicut omnes
quod omnia iuste fecisti Dextrorum 22 Date magnificenciam deo nostro
dei perfecta sunt opera · et omnes vie eius iudicia, Vel sm gloza
Deo timentibus eb 7 magnificudinis eb Domine quoniam iudicia tua
manifesta sunt v quociam revelata sunt misteria eterne, in quo deus
habitat et illi qui ad honorem dei militant zc, Et Augustinus
sup titulum psalmi noni dicit, duo iudicia insinuatur per scriptu:
ras · unum occultum, aliud manifestum Occultum nunc agitur · de
quo dicit aplus pet Tempus est ut iudicium incipiat a domo
domini occultum itaque iudicium est pena · qua nunc unusquisque homo
aut exercetur ad purgationem · aut admonetur ad conversionem, aut si
contempsit vocacionem et disciplinam dei · excecatur ad dampnacionem
Judicium aut manifestum est quo venturus est dominus iudicare vi:
vos 7 mortuos · omnibus fatentibus eum esse · a quo 7 bonis premia
et malis supplicia tribuuntur, Et de hys duobus iudicys diffusius
scribit idem Augustinus lib xx de ci dei c° 2° dicens Isto tempore 7 mala
equo animo ferre discimus que paciuntur etiam boni, 7 bona non
magnipendere que adipiscuntur 7 mali, Ac per hoc etiam in hys
rebus in quibus non apparet divina iusticia, salutaris est divina doctrina
Nescimus enim quo iudicio dei bonus ille sit pauper · malus ille sit
dives Iste gaudeat · quem pro suis perditis moribus [illegible] debuisse
arbitramur Ille vero contristetur quem vita laudabilis gaudere
debuisse persuadet Exeat de iudicio non invultus verum condempnatus
innocens, a iniquitatem iudicis passus · a falsis obrutus testimo
nys Econtrario scelestus adversarius eius, non solum impunitus verum etiam
vindicatus insultet Impius optime valeat · pius languoribus
tabescat, latrocinentur sanissimi iuvenes · et qui nec verbo quemquam
ledere potuerunt diversa morborum atrocitate affligantur Infantes utiles
rebus humanis inmatura morte rapiantur Et qui videntur nec nasci
debuisse diutissime supervivat · plenus criminibus sublevetur honoribus
et hominem sine querela tenebre ignobilitatis abscondat et hyis
Nam si in hac vita nec nisi mali adipiscentur ista bona transitoria
atque terrena ner nisi boni talia paciuntur mala · posset conferri ad
iudicium dei iustum sive etiam benignum, Ut qui non erant assecuturi
bona eterna que faciunt homines beatos · temporalibus hys vel decipentur
pro malicia sua vel pro dei misericordia consolarentur bonis Et qui non
erant passuri eterna tormenta temporalibus pro suis quibuscumque et
quantiscumque peccatis affligerentur, vel [illegible] implendas virtutes exercerentur
Nunc vero qui non solum in malis sunt boni et in bonis mali, quod
videtur iniustum, verum etiam plerumque et malis mala eveniunt et bo:
nis bona proveniunt, magis inscrutabilia sunt iudicia dei et investi:
gabiles vie eius, Et Subdit Licet ergo nesciamus quo iudicio deus
ista vel faciat vel fieri sinat, apud quem summa virtus est et
summa sapiencia, summa quoque iusticia nulla infirmitas, nulla temeritas
nulla iniquitas Salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona
seu mala que videmus bonis malisque communia · 7 illa bona querere
que tantum bonorum, atque illa mala maxime fugere quod propria sunt malorum
Cum vero ad illud dei iudicium venerimus · cuius tempus iam [illegible] dies
iudicii 7 aliquando dies domini nuncupatur, non solum quecumque tunc iudicata
fuerint verum etiam quecumque ab inicio iudicata · 7 quecumque usque
ad [illegible] tempus iudicanda sunt · apparebunt esse iustissima

Ubi hic quod manifestatur quantum iusto iudicio dei fiat. Ut modo tam multa ac pene omnia iusta dei iudicia lateant sensus mentesque mortalium tamen in hac re piorum fidem non lateat, iustum esse quod latet. Et ideo libro soliloquiorum ad deum dicit ipse augustinus. Magna sunt iudicia tua domine deus iuste iudex et fortis qui iudicas equitatem et inscrutabilia et profunda, que cum considero contremiscunt omnia ossa mea. Qui non securam homo vivens super terram. Ut serviamus tibi pie et caste cunctis diebus vite nostre in timore et exultemus tibi in tremore et non glorietur ante te omnis caro, sed paveat et contremiscant a facie tua cum ignoret homo utrum amore an odio dignus sit, sed in futurum omnia serventur incerta. Sublimi. Vidimus enim domine multos et audivimus a patribus nostris quod utique sine magno tremore non recolo, ut sine multo timore confiteor, ascendisse quosdam usque ad celos et inter sidera locum suum collocasse, post modum autem cecidisse usque in abyssos et animas eorum in malis tabuisse. Vidimus stellas de celo cecidisse impetu ferientis caude draconis, et eos qui iacebant in pulvere terre a facie sublevatos manus tue mirabiliter ascendisse. Vidimus vivos morientes, et mortuos a morte resurgentes, et eos qui inter filios dei ambulabant in medio lapidum ignitorum quasi lutum ad nichilum devenisse. Vidimus lucem tenebrasse et de tenebris lucem processisse. Publicani et meretrices precedunt incolas in regnum celorum, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Quare autem ista omnia, nisi quia in montem illum ascendit, in quo ascendit angelus et descendit dyabolus. Et quos predestinasti ipsos et vocasti et sanctificasti et mundasti, ut sint digni habitaculum tue maiestatis cum quibus et in quibus sunt tibi delitie sancte et munde in quibus tu delectaris et letificas iuventutem eorum. Et sunt ipsi templum sanctum tuum quod magis dignum commendatum est humanitatis nostre. Et idem libro de vera innocentia capitulo q 2o dicit. Nullo modo iudiciis hominum comparanda sunt iudicia dei, que nec dubitandum est esse iusta etiam quando faciunt quod hominibus videtur iniustum. Et capitulo 33. Iustum iudicium dei est ut peccato suo quisque pereat cum peccatum deus non faciat, sic mortem non fecit, et tamen quem morte dignum censet occidit. Unde legitur deus mortem non fecit, et legitur mors et vita a deo sunt que duo inter se non esse contraria perfecto videt quisquis ab operibus divinis iudicia divina distinguit, quia aliud est creando non instituisse mortem, aliud vindicando plectere peccatorem etc. Notandum secundum Augustinum x de civitate dei capitulo .i. pietas proprie dei cultus intelligi solet, quam greci eusebiam vocant. Hec autem et erga parentes officiose haberi dicitur more autem vulgi, hoc nomen in operibus misericordie frequentatur. Quod ideo evenit, quia hec fieri precipue mandat deus, eaque sibi vel pro sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est, ut et deus ipse dicatur pius. Unde leo dicit communis solus pius est. Similiter eternaliter. Notandum etiam quod pietas aliquando dicitur donum spiritus sancti secundum illud Ysaye xi Requiescet super eum spiritus domini spiritus scientie et pietatis. Et tunc in hoc differt a misericordia, quia misericordia studet ad revelandas miserias proximorum ex hoc quod sunt coniuncti vel consanguinitate vel familiaritate vel saltem natura similitudine in omnibus aliquid humanum pro mensura accipiens sicut alie virtutes. Sed pietas ut est donum movetur ad revelandas eorum miserias ex aliquo divino scilicet in quantum sunt filii dei vel divina similitudine insigniti. Unde et magis proprie nomen pietatis habet que divinum quid sonat ut dicit augustinus ubi supra.

[illegible] quibus sequitur [illegible] Secundo pietas sive misericordia est proprie deo attribuenda
scilicet ex dictis. Et patet ratione quia quod est laudabile in rege sive principe
hoc deo debemus attribuere cum sit rex regum et dominus dominantium. Ad
ig. Et I. Thy. vi^o. Secundo pietas sive misericordia est huiusmodi. Proverbiorum xx
gratia et veritas custodiunt regem et roboratur clementia thronus eius
Et Cassiodorus libro 2^o epistola 9. Benignum principis est ad clementiae commodum
trahere [illegible] quae est sola misericordia cum ceteris virtutibus
honorabiliter sedere non venit. Propterea dei iustitia est perfecta quia in
deo nihil est imperfectum. Ergo non est sine misericordia. Contra per beatum
Gregorium dicentem Iustitia sine misericordia multum destituitur. Et
propterea non convenit aliquam rem esse sine suo proprio esse. Sed misereri
est proprium dei secundum illud Deus cui proprium est misereri semper et parcere
Contra. Ille non videtur in se habere misericordiam qui non praevenit ut re-
pellit aliquam miseriam cuius repulsio plene est in sua potestate. Sed
omnis creaturarum miseriae plene sunt in potestate dei et tamen deus
non praevenit eas cum sint futurae nec repellit eas cum sint praesentes
Ergo videtur non habere in se misericordiam. Ad oppositum quia misericordia est habitus incli-
nans suum subiectum ad praeveniendum alterius miseriam si est futura
et ad repellendam praesentem. Solutio patet. Quia deus non solum non repellit
miserias verum etiam quasdam innocentibus hominibus infert eas ut
patet in afflictione Iob et Thobie. Dicitur negando antecedens. Ad oppo-
sitionem dicendum quod misericordia non inclinat ad tollendam omnem miseriam
cuiuslibet miseri cum enim sit virtus moralis ergo agit secundum di-
ctamen rectae rationis. Sed recta ratio dictat quod aliqui propter sua demerita
non debeant totaliter a miseria liberari. Ergo quamvis deus possit tales
liberare et non liberat non tamen ex hoc sequitur quod deus non sit misericors.
Secunda licet in illis non reluceat misericordia dei liberativa tamen relucet
in eis mitigativa in quantum tales puniuntur citra condignum. Et ex
hoc patet quod etiam bonorum deficit quia cuiuslibet creaturae miseriam quae
tamquam pena peccati esset infligenda deus praevenit et si non in toto
tamen in aliquo sui parte. Secunda quia licet deus non condonat cuilibet
misero misericordiam liberantem tamen cuilibet ostendit aliquo modo misericordiam
mitigantem. Ad probationem de Iob et Thobia dicitur quod huiusmodi
miseria non infligebatur eis per modum penae pro peccatis pariende
sed tamquam materia virtutis exercende et praemiis gloriae caelestis et bea-
titudinis augmentande. Patet quod non habet defectum dei misericordia
de qua dicit propheta Misericordia aedificabitur in caelis, praeparabitur veritas
tua in eis. Sed dicitur in deo non est compassio. Ergo nec misericordia.
Consequentia patet quia secundum Augustinum misericordia est alienae miseriae compassio. Per quam
si possumus compellimur subvenire. Et est illud ponitur Damascenus
libro 2^o capitulo xiii. Secundo Augustinus quia compassio praesupponit passionem sed
nulla passio potest esse in deo cum sit purus actus. Dicitur negando
consequentiam. Ad probationem dicitur quod misericordia potest accipi dupliciter uno modo secundum se et quantum
ad suam essentiam. Alio modo quantum ad accidens misericordiam consequentes
propter sui subiecti imperfectionem. Primo modo misericordia est virtus inclinans miseri-
cordem ad nolle alteri inesse miseriam. Et supposito tamen circa hoc
dictamine rectae rationis sic acceptum est et reperitur misericordia convenit deo
et omnibus beatis tam angelis quam hominibus. Secundo modo misericordia super illud
nolle addit animi gemitum et aliquo modo displicentiam afflictivam
quae est quaedam passio hominis de miseria aliena. Et isto modo misericordia
non invenitur in deo nec in aliquo beato. Quamvis possit inesse viatori
et existentibus in purgatorio quia tale accidens non sequitur universaliter
misericordiam sed solum in subiecto imperfecto et aliquomodo misero
Et isto 2^o loquuntur Augustinus et Damascenus de misericordia. Non. n. loquuntur
universaliter sed particulariter solum scilicet ut habet in hominibus esse quae caret

perfecta beatitudine. Ex quibus sequitur ulterius quod iusticia et misericordia
simul concurrunt in omni opere dei. loquendo de opere exhibito. [illegible] dei
talia opera sub nomine viarum exprimens scriptura dicebat universe vie dei
misericordia et veritas. Quod verbum exponens Cassiodorus dicit habes duas virtu-
tes scilicet misericordiam et iusticiam in omni tempore domini simul concurrere. Ex ista
quod iusticia servatur in omni opere divine retributionis. patet per beatum Au-
gustinum super illo psalmi. Iustus es domine et omnes vie tue veritas
Et etiam in eisdem operibus omnibus concurrat misericordia. patet quod si in
aliquibus operibus divine retributionis deesset misericordia. hoc maxime videretur
in iudicio reprobrorum. sed hoc non. quod nobilissimus modus iudicandi
debet attribui deo. talis autem modus non potest esse sine misericordia. quia misericordia
superexaltat iudicium Iacobi 2°. Et Augustinus libro de concordia evangelistarum
dicit quod res humanas curat iuste et misericorditer curat. ut nec
misericordia precludat iusticiam. nec iusticia excludat misericordiam. Sed dices. Ubi videtur
apparere iniusticia ubi pro culpa temporali et transitoria infligi pena
eterna. sicut contingit in inferno damnatis pro culpa temporali et transitoria
infligitur pena eterna 1a 2e. Dicendum Et [illegible] non est verum quod quantitas
culpe communiter pensatur secundum dignitatem persone per culpam offense. Cum
igitur quilibet damnatorum per culpam suam offendit personam
infinitam scilicet deum cuius contempsit mandatum. Ideo talis culpa saltem
racione est aliquomodo infinita. Ideo quod subiectum in quo est culpa. sit
obstinatum et incorrigibile. Patet quod huiusmodi culpa est perpetua et perpetuis
ei debetur pena perpetua. Est igitur in ista punicione simul iusticia et
misericordia. Iusticia quidem in hoc quod culpa dampnati punitur pena infi-
nita extensive et perpetua duracione. eo quod subiectum astrictus culpe sit
incorrigibile. Est tamen ibi magna misericordia. quia non punit pena infinita
intensive quantum illam meruerit. eo quod contra personam infinitam deliquit
peccaverit. Etiam secundum humanas leges. qui contra personam digniorem
peccavit. salva iusticia puniri potest intensiori et acriori pena. Patet
hoc. Unde ait philosophus 5° ethicorum. Si principatum habens percussit. non
oportet repercuti. Et si principem percussit. non solum percuti sed puniri. Ergo
infinita arbitrii pena. possit puniri salva iusticia ille qui in mortali
offensa dei decedit ab hac vita. Ergo valde misericorditer secum agitur
quando pena finite arbitratus punitur. Sed dices. Iacobi 2° dicit
Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Sed dampnati non
fecerunt misericordiam. hoc enim imperavit eis dominus ut Mathei 24. Ergo in
illo iudicio quo dampnati iudicabuntur a deo. non erit aliqua misericordia
quamvis huiusmodi iudicium sit opus retribucionis. Dicendum quod illud verbum
beati Iacobi intelligitur est de misericordia liberativa et non de mitigativa
talis enim impiis patietur iudicium absque misericordia liberante. sed non absque
misericordia qualiter mitigante. Dixi notanter in certo loquendo de opere
retributionis. quia iusticia et misericordia proprie dicta non concurrunt in opere creacionis
quod iusticia presupponit aliquod iuxta. Alia causa presupponunt cum
tamen misericordia [illegible] actus vel opus [illegible] nichil presupponit ut dicit
Augustinus in 2° di. [illegible] ex dictis [illegible] in [illegible] Quis
non timebit te domine et magnificabit nomen tuum. Quia solus pius es et cetera

Et post hec vidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimo-
nii in celo et exierunt septem angeli de templo habentes septem
plagas vestiti lapide mundo et candido. et precincti ad pectora
zonis aureis Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis
septem phialas aureas plenas iracundie dei viventis in secula
seculorum Et impletum est templum fumo a maiestate dei et
de virtute eius Et nemo poterat introire in templum donec con-
summarentur septem plage septem angelorum

Tercia et ultima pars principalis huius ca[pitu]li xv[i]. In q[ua] posita vi-
sionis in generali descriptione et sanctorum congratulatione et gratiarum
actione subdit p[otes]tatis effunderent phialas sive infligerent plagas
ostensionem. Vel s[ecundu]m glos[sam] ostendit reprobos dignos esse plage sive plagam
seu reproborum dignam punitionem, q[uia] misteria sunt revelata. Unde
glos[sa] continuat dicens. Cum ostendisset Johannes illos angelos habere p[otes]tatem
plagandi, dicturus quas plagas illi sunt illaturi. Primo ponit tamen
quia dignos illos ostendit qui plagas illas sunt passuri, sed q[uia] omnia
misteria sunt omnibus revelata qui voluit intrare q[uia] tamen isti malo
suo merito non possunt seu nolunt intelligere. Et ideo merito plagabuntur.
Et s[ecundu]m hoc hic subditur misteriorum revelatio. Et dividitur in q[ua]tuor partes.
Primo ponitur loci unde exierunt angeli processio. 2o angelorum exeu-
ntium ad inferendas plagas descriptio ibi et exierunt etc. 3o p[otes]tatis
inferendi plagas eis collatio ibi et unum ex q[ua]tuor animalibus. Quarto
execucio impiorum subtractio ibi et templum impletum est fumo.
Quantum igitur ad primum dicit. Et post hec vidi. Secundum Richardum
Supplius parumper digressus electorum propter initio misteria a pla-
gis impiorum esse remotum demonstravit, iterum ad materiam redit et
hec mala cottidie malis describit. Vel s[ecundu]m Bedam repetit
quod posuerat s[upra] super eos in principio ca[pitu]li. Vidi aliud signum in celo
et post hec que dicta sunt vidi, i[d est] videndo sive spiritu revelante
intellexi. Et ecce apertum est templum thabernaculi testimonii in celo.
Per templum principaliter potest intelligi corpus Christi iuxta illud Salvatoris
Joh[annis] 2o Solvite templum hoc. Et subditur. Hoc autem dicebat de
templo corporis sui. Corpus autem Christi esse templum declaratur specialis
unio et singularis exauditio. Propter quod specialis unio secundum illud. Anima
dicitur templum dei in quo deus inhabitat. S[ecundu]m illud ps[al]m[us]. Dominus
in templo sancto suo. Et inde est quod anima sancta quam deus per
gratiam inhabitat dicitur templum dei. 1. Cor. 3. Templum dei sanctum
est quod estis vos. Ca[pitulo] ergo in corpore Christi divinitas habitat, ideo
corpus Christi est templum dei, non solum s[ecundu]m animam sed etiam s[ecundu]m
corpus. Coloss. 2o. In quo habitat plenitudo divinitatis corporaliter.
In nobis quidem habitat deus s[ecundu]m gratiam scilicet s[ecundu]m actum intellectus
et voluntatis, qui non est actus corporis sed anime tamen. In Christo vero
habitat s[ecundu]m unionem in persona que quidem unio, non solum ipsam
animam sed et corpus includit. Et ideo ipsum corpus Christi est templum
dei. Ex hoc autem Nestorius sumpsit occasionem erroris sui. Dicebat
verbum dei unitum humane nature s[ecundu]m inhabitacionem tantum. Ex quo infe-
rebat quod alia est persona dei et alia hominis in Christo, quod est hereticum
dicere. Ecclesia non [illegible] credit unam personam filii dei esse in Christo
in duabus naturis scilicet in divina et humana. In divina ab eterno
et naturaliter. In humana ex tempore et [illegible] i[d est] per gratiam unionis
qua sibi eam coniunxit. Et ideo dicendum est quod inhabitacio dei in
Christo refertur ad naturam, quia alia est divina natura in Christo, alia hu-
mana, sed non ad personam que est tantum in Christo scilicet persona verbi
divini. Ex eo eciam dicto Christi, quo corpus suum dixit templum
Apollinaris sumpsit occasionem erroris, dicens carnem Christi esse inanimata
ecclesia templum est res inanimata. Sed in hoc decipitur, quia cum dicitur
corpus Christi templum, est locucio methaphorica. In ista autem
locucione non attenditur similitudo quantum ad omnia, sed quantum ad
inhabitacionem, que quidem refertur ad naturam ut dictum est. Secundo
Christus dicitur templum racione singularis exauditionis. In templo enim
materiali preces porriguntur ad deum, et exaudiuntur. Per Christum autem
omnes preces porriguntur ad patrem et exaudiuntur, quia omnis qui per eum pe-
tit accipit. Et qui querit invenit et pulsanti aperietur. Matth. 7. et Luce 11.
Sic ergo corpus Christi veri est templum dei, quod quidem corpus Christi veri

figurat corpus x̄ misticum qd est ecc̄a dei · 1 Cor xii Vos estis corpus
xp̄i et membra de membro Et sicut in corpore xp̄i vo habitat
diuinitas p gr̄am vnionis · sic in corpore mistico qd est ecc̄a per
gr̄am adopc̄ois et h ecc̄a nominat hic templum tabernaculi · Et
hoc · q2 thabernaculū · est p̄pe militantiū et peregrinantiū · sm Augustin in
sup psalo 26° · Nam thabernaculum · est tentoriū in expeditione
et dr̄ a taberna · que est domus non nāl · ymo ad tempus durat
sz q̄rdin res ibi vendunt · Et inde dr̄ thabernaculum mansio q̄
non est p̄pa et nāl · sic tentoria z castra militū in expeditione
q̄ ea relinquunt finito bello · Vel q̄ figunt in ho modo illic
et mutant · et tunc tensinguntur mutaliud · Vn dicit Ys lio xv°
ethymologiarū Et in tabernaculo · sunt tentoria militū · Et ideo sit
statum vite ptius vite mutabilis sz statum ecc̄e militantis in
hua sollicz ecc̄a sancti sunt militantes et peregrinates ad Hebr xi°
confitentes q̄ peregrini sunt et hospites sup terram · Et ad ephes
vlto · Non habemus hic manentem ciuitatem · 1 Pet 2° obsecro
vos tanquā aduenas et peregrinos abstinete vos a carnalibg desiderijs
que militant adusus animā · ps Eteni z iniolam in taberna
culo eius hostiam vociferacionis Et alibi proteges eos in taberna:
culo tuo · ps vel xiiij° Tabernacula nostrorum tonabunt · Vnde
Richard Templum · est sancta ecc̄a tabernaculi · q̄ deo militat
sz armis vtutū doctrinarū sacramentorū exēplorū s̄torū diuinorū
beneficiorū De q̄bus armis 2 Cor vi° In omnibus exhibeamus
nosmetipos sicut dei ministros in multa paciencia · Subdit · p arma
iusticie etc · Et dicitur templum tabernaculi testimonij sm Richard
q̄ vtrq3 testati testimoniū fidelit sinat · Vn dicit ecc̄a per ps̄ta
Testimonia tua meditacio mea est · Et a testimonijs tuis non
declinaui · Et Inclina cor meū in testimonia tua · Vel sm hugonem
ecc̄a dr̄ templum tabernaculi testimonij · q̄ hz tabulas duas testa
mentorū hz ecc̄a in se archam sz dominum Ihm xpm · in quo
sunt omēs thezauri sapie z sc̄ie absconditi · Coloss 2°. habz
eciam vrnam ipm dauid corpus · in quo est vm mana sollicz
panis q̄ de celo descendit · Ibi est z virga aaro q̄ sconducat
hi sacerdociū spuale · qd vm ecc̄a sacerdotium ppetrat · Vel ideo
dr̄ ecc̄a templum tabernaculi testimonij · q̄ multos testes pro x°
pduxit in eius cā · sz martires · q testimoniū dicunt pro fide mo:
riendo · Martir · eni interptat testis · Vnde quot fuunt vel sunt
vel erunt in ecc̄a martires · tot pduxit ecc̄a pro x° testes · Ysaie 43
Testes mei vos omnes estis dicit dominus · Templum ergo tabernacli
testimonij aptum est in celo qn sacramenta x̄ reuelata sunt in ecc̄a
sz Natiuitatis passio mors resurrectio et cetera · hugo · sm hugonem
Et augs omel x sup Iohannem dicit Manifestum est dominum re:
surrexisse · hic nobis notum est etsi videris et clausis ie fo:
ris stant etc · S q° Ecce ostium aptum in celo · Et sup xi°
Et aptum est templum dei in celo · Tibi de hoc plura · Ia Cor 2°
Nobis reuelauit deus p spm suum · Vel templum thabernaculi testi:
monij aptum est in celo · qn misteria z sacra ecc̄e · testimonia
scripture et bona celestis patrie · reperit p aptos et discipulos x̄
mundo pdicari · Et hoc est qd innuitur in litera cum dicit Et post
hec vidi Et ecce aptum est templū testimonij in celo · i reuelata
sunt misteria ecc̄e et secreta celestia p aptorum pdicacionem
Vel aliter tabernaculū testimonij dicitur sac̄a scriptura que tot continet
testimonia q̄t hz vba · vn sicut p mose galaad qd interptatū aceruus
testimonij Gen 31 · Templum ideo tabernaculi testimonij dr̄ xpus
q̄ continet in se testimonia totius testati · que dr̄ continere · q2 sit omnia

Et quod de ipso sunt omnia, et celum aut. sicut multas terra, quod dicitur celu
i. tessa elibos. hoc est domus dei. Secundum hoc est liter sensus aptu
est templum tabernaculi testimonii in celo i. sacra scriptura. Latinus testati
que est pur de xpo, manifestata est mundo per predicationem apostolorum
et eorum successorum, quorum descriptio subditur in lera cum dicitur
Et exierunt sed ad publicum predicationis Septem angeli i. vniuersi predi:
catores septem statibus ecclesie predicates, et septiformi gratia
spiritus sancti redundantes Septem virtutes in auditoribus seminantes
et septem vitia destruentes et eradicantes, habentes septem plagas
i. denunciantes peccatorum vniuersam vltionem. vt premissum est supra
eodem in principio. Vel septem plagas vocat scripture auctori:
tates, quibus qui quibusdam sagittis plagati percutiuntur, quidam ad
salutem, alii ad vindictam vt dictum est capitulo supra. ps Sagitte par:
uolorum i. humilium predicatorum. facte sunt plage eorum. Jeremie
30 plaga inimici percussi eum etc. Et determinat locum vnde exierunt
dicens de templo i. de secreto cordis vel contemplationis. Secundum hayonem
Quia cum sancti predicatores contemplationi insistunt, ab omnibus actibus
seculi se alienos reddunt, et diuina eloquia meditantur. qui
in templo. hoc est in secreto mentis sue morantur. Sed quia non ita
debent insistere, quibus vt conuincunt etiam aliorum vtilitates, cum
iterum procedunt ad publicum ad predicandum, ad carnales mores
componendos, siue ad bellum instruendum, qui de templo egrediuntur
Sic quod fit vt interius inhiantes in templo sedeat, et rursus cura
proximorum non negligentes exeat de templo. Ubi glossa est aliquis
predicator processurus ad publicum vt faciat sermonem ad populum, quia prius
residens colligit sese inter seipsum meditando qualiter quibus et quo
loco dicat, qualiter inchoat sermonem qualiter vel finire. Dum ita intra
secretum sue mentis inhitat quasi in templo moratur. Cum aut procedit
ad predicandum et ea que mente retinuit publice profert, quasi a templo
id est a secreto sue mentis foras egreditur. Unde moyses aliquando
ingrediebatur tabernaculum et consuleret oraculum, aliquando egrediebatur
ad populum Exodi 33 et num. vii. Unde tractans Gregorius 22 mo:
ralium dicit, hoc quotidie boni rectores faciunt, cum se rebus du:
biis tunc non posse cognoscunt, ad secretum mentis velud ad quoddam
tabernaculum reuertuntur diuina lege proposita quasi coram posita ar:
cha domini consulunt, et quod prius tacentes audiunt, hoc foris post
modum agentes innotescunt. Et ibi bene de hoc. Et ex isto templo
exierunt septem angeli habentes septem plagas, i. denunciantes
diuinas predicationes, corda compungentes et vulnerantes, et diuinam
vltionem comminantes. Et subditur ydoneitas eorum, cum dicitur vestiti
lapide mundo et candido i. ornati et amicti domino ihesu xpo
Qui dicitur lapis propter firmitatem ysaie 28 Ecce ego mittam in
fundamentis syon lapidem sed abscisum de monte sine manibus, quo
lapide statua fuit prostrata Dan. 2o Que signat pomposa superbia
mundi. Iste lapis mundus et mundus sed a contagione peccati, quia peccatum non
fecit, nec inuentus est dolus in ore eius j. pet. 2o. Secundum hayonem
Alia translatio habet vestiti lintheo mundo. per quod vite puritas
et innocentie castitas designatur, Nam lintheum ex terra nascitur
et multo labore ad candorem venustatis perducitur. Quia vera castitas
siue vita pura cum multo labore et mortificatione carnis acquiritur.
Subditur et candido sed plenitudine sapientie. quia ipse est candor lucis
eterne Sapientie vii.o Ipsi non solum ipse lapis tales ut dictum est
sed etiam muros protegens ysaie 26 murus et antemurale saluator
ponetur in eo. Isto lapide vestiri dicuntur homines sancti Ro. 13o
Induimini dominum nostrum ihesum xpm sed per imitationem operum Galathas 3o
Quotquot baptisati estis xpm induistis. Isto ergo lapide vestiti

exierunt predicatores certe secundum firmitatem fidei et pacie . puritatem vite et castitatis innocencie et plenitudine sapie . dicit AN . Et vestiti fide firma et paciencia . Ps . bene pacientes erunt vt annuncient . prouerbiorum 19 doctrina viri per pacientiam noscitur . ezech . viij° vt adamantem et silicem dedi faciem tuam . Adamas ferrum attrahit . silex ictus repellit et non sentit . Sic predicator per fidem debet attrahere peccatores . et per pacienciam a se repellere vel non sentire ictus tribulacionum . debent insuper esse vestiti puritate vite super peccati immunitate et honestam conuersacionem . ysaye 3° vestimentum tibi est esto princeps noster . et ipse respondit non sum medicus . et in domo mea non est panis neque vestimentum . nolite me constituere principem . quia sine dubio . qui non habet in domo sua verba panem sane doctrine neque vestimentum virtutum . et maxime paciencie innocencie et iusticie quibus due sunt partes scilicet declinatio mali et operatio boni . non debet constitui princeps vel prelatus vel predicator aliorum . Job 29 iusticia indutus sum et vestiui me sicut vestimento . Ps . sacerdotes tui induantur iusticiam . que est omnibus virtutibus . Vnde secundum Bedam et haymonem . quidam codices habent vestiti lapidibus mundis et candidis id est variis virtutum ornamentis . Eccli . 50 . Symeon quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso . de istis vestimentis Salomon dicit Eccles . ix omni tempore vestimenta tua sint candida id est membra corporis tui . et a sordidis actibus munda . Nam vt dicitur ysaye 9 vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem . sanguine quippe vestimentum inficere est desideriis carnalibus inquinari . secundum Greg . ix moralium . Vnde secundum eum 1° moralium Mundus vicijs esse debet qui curat aliena corrigere vt terrena non cogitet . vt desideriis infimis non succumbat . quanto tanto perspicacius aliis fugienda videat . quanto ipse per scienciam et vitam peccatis declinat . quia nequaquam purcere maculam in membro considerat oculus que puluis grauat . et superiectas sordes tergere non valet manus que lutum tenet . Vnde ad dauid dominus dixit Non edificabis tu michi templum . quia vir sanguinum es . dei namque templum edificat qui corrigendos atque instituendos proximorum mentibus vacat . Templum quippe dei sunt qui ad vitam vitam ex eius habitacione construuntur . 1 . cor . 3 templum dei sanctum est quod estis vos . Sed vir sanguinum dei templum edificare prohibetur . quia qui adhuc actibus carnalibus incubat . necesse est ut instruere spiritualiter proximorum mentes erubescat . Vnde secundum eundem in littera et precincti circa pectora ut ad pectora zonis aureis . per zonam qua precingebantur eorum pectora secundum haymonem . castitas mentis designatur . que proprie in nouo testamento Sic per renes accinctos castitas corporis pertinet ad vetus testamentum quia in nouo testamento non solum opus libidinis . sed etiam ipsa estimatio cogitationis vigore mentis . In veteri vero testamento prohibitum fuit adulterium in actu Exodi xx Non mechaberis In nouo prohibitum est in affectu Mathei v° Audistis quia dictum est antiquis . Non mechaberis Ego autem dico vobis Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo . Super primo . precinctum ad mamillas zona aurea Luce xij Sint lumbi vestri precincti . ad Ephe vi State succincti lumbos mentis vestre . dicit ergo . scilicet angeli id est predicatores communi esse precincti circa pectora zonis aureis id est mundis cogitationibus et sanctis desideriis que tegunt cor et corpus a fluxu malarum cogitationum et carnalium affectuum seu voluptatum . Sed proh dolor multi predicatores et prelati loco zonarum aurearum habent intricatas zonas id est cogitationes carnales et desideria terrena . Vnde dicitur ysaye 3° Erit pro zona funiculus id est pro desiderio celestium cogitatio vel affectio terrestrium et pro crispanti crine caluicium id est pro ornatu virtutum denudatio mentium et euagatio mentis ad exteriora . et pro suaui odore fetor id est pro desiderio eternorum ambitio terrenorum vel aliter secundum eundem haymonem pro zona aurea

vinculum caritatis intelligitur. Nam aurum omnia metalla precellit et su-
perat. sic caritas omnes alias virtutes. Vnde dicitur vinculum perfectionis
ad Coloss. 3°. Super omnia caritatem habentes. quod est vinculum perfectionis
dicuntur ergo angeli precincti zonis aureis circa pectora. quia non
timore penali sed per caritatem se invicem solo dei amore stringunt
Vnde Gregorius 3° moralium. Angeli zonis aureis circa pectora precinguntur
quia mentium suarum cuncta pectora dum penali iam nequaquam timori
subiecta sunt atque a se invicem nulla scissione solvuntur ex sola
se caritate constringunt. Zonam vero auream circa pectora habere est cunctos
cogitationum mutabilium motus per solius iam amoris vincula re-
stringere. Cum hoc ergo sensus est. Et precincti circa pectora zonis
aureis id est caritate se invicem [illegible] et immundas ac mutabiles
cogitationes per amoris vincula restringentes. Quod figuratum est
3 Reg. 6°. per expansionem et contactum alarum cherubin. dicitur
enim ibi. Et posuit Salomon cherubin in medio templi interius
extendebant autem alas suas cherubin et tangebat ala una pa-
rietem unum et ala cherub secundi tangebat parietem alterum. alie
autem altere in media parte templi se invicem contingebant. Vel
et 3° secundum Hayconem per zonas aureas sapientia designatur. de qua scriptum
est. Accipite sapientiam sicut aurum. Supra 3°. Suadeo tibi a me emere
aurum ignitum. Zona ergo aurea cinguntur angelorum pectora
quia superna sapientia replentur predicatorum corda. Vnde Beda de pre[illegible]
tate desiderat non solum corpus mortificari sed et pectus alto
sapientie stringat. Et est notabile quod dicit precincti. per hoc non cum
hic predicatores non dicuntur esse domini sed ministri. Nam attinguntur
[illegible] succinguntur [illegible] precinguntur ministraturi. Vnde dicitur Luce
12° Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes. Que de illuminatione
aliis qui ministri portantes ante eos lucernas id est doctrinam. Vbi et est
Job 12 Balteum regum dissolvit et precinxit fune renes eorum
Johannis 13 Cum accepisset linteum precinxit se implens officium
ministri. Et postea dixit exemplum dedi vobis etc. Vnde dicit apostolus 1 Cor 4°
Sic nos existimet homo ut ministros Christi etc. Item notandum
quod sicut in unitate templi vel tabernaculi reperitur unitas dei vel
ecclesie sic et ecclesie in distinctione templi vel tabernaculi reperitur distinctio
eorum que sunt deo subiecta. Et quibus in dei veneratione consurgit.
Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes. In una que vocabatur
sancta sanctorum que erat occidentalis. et alia que vocabatur sancta
que erat ad orientem. Item autem tabernaculum erat atrium. Atrium sancta
distinguebantur a sancta sanctorum quodam velo. quod 4or coloribus erat
distinctum scilicet bysso purpura cocco bistincto et iacincto. Interius autem
tabernaculum id est in sancta sanctorum solus summus pontifex semel in
anno introibat. In tabernaculum vero exterius id est in sancta intrabant
sacerdotes quotidie. non autem populus qui solum ad atrium accedebat. per
exterius tabernaculum quod dicitur sancta figuratur status veteris legis ut
dicit apostolus ad Hebr. 9. quia ad illud tabernaculum semper intrabant sa-
cerdotes sacrificiorum officia consummantes. per interius vero tabernaculum
quod dicitur sancta sanctorum figuratur vel celestis gloria vel ecclesie status spiritualis
nove legis qui est quedam inchoatio future glorie. in quem statum
nos Christus introduxit. quod figurabatur per hoc quod solus summus sacerdos
semel in anno intrabat in sancta sanctorum. ad Hebr. 9. Christus
assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius
tabernaculum non manu factum id est non huius creationis. neque per
sanguinem hircorum aut vitulorum. sed per proprium sanguinem introivit
semel in sancta. eterna redemptione inventa. Velum autem velabat
occultationem spiritualium sacramentorum in veteribus sacrificiis. Vnde velum

erat quatuor coloribus ornatum bysso quidem ad signandum carnis puritatem
purpura ad denotandum passiones quas sancti pro deo sustinuerunt cocco
bis tincto ad designandam geminam caritatem scilicet dei et proximi
iacincto vero figurabatur meditacio celestis Ad statum quo veteris
legis aliud scilicet populus habebat et aliud sacerdos Nam populus tantum sacri-
ficia corporalia considerabat que in atrio offerebantur Sacerdotes vero
rationem sacrificiorum considerabant habentes fidem magis explicitam de
misteriis christi et ideo intrabant in interius tabernaculum quod erat velo
distinctum ab atrio quia quedam erant velata populo scilicet misterium christi
que sacerdotibus erant nota tempore vero passionis christi velum templi
scissum est quia misteria christi et ecclesie revelata sunt Sed preterea quare cum
nobilior pars orbis sit oriens et thabernaculum fuit institutum ad
cultum et honorem dei quare dispositum fuit magis versus occidentem
quam versus orientem Ad hoc dicendum quod oratio versus occidentem fuit introdu-
cta in lege ad excludendum ydolatriam Nam omnes gentiles in reve-
rentiam solis adorabant ad orientem Unde dicitur Ezechielis viii Et viri
quidam habebant dorsa contra templum domini et facies ad orientem et ado-
rabant ad ortum solis Unde ad hoc excludendum thabernaculum habebat sancta
sanctorum ad occidentem ut versus occidentem adorarent Ratio vero figuralis
potest esse quia totus status tabernaculi prioris ordinabatur ad figurandam
mortem christi que figuratur per occasum iuxta illud prophete Qui ascendit
super occasum dominus nomen illi etc Bernhardus super cantica sermone lxxxv

tractans illud canticorum ii Surge propera amica mea etc dicit Audit sponsa
ut surgat et properet haud dubium quin ad animarum lucrum hoc signum
habet vera contemplacio et casta ut mentem quam divino igne vehe-
menter succenderit tanto interdum repleat zelo ac desiderio acquirendi
deo qui eum similiter diligant ut ocium contemplacionis pro studio predi-
cacionis libentissime intermittat Et rursum potita votis
quatenus in hac parte tanto ardentius redeat in idipsum quanto
se fructuosius intermisisse meminerit Et item sumpto contemplacionis
gustu valentius ad conquirenda lucra solita alacritate recurrat
Et ibi plura dilecto hanc in sponsa vicissitudo sancte quietis et actionis
predicatoris etc Ad secundum dicendum quod ut in veritate templi ut patuit etc
Sunt ibi Et unum ex quatuor animalibus etc pro posita loci unde exierunt
angeli notificationem et angelorum executum ad infundendum plagas de-
scriptione Subdit autem duo scilicet potestatis infundendi plagas eis collacionem
scilicet impiorum excecacionem ibi Et templum impletum est fumo etc
Circa primum ad primum dicit Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis
septem phialas aureas plenas iracundie dei viventis in secula se-
culorum Secundum beatum Gregorium omelia tercia super Ezechielem et habitum est supra
quatuor animalia sanctos quatuor ewangelistas designant quod unusquisque
liber ewangelii exordium testatur Nam quia ab humana generatione cepit
iure per hominem Matheus signatur per clamorem in deserto recte per leonem
Marcus quia a sacrificio exorsus est Unde per vitulum Lucas Iohannes vero a
divinitate verbi cepit digne per aquilam signatur Iohannes dicit in prologo tercio

quia omnes electi sunt membra redemptoris nostri ipse autem redemptor
noster caput est omnium electorum ex hoc quod membra eius signata sunt
nichil obstat si etiam in hiis omnibus et ipse figuretur Ipse namque unigenitus
dei filius veraciter factus est homo ipse in sacrificio nostre redemptionis
dignatus est mori ut vitulus ipse per virtutem sue fortitudinis surrexit
ut leo ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad celos in superioribus
est elevatus ut aquila Totum ergo simul est nobis qui et nascendo
homo et moriendo vitulus et resurgendo leo et ad celos ascendendo aquila
factus est Et circa hoc et unum ex quatuor animalibus etc in quatuor dominus
ihesus christus signatur vel quia factus est homo in incarnacione et nativitate ut
vitulus in passione ut leo in resurrectione et ut aquila in ascensione

b

Vel quia in ewangelistis et in omnibus electis atque in via dei perfectis
relucet similitudo domini Ihesu Christi Ezech. i. Similitudo hominis erat in eis
Super quo Gregorius omelia 3a dicit Cuius illo loco homo describitur nisi ille
de quo dicit apostolus quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens
in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. ad Phil. 2o
Sancta itaque animalia ut surgere ad culmen sanctitatis valeant ad
huius hominis similitudinem tendunt Sancta enim non essent si huius
hominis similitudinem non haberent Quicquid in eis de visceribus pietatis
quicquid de mansuetudine operis quicquid de zelo rectitudinis quicquid
de custodia humilitatis quicquid de fervore caritatis hoc ab ipso fonte misericordie
et ab ipsa radice mansuetudinis et ab ipsa virtute iusticie id est a media-
tore dei et hominum domino Ihesu Christo traxerunt huius hominis similitudinem
se paulus habere dicebat dicens I Cor. xi Imitatores mei estote sicut
et ego Christi. Ad cuius etiam similitudinem nos amonet surgere dicens
Primus homo de terra terrenus. 2us homo de celo celestis I Cor. xv
Sicut portavimus ymaginem terreni portemus et ymaginem eius
qui de celo descendit Sanctus ker quasi ad hunc ad similitudinem
huius hominis ducitur qui indutum vitam sui redemptoris imitatur. Nam ab
eius mandatis et operibus discordare quid est aliud quam a similitudine
longe discordare et ibi multum de hoc Istud ergo unum ex quatuor
animalibus significat Ihesum Christum qui dedit potestatem eciam predicatoribus
secundum Haymonem et quia omnibus predicatur. Unum ergo ex quatuor animalibus
id est Ihesus Christus ab ewangelistis predicatus et in quatuor animalibus pre-
figuratus dedit septem angelis id est universis predicatoribus septem phialas
id est universas sacre scripture intelligentias aureas id est sapientia plenas
Aurum enim sapientiam designat Unde Haymo Dum phiale quas accipiunt
auree describuntur quia ut predicatoris officium implere possint sapientie fulgore
debent illustrari Phiale vero dicuntur vasa patula ad portandum
vel ad oleum retinendum ab hyalin quod est vitrum unde phiala quasi
hyala quia olim ex vitro fiebant ut dicit Ysidorus ethymologiarum xx libro 2o et 4o
Et ut dicit papias phiale sunt ampla vasa et clara et significant
divinas predicatores amplas caritate utilitate et sapientia ysis figure reddantur
Sunt enim phiale clause deorsum et aperte sursum Sic predicatores
interius debent esse apta ad celestia et clausa ad terrena Vel aliter
secundum Haymonem per istud animal unum ex quatuor quod dedit septem angelis septem
phialas possumus intelligere cetum et ordinem apostolorum a quo
subsequentes acceperunt auctoritatem divine predicationis et quorum uniformi
testimonio et quorum auctoritate ewangeliorum sermo roboratur. Ut autem
Richardus qui apostoli non solum dos baptizabant sed eciam ordi-
nabant et phialas id est divinam predicationem committebant et in loco
suo sedere faciebant Sic Petrus Clementem Linum atque Cletum quibus
eciam potestatem ligandi atque solvendi tradidit quam a domino perceperat et
in kathedra sua sedere compellit Quod eciam usque modo agitur cum per inpo-
sitionem manuum in civitatibus presules aliarum constituunt Et secundum hec
per quatuor animalia designantur primi predicatores qui fidem Christi quam in quatuor corporibus
hactenus per quatuor mundi partes firmaverunt Unde Gregorius super Ezech. omelia 3a
Nos immerito per quatuor animalia perfectorum omnium unus exemplum quia omnes
qui in ecclesia modo perfecti sunt perfectionis sue rectitudinem per eorum
eruditionem didicerunt Quorum quilibet est homo per iusticiam quia solus homo
inter alia incedit rectus vitulus vel bos per carnis mortificationem
leo per fortitudinem aquila per prudentiam sive contemplationem Unde
Gregorius ubi supra omelia 3a Kot enim iustus quisque homo per ra-
tionem mortificationis sicut vitulus per fortitudinem securitatis leo per
contemplationem vero efficitur aquila Recte per hec animalia significari unusquisque perfectus potest

Et subdit quod ideo dicimus ut ea que de quatuor animalibus dicta sunt, com-
petunt ad perfectorum singulos dividemus. Et iuxta hoc est sensus litere
et unum de quatuor animalibus id est unitas et concordia quatuor evangelistarum
et omnium precursorum predicatorum dedit septem angelis id est predicatoribus universis
septem phialas aureas id est vinasas sacre scripture sensus et intelligentias
quia de predicatoribus precursoribus scilicet de cetu apostolorum et aliorum perfectorum omnes
predicatores originem acceperunt et quod sub temporibus predicant ab illis
didicerunt. Hic quidem divine predicatores dicuntur phiale quasi ampline-
celice veritatis, quia clause sunt inferius et aperte sursum. Et dicuntur
auree propter latitudinem sapientie et caritatis quam continent. Unde figurantur per
ciphos aureos salomonis de quibus dicitur [illegible] 2° fecit in sciphos
et urceolos in ministerio ad vina fundenda. Subditur in litera plenas
iracundie dei id est vindicta quam dicunt qui mali predicatoribus effundenda
Sed dicitur cum supra quinto capitulo de 24 senioribus quod habeant phialas
plenas odoramentorum que sunt orationes sanctorum. quid est quod hic dicitur
de septem angelis quod acceperunt septem phialas plenas iracundia dei
cum isti sint septem angeli et 24 seniores scilicet omnes perfecti predicatores
Dicendum secundum haymonem quod hoc est ideo quia vox in illorum doctrina est plena
salus electorum et est plena reprobatio dampnatorum. et unde illi vi-
tam inde isti accipiunt mortem. Unde dicit apostolus 2ª cor 2° cristi
bonus odor sumus deo in hiis qui salvi fiunt et in hiis qui pereunt
aliis sumus odor vite in vitam aliis odor mortis in mortem. hinc
est quod in vaticinium symeonis et ipse salvator quibusdam positus est
in resurrectionem quibusdam autem in ruinam luce 2°. Nunc duplex est
phiala scilicet duorum que fragrat pietate de qua supra quinto quod 24 seniores
ceciderunt coram agno habentes cytharas et phialas plenas etc. Est etiam
phiala pinguissima etiam [illegible] que flagrat pietate de qua Judic 4°
aquam petenti lac dedit in phiala principum obtulit butirum
Est et phiala [illegible] etiam dampnatorum que fluet crudelitate. de qua
dicitur hic quod est aurea et plena iracundie dei Nam verba sacre scripture
plena sunt caritate, ad quam peccatores vocant, et plena sunt
iracundia dei a qua revocantur vel quam plene effundenda comminantur
iuxta illud psalmi Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt etc.
et Ezechiel 36 effunda furorem et effunde iram tuam. Sic igitur unum ex
quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas id est perfectis unus
ex istorum, quia hec narrando etc. vel id est unitas etc. plenas iracundia
dei id est predicatores denunciantes super reprobos vindictam dei quam scilicet
corripiunt impios et comminantur vindictam dei. Supra viii° audivi
vocem unius aquile volantis per medium celi et dicentis vox ve ve ve
habitantibus in terra. Dei namque vindicte in secula seculorum id est eternaliter
et immutabiliter ut expositum est supra nono quod nota potius puniendos
quia et punire per omne tempus quia metuam [illegible] in hoc nota quod vindicta
non est tunc etiam sed permanens metum. Nota iuxta Gregorium xx
moralium. Deus quidem dicitur zelans iratus penitens misericors et presciens
cum tamen ipse nec zelus nec ira nec penitentia nec misericordia nec prescientia possit
esse in eo. Sed haec nomina ab humanis in illum conditionibus tracta sunt
dum ad nostre infirmitatis verba descendit ut quia quibusdam nobis
conditionibus factis et nisi nos posuit, per ea que nobis vicina cognoscimus
ad summa eius ascendere quid valeamus. Zelans namque ipse dicitur, quia cum
cuiuslibet mentis castitatem custodit vero iratus dicitur quia furore animi
tamen puniendi vicium attendit. penitens dicitur cum id quod fecit displicet
et cetera mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur quia pietatis ad proximum
moveri. Misericordia autem a misero corde vocatum est. eo quod miser
intueatur quempiam miserum atque ei compaciens. dum dolore animi tangitur
ipse cor misericordi fit ut eum a miseria liberet cui intendit. presciens dicitur
cum unamquamque rem antequam veniat videt. et id quod futurum est
prius quam compleatur est providet. Deus igitur quia zelans est. quia in custodienda

tranquillitate mira nullo metus cruciatu tangitur Quomodo irascitur qui in ulciscendo
vitiis nullius nulla perturbatione animi commovetur Quomodo est penitens qui
id quod semel fecerit nequaquam se fecisse dolet Quomodo scit miseri qui cor miseri
non habet Quomodo prescius est dum nulla nisi que futura sunt prescrutatur Et
scimus quia deo futurum nil est quando ante cuius oculos preterita nulla sunt
presentia non transeunt futura non veniunt Unde quia omne quod nobis fuit
et erit in eius conspectu presens est et omne quod prius est scire potius
quam prescire Et tamen dicitur zelans deus iratus [struck] penitens misericors
et prescius. Ut quia castitatem anime uniuscuiusque custodit humano
more zelans vocatur quamvis metus cruciatu non tangitur Et quia culpas punit
dicitur irasci quamvis nulla animi perturbatione inducitur Et quia ipse
immutabilis id quod voluit mutat penitere dicitur quamvis rem mutet
consilium non mutet Et cum miserie nostre subvenit misericors vocatur quamvis
miseris subvenit et cor miserum numquam facit Et quia ea que nobis futura
sunt videt que tamen ipsi semper presto sunt prescius dicitur quamvis nequaquam
futurum prevideat quod prius videt Nam et contingentia sunt non in eius eterni-
tate ideo videtur quia sunt sed ideo sunt quia videntur. Dum ergo ad verba mu-
tabilitate nostre descenditur ex eis quibusdam gradibus facile ascendat
quis post ad incommutabilitatem dei ut videat sine zelo zelantem sy-
ne ira irascentem sine dolore et pena penitentem sine miseria miserantem
et sine prevasionibus prescientem Et sequitur ultima [illegible] tali sunt excecatis
et obstinatis reprobis que post in hac prevenient quia sanctis et electis
erunt aperta divina iudicia que timebunt et sacre scripture secreta
que credent et eterne misteria que revelabuntur Reprobis tamen erunt
omnia clausa propter iniquitatem et infidelitatem eorum que numquam eis
revelabuntur Unde dicitur Et impletum est templum id est ecclesia vel scriptura
fumo id est obscuritate et ignorancia sed quantum ad reprobos ne possint
videre et intelligere misteria eterne secreta scripture et iudicia dei [illegible]
predicatores divinas et earum correctores Ysaye vi Excecata cor populi huius
Et consimiliter 29 Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati Apocalipsis 3o
testimonium eius nemo accipit scilicet infidelium quamvis tamen omnia bonis et
iustis erunt aperta quod fiet virtute divina sicut unius suam voluntatem
et iustitiam facientem Unde sequitur a maiestate dei et id est virtute
eius hoc iuste et misericorditer disponente Ita quod hic et capitur expositive
pro idest vel maiestas dei refertur ad revelacionem que fit bonis
virtus ad clausionem que fit malis Unde dicitur Ysaye 22 Dabo clavem
domus David et aperiet scilicet quo ad bonos et claudet scilicet quo ad malos
Et hoc est quod dictum est supra 3o hec dicit qui habet clavem David qui claudit et
nemo aperit etc Et nemo scilicet de numero reproborum poterit intrare in templum
id est in ecclesiam per gratiam et fidei susceptionem vel in sacram scripturam per
veram intelligentiam misteriorum eius Nec mirum Excecavit enim eos
malicia eorum ut dicitur Sapientie 2o donec consumarentur vii plage septem ange-
lorum id est donec omnes terre predicatores timentur [illegible] id est donec impleantur
omnes comminationes predicatorum de malis puniendis et in infernum detrudendis
tunc enim experiencia penarum faciet eos intelligere quod modo contempnunt
audire Unde post dicitur Recogita in persona divitis epulonis pena oculos
aperit quos culpa vel prosperitas claudit Unde tunc penitentiam agentes et
pre angustia spiritus gementes dicent illud Sapientie 5to Nos insensati
vitam illorum estimabamus etc Ergo erravimus a via veritatis et lumen
iustitie non luxit nobis et sol intelligentie non est ortus nobis etc
Quid nobis profuit superbia aut divitiarum iactantia quid contulit nobis
transierunt omnia illa tamquam umbra etc Hec est confessio reproborum
in inferno sed nimis sera et infructuosa quia ut dicitur Ecclesiastici xvii
A mortuo quasi nichil perit confessio. Propter quod sapiens consulit ibidem dicens
Convertere ad dominum et relinque peccata tua precare ante faciem dei et mi-
nue offendicula Revertere ad dominum et avertere ab iniusticia tua
et nimis odito execracionem et cognosce iusticias et iudicia dei et sta
in parte propositionis et orationis altissimi dei [illegible] vade seculi sancti

tum vivus et dantibus confessionem deo non dimoverit in errore impiorum
an mortem confitere. Confitebere vivens vivus et sanus confiteberis
et laudabis deum et gloriaberis in miserationibus eius. Et ibi. Vel
nemo scilicet malorum poterat nec stultus poterit introire in templum scilicet
celestis glorie donec consumarentur vii plage vii angelorum id est donec mali
exeunt perfecte puniti sicut predixerunt vii angeli id est predicatores universi.
Et nec post poterunt intrare. Donec in hoc modo expositum hic ponitur
inclusive scilicet et in eternum. Sic Iob primo donec impleatur os tuum risu
et alibi. Non cognovit Ioseph Mariam donec peperit filium suum pri-
mogenitum id est numquam nec ante nec post. Sicut enim scribitur de Heli primo
Regum 3 quod non poterat videre lucernam domini donec extingueretur. Aliter
secundum Haymonem per templum significatur intima corda simpliciorum intuen-
tium de iudiciis dei quibus videtur iniustum quod deus omnipotens re-
probos in hac vita permittit regnare et omni honore et divitiis et sanitate
corporis vigere, bonos autem sanctos suos patitur puniri crucifigi lapidare ustulari
et per varia tormenta presentem vitam finire. Neque unquam permittit
in presenti vitam quietam habere. Sicut patet. Nero impiissimus imperator
[illegible] in uxorem et matrem [illegible] mala perpetravit
imperabat toti orbi. Petrus vero princeps omnium apostolorum ab eo
tortus est et crucifixus. Et Paulus magister omnium gentium qui plus omnibus
laboravit est enim ab eo decollatus. Per fumum vero significatur
cecitas ignorantie quo repletur talium corda qui nesciunt considerare
quod deus illos ut filios hereditatem est daturus ideoque permittit eos
affligi ad tempus tot per modum cum illo letetur sine tempore. In quorum
persona ait psalmista Mei pene moti sunt pedes pene effusi sunt
gressus mei quia zelavi super iniquos pacem peccatorum videns.
Et Abacuc propheta Quare respicis contemptores et taces conculcante
impio iustiorem se. Sed ut dicit Lira hoc fit a maiestate et virtute.
Nam secundum Haymonem hoc est magna virtus dei quod sustinet ut hominem
malum ut sit imperator et dux totius orbis et ut eius electi
mala patiantur ab illo. Sapientie dei est omnia ordinare ad bonum
et bonis uti malis reproborum sicut nequitie eorum est male uti
bonis operibus dei. Unde ait Augustinus epistola [illegible]. Et nemo scilicet
talium infirmorum simplicium poterat introire in templum id est per-
scrutari subtilitatem divinorum iudiciorum donec consumarentur septem
plage septem angelorum id est donec omnes essent predicatores. Unde
ait Haymo. Cum autem consumate fuerint vii plage vii angelorum
id est finem acceperit omnis ecclesie predicatio et venerit Christus ad iudi-
cium ut reddat unicuique iuxta opera sua, tunc manifestabuntur ista
omnipotentis dei iudicia que nunc sunt occulta. Tunc et reprobi
qui hic honore et dignitatibus pollent ducentur ad supplicium. Iusti
autem qui in hoc seculo tormenta sustinuerunt atque supplicia ab illis
illata transferentur ad regnum sempiternum. Ex talium namque persona
psalmista dicit Existimabam ut cognoscerem scilicet subtilitatem iudiciorum
divinorum, scilicet hic labor est ante me donec intrem in sanctuarium
dei et intelligam in novissimis eorum. Sancti vero qui habent
phialas aureas intrant in templum dei quia considerant et perspiciunt
iudicia dei omnipotentis et cognoscunt cuncta iusta esse. Vident et sciunt
istorum tormenta qui in presenti exaltantur et dilatantur et illorum
premia qui hic humiliantur et duratum dolorum sustinent. Et ideo hoc quod
dicitur nemo poterat introire in templum refertur ad eos qui
dei omnipotentis iudicia reprehendere conantur. Tale est et illud psalmiste
Non est qui faciat bonum non est usque ad unum. Et illud Iohannis 3
de Christo loquitur testimonium eius nemo accipit. Et subdit Qui autem
accepit eius testimonium signavit quia deus verax est. Ita videlicet sunt
nonnulli quorum nemo testimonium eius accipit sicut sunt infideles.
Et item sunt nonnulli qui accipiunt testimonium eius et sciunt quia deus
verax est. Sic ergo et in hoc loco intelligendum est secundum Haymonem

quod dicitur nemo poterat introire in templum Nemo sz corum q̄ diuina
iudicia rephendere conantur z cont̄ ea murmurant Vel alit' ym hayo
et Bedam et alios expositores · p templum possunt significari corda
electorum p per fumum vero compunctio cordium vel confessio peccatorum cum
vz compunguntur corda z pectora peccatorum ex intimis usq3 ad effusiones
lacrimarum Impletur ergo templum fumo quando corda quorumdam
facinorosorum implentur pnīe lamento · Vel q̄a audit peccator aliquem
loquentem predicatorem z dicentem q̄d apostolus dicit Neq3 adulteri neq3 forni:
catores et ceteri regnum dei possidebunt · j Cor vj · Dum hec audit
et considerat que tormenta inferni visui sibi immineat compunctus
corde effundit fumum i compunctionem cordis dum lacrimis confitetur
peccata sua Sic enim fumus precedit incendium · sic flama caritatis
precedit confessio peccatorum · q̄r vz ex confessione peccatorum z compunctione
cordis nascitur ignis caritatis · prius n· q̄s confitetur peccata suum
peccata incipit valde diligere deum z proximum Et hoc fit a maiestate
et virtute dei · q̄r vz deus sua virtute z maiestate illuminat cor illius
vt agat pnīam q̄ in cordibus hominum exigunt confessionem peccatorum
Vnde psalmista canit de confessio z magnificencia in q̄o eius · Et
alibi qui tangit montes z fumigant i· mentes hominum sclerum
et superborum revo sue inspiracionis compungit et lamento fletus
q3 penitencie perfundit Sic respexit petrum Et egressus fleuit
amare luce · xxij · Et ex subsequenti ita sequitur Nemo tamen potest introire
in templum · i· nemo potest esse securus de sua conscientia vtrum
scilicet indulgenciam z remissionem peccatorum suorum sit consecutus
Ignorat enim vtrum odio vel amore dignus sit · eccl̄i ix · vel donec
consumantur j plage · i· angelorum · i· donec omnes predicatores fuerint
tecte finem ac finem accipiat · quod tunc fiet qn veniet xp̄s
reddere vnicuiq3 hominum secundum opera sua · Et dicitur sz q̄ fumus
aliquando accipitur in malo scilicet pro caligine ignorancie vel cecitate
Aliquando accipitur · Vnde in ysaie vj · Impleta est domus fumo z cetera · xiij · Ab aquilone
enim fumus veniet Vnde fumus dicitur dyabolica temptacio · Job xlj · de
naribus eius procedit fumus Vnde fumus aliquando dicitur caligo inquisicio
potius caligans quam illuminans · prouer x Sic acetum dentibus et fumus
oculis Sic piger hiis qui miserunt eum Vnde fumus dicitur eterna
dampnacio · Sup· psalmo · Ascendit fumus tormentorum eorum in secula seculorum
Vnde dicitur fumus in bono · sz cordis compunctio vel pectoris laude
et confessio ut dictum est · Vnde fumus dicitur fidei passione
ihesu x illuminacio · Thob vj · fumus eius extrahit omne genus
demoniorum Vnde dicitur fumus fuor elevat oraciones · Sup· 8o
Ascendit fumus aromatum incensorum de oracionibus sanctorum coram
deo · Cant· viijo Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula
fumi · De hoc fumo · Ezechie super ezechiele · j · cetera x · re parte
multum Vnde dicitur fumus specialiter diuine condescensionis Sic iiij Reg 8o
dicitur q̄ nebula impleuit domum domini ad designandum presenciam dei
acceptantis duorum Salomonis z sui Sic in Ps zn·N·
Sic deus rumiendo reprobos condescendit electis Et q̄d dicitur
Et nemo poterat introire in templum zm euchierium concludit ei
q̄d dicitur iij Reg viijo Et non poterant sacerdotes stare · q̄r sz sc
retyrerunt propter presenciam glorie dei · Sp̄z hoc ergo q̄ dicitur
Et nemo poterat ~~intra~~ introire in templum Vtr designatur
zm eum q̄ in ministro esse reuerencius polito se dicant hec ad deum
vt impleantur plage super inimicos esse vt sic liberius possint
eccl̄as ingredi ad celebrandum officium diuinum sublato impedi
mento infidelium

Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis
Ite et effundite septem phialas ire dei in terram

Et abiit primus et effudit phialam suam in terram Et factum est vulnus sevum ac pessimum in homines qui habent caracterem bestie et eos qui adoraverunt ymaginem eius. Capitulum sedecimum

Et est 2a pars principalis quinte visionis In qua describitur visio[n] [illegible] dispon[itio] septem angelorum habencium plagas sive phialas septem in qua [illegible] determinatur de effusione vel influencia earum id est dominica dampnacione reproborum et predicatorum sanctorum maxime tempore antichristi. Et introducuntur septem angeli per quos id est ordines predicatorum in septem statibus ecclesie designantur. Et septem phiale per quas intelliguntur generaliter universe signaciones seu denunciaciones penarum. Et septem loca per que universitas reproborum figuratur. Et hoc [illegible] distinctionem septem capitalium viciorum. Et septem effusiones in quibus designatur universe dampnaciones reproborum ut inferius patebit. Et dividitur istud capitulum in duas partes. In prima ponitur de ipsa effusione vel influencia precepto. In 2a precepti executio ibi Et abiit primus etc. Primum ad primum dicitur Et audivi scilicet auditu interiori de quo dicit propheta Audiam quid loquatur in me dominus deus vocem id est divinam inspiracionem vel angelicam admonicionem magnam id est magne proprietatis de templo id est de ecclesia vel de occulto misterio vel id est a Christo dicentem septem angelis id est universis ecclesie predicatoribus Unde Aggeus Vox ista vox est omnipotentis dei Et recte magna dicitur quia magna precipit. Templum autem est ecclesia sancta de qua dominus loquitur [illegible] De spiritualibus unum [illegible] septem angeli sunt predicatores universi de templo fit magna vox ad angelos quia de ecclesia loquitur Christus predicatoribus [illegible] ille. Qui dicuntur septem quia dicunt hec septem dona spiritus sancti Item septem virtutes scilicet tres theologicales et quatuor cardinales Item septem peccatorum mortalium noticiam ad eorum detestacionem Item septem sacramenta que ad eorum dispensacionem Item septem tribulaciones [illegible] huius incitati [illegible] de quibus [illegible] In sex tribulacionibus liberabit te et in septima non tanget te malum Et significantur per septem mulieres de quibus dicitur [illegible] apprehendent septem mulieres virum unum id est septem tribulaciones mollicies animum superbum [illegible] Dicuntur autem predicatores angeli propter multa primo propter sanctimoniam cordis et corporis. Unde in veteri lege sacerdotes cingebantur baltheo circa pectus et femoralibus circa renes ut habetur Exodi 28. Sic et sacerdotes evangelici in ministerio sacri altaris duobus cingulis precinguntur. Uno quidem ab humerali descendens per collum in pectore cancellatur et per humeros ductus per circa in pectus reducitur ut ibi ligetur. Per quod cum testimonia cordis. Per humerale namque signatur fides que sub velamine videtur sicut dicitur i ad Cor. xiii Videmus nunc per speculum in enigmate. Per ligaturas vero descendentes ab humerali signatur duo [illegible] fidei quia de duobus precipue est fides scilicet de divinitate et humanitate Christi Cum enim sacerdos induit humerale signat se hoc [illegible] et firmam [illegible] fidem de divinitate et humanitate Christi in corde et ore per confessionem ad salutem in hoc quod ligature per collum ducuntur et super pectus adinvicem coniunguntur. Quod autem ille ligature per humeros ducuntur designatur quod debet ostendere fidem ex operibus. Et quod ligature ille reducuntur ad umbilicum et ibi colligantur significatur quod fides in ea operatur castitatem cordis [illegible] xi Erit fides cinctorium renum eius. Alio vero cingulo precinguntur circa vel super renes quo alba constringitur ne defluat in terram. Per quod signatur castitas corporis quam facit iusticie prima sicut dicitur ibidem scilicet [illegible] xi Erit iusticia cingulum lumborum eius. Hec cingulum iusticie facit ne alba id est [illegible] defluat super terram id est ne pulverem vane sive terrene glorie vel avaricie in se colligat. Secundo predicatores dicuntur angeli propter officium contemplacionis et administracionis quod simul habent. Nam cum quod in contemplacionem videt deum velle sic exequuntur in administracionem Danielis vii Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei

Mathei xviii angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Nota glosa dicit quod angeli quocumque vadant numquam a dei contemplacione recedunt. Sic predicatores debent divinam voluntatem inspicere contemplando ut proxim docerent predicando. Unde Moysi dictum est Exodi xxv Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Unde etiam sacerdotes legales induebantur tunica iacinctina que colorem celestem habet. Et ewangelici sacerdotes induuntur casula que est ex omni parte rotunda et in medio modicam habet aperturam per quam caput velatum humerali egreditur. Ubi signat eternam contemplacionem que fidei similis est. Item 2o predicatores dicuntur angeli propter custodiam animarum commissarum. Psalmus Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Sic predicatores debent esse solliciti in custodia gregis domini eis commissi. Cantici 3o En lectulum Salomonis lx fortes ambiunt ex fortissimis Israel omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. Ysaye 62 Super muros tuos Iherusalem constitui custodes tota die et tota nocte. Item quod ait Bernhardus in sermone de adventu domini de se faciens exclamacionem sic inquit Quid ego infelix quo me vertam. Si tantum thezaurum scilicet animas in commissas. Si preciosum illud depositum quod Christus sanguine suo pro eis dedit contingeret negligenter custodiri. Si stillantem in cruce domini sanguinem collegissem esset quod repositus coram me in vase vitreo quod et portare sepius oporteret. Quale animum haberemus essem in discrimine tanto. Et certe illud servandum recepi. Pro quo mercator non imprudens ipsa utique sapiencia sanguinem suum dedit. In eo tamen securus ero si debitum exhibebo custodia et disciplina. Actuum xx Attendite vobis et universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo. Quarto predicatores dicuntur angeli propter officium missionis. Angelus enim nomen est officii non nature et interpretatur nuncius sive missus. Unde psalmista Qui facit angelos suos spiritus id est quos spiritus sunt spiritus facit angelos cum vult. Ad Hebreos I Omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Et de predicatoribus dicitur Malachie 2o Labia sacerdotis custodiunt scienciam et legem ex ore eius requirent quia angelus enim domini exercituum est. Et ad Romanos x Quomodo predicabunt nisi mittantur propter quod in Apocalipsi dicitur Septem angelis id est universe ecclesie predicatoribus. Item quod dicit Nolite vos ad predicandum ingerere nisi missi. Item non tantum pedibus corporis sed mentis qui sunt intellectus et affectus. De quibus Cantici vii Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis id est in sanctorum exemplis et scripturarum testimoniis filia principis id est anima fidelis predicatoris. Et Ysaye 52 Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem annunciantis bonum predicantis salutem. Et effundite septem phialas ire dei id est aperte denunciate divinas predicaciones comminantes iram dei in terra id est super omnes terrenos. Unde Beda Data est potestas ecclesie iudicium inreconciliae dampnandis et absolucionem convertendis. Et est notabile quod predicatores ire deinde effundite dicunt enim predicatores ire vitam veterem deserendo se a mundanis elevando de virtute in virtutem proficiendo celestia desiderando. Job 38 Numquid mittes fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi assumus. Super quo Gregorius 30 moralium dicit Fulgura ex nubibus exeunt sic mira opera ex sanctis predicatoribus ostenduntur. Qui ideo nubes vocari solent quia verbis pluunt et miraculis choruscant. Vadunt ergo fulgura cum predicatores sancti miraculis choruscant et superna reverencia auditorum corda concuciunt. Revertencia vero dicunt assumus cum non sibi sed dei viribus tribuunt quicquid se fortiter egisse cognoscunt. Marci x Item ad oves que perierunt domus Israel. Psalmus Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Iohannis xvi Posui vos ut eatis et fructum afferatis. Actuum v Exibant apostoli gaudentes. Ysaye xviii Ite angeli veloces et sic euntes debent effundere phialas ire dei id est aperte denunciare predicantes corda timore generantes de iusticia dei terrentes gehennalia supplicia comminantes hominibus temis

p(ro) (?)rena amantibus. Sic faciebat Salvator Math. 23 de velut scribe
et pharisei ypocrite Apocalipsis 3o. De impio in malum corde et adulantibus
dicitur Ysaie ix Et erunt qui beatificant populum istum seducentes et qui
beatificantur precipitati. Ex quibus dictis patet quod predicatores et prelati qui pre-
meditacionibus studio vacant velut in templo sedentes; De utilitate
pabulo quod interius dulce ruminant, subditos pascere debent. De quorum
ore verbum dei tanto dulcius auditur quanto cordi eorum simonia con-
traria non videtur. Vita de ipsa vitam sumunt quod per linguam proximo
conferunt. Ugo super Ezechielem omelia ix super Ezechiel. Qui vitam suam tacitus
pensat et ex suo foris admonendo alios edificat, quasi in corde lin-
gwe talentum intingit, ut eo quasi manu ubi proximus exiguit scribit. Hec
Ut quod in effectu placeat non est verum predicatoris. De utroque
Erunt verba hec in corde tuo et narrabis ea filiis tuis. Hoc
est enim verbum multum affert fructum si tamen habeat modum debitum
et sit iusticie gerentium. De fructu verbi dicitur Proverbiorum 4o. Suscipe verba
mea ut multiplicentur tibi anni vite tue. De modo debito dicitur
Proverbiorum xvio. Favus mellis verba composita. De iusticia dicitur Eccli. 18
Sensati in verbis et ipsi sapiunt egerunt et ipsi intellexerunt veri-
tatem et iusticiam. Et Ysaie 45 Egredietur de ore meo verbum iusticie.
Est autem fructus verbi quadruplex. Curat enim infirmitatem. Conservat sa-
nitatem. Edificat caritatem et delectat ad suavitatem. Curat inquam
infirmitatem. 4 Regum 2o Sanate sunt aque usque ad verbum Helisei. Aque
multe populi multi ut dicitur Apocalipsis xvii. Quos sanat verbum dei ab infir-
mitate peccati. Ps. ut dicitur in psalmo Misit verbum suum et sanavit eos
et eripuit eos de interitionibus eorum. Sicut enim corpus subicitur
multis infirmitatibus, sic anima pluribus peius afficientibus. Non et
corruptibilibus celestibus et sanatur difficilius. Sicut autem medici qui corpo-
rum curant medicaminum varietates et adiutoria diversa perquirunt, et aliquando
ex solo beneficio aeris naturalis vel ex beneficio sompni conficitur eger
sanitate sine labore medici. Ita etiam diversitate infirmitatum spiritualium
querenda est remedium diversitas et sermonum. Sed in hoc est differencia quod in
remediis animarum solum verbum est medicina. Non alius cibus, non
ferrum vel cauterium, non sompnus vel aeris moderata temperies
nec alia medicamina. Nam per verbum et tacitum animarum suscitantur
et tumentes compunguntur et superflua resecantur et que videntur de-
esse supplentur. Math. 8o Dic tantum verbo et sanabitur puer meus
qui spiritus infirmatus. Neque herba neque malagma sanavit eos
Sed sermo tuus domine qui sanat omnia Sap. xvi. Unde Basilius Sermo
dei de superbis facit humiles, de crudelibus pios, iracundos reducit
in mansuetudinem, ociosis largitur fervorem, et luxuriosis rivulos adhibet
prius inunde castitatis, facit ut leves quosque ad gravitatem redeant
Ut ociosi scurrilitatibus parcant, Ut magniloqui disciplinata silencii ob-
servancia se restringant, Ut vagos quosque cathena vere coherceat
Ut indisciplinatos moribus a sua se pravitate compescat. Est enim
speculum animarum ubi mens humana perspiciat interiores quid minus est
impleat, quod superfluum resecat, quod obliquum dirigat, quod rectum est cu-
stodiat et quod deforme deponat. Secundo verbum predicacionis conservat sa-
nitatem de utroque ... Et Math. 4 Non in solo pane vivit homo sed
in omni verbo quod procedit de ore dei. Sicut enim panis naturalis non conservat
corpus in sua sanitate, sic sine verbo predicacionis anima. Si enim
circa athletas videmus quod utuntur cibis congruentibus ut confirmentur
in suis viribus, ne per occasionem modice negligencie destituantur in eis
vires corporee, quid debent facere nisi panem verbi ponere, qui cor
hominis certe custodire. Unde dicitur Actuum 19 Verbum dei fortiter cresce-
bat et erat confortatum. Tercio verbum predicacionis edificat caritatem
1 Joh. 2o Qui servat verbum eius vere in eo caritas dei perfecta est
Ut hic in fratre sermo predicatur et caritas in audientibus roboratur

Eccl. 48 Surrexit helias propheta quasi ignis et verbum eius quasi facula arde
bat. hic est ignis peccata consumens animam non affligens, ardens suaviter
desolans feliciter est enim carbo desolatorius ut dicat quem verbum igitur
inflamat. Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exar
descit ignis. Hoc igne, consumpta omni labe peccati, et rubigine viciorum
iam emundata et consolata sanata, sectatur subita quedam et ampliter
latitudo mentis et insuper lumen quod illuminat intellectum sicut calor
inflamat affectum. Sicut stante pariete ruinoso corporis, radius iste claritatis
non se infundit per aperta ostia, sed per angusta foramina quasi videmus
nunc per speculum in enigmate quantitatem secundum modum vite presencium pictum.
Quarto verbum predicacionis delectat ad suavitatem. Eccl. 18. None
ardorem refrigerabit ros, sic verbum melius quam datum. Ros enim tepidis
reducit temperiem et inmoderatum tollit ardorem. Sic verbum predicacionis
in anima inducit leticiam et exultacionem. tempus omne mordinatum
affectum. Ierem. XV. factum est michi verbum domini in gaudium et exultacionem
cordis mei. hac nimirum indiget anima viatrix consolacione, quamdiu degit
in huius exilii peregrinacione secundum illud psalmiste: Cantabiles erant michi iusti
ficaciones tue in loco peregrinacionis mee. hiis nimirum canticis recreamur, hoc
vino inebriamur ut terrenorum obliviscamur. Ierem. 23. factus sum
quasi vir ebrius et homo madidus a vino a facie domini et a facie
sanctorum verborum eius. Sic ergo patet de fructu quadruplici. Quinto in
fertur verbum predicacionis si tunc ut dictum est habeat modum debitum
et sit instar condimentum. quam verum doctrine dicitur habere modum debitum non
excessivum. Unde dicit apostolus 1 Cor. XIIII. Volo in ecclesia quinque verba loqui.
Quinta penset dicitur predicator quid, quando, cui, qualiter et quantum loquitur. Si
enim unum horum defuit locucio apta non erit ut dicit beatus Gregorius
omel. XI super primam partem Ezechielis. Considerat ergo quid loquitur, ut
verbum predicacionis semper sale gracie condiatur. Luce 4. mirabantur de
verbis gracie que procedebant de ore eius. Verba gracie dixit, non superbie
non stulticie. Prover. 2. Verba illius non sonant disciplinam. Eccl.
32. Age convivium tuas non in delictis neque in verbis superbe. Con
sideret eciam cui loquitur, quia sepe verbum interpretacionis una persona
recepit, altera non admittit. Nam et verbum crucis pereuntibus stulticia
est. hiis autem qui salvi fiunt id est nobis virtus dei est. 1 Cor. 1. unde et
verbum domini quosdam utiliter subtrahitur, et quosdam utiliter confertur. Prov. 24.
Gloria dei celare verbum, et gloria regis est investigare sermonem. hoc enim
est per contrarium receptum verbum dei. Et ut dicitur Eccl. 19. Sagitta
infixa in femore canis verbum in corde stulti. Consideret eciam quando
loquatur, quia sepe intempestive differtur quod tempore non benigne suscipitur.
Prover. 24. Mala aurea in lectis argenteis qui profert verbum
in tempore suo. Sic enim fructus ante tempus colligitur et perditur. Sic verbo
platum non in tempore suo efficacia perditur ut non sentitur. Unde
Christus discipulum suum instruens de verbo predicacionis 2 Thim. 4.
cum dixisset: predica verbum, subiunxit: insta oportune importune.
Dicturus importune premisit oportune, quia verbum apud audientem
sua utilitate se destituit si habere importunitas oportunitatem nescit.
Consideret et qualiter loquitur, quia sepe vasa ligne vini ad punctum recro
cant alium includit. propter hoc dicitur Eccl. 28. Aurum tuum et argentum
tuum conflata et verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo re
ctos et attende ne forte labaris in lingua et cadas in conspectu inimicorum
insidiancium tibi. Stringenda sunt enim verba et componenda et per
racionem mundanda quasi appendentur in statera. Verba enim sapiencium
statera ponderabuntur ut ordinate omnia proferantur. Unde et verecundi
sunt leniter arguendi, ne si asperius increpetur, vel in desperacionem
cadant vel forte frangantur. Impudentes autem aperte dicunt et quasi increpare
pari. quia si leniter arguentur ad maiores culpas ex ipsa lenitate
provocantur. culpas nimirum suas non cognoscunt nisi per increpacionis. Et ideo
si leves increpaciones fuerint, crescunt culpas leviores. Consideret insuper

Contemptum loquitur. Nam ut dicit presbiterorum xiiii. Ubi verba plurima ibi frequenter egestas. Sic in arbore plurimis est fructus ubi est foliorum ubertas. Sic etiam qui multa ferre non possunt, qui loquitur longius vini potius in aure fastidium generant. Unde pauca dicenda sunt infirmis in hore que audiant et teneant et eorum corde dolore pariter compungunt. Contra non multa continere non possunt et ideo omnia simul amittunt. Et impletur illud Ieremie vi Incircumcise sunt aures eorum et audire non possunt. Et factum est illis verbum domini in obprobrium. Et propter ut dicitur Iob 18 verba dilatari ultra finem debitum. Sic demum verbum predicationis instare contentum ut expressum ut annunciet virtutes et vicia gloriam et penam cum brevitate sermonis. De virtutibus contentis Act. 26 dixit Paulus Non insanio optime Feste sed veritatis et sobrietatis verba loquor. Sunt in loquebatur de passione Christi que semper ostendenda est predicandum unde procedunt virtutes anima infortunatis. Hoc est verbum quod dominus offert evangelizantibus virtute multa. Verbum quasi ignis ardens et quasi malleus conterens petras. De viciis Ieremie primo Ecce dedi verba mea in ore tuo ecce constitui te super gentes et regna ut evellas scilicet avariciam secularium et destruas scilicet luxuriam carnalium et disperdas scilicet superbiam prelatorum et dissipes scilicet invidiam emulorum. Isti sunt enim quatuor Reges contra quos pugnabat cum quinque regulis sodomorum. Hoc est quinque sensibus subditorum. De penis Zacharias audivit ab angelo verba bona et consolatoria. Ad Hebr. xiii. Rogo vos ut sufferatis verbum solacii. Sic non solacium habet miseri cum sedentes in carceribus ergastulo audiunt liberari. Sic electi gaudent involvere gaudiis cum audiunt verba de premiis que successura sunt eis. De penis I Reg. 3 Ecce verbum facio in Israel quod qui audierit tinniet aures eius. Unde non non stupeat cum de die iudicii et penis reproborum cogitat. De quo Petrus ait Celi qui nunc sunt et terra contra posti sunt igni reservati in igne iudicii et perdicionis impiorum hominum. Hoc erit verbum asperum Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius scilicet crudelissimis demonibus qui animam illigabunt spiritibus suis et cruciatibus intolerabilibus. Unde recitat Petrus Damianus de quodam comite qui dampnatus est quia iniuste possessionem ecclesie, dicens in hec verba. In theutonicis partibus comes quidam dives ac potens si quid in illo ordine reperitur est rarius bone opinionis et innocentis vite, prout humanum erat de eius estimatione iudicium. Ante decennium fere defunctus est. Post cuius obitum quidam religiosus per spiritum ad inferiora descendit et statim ipsum comitem in supremo gradu cuiusdam scale positum videt. Alebat namque quod illa scala inter stridentes et crepitantes voltres incendii flammas videbatur erecta atque ad suscipiendos omnes qui ex eorum comitatu in genealogia descendebant constituta. Erat autem theatrum chaos et inane barathrum patens et in profunda dimersum unde scala predicta surgebat. Hic igitur ordine succedentium sibimet series texebatur, ut cum quis eorum novus accederet, primum superiorem scale gradum teneret. Is autem qui illic receptus erat et alii qui sunt omnes scale gradum tenet; is autem qui illic receptus erat. Et alii qui omnes ad proximum subtus gradum in ima descendebant. Cumque alii atque alii ex eorum quoque homines post cuiusdam obitum ad predictum scale ex eorum tempore intervalla confluunt, et alii proximus cedunt ineffabilibus iudicii cum intervalla confluerent et alii procumbentes tradunt ineffabilis iudicii severitate ad inferiora migrabant. Ipse inde dum vir qui hoc contemplabatur causam huius horrende dampnationis inquireret et presertim cur ille comes sui temporis puniretur qui tam honeste tamque decenter vixisset, auditum est propter quandam predii possessionem Mecensis ecclesie quam beato Stephano proavus eius abstulerat, cui post iste unus decimus in hereditate successerat. Omnes isti uno eodemque supplicio deputati sunt. Et sic eos

ad peccandum non dispar audiere culpa commixit. Iter Michilomus
ad offendas atroces ... in tedii penas commune supplicium co:
pulavit. Et ille. Hoc enim iuris iniusti possessores adultat. et
publice timeant ne dum se de redditibus eorum saciat. edaces
ignes flammas medullis suis depascant. Hoc angeli .i. predi:
catores omnes dicunt eis denunciare. Tum quod eis de templo precipi
magna voce. Ecce dicitur et effundite septem phialas ire dei in terra
.i. terrenis et peccatoribus denunciate penas eis debitas tam in re et
mensuram peccatorum. Tunc ibi et abiit primus. Posita preceptione
de septem phialarum effusione vel inflictione. Subdit precepti exe:
cucionem. Et subdividitur in septem partes iuxta numerum .i. angelorum
phialas effundencium in .i. loca sive .i. genera hominum vel rerum .i. genera
peccatorum. 2a ibi. Et 2us effudit phialam suam in mare. 3a ibi
Et tercius effudit phialam super flumina et super fontes aquarum. 4ta
ibi Et 4tus effudit phialam suam in solem. 5ta ibi. Et 5tus effud
phialam suam super sedem bestie. 6ta ibi Et sextus effudit phial.
suam in flumen illud magnum eufraten. 7ma ibi Et 7mus effu:
dit phialam in aerem. Item. Adhuc pars in duo. Primo ponit effusionem
phiale execucio. 2o eius quod sequebatur specificacio. Ibi Et factum
est vulnus sevum et pessimum etc. Dicit ergo primo Et abiit .i.
precepti obedivit primus angelus .i. primus ordo predicatorum. Et
effudit phialam hoc est vindictam dei denunciavit. vel penam futuram
dampnatis est. In terram .i. in eos qui sunt terrena diligentes. Ut
expositum est supra. Unde queritur. Quo predicatores dicuntur effundere
phialas .i. dampnacionis super peccatores. cum eorum sit avertere indignacionem
dei a populo. Ergo Moyses dicit Exodi 32 aut dimitte eis hanc
noxam aut dele me de libro tuo. Unde arguitur Ezechiel xiii Non
ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Ysrahel
ut staretis in prelio in domo domini. Et alibi. Quesivi virum qui inter
poneret sepem et consisteret oppositus contra me ne dissiparet eam
et non inveni. Et Ysaias 6 ... cui solo consimiliter deplorat dicens Omnes
nos cecidimus quasi folium et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt
nos. Non est qui invocet nomen tuum. qui consurgat et teneat te scilicet ne vin
dictam infligas. Ad hoc potest dici quod phialas effundere potest 3r
intelligi. Uno .i. penas impiis ad terram irrogare. Sic Petrus Actuum
Act. viii qui dixit pecunia tua sit tecum in perdicionem. Alio modo dicitur
effundere penam et vindictam pro peccatis debitam eis denunciare
quibus iudicium iam olim non cessat. ut dicitur 1 Petri 2o. Tercio dicitur
effundere non audientium aut audire nolentium inexcusabilitatem ma:
nifestare. Iohannis xv. Si non venissem et locutus non fuissem eis. peccatum
non haberent. Nunc autem excusacionem non habent de peccato suo. Primus ergo
angelus. est primus ordo predicatorum. Effusio phiale. est predicacio
imminentis iracundie dei. Quamvis autem per terram omnis multitudo
reproborum exprimatur. de qua dictum est ad Adam in principio terram
et terram comedes omnibus diebus. Genesis 3o. Tamen dicunt Haymo et
Richardus per terram in quam prima effusa est phiala. possumus intelligere
Iudeam. que usque in finem inmobilis permansit. De hac quippe terra
dicitur Iob 28 Terra de qua oriebatur panis. in loco suo igne subversa
est .i. Iudei a quibus procedebant eloquia divina. subversa incredulitate
et igne invidie in loco suo eversi sunt et de qua panis divinus
processit. Unde Gregorius xviii moralium. Panem dare Iudea consueverat
quia legem verbi proferebat. quam verbum legere. quia iam intelligere atque
explanare exhibere non potuerunt. Propheta Ieremias in lamentacionibus deplorat dicens
Trenorum 4o. Parvuli pecierunt panem. et non erat qui frangeret eis.
Et hic terra in loco suo igne subversa est. quia fidelium fides comprimebatur

Invidie se fratribus concremavit. Una enim invidia semper de superbia nasci solet. Iudeorum autem invidia quia superbiam non relinquit. Terra ergo que prius panem habuit postea igne est subversa quia sinagoga que mandatum dei per legem protulit nascentem etiam precepcionibus igne se consumpsit. Et Gregorius. An non invidie facibus ardebat cum receptores vite sue conspiciebat per quosdam suos dicebat. Quid facimus quia hic homo multa signa facit. Vel hec videtis quia nichil proficimus. Ecce mundus totus post eum abiit. Iohannis XI. XII. Videbant unde penituri debuerant, atque ex inde persecutores fiebant. Querebant extinguere quem videbant mortuos vivificare. In ore tenebant legem et legis persequebantur auctorem. Terra ergo de qua dicebatur panis in loco suo igne subversa est. Quia Iudea in semetipsa et prius habuit legem quam proficeret et post invidiam que consumaret. Effudit itaque primus angelus phialam suam in terram quia apostoli ad vocem Christi docuerunt predicare remissionem peccatorum incipientes ab Iherusalem. Nam et ipse Christus qui est angelorum princeps in eadem terra predicavit. Unde quia noluerunt in eum credere dampnati sunt pecto infidelitatis sue. Unde sequitur effusionis phiale specificatio cum dicitur Et factum est vulnus sevum ac pessimum in homines. Unde Haymo. Hoc vulnus non est corporis sed mentis. Est enim peccatum infidelitatis quo vulnerati sunt iudei nolentes in Christum credere. Ysaye primo. Vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata ~~magnitudine~~ medicamine neque fota oleo. Propter quod eis Salvator ait Iohannis XV. Si non venissem et locutus fuissem eis. Vel ut dicit Haymo hoc vulnere mortui sunt iudei. Hoc autem vulnere infideles ex gentibus mori videntur. Sed incurabilius et dampnabilius iudei quam gentiles. Quia iudei legem habuerunt et dei noticiam acceperunt. Christum carnem in carne predicantem audierunt et eius miracula viderunt. Gentiles autem nichil horum habuerunt nisi per predicationem Christi quam per apostolos audierunt [illegible]. Ideo quia et isti dampnabuntur sed illi crudelius. Hinc enim dicit Salvator Iohannis tercio. Qui non credit iam iudicatus est. Unde non solum dixit vulnus sevum factum est sed et pessimum. Sed hic duo nomina iunxit scilicet sevum ac pessimum ad exaggerandum huius vulneris magnitudinem. Id est mortiferum ac irremediabile. Quo solo quilibet vulnerati etiam si cetera desint eterna pena iudicetur plectendi. Et habet per vulnus scilicet peccatum. Vulnus enim est corporis plaga recens ut ait Papias. Et [illegible] libro etymologiarum. Vulnus est quod ferro fit quasi vi illatum vel fusta seu lapide quia urat. Vulnus etiam est ipsa incisio. Vulnus autem est peccatum debitum cuius divisio et ita iusto sicut peccatum Ecclesiastici XXI. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et sequitur. Dentes leonis dentes illius. Unde Crisostomus super Iohanne omelia LXI. Ne despiciamus peccata quia multa namque insapit. Enim unaquaque die vulnus concupiscencie vastans precipue conviciantis invidentis. Et sequitur. Ideo [illegible] ferramenta ad apponere id est medicamenta. Et istud vulnus est sevum naturali vulneratione et pessimum spiritualium spoliacione. Quod figuratum fuit Luce X. In illo qui incidit in latrones qui despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto. Peccatum tamen peccatum infidelitatis iudeorum dicitur sevum vulnus quo ad temporalem persecucionem factam per Romanos et pessimum quo ad eorum eternam dampnacionem. Que dampnacio dicitur mala propter penarum acerbitatem. Peior propter penarum diuturnitatem. Sed pessima propter earum eternitatem. Vel peccatum iudeorum dicitur vulnus sevum quia ad predicationem apostolorum spiritualiter excecati sunt et pessimum quia Christum recipere noluerunt. Ieremie XXX. Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua. Vel vulnus sevum quia excecati in intellectu, et pessimum quia corrupti in affectu. Sevum

quia in principio noluit recipere Christum et pessimum quia finaliter recipiet antichristum
Vnde quia secundum Haymonem nouissimam Iudeorum cecitatem describit
Qui enim pro Christo sunt antichristum suscepturi secundum illud Iohannis 5° Ego
veni in nomine patris mei et non suscepistis me. Si alius venerit
in nomine suo illum suscipietis. Ideo ibi dicit homines predicatori
Christi pessime volunt qui habent caracterem bestie id est fidem eius et
eos qui adorauerunt ymaginem eius id est conformitatem errorum eius
ut expositum est supra xiiii°. Et hii sunt Iudei qui antichristo configurati
fidei eius credituri. Secundum Richardum Vnde Haymo caracter bestie fides
eius intelligitur. Quem caracterem Iudei iam habent credentes in eum
et illum expectantes. Suscepturi eum dum venerit cum omni cordis
deuocione. Sicut quia apte suscipiet que nunc toto voto querunt. Ado-
rant quoque imaginem eius id est ipsum antichristum. Nunc voto et desiderio
Tunc autem adorabunt mente et corpore prostrati in conspectu illius
Et subdit Ricardus non dignum est ut qui Christum humilitatis signatum tumentes
despiciunt eum accipiant. Luce xv Contempnentes videlicet Christum
suscipient antichristum. Quamobrem specialiter hic de ipsis intelligendus
videtur. Hec et incredulis gentibus equaliter congruere videatur. Multi
enim et miserabiles sicut Iudei in suscepcione antichristi ex incredulis
gentibus erunt sectores sicut apostoli in fide Christi multos habuit
imitatores. Vnde ergo multi de Iudeis crediderunt ad predicacionem apostolorum
qui non fuerunt consortes istius voluntatis serui ac pessimi. Ideo
specificat in quos factum sunt illud volumus dicens. In homines
qui habent id est habebant et habebunt caracterem bestie id est fidem et
similitudinem antichristi in persequendo et expugnando veritatem Christi. Et in eos
qui adorant bestiam et imaginem eius id est qui se conformant antichristo et
precessoribus eius. Licet non antichristus nondum esset cum apostoli predicarent
in Iudea tamen Iudei in persequendo apostolos Christi et expugnantes
veritati ostendebant se ministros antichristi secundum illud apostoli 2 Thess 2
Et nunc quid detineat scitis ut reueletur in suo tempore. Nam
misterium iam operatur iniquitatis. Item postea secundum Haymonem Et sicut
Iudei atque gentiles pro eo quod cetere predicatorum despiciunt tamquam volunt
aduentum voluerit suscipient antichristum. Sic reprobi nunc sanctam
etiam non constituti. Quia Christum se nosse confitentur operibus autem negant
ut dicitur ad Titum primo. Dignum est hos tunc tempore persecucionis a titulo
professionem amittant quam sola gerunt lingua et caracterem bestie
recipiunt in fidei abnegacione que dudum habebant occulte in
operibus manuum cum ad antichristum manifeste sequitur. Propter que
dudum occulte ambulabant. Et ille. Omnes ergo mali habent illius
caracterem in eo quod male viuendo voluntatem eius implent et ymaginem
adorant In eo quod imitatoribus eius se conformant. Ait Richardus
Multi enim nunc antichristi sunt prima Iohannis 2° quia videlicet omnes iniqui iam eius
membra sunt que peruerse editi accipiunt sua male viuendo [?]
ut dicit Gregorius 29 moralium et ibi multum de hoc. Moraliter
autem per istas septem phialarum effusiones id est cruciatus recipiuntur [?]
septem mortalia peccata Et prima continuacio fit gulosis. Et valde conuenienter
contra prima temptacio hominis fuit de vicio gule. Et quia hoc vicium est
fomentum aliorum. Nam secundum Gregorium 30 moralium Nisi prius Christi
homini contra gulam agitur quia nisi prius gula frenetur frustra contra
alia vicia laboratur. Et habetur in glossa Mathei 4° Et secundum hoc littera
dicit Et abiit primus angelus et effudit phialam suam in terram
id est iram dei predicauit gulosis imminere. Et comparantur gulosi terre
propter sitim et famem continuam quia sicut terra non potest aqua saciari
Sic nec gulosi deliciis. Proverbiorum 30 Tria sunt insaciabilia Infernus
os vulue et terra que non saciatur aqua id est gula voluptate. Numeri xi

Via quam lustrominus ducerat habitatores suos. Et factum est volumen
scriptum ac pessimum in homines qui habent caracterem bestie et adoraue-
runt bestiam, et ymagines eius, qui viuunt ad similitudinem bestiarum
omni hora sine discretione potacionibus et comestionibus vacando, ventri
suo seruiendo sicut deo, ymmo plus quam deo, quia plus libenter ut faciant
voluntatem ventris quam dei, de quibus dicitur ad Romanos xvi: Christo domino
non seruientes sed ventri suo. Ad Philippenses 3°: Multi ambulant quos sepe di-
cebam vobis, et nunc flens dico inimicos crucis Christi, quorum deus venter
est et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Hugo de sancto Victore
libro de claustro anime: Solent dyabolo templa construi alta[?] erigi, ut ibi
ad seruiendum ordinate ymmolarentur pecudes, et thura cremarentur deo. Siquidem
ventri templum est coquina, altare mensa, ministri coci, ymmolate pecudes
cocte carnes, fumus incensorum odor et sapor. Nec audiuntur gulosi
[?] et singultus in oracione, sed eructaciones carnium ingurgitacione. Que
non sunt in Jerusalem, sed in Babilone, quia deus eorum venter est et gloria
in confusione ipsorum. De quibus etiam dicitur in Cantica[?] Iude: Hii sunt
in epulis suis macule conuiuantes sine timore semetipsos pascentes. Cum hoc
fit volumen scriptum ac pessimum, quia in hoc vicio gule dampnati supplicium
ieheme[?] portant volumen, dum post conuiuium unusquisque quod dilexit vinum
et pinguia adheret et conuiua gulosus. Fit autem volumen quando quis separatur
ab hiis et quanto prius conuiuii sunt magis consecrate, tanto carum[?] tempus
facit volumen grauius. Secundo volumen est horrens est ex auditu, sed
hii separant dicunt a deliciis quibus per amorem nimium adheserunt. Sed
pessimum volumen erit in effectu, quia non solum deliciis carebunt, sed etiam
[?] perpetuas sustinebunt. Ysaye lxv: Qui mei comedent et vos
esurietis. Et committitur autem hoc vicium quinque modis, ut dicit glosa super illo
Genesis xxv: Ubi narratur Esau vendidisse primogenita sua, primo quando quis
sine necessitate preuenit horam comedendi ex impaciencia expectandi de-
bitum tempus. Sicut legitur de Ionata, j Regum xiiii. Hora vero debi-
ta comedendi creditur esse tercia quando non ieiunatur, propter illud quod dixit
Petrus Actuum 2°: Non sicut vos creditis hii ebrii sunt, cum sit
hora diei tercia, etc. Quasi dicat: Non est credibile quod hii biberunt et comederunt
quia nondum transiit hora tercia. Cum vero ieiunatur, tunc hora debita
comedendi creditur hora sexta diei, quia tunc transiit medietas eius,
et tunc legitur dominus crucifixus et sitiuisse, cuius illi qui istos peccat
incurrunt illam maledictionem de qua dicitur Ecclesiastes x: Ve terre cuius rex
puer est et cuius principes mane comedunt. Terra vero est rex
[?] cuius corpus est terra, principes sunt quinque sensus qui in mane
comedunt, cum horam debitam comedendi sine necessitate preueniunt.
E contrario vero qui predictam horam expectant, benedici merentur. Vnde
dicitur ibidem: Beata terra cuius rex nobilis est et cuius principes vescuntur
in tempore suo scilicet ad reficiendum, non ad luxuriandum. Quod addo propter eos
qui licet expectent horam, tamen propterea nimis comedunt etc. Secundo
committitur hoc vicium cum quis nimis deliciosa affectat comedere vel
bibere sicut diues epulo, de quo dicitur Luce xvi°, quod epulabatur quotidie splen-
dide. Et filii Israel in deserto estuauerunt desiderio carnium, ut habetur
Numeri xi. Contra quos dicit Jeronimus in epistola ad Rusticum: Cibo dei
non sit cure ex quibus cibis stomachum [?] et Seneca: palatum
tuum fames excitet non sapores. Iohel j°: Vlulate qui bibitis vinum
in dulcedine, periit ab ore vestro. Et Ovidius: Est virtus placitis absti-
nuisse bonis. Tercio committitur gula, cum quis nimia quantitate comedit
aut bibit respectu sue complexionis, sicut Sodomite fecerant, de quibus
dicitur Ezechielis 16: Hec fuit iniquitas sororis tue Sodome: superbia, satu-
ritas panis, habundancia et ocium. Vnde hic Iohannes dicit: pluuia
que paulatim descendit est optima, subitus autem et nimius per[?]
imber arua subuertit. Sic et cibus nimius nocet. Vnde dicitur
Luce xxi: Attendite ne grauentur corpora vestra crapula et ebrietate, id est nimia
cibi et potus repletione. Quartus modus est studiositas laute preparandi

hoc modo peccaverunt filii heli primi Reg 2o Qui carnes crudas a
populo accipiebant ut lautius sibi facerent preparari contra legis institu-
tionem. De talibus dicit ysidorus Tota die epulas ruminant qui
ad explendam gulam vespere delicias preparant. Quintus modus est
quando nimis ardenter et avide comeditur vel bibitur. Ut Esau
Gen 25. Contra quod dicitur Eccli 37 Noli avidus esse in omni
epulatione. Dicit et Augustinus Melius est vesci piscibus more domini
quam lenticula more Esau aut ordeo more iumentorum. Et Bernhardus
Ad sanitatem corporis quanto honestius et ordinatius cibus ingeritur
tanto facilius et salubrius digeritur. Et hii quinque modi gule
tanguntur in hoc versu Prepropere laute nimis ardenter studiose
Quos eciam quinque modos exponit beatus Gregorius xxx moralium dicens
Quinque nos modis vicium gule temptat. Aliquando namque indi-
gencie tempora prevenit. Aliquando vero tempus non prevenit sed cibos lauciores
querit. Aliquando quelibet sumenda sunt preparari accuracius expetit.
Aliquando autem et qualitati ciborum et tempori congruit sed in ipsa quantitate
sumendi mensuram refectionis excedit. Nonnunquam vero et abiectius
est quod desiderat et tamen ipso estu immensi desiderii deterius peccat
et existit. Mortis quippe sententiam ex patris ore Ionathas
meruit quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit
Et ex Egypto populus eductus in heremo occubuit quia despecto manna
cibos carnium petiit quos lauciores putavit Et prima filiorum heli
culpa suborta est quod ex eorum voto sacerdotis puer non antiquo
more coctas vellet de sacrificio carnes accipere sed crudas quereret
quas accuracius exhiberet Et cum ad Ierusalem dicitur Hec fuit iniquitas
Sodome sororis tue superbia saturitas panis et habundancia aperte
ostenditur quia cum superbie vicio mensuram moderate refectionis excessit
Et primogeniturum gloriam Esau amisit quia magno estu desiderii vilem
cibum id est lenticulam concupivit quam dum vendendis eciam primogenitis
pretulit quo in illam appetitu anhelaret indicavit Neque enim cibus sed
appetitus in vicio est Unde et lauciores cibos plerumque sine culpa
sumimus et abiectiores non sine reatu consciencie degustamus Hic
et Esau primatum per lenticulam perdidit et Helias in heremo virtutem
corporis carnes edendo servavit Unde et quod et antiquus hostis quia
non cibum sed cibi concupiscenciam esse dampnacionis causam intelligit et primum
hominem non carne sed pomo sibi subdidit et secundum non carne
sed pane temptavit Hinc est quod plerumque Ade culpa committitur eciam
cum abiecta et vilia sumuntur Et infra Ea itaque sumenda sunt que
nature necessitas querit et non que edendi libido suggerit. Et ut sub-
ibidem Sic voluptas sub necessitate se palliat ut vix eam
perfectus quisque discernat. Nam dum solum debitum necessitas petit
voluptas desiderium explere suppetit et tanto gulam securius in
precipicium rapit quanto sub honesto nomine necessitatis explende se contegit
Saepe autem in ipsa edendi via furtive admixta subsequitur Nonnunquam
vero impudenter libera eciam prorsus tona... facile autem est deprehende-
re cum voluptas eius necessitatem prevenit sed valde difficile est discer-
nere cum in ipso esu necessitati se occulta subiungit et ibi multum discer-
nere. Nam quia precedentem nec appetitum sequitur sed a tergo veniens tardius
videtur ... in tempore quo necessitati debitum solvitur quia per esum volupta-
necessitati miscetur quid necessitas petat et quid voluptas suppe-
ditat ignorat. Saepe vero et discernimus quia utraque sibi coniuncta
novimus sed in hoc quod extremis rapimur libet ut sciendo fallamur
et dum ... ex necessitate blanditur ex voluptate decipitur. Scriptum
quippe est Carnis curam ne feceritis in desideriis Hinc ergo in
desiderio suo prohibetur in necessitate conceditur. Sed saepe dum incaute necessita-
ti descendimus desideriis deservimus Nonnunquam vero dum desideriis

immoderatius obviat intimum nequitie iusticias augemus. Sed hinc necesse est
ut artem quamdam continentie teneat quatenus non carnem sed vicia carnis occidat.
Nam plerumque dum plus iusto caro restringitur etiam ab exercitio boni
operis enervatur ut ad orationem vel predicationem non sufficiat dum
incentiva viciorum in se funditus suffocare festinat. Adiutorem
quippe habemus interioris intencionis hunc hominem quem exterius gestamus
et ipsi insunt motus lascivie, ipsi effectus suppetunt operacionis
bone. Sepe vero dum in illo hostem insequimur etiam civem quem diligimus
trucidamus. Et sepe dum quasi civi parcimus ad prelium hostem
nutrimus. Ex hiis namque alimentis vicia superbiunt quibus virtutes nutrite
vivunt, et cum virtus alitur plerumque viciorum vires augentur. Cum
vero immensa continencia viciorum vires extenuat, etiam virtus defi-
ciens anhelat. Unde necesse est ut interior homo noster quasi quidam arbiter
presideat inter se et eum quem exterius gestat, quatenus et homo suus
exterior et semper ad debitum ministerium sibi sufficiat et nunquam
superbe libera cervice contendat [illegible] et moneat si quid suggerendo
submurmurat, dummodo eum suppositum talem donatus premat. Hug(o)

Crescens denique [illegible] ex vicio gule multa mala fiunt. Nam luxu-
riam concitat, virtutem mentis frangit, inquinat, occidit, depauperat
omnia pandit. Vino namque luxuriam gignit et nutrit. Jeremie v°:
Saturavi eos et mechati sunt. Ieronimus: Venter mero estuans despu-
mat in libidines. Vicina sunt enim venter et genitalia ut
pro vicinitate membrorum sentiatur confederacio viciorum. 2m Gregorius:
Secundum malum est quod virtutem mentis [illegible] dominus frangit virtutes strin-
git et dissipat. Unde legitur iiii Reg. ultimo quod Nabusardan princeps
coquorum destruxit muros Jerusalem. Quod tractans Gregorius xxx Moral.
dicit: Quid per muros Jerusalem signatos spiritualiter exprimunt nisi virtutes anime
que ad pacis visionem tendit. Hunc quis coquorum princeps nisi venter
accipitur cui diligentissima cura a coquentibus deservitur. Muros ergo
Jerusalem princeps coquorum destruxit quia virtutes anime dum non
restringitur venter perdit. Hugo de Sancto Victore: Nutriebat autem Nabusardan qui comedebat
paleas. Et hoc est venter qui coquus est omnium membrorum et tota
die et nocte comedebat cibos carnales qui cito consumuntur ut palea.
Tercium malum est quod non solum cor sed etiam corpus inquinat. Unde
Ieronimus ad [illegible] dicit: Hii velud sepulcra dealbata pectora in com-
mutacione sua pretendunt preciosa intus et. Et in Canticis Unde
Hii sunt macule convivantes, non dicit quod sunt maculati vel
luxuriosi vel maculosi, sed ipse macule quia seipsos maculant.
Quartum malum est quod non solum inquinat, verum etiam occidit animam
et corpus simul. Nam ad litteram propter gulam multi moriuntur incurrunt
infirmitates varias. Quibus etiam sequitur mors ecclesiastici xxxvii°:
Multi propter crapulam obierunt. Qui autem abstinens est adiciet vitam.
Job primo: filiis et filiabus tuis vescentibus et bibentibus repente
ventus vehemens irruit a regione deserti et concussit quatuor angulos
domus que corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt. Ps.:
Manducaverunt et saturati sunt nimis et adhuc esce erant in ore ipsorum
et ira dei ascendit super eos etc. Quintum malum est quod depau-
perat. Proverbiorum xxi: Qui diligit epulas in egestate erit. Sextum
est quod omnia etiam secreta revelat. Proverbiorum xxi: Nullum secretum ubi
regnat ebrietas. Oracius in epistolis: Quid non ebrietas designat, operta
recludit. Ieronimus: A pueris et ebriis extorquetur verum. Unde
si secretiorum sciem(us) velis nostrorum rerum ebriemus nisi pueri
dicent tibi verum. Noe per ebrietatem nudavit femora que per
sexcentos annos per sobrietatem obtexerat. Ecclesiastici xxxi: Ignis probat
durum ferrum, sic vinum corda superborum arguet in ebrietate
potatum. Unde filie gule sunt scurrilitas, ineptam leticia

Verecundia ebrietudo nimia immodestia inhonestas electus copula insufficientia vaniloquium immoderantia inverecundia. Circa tamen q̃ dictum gula sit immoderatus appetitus edendi. Hec potest esse quatuor modis. Primo si est ibi solus appetitus cibi et hec singulariter est peccatum. Hic enim delectatio in cibum consequens est peccatum veniale ordinatum contra defectum et contrarium. Et n. sunt pene naturales in quibus non est meritum neque demeritum. Secundo si appetitui vitalis adiungitur appetitus delectationis et voluptatis in cibo. Hoc est veniale peccatum. Tercio si est ibi transgressio precepti. Ut cum aliquis sine necessitate solvit ieiunium ecclesie vel cum religiosus comedit carnes cum hoc in ordine suo sit precepto prohibitum. Sic est mortale peccatum. Quarto si appetitus comedendi est cum libidine. Ut cum nimio et finali affectu inheret delectationi cibi et nimis se ingurgitat. Hoc etiam est peccatum mortale. Unde sanctus Thomas dicit. Vicium gule proprie consistit in concupiscentia inordinata. Si ergo inordinatio accipitur in gula secundum aversionem ab ultimo fine sic erit gula peccatum mortale. Quod contingit quando delectationi gule inheret tanquam fini propter quem deum contempnit. Paratus scilicet contra precepta agere ut huiusmodi delectationes assequatur. Si vero in vicio gule intelligitur inordinatio concupiscentie tantum circa ea que sunt ad finem utpote quia nimis concupiscit delectationes ciborum. Tamen non ita quod propter hoc faciat contra legem dei. Sic est veniale. Hec ille etc.

Et secundus effudit phialam suam in mare. Et factus est sanguis tanquam mortui. Et omnis anima vivens mortua est in mari. Post primi angeli executionem de phiale effusione in terram subditur de secundo angelo phialam effundente in mare. Et dividitur in duas partes. Sic et litera precedens. Nam primo ponit de effusione phiale. Secundo facti quantitatis specificatione. Ibi Et factus est sanguis etc. Dicit ergo quantum ad primum Et secundus angelus id est secundus ordo predicatorum effundit effudit phialam id est denunciavit imminentem vindictam sive dampnationem in mare. Circa quod opponit Haymo. Cum preceptum fuerit istis angelis id est quod effunderent id est phialas ire dei in terram. Quid est quod quasi mandatum transgredientes alius effudit phialam suam in terram alius in mare. Alius in flumina et fontes aquarum. Alius in solem alius super sedem bestie. Alius in flumine magnum Eufraten. Alius in aera. Respondet dicens quod quantum ad literam videtur mandatum transgredi. Sed non faciunt quantum ad misticum sensum. Quia quod est terra hoc est mare etc. id est omne corpus dyaboli cum capite suo. Sicut enim Christus cum corpore suo unum est quia ipse caput electi membra. Sic dyabolus et omnes iniqui sunt unum corpus et unione malignitatis vinciuntur. Sed quia diversis viciis effluunt secundo diversis nominibus sortiuntur et diversis nominibus nominantur. Sic ergo per terram omnes mali signati sunt. Iuxta illud. Genesis tercio. Terram comedes omnibus diebus id est peccatores tibi incorporabis. Specialiter tamen Iudei qui dampnati sunt pro infidelitatibus. Sic enim per mare et flumina ac fontes aquarum terre simul reprobi signantur magis in speciali. Specialissime tamen per mare signatur instabilitas gentium fluctuantium de vicio in vicium. Super illud de terre et mari id est Iudeis et gentibus reprobis. Quia dicitur mare propter fluxum multorum peccatorum. Tumet id est per superbiam. Spumant et fetet per luxuriam. Inquieti sunt per gulam et impaciam etiam per iram vel sevitiam. Ysaie lvii. Impii quasi mare fervens quod quiescere non potest et redundant fluctus eius in conculcationem. Sic ergo per mare signantur specialiter gentiles propter causas dictas et propter furorem impu[...]que tunc vigebat in eis. Cum fuit secunda persecutio ecclesie. Sic dictum fuit supra viii° ubi secundus angelus tuba cecinit et tanquam mons magnus ardens missus est in mare. Tunc enim facta est effusio phiale secundi angeli id est comminatio et denunciatio vindicte dei.

Sed dicitur. Cum iam superius sufficienter actum est de hiis .i. angelis per quos ut sepe dictum est significantur septem ordines predicatorum qui ut septem statibus ecclesie et septem persecucionibus eius predicaverunt et consolati sunt eam. Quare iterum hic repetitur de illis. Solucio dicitur glosa quod supra actum est de illis angelis inquantum consolabantur etiam in tribulacionibus que ei inferebantur. Hic autem agitur de eis inquantum comminantur et denunciat penam etiam inferendam malis. quod item fit ad consolacionem bonorum. Et si supra ponebatur aliquod verbum de dampnacione malorum. hoc fiebat incidenter ad consolacionem sanctorum. Ubi ergo principaliter agebatur de penis sanctis illatis a malis. hic autem agitur de penis inferendis malis a sanctis. Dicit ergo Et 2us angelus .i. 2us ordo predicatorum qui propter expulsionem apostolorum de Iudea gentibus predicat. effudit phialam suam in mare .i. nunciavit divinam ulcionem venturam super gentiles nolentes suscipere fidem Xpi. Et subditur eius quod inde secutum est certificacio cum dicitur. Et factus est sanguis .i. dampnacionis sua sive ulcio divina. quam illi nunciabat pro sanguine quem effuderat vel pro peccato quod commiserunt persequendo sanctos. Certa est in [...] puti ut ait Richardus. Vel secundum glosa .i. facta est irrevocabilis. Unde glosa Sic mortuus non redit ad vitam Sic illa sua dampnacio non revocabitur. Unde Iob xv. Non credat frustra errore deceptus quod aliquo precio redimendus sit. Et omnis anima vivens mortua est in mari. Aliter autem pro intellectu huius particule Cum non moritur nisi vivens. ad quod sonat verba. Ideo vivens mortua est. Vel cum anima non moriatur sed animatum videtur quod debuisset dixisse animatum vivens. Ad primum dicendum quod sic loquitur ad denotandum quod anima vivens carnaliter in peccatis vel voluptatibus mortua est morte spirituali. prima ad Thimotheum v° Vivens in deliciis mortua est. Simile [illegible] ix. Mortuum est tercia pars creature que habebat animas in mari. Et ibi dictum est de mari. quod sic cor humanum fluctuosum Iob 38. Quis conclusit ostiis mare. Super quo Gregorius 28 moralium dicit. Quid est mare nisi cor humanum fluctibus turbidum. rixis amarum. elacione superbie tumidum. fraude malicie obscurum. Erumpebat ergo mare quasi de vulva procedens cum animarum secularium fluctus de carnalis cogitacionis inquietudine concepti in sese ecce interitum scindebant. Sed auctore deo ostiis hoc mare conclusum est. quia contra tumores persecucionum sancti viri qui quedam ostia oppositi sunt. Ad eorum miraculis atque reverencia frangentur. Ecce persecucionum Romanam dudum humiliatis principibus terrenis per eos sanctam etiam super mundi culmine erexit. et [...] maris impetus. erecta eius ecce potestate coercuit. Consimiliter etiam [...] ponit Gregorius libro moralium super illud Iob vii° Numquid mare sum ego aut cetus quia circumdedisti me carcere. dicens Quid appellatione maris nisi carnalium corda tumidis cogitacionibus fluctuosa. Quid autem ceti nomine nisi antiquus hostis exprimitur. qui dum mentes secularium possidendo penetrat. qui in eorum lubrica cogitacione natat. Sed cetus sicut mare circumdatur carcere. quia vel malignus spiritus vel sequaces illius in quorum se mentibus colligit. atque in eis undas tumentium cogitacionum volvit. ut implere mala que appetunt negant. superna eos distendo angustat. Item libro ix super illud Iob ix Graditur dominus super fluctus maris. Dicit Quid maris nomine nisi in bonorum necem sevientis huius mundi amaritudo designatur. De quo et per psalmistam dicitur. Congregans sicut in utre aquas maris. Aquas enim maris quasi in utre deus congregat cum miro moderamine cuncta disponens minas carnalium in suis cordibus clausas frenat. Super fluctus ergo maris dominus graditur. quia cum se procelle persecucionis erigunt. miraculorum eius obstupefactione franguntur. [...] calcat. Nam cum tumore sum gentilitas desevit. nove conversacionis predicacionem conspiceret. cum huius mundi dignitates elacioni sue gentes facta pauperum videret. cum sapientes seculi adversa sibi imperitorum verba pensaret. In persecucionis tempestate se tumens sustulit. Sed quia horum [...] commoti ad persecucionis procellas insiluit signorum admiracione terrarum. Ergo gressus in hiis fluctibus maris deus posuit. quot [...] [illegible]

persecutoribus ostendit. Secundum illud psalmi: Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus. Et ille. Cum isto motus turbati fuissent in terra maris et tunc apostoli et alii discipuli Christi venissent in medium gentium ut exponit glossa. Dicit ystoria: Et turbate sunt aque et quibus populus qui in aquis intelligitur infra proximo. Aque multe populi multi conturbati quia sunt motus in fortitudine eius et terram. At ipsi sunt sapientes mundi et conversi sunt ad arma quibus potuissent eos a se expellere et domino eos protegente. Unde persecutores tyrannorum et niti gladiis ipsi turbis innumerabiles hominum, non solum simplicium sed etiam sapientum ad fidem christianam convenerunt, quia que omnem intellectum humanum excedentia predicabant, et quia voluptates cohibebant et omnia que sunt in mundo contempnere docebant. Et talibus animos mortalium assentire maximum miraculum est. Ut dicit beatus Thomas libro primo contra gentiles capitulo vi°. Est ergo fides christiana per apostolos et Christi discipulos predicata maximis miraculis confirmata, sic quod de ea dubitare neque licet ut miracula consumere est mire. Dicit enim beatus Thomas ubi supra: Mirabilis conversio mundi ad fidem Christi est certissimum signum preteritum miraculorum. Esset enim omnibus signis mirabilius si ad credendum tam ardua et ad operandum tam difficilia mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset ab hominibus simplicibus et ignobilibus. Et ille. Postquam ut potuissent confirmare ea que predicare debebant et que rationem naturalem excedebant, dedit eis potestatem opera miraculosa facere que totius nature facultatem excedunt, videlicet in mirabili languidorum curatione, in mortuorum suscitatione et in celestium corporum mirabili immutatione. Ad secundum dicendum quod ibi ponitur pars pro toto per sinecdochen scilicet anima pro animato. Et secundum Haymonem a toto pars intelligitur. Et in psalmo: Quibus declinaverunt simul inutiles facti sunt. Et unus sensus est: Omnis anima id est de omnibus aliquis vivens scilicet iudeus vel sua opinione vel apparens vivere, mortua est, scilicet perdidit vitam in mari, id est propter mare, hoc est propter amaritudinem persecutionis. Vel mortua est in mari id est in amaritudine Christi. Unde Beda: Qui se vivere iactabat mortem probantur actori serviuisse et diabolo. Cuius invidia mors intravit in orbem terrarum. Sapientie primo. Capitulo [illegible] tamen istud potest intelligi de illis qui secuti erant tyrannos in persecutione discipulorum, qui propter hoc videbantur vivere quia non persequebantur discipulos in penis personalibus. Acti tamen sunt dampnationem quam eos per se ipsos persequebantur, quia ut dicitur ad Romanos primo: Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus.

Moraliter autem: quia ut dictum est venter mero estuans de facili spumat in libidinem sive luxuriam. Ideo recte post primum angelum qui predicavit contra gulam, secundus per tertiam scilicet post tres dictas sequitur secundus angelus qui predicat contra luxuriam, que maris nomine designatur propter conditiones maris scilicet fetorem, furorem, amaritudinem et multitudinem. De primo dicitur Iohelis primo: Computruerunt iumenta in stercore suo. Quod exponens Gregorius 2 q moralium [illegible] et evangeliorum in pluribus locis dicit: Iumenta in stercore putrescere est carnales homines vitam in fetore luxurie finire. Psalmo: Disperierunt in endor, facti sunt ut stercus terre. De secundo dicit Osee primo: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente id est dyabolo. Ecclesiastici ix: Propter speciem enim mulieris admirati multi reprobi facti sunt. Ex hoc enim concupiscentia quasi ignis exardescit. Homilia: Flamma[?] ignis excutit femina pariter habitantes. Proverbiorum vi: Numquid potest homo ignem in sinu suo portare ut abscondere ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas ut non comburantur plante eius. Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui non erit mundus. De tertio dicitur Ecclesiastici vii: Inveni amariorem morte mulierem que laqueus venatorum est et cetera. Proverbiorum v°: Favus distillans labia meretricis, novissima autem illius amara quasi absinthium. Unde: Femina fax sathane fetens rosa dulce venenum semper prona rei que prohibetur ei. De tertio dicitur Ecclesiastici 7°: Manus eius vincula sunt et cor eius sagena que capit omnes pisces magnos et parvos. Abacuk primo: Facies sicut pisces maris et quasi non habentes principem

totum se in hamo levavit trahit id est in sagenam et congregat in rethe
suum. Augustinus. Efficacissimum glutinum ad capiendas animas est mulier. Ieronimus.
Si tum viras habuit femine mistarum ubi decuit dyaboli. Nam ex illa
ab initio aucupatus est multos. Unde dicitur hic Genesis xiiii. Con-
venerunt in vallem silvestrem que nunc est mare salis habens puteos
multos bituminis. Est autem luxuria secundum Hugonem de sancto Victore nimia
cupiditas carnalis voluptatis explende. Vel est incontinentia corporis ex pruritu
libidinis nascens. Vel est ex nimiis desideriis veneris lubricitatis
et mentis prostitucio. Vel est immoditas carnis petulancia dulce venenum
importuna lues perniciosa potio que corpus humanum debilitat et vi-
rile animi robur enervat. Unde valde resistendum huic vicio quia mentem
tetig enervat et prosternit quia cum aliquis ad luxuriam affectu cordis
inclinat. Immo nil ita vastat hominum corda et suo dominio subiciat
quemadmodum libido cum prevalet. Unde dicit Augustinus. Summum sive scilicet hominis quam li-
bidini. Quia libido sevissimo ducatu corda mortalium vastat. Et huius
servitutis atrocitas declaratur ex duobus. Primo cum voluntas nostra sit
adeo libera quod non possit ab aliqua potentia etiam divina cogi. Tamen
servitus libidinis eam ita subtilissime subiugat. Ut postquam fuerit ei per
consuetudinem submissa per eam captivam teneat. Ut precaque facilius ab
omni malo vincatur. Et pareat quasi coacta. Secundo servitutis istius atrocitas
declaratur quia cum in ceteris dominiis quanto fuerius et melius quis
servit tanto minitus tractatur et a domino suo remuneratur. In istam tamen tirannide
qua voluntas compellitur ad parendum libidini. Quanto perfectius exequitur
eius preceptum. Tanto ferocius in fine operis retributur. Nam secundum
Bernardum. Cum perfecte mentem invaserit nullum bonum cogitare
permittit. Amor enim carnalis semper est insatiabilis quia extinctus re-
accenditur. Et post copiam iterum inopiam patitur. Animum quoque virilem
effeminat et in excepta passione quam sustinet aliud cogitare non sinit.
Anima homo nec consumit quia naturales vires corporis enervat. Racioque turbat
ingenium ebetat. Ut cardinem paret que impetu ducitur. Qui in etiam
luxuriatur vivens mortuus est. Et fecas mentes libido domat.
Et quod in fimo comparatur quia cum eo familiarem similitudinem habet. Unde in fimo
enim sunt tria scilicet odor fetidus flama urens et vimus consumens ro-
dens. Sic est luxuria fetet per infamiam urit per cupiditatem rodit
per consciam. Unde secundum Bernardum. Luxuria est pestis omni monstro
dampnosior. Que corpus enervat animam commaculat famam perdit
proximum offendit et deum amittit. Unde quidam dixit. Versus: Sanguinat invetit
dottne pabula pernit. doctos infatuat. homines animalibus equat
et etiam crimibus inflammat. Quia per immundicia cordis ac corporis efficit membra
Christi. Per fornicatio et immundicia fiat membrum meretricis. Unde dicit Apostolus i Cor vi.
Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi. Tollens ergo membra Christi fa-
ciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum
corpus efficitur. Qui autem adheret deo unus spiritus est. Fugite ergo fornic-
acionem. Nam omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est. Qui autem
fornicatur in corpus suum peccat. Ex quibus verbis Apostoli infert quod forni-
catio maximum scelus est. Quia per carnis immundiciam templum dei
violat. Et tollens membra Christi facit membrum meretricis. Et Crisostomus dicit.
O, extrema libidinis turpitudo. Que non solum mentem effeminat sed et corpus
enervat. Non solum maculat animam sed etiam fedat personam. Quia illa precedit
ardor et petulancia. Semper comitatur fetor et immundicia. Quia sequitur
dolor et penitentia. Auditis igitur tot periculis huius vicii restat ut ei
in principio viriliter resistatur. Quia si admittitur et in consuetudinem ducatur
etiam in quendam necessitatem peccandi convertitur. Unde dicit Augustinus. Ex voluntate
perversa fit libido. Et dum servitur libidini facta est consuetudo et dum
consuetudini non resistitur facta est necessitas. Et forte ad hoc respiciens
Christus ad denotandam difficultatem resurgendi ab hoc peccato luxurie dicitur in lectione

Et factus est sanguis tamquam mortui quia sicut a morte nullus regreditur nisi miraculose sic nec a peccato luxurie. Prouerbiorum viii° prudentia circumis
mors est. Prouerbiorum 23. fouea profunda est meretrix et puteus angustus aliena
vnde vix potest aliquis exire cum quis de facili possit quilibet intrare. Vnde
sequitur ibidem Quasi latro in via insidiabitur et quos viderit incautos interficiet.
Vnde dicitur in litera et omnis anima viuens scilicet in hoc peccato mortua est.
Eccli ix. propter speciem mulieris multi perierunt. Vnde maligni spiritus
quamuis de omni peccato gaudeant cum nos lapsos in alia vicia intellexerint
maxime tamen de luxuria letantur quia hoc facinus validius quam cetera vicia
corda et corpora hominum occupat ac deuastat quia numquam cessat mane pati
affectum ut dicit ambrosius. Vnde ardor in affectu veniens anxia
concedit in actu inficit et fetet quam patrare opus. propter factum fecisse piget
cito perit illud. Quod libet et cum quod crebrit cito. Vnde contra
contra hunc pestiferum morbum scilicet luxurie vicium ... potest esse salutare
remedium. Primum est frequens meditatio mortis. Vnde Gregorius 16 moralium
in fine dicit Nichil sic ad edomandum carnalium desideriorum appetitum valet
quam ut vnusquisque hoc quod viuum diligit quale sit mortuum penset.
Considerata etenim corruptione carnali citius superflui quia cum illud
caro corrupisti habebis desiderium. Vnde beatus Gregorius dicit Iob 11°
dulcedo illius vermis quia is qui in desiderio carnalis corruptionis exestuat
ad fetorem putredinis anhelat. Secundum remedium est quod homo
fugiat occasiones huius vicii scilicet mulieres et cetera que possunt
mentem ad hoc peccatum inclinare. De quibus vincencius in speculo
historiali ponit ista metra. Ocia sompnus caro femina
vinum prosperitas ludus carnalia forma puer. Sunt fomites veneris
hec fuge tutus eris. Propter quod Ambrosius exponens illud apostoli fugite
fornicationem dicit Cum aliis viciis potest expectari conflictus. sed hanc
fugite ne approximetis quia non potest vinci melius nisi fugiendo. Ad idem
dominus de ethe dicit ... est luxuria quos sit ... non cito solum
... et periculoso prelio nemo potest vincere nisi fugiat. Neo
potest finem perdurare nisi carnem abstinentia et ieiuniis domet.
Tercium remedium est quod homo primos motus carnales cum titillant
in seipso refrenet antequam mentem pertrahant ad delectationem et consensum peccati.
Contra quem beatus Bernhardus ardor libidinis dum per aliqua prauam occasionem
excitatur nisi cito respuatur subito totum corpus occupat et estuat. Venit
et incedit primo carnem tacita modicum titillat. Deinde delectatione
turpi mentem maculat. Ad extremum per consensum voluntatem sibi mentem
subiugat. Vnde filii hominum usquequo graui corde et pinguioni corpore
ut quid diligitis vanitatem et negligitis vitam. Pulchritudo carnis
delicie corporis saturitas ... a. Ante mortem vos deserant
aut in morte vos illa relinquetis. Hec caro omnibus illic anima
ignibus deputatur. Donec rursus infelici collegio colligati societur in pe-
nalibus tormentis quibus socii fuerunt in viciis. Sciendum est quod luxuria
ex suo genere cum omnibus suis speciebus que sunt fornicatio adulterium
incestus stuprum raptus sacrilegium vicium contra naturam est peccatum mortale
quia contra preceptum non mechaberis. Concupiscentia vero luxurie distin-
guitur multis modis. Primus est cum concupiscentia consistit in primo motu
tantum. Et hoc potest contingere dupliciter. Aut non concupiscentia seu motus carnis
surgit sine cogitatione precedente scilicet ex calore complexionis. vel esu
electuariorum. vel potu vini. Et talis motus dicitur primo primus et nullum
est peccatum. Aut talis motus surgit ex cogitatione precedente. et hoc
dupliciter. quia cito fugit et est veniale. quia diu manet et hoc 2us. aut
non consentit in opera carnis nec in delectationem. sed dolet et pro posse
suo renititur. Sic si bene pugnauerit et vicerit coronabitur. vel si aliquid
segnius egerit venialiter peccat. Si vero negligenter agit
nec se viriliter excutit periculo mortalis peccati se exponit etc.

Secundus est cum vel indirecte sequitur consensus in delectacionem licet non velit in opus procedere. Et est mortale. Tertius cum consentit in opus ita quod vellet tacite peccare si oportunitas adesset. Et hic est mortale. Quartus modus cum concupiscit non solum tenetur corde sed facit visu. Sic iterum est mortale. Unde dicitur Mathei v°. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam id est hoc animo et fine intendat in mulierem ut eam concupiscat iam mechatus est eam in corde suo. Quia sicut Augustinus. Hoc cum ubi est titillacio sed plene consentire libidini. Bene autem dicitur ad concupiscendum eam. Quia si quis videt mulierem ut rem pulcram et ulterius non procedit. Talis aut nullum esset peccatum vel solum peccatum curiositatis. Unde Nicolaus lira dicit. Videre mulierem absolute non est malum. Sed incentivum ex eo sequitur interior concupiscencia que quasi concupiscencia se procedit quia ex aspectu mulieris primo causatur concupiscencia in appetitu sensitivo qui dicitur sensualitas, et precedit iudicium racionis. Et hoc non est peccatum nec veniale nec mortale. Racio quia talis motus sensualitatis non est in potestate hominis. Et prius non est peccatum. Sed retencio huius concupiscencie peccatum propter est hic peccatum. Unde dicit Augustinus. Non est in potestate nostra quales visus nos tangamus. Sed in potestate nostra est eam respuere vel acceptare. Et sic patet quod predictus motus sensualitatis non est peccatum. Sed est materia exercende virtutis si ei resistitur per racionem. Si autem racio per delectacionem morosam absque consensu sequitur est peccatum sed veniale. Si autem sequitur consensus in animo in delectacionem et opus consumaretur si facultas adesset tunc est mortale peccatum etiam si nunquam exprimatur facto vel signo. Et ideo de tali concupiscencia que est consensus dicit Salvator. Iam mechatus est eam in corde suo. Si vero consentit solum in delectacionem non in opus vel in opus consumacionem. Hoc potest contingere et hoc dupliciter. Cum consentit vel indirecte. Ut qui periculum advertit et nichilominus mentem in talibus cogitacionibus revolvi sinit. Sic dicunt aliqui quod peccat mortaliter maxime qui talis motus surgit ex cogitacione coitus non solum ex pulcritudine mulieris. Ut constat illud Augustini dicentis. Cum sola mens oblectatur cogitacione pro talibus venia est petenda et pectus tundendum. Non enim propter hoc sequitur quod sit veniale. Quia etiam pro mortalibus est venia petenda, pectus quoque tundendum. Aut consentit interpretative et indirecte ut qui licet motu ex cogitacione pulcritudinis mulieris vel ex subita cogitacione operis nepharii. Antequam advertet periculum sic est veniale sed grossum valde. Dico etiam consensum interpretativum cum quis nec plene vult nec plene non vult. Sic ille qui bene se posset eximere per oracionem vel surreccionem de lecto et deambulacionem et exercicium et inquietacionem et tamen pigrescit. Hoc tum ultimum. Sed ubi est consensus interpretativus in delectacionem cogitacionis illius cuius actus est mortalis ut est actus nepharius, talis consensus est verissimus mortale peccatum. Unde plerique dicunt ipsum esse mortale peccatum. Unde sanum consilium est ut cuilibet caveat quod accidit de ipso peniteat. Nam sepe verus consensus intervenit ubi non putatur. In dubiis autem via securior est eligenda. Vide de hoc Bona ventura in scripto 2[a] di. 24. q. utrum racio inferior possit peccare mortaliter circa superiore. Quintus modus est in turpiloquio. Ut cum quis cum muliere ex libidine loquitur turpia colloquia vel eam peccat et hoc etiam est mortale. Sextus modus vocatur ab apostolo turpitudo que fit in osculis amplexibus et tactibus lascivis. Et hoc etiam est mortale et tanto gravius quanto magis attenditur per talia libido quod nimiam approximatur ad ignem. Quondam tangere mulierem precedente nulla intencione non est peccatum. Similiter cum intencione sed ex necessitate. Sed tangere ex libidine vel osculari ad se non pertinentem est peccatum mortale. Septimus modus est cum concupiscencia procedit in opus ita quod perficit opus luxurie. Sic semper est mortale nisi per matrimonium excusetur.

Et tertius effudit phialam suam super flumina et super fontes aquarum

Et factus est sanguis Et audivi angelu͂ aquarum dicentem Iustus
es domine qui es et q͛ erat sanctus . qui hec iudicasti . q͛ sangui͂e
scto͂ru͂ et prophetarum fuderunt . et sanguinem eis dedisti bibe͂ . ut digni
sunt . Et audivi alterum angelu͂ dicentem etiam domine deus omnipotens
vera et iusta sunt iudicia tua etc. Postus exsecutionibus dictoru͂
angelorum de effusionibus phialaru͂ in terram et in mare . hic qui͂t subd͛
de 3o angelo effundente phialam super flumina et fontes aquarum . Et divid͛
in 3es ptes . po ponit͛ effusionis phiale ab angelo pmissio . 2o eius qd
sequit͛ ex iudici admixtio ibi Et factus est sanguis . 3o angelorum congratu-
latio͂ dictis divinis iudiciis congratulantes ibi Et audivi angelum aqu͂ etc. Quantum
ad primu͂ dicit Et tercius angelus effudit phialam suam super flumina
et super fontes aquarum . Richardus dicit Et 3m tercium potestatu͂ impietatem
ordinat͛ sua͂ ulcionis . primo namque deus Iudeam pro perfidia repro-
bavit et dissipavit . 2o gentiles sacre fidei persecutores deiecit . et 3o
hereticos atque scismaticos sacre scripture contemptores et violatores . de
quibus hic agit͛ tunc dicit͛ . Et 3us angelus id est tercius ordo predicatoru͂
scilicet ordo confessoru͂ et doctoru͂ . qui apostolis et martiribus succeserat
effudit phialam suam super flumina etc. id est dampnavit eorum qui primo eos
illos qui corrumpunt scripturas originales et primordiales scilicet legales
et ewangelicas que significant͛ per fontes aquarum et eas doctrinas
ab eis emanantes scilicet apostolorum et doctorum que per flumina signantur
De primo scilicet fontibus aquarum dicit͛ Ysaye xii hauríetis aquas
in gaudio de fontibus salvatoris . ps . 17 . Et 2e Reg 22 Apparuerunt
fontes aquarum id est revelata sunt fundamenta orbis terrarum . De 2o
scilicet fluminibus dicit͛ Eccli 24 Ego sapientia effudi flumina . Iob 28 pro-
funda fluviorum scrutatus est . Qui tales igitur corruptores et viola-
tores scripturarum iste tercius angelus phialam effudit . Et signant͛
tam pseudo apostolos antixi qui scripturas sacras valde dampnabunt . Vel
aliter per flumina et fontes aquarum intelliguntur primi doctores . Ut per
fontes intelligunt͛ magistri errorum . Ezre ultimo dessolavit fontes eius
et per flumina eorum discipuli et successores . Abakuk 3o Nunquid in
fluminibus iratus es domine . Et est enim hic sensus est lre Et tercius angelus
effudit phialam super flumina id est denunciavit penam et ulcionem divinam
futuram super hereticos . qui per flumina significant͛ . quia sunt inseparabiles
at de errore in errore fluentes et alios secum rapientes . Et ut dicit
Haymo Sicut fluvius ab inicio sui semper ad inferiora tendit et in
mare diffundit͛ . Sic heretici ab altitudine dei recedentes semper ad ima
viciorum defluunt per concupiscencias carnis . donec in amaritudine eterne pene
cadent . Isti ergo sunt flumina . super que tercius angelus effudit phialam
suam . id est denunciavit divinam ulcionem . Et super fontes aquarum id est super
magistros errorum . qui dicuntur heresiarche . a quibus oritur eorum prava
doctrina . de quibus dicit͛ 2e Pet 2o . hii sunt fontes sine aqua et
nebule turbinibus agitate . quibus caligo tenebrarum reservat͛ De hoc etiam
dictum est supra 8o Stella magna ardens tamquam facula cecidit in terciam
partem fluminum et in fontes aquarum . Et subdit͛ eorum penam cum dicitur
Et factus est sanguis id est secuta est sua ulcio . Vel id est denunciata
est pena pro sanguine . Deutero 32 Sanguinem servorum suorum ulciscet͛
et vindictam retribuet in hostes eius . Vel id est pena hereticorum ostensa
est esse mortifera detestabilis et crudelis que per sanguinem figuratur
Hereticorum enim pena fiet horribilis . quia eorum doctrina fuit talis
quod figuratum est Exodi vii . ubi Moyses convertit aquas in sanguinem
per sancti predicatores . doctrinam hereticorum ostendunt esse horribilem
et detestabilem . et ideo penam eorum credebile . Vel secundum Haymonem per
flumina et fontes aquarum . gentiles philosophi significant͛ . a quibus orte sunt
insipide et vane doctrine . Unde heretici ortum acceperunt Nam

vt dicit hayo. plato in egipto a Jeremia cognouit quod deus omnipotens fecit
celum et terram. Sed hanc doctrinam vertit in sanguinem i. in pluralitatem
erroris dicens quod celites i. angeli fecerunt cetera y minore creatura
Virgilius quod ex danielis volumine didicit quod rex a deo predestinatus
dictorum unum aucum etc. Sed conuertit hoc in sanguinem. cum retulit
illa regum ad Saturnum et Jouem deos eos conditores regum. Et multo sic sa:
pientes sequuntur sanguis i. pluritas erroris. Prudentius in carminibus morales
est ad hec vii. Vel sanguis i. vltio diuina quod ix. Vestimentum mix:
tum sanguine erit in combustione. Vnde dicit Orig. ~~Et fontes vertit~~
~~quod per fontes et flumina intelliguntur sacre scripture vel doctores veri hec~~
~~intellectus~~ omelia secunda in exodo Nutinc quod stultam fecit deus
sapientiam huius mundi per quem manifestauit xpm qui crucifixus est
dei virtutem esse et dei sapientiam .i. Cor. i. Et vniuersus iam mundus
comprehensus est ab eo qui dixit comprehendam sapientes in astutia
eorum. Et enim fluvius aque vertitur in sanguinem. Job v°. fatis
conuenit aqua. vt sanguis suus egipto vincitur. Aqua enim egipti erra:
tica et lubrica sunt dogmata philosophorum. que paruulos quosque sensu
et pueros intelligentia deceperunt. vbi vero crux xpi huic mundo
lumine veritatis conditur. nectis eorum pena reatus quod sanguinorum
a talibus exiguntur. Ita enim et ipse dominus dicit. quod omnis sanguis
qui effusus est super terram a sanguine abel iusti vsque ad sanguinem
zacharie requiretur ab hac generatione. Et dicit per. Et per fontes
et flumina. Sermo sacre scripture vel doctores veri vel gentiles philosophi
possunt enim per flumina significari doctores catholici. Jn illud psalmi
Eleuauerunt flumina vocem suam. Et Eccles. i°. ad locum vnde exeunt
flumina reuertuntur. Quod tractans Gregorius xx° moral. dicit. Flumina
dicuntur doctores. quod aqua sapientie salutaris. corda audientium irrigat
Qui etsi in predicatione sua vtrius auribus exterius per corporalia
verba se infundunt. metu tamen tacita ad gradiendum semper ipsum
fontem luminis reuertuntur. Sed tunc factus est sanguis quando est carnalis
intellectus. vt ait Autbertus. quod tunc sit cum scripturam sepe
carnaliter volunt intelligere et nunquam ad spiritualem sensum se erigere
Unde propheta conuertit flumina eorum in sanguinem. Et Matt. xvi°.
caro et sanguis non reuelauit tibi. Et sequitur. Et vox. in qua ponitur
angelorum congratulacio diuinis iudiciis congaudentium. Et quod in hoc ducat
est etiam testimonium. Ideo introducuntur duo angeli congratulantes. Et ibi
Et audiui alterum angelum. Dicit ergo. Et audiui i. intellexi angelum
i. nuntium secundum haymonem. Vel custodem secundum glossam. aquarum i. populorum
plurimorum. quia prius aque populi sunt etc. Angelus aquarum est ordo
predicatorum qui sunt nuntii dei et custodes populorum. De quibus Cantic.
iii°. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Vel angelum
aquarum i. expositorem seu reuelatorem scripturarum. Vnde Richardus
Angelus aquarum est chorus doctorum. qui scripturas sacras custodit et exponit
vnde lauat maculas auditorum. qui in destructione hereticorum exultat et
diuinam iustitiam collaudat. Ideo sequitur. dicentem scilicet angelum i. interiori
affectu diuinas laudes contemplantem. Justus es scilicet equitatem tenendo
et secundum merita retribuendo. prout ait propheta Justus dominus et iustitias dilexit
equitatem vidit vultus eius. Et in hoc iudicis inuiolabilis equitas. Do
mine omnibus reddendo. Hester xiii. domine in ditione tua cuncta sunt posita
Et in hoc incorruptibilis potestas. Qui es scilicet immutabilis et eternus. Jacobi i.
Apud quem non est transmutatio etc. Exodi iii. Qui est misit me. hoc est
nomen meum. Et in hoc inuariabilis eternitas. Et qui eras scilicet in principio
et ideo eternus. Non dicit qui fuisti. ne eius esse putaret preteritum sine
terminatum. Sed dicit eras. quod est preteritum imperfectum. vt per preteritum ostendatur
fuisse. per imperfectum. ostendatur non desiisse nec finitum esse. Ideo dixit Joh. i.
In principio erat verbum. non dixit fuit verbum. Similiter proverb. viii°

Nondum erant abyssi et ego iam concepta eram vel premonita et apud eum
manens prolos legi concepta est apud gripietum / Subditur sanctus
vel ab omni sorde et labe liber et alienus, et in hoc quo ad iudicia et
opera ab iniusticiis immaculata puritas. Non enim est sanctus ut est dominus
primi Regum 2o / Similiter supra positis / Sed quare non dedit hoc quod veterus eo
futurum ad futurum sit scilicet / quod hic dicunt glosa, et ideo non posuit. quia
veterum in proximos intellexit. Et subditur manifestacio iusticie cum
dicitur Vera hic iudicasti vel ea que nos iniciatus vera et firma et eruasti
hereticos et reprobos sicut predixerunt condempnando. Nam de ipso dicitur in psalmo
Sedisti super thronum qui iudicas iusticiam. Et vere iustus es eos puniendo
Quia sanguinem sanctorum scilicet minorum electorum et prophetarum vel maiorum
fuderunt. Sic clamat propheta Effuderunt sanguinem sanctorum tuorum et
Et sanguinem eis dedisti bibere vel penam eternam vel actum vltionem
eis reddidisti pro sanctorum occisione vel persecucione. Ut digni sunt
vel per impietatis sue primitatem Iustum enim est ut qui sanguinem fuderit
sanguine puniatur Numeri xxiiii Sic fecit. facite illi. Sapiencie xio
Per que quis peccat per hec et punitur. Et hoc fuit visitatum de Iudeis
qui sanguinem sanctorum effuderunt, quia Ysayam serraverunt Ieremiam lapidaverunt
vel Ezechielem interfecerunt Actuum viio / Et ipsi sanguinem biberunt vel vin-
dictam effusi sanguinis sustinuerunt et maxime sub obsidione Titi et
Vespasiani xlii anno post passionem domini Gentiles quoque similiter multorum
sanctorum martirum sanguinem fuderunt ut Nero Domicianus etc. Et hii
similiter iusto dei iudicio propterea sanguinem biberunt vel vindictam sanguinis pertulerunt
vel in preterito vel in futuro eternis cruciatibus deputati Math. 23 Requiretur
sanguis omnium sanctorum a generacione hac reproborum. Vel aliter sanguis sanctorum
et prophetarum secundum Hugonem intelligitur spiritualis sensus eorum. Dum ergo
sanguinem prophetarum vel ceterorum sanctorum fudit vel quod spirituale illorum
sensum in terrenum intellectum convertit Sanguinem bibet vel vindictam
sanguinis sustinebit Hoc est quicquid vitale videtur habere perdet et in
carnali sensu iusto dei iudicio remanebit. Nam dignum est ut is
qui spirituale vinum bibere noluit corrupcionibus viciorum tanquam sanguinibus
destruitur. Ex dictis patet quod sanguis dicitur quandoque ipsum peccatum. Ysaie po
Manus vestre plene sunt sanguine. Unde orat propheta libera me
de sanguinibus. Vel sanguis dicitur carnalitas intellectus conversat. Unde in figura
Exodi viio aque verse sunt in sanguinem. Vel sanguis dicitur voluptas
vite carnalis. 1 ad Cor xv Caro et sanguis regnum dei non possidebunt
Vel sanguis dicitur vltio divina sive vindicta pro peccatis Ezech. 23o
Iudicabunt eos in iudicio sanguinis. Ps. Interfecta est terra in san-
guinibus. Et alibi Requiretur sanguis eorum recordatus est. Iob xvi Terra
ne operias sanguinem meum. Sanguinem ergo bibere est vindictam sine
pena sustinere Deutero 32 Inebriabo sagittas meas sanguine. Trenorum
1o Filia Edom vel sanguinea ad te quoque perveniet calix. Ezech xvo
Ad beatitudinem provocavit me offensum in amaritudinibus suis
Sanguis eius super eum veniet et obprobrium eius restituet ei dominus
deus suus Osee xiio Et sequitur introducto 2 angeli
gratulantis cum dei standum altum angelum per quem sequitur chorus
sonorum discipulorum, sic per primum chorus nigrorum precedentium secundum Richardum
et glosa, dicentem vel suam maiorum confirmatem et confirmante. Etiam
dominus est quod dixerit domine per naturam, Deus per excellenciam, omnipotens
per potenciam, vera et iusta iudicia tua Vera quia perficiunt quod pro-
mittunt Et iusta quia premium cum merito reddunt ait Richardus Iudicia
enim domini vera iustificata in semetipsa dicit propheta. Sed contra dicitur
Job 19 Intelligite quod non equo iudicio afflixit me deus. Et Regum 2o
dixit deus ad Sathan Commovisti me adversus Iob ut affligerem eum
frustra. Ergo non equo iudicio dicit Iob 2e deus subvertit iudicium meum

ergo iudicia dei non videtur esse iusta. Dicendum ad primum. xiii Gregorius xiiii moralium
ubi mouet istam questionem quod ideo dicitur dei non fuisse equum iudicium quia non
fuerunt peccata que illa flagella delerent. fuit tamen equum quia iusta cumulabatur.
Ad 2m Dicendum 2o moralium similiter quod dicitur frustra. quia non fuerunt peccata
que non frustra. quia augebatur iusticia. Ad tertium dicendum 2 x° moralium quod amici
Job imposuerunt ipsi Job. se illud dixisse. cum tamen numquam dixisset. quod inuenitur
in serie hystorie libri reperitur. Vel si dixisset intelligendum esset sicut prius
quod dicitur subuerti iudicium. quia non fuit in eo peccatum quod deus flagell
puniret. quia tamen iusta cumulabantur. ideo iudicium non subuertebatur
Sciendum est. Ad Dominicus et Beda sic literam legunt. Et audiui vocem
de altari id est de affectu sanctorum interiori. quia cor iusti dicitur altare. de quo
fumus compunctionis ascendit ad deum. Haymo vero sic literam legit
Et audiui alterum scilicet verbum dicens etiam domine etc. illo dicit 2m cum alterum
tertium dicens ne angelum intelligemus. sed audiui alterum dicens id est alterum
verbum ab eo repetitum scilicet ipse. in angelus quod precedenti dixerat. adiungit
et hoc verbum similiter eum dicens etiam domine etc. Et est hoc specialiter intelligi
de hereticis 2m quinque. ex quorum ore habundancia eloquiorum tamquam flumen
decurrere videtur. Et hii quod sanguinem sanctorum et prophetarum fundunt. in san-
guinem conuersi sanguinem bibunt. quia dum verba legis et eloquia
prophetarum dicta que apostolorum in falsos sensus commutant. a certe perseu-
tionis articulo ipsum nomen Christi quod falso tenebant amittunt. seu ser-
uiendo publice vicijs carnis. Et ergo dicitur Iustus es domine qui hec
iudicasti etc. id est ait dicit. Quia verba legis eloquia prophetarum dicta et
apostolorum depravantes quia ipsos occiderunt. dignum est ut per temporalia
flagella que ante calumniabantur ipsum sanguinem quem effuderunt. quo et
animas suas trucidauerunt. coram hominibus bibant id est nomen tamen quod
false colebant. publice negent. et corruptionibus carnis quas iniquus
contra appetitu refrenauerat. iterare presumant. hec ille. Moraliter autem
per flumina et fontes aquarum iracundia designatur. sicut per terram gula per
mare luxuria. propter motum impetuositatis. Nam sicut fluuius decurrens
si obstaculum inuenerit impetuosius erit et totum frangit. sic motus ire
propter quod dicitur Prouerbiorum xx°. Noli esse socius cum homine iracundo. ut torrentis cursum ictus
fluminis. Et poeta dicit. Dum furor in cursu est. currenti cede furori
Et 2m hoc est sensus litere Tertius angelus effudit phialam super flu-
mina et fontes aquarum id est tertio loco contra iracundiam predicat. Dicitur
autem motus iracundie fons. dum tenetur in corde. sed tunc diffunditur
in flauum cum procedit in verbum contumeliosum vel in factum iniu-
riosum. iuxta species ire de quibus agatur in 1° Subita deliberata
acuta. inueterata. fellea. amara. insania. furor. propter quod dicitur Ecclesiastici xx
ne des aque tue exitum. ut ad modicum. ut mulieri nequam id est ire venia
prebendi. Sciendum autem quod ira 2m Augustinum est vlciscendi libido. Secundum
Gregorium est irrationabilis perturbacio mentis. Vel est animi tempestas que quasi
aduersus aliud mouetur. Et hec hominibus multa mala facit. Ita ut
dicit quidam Cor turbat vultum decurtat iniuria gignit Ira fugat
socios. ad mala queque ruit. Hec et alia multa Gregorius v° moralium
exponit illud Job v° Virum stultum interficit iracundia. De vicio ire
commemorat dicens Cum scriptum sit de deo Sapientie xii Tu autem domine cum
tranquillitate iudicas. Sciendum nobis magnopere est. quia quociens turbulentos
animi motus sub mansuetudinis virtute restringimus. redire ad simili-
tudinem conditoris conamur. Nam cum tranquillitatem mentis ira diuerberat
dilaniatam quodammodo scissam quia perturbat. ut semetipsi non congruat
ac vim interne similitudinis amittat. Pensata ergo sit iracundie culpa
pensemus. per quam dum mansuetudo amittitur. superne imaginis similitudo
viciatur. Per iram sapiencia perditur. ut quid. quoue ordine faciendum
sit omnino nesciatur. sicut scriptum est Ecclesiastes vii Tu autem domine cum tranquillitate

Ira in sinu stulti quiescit. quia nimirum intelligencie lumen subtrahit cum mentem commovendo confundit. Per iram vita amittitur et si sapiencia teneri videatur sicut scriptum est Eccli 30 Ira perdit virum perdit etiam prudentem quia scilicet confusus animus nequaquam explet etiam si intelligere aliquid prevalet. Per iram iusticia relinquitur sicut scriptum est Jacobi primo Ira viri iusticiam dei non operatur. quia dum perturbata mens iudicium sue racionis exasperat. omne quod furor suggerit rectum putat. Per iram gracia vite socialis amittitur sicut scriptum est. Noli esse assiduus cum homine iracundo ne discas semitas eius et sumas scandalum anime tue. Prover. 22.

Quia qui se ex humana racione non temperat necesse est ut bestialiter solus vivat. Per iram concordia rumpitur sicut scriptum est Prover. 26 Vir animosus parit rixas et vir iracundus effodit peccata. Iracundus quippe effodit peccata quia etiam quos inclite ad discordiam provocat peiores facit. Per iram lux veritatis amittitur sicut scriptum est ad Ephes. 4o Sol non occidat super iracundiam vestram. quia cum iracundia menti confusionis tenebras incutit huic deus radium sue cognicionis abscondit. Per iram sancti spiritus splendor excluditur. Quo contra scriptum est Ys 66

Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Cum enim humilem diceret quietum protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis subtrahit suam sancto spiritui habitacionem claudit. Cuius recessione animus vacuus ad apertam mox insaniam ducitur et usque ad superficiem ab intimo fundamento cogitacionum dissipatur. Nam ire suis stimulis cor accensum palpitat corpus tremit. lingua se prepedit. facies ignescit. exasperantur oculi. et nequaquam recognoscuntur noti. Ore quidem clamorem format sed sensus quid loquitur ignorat. Quo itaque iste ab arrepticiis longe est qui actionis sue conscius non est. Unde fit plerumque ut usque ad apertam iram manus prosiliat et quo racio longius recedit audacior exurgat. seque ipsum retinere animus non valet quia factus est potestatis aliene. et eo furor membra foras in ictibus exercet quo intus ipsam membrorum dominam mentem captivam tenet. Aliquando autem manus non exerit sed in maledictionis iacula linguam vertit. Fratris namque interitum precibus exposcit et hoc deum perpetrare expetit. quod ipse perversus homo facere vel metuit vel erubescit. Fitque ut voto et voce homicidium perpetrat etiam cum a lesione proximi manibus cessat. Et dicitur in lra et factus est sanguis. id est pena pro effusione sanguinis. Iustum enim est ut qui per iram sanguinem effundit in culpa. eius sanguis eius effundatur in pena. Illa nomine sanguinis et culpa intelligitur et pena. Osee 4o Sanguis sanguinem tetigit id est culpa penam. Math. 26 Omnes qui gladium acceperint gladio peribunt. Et est notabile quod in effusione 2e phiale ubi agebatur de peccato luxurie simul determinatur eius pena per sanguinem sicut et hic pena ire. quia in utroque peccato est sanguinis commocio. sed tamen differenti modo.

Nam in peccato luxurie est commocio sanguinis delectabilis. sed in peccato vero ire est commocio sanguinis contristabilis. Sed ut testatur Gregorius ubi supra Quid prodest quod iracundia quo mentem teneat dicimus. si non etiam qualiter compesci debeat exprimamus. Duobus etenim modis fracta possidere animum ira desistit. Primus modus est ut mens sollicita antequam agere quodlibet incipiat omnes sibi quas pati potest contumelias proponat. quatenus redemptoris sui probra cogitans ad adversa se prepararet. Que nimirum venientia tanto fortius excipit. quanto se cautius ex prescientia armavit. Qui enim improvidus ab adversitate deprehenditur quasi ab hoste dormiens invenitur. eumque citius inimicus necat quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminencia per sollicitudinem prenotat. hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat. et inde ad victoriam valenter accingitur unde nesciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis sue primordia cuncta debet adversa meditari ut semper hec cogitans semper contra hec thorace paciencie munitus. et quicquid accesserit providus superet. et quicquid non accesserit lucrum putet. Secundus autem modus

servande mansuetudinis est ut cum alienos excessus corripimus nostros
quibus aliis excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas
nostra mala nobis excusat aliena. Patienter namque illatum zelum tolerat
qui pie meminit quod fortasse adhuc habeat quod debeat ipse tolerari et quasi aqua
ignis extinguitur, cum surgente furore animi, cuique sua ad mentem culpa re-
vocatur. quia erubescit peccata non parcere, quibus vel deo vel proximo sepe se
recolit parcenda peccasse. Sciendum est autem quod duplex est ira: una quam impatientia
excitat, alia quam zelus format. Prima ex vicio, secunda ex virtute generatur.
Si enim nulla ira ex virtute surgeret, divine animadversionis impetum
Phinees per gladium non placasset. Numeri 25. Hanc iram quia Heli non
habuit, motum contra se implacabiliter superne ultionis excitavit. 1 Regum 3.
Nam quo contra subditorum vicia tepuit, eo contra illum districtio eterni
rectoris exarsit. De hac ira dicitur per psalmistam: Irascimini et nolite peccare. Quod
nimirum non recte intelligunt, qui irasci nos nobis tantummodo, non etiam
proximis delinquentibus volunt. Si enim sic proximos ut nos amare pre-
cipimur, restat ut sic eorum ~~erratibus~~ erratibus sicut nostris viciis ira-
scamur. De hac per Salomonem dicitur: Melior est ira risu, quia
per tristiciam vultus corrigitur animus delinquentis. Et ut subdit ibidem: Cum
per zelum animus movetur, summopere curandum est ne hec eadem que instrumento
virtutis assumitur, menti ira dominetur, ne quasi domina preeat, sed velut ancilla
ad obsequium parata a rationis tergo numquam recedat. Tunc enim robustius
contra vicia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo
rectitudinis surgat, si immoderata mentem vicerit, rationi protinus servire
contempnit, et tanto se impudentius dilatat, quanto impatientie vicium virtutem
putat. Unde necesse est ut hoc ante omnia qui zelo rectitudinis movetur attendat,
ne ira extra mentis dominium transeat, sed in ultione peccati tempus modumque
consideret, surgentemque animi perturbationem subtilius pertractando restringat, animi
impetum reprimat et motus fervidos sub equitate disponat, ut eo
fiat iustior ultor alienus, quo prius extitit victor suus, quatenus sic culpas
delinquentium corrigat, ut ante ipse qui corrigit per patientiam crescat, et
furorem suum transcendendo diiudicet, ne inordinate excitatus ipso
zelo rectitudinis longe a rectitudine aberret. Hec ille. Sciendum insuper
quod secundum Bonaventuram est ira prima est commissio affectus contra proximum, per quod quis non
dolet de malo proximi, nec gaudet de ~~malo~~ bono eius, sed tristis videns,
et sic non est peccatum mortale, sed est imperfecta caritate. Secunda est actualis
impatientia absque appetitu vindicte, et talis motus citra deliberationem est
veniale peccatum, quia non habet completam rationem ire. Tertia est impatientia cum appetitu
vindicte, et talis est triplex, quia quandoque enim ira est a natura, sicut in melancolicis
in quibus secundum philosophum continue mordet natura, etiam quod se sunt turbati. Et sic
nullum est peccatum cum sit motus naturalis. Quandoque autem est ab appetitu
indeliberato, et tunc est veniale, sicut et alii primi motus. Quandoque autem est mo-
tus animi concitatus a voluntate deliberativa ad penam provocati inferendam
et tunc est mortale peccatum, quia talis motus contra caritatem que non irritatur
nec cogitat malum, ut dicitur 1 Cor. 13. Unde secundum Ambrosium animus qui
est rationis capax non est suarum passionum dux, sed repressor, neque enim
fieri potest ut facilis ad iracundiam non irascatur, sed ut ratione se teneat,
indignationem cohibeat, a puniendo se revocet, sicut et propheta nos docet dicens:
Irascimini et nolite peccare. Concessit quod est nature, negavit quod est culpe.
Solarium enim est motum ire temperare consilio, ut minus virtutis dicitur: cohibe
iracundiam, indignationem compesce, quam omnino non irasci. Unde plerumque
illud levius, istud fortius estimatur. Tu resiste si potes, cede si
non potes. Si potentes et persequentes invenerit tuam iracundiam et ascenderit
in te, non relinquas locum tuum et patientiam. Laboremus igitur ut dicitur
beati Augustini in regula sua: Lites aut nullas ha-
beamus aut quam celerrime ~~finiamus~~ finiamus, ne ira crescat in odium
et trabem faciat de festuca et animam faciat homicidam. Sicut enim legimus:
Qui fratrem suum odit homicida est. Quicumque ~~convicio~~ vel maledicto vel cri-
convicio

quod

timus obiectu aque lesit, meminerit satisfactionem quantocius curare deferti, et ille qui lesus est similiter deceptorem dimittat. Si aut se invicem leserint, invicem sibi debita relaxare debent, propter orationes quas volunt tanto sublimiores quanto celebriores habere debent, et vel ut orationes quas pro nobis et aliis ad deum fundimus in conspectu eius pure sint et accepte, debemus nobis invicem debita relaxare.

Et quartus effudit phialam suam in solem. Et datum est illi estu affligere homines et igne. Et estuaverunt homines estu magno, et blasphemaverunt nomen dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt penitentiam ut darent illi gloriam. Hic agitur de quarto angelo et dividitur in duo. Primo ponitur phiale effusio. 2o eius quod factum est specificatio ibi Et datum est illi estu etc. Dicitur ad primum dicit: Et quartus angelus effudit phialam suam in solem. Circa quod dicit Berengarius et est moraliter exponendum illud hic Job xli: Sub ipso erunt radii solis. In scriptura sacre nomine solis aliquando deus, aliquando persecutionis, aliquando vero etc. quilibet manifeste visionis ostensio, aliquando vero sapientium intelligentia designatur. Et hoc tangit Hayo super lucam dicens: Sol in sacro eloquio diversas habet significationes. Et ponitur in bono et in malo. Per solem ipse dominus ihesus christus figuratur, de quo scriptum est Malachie ultimo: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie. De quo etiam Sapientie vo dicitur: Quod omnes impii in extremo die iudicii cogitatione sua dampnationem dicturi sunt: Erravimus a via veritatis, et lumen iusticie non luxit nobis, et sol non est ortus nobis, id est intrinseci luminis radius non fulsit nobis. Et de quo Apocalipsis xii dixit Johannes: Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, id est ecclesia christo vestita, quia enim ecclesia superni luminis splendore protegitur, quasi sole vestitur. Quandoque per solem tribulatio vel persecutio designatur. Jacobi primo: Exortus est sol cum ardore et arefecit fenum. Et Mathei xiii dicitur: Quod semina sine radicibus nata orto sole aruerunt, quia non habuerunt humorem, quia verbum vite in corde hominum levium temporali momento vivere ceperant, superveniente persecutionis ardore siccantur. Item quandoque per solem manifeste visionis ostensio designatur. Sicut propheta dominum cunctorum oculis apparentem denunciat dicens: In sole posuit tabernaculum suum, id est sacramentum humanitatis assumpte in lumine manifeste visionis ostendit. Et per eundem prophete divina voce per nathan dicitur 2i Regum xii: Tu fecisti in abscondito, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis israel et in conspectu solis. Quid enim per conspectum solis nisi coram omnibus insinuat manifeste visionis? Quarto nomine solis exprimitur sapientium intellectus. Et isto modo Berengarius capitulo Job xli exponit dicens: Sub ipso erunt radii solis. Quia videlicet multi qui in ecclesia sancta luce sapientie resplendere videbantur, tunc, id est tempore antichristi, vel persuasionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, leviathan se draconi subiacent, quod dicitur: Sub ipso erunt radii solis. Et hic capitulo modo secundum Berengarium accipitur sol in proposito scilicet pro sapientium acumine vel intellectu. Vel secundum Haymonem per solem in proposito intelligitur ille dampnatus homo scilicet antichristus, qui se in novissimis diebus solem iusticie mentietur, cum sint in eo densissime tenebre et umbre mortis. De quo dicitur 2 Thessalonicenses 2o: Et ostendens se tamquam ipse sit deus, contra quem predicabit chorus doctorum suas nequicias detegendo et vindictas denunciando. Et secundum hoc est sensus iste: Et quartus angelus, id est quartus ordo predicatorum, secundum ordinem narracionis effudit phialam suam in solem, id est solem predicationis protulit sine dispensatione, et divinam vindictam denunciat contra antichristum, et fallacias eius solem se mentientem, et contra eius ministros qui fingunt ypocritas vite et sapientie splendore superficietenus refulgentes, et se quasi solem extremis ostendentes et suas doctrinas veras reputantes. Et sequitur secundum secundum eius quod factum est specificatio cum dicitur Et datum est illi etc. Quod duobus modis potest intelligi secundum quod hoc illi potest duo referre

sz vel angelum vel solem, primo sensus est, et datum est illi sz christo
angelo i. ordini predicatorum estu affligere homines et igne i. ypocritas
humana saputes, ostendere fore puniendos igne inferni. Et vi manus et
minuebantur demerita eorum. Ergo Salvator dicit Math. 23 Ve vobis
ypocrite qui similes estis sepulcris dealbatis etc. que a foris etc. Et estuaverunt
homines i. ypocrite estu magno i. magna cupiditate vel indignacione vel
invidia contra predicatores. Job 8o Scirpus et carectum cum adhuc
sit in flore nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Ubi Gregorius
Lib. 8 moral. Scirpus in flore est ypocrita in laude etc. Unde ibi etc.
Et blasphemaverunt sz exasperati nomen dei, dum enim in pace sunt
ypocrite boni videntur, sed cum exasperantur, tunc apparet quales intus
extiterunt. Math. 7o A fructibus eorum cognoscetis eos. Gregorius in
lib. dyalogorum Qualis unusquisque apud se latebat, contumelia illata
probat. Dedit dixit huius potestatem super has plagas scilicet infligendas quibus
et quando voluerit. Neque egerunt penitenciam ut darent illi gloriam, quia
pauci de ypocrisi penitent et pauci recognoscunt se ypocritas fuisse, quia
cum semper apparuerunt boni intus confunduntur apparere mali, propter quod
in die iudicii maxime confundetur, quia tunc omnibus apparebit quales
extiterunt. De talibus dicit Job 36 Simulatores et callidi provocant iram
dei, neque clamabunt cum vincti fuerint, morietur in tempestate anima
eorum et vita eorum inter effeminatos. Super quo Gregorius 26 moral.
dicit Omnis qui cum iniquus sit, dici sanctus ab hominibus non pertimescit
et si iniquum tacitum cogitacionem se deprehendit, tamen dum sanctum esse se sepius
audire terrent, hoc quod de se intrinsecus tenebat amittit. Cor quippe
exterius fundit, et quia libenter foris falsum de se testimonium recipit
qualem se intus habeat, non requirit. Unde fit ut vane laudis fomenta
etiam cum defuerint querat, et oblitus quod est, appetat videri quod
non est. Neque quia ymmo tales sunt, dum iustos se ante humana iudicia
simulant, dum actiones suas laudibus dignas intuentium oculis ostentant,
occulta cum eis iusticia latitur, ut quos intuentur foris alios fallere
et de se intus etiam ipsi fallantur. Nam omnia [illegible] se sollicite investi-
gare oculum perdunt. Vitam enim suam discutere et construere dissimu-
lant, sed tales se quales audiunt putant, sanctos quia se esse non quia ita
vivunt, sed quia ita dicuntur existimant. Subtiliter autem dei iudicio semetipsos
intueri negligunt, quia fidem sui vinti ponunt in attestacione aliena.
Cum vero subita percussione feriuntur, [illegible] se vel varie favi vel
[illegible] sunt omnino deprehendere non possunt, quia scientes se humana professione
crediderunt. Et propter hoc sepe [illegible] tales se ad supernum iudicem
venire ostendunt quales se hominibus innotuisse cognoscunt, [illegible] ipsos miseri
ut inter tormenta deprehendunt, et dum testimonia false laudis appetunt
[illegible] [illegible] amittunt, quia humane laudis importunitate
impaciens [illegible] se miseri et cum in peccatis moriuntur putent. Et ideo dicit
in littera Neque egerunt penitenciam sz confessionem ut darent illi gloriam illa
cognoscentes peccatores i. fugiunt ut non puniant quia sancti [illegible] [illegible]
[illegible] eos ad extremum cum flagella feriant [illegible] ad eterna
supplicia se duci non crederet, tales tamen capiunt quod humana iudicia
[illegible] quales se studuerant quia ostendere. Hic ibi et plura. Propter quod dicit
Sanctus Bernhardus Nemo vero frater laudari velit in vita sua quia quasi
faucibus raptas quod ad deum non retulerit ipsi furatus. Tibi unde
gloria putride pulvis. Unde [illegible] [illegible] ubi gloriam domi
sui propterea omnis gloria [illegible] intus vel foris est. [illegible] illud psalmi
Omnis gloria eius ab intus etc. Cum igitur aliquis pulsatur vana gloria
reducat ad memoriam mala acta que sunt [illegible] fecit ac se pulverem
esse recognoscat ut eo citius [illegible] pestis [illegible] ut dicit Beda
Virus vane glorie melius caveri non potest, sz ut ad [illegible] [illegible]

Sed nos quasi pulverem esse considemus, et si quid boni in nobis esse deprehendi-
mus non nobis sed deo ascribamus. Gregorius xiij deeslis. Sic puluis ligni cruore radit
et exugo ferrum consumit, ita vana gloria intentum se animam perdit.
Ideo multo studio opus est ut hanc passionem destruas. Nam occulte
tur ingreditur et omnia que intus sunt insensibiliter aufert. Et ille re-
aliter sic illi est referre solem et hic est sensus. Et datum est ei dura
gressione punitum est. Ille scilicet antichristus et satellitibus eius affligere vel
afficere homines estu et igne id est minori et maiori tribulacione. Unde Haymo
estus et ignis significat persecucionem grauem qua antichristus affecit homines
sanctos qui permanserunt in fide sicut Enoch et Heliam. Datum est
ergo illi a deo id est permissum est afficere homines estu et igne persecucionis va-
lidissima. Unde sequitur. Et estuauerunt homines estu magno scilicet dese-
ciendo per illam tribulacionem grauissimam ut ait Richardus, quia tunc erat
tribulacio qualis non fuit ab inicio neque fiet, ita ut in errore indu-
catur si fieri potest eciam electi, sicut dicit dominus in ewangelio. Mathei xxiiij. Hoc
enim ignis tribulacionis sancta examinans et purgans et clarificans sanctos
et adnichilans reprobos et ypocritas qui sunt quasi stipule. Ysaie xliij°
Cum ambulaueris in igne non combureris. Unde psalmista Transiuimus per
ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Et alibi Igne me
examinasti et non est inventa in me iniquitas. Unde unde est fornax
in qua probantur electi tamquam aurum ut ait Augustinus in sermone de excι-
dio urbis Unam tribulacionem sentit area ut stipula contundatur et gra-
num mundetur. Unum igne fornax ut palea in cinerem redigat et aurum
sordibus careat. Et primo libro de ci dei c. 8° Utrique boni et mali pariter
afflicti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt quia distinctum non est quod utrique
passi sunt. Manet enim dissimilitudo passorum eciam in similitudine pa-
ssionum. Et licet sub eodem tormento non tamen est idem virtus et vicium. Nam sicut
sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, et sub eadem tribula stipule
comminuntur, frumenta purgantur. Non ideo cum oleo amurca confunditur
quia eodem preli pondere exprimitur, ita una eademque vis irruens bonos
probat purgat eliquat purificat, malos dampnat vastat et exterminat.
Unde in eadem afflictione mali deum detestantur atque blasphemant, boni at-
precantur et laudant. Tantum interest non qualia sed qualis quisque paciatur.
Nam pari motu exagitatum exalat horribiliter fetorem et suauiter
fraglat unguentum. Sapiencie iij° Tamquam aurum in fornace probauit
eos, et in huius fornace tribulacionis estuant homines id est humana sa-
pientes eo quod sunt sine [deleted] humore gracie, sine virtuali viditate
et sine constanti fortitudine. Job xx Cum saciatus fuerit arcabitur estuabit
et omnis dolor irruet in eum. Ysaie xl Exsiccatum est fenum et cecidit
flos quia spiritus dei sufflauit in eo. Quod figuratum fuit in fornace
que fuit inclusa [deleted] ut consumeret animam et spiritus eius, quam cum
ambulauerit illesi in medio flamme, succenderes ad fornacem fuerunt combu-
sti. Danielis 3° Similiter in figura Nonne 20 Sol percussit super caput
Jone et estuauit et peciit anime sue ut moreretur. Similiter elit-
tur, vel possumus intelligi litteram de igne peccati de quo dicitur Ysaie ix Succen-
sa est quasi ignis impietas vepres et spinam vorabit. Vel de igne
gehenne de quo prouerbiorum xxx Ignis est qui numquam dicit sufficit. Et de estu id est
furore peccatorum Osee xij Effraym pascit ventum et sequitur estum.
Vel xiij Haymo Ipsi qui cruciabuntur sed sancti afficientur estu id est ira
magna et angustia eos quibus fuerint illata tormenta, quia cum
poterunt occidere pro fide Christi separari, dum inseparabiles eos viderint ipsi
magis estuabunt estu iracundie, indignantes illos quos inter tormenta
constantes viderint. Quod eciam factum esse legimus in persecucione sanctorum
martirum, sed tunc fiet tanto validius quanto maior erit tribulacio.
Amplius quippe reprobi cruciabuntur in anima quam sancti in corpore. Nulli inter

tormenta videbunt; isti dentibus stridebunt. Illi deum laudabunt et predicabunt
isti blasphemabunt et detestabuntur. Sic quia estus sanctos afficiet ut igne
et flammis invidentie et malignitatis eos consummari faciet penis insuperabilibus
usque ad mortem maneatibus. Unde subditur: Et blasphemaverunt nomen dei
habentis potestatem super has plagas et hoc propter impatientiam. Cum enim viderint
sanctos pati et fuisse perseverare in fide usque ad mortem et gaudere
ad passionem pro Christo blasphemabunt deum cum debent laudare. Blasphe-
mare enim est falsa de deo dicere secundum Augustinum libro de mendacio. Ysaie i
Dereliquerunt dominum blasphemaverunt sanctum Israel. Apocalypsis xiii Super
capita eius nomina blasphemie. Qui habet ea super has plagas potestatem
habere dicitur quia a quo vult amovet eas et super quos vult iuste
iudicio permittit. Supra primo: Qui habet clavem mortis et inferni. Ad Romanos ix
deus cuius vult miseretur et quem vult indurat sed tamen pessime. Ut in-
duravit cor pharaonis Exodi in pluribus locis. Neque egerunt penitentiam
sed recognoscentes se esse peccatores ut darent illi gloriam sed se accu-
sando et dei iusta iudicia collaudando. Nam ut Haymo dicit ille glo-
riam deo dat qui se pro suis iniquitatibus accusat et iusta iudicia
dei [illegible] collaudat. Unde cum psalmista: Iustus es domine et rectum iudicium
tuum. Et Iosue vii: Fili mi
da gloriam domino deo Israel et confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas
dixit Iosue ad Achor. Respondensque Achor dixit: Vere ego peccavi
domino deo Israel sic et sic feci etc. Et ut ait Richardus super Iosue
affert domino gloriam et honorem qui confitetur mala tua et noli meum
remanere. Confitere deo de malis tuis et ipsum lauda pro bonis suis.
Et Augustinus super illud Psalmi: Preoccupemus faciem eius in confessione dicit: Est con-
fessio laudantis et est confessio gementis. Et subdit: Utrumque hoc non
proderit ad laudem dei qui te accusas ipsum glorificas. Immo quanto [illegible]
laudatur medicus quanto plus desperabatur egrotus tanto maior est laus
ignoscentis quanto maius est exaggeratum peccatum confitentis. Hec ille. Et hec
quidam faciunt boni christiani. Econtra vero [illegible] hereticorum mos est ut suas
iniquitates defendant et dei iudicia deprehendant. De quibus hic dicitur:
Nec egerunt penitentiam ut darent illi gloriam. Vel hoc forte dicit ideo
quia tempore illius crudelissime persecutionis aliqui penitebunt interius et dole-
bunt de peccatis suis sed ore non audebunt Christum publice confiteri. Sed
hoc non sufficit ad salutem quia dicit apostolus ad Romanos x: Si confitearis
in ore tuo dominum Iesum Christum et in corde tuo credideris quod deus susci-
tavit illum a mortuis salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam
ore autem confessio fit ad salutem. Et de talibus qui in illa persecutione
tacebunt et non audebunt publice confiteri Christum dicitur Naum tertio sub
tipo eorum: Parvuli tui id est infirmi catholici sicut locusta locustarum que
consident in sepibus in die frigoris id est [illegible] fidem tempore pacis. Ortus
est sol id est incaluit persecutio antichristi [illegible] latebras et avola-
verunt id est a fide recesserunt et non est cognitus locus eorum ubi
fuerint. Sapientie iiii: Et si in ramis in tempore germinaverit infirmiter
posita a vento commovebuntur. Luce viii: Ad tempus credunt et in tempore
temptationis recedunt. Moraliter. Quartus angelus effudit phialam
in solem id est in loco predicavit contra superbiam per inanem gloriam
sole contra mundi gloriantes quia per solem designatur per claritatem et
sublimitatem quam tales appetunt in hoc mundo. Iohannis v dixit
Salvator Iudeis mundi gloriantibus: Quomodo potestis credere qui gloriam
ab invicem accipitis et gloriam que a solo deo est non queritis. Ego claritatem
ab hominibus non accipio. Luce xvi: Nolite in sublime tolli. Hoc enim
[illegible] mundi [illegible]. Iob xxxi: Si vidi solem cum fulgeret et lunam
incedentem clare

Et letatum est cor meu in abscondito et osculatus sum manum mea ore
meo Quod e iniquitas maxima et negatio contra deu altissimu. Iob
xxxi. dicit Sol in fulgore est opus in manifestatione Sole sibi fulgentem
Iob no vidit. quia cum opus suum alijs luceret ad exemplu hoc ad presuppo-
sitionis gloriam sibi erat absconditu. luna clare incedentem est fama
de bono ope veniens. ut hanc vidit Iob. quia cum bonis dicitur
hoc tamen no attendit contra hoc vicium predicatur quia que et cuncta pec-
cata mala proveniunt ex superbia vel ex vana gloria dicitur. Hec sunt quinque
Wy extrinseca cuncta vehit virtutum gemma perdit vastat opes. Varro
sancitur. iniquitatem gignit. Sextum et summum malum quod ex superbia provenit
est quod omne bonum quod invenit destruit. et quod no invenit ut non
veniat impedit unde Gregorius Sicut humilitas omnia vicia evacuat
omnes que virtutes colligit et roborat, sic superbia virtutes destruit dissipat
et enervat. Augustinus Cum cetera vicia in malis operibus exerceantur ut
fiant superbia cum bonis operibus insidiatur ut pereant. Cum bonus pugile
et cuncta subacta putaverit que magis infestat vincenda superbia constat
talibus Si tibi gratia sapientia forma quod detur inquinat omnia sola
ubi litigatorum superbia. ubi tunc servi et ancille. ubi figura vesti-
um et splendida ornamenta. ubi purpura et byssina ornamenta. Ubi
excellentia auri et pondus argenti. ubi cibi varii et orti insiti
ad instar paradisi. Ubi habitaciones decorate et splendide. ubi tunc
qui condunt thesauros. qui ~~...~~ excecantur pauperes et abierunt
deum non timentes iudicia incredibiles. quantum erunt sibi ipsis ex-
brantes ac dicentes docebamur et non attendebamus. monebamur

et contempnebamus et contristabamur et non credebamus. Scripturas audientes nosmetipsos seducebamus. Digna sunt iudicia dei. Recte digne que in nobis actibus recepimus. Heu propter spalem et nephandum letitiam voluptuosam propter modicam gloriam et abhominabile delectum, tenus igne perpetuo consumimur. Propter modicam gloriam et abhominabile de vana gloria cecidimus. Pro modica esca paradisi sedibus privati sumus pro divitiis perituris divitias celestes amisimus. In sterquilinio omni possedimus ibi propter penalia vel hemus. Illi autem qui tunc non possederant nunc exaltantur. Qui in letitia ... saturitatem qui caste degerunt, in celesti thalamo letantur. Qui permanent in lacrimis in gaudio metunt. Qui planxerunt, perpetuo consolantur. Qui contempserunt terrena celestia perceperunt. Soli nos miseri tormentis traditi sumus et nunc clamamus et non est qui misereatur. Suspiramus et non est qui salvet. Et ideo ne nos cum illis talia verba in futuro seculo dicamus, pre: veniamus eum die magnum dei omnipotentis. Opera bona dum tempus habemus lugeamus. Elemosinas faciamus, manus ad illum qui nos potest salvare erigamus expendamus diebus duce. Salva nos ne pereamus. Unde et ad hoc Augustinus in sermone 2o ecce tempus in die iudicii vix iustus salvabitur, peccator et impius ubi parebunt, ubi tunc se impii videbunt, ubi adulteri, ubi ebriosi, ubi maledici se cognoscent, ubi amatores luxurie, ubi raptores, ubi superbi et invidi apparebunt, quid infelices pro sua defensione dicturi sunt. Quos tortores admonitos tunc invenies dies ille reperiet, cum ad clarum archangeli tubam omnia elementa clamore, totus sunt iungere repleti mundus cum fit ut propheta venit dominus ponere orbem terrarum desertum et peccatores eius conterere de eo qui sic dictum est sicut peccatores et impii mittent in stagnum ignis et fumus tortorum illorum ascendit in secula seculorum. Quis tunc tremor quae caliginis que tenebre, tumorosos quosque negligentes ac tepidos occupabunt. Ut ergo et nos in isto veniamus minus cautum hypocrisim dum corrigendi tempus est, et voluntatem domini nostri tanquam servi fideles et vigiles recogitemus. Ut cum dies ille iudicii tremendus et nimium est a bonis expavescendus advenerit, non cum turbulentis flammis ultricibus tremamur in inferno, sed cum spiritualibus virtutum pennis eleventur in celum. Secundum illud quod ait apostolus Simul inquit rapiemur in nubibus obviam Christo in aera; et sic semper cum domino erimus, 1 Thessalonicensium 4o. Et quamvis iam ... adhuc multum distaret ille dies magnus dei omnipotentis ... illum prope esse audivi ... ecce venio cito. Apocalypsis ultimo pro propinquo adventu iudicii ... Quarto malorum congregatio ibi et congregavit illos ... quantum ad primum ecce venio sicut fur. Dominus Hugo in ... est prophetia ... historie ... ecce venio sicut fur ... et hoc ... ecce venio ... et hoc in summa ... Ricardus. In hoc autem quod ait sicut fur, notatur adventus ... Si non vigilaveris veniam ad te tanquam fur et ibi ... desertum ... homo ... est 1 ad Thessalonicensium 4. Non est in tenebris ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Et ibidem: dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Christum ... adventum secundum Hugonem, et quemadmodum ... quando possumus intelligere et qualem ... veniet, et ut fur, quando in die enim ... subito dum non sperat homo moritur. In die enim iudicii ... sicut fur ... repente veniet, quia cum dixerint pax et securitas tunc eis repentinus superveniet interitus 1 ad Thessalonicensium 4o. Est ergo tempus illud incertum. Augustinus 20 de civitate dei capitulo 1o ultimum iudicium ... dies tenda est incertum et omnino occultum ... discernimus ab eo. Super psalmum ix ... tam occultum est tempus iudicii, ut etiam ipsi iudici occultum esse ... dictum sit non ad cognoscendum sed ad ... In epistola ad ... Ergo pro ... possibilitate sensus mei dico: nescio mensem neque annum adventus ... scire posse. Quod docet super titulum psalmi vi cum dicitur nescire filium

diem iudicii. Non est inutile quod nesciat, sed quod nescire faciat eos, quibus
hoc non expedit scire, id est ut eis non hoc ostendat. Et subdit ibidem Quid
sibi vult nescio quedam presumptio, que omnibus computatur dissimum peccat
xii. q. ulti. Andreas. Diem domini. Nos vero quod scire nos deus noluit
libenter nesciamus. Atque quanto diutius differtur plus est timendum. Ideo ps 49
Quantoque differtur iudicium, tanto maiore impetu venturum est. Et
ideo sollicite est expectandum. Unde dicit Leo super septuagesima omelia 23
Prudenter ... ignorat ultimum incerta preceptorum, ne perdat tempus miseri-
cordie salvatoris, que modo impenditur quidem ... humano petitur, ad
hoc non expetitur homo ut timidus. Et non est qui dampnetur. Videt
deus quando venit dies seculi. Est tamen modo tempus fidei. Finis seculi
utrumque hic aliquid nostrum inveniat nescio, et fortasse inveniet tempus
uniuscuiusque nostrum proximum nam mortales sumus, et inter casus ambulamus.
Unde etsi differtur tempus iudicii, non tamen mortis. Ut dicit Augustinus libro de
decem cordis. Longinquum inquit videtur esse tempus quod restat ad iudicium
non tamen erit tibi quantum est. Et ex tunc altero et parvo tempore
sperandum est finis vite tue. Quantum tamen vis diem iudicii prolonga
unumquemque ultimum diem tuum tibi ... quo exiturus es de corpore. Hoc
producturus es in longum ... est ... Et ideo timere cotidianus
sperandus est. Et ideo dicit enim homo ... verbis domini sermo 21. Propter no-
vissimum diem vigilemus unusquisque de novissimo suo die cogitet. Ne
forte cum senseritis vel putaveritis longe esse seculi diem, dormiatis
ad vestrum novissimum diem. Nemo quod computat novissimum diem quem futurus
sit. Si vigilemus omnes bene vivendo ne novissima dies cuiusque nostrum nos
imparatos inveniat. Et qualis quisque hinc exierit suo novissimo die, talis
invenietur in novissimo seculi die. Gregorius. Ubi ergo sunt illi qui sine
cotidie dum vivunt per mortem, sine causa tunc venientes ad generalem
resurrectionem parati fuerunt invenire. Unde Lucas subiungit Beatus qui vigilat
id est qui est sollicitus de sua salute. Vigilat qui ad aspectum superni luminis
mentis oculos apertos tenet. Vigilat qui servat operando quod credit. Vigi-
lat qui a se torporis et negligentie tenebras expellit. Ut inquit Gregorius
omelia xiii super ewangelia Mathei 24 Vigilate quia nescitis diem neque
horam. Prima Petri 5. Et Mathei xiii Vigilate in oratione. I Cor xvi
Evigilate iusti et nolite peccare. Sequitur. Et custodiunt vestimenta sua
Ubi Haymo. Sed vestimenta que vigilanti studio monetur servare sunt
sacramenta baptismatis. Et quod dicit eum vestimenta sua servat qui baptismi
sacramenta baptismalis ... que in baptismo promisit. Ipse
non erit vestimenta sua custodit qui ea que in baptismo promisit. Iple
sitaque ista sunt vestimenta immortalitatis et innocentie, quibus homo primum
in paradiso fuerit expoliatus, sed tamen per occisionem vituli ... signatum
passionem unigeniti filii dei in baptismo homo ... vestimentum recepit. Servat igitur
hec vestimenta quisquis criminibus peccatis non maculat. Et si hec amittit post
[illegible] ... corporis tegere ... Adhuc baptismum ...
mundari possit ... fontem ... de quo ... baptismo
[illegible] dicit Ubi sunt ... in baptismo promissa
... Et quorum tecta sunt peccata ... compunctionem cordis. Unde
Gregorius xii moralium ... illud Iob xiiii Homo cum mortuus fuerit
et nudatus atque consumptus ubi quidem est. Dicit: Nullus homo sine peccato est
nisi ille qui in hunc mundum non venit ex peccato. Et quia omnes in culpa ligamur
ipsa amissione iustitie morimur. Concessa prius in paradiso veste innocentie
nudamur ... carnis subsequente consumimur. Homo itaque peccator
moritur in culpa, nudatur a iustitia, consumitur in pena. Hanc ...
peccatorum filius tegere dignatus est. Unde ... ei redeunti ... Cito proferte
stolam primam. Prima ipse stola est vestis innocentie quam homo bene
conditus accepit, male a serpente persuasus perdidit. Et concordat dicens luc
...

Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Vestimenta
quippe custodimus cum precepta innocencie sinanimus in mente. Ut cum iudicem
culpa invadat, ad amissam redeuntes innocenciam pristina operiat. Ut ille dicit
Gregorius libro XVI moralium. Vel potest exponi de vestimento caritatis que vestitur
electi, que scilicet tenetur operit multitudinem peccatorum. Jacobi 5°. Quo ve-
stimento fuerat spoliatus ille quem eiecit rex a conspectu invitatorum. Mathei
22. dicens: Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem. Beatus
ergo qui custodit vestimenta sua, id est fidem quam in baptismo recepit, et
innocenciam vite et caritatem retineat, que virtutibus custodit animam, ne
nudus ambulet, hoc est ne spoliatus virtutibus cum dyabolo turpiter con-
dempnetur. Et videant scilicet omnes in iudicio turpitudinem eius, id est omnibus
appareant peccata detestancia. Naum 3°: Revelabo pudenda in facie tua
et ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam. Et Gregorius
20° moralium: Turpitudo nostra tunc cernitur, cum vita reprehensibilis ante interni
oculos iudicis nequaquam subsequentis boni operis tegmine velatur. Et subditur
ultimum scilicet malorum congregatio cum dicitur: Et congregabit illos. Ut non ait Ymmo redit
ad ea que supra commemorat de spiritibus inmundis qui exierunt ut reges
totius terre in prelium commoveret. Et quia in tribus spiritibus inmundis unus
spiritus intelligi debet, ideo a plurali numero venitur ad singularem dicens: congregat
eos in locum et cetera. Tale est illud Marci 5°: Ait cum duos homines a le-
gione liberaret, interrogavit Ihesus eum dicens: Quod tibi nomen est? Cum unitas
ipsa respondens ait: legio nomen est. Et subdendo: multi enim sumus, pluralitatem
unitate esse demonstrans. Ait ergo: Et congregabit scilicet dyabolus, qui congregabit
et iam congregare incepit, qui in omnibus illis operatur et operabitur, illos scilicet
reges totius terre, de quibus premissum est, in locum qui vocatur hebraice Herma-
gedon, qui interpretatur consurreccio tectum [illegible]. Vel mons globosus, sive
mons globosus ein hawfen, vel mons furum ein Dieb. Set tunc obicitur
postquam quo loco congregabit eos, numquid in unum locum venturi sunt, ut
qui sunt in oriente veniant in occidentem? Vel econtra? Quod videtur inpossibile.
Dicit enim Richardus: Ydeo mons iste figurat antichristum, qui est mons per
superbiam. Jeremie 51: Ecce ego ad te mons pestifer. Et furum per fraudem
dilectionem et globosus vel gibbosus per superbiam. Unde in defensionem
sue impietatis sectam super dictos iniquos congregabit et ad exercere
suam prophetat. Ydeo sic loquitur: Unde Haymo: Tectis iniquitatibus sunt omnes iniusti
contra Christum, qui bene dicuntur iniqui, quoniam iniquae consentiunt Christum esse
antichristum. Et ergo sic ergo in consurreccionem tectum iniquorum congrega-
bit eos antichristus, quia ad hoc eos ad partem suam trahet ut contra Christum
et fidem blasfeme et iniquitatis perficiant. Ad istorum tectum iniquorum in
pertinet illi, de quibus psalmista dicit in persona Christi: Insurrexerunt in me te-
stes iniqui. Dicitur eciam Hermagedon, mons a latrunculis. Mons Christus
appellatur a fidelibus. Unde quod dicitur Ysaie 2°: Venite ascendamus ad mon-
tem domini. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini
in vertice moncium, id est Christus, qui supereminet multitudini omnium electorum. Et sicut
Christus a fidelibus mons appellatur, ita antichristus appellabitur mons, id est Christus,
a latrunculis, hoc est a suis ministris qui furantur fidem rectam a
cordibus fidelium. Iohannis X: Quotquot venerunt scilicet post me, fures sunt et
latrones. Ydeo quasi globosus appellatur antichristus, propter multitudinem populorum sibi
adherencium. Vel quia quoscumque pravis subiectos allicit, globosi vel gibbosi
vocantur, quia diversos errores ducit in suo corpore dum hinc inde
seruit. Unde fuerit dicit: Quasi unum tellarem globum contra
electos emittet, dum eos per terrale potenciam affliget. Sed dum eius
infima potencia comprimere, fortem emittet cum per miracula et falsa
prodigia multos alligabit. Ut innuit beatus Gregorius 32 moralium
tractans illud Job XL: Stringit caudam suam quasi cedrum, quia tunc
et altius erit veneracione prodigii et durius crudelitate tormenti. Non enim

sola prat tur dupe sicut secundum omnium filiae et domus aut con:
gregabit omnes ad iudicium finale Ioelis 3o congregabo omnem gentem
in valle Iozaphat et Glosa super Genesim Eufrates etc ut eufra
tes masculini generis est fluvius mezapothamie de paradiso exiens corpo:
rissimus terrenis qui per medium babiloniam influit hic ab ubertate
nomen accepit nam hebraice eufrate fertilitas interpretatur mezopota:
miam enim in quibusdam locis ita irrigat sicut nilus alexandriam et
producit pemultima unde lucanus tigris et eufrates uno se fonte
resolvunt Glosa super aurora fructifer eufrates notat hoc quod plurima
profert. Eufratem qui sequitur per in describitur ab eufrates eufra
tes idest sexto loco ponitur contra avariciam vel cupiditatem eufrates
enim ut dictum est interpretatur frugibus fructifer crescens vel pulverulentus
unde mito frat avariciam seu cupiditatem que semper cupit cre:
scere et fructificare in pluribus et in temporalibus et terrenis rebus sed tamen
defluit semper sicut flumen unde psalmus divicie si affluant nolite cor appo
nere ea que fluunt nolite amare quia sicut aqua fluminis defluere non
remanet nisi lutum sic in istis temporalibus non remanet nisi peccatum
Ecclesiastici 21 Sic in extremis ex illius remanebit pulvis sic avaricia
hominis in cogitatione illius unde dicitur Abacuk 2o Ve qui multiplicat
non sua usquequo congregat contra se densum lutum Ezechiel 2o
in flumine magnum eufratem effundere est contra cupiditatem et ava:
riciam predicare que tantum malum est quod cum latro sit ea attra
here unde Ieronimus in epistola ad Nepocianum Deus Unde cum detestabili
sit ex eo sit patere quia prophete dicunt et sancti doctores eam multipliciter
maledicunt arance comparatur ydolatria nominatur et multa mala ex
ea generantur primo huic vicio maledicunt prophete ut Abacuk 2o
Ve qui congregat avariciam domui sue Ysaye V Ve qui coniungit
domum ad domum Amos VI Ve qui opulenti estis in syon Glosa super
Luce VI Ve vobis divitibus qui habetis hic consolacionem vestram Et Iacobi V
Agite nunc divites plorate et ululate in miseriis vestris Super 8o
Ve ve ve habitantibus in terra Augustinus Ve illis qui vivunt ut
augeant res peccuniarias unde etiam dicunt Bernhardus Omnes
maledicit dispensatorem avarum rerum domini divites et largus est
talis est omnis avarus et ideo maledictus Ecclesiastici X Avaro nil est scelestius
Subdit idem Nichil est iniquius quam amare peccuniam hic enim et animam suam
venalem habet quoniam in vita sua proiecit intima sua Unde et aranee com:
paratur avarus quia sicut aranea seipsam eviscerat ut telam faciat
sic avarus cupiat sic avarus eviscerat ut viscera sua per diversas cogitationes
propter divicias adquirendas unde Ysaye lix confidunt in nichilo locuti
sunt vanitates conceperunt dolorem et pepererunt iniquitatem ova aspidum
ruperunt et telas aranee texuerunt tele eorum non erunt in vestimentum
neque operientur operibus suis opera enim illorum inutilia Et Ysaye 30 Ve filii
desertores dicit dominus ut faceretis consilium et non ex me et ordiremini telam
et non per spiritum meum Unde et hec est summum avaricie malum quod
ydolatria appellatur ad Ephesios V Avaricia que est ydolorum servitus Ubi
glosa Avaricie dominus est nummus sicut qui venatur peccuniam que est causa
pro deo Matthei VI Non potestis deo servire et mamone Dominus sic
divicias servire est deum negare propter quod ut avaricia tamquam pestis mortifera
fera fugiatur Crisostomus quod multa mala facit divitibus habentibus et ama:
tibus eam Crisostomus Sollicitat turbat perdit generat inquinat inflat ob
mentem reddit paradisi limina claudit Et nummus quod parit statum
nemina frangit Crisostomus quod malum est quod sollicitudinem generat quod requiem
tollit Unde dicitur Ecclesiastes 2o quid enim habet avarus unde videat homini de universo
labore suo et afflictione spiritus qua sub sole cruciatus est Cunctis diebus eius

laboribus et exampnis pleni sunt. Sic per noctem mens eius requiescit. Et eciam vo ba:
cuitatis diuites non sunt cum dormierint. Item de illo diuite Luce xii°
qui dum debuit dormire et quiescere, cogitabat quod horrea sua minus erant
capacia, ut scribit unus super illud: Destruam horrea mea et maiora faciam,
ibi scribit: periit eterna sui reponere, sed parpedes. Eciam multo tempore recesserant:
de uerbo omnia tempore eorum. Quintum malum est turbacio cordis et totius domus
Prouerbiorum xv: Conturbat domum suam qui sectatur auariciam. Eciam et odit
munera viuet. Tercium malum est perdicio sui et suorum. Prouerbiorum I°: possessiones
stultorum perdet eos. Ysaie xxi: Rapine impiorum detrahent eos quia no:
luerunt facere iudicium. Luce xvi: Mortuus est diues et sepultus est
in inferno. Quartum malum quod grauat et deprimit. Unde Zach v° dicitur: mulier
sedet super talentum plumbi. Quintum malum est inquinacio. Ozee ix°: Facti
sunt abhominabiles sicut ea que dilexerunt. Jacobi I°: Religio munda
et immaculata etc. Glosa: quia temporalia non diligit immaculatum se ab hoc
seculo custodit etc. per oppositum. Sextum malum est inflacio superbie. Augustinus:
Sexto pleni nichil vacuum, tamen crepat corde medicat. Job xx:
Cum satiatus fuerit arctabitur et estuabit et omnis dolor irruet super eum.
Ysaie vii°: Requiescunt cyrria super effeanum, id est superbia super auaricia. Se:
ptimum malum est quod facit hominem mutum. Ysaie lvii°: Vita manus
tue invenisti, propterea non rogasti. Gregorius: In felicitatem confitentur inve
ncitorem quam cauere debent non requirit. Octauum malum est quod claudit introitum
paradisi. Luce xviii°: Filioli quam difficile est confidentes in diuitiis, qui pecu:
nias habent, intrare in regnum celorum, facilius est enim camelum etc.
Nonum malum est quod est radix et origo omnium malorum. Ecclesiastici vi°
et eciam xi: Si fueris diues non eris immunis a peccato. Decimum est quod
munitiones omnium virtutum destruit. Unde Abacuk I°: Super
omne municionem ridebit et comportabit aggerem et capiet eam. Similiter eciam
facit auaricia, sed hec sufficiunt ad presens. Sic igitur angelus effundit phiala
in flumine id est predicauit contra auariciam ostendendo que mala secuntur
ex ea. Sequitur: Et siccauit aquam eius id est habundanciam temporalem sicut
dum predicando denunciauit Jacobi I°: Ortus est sol cum ardore
et arefecit fenum, et flos eius decidit et decor vultus eius depe:
riit. Ita diues in itineribus suis marcescit ut pararet viam regibus, id est
predicatoribus ad corda eorum desiccata a qua cupiditas que non sine:
bat eos venire ad eos. Ysaie xi: Leuabit dominus manum suam
super flumen in fortitudine spiritus sui et percutiet eum in septem riuis
ita ut transeant per eum discalciati. Et erit via residuo populi
mei. Sed ne predicatores hoc sine viribus attemptent, ostendit reges
unde hoc fiat dicens: Ab ortu solis, id est a Christo qui de maris stella nasci
voluit, id est de Virgine Maria. Postquam ortus est sol et quotidie nasci dicitur
in cordibus timencium eum. Malachie ultimo: Vobis timentibus nomen
meum orietur sol iusticie, et videns de ore draconis etc. Dicitur: naturale est
auarum habundancia nec sit auaricia que per sitim et numquam potest saciari.
Ecclesiastici v°: Auarus numquam implebitur pecunia. Prouerbiorum xxx: Tria sunt insaciabilia:
infernus, terra etc. Unde super illud: Appetitus diuiciarum crescit in infi:
nitum. Tres spiritus immundi quia de ore cupiditatis exeunt sunt sagaci:
tas in acquirendo, tenacitas in conseruando et prudencia in dispensando.
Hec sunt tres diete quibus deambulare per eum inveniunt, id est per eum.
Jone iii°: Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Septe vero
contingit eciam diuites quia sagaces sunt in acquirendo et tenaces in cu:
stodiendo. Non habent prudenciam in dispensando. Ecclesiastes vi°: Est malum quod
vidi sub sole et quidem frequens apud homines: vir cui deus dedit
diuicias et honorem et substanciam, et nichil deest anime sue ex omnibus que
desiderat, nec tribuit ei deus potestatem ut comedat ex eo, sed extraneus
vorabit illud. Est et eciam infirmitas pessima quam vidi sub sole:
diuicie conseruate in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima.
Per bestiam vero signatur superbia que omnia bona vastat. Unde Augustinus:
Omnis iniquitas in malis operibus exercetur ut fiat. Superbia vero eciam bonis

opibus insidiu ut peccant. De ore bestie i. superbie exeunt tres spus immundi
filij incurrunt thalamorum · contemptus ceterorum, oppressio inobediencia; hec sunt
tres lancee quibus Joab i. inimicus · pe .i. intellectus · confodit absolom
i. patrem 2i Reg xviij Semper n. superbia · patrem aufert et occidit
Prov xviij Ante superbos semper ruina fiunt. Q̄ de pseudo prophetam Ca:
fructus carnalis gaudia carnis pulchra mortifera est Rom viij Ca:
pietas carnis mors est. Tres spus immundi exeuntes de ore eius
scz gaupie. sunt laudaciones ciborum seu saporum exquisiti · mollicies
vestimentorum et secreta ornatuum. hec sunt tres vncie ferri in lancea
Jesbide nab · qui volebat occidere david 2i Reg 21 Jesbi inter:
pretatur in me, per hoc intelligitur ablaturus, et significat gaupiam carnis · q̄ semper
est in nobis ablatura racionem Rom vij vidi aliam legem in membris
repugnantem legi mentis mee et captivantem me in lege peccati Et tres
vncie hastie, sunt illa tria pdicta scilicet adinuencio voluntatis in saporibus
vestibus et lectis, et alijs que sunt male gaupie prouocativa · Et tria
tal. sunt tria canistra · que portabat pistor pharaonis · de quibus aves
rapiebant panes · vnde exponebatur Reg xl, Et omnibus hijs spus immundi
rapiunt grauiter propter eorum lugacitatem curiositatem et gaudie (?) ...
tres spiritus immundi exeuntes de ore draconis · sunt tres ipse ...
adulatorum · q̄ velud rane circa terram et partem gerentur tenant · qui
in aquis dimaxim et luto deliciarum se voluunt. Quidam n. eorum
sunt q̄ falsas leges seu allegaciones fingunt · per quas veritatem impugnant
de quibus dicit Ysaye x Ve q̄ condunt leges iniquas et scribentes iniusticias
scripserunt ut opprimerent in iudicio pauperes et vim facerent cause humilium mei
vt essent vidue preda eorum, et pupillos diriperent. Alij sunt qui
veras leges male exponendo depravant et c dependunt ubi non est committe:
tris iudex. de quibus dicit Ysaye ix dispergit dominus ab ysrael caput et
caudam i. actorem et advocatum iniustum et depravante die vna
incurvatos dicit actor q̄ muneribus incurvat Advocatus aut dicatur
depravans · q̄ incurvatus muneribus · leges false exponendo et decernendo
depravat Tercij sunt, q̄ ut falsas leges allegant, ut leges depravant
sed per excepciones dilatorias et appellaciones frivolas causas multiplicant di:
latant et prorogant Ita q̄ antiquum veniat ad principale · suscitantur
aliqui tres vel plures cause, quas ipsi per suas astucias suscitaverunt · sine
quibus bene posset principalis causa finiri si voluissent advocati, Nec
mirum, quia plus lucri plus lucris et gloria q̄ pax et annuabit gaupias
de quibus dicit in psalmo dissipa gentes que bella volunt. Et de omnibus
hijs potest intelligi illud quod dictum est supra Commanducaverunt linguas suas
pre dolore scz in inferno; quia enim in lingua peccaverunt · in lingua torquentur Sicut
dives Epulo luce xvj Mane per que quis peccat per hec et torquetur
Sapie ix · hij omnes exeunt de ore draconis i. cupiditatis · quia vero ...
causa cupiditatis a quo peccatorum fuum mortum, advertendo peccata Et tres
exeunt de ore bestie i. superbie · qui ob laudes humanas · quia nolunt ali:
quomodo vinci causas iniustas defendunt, Et tres exeunt de ore pseudo prophete
i. gaupie, qui faciunt hec ex amore carnali · Ad hec at facienda te
monens eos incitant · quibus odiosa est pax et concordia Vnde legitur in lxa
Sunt enim spiritus demoniorum scilicet tales advocati, i. a demonibus inspirati
Sicut n. spiritussanctus inspiravit pectoribus suis et in eis loquitur Vt dicitur
Math x Sic spus malignus inspirat malis advocatis et per eos loquitur
cum causas iniustas suscitare defendunt Vnde in ma eius dus Et Ysaye ix
destruxerit spus egipti in visceribus eius, et consilium eius precipitabo
Ger. Faciebes sicut i. eximius exhibebis se q̄ vellet pacem et concordiam
pacem sed interius et in occulto turbat negocium et impedit pacem
Ps, loquuntur pacem cum proximo suo · mala autem in cordibus eorum, Et procedunt ad reges
totius terre scilicet tam seculares q̄ ecclesiasticos · congregare eos in prelium
vnum contra aliud gerendo · et lites seminando provocando. Ecci 3I. Vnde
necesse imminebit cor · ex quo procedunt quatuor dinum · bonum et malum · vita

et mors et dampnatio illorum assidua lingua. de quo ecclesiastici xxviii° Susurro et bilinguis
maledictus multos enim turbavit pacem habentes. lingua tercia multos com-
movit et dispersit illos de gente in gentem. Et ibidem qui respicit illum non
habebit amicum in quo requiescat. Ex hac autem lite sequuntur homicidia mutua
odium et rancore pectorum [illegible] et ex odio dampnacio eterna. unde sequitur
ad diem magnum dei omnipotentis id est ad diem iudicii. quia omnes tales nisi
penituerint dampnabuntur. Similiter advocatus qui litem seminat. non potest
eos iurare. quamvis ipse non peniteat dampnabitur cum illis. Ieremie
xii congrega eos quasi gregem ad victimam. Job xxi° In die perditionis
servatur malus et ad diem furoris ducetur. tempus autem iudicii vocatur
dies. quia omnia secreta erunt ibi manifesta. i corinthiorum iiii° nolite ante tempus
iudicare quoadusque veniat dominus et illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium. dicitur eciam magnus. quia magna fiet ibi
quia bonis omnibus eterna gaudia que sunt magna dabuntur. et repro-
bis eterna supplicia eciam magna reddentur. Item dicitur dies domini. quia iudi-
cem nichil latebit. Ad hebreos iiii° omnia nuda et aperta sunt oculis eius
ad quem nobis sermo. Item dicitur dei omnipotentis. quia nullus poterit effugere nec re-
sistere. Psalmus Quo ibo a spiritu tuo et et ipsi dicet eis. Ecce sequitur
Ecce venio sicut fur id est cito et improviso. et ideo beatus qui vigilat
ne cadat in diaboli retiacula et custodit vestimenta sua id est virtutes et
opera a macula peccati vel perdicionis ne nudus ambulet. scilicet
ad iudicium sine veste nupciali. Custodit dicit non dissipat sicut filius
prodigus qui dissipavit omnia bona sua vivendo luxuriose cum meretricibus
Luce xv. Ideo dicitur ecclesiastes ix omni tempore vestimenta tua sint candida. et oleum
de capite tuo non deficiet. Omnis enim auferent fornicacionem eorum a facie
ne mea et adulteria sua de medio uberum suorum. ut revelato sancti-
tatem eius in oculis amatorum eius. Quid autem facturus sit dyabolus
illos qui perdidit ad reges totius terre. Continuo ostendit textus cum dicit
et congregat id est congregabit illos. illos scilicet reges terre in locum qui vo-
catur hebraice Armagedon id est mons furum. Per quem significatur civitas que
revocatur mons propter eminenciam virtutum et scilicet habitus civitatis castitatis
et paupertatis. in quibus scriptum est heu plurimi fures habitant in ea
qui bona pauperum furantur. et dant parentibus suis et sibi thezaurizant.
Ysaye primo Quomodo facta est meretrix civitas fidelis plena
iudicii. Iusticia habitavit in ea. nunc autem homicide principes tui infideles
socii furum. Item eiusdem iii°. vos depasti estis vineam meam et ra-
pina pauperum in domo vestra est. Ubi Glossa principes tui infideles cum
pauperes publice peccates arguunt et confundunt. divitibus peccata facientibus
nec cultum faciunt. Item quorum domus rapina pauperum et dum opes
ecclesie sibi thezaurisant et ea que datur ad sustentacionem pauperum sibi re-
servant et parentibus suis distribuunt. et in deliciis abutuntur et eorum
inopias suas et suorum divicias faciunt. ad hoc laborat dyabolus
ut tales fures constituat super montes ecclesie. qui res eius que sunt pauperum
vel sibi retineat. vel parentibus distribuat. tales sunt ob quod se ingerunt
Iohannis x omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones. Et Sanctus Thomas
Thoma 2 2e q. 118. Avaricia comparatur idolatrie per quandam simili-
tudinem quam habet ad ipsam. quia sicut ydolatra subicit se creature exteriori
ita eciam avarus. Non tamen eodem modo. Nam ydolatra subicit se creature exteriori
ut exhibeat ei cultum divinum. avarus autem subicit se creature exteriori
immoderate ipsam concupiscendo. non ad cultum sed ad usum. Et Crisostomus super Matheum
Sicut ydolatra servit simulacro. sic avarus servit thezauro. Nam
ille cultum ydolatrie libenter amplificat. et iste cumulum pecunie libens
augmentat. Ille cum omni diligencia colit simulacrum. et iste cum omni cura
custodit thezaurum. Ille ponit spem in ydolatria. et iste spem constituit
in pecunia. Ille timet iniuriam simulacri. et iste timet minime thezaurum

In hoc ergo maxime deprehenduntur avari quia rei vilissime scilicet pecunie que de terra tollitur, quam nam infima deo ordinatur, fidem spem et amore exhibent que deberent exhibere cultori, tales autem avari, etiam sicut plus quam oportet res temporales diligunt, maiorem sibi dolorem ingerunt ex amittendo quam amore preteriebant in possidendo. Gregorius. Ut dolore amittuntur que cum magno amore possidentur. Nunquam autem carendo dolemus que nisi possidendo diligimus. Et ait Ysidorus. Qua de re utilius est ut animus habitat furto vult resistit anima prevaleat. Quia que avaricia possidet, hic faciunt divitias unquam sit. Propter hoc assimilatur infino qui quotienscumque devoraverit, nunquam dicit satis est. Sic et avari thesaurum se congluxerint in aurum. Et ut dicit Augustinus plus strenuum est quam mare. Ventis validus et tempestas magnas in mari. Vitiorum sua cupiditas est. Amas divitias super mare ambulas. Sub pedibus tuis est seculi terror. Amas falsum absorbet te. Amatores .n. suos novit vorare non portare. Si cum cor tuum fluctuat cupiditate, ut vincas per cupiditate invocata, per divinitatem. Cupiditas autem nihil aliud est quam amor rerum temporalium. Cupiditatis vero minime muriu est tunc dicitur quam solus timeri sine amore non potest. Dicitur autem radix cupiditas, ubi non est dei caritas. Ammoneamur ergo a nobis cupiditatem ut deo valeamus adherere per caritatem. Gregorius in libro Regum. Auctori nostro non aliter inherere valeus, nisi cupiditate a nobis quae radix omnium malorum est abscondamus. Tanto magis honestior homo est dissimilior quanto fuit in terrenis operibus cupidior. Gregorius. Per caritas fit homine deo similis, sic cupiditas dissimilem. Sed an avaricia semper sit peccatum mortale. Dicitur secundum sanctum Thomam. Quod avaricia importat inordinantia quendam circa divicias dupliciter. Uno modo in nimia circa ipsam acceptionem et conservationem diviciarum inquantum scilicet aliquis acquirit pecuniam ultra debitum aliena surripiendo vel retinendo et sic opponitur iusticie et hoc modo ex genere suo est peccatum mortale. Sic enim ad avariciam pertinet quod aliquis iniuste accipiat vel retineat res alienas quod pertinet ad rapinam vel furtum que sunt mortalia peccata. Et hoc modo accipitur avaricia Ezechiel 22. Ubi dicitur principes eius in medio eius quasi lupi rapientes predam ad effundendum sanguinem et avare lucra sectanda. Contingit tamen in hoc genere avaricie aliquid esse peccatum veniale propter imperfectionem actus ut supra dictum est de invidia et aliis vitiis. Alio modo importat inordinantiam circa interiores affectus diviciarum, puta tamen quia nimis amat vel desiderat divicias quia nimis delectatur in eis etiam si velit rapere aliena. Et hoc modo avaricia opponitur liberalitati que moderatur huiusmodi affectus, et accipitur avaricia 2 Cor. ix. Prepararent repromissam benedictionem paratam esse, sic quasi benedictionem non quasi avariciam. Glossa scilicet ut doleat pro dato et parum sit quod dent. Si ergo nimius amor diviciarum contrariatur caritati per quem scilicet propter amorem diviciarum non vereatur aliquis facere contra amorem dei et proximi sic avaricia erit peccatum mortale. Si autem inordinatio amoris infra hoc consistat, ut scilicet homo quamvis superflue divicias amet, non tamen prefert earum amorem amori dei scilicet ut propter divicias non velit aliquid facere contra deum et proximum sic est peccatum veniale. Continentur autem mortalibus ad Romanos primo. Propter illam rationem qua est peccatum mortale. Eciam sunt multe filie. Dicit Gregorius 31 moralium scilicet proditio fraus fallacia periuria inquietudo violencia et contra misericordiam obduracio. Ysidorus addit mendacium et falsum testimonium que reducuntur ad fallaciam. Furtum quod continetur sub fraude appositum turpis lucri que pertinet ad misericordiam. Rapacitatem que continetur sub violencia et inhumanitate que est idem quod obduracio contra misericordiam. Propterea quod avaricia tamquam pestis mortifera fugienda.

Et septimus effudit phialam suam in aerem. Et exivit vox magna de templo a throno dicens factum est. Et facta sunt fulgura

et voces et tonitrua Et terre motus factus est magnus qualis numquam
fuit ex quo homines fuerunt super terram talis terre motus sic
magnus Et facta est civitas magna in tres partes et civitates
gentium ceciderunt Et babilon magna venit in memoriam ante deum
dare ei calicem vini indignationis ire eius Et omnis insula fugit
et montes non sunt inventi Et grando magna sicut talentum descendit
de celo in homines Et blasphemaverunt deum homines propter plagam
grandinis quoniam magna facta est vehementer. Septima pars et
ultima capituli sedecimi In qua agitur de septimo angelo et plaga eius
Et dividitur in 3 partes In prima ponitur phiale effusio In 2a subditur
tempus dampnationis singulorum demonum Ibi Et exivit vox magna etc
In 3a additur eorundem actualis dampnatio ibi Et facta est civitas
magna etc. Quantum ad primum dicit Et septimus scilicet angelus id est septimus
ordo predicatorum effudit phialam suam in aerem id est iram dei futuram
denunciavit in demones per aera discurrentes usque ad diem iudicii et
tunc in infernum cum reprobis detrudetur. ad Eph vi Non est nobis collu-
ctatio adversus carnem et sanguinem sed adversus principes et potestates adversus
mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus
2 pet 2o deus angelis peccantibus non pepercit sed rudentibus infer-
ni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciandos reservari
Ibi Glo de hoc. by. dicuntur ergo demones aer propter eius inhabitationem
ad exitium nostrum ut dictum est prius. Et propter eorum levitatem quia
volant huc illuc et discurrunt Et propter eorum fluxibilitatem quia volun-
tas eorum semper fluit de malo in peius Et etiam propter eorum spi-
ritualitatem quia aer est quodammodo spirituale corpus. Per istum ergo
angelum figuratur ordo predicatorum dampnationem demonum denunciantium
et sequentium eorum qui post mortem antichristi predicabunt instare diem iudicii
quod est dolor et angustia demonum Et tunc magis senciet ut di-
ctum est supra xvo Et subditur 2m scilicet tempus dampnationis singulorum denunciatio
et primo initia finis mundi Ergo ponitur signum precedens diem iudicii
Ibi Et facta sunt etc Dicit ergo Et exivit vox magna de templo a
throno. Secundum haymonem vox ista magna vox dei omnipotentis intelligitur
templum autem et thronus unum sunt secundum eum scilicet ecclesia sancta
quam deus presidendo inhabitat sicut in templo. et cui inhabitando pre-
sidet sicut in throno Dicit igitur ab inhabitante in templo. atque a sedente
in throno exivit id est in manifestum venit vox magna id est magna
denuncians scilicet fine mundi et dampnationem reproborum dicens factum est
id est finitum est cursum antichristi. et completa est dampnatio reproborum. Secundum haymonem
Vel sic factum est scilicet quicquid faciendum erat. quod. omnia consumata
sunt et finis mundi adest. Quod ideo dicitur. quia cito fiunt et futurum
est. et ita certum est atque iam factum esset. Vel sic factum est id est presens est
ut totum fit sit factum Quod. non erit post iudicium. non erit
in fieri sed in esse stabili. deutero 32 iuxta est dies perditionis
et adesse festinant tempora. Ezech vii finis venit. venit finis.
Ubi dicit idem. sed non cum ordine Nam finem precedunt fine. Et post pot
ad designandum quod quidam cogitant de fine prius quam veniat ut boni
quos sic providet. alii vero prius venit finis quam ipsi de eo cogitent
ut mali Gen vio. dixit dominus ad Noe. finis universe carnis venit
coram me quasi nondum venerat coram eis. ymo ipsis de fine
non cogitantibus. diluvium invadit et omnes involvit. 1 thess vo
Cum dixerit pax et securitas. tunc repentinus superveniet eis interitus etc
Matt 24 Sicut fuit in diebus noe ita erit adventus filii hominis
Unde Beda super xiiii Sanguis ultionis exivit usque ad frenos equorum

Ita et nunc cum eadem aeream prateos nouissima effudit vlcus, factum esse
a finibus adesse narrat, que scilicet iuxta mors destruet. 1 Cor. xv. Sequitur
Et facta sunt fulgura et voces et tonitrua. Sm Haymonem. Quod hic dicitur,
eiusdem persecucionibus temporibus recapitulatum completur. Et ut Beda dicit, hactenus
sub plagarum nomine persecucio nouissima describebatur. Nunc recapi-
tulat ab eadem persecucione ruinam describens impie ciuitatis. Ful-
gura itaque sm Haymonem miracula significant que facturi sunt ministri
antichristi vt terrorem hominibus incuciat. Voces al. exhortaciones illorum
appellantur, quibus suadebunt hominibus antichristum credere christum. Tonitrua
vero comminaciones intelliguntur, quibus multos decipiet. Et terre
motus magnus: ipsa persecucio validissima designatur. Sm H. dicitur quia
talis terre motus numquam fuit, id est tam magna vehemencia persecucionis, ex quo
homines fuerunt in terra. Hoc enim dominus in manifestat [illegible]. Matth. xxiv
dicit: Erit tunc tribulacio qualis non fuit ab inicio. Et Daniel xii: Ve-
niet tempus quale non fuit. Vel possent et hec exponi in bona parte, scilicet ad
predicatores et virtutes referri, quia omnia predicta complebunt spiritualiter
ad confirmanda corda electorum et trementes animos replebunt. Sm Haymonem
et alios expositores. Vnde Beda: Cetera maxima signa sollicitabunt
utrum a parte bonorum vel malorum an ex vtraque parte sicut a Moyse
et a magis Pharaonis, non satis hic elucet. Matth. xxiv: Surgent pseudo-
christi. Fulgura ergo sunt eorum miracula que illuminant fideles
et terrent infideles. Voces autem illorum sunt exhortamenta pietatis.
Tonitrua comminaciones futuri iudicii. Terre motus sunt commociones
cordium illorum qui per eorum predicacionem ab infidelitate mouebuntur
et redibunt ad veram fidem, prout innuit Haymo et Richardus. Et de hiis
omnibus supra iiii. De throno exibant fulgura voces et tonitrua. Vbi de
hoc plura sunt dicta. Vel aliter, et facta sunt, id est fient fulgura ad literam
et voces, scilicet clamancium pre timore. Et tonitrua, scilicet ad literam ut dampnandis
futura tonitrua denuncient. Et terre motus factus est magnus, id est fiet
qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt, id est esse ceperunt super terram,
talis terre motus et magnus. Vbi per vt terre motus ut ostendatur
quod ille terre motus excedit omnes qui fuerunt ante. Nam alii qui processerunt
fuerunt particulares. Matth. xxiv: Erunt terre motus per loca. Ille vero fiet
vniuersalis. Erit enim a causa voluntaria non naturali. Nam secundum naturam
impossibile est esse terre motum vniuersalem, causatur enim a fumo grosso incluso
in visceribus alicuius partis terre, qui cum exire cogitur, ad naturam spacium
non habens respiraculum, facit terre motum vt in Castanea [illegible]. Sequitur
ibi: Et facta est ciuitas magna in tres partes. Subditur actualis dampnacio impie ci-
uitatis scilicet Babilonis. Et subdividitur in 3 partes. Primo premittitur cum
tam in generali quam in speciali dampnacio. Secundo subditur iusticie dei in puni-
endo causa. Ibi: Et grando magna sicut talentum descendit [illegible] de celo
in homines. Tercio innuitur dampnandorum blasfemacio. Ibi: Et blasfe-
mauerunt deum homines propter plagam etc. Quantum ad primum dicit: Et facta
est ciuitas magna in tres partes. Dicitur. Quantum ad propositum et circa
hoc proponit dominus sm Petrum, quod tercio bellum infert impia ci-
uitas contra christum, quam impugnant gentiles et iudei aperto certamine, heretici
subdola decepcione, falsi fratres exteriorum simulacione, qui significati sunt in tribus
equis, scilicet rufo nigro et pallido. Supra vi°. Et hii possunt dici tres
immundi spiritus exeuntes de ore draconis et bestie et pseudoprophete. Supra eodem.
Vt ergo ostendat ciuitatem dampnatam, hoc premisit. Vnde Haymo: A tali ab exordio
mundi vsque ad finem seculi due ciuitates edificari videntur, quarum
vna est Dei, altera dyaboli. Vna que ab Abel iusto cepit et ad
nouissimum electum tendit. Altera que a Cayn impio inicium sumpsit
et in vltimo reproborum terminabitur. Hic autem ciuitas magna ciuitas
intelligitur dyaboli, que magna dicitur propter multitudinem reproborum. Vel propter

enormitatem scelerum et viciorum seu peccatorum. Que civitas hec in loco
dividi pronunciatur in tres partes, non equaliter ante divisa non esset, ut tunc
plurimodo divida, quo tamen fit, ex quibus hominum qualitatibus ipsa
constet, hoc est paganorum infidelitatis adhuc errore manentium
atque iudeorum et hereticorum qui pro uno accipiuntur, falsorum quoque
christianorum qui in sinu ecclesie modo latent. Et ille. Et hinc beatus Augustinus
sermone 16 de adventu ad iudicium. Per hanc civitatem debent intelligi
omnes homines et mulieres qui in die iudicii erunt dampnati. Per tres vero partes
civitatis debemus intelligere primum paganos, secunda iudeos, ultimo falsos christianos
qui amplius sunt dampnandi. Et subdit ibidem. Tres autem partes huius civitatis
triplicando fiunt novem, et novem erunt maxime pene que parate
sunt hominibus peccatoribus, nec penitenciam agentibus. Sicut in sacris scripturis
legitur. Prima est ignis, qui ardet taliter modo quod exstingui non potest, etiam
si mare totum intus mitteretur, qui ardet sed non lucet. Secunda est frigus
quod nemo potest sustinere, etsi mons magnus ardens intus mitteretur non
calefacere posset. Propter istas duas penas dicit deus in ewangelio. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Fletus namque et liquefactio oculorum ex calore
nascitur, stridor vero dentium ex frigore. Hinc dicit beatus Job xxiiii°
de aquis inquit nivium transibit ad calorem nimium. Tercia pena est de
vermibus qui numquam moriuntur, ut serpentes et dracones qui ita vivunt
in igne sicut pisces in aqua. Quarta pena est fetor maximus. Quinta
flagella percucientium que feriunt sicut fabricatorum mallei. Sexta est
de tenebris que sunt adeo spisse ut sicut arena maris possent
pugillari. Septima est confusio et verecundia, quia videbuntur ho-
mines et peccata sua, nec poterunt abscondi. Octava est timor magnus
quia videbunt demones emittentes flammas igneas. Et audient clamore
inferorum qui orabunt et expectabunt quod sicut acus cadat. Nona pena
est cathena ignis que constringit omnia membra peccatorum. Quod ergo sustinere
debet tanta tormenta quia noluerunt agere penitenciam de peccatis suis, ut
essent consortes ordinum angelorum. Sustinebunt autem igneam penam
qui caruerunt in corporibus suis et caliditatem penam, quia frigidi fuerunt
in amore caritatis et pessimum vermium sustinebunt conspectu et dira
tormenta propter invidiam et malam voluntatem quam habuerunt. Sustine-
bunt fetore propter peccatum luxurie et penam tenebrarum quia in tenebris peccaverunt
usque in finem seculi fuerunt. Sustinebunt autem verecundiam tantam qui
noluerunt ad confessionem venire, nec penitenciam agere. Sustinebunt etiam cathe-
nas igneas, quoniam omnibus peccatis decesserunt in vita. Omnes isti desi-
derabunt mori, et mors ab eis fugiet. Et subdit. Sustinebunt
has penas erunt dyaboli et membra eorum, ut superbi, vane gloriosi,
invidi, avari, detractores, mendaces, periuri, luxuriosi, maliuoli, gu-
losi, male loquentes, usurarii, omnes isti sunt membra dyaboli, si in
in hac vita egerint penitenciam sicut in supplicium eternum, et iuste in eternum
consequuntur. Et ille. Ideo subditur in textu et civitates gentium ceciderunt, id est
tollentur cum gloria peccatorum, destructe sunt et precipitate. Cum xiiii°
cecidit civitas et Babilon illa magna. Quod enim supra unam
hoc nunc facit per plures gentium civitates, hoc est una civitas Babilon
quod multe civitates gentium. Sic hoc est una cum quod septe-
et qui dicit civitates gentium ceciderunt, hoc est quod supra dicit in capi-
tulis dicit cecidit Babilon, que licet quotidie cadat in reprobis, tamen
specialiter in fine seculi dampnabitur et cadet cum audient a domino
Ite maledicti in ignem eternum, qui paratus est dyabolo et cetera. Nunc enim
civitates gentium et congregaciones malorum cadunt in peccatum, sed tunc
cadent in infernum. Psalmus: Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi
sunt nec potuerunt stare. Et ille. Civitates eorum destruxisti. Et
ideo sequitur et Babilon magna venit in memoriam ante deum. Dei super
xiiii Sed quomodo dicitur quod venit in memoriam veteri, dicit Job xiiii
cum

non est in recordacione sed operatur qui reliquit infirmitates. Ad ultimus
vel oblivio est apud deum, quia omnia sunt ei cognita. Augustinus carentur
dicit xiii. Videtur quod male dicitur venit in memoriam. Ad primum
respondet beatus Gregorius xvi moralium illud exponens et inquiens
deum oblivisci non potest, quo pacto recordari potest. Et respondet dicens
Quia nos eos quorum recordamur amplectimur, ab hiis autem quorum
obliviscimur elongamur humano usu, et recordari deus dicitur cum
bona retribuit, et oblivisci cum culpam relinquit. Sed quia cuncta respicit
cuncta sine intermissione altitudine considerat et recordatur bonorum
quorum tamen numquam obliviscitur, et nullatenus recordatur malorum quos
tamen per iudicium et intuetur, quasi enim ad bonorum memoriam redit
quando tamen utrosque despicit et qui nequaquam malos respicit quorum
tamen facta considerat. Sed super hec dampnacionis iudicium in ultimis finiat.
Hinc enim scriptum est Oculi domini contemplantur bonos et malos. Hinc
per prophetam dicitur Vultus domini super facientes mala ut perdat de
terra memoriam eorum. Considerat quos puniat. Sed eos
ipsos an non videt quos nescit. Unde quibusdam in fine dicturus
est Nescio vos unde sitis discedite a me omnes operarii iniquitatis.
Quos ergo iam non per bonorum vitam et intuetur et obliviscitur, quia quos per
districcionis sentenciam iudicat, quantum est ad memoriam nunc ignorat
hec ille. Et hec habetur eciam habetur in glosa. Et Hayno dicit quod deus omnipotens
non patitur aliquam oblivionem aut recordacionem quia immutabilis est. Sed sermo
divinus condescendit humane fragilitati, dum hominis humanos affectus deo
dicit inesse, velud patres et matres solent balbucientes condescendere filiis,
ut facilius intelligantur ab eis. Et subdit dicens Sed omnipotens deus ex
quadam parte nunc [illegible] oblivisci electorum, Ex quadam vero recordatur
dum non eos pro bonis actibus non remunerat, quia obliviscitur eorum
dum autem illorum mala per flagella purgat, illorum recordatur. In
futuro autem iudicio aliter erit, cum recordabitur bonorum illorum ad
hoc ut eos remuneret, Mala vero illorum, quia sunt hic per flagella
punita, tunc oblivioni tradet. Et ideo vicissim nunc obliviscitur tunc recor-
dabitur. Et vicissim nunc recordatur inde tunc obliviscetur. At contra reprobis
aliter contingit. Quorum deus omnipotens in presenti recordatur ad hoc ut si
quid boni fecerunt in presenti remuneret, Nec recordatur ad hoc ut flagella
pro suis sceleribus sustineant. In futuro vero iudicio recordabitur ut pro
suis peccatis in perpetuo dampnentur. Non autem recordabitur ad hoc ut
pro aliquo bono opere remuneracionem percipiant. Hec ille. Ad 2m respondet
Gregorius xx moralium exponens illud Job xxx Mutatus es mihi in cru-
delem. Sed deus dicitur penitens iratus pius et crudelis cum nec
zelus nec ira nec penitencia nec pietas possit esse in eo. Cum inmutatur
Dum ergo ad verba nostre mutabilitatis descenderit ex eis quibusdam gradibus
facti ascendat quis potest ad incommutabilitatem dei ut videat sine zelo
zelantem, sine ira irascentem, sine dolore et pena penitentem, sine
passionibus compacientem. Et ponit exemplum satis accommodum de luce dicens
lux solis, cum nequaquam est commutetur dissimilibus infusus aspectus, sanis
aut turbidis lenis videtur aspera oculorum, sed immutacione non sua. Hec ille.
Dicitur quod Babilon venire in memoriam ante deum, ob sue pene inflictas
ideo sequitur dare ei calicem vini indignacionis ire eius, id est ad hoc venit
in memoriam ut deus daret calicem vini indignacionis, id est penam infligeret
que datur hominibus reprobis in suo capite dampnatis. De quo calice supra 14
de vino ire fornicationis. Et sequitur bibet de vino ire dei. Jeremie
26to Sume calicem vini furoris. In hac autem pena erunt illa predicta
novem tormenta. Certa quia durabilia scilicet ignis et frigus sitis et innumerabiles
pena famis fetoris horroris timoris angustie tenebrarum densissimarum,
severitas tormentorum, pena demonum, ferocitas bestiarum, crudelitas mi-
nistrorum, dilaceracio [illegible] vinculorum, vermis consciencie, ignis, lacrime,
suspiria miserie, dolor sine remedio, vincula sine solacio, mors eterna

pena sine fine. absentia dei per visionem eius, que sola omnia supradicta
superat. et omnibus est intolerabilior penis. ut dicit aug. li. de 3o
habitaculo. Et ideo sequitur Et omnis insula fugit. i. omnis ille qui semper
manet in actu delictorum tolletur a facie dei ne ipsam videat
Ideo ne sub specie erroris palliatae simulationis fallet incautos, ex titulo frontis collocati redduntur, cum ibi Babilon id est confusio scribitur. Hoc est licet simulatorum statutum per mulierem ornatae, tamen in fronte id est in manifesto habebit nomen scriptum Babilon id est confusionem, ut iniquitas eius agnosci possit in manifesto. Et quoniam non omnibus constitit, ideo ait scriptum misterium. Misterium enim dicitur res occulta, in qua aliud videtur et aliud intelligitur. Et quia opera Babilonis simplicioribus, qui non possunt eam comprehendere et intelligere, misterium est, quia occulta sunt eis, quia multitudine reproborum inferius [illegible]. Perfectioribus vero qui opera Babilonis cognoscunt, nomen in fronte scriptum est. Apto ergo ei dicitur scriptum in fronte, sed tamen misterium, quia quibusdam in aperto ostenditur, quibusdam autem in misterio clauditur. Et per hoc ignominiosum epitaphium et obprobriosum titulum collatum malorum Babilon propter confusionem magnam, propter reproborum multitudinem, ut scelerum enormitate mater fornicationum et abhominationum terre, propter malorum dignae et exemplorum ac adinventionum et errorum pravitatem. Nam Ezechielis 16° propter multitudinem fornicationum meretricis speciose, que vendidit gentes in fornicationibus suis. Jeremie 2° polluisti terram in fornicationibus tuis. Ezechielis 23 denudavit fornicationes suas, discooperuit ignominiam suam. Sic ergo electi Dei habent signum Dei in frontibus suis, supra 7° et 14° Christi et eorum collatum, habent signum ignominie conspicuis in frontibus suis, quorum frons est obprobriosa, ut dicitur hic, et inverecunda. Jeremie 3° frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, et indurata. Ezechielis 3° domus Israel attrita fronte est et duro corde. Et ideo eorum mala sunt aperte reprehendenda et que inverecunde. Naum 3°: dabo frontem tuam dolore frontibus eorum. Glossa: cum peccati initium fuit a diabolo. Sapientie 2°: invidia diaboli mors intravit in orbem. Dicit quod Babilon est mater fornicationum, quia diabolus per adulterium semen peccati effudit, quia mater velud adultera semen eius in suam suggestionem suscepit et peperit peccatum contemptus Dei precepti. Hec est postea virum decepit, et per semen peccati ipsis ad nos misit. Ambo ergo sunt Bayon: peccati genitores extiterunt, quia adulterium et meretricium corpus effici meruerunt. Et ideo licet diabolus sit pater, tamen grupia mala mater meruit appellari. Vel etiam mater fornicationum presidentium [illegible] intelligitur, quando per que prava imitatione et ex malo malos reddunt imitatores. Sic Jeronimus super Ieremiam: filii dicuntur imitatores bonorum. Glossa: id est quando reprobi dicitur. Sic semine impiorum dicuntur imitatores illorum. Ideoque Babilon in antiquis transgressionibus appellatur mater fornicationum id est radix omnium malorum dando exemplum faciendi peccata. Danielis 13°: iniquitas egressa est de Babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Et Osee 5°: audite sacerdotes et attendite domus Israel et domus regis auscultate, quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi et sicut rethe expansum super Thabor, quod interpretatur lumine veniens. Nam sicut dicit veniente lumine, inde sepe venit fumus. Gregorius in pastorali: cum pastor per abrupta vitiorum graditur, hoc est ut in precipitium grex sequitur. Et quia premisit mater fornicationum, quia illud ostendens subdit cum dicit: Et vidi mulierem ebriam id est repletam vindicta de sanguine sanctorum, et de sanguine martirum Jhesu. Et hoc comprehendunt Iudei qui fuderunt sanguinem prophetarum, et gentiles qui fuderunt sanguinem martirum succedentium. Matthei 23: omnis sanguis qui effusus est super terram requiretur a generatione ista pessima. Et continuat sicut augustinus. Prius dixit misterium esse

Hic interpretatus est dicens vidi mulierem ebriam etc. Vel secundum Richardum in quibus
ondit rhabus de babilon in scripta. Hic subiungit qualis est in persecu
tione sanctorum dicens. Vidi mulierem ebriam id est post inceptam sacietatem
Babilon quo est per conversionem magnam per elacionem mentis formacionem et alias
innacionum terre per victoriam admirationem ebria per sanguinis sanctorum effu
sionem aut Richardus. Ut nomine sanctorum intelligantur minores. Et
nomine martirum maiores. Sic distinguit ipse. Vel per sanctos possunt
intelligi illi qui ante adventum christi sunt occisi ut abel zacharias filius
Barachie et multi alii de quibus dicitur iiii Regum xxi. Sanguinem innoxium
effudit manasses multum nimis. donec impleretur ierusalem usque ad os.
Mathei 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas
et ex illis occidetis et flagellabitis. Ut veniat super vos omnis sanguis
id est vindicta effusi sanguinis iusti. qui effusus est super terram a sanguine
abel iusti usque ad etc. Per martires autem ihesu accipiuntur sancti qui
post adventum christi propter fidem eius et testimonium sunt occisi. Ut stephanus
petrus paulus laurencius et alii multi. De quibus dicitur ad Ebreos xi.
lapidati sunt. secti sunt. in occisione gladii mortui sunt. et hii
omnes testimonio fidei probati inventi sunt. Et bene dicitur mulierem ebriam
de sanguine iustorum quia sicut ebrius cum multum biberit et nulla habet
... bibendi tamen appetitum bibendi non amittet. Sic reprobi
tamen ~~multum~~ multos occidat. non tamen habent occidendi semper
tamen desiderium habent

Et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna. Et dixit
michi angelus quare miraris. Ego tibi dicam sacramentum mulieris et
bestie que portat eam. que habet capita septem. et cornua decem.
Bestia quam vidisti fuit et non est. et ascensura est de abisso
et in interitum ibit. Et mirabuntur inhabitantes terram. quorum
non sunt scripta nomina in libro vite a constitucione mundi. Videntes
bestiam que erat et non est. Et hic est sensus. Qui habet sapienciam.
Septem capita. septem montes sunt super quos mulier sedet. et reges
septem sunt. Quinque ceciderunt. Unus est. et alius nondum
venit. et cum venerit oportet illum breve tempus manere. et
bestia que erat et non est. et ipsa octava est. et de septem est.
et in interitum vadet. Hic secundo incipit huius capituli decimi septimi
in qua ponitur visionis declaracio sive expositio intellectualis
posite visionis. Et dividitur in 3es partes. Primo ponitur vidente admiratio
2o angeli de admiracione interrogatio. ibi. Et dixit michi angelus quare miraris.
3o visionis expositio. ibi. Bestia quam vidisti fuit etc. Quantum
ad primum dicit. Et miratus sum cum vidissem illam scilicet mulierem
meretricem. hoc est reproborum collectionem. scilicet exaltatam et sic descriptam
quantum ad sedem habitum officium et signum. que sunt causa sue de
prehensionis admiracione magna. Sic et sancti dum considerant exaltationem
reproborum que est causa dampnacionis eorum mirantur. cur iusti non considerant
quantum que tormenta eis immineat. Et est solucio argumenti. quo possem
queri de modo loquendi. Nam admiracio est timor ex magna ymaginatione
secundum damascenum libro 2o capitulo xvo. Sed in Johanne videtur. nullus fuit
timor. ergo non admiracio. Sed Johannes nominat collectionem malorum esse pre
nam cum negatam ... ergo debuit admirari de eius disposicione
quantum ad sedem habitum officium et signum. Secundum modo hic prius sunt
in generali

tum pecca[ta] sciunt expressius et magis in speciali vel aliter secundum glo[ssam] dicitur quod Jo:
hannes hic gerit personam illorum qui mirantur cum videt in mundo ma:
los exaltatos et bonos depressos et anxiatos Unde quorum persona dicitur Job
xxi disputative cum deo Ubi loquitur [illegible] tacuero meis dentibus ir
Job xxi Quare impii vivunt sublevati sunt confortati que divitiis semen eorum
permanet coram eis propinquorum turbe et nepotum in conspectu eorum domus
eorum secure sunt et pacate non est virga dei super illos Bos eorum concepit
et non abortivit vacca peperit et non est privata fetu suo Et Jeremie xii
Quare via impiorum prosperatur bene est omnibus qui prevaricantur et inique agunt
Et abacuk primo Quare respicis contemptores et taces conculcante impio iusti:
orem se Ideo quod videt Johannes erat dignum admiratione Ideo sic
loquitur Ysaye 29 Ego addam hunc populo ut admirationem faciat Per hoc
enim dicit intellige iustam esse eorum dampnationem qui de bonis eius a deo
collatis magis extollitur et ipsum impugnaverit Unde super illud Jacobi primo
omne gaudium existimate fratres cum in varias temptationes incideritis
dicit glosa Ne indignemini si mali in mundo florent et vos patimini quia
non est pars electionis in temporalibus exaltari sed potius deprimi. Mali
nichil habent in celo et vos nichil in mundo Ideo quicquid vobis accidit spe
illius boni ad quod tenditis gaudete Unde subdit statim scilicet angeli
ministro de admiratione tunc dicitur Et dixit michi angelus quare miraris
etc. Si attentius investigaveris sine admiratione cognosces quod iusto dei
iudicio punietur eternaliter qui hic punitur tempore peccati Unde Rich[ardus]
Sub incognitum reprehenditur quin[?] ipsius de felicitatibus malorum bonis
nimis admiratur quia iusto iudicio punitur deus malos in hoc seculo prosperari
ut possint iustius in futuro condempnari Job 34 Hominum qui similis tui
est nocebit impietas tua et filium hominis adiuvabit iusticia tua
Super quo Greg[orius] 26 moralium dicit Iusticia electorum tempore more
bitum electorum qui [illegible] a paleis separans punit et purgat. Mali
in bonos ac magis ad hunc mundi desideriis expendunt dum affligit
quia dum multam eis hic violentiam intulerunt festinare illos ad superna
compellunt Et excitat de israhelitico populo moyses vocatur et pharaone
rege sevicie dum nunquam moyses ad vocandum missus est tunc
enim pharao durius operibus ad opprimendum fuit excitatus ut instituta
menti egipto deserunt inherentes alios dum vocavit quoniam [illegible] alios
qui impelleret dum seviret et plebs in fumo turpitur fixa vel provocata
bonis vel malis impulsa movetur Et subdit hoc quottidie agitur
dum predicatoribus celestibus primus sevire in electis reprobi permittuntur ut
si ad compunctionis [illegible] vocati sunt negligunt pressuris saltem sevie:
ntibus impellantur atque hic egiptus vere vita subit que nos apponit blan
diens adversa premens. Et quod dum fovet. Similis ingo [illegible] illeccebre
nam dum [illegible] cludit sed itaque cum est et ab iniustis iusti sinuntur
affligi ut sed dum futura bona audiunt que gravissime placeant etc
mala presentia que perhorrescunt atque ad furlicem exitum dum amor
provocat crudelius impellat sed ibi iusto enim iudicio sic punitur deus Et
ideo subdit sed hic Ego tibi dicam sacramentum mulieris et bestie que portat
eam scilicet mulierem que habet capita septem et cornua decem id est omnes
reges reprobi et omnia regna ei subiecta id est aperte exponam et ostendam
quid sit mulier et quid bestia que portat eam Quod ideo dicit
quia diabolus malorum portitor est ad perficiendam maliciam secundum Rich[ardum]
Et dicitur Innuit autem sacramentum mulieris Et tu enim est sacramentum
signum vel sacrum secretum ut dicitur in 4o sententiarum de pe[nitentia] Item mulier
et bestia non sunt res sacre ideo non est eorum sacramentum Eidem quod quamvis
illa non sint res sacre tamen divina dispensatio qua deus sustinet hic
malos prosperari et pios sanctos sacrum secretum est unde significatum sub
huius rebus dicitur sacramentum prout quod beatus Gregorius 26 moralium tractans
illud Job 34 Ibi clamabunt et non exaudiet propter superbiam malorum dicit.

Quisquis vitium carnorum persequitur, sicut peccatores ulcisci damnatur. Cum nullus ei adversatur resistitur. Sed tunc ferocius ire prodiens sublata eum prece pacit ad ultore concupiscit, ut vix vindicta supplicium inducit ad subtrahendum supplicia sumendo desierint, cum hic male sibi comparat contempsit. Hinc enim per psalmum dicitur: dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis, atque voluptatibus. Job xxi. Hic rursum dicitur: non est virga dei super illos. Hinc etiam de ipso eorum tempore scriptum est: consumet et prosternetur. Dan. viii. Hinc rursum ibi: et Danielis viii. de eo dicitur: et dolus in manu eius dirigetur. Unde vix in hoc quod cum per lenocinium proposuit adimplere prevalet, nulla adversitate prepeditur. Hinc rursus per Salomonem Prov. i. dicitur: prosperitas stultorum perdet eos. Manifeste ergo providentibus indicium est, qui affectum iniquitatibus subsequens fauet effectibus et nulla contractibus impedit quem pulsa crepit. Nam sepe pravorum homines dum tardant ire venitatis, et dum difficultate persecutos senserunt, peccatum male adverti agnoscunt et quibus prius in vitiis condoluerunt, dolentes post mortem ex hoc quod correpant celitus. Hec ibi. Sed adhuc dico, cum pena damnatorum sit maxima, ergo admiratione digna videtur quod male respondendum solvitur.

De admiratione tante pene dampnatorum. Pena reproborum potest considerari quantum ad iniuste inflictam, et sic non est admiranda, vel secundum voluntatem, et sic est admiranda. Casus voluntarius in culpam quo peccatores cadunt in penam est admirandus. Sic ergo pena inflicta est admiratione digna, sed potius culpa. Non enim mirum si deus eternus pro offensa sui penam infligit eternam, sed illud mirandum quod fatuus fuit aliquis offendere creatorem et pro momentanea delectatione incurrere penam. Unde Ysaie xiiii. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris. Non miratur penam sed casum sive culpam. Similiter Trenorum primo: quomodo sedet sola civitas plena populo. Et ibidem: filii Syon inclyti et amicti auro puro, quomodo reputati sunt in vasa testea etc. Hinc ibi: Bestia quam vidisti etc. Angelus incipit exponere visionem beato Johanni. Et primo ponit revelacio sive expositio earum rerum quibus significata mulier erat. 2o revelatio sive expositio ipsius mulieris in se in fine capituli. Ibi: et mulier quam vidisti est civitas magna que habet regnum super omnes reges terre. Vel primo ponitur expositio rerum collectarum, 2o expositio collecti in prima sic procedit. Primo revelat quid significat bestia. 2o quid capita bestie ibi: Septem capita. 3o quid cornua ibi: et decem cornua. Quarto quid aque ibi: et dixit mihi aque etc. Primum ad primum dicit: Bestia quam vidisti fuit et non est. Dicitur ad evidentiam littere: Qualis ait bestia fuit et non est, quia per bestiam malignus spiritus significatur, qui est immortalis. Et non loquitur quantum ad esse nature sed fuit et est, aut loquitur quantum ad esse gratuitum, et sic intelligit dicens fuit, quia nunquam fuit in esse gratuito, [illegible] factus. Unde quod 3o est esse sed naturale gratuitum et principatum super alios. Et 3o loquitur hic etiam quod exponunt hanc dicens quod bestia id est diabolus bestialis fuit, sicut ab exordio seculi in hoc mundo ubi quasi tenuit principatum usque ad domini adventum et in cordibus hominum male possidebat principium. Sed postquam Christus venit et in sua morte mortis destruxit imperium, abstulit ei potestatem et eiecit eum foras, quare iam non est, quia quantum potius potuit prius illius potestas nulla est. Fuit ergo in precedentibus, modo non est in sequentibus. Johannis xii. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et de hoc ibi dicit dragoni amen. Licet spiritus [illegible] est super fuit ergo scilicet in magna potestate. Unde beatus Gregorius 2 moralium titulus illud Job xxxvii: ingredietur bestia latibulum suum et in antro suo morabitur. Dicit: quamvis alius nomine bestie nisi [illegible] hostis antiqui, qui deceptum per hominis servitutis [illegible] et unicuique male suadendo laniavit. Contra quem ipse redemptor de sta claborum cetera

Apoc. xx

ab antiquo hoste instauranda permittitur. Et mala bestia non [illegible]
Et bestia enim post redemptoris adventu post predicatorum voces q[ui]
post tonitruum nubium in fine mundi illum dampnatum hominem q[ui] vocatur
antixp[istu]s invasit. quid aliud q[uam] latibulum suum ingredit[ur] ut in antro
se demoret[ur]. Vas quippe illud diaboli antru[m] et latibulum bestie erit, ut
insidias hominibus quamvis vite huius tempestatibus in illo per signa lateat
et per maliciam occidat. In tam enim reproborum corda etiam nunc
quibus q[ue] aptius applicat possidet. ea que per occultum maliciam quasi
speluncam antrum[que] atque ut nunc q[uo]d vere bonis appetit in eorum
tunc obscuris mentibus in abscondit. Et subdit. hec nimirum bestia
[illegible] electorum corda terruit. q[uae] sicut ab illis moveris agnus
excussit. Et ille ... q[uo]d eleganter dicit sicut bestiam fuisse et non
esse. q[uia] scilicet diabolus ante adventum salvatoris se omnibus bestialib[us]
unice faciebat. q[ui] tempore xpi de bestiis facti sunt homines. q[uia] repeat
ut saltem illud psalmiste posuisti tenebras et facta est nox
in ipsa pertransibunt omnes bestie silve catuli leonum rugientes ut rapiat
et querant a deo escam sibi. Quod exponens beatus Gregorius super dicit
Tenebras quippe dominus ponit quando pectoris iudicio exigentibus lumine
intelligencie sue subtrahit et nox efficitur. q[uia] reproborum mens ignorancie
sue tenebris cecatur. In qua omnes bestie silve pertranseunt. dum mali
spiritus sub opacitate fraudes latentes in reproborum corde permeabilis
suas explendo pervenit. in qua et catuli leonum rugiunt. q[uia] potestates
q[ue] tum eminencium potestatum nunc spiritus importunis temptacionibus insurgunt. qui tamen a deo escam expetunt. q[uia] nimirum capere alias nequit
nisi iusto iudicio quales dominus permittat. Unde et apostolus subiungit
in eodem psalmo. Ortus est sol et congregati sunt et in cubilibus suis
se collocaverunt. q[uia] veritatis lumine per carnem apparente a fidelium mentibus expulsi. inimici ad cubilia sua reversi sunt. dum solis infidelium
corda tenuerunt. Et ibi. Exi et libus subditur. Exibit homo ad opus suum
et ad operacionem suam usque ad vesperam. Unde enim est p[ro]vs salus mea &c.
Et subditur in littera. Et ascensurus est de porta bestia de abysso. i. de la
tente et profunda malicia in apertum seviciam tempore antixpi. Apoc. xx.
Cum consummati fuerint mille anni solvetur sathanas de carcere suo. et
in interitum ibit. i. in eternam dampnacionem post mortem antixpi. q[uia] tunc
non habebit amplius locum ut potestatem temptandi q[uo]d est mors et pena
eius. Antixps enim dicitur bestia. q[uia] bestialis et crudelis. qui dicitur fuisse et non
esse. propter brevitatem dominium. q[uia] brevi tempore regnabit. Dan. xi. Sed paucis
diebus conteretur. Et in hoc. est sensus. fuit et non est i. magnificabitur et extolletur. sed cito deficiet. Et ascensurus est scilicet ad regnum
vel in claritatem de abysso. i. per abyssum. hoc est per reprobos. qui
profundi erunt in malo. Et q[uia] erunt sine fundo. i. sine caritate. hoc est
sine gracia. Gen. i. tenebre erant super faciem abyssi. de abysso ergo
ascensurus est bestia. q[uia] per reprobos extolletur antixpus. Illud Regum. Vel
sin. Iheronimus. abyssus dicitur profunda perfidia iudeorum de qua nascetur
Antixps. Iuxta illud Gen. xlix. fiat dan coluber in via. Supra tertio.
Vidi bestiam ascendentem de mari. vel de terra. Et Iheronimus. non
dicit ascendet. q[uia] scilicet ab ipsa sua infancia elevabitur extollens se
super omne q[uo]d dicitur deus aut q[uo]d colitur. Thess. 2. Et in interitum ibit
scilicet antixps. i. in dampnacionem eternam deicietur. Subditur. quem dominus
Ihesus interficiet spiritu oris sui. Apoc. Iudicii. ut rapiat &c. Ezech.
xxviii. factus es et non eris in perpetuum. Et tunc videbunt se decepti reprobi in eum credentes. Unde subditur. Et mirabuntur inhabitantes
terram. i. terrena diligentes. q[uia] nichil terram inhabitant et
terrenis rebus per desiderium animum inherent. Hii cum viderint dampnatum
diabolum seu occidentem et antixpum. quem per deum recipiet. admirabuntur
admiracionem dicentes. hic cui nec erat spes nostra. et ad ipsum se converterentes. dicent. Ecce quem nos putavimus xpm decepti sumus. dum se dampnari
videmus

Ezechiel 28°. Omnes qui viderunt eum in gentibus obstupescent super te. Vide-
tes gloriam eorum. Sapientie 5: videntes turbabuntur timore horribili
et mirabuntur in subitatione insperate salutis. Sunt autem sunt illi qui
sic admirantur ostendit cum dicit: Quorum nomina, id est effectus nominum,
non sunt scripta, id est radicata vel disposita, in libro vite, id est in vi de-
terminatis. Hoc est, ibi divina predestinatione vel in celestibus, sed potius in
terra. Contra illud Jeremie 17: Recedentes a te in terra scribentur, quia
dereliquerunt. Nomina sua in celis, Luce 10, et Apocalypsis 3: Non delebo
nomen eius de libro vite. Sed queritur quare addit hic a constitutione mundi,
cum etiam scriptionis omnes qui scripti sunt in libro vite scripti esse ab eterno.
Ad Ephesios 1: Elegit nos ante mundi constitutionem. Dicendum quod hoc addidit
ad denotandum quod reprobi non sunt scripti in libro vite secundum divinam predestinationem,
licet aliqui videantur esse scripti secundum presentem iustitiam. Hoc ergo addidit
ad ostendendam differentiam scriptionis libri vite secundum quandam in qua scribuntur
secundum presentem iustitiam, de quibus dicitur in Psalmo: Deleantur de libro viventium
et cum iustis non scribantur, id est ostendatur non esse scripti cum iustis in
libro divine predestinationis. Unde nemo potest deleri, licet scripti fuerint
in pagina presentis iustificationis. Unde multi delentur ibi, sicut scriptus
fuit Judas, sed propter peccatum deletus fuit, et Petrus deletus, sed iterum scriptus. Quod ergo
dictum est plenius supra 3°: Admirabuntur inhabitantes terram videntes bestiam que
erat secundum hanc potestatem magnam ante Christi adventum, et non est secundum hanc
potestatem post eius adventum, et venit illius potestatis. Vel non esse dicitur
quia a Deo esse separatur. Job 18: Habitent in tabernaculo eius socii eius
qui non est. Sic et de potestatibus huius seculi potentatibus cito
transeuntibus admirantur homines. Contra illud Psalmo: Vidi impium superexal-
tatum. Et Regum 11: Omnes potentatus huius vite. Job 30: Elevasti
me et quasi super ventum ponens elisisti me valide. Et hic est sensus
qui habet sapientiam. Glossa: De. Contra Richardum: hic, id est in hoc loco, est
sensus adhibendus ei qui habet sapientiam, quia res in scripturis est obscura,
vel secundum glossam de pena huius bestie. Potest haberi sensus cavendi sibi, iuxta
illud proverbium poetarum: Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Glossa De.
Hic intimatur est sensus cautus prudentis et premonens ei qui habet sapientiam in
habitu, ut considerata dampnatione antichristi et suorum, quisque sibi premeat
ne eis consentiat et cum eis dampnetur. Multiplicato enim pestilente sapientior
erit parvulus, et si sectetur sapientiam, sumet scientiam. Proverbiorum
21 et 19. Sed sunt multi similes porcis, qui vivunt sicut porcus
ad macellum ducti de angeal furfures et tamen adhuc manducant.
Ibi et subditur expositio septem capitum: cum dicitur: Et septem capita
septem montes sunt, super quos mulier sedet, et reges septem sunt. Sicut
inquit huius expositor dictum est quod bestia est hoc quod septem capita et
septem montes, septem quoque reges, id est universa malorum corpus, quod in pre-
positis tamen in regibus et subiectis plebibus constat. Super quos sedet
mulier, id est que innititur regibus et principibus. Qui dicuntur capita
propter temporalem sui eminentiam et montes propter superbiam et reges propter
gubernationem subditorum in malo. Nec mirum, qui ipsi reguntur et non
ex me, super quos mulier perhibetur sedere, quia per carnalem prudentiam
universitas malorum sustentatur, ut ait Richardus. Dicit ergo: Septem ca-
pita, scilicet bestie quam vidisti, sunt septem montes, id est stant omnes
superbia tumentes, super quos sedet, id est quibus innititur et fulcitur, mulier, id est ma-
lorum congregatio, mollis et lasciva. Et scilicet tales montes, septem
reges sunt, id est stant. Hoc est universi principes terre malignitatis, servitute
per septem capita bestie, et per montes, et dicuntur reges. Enim
per septem capita principaliter designantur omnes principes terre qui de mundi
capita extolluntur, per montes montes, qui de opulentia gloriantur, sed per
septem reges omnes illi qui de potentia dignitatis elevantur. Contra quod omnes

dicitur Jeremie ix Non glorietur sapiens in sapientia sua nec diues in diuitiis suis
et non glorietur fortis in fortitudine sua. Vnde hos sedecim numero qui hii
dant multitudini malorum similitudinem malicie sue. Subditur in littera sed quia
ceciderat etc. Quem expositores ponunt septem etates fuerunt. Alie etates
siue status seculi, in quibus regnauerunt mali, Primus status fuit ante
diluuium scilicet ab adam usque ad noe In quo omnis caro corruperat
viam suam Genesis vij et iste cecidit per diluuium Secundus status fuit a
Noe usque ad abraham, cum edificabatur turris babel et confusionis
Et iste cecidit per confusionem linguarum et diuisionem eorum qui turrim
edificauerant in omnem terram Genesis xi Tercius status fuit ab abraham
usque ad moysen siue ad dauid, quando habundauit malicia super terram
et maxime peccatum contra naturam et iste cecidit in subuersione quinque ciui-
tatum que perierunt igne et sulfure Genesis 19. Quartus status fuit
a moyse usque ad transmigracionem babilonis In quo tempore maxime re-
gnauit peccatum ydolatrie Sicut patet in libris Regum et Paralipomenon Prophetis et
in sculptilibus suis ad emulacionem eum prouocauerunt et iste status
cecidit in destructione Regni Juda de quo Jeremie vltimo Omnes
principes iuda occidit rex babilonis in reblata scilicet propter peccatum ydo-
latrie Quintus status fuit a transmigracione babilonis usque ad xpistum In
quo tempore fuit maxima persecucio legis dei Et iste cecidit in casu
Regis antiochi de quo dicitur 2 i machabeorum et ix Igitur homicida
et blasphemus pessime percussus est Et ut ceteros tractauerat peregre
in montibus miserabili vita et obitu functus est. Hii sunt ergo
quinque reges id est quinque status malorum, qui in illis quinque temporibus ceciderant
Est ergo sensus quinque ceciderunt id est quinque status iam etates transierunt
vel transacti sunt Et eorum superbia cum eis Vnde est status scilicet
status tercie sub xpisto Et durabit usque ad tempus antixpisti Et alius nondum
venit scilicet status in fine seculi sub antixpisto et vltimo Vnde sequitur
Et cum venerit scilicet antixpistus quando venit magnus id est in magna potestate
apparuit, oportet illum breue tempus manere id est regnare scilicet tribus annis cum
dimidio Vnde dictum est supra Et hoc dominus Richardus videtur apponit addens:
tamen quod non est nimis timendum quia cito erit transiturus
Mathei 24 Nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro
Et de hoc Beda dicit. Tunc septenario numero plenitudine inuidiam
deprehensus imperii. Tunc vltima persecucio scilicet antixpisti nondum venit Con-
siderandum quinque reges preterisse sextum adesse, septimum venturum esse testatur
Vnde sequitur Et bestia que erat scilicet per potestatem ante aduentum xpisti
et non est, scilicet habens talem potestatem ut expositum est supra Et ipsa
est. Vnde sepultum transierunt malicia Hypocrisim vel ceterorum dyaboli
quod fuit et fuit septimus in tantum dyabolus tradebatur in antixpistum et
in suis satellitibus tunc solutus fuit quod nunc fuerat Vnde Gal.
maiores xii assumit alios spiritus nequiores se Et de septem est quia
de vniuersitate peccatorum et propter similem naturam et propter similem culpa
et penam Et in interitum vadit morte sine dampnacionem eternam vadit
scilicet caput cum corpore, cum dicitur eis illud Mathei 24 Ite maledicti
in ignem eternum qui preparatus est etc. Ex quibus apparet quod iste septem
etates siue status seculi non dicuntur propter numerum annorum scilicet mille-
narium ut quidam putauerunt. Sed propter mirabilia que facta sunt et
futura sunt in principio cuiuslibet etatum. Nam in primo principio facta
est mundi institucio In principio secundo mundi per diluuium purgacio In
principio tercio instituta est contra originale circumcisio. In principio quarto
regum inunctio In principio quinto populi dei in babilone transmigracio
In principio sexto filii dei incarnacio Et in principio septimo que nondum erit
damnacio celestis apercio et damnatorum reieccio Vnde principes ab adam
quam fuerunt reges etatis. Ad noe transtulerunt prima siquidem ad abraham
ad dauid extendit se tercia quarta scilicet inde ad transmigracionem in babilone fuit

Lucifer mane sexta parat vi veniens ad ortum claudit in vespere sidera lumi-
nibus. claudit fulgorem vespera nulla potest. Vel sic primus adam iustus
noe magnus pater abraham. rex dauid magnus babilon. natus est
redemptor. de hiis ergo quinque cecinerat etc. Moraliter aut ut exponit
haymo et tangitur in glosa per quinque reges. significantur quinque sensus
designantes. cui figurantur per quinque viros. quos mulier samaritana
dicitur habuisse. Iohannis iiii. et quos sed viros. significantur quinque sensus
ut exponit augustinus omelia xv. vnde dicit hic glosa. et quinque
primi reges. sunt quinque sensus corporales. qui si primus homo non peccasset
ad nullam malam concupiscentiam vterentur sed per peccatum ita corrupti
sunt quod infantia nostram regunt. quod naturaliter [illegible] tactu appetimus
sapora amamus canora et consona querimus. adolescens delectamur
et pulcris visu. Relicti hiis [illegible] omnimode refugimus que sunt amara
et dissona. fetida aspera et turpia. Per hos ergo quinque reges id est quinque
sensus tales regitur puerilis etas. cui desideria iuuenilis imitatur
nec enim si videantur dulcia. sunt tamen aspera in veritate. vnde in figura
per quinque iuga boum luce xiiii. Iuga boum emi quinque id est quinque
sensuum carnalia dominia. Primus rex est gustus. huic seruiunt
gulosi. in quorum persona dicitur Eccli. xx. Melius est comedere et
bibere et ostendere anime sue bona etc. Et Isaie xxii. comedamus
et bibamus etc. Secundus est tactus. huic seruiunt luxuriosi. in quorum persona
dicitur Sap. ii. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra
nemo nostrum sit exors luxurie etc. Tercius est olfactus. huic de-
seruiunt deliciosi. in quorum persona dicitur Sapie. ii. vnguentis nos
impleamus et non pertranseat nos flos temporis. coronemus nos rosis.
Quartus est visus. huic deseruiunt auari. Eccli. xiiii. Insaciabilis est
oculus cupidi etc. Quintus rex est auditus. huic deseruiunt
curiosi. Actuum xvii. athenienses ad nichil aliud vacabant nisi dicere
et audire aliquid noui. Quintus est hic homo. qui regibus istis gubernatur
et subicitur. vnde et loth legitur captiuatus a quinque regibus. Gen. xiiii.
Cum autem homo ad annos discrecionis peruenit. tunc hii quinque re-
ges predicti desinunt. et succedit alius rex scilicet intellectus. Contra errores
nam si cum susceperit optima disciplina et doctrina sapientie. tunc regitur
per intellectum qui illis quinque regibus id est sensibus succedit. Si vero fit
oppositum. tunc succedit error racionis. De quo dicit haymo loquitur
hic sermo diuinus. vnus est. atque dicit enim eidem. ad perfectam etatem
intelligencie venerit et tunc errore suum super se regere voluit et
iste rex est totius corporis dyaboli. Cuius talis est. i. Ioh. iii. vnde quidam deum
cognoscentibus et tamen errorem sequentibus dicit apostolus ad Ro. primo cum
deum cognouissent non sicut deum glorificauerunt aut gracias egerunt sed
euanuerunt in cogitacionibus suis etc. Quod autem sequitur alius
nondum venit ad residuum corporis antichristi pertinet. vel ad ipsum antichristum
qui licet non regnet in membris. tum amplius et manifestius regnaturus
est per seipsum. vnde dicitur in littera quod bestia que erat et non est et ipsa
octaua est et ex septem est. ut expositum est quod quibus omnibus
apparet variabilitas et mutabilitas humana. vnde et dicitur Iob xiiii. nunquam in eodem statu
nunquam permanet.

At decem cornua decem reges sunt qui regnum nondum acce-
perunt. sed potestatem tamquam reges vna hora accipient post bestiam.
hii vnum consilium habent et virtutem et potestatem suam bestie tradent.
hii ~~[illegible]~~ cum agno pugnabunt et agnus vincet illos. quoniam
dominus dominorum est et rex regum. et qui cum illo sunt vocati et electi
fideles etc. Hic quasi primo exposicio sive declaracio de decem cornibus
et eorum significacione. Et dicitur ita. primo declaratur cornuum significacio

2o potestatis magnitudo ibi: Et potestatem et 3o multitudinis plenitudo, ibi
hij unum consilium habent. Primum ad primum dicit: decem cornua que vidisti
scilicet in bestia, decem reges sunt, id est per ea significantur decem reges futuri tempore
antichristi, qui regnum nondum acceperunt scilicet tempore huius revelacionis et ex temporibus
eius antichristi, decem erunt reges in terra, iuxta figuram Danielis vii. Decem
inquit que vidisti hic decem cornua etc. Et de hoc Beda dicit quod
quidam persecucionem novissimam pertingunt dicunt esse futuros decem
reges, qui inter se orbem dividet. Contra illud Danielis vii bestia quarta
quartum regnum erit in terra quod maius erit omnibus regnis. Quod
intelligitur Romanum regnum ab omnibus expositoribus. Unde subditur ibidem: porro
cornua decem ipsius regni decem reges erunt et alius consurget post eos
et ipse potencior erit prioribus et tres reges humiliabit et sermones contra
excelsum loquetur etc. Super quo Jeronimus ait: Dicamus quod omnes ecclesiastici
scriptores tradiderunt [struck: ....] tradiderunt in consummacione mundi quando regnum
destruendum est romanum decem futuros reges, qui orbe romanum inter se
dividet et undecimum surrecturum esse parvulum, qui tres reges de decem
superaturus sit scilicet egipciorum regem et affrice et ethiopie, quibus interfectis
etiam alij septem victori colla submittent. Et ille. Dicuntur autem isti
reges cornua racione, primo propter ferocitatem et inexpugnabilitatem
bestialem eorum. 2o propter eorum firmam antichristo adhesionem. Adherebunt
enim antichristo sicut cornua adherent capiti. Tercio quia per eos antichristus ecclesiam
expugnabit sicut bestia pugnat cornibus suis. Unde sequitur subditur [struck] revelacionis
potestatis eorum tunc dicitur: Et potestatem tamquam reges scilicet non veri sed tyranni una
hora id est tempore modico accipient post bestiam. Secundum Haymonem una hora
intelliguntur tres anni et dimidius quibus ipsi cum capite suo regnabunt.
Et hoc post bestiam id est post antichristum id est secundum ab eo in honore erunt
et dignitate accepta ab ipso capite. Et subdit Haymo: Decem illi quidem
iam reges regnant in animis et cogitationibus, cum sub similibus. Vel tamen
ad aperciorem illius exime potencie, necdum perfectum regnum acceperunt.
Vel et regnum certe erat quando ante adventum redemptoris in mundo
tunc amplius surrexit, tum caput eius in carne apparuit. Vel
hanc potestatem accipient post bestiam id est in subsidium illius tamquam inter se
per adhesionem et unitatem. Vel una hora id est modico tempore, quod dicitur ad
terre consolacionem iusticia quo divina est quod tales accipiunt potestates preiudi-
cium ad eorum utilitatem. Vel una divina est quod una hora acci-
pient quia nisi breviati fuissent illi dies, non fieret salva omnis caro
Mathei 24. Unde sequitur: hij unum consilium habent scilicet contra Christum et eius
membra, secundum Haymonem et Richardum scilicet ut urgeant Christum et ipsi contra antichristum
Et in hoc per unanimitatis persecucionum ad malignitatem. Unde Augustinus una sentencia
habent scilicet hij unio animo persecuntur bonos et Beda plenius. Talem cum
sensum unum unitatem dyabolo militant. Hoc est post bestiam accipere
regnum dyabolum imitando Christo adversari. Unde in libro quod fuit templum
sanctorum deliberacio ad malignitatem templum enim est affectus mentis Gregorius
Danielis libro 2o capitulo xxi. Istud consilium dissipabit dominus Job v: Qui
comprehendit sapientes in astucia eorum et consilia pravorum dissipat.
Super quo Gregorius vi moralium dicit: Saepe nonnulli humana sapientia
inflati, dum desideriis suis divina iudicia contraire conspiciunt, astutis
ei conluctari machinacionibus conantur. Et quo ad votum suum vim su-
perne dispensacionis intorqueant, callidis cogitacionibus insistunt, subti-
liora consilia exquirunt, si inde voluntatem dei vagat, unde hanc
immutare contendunt. Atque omnipotens consilia dum ipse intuitur obstruitur
quia sepe et hoc eius dispensacionem apte militat quod ei per humanum stu-
dium fuerit contraluctatur. Sicut exstiterat libi de fratribus Joseph, qui timentes
ne super eos excresceret, cum vendiderunt, per hoc quod divinitus dispositum fuerat

cauendo actum est ut euermret Nh d' Saul et dauid et Bestiarum et
virtutem scilicet quam in se habebunt et potestatem scilicet quam super alios exercebunt
bestie tradent id est ei ascribent quicquid malicie perfecerint Et Richardus
et hayrno quicquid virium et fortitudinis habebunt ipsi tribuet diabolo
et ibi contrarias agnus quia quicquid habemus ab eo accepimus sicut electi dei
omnia attribuunt christo Et Beda per bestiam accipiunt potestatem quam super
alios habent et tamen sibi tradent eum in omnibus honorificando et decen-
ter. Hii cum agno pugnabunt Hoc manifestat in effectu quod prius posuit dicens Et factum est prelium magnum in celo. Sed dicit Aug. hic potuit esse Ubi est pugna ibi est aliqua resistencia sed nullus potest resistere agno id est filio
dei hester xiii Non est qui resistat tue maiestati Et in ps. Tu
terribilis es et quis resistet tibi Dicendum quod ipsi pugnabunt cum agno temptando
a fide illius separare et auferre electos verbo et opere secundum Richardum et glossam
ut angelus sicut leo xij dicitur et dei et christus diuitur in scripturis
uincit dei. qui non nisi per uirtus adiusantur eius impio. mil et nare
ualentes. sed sibi inimici. non sunt resistendi uoluntate non potestate le:
dendi. Nam inmutabilis est et omnimode incorruptibilis
Ideo uicium quo resistitur deo quod eius appellat inimici. non est deo sed ipsis
malum etc. Ideo sequitur Et agnus uincet eos faciendo suos esse
constantes, ut non possint occidi a fide christi separari quod dicit confidite
ego uici mundum Iohannis xvi. Vel uincet eos quia damnabit illos
cum capite suo ait glossa super ps. Vincit leo de tribu iuda Et hic quoniam
dominus dominorum est. In quo notatur sublimitatis eminencia Et rex regum
in quo notatur regiminis iusticia Luc. xviii. Rex regum et dominus domi:
nancium Sed dicitur ad quid hoc apponitur. cum tantum sit ipsum agnum
illos uincere Dicendum secundum haymonem quia ideo sic ait ac si diceret Ipsi reprobi
gloriam filii dei amittent. cuius dominium eius non euadent Sed semper
eum dominum sustinebunt et quales cum patiuntur dominus ad punitorem ultionem
tantum ecclesia cum peruigat aduersus eorum insidiam Dicendum secundum Greg. xx mora-
lium illud Job xxx insidiati sunt mihi dicens Vtilitati innocencium
militat uita prauorum dum habent et punendo humiliat et humiliando
semper ad melius format. Et ibi multum de hoc Et secundum hunc sensum secundum
haymonem Nabuchodonosor seruus dei uocatur: et eciam spiritus mali dominum ipsius
dicatur malus sed a se. domini autem spiritus quia a deo creatus et potestas illius
subiectus. domini per licenciam potestatis uestre. malus autem per desiderium uo
luntatis iniuste Et quia cum illo sunt uocati et electi et fideles. Sed
Ideo sequitur Et qui cum illo sunt uocati sed per euangelica predicatio
electi per diuinam predestinacionem. ad mundi constitucionem fideles per bonorum
operum execucionem per confessionem et fidei integritate. Hii
similiter uincent et aucti non erit prelium agni. qui est princeps regum terre
et tanta misericordia quod militibus suis dabit uincendi potestatem Et dicit Aug.
Dicit autem deo autem gracias. qui dedit nobis uictoriam per ihesum christum
magis agnus uincet eos quam leo. ut meo uincendi. quia per paciencia
quam debet suis: ut quia coram tondente se non aperiat
os suum. quemadmodum de christo legitur ysaie liii
Et dixit mihi aquas quas vidisti vbi meretrix sedet populi sunt
et gentes et lingue. et decem cornua que vidisti in bestia. hii
odient fornicariam et desolatam eam facient et nudam facient illam
et carnes suas manducabunt. et ipsam igne concremabunt. deus
enim dedit in corda eorum. ut faciant quod illi placitum est et ut
dent regnum suum bestie. donec consumentur verba dei Et mulier
quam vidisti est ciuitas magna. que habet regnum super reges terre etc.
Hic quidam ponitur exposicio sine reuelacio de aquis et quidam dicuntur
primo ponit ipsa reuelatum exposicio 2o dissensionis que erit inter
membra bestie reuelacio ibi Et decem cornua que vidisti etc. Dicitur
dicit

Et dixit michi angelus declarans, ut dicit Johannes, aquas quas vidisti ponendo casum pro casu per antithesim, id est ibi et Ezechielis: Vivos habuisti adhuc quem habebis. Ideo est tamen. Johannis XV: Et ibi sermone que audistis non est meus. Johannes XIIII. Quas vidisti ubi meretrix sedet, id est cumulus malorum congregatus dicatur, et in quibus requiescit dyabolus, vel antichristum per misterium quod operatur in eis. Ut dicitur II Thessalonicenses II. Populi sunt et gentes et lingue, id est populi multi sunt ex omnibus gentibus et linguis a dyabolo decepti maxime per libidinem, que mater est omnium malorum meretrix. Non super aquas sedet, quia dominatur regnum libido vitiorum in reprobis tenet. Vel aliter: quia ipsum regnum antichristi hostis ex multitudine populorum in fastu superbie elevatur. Ideo meretrix super aquas multas sedere dicitur, que sunt populi, gentes et lingue; populi quo ad diversas civitates, gentes quo ad diversas nationes et lingue quo ad diversa ydiomata. Vel populi quo ad ... gentes quo ad illos qui sine lege scripta vixerunt, et lingue quo ad utrosque. R. d. Aston. diversitate hominum et aquas adherentes antichristo, qui dicuntur aque ob suam fluxibilitatem, quia sicut aque sua labilitate defluunt, ita populi sua mortalitate transeunt. Unde Richardus VIII super illud Ezechielis primo: Audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum. Dicit Gregorius omelia VIII: Aque dicuntur populus, quia et in vita sonum habet ex tumultu carnis et quotidie defluit et deorsum mutabilitatis ratione quo ad labilitatem et ratione ... mutabilitatis et ratione ad ima flexibilitatis et ratione irredibilitatis ad locum unde emanat populi autem dicuntur aque. Ut non dicitur 2o libro de mirabilibus divine scripture c. XIX: Aqua de se descendit, sed non ascendit nisi ratione alterius. Sic et homines. 2 Reg. XIIII: Omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram que non revertuntur. Item hoc dicitur autem ratione fluxibilitatis de vitio in vitium, et ratione intimabilitatis ... aqua enim est male estimabilis ... ut in psalmo ... Item est de hominibus post peccatum. Anselmus libro de similitudinibus c. XXXVII dicit: Humana natura tam facile per viam et per planum diffunditur aqua. Sic igitur aque ... appetitus velud quasi aquam torrentem continet. Sic nichil aquam gelidum in stagno atque cohercet. Sic iste humanam naturam et vagam ... aquam regulam cohibere. Et sic iste ... stagnum ... effluat aqua. Ita et istum ... suam in ... regulam. Quo ad ... Et ibi ... Thren. III: Ne des exitum aque tue nec modicum. Item per aquas populi ... ratione ... ex habundantia ... Crisostomus super Johannem omelia XXI: Homines sunt sicut aque ubi humiditas ... refrigescit caritas. Math. XXIIII. Unde et ... humanum per fluvium ... Job XL: Absorbebit fluvium et non mirabitur. Ubi Gregorius XXX Moralium de hoc ... Job XXVIII: Appendit aquas in mensura. Ubi Gregorius XIX Moralium ... aque multe ... dicitur in scriptura ... per aquam ... sancti spiritus infusio designatur. Sic legitur in ewangelio Johannis VII: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aque vive. Ubi ewangelista secutus adiunxit: Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Item per aquam sacra scriptura designatur. Eccli. XV: Aqua sapiencie salutaris potabit illum. Item per aquam ... sua sacra ... designatur. ... Proverbiorum IX: Mulier ... typum heresis ... persuasionibus ... dicit: Aque furtive dulciores sunt. Item aquarum nomine nonnumquam solent intelligi tribulationes. Sic per psalmum dicitur: Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. Item per aquas ... electorum fidei ... sequentur. Ysaye XXXII: Beati qui seminatis super omnes aquas. Et in psalmo: Vox domini super aquas. Item per aquas fluxus ... peccatorum ... ut in proposito ...

q dicit verte prelatos qui sunt aque, ut tu est eos regulis fidei et lineamte
sacrorum documentorum et instrum discipline regulare et formare, illa
ut dictum est aqua male tinabilis e verumo ipso i. b. detinabilis
est tamo alienu recipit. n formam a forma vasis continentis. vt ait glor
epus sup lectam in iherarch c° 3°. ipsi quod ait petrus apostolus
i pet. c° v° fforma facti gregis ex animo. Vnde et de ioseph dicitur
gen xlix. Rector fratrum frattrum factus stabilimentum populi. Cum
magno ergo studio. Rectores apostolorum sicut eos formare et omi saluti
prouide. ne dnus sanguinem perditorum requirat de manibus eorum Ezech 3°
Legit. in labore se semetipsos in pro sanctitatis exercitandis. pro deo
in donorum eius fideli elaboratione pro x°. in cuius vbi continua
predicandi p ecta infidelium conuersationem et collatio pro salute omni
in sacramentorum administrationi. ecce patimo xpus laborauit. et solet pro
pris glorificandis. pro sui ipsius glorificatione. pro ecclesia sanctificatione
pro omni salute. Et ut ait ambrosius li° x° 4 et c° ii xpus vetera
innouat deformata reformat. perdita restaurat et facit in melius. prouida
bona. ordinat adunat et defendit. corripit castigat et vindicat
malum. falsa detruncat et omnia moderatur. xpus personalis suis se
offerens associat. salubriter predicat. culpas lauat. vulnera sanat. pro
illis orat. penas alterius tolerat. se ipsum libaliter offert. et omnes
liberat. salutiferat p assequenda salute. Vt quis prerunt. causas
sue mortis ut sibi ipsis ascribat. vere est. quia curari noluerunt. cum
remedia salutis habuissent. Sic rectores ipsi dicunt ee ita conformati. ut
in formam x° sunt continue regulati. Qui suscepto in officio discipline. non
sunt negligendi instituta medicine. quia hoc sonat instrumentum susceptum
et ad hoc obligat diuinum preceptum i pet c° vnusquisque sicut accepit gratiam
in alterutrum administrantes sicut boni dispensatores. multiformis gratie
dei. Tunc ibi et decem cornua q. vidisti et. Subditur 2m punctum sz
dissensio reproborum inter se et primo ponitur malorum suorum remedio
2° tribuitur a deo punicio ibi. Deus n dedit in cordibus eorum. Quantum
ad primum dicit. Et decem cornua q. vidisti in bestia. x. reges ipsi
impugnatores eorum seruatorum legem decalogi. q. adherent antixpo. hi
odient fornicariam. i. impiorum multitudinem que cum dyabolo fornicata est
de q. ipsi met erit. vt n. ait haymo. Reges que p cornua designantur
vt s. dictum est. sunt ipsa bestia et similiter meretrix. i. multitudo re-
proborum. Et hi mutuo se odient. et ita reges fornicariam i. multitu-
dinem et eis illam inter superbos semper iurgia sunt vt dicitur prou xiii
R. Dicitur Qualiter hoc. Cum dicitur eccli xiii. omne animal diligit
sibi simile. ad hoc respondet haymo. quod illud potest intelligi 2r. sz quod reprobi
se mutuo odient. dum n. reprobi mala opera faciunt. se ipsos odiunt
quia dicitur in ps. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. quia vnde
reprobi se amant sequendo voluntates suas. inde conuincuntur se odisse.
Quinsquis ergo diligit iniquitatem odit animam suam. Quoniam amando
iniquitatem. odit iustitiam et ita animam suam aptat ad suscipiendum futurae
seruitutis miseriam. Vel potest intelligi quod reges et bestia odiet fornica-
riam. qui amatores ipsius seculi se inuicem odio persequuntur. quia dum
quilibet alium videt [illegible] altiora ascendere quo ipse non potest [illegible] odio illum
insequitur. Iuxta illud apostoli ad galatas v° inuicem inuidentes. Vel potest
intelligi. Et odiet se ipsos quia peccauerit. Cum n. viderint se in miser-
iam in mediis constitutos et dampnatos odiet se ipsos quod peccauerit et
pro peccatorum penam non egerunt. Sap v°. penitentiam agentes pre angustia spiritus gementes.
Sz nil proderit tunc odisse malum quod fecerunt. cum ipso malo carere
non poterunt. ipsi quod in hac lectione vitiabiliter innititur. Quae non de
beniuus mulieri meretrici conformari. ne eam imitari. quia sz etiam
amatores eius odiet eam finaliter in inferno dampnati. cum et tunc

q' nō gaudet d' societate ipsius, sz in inferno sicut omnes odient se et quanto
plures erunt ibi tanto maius erit odium Et ideo maior pena quam dolor e
In celo vero omnes ibi se diligunt et ideo quanto plures erunt tanto maius
erit eorum gaudium ut dicit anshelmus in fine sui libri proslogion Circa
quod queritur Utrum eternaliter dampnati gaudeant de penis inimicorum suorum
quos secum videt in inferno puniri Et videtur quod sic Ecclesiastici xxvi
iuxta illud Ysaye xiiii° omnes principes terre surrexerunt et de soliis
suis dicit glosa dominum Et solacium est malis inimicos suos socios habere
penarum Sed contra omne gaudium diminuit dolorem ut patet per philosophum
2° ethicorum Sed dolor dampnatorum est summus intensive tamen ideo possunt
inimici eorum dampnati in inferno multiplicari quod tolleret dolor illis tolleret
quod est contra divinam iusticiam Solucio secundum doctorem sanctum de quolibet 3° q. 2
articulo decimo Ubi philosophus idem sunt diversis rationibus esse delectabile
et triste tamen simpliciter aliquid tale ab eo quod preminet ab eo vero quod
est minus denominatur sicut quod Cum ergo quod pena inimici considerata ab
eo qui est in inferno sit quodammodo racione delectabilis et quodammodo racione
tristabilis racione quidem delectabilis sed nunquam implebitur voluntas dampnati
de malo inimici sui descendunt nam dampnati ad infernum cum armis suis
Ezechielis 32 licet cum affectibus pravis Et tamen vicia spiritualia in eis non
coniunctur Sed ex alia parte inimici pena considerata ab eo qui est in inferno
racione tristabilis quia dum pravi quidem ingratum propter penam divinam
divina iusticia quam odiunt et blasfemant dampnati in inferno Secundum illud
Apocalipsis xvi Estuaverunt homines estu magno et blasfemaverunt deum
tantur utilia foventur honesta peccata committuntur in directa Nam
quidam ita steriles sunt quod doctrina sua sterilitatem peccati non
aufert quia qui non ardet non accendit Ezechiel ix da eis domine

[A]liud dabis eis vuluam sine liberis et vbera arentia scilicet ut filios spirituales non gignant et si genuerint non nutriant eo quod vbera sunt arentia quia humore gracie caret eorum doctrina. Valet 3o clamor predicatorum ad obtinenda paradisi gaudia. Zach. primo Clama dicens hec dicit dominus exercituum adhuc affluet ciuitates mee bonis et consolabitur dominus syon. Ciuitates dei sunt anime in quibus xpus habitat que nunc affluunt bonis gracie sed tunc affluent bonis glorie. Et dicit affluet. Nam secundum beatum Ambrosium Cum sanctificatus omnibus nos bonorum saturauerimus haustu in illis celestibus spiritibus redundancia videre est affluere pleno septem spiritualium virtutum fluens meatu. Et dicit 7 septem riuis ex uno fonte rigabunt. Nam spiritu sapientie gustabimus et videbimus quam suauis est dominus. Spiritu intellectus maiestatem eius cognoscemus. Spiritu consilii eius admirabilia consilia et profunda iudicia comprehendemus. Spiritu fortitudinis ei inseparabiliter adherebimus. Spiritu sciencie xpi humanitatem et sanctorum attingemus et inter electos dei sancte et honeste conuersari sciemus. Spiritus autem pietatis ad caritatem pertinebit sicut spiritus timoris ad reuerenciam dei. Et dicit affluet id est habundanter affluent. Hic enim cum vnum bonum habetur aliud non habetur sed expectatur. Cum vna festiuitas colitur alia expectatur. Illic vero sunt omnia bona habundantissime presencia. Ibi omnium solempnitatum semper est coaceruata leticia quia presentes assistunt qui sunt solempnitatum causa. Et in sapiencia: Venerunt michi omnia bona pariter cum illa et innumerabilis honestas per manus illius. Et dicit affluet bonis, nec tamen ea specificat quia de eterni beatitudine plus est in re quam possit mens humana concipere plus mente concipitur quam sermonibus explicatur. Valet 4o clamor predicatorum ad fugienda gehenne supplicia. Vnde dicitur in Apoc. Vidi angelum ... et terra illuminata est et clamauit forti voce dicens Cecidit cecidit babilon id est confusio magna. Confundetur non omnis reprobi ex immundiciis suis que apparebunt vniuersis. Naum 3o Reuelabo pudenda tua in facie tua et ostendam gentibus nuditatem tuam et regnis ignominiam tuam. Ezech. 16 videbunt omnes turpitudinem tuam. Ierem. 2o Quod confunditur fur cum deprehenditur sic confusi sunt. Cecidit bis dicit propter duplicem penam scilicet corporis et anime in quam cadent que est scilicet in corpore et anima punietur sicut electi in patria duplicia possidebunt. Ysa. 61. Ierem. xvii duplici contricione contere eos. Ps. Induantur sicut diploide confusione sua. Vel propter sermonibus confusionis ... Ezech. xliiii. Quod 2o vidisti similitudinis est indicium. Vel geminatio ubi cadendi notat dampnationis certitudinem vt dicit glosa. Vel hoc dicitur ad denotandum precipitium de peccato in peccatum in hac vita et deinde precipitium in eternum supplicium in futura vita. Ysaye xxi Cecidit cecidit babilon et omnia sculptilia eius contrita sunt. Vbi nota ait Augustinus Babilon hic non est ciuitas ex lapidibus et lignis scilicet est collectio superborum luxuriosorum cupidorum elatorum etc. Vel forte geminauit cum dampnationem ostendit geminatio verbi scilicet peccatum omissionis et commissionis. Vel peccatum carnale et spirituale propter que sit hec demonum habitatio. Non quasi reddens vel assignans causam seu rationem casus vel dampnationis ipsius babilonis dicit. Et facta est habitatio demoniorum. Et dicit ita ce: cidit id est prius facta est caducum et tunc cadit in re. Et ceteris causis sine 2o Et id est quia facta est scilicet per peccata habitatio ... demoniorum id est sedes et locus sine receptaculum spirituum vexancium per maliciam. Et custodia omnis spiritus inmundi scilicet per luxuriam et omnis volucris inmunde scilicet per superbiam. Et odibilis scilicet deo et hominibus

eciam quia x. edibilis coram deo et hominibus superbia et execrabilis omnis iniqui
peccatum. scilicet et ideo cadere ut ait glosa. Et per hoc patet quod hic ponitur causa
dampnacionis ipsius babilonis. scilicet quia omnis spiritus immundi habitant in ea
Ysaie xxiii. Requiescent ibi bestie. et 2. Et in domibus eius erit
cubile draconum et pascua strucionum et occurrent ibi. demonia Dan. 2o
Greco ubi habitas ubi sedes est sathane. Custodia autem dicitur omnis
spiritus immundi. quia per contemptum confessionis. peccatum in corde custoditur
et absconditur. Osee xiii. Colligata est iniquitas effraym. absconditum est peccatum eius. Et hec custodia nimis est periculosa. quia inde comi:
tatur pena eterna xviii. sapientie. ibidem doloris plenitudinis veniet ei.
Vel ideo forte dicit custodia. quia tales depositum dyaboli bene custo:
diunt. et tradunt semetipsos dyabolo. ut in cordibus eorum libere requiescat
Iob xl. Ingreditur bestia latibulum suum et in antro suo morabitur
ibi Greg. xl moralium. et hoc bene. Et Iob xl. omnes bestie agri ludent
ibi. Sub umbra dormit etc. ibi Greg. 31 moralium multum de hac
re dicitur. Quare sic loquitur de ista babilone. Dicimus quod loquitur ad si:
militudinem babilonis ad literam. In Chaldea que capta a medis et
persis interfecto Balthazar rege. destructa est. nec diu ibi postea
habitaverunt homines. quia in solitudines sempiternas est redacta. alia
quod est prius ea edificata. Et ubi quondam erant pulcerrime et precipue
habitaciones hominum. ibi nunc sunt inhabitaciones demonum et bestiarum
scilicet draconum et serpentum et volucrum diversi generis. Ysaie xxxiiii. Ori:
entur in domibus eorum spine et erit cubile draconum et pascua
strucionum. Onocentaurus et pilosus clamabunt alter ad alterum. Ibi
cubabit lamia et inveniet sibi requiem. Ibi habuit foveam ericius
et enutrivit catulos suos. Illuc congregati sunt milvi alter ad alterum.
In dracone quod maximum est serpentum. designatur superbia fastus et elacio
platorum. In strucione negligencia correpcionis eorum. In onocen:
tauro tantum ira odium. In pilosis vero qui sunt demones incubi
et succubi. cum Ysidoro. Notatur lascivia luxuria fornicacio precipue cle:
ricorum. In lamia que fetibus propriis inimicatur. invidia detraccio conten:
cio parcialitates. ex quibus oriuntur falsitates testimoniorum delaciones
et accusaciones. In ericio spinoso cupiditas avaricia symonia. pre:
sertim ecclesiasticorum. In milvo vero qui voracissimus est gula
crapula ebrietas et omnis ingluvies. sicut sepe datum. Ex quo
patet quod eciam malignorum pene omnia monstra continet babilonie
civitatis. Hanc quidem babilon istam significabat que constat ex mul:
titudine reproborum confusione digna. in qua est custodia omnis
spiritus immundi. quia videlicet in cordibus reproborum hominum velud in carceribus
demones tenentur inclusi. qui dicuntur immundi propter spurciciam omnium
peccatorum in quibus versantur. Ipsi quidem sunt volucres immunde qui
per hunc aera discurrunt usque ad diem iudicii expectantes dampnacionem suam.
Iuxta illud Iude in canonica sua. Angelos vero qui non servaverunt
principatum sed suum reliquerunt domicilium vinculis eternis sub caligine reservavit in iudicium dei.
Maligni igitur spiritus propter maliciam demones appellantur. Spiritus
immundi dicuntur propter turpium illecebras quas suggerunt. Math. xii. Cum
immundus spiritus exierit ab homine etc. Et propter elacionem mentis
volucres nuncupantur Math. xiii. Volucres celi comederunt ea.
Non solum dampnanda est babilon propter predicta. Secundo. Quia ut
dicitur in littera. de ira fornicacionis eius. vel de fornicacione corporali
vel spirituali. que dicitur provocare ad iram. Osee xii. Ad iracundiam
provocavit me effraym etc. Biberunt omnes gentes. vel omnes tales
qui sunt gentiles. vel vivunt in inmundicia in qua sunt gentes. Supra
xiiii. Vino ire fornicacionis sue potavit omnes gentes. Supra

et inebriati sunt. Et ibi de hoc dicitur de vindicta peccatorum illius omnes reges
sustinebunt. Et reges terre id est seculi principes et omnes qui pro terrenis sublu-
cionem illa scilicet babilon fornicati sunt scilicet diligendo plus terrena quam ce-
lestia vel terrena sectando carnis munditiam et idola colendo et derelin-
quendo cultum dei. Remigius super apocalipsim fornicatores sunt qui amant terra
et mercatores terre qui animas suas negligunt qui animas suas cum bonis secula-
rium vendunt. Unde Haymo: mercatores terre appellantur quia animas suas ve-
nales faciunt ut tamen quantum peccata sua et honores huius seculi
et dignitates sibi possint acquirere. Et ibi Richardus: mercatores inquit
dicuntur qui animas suas pro bonis terrenis vendunt. Eccli. x. Avaro nil
est scelestius. Hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita
sua proiecit intima sua. Isti scilicet mercatores de virtute deliciarum eius
hoc est de ambitione secularis pompe divites facti sunt non virtutibus
sed peccatis. Ait ibi Haymo super 3º dicens: quia dum divites sunt et nullius egere
se nesciunt qui miseri sunt et miserabiles etc. Luce xi. Si divites sunt non
exeunt immunes a peccatis. Luce vi. Ve vobis divitibus qui habetis hic consola-
tionem vestram. Et in presentibus divites efficerentur et esurientes. Et [illegible]
terra prima peccatorum et terra quarta peccatum. In quibus et omnibus unus
designatur vel omnia peccata. Generaliter scilicet subiecti reges carnis et mercatores
hoc est duces et principes qui suas animas venales faciunt ut acquirant
huius seculi dignitates. Terra vero quarta peccatorum sunt luxuria et castrimargia
sive gula et avaricia a quibus omnia peccata procedunt. In nomine [illegible]
mercatoribus luxuria voluptatum. In virtute deliciarum gule appe-
titus etc. In divitiis mercatorum cupiditas avaricie designatur
ait Haymo. Vel in hoc quod ait de ira fornicationis significatur concupiscencia
carnis. In hoc quod ait reges terre designatur superbia vite. In hoc quod
ait mercatores denotatur concupiscencia oculorum. Ex quibus quasi originalibus
fontibus pullulant sive manant omnia peccata. I Johannis 2º: omne quod est
in mundo aut est concupiscencia carnis aut concupiscencia oculorum aut superbia vite.
Vel sic: de virtute deliciarum eius id est de peccatis per que divicie acquiruntur
divites facti sunt scilicet viciis, sed pauperes virtutibus. Unde Glossa: omnis
dives aut est iniquus aut heres iniqui. De hiis divitiis dicitur in epistola
Jacobi v. Agite nunc divites plorate ululantes in miseriis que advenient
vobis. Divicie vestre putrefacte sunt etc. Ex quibus quod sunt mercato-
res insani et fatui quia pro transitoriis et sordidis voluptatibus animas
suas et deum ipsum vendunt. Unde Origenes super Matheum omelia vi: adulte-
rium dyaboli pecunia est. In eo imago cuius est et superscripcio. Omnis qui
adulterium accepit a dyabolo nummisma [illegible] hiis emit quos
vendidit [illegible] ille Ysaye [illegible] gratis venundati estis et [illegible]
[illegible] pro exiguo pretio non metuit. Nullum enim
in illo corde est [illegible] vestigium. In quo [illegible] avaricia fiat. Hinc
hoc veneno perfidus Judas inebriatus erat pro parvo lucro [illegible] tale
ut dampnum venderet [illegible]. Unde Beda: Multi hodie
scelus Jude qui deum et magistrum suum pro pecunia vendidit velud ne-
farium abhorrent. Nec tamen cavent. Venditur enim hodie Christus et singu-
laris a quibus [illegible] pro omnibus. Dicitur enim i Cor. i: qui factus est nobis
a deo sapientia et iusticia, sanctificatio et redempcio. Cum ergo factus est
nobis sapientia [illegible] quilibet doctor [illegible] scripturam vel predicator verbi
dei [illegible] pro pecunia vel pro humano favore Christum vende-
re convincitur, si tamen doctor sacre scripture vel predicator verbi dei [illegible]
[illegible] ab hiis quos docet est ei providendum. Mathei x: dignus
est operarius cibo suo. [illegible] I Cor. ix:
si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum non est si carnalia vestra
metamus. Ita dominus ordinavit hiis qui evangelium annunciant de evangelio
vivere.

Secundi vendentes xpm qui nobis factus est iusticia sunt iudices spi-
rituales et seculares xpm qui est iusticia in iudicio vendentes tam
quocienscumque iudex non principaliter intendit innocentem vel et peccatorem
et culpam cum ipsam tueri punire Sed odio vel favore munere vel
timore pervertit xpm vendere videtur. hiis enim quatuor modis iudicium perverti-
tur quatuor istis timor cupiditas odium amor dilectio. versus Sepe solent hominum
rectos pervertere sensus favore dum amico vel propinquo contra racionale
amorem contra iusticie regulam auxilium prestare contendit Odio dum
ad quemlibet adversarium sine ipsius demeritis secundum leges iusticie illum
in amaritudine dampnificandis conantur Cupiditate dum precio animum
iudicis corrumpunt. Timore dum metu potestatis alicuius veritatem loqui
pertimescimus. hiis modis pervertitur iudicium quod institutum est ut
innocencia protegatur. Tercio xpus est sacrificium nostrum qui principaliter
in sacramentis et spiritualibus bonis nobis communicatur Ideo omnes symoniaci
xpm vendunt Symonia vero secundum Hostiensem est collatio vel receptio
rei spiritualis vel spirituali annexe precio precedente. pecunie scilicet
fundis vel rebus cuiusmodi temporalis. Si tamen diffinicio singula que conferuntur
in ecclesia applicetur quanta ad labem symonie tinnitu reperiuntur
Modo nihil in ecclesia rei vel spirituale vel spirituali annexum gratis
ut debet confertur Sed omnia fere cum pollicitatione dationis vel
exactione pecuniarum conferuntur. Nil itaque ibi datur non ordines. non
benedictiones. non dignitates. non denique recepcio in ecclesiis kathedralibus
et collegiatis. vel religiosis in quibus statutum est quantum quisque pro
ingressu suo debeat solvere Sed qui hec Symoniacam pravitatem sa-
piunt. limpide videbit quam lutulentum adulterium quod est Symonia.
Quarto xpus est redemptio nostra. xpus enim mortuus est iustus
pro iniustis et seipsum deo patri offerens nostram disponit redemptionem
ad Ro v. xpus cum adhuc inimici essemus. pro impiis mortuus est
Et scitur gloriam per dominum ihesum xpm per quem reconciliacionem re-
cepimus. hii ergo vendunt xpm qui passionis eius amaritudinem
ut retributionem inanti sunt de illius amore. dicens cum tamen dicitur ad Ebr
xii Recogitate eum qui talem sustinuit adversus semetipsum contradiccionem
Et qui libere propter modicum delectacionem se dyabolo subiciunt. de quibus
ad Ebr vi. Rursum crucifigentes filium dei et cetera in modicis tri-
bulacionibus a caritate dei deficiunt et confidencia ad Ebr xii Nondum
[illegible] usque ad sanguinem restitistis pro peccatis repugnantes. Unde dicitur
apostolus ad Ebr ix Nolite amittere confidenciam que magnam habet remu-
neracionem et cetera.

Utrum autem liceat pro sacramentis pecuniam dare vel accipere Nondum
est sacramenta legis sunt maxime spiritualia Nunquam sunt spiritualia gracie
causa que precio non potest existimari. dispensatores autem sacramentorum per ecclesie
ministros quos constat a populo sustentari. unde ad i Cor x Nescitis
quoniam hii qui in sacrario operantur que de sacrario sunt edunt et qui altari de-
serviunt cum altario participantur. Licet ergo possit quis accipere pecuniam pro
spirituali gracia sacramentorum est tamen Symoniacum quod nulla consuetudine
potest excusari. quia consuetudo non preiudicat iuri naturali. vel divino
per pecuniam autem intelligitur omne illud cuius precium potest pecunia est
mensurari. ut dicit philosophus iv ethicorum. Item contra racionem gracie est ipsam
vendi vel emi. Nullam de racione sua. est quod gratis detur. Unde dicitur
ad Ro xi. Si gracia iam non ex operibus. alioquin gracia iam non est
gracia. Item homines non sunt domini sacramentorum sed ministri Res autem cuius
dominus vendi vel emi non potest a domino. dicens autem non dedit hominibus potestatem ven-
dendi sacramenta. Immo hiis dedit eis potestatem administrandi. Et ideo
accipere aliquid ad sustentacionem eorum qui sacramenta administrant secundum ordina-
cionem ecclesie et consuetudines approbatas. non est symonia neque peccatum
Non enim accipitur tamquam precium mercedis sed tamquam stipendium necessitatis
Unde glossa super illud i Thy v. qui bene presunt presbiteri duplici honore
digni habeantur. dicit glossa debet accipere [illegible] sustentacionem

necessitatis populo, ut eadem dispensatores a deo. Unde non est licitum ex pacto dare aliquid tamquam pretium misse seu tamquam pretium gestorum eucharistie sed quasi stipendium sue licitatis. Unde si sacerdos habet unde sumptus pro quibus teneat ex officio missam celebrare ut cuius alimenta potest accipere pecuniam pro suo labore ad sustentacionem vite.

Et audivi aliam vocem de celo dicentem exite de illa populus meus et ne participes sitis delictorum eius. Et ne de plagis eius accipiatis. quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum et recordatus est dominus deus iniquitatum eius. Ricardus dicta destructionem angeli denunciantis civitatis babilonice casum sine damnacionem et exitum eius sine damnacione eius etiam sine racione. Deinde subiungit de egressu a societate babilonica salutare admonicionem. Et post ponit ipsum admonicionis hoc admonicionis racionem ibi quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum dicit Et audivi et intellexi aliam vocem et divinam inspiracionem de qua propheta dicit Audiam quid loquatur in me dominus deus. Que dicit aliam scilicet a precedenti que illa fuit de pronunciacione casus babilonice civitatis. Ista de admonicione fidelium ut recedant et ne sint participes in peccatis. Unde Haymo. vox ista vox intelligitur dei omnipotentis qui quotidie clamat hortatur electos sive per internam inspiracionem sive per sacram doctrinam seu predicacionem ut exeant de babilone. Sed illam vocem que fit in aure per officium predicatorum audiunt boni simul et mali. Illam vero que fit in corde soli audiunt iusti de celo id est de christo vel de ecclesia que est ... electos casa electos et domus soli huius est dei Glosa de ysaie 49 domus solis vocabitur una. Vel quod dicit de celo id est de celo quia divina iustitia celat infidelibus et indignis dicentem exite de illa populus meus et ut salvet unusquisque animam suam scilicet ab ira furoris domini. Sed de qualiter hic populus dei non erat ut est in societate babilonice civitatis. Unde in glosa. hic admonet exire non corpore quia populus dei ... ut est in societate babilonice civitatis non potest omnino separari a malis sed mente et vite dissimilitudine. Sed ad corinthios 6 exite de medio eorum. Jeremie 51 egredimini de medio eius populus meus etc. Quod statim manifestat cum subiungit Et ne participes sitis delictorum eius et ne malis operibus eorum assensum prebeatis. Nam in presenti vita boni cum malis corpore quidem morantur sed tamen moribus et vita longe ab eorum consorcio distant. Atque ideo ipsa vox dei monet ut exeant de ea mente et moribus et vita non corpore et ne participes sint delictorum eius ne forte fiant et socii penarum. Quia si socii fuerint culpe similes erunt tormento. Si autem ab eorum vita fuerint separati separabuntur in pena. Sed adhuc de hoc Ricardus super 2o commendatur angelus ecclesie ephesi ex mora cum malis cum dicitur Scio ubi habitas ubi sedes est sathane. Et beatus Gregorius primo moralium super illud Job primo Vir erat in terra hus nomine Job dicit quod non est laudabile esse bonum cum bonis sed valde laudabilis est esse bonum cum malis. Et idem super illud Job 30 frater fui draconum et socius strucionum. Unde sicut beatum Gregorium ... cimet ix super illud Ezechielis 2o fili hominis subversores et increduli sunt apud te et cum scorpionibus habitas. Unde est pro quo debet vitari societas malorum ne si forte corrigi non valeant ad imitacionem trahant et cum ipsi a sua malicia non mutantur eos quos convincti fuerant pertrahunt. Et ubi bene de hoc unde de proverbiis 21 Noli esse socius homini iracundo nec ambules cum viro furioso ne forte discas semitas eius et sumas scandalum anime tue. Ricardus ... declinate ab eis et scilicet per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Et 1 cor. xv corrumpunt bonos mores colloquia prava. Et ponit Gregorius exemplum ubi 5. Dic enim verba pravorum audiendo cotidie sumimus in mente quasi per flando atque respirando ac in fluxu corpore. Et sic malis ac

Assiduo flatu tetus inficit corpus sic et prava locucio audita infirma
cum inficit auditoris animum ut habeat delectandi pravi operis assiduam
iniquitatem sermonis et ibi bene dicit quod dicit ergo scilicet affectu interius de
illa scilicet societate malorum plus magis scilicet per eculeum tenorem electorum
scilicet ne furatus et unitem mala opera eorum Et ne participes sitis
delictorum eius scilicet effectu actuali eis consenciendo Malum facientes
et consencientes par pena constringit Primi Regum xv discedite ab
amalech Numeri xvi Recedite a thabernaculis hominum impiorum
et nolite tangere que ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum
Secundo sequitur Et de plagis eius non accipiatis scilicet dampnatorum finali Qui
enim talia agunt digni sunt morte non solum qui faciunt sed et qui
consentiunt facientibus ad Romanos primo Unde hanc secundo videtur sic ponitur
pro scitis delictorum eius ne forte cum illius peccata fuerint consummata
pariter cum illa affligi incipiatis ut enim ait Gregorius ix moralium
in fine Quos similis culpa inquinat par etiam pena constringet Mathei
xiii Colligite zizania et ligate ea in fasciculos ad comburendum
Fasciculos enim ad comburendum ligare est hos qui eterno igni tradendi sunt
pares paribus sociare ut qui iniquitatis dispari iniquitate polluti sunt
nequaquam dispari tormento crucientur ut qui simul deliquerunt contemnebat
quos sunt elate sublevabat quos scilicet non dissimiliter ambicio dilatabat
non dissimiliter affliccio angustiet et quos par crucient flamma supplicii
quos in igne luxurie par succendit flamma peccati et ibi
multa de hoc Et est notabile semper docet et ne de plagis eius accipiatis
Sunt enim multe plage inferni scilicet anxietas caloris angustia rigore
penuria famis aviditas sitis tenebre palpabiles fetor intolerabilis
[illegible] vermium constrictio cathenarum horribilis aspectus demonum
demonum domus custodie tedium vite ire dissensionis blasfemie
clamores timor et pudor dolor et desperacio De primis duabus
Job 24 ab aquis nivium transibunt ad calorem nimium Fuerunt enim
frigidi ad bonum et ardentes ad malum De 3 et 4 Ysaie 65
Servi mei comedent et vos esurietis servi mei bibent et vos sitietis
fuerunt enim epulati et inebriati et imperpetuum famelici
sitibundi et avidi adhuc De 4ta primi Regum 2o Impii in tenebris
conticescent De 6ta Ysaie 34 De cadaveribus eorum fetor ascendet
Iuste enim veritatis nolunt et fetorem libidinis dilexerunt
De 7a Proverbiorum 19 Parata sunt derisoribus iudicia et mallei percucientes
stultorum corporibus De octava Iemine xl Si converterim
populum istum et civitatem sic conteretur vas figuli Mathei xxii
ligatis manibus et pedibus proicite in tenebras exteriores quia
peccatores non contempserunt et vilipenderunt et abiecerunt vinculis mandatorum
dei constricti fuerunt vinculis peccatorum suorum De ix
Deuteronomii 32 Dentes bestiarum immittam in eos Ecclesiastici 39
Bestiarum dentes scorpii et serpentes et rumphea vindicans in exterminium
eorum De x Ezechielis xxxii In medio incircumcisorum
dormies tu cum hiis qui interfecti sunt gladio Dicitur in malicie in
aliis exceperunt et decretum est ut sint consortes in pena qui
sibi fuerint consortes in culpa quemadmodum electi pro similitudine meritorum
inseruntur ordinibus angelorum De xi Ysaie ultimo
Vermis eorum non morietur De xii super ix In diebus illis querent
homines mortem et non invenient Non habuerunt parem pectoribus
ut oleum in vasis suis scilicet sentiunt iniciis et anima spiritualiter
utebantur eis in tedium Ideo etiam una hora videbitur eis quasi spacium
forte mille annorum De xiii dicitur in psalmo peccator videbit scilicet illos
quorum occasione peccavit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet
Ecclesiastici De pena impiis contuntur filii quia propter illos sunt
in obprobrium Ecclesiastici xli De xiiii Cruce 16 Habuerunt lingwas suas pro dolore

et blasphemaverunt deum celi Ysaie lxv° Servi mei laudabunt pre
exultatione et vos pre contritione spiritus ululabitis Patrem .n. dei
a se repulerunt Ideo unigenitum nec ipse patrem habebunt Clamore pau
perum non exaudierit Clamabunt ergo et non exaudietur Blasphe:
mando quod irrauerunt Ideo pre arbitrium pene blasphemabunt De xv
Cap yo Videntes turbabuntur timore horribili De xvi Naum 2°
Revelabo pudenda tua in facie tua etc Qua sine timore peccata:
verunt et peccata gesta exhibuerunt vel voluerunt De xvii i° Thess v
Veniet dolor in utero habentis et non effugiet De xviii prov xi
Mortuo homine nulla erit ultra spes Dolebunt enim supra modum
quod pro temporalibus et transitoriis eterna perdiderunt et desperabunt Et in vita
sua non in deo sed in mundo et divitiis suis spem suam posuerunt
que tunc cessare videbunt Ideo dicit Nehelis post clamans et do:
minum ah ah ah dici Rex dicit ah que sunt horribilia ad co:
gitandum terribilia ad enarrandum et gravia ad tolerandum per perditi:
onem istam tortuosissimus et per penam talem si evadere possumus
ne eternaliter pereamus Et ideo dicit angelus Exite de illa populus
meus et ne de plagis participes sitis Ml. n. secundum reddit
metem hominis ad resistendum vitiis quod timor de gehenne tormentis
et suppliciis Et ideo dicit Hugonem Si ideo potest aliquem amor dei retrahere
a peccatis retrahat saltem et terreat metus gehenne lacus mortis
dolores inferni ignis urens vermis rodens sulfur fetens flama
tartarea et omnia mala Nam sicut beatus Augustinus libro de tri. habitu
Sicut bona regni celestis dici cogitari vel intelligi ut sunt nullo
potest corpore vestitus Nimirum multo maiora sunt et meliora quam cogitantur
sicut intelliguntur Unde scriptum est quod oculus non vidit nec auris
audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit te Regnum enim celeste
dicitur omni fama maius omni laude melius et omni gloria excellen:
tius Sic etiam mala inferni dici cogitari et intelligi ut sunt nec
potest Peiora quippe sunt valde quam cogitantur dicuntur et intelliguntur
Regnum namque dei plenum lucis claritatis caritatis sapientie glorie ho:
nestatis dulcedinis melodie letitie beatitudinis perhennis et omnis
boni ineffabilis quod nec dici potest nec cogitari Sed locus inferni
plenus est tenebrarum discordie miserie turpitudinis ariditatis:
dinis doloris sitis famis ignis inextinguibilis et vindicte
perhennis In regno dei itaque invenitur nisi quod placet delectat
et satiat In inferno vero nil videtur nec sentitur nisi quod displicet
offendit et cruciat Omne bonum in regno dei habundat et nullum
malum Omne malum habundat in carcere dyaboli et nullum bonum
est ibi Ve igitur illis semper qui subire merentur sed omnia mala sunt
sine pro unius hore spatio delectabili Quapropter cavendum est multum
istis huius mundi caducam fragilitatem et invtilem carnis volupta:
tem diligit et querit eterna gloria contempta neglectis que regni
celestis ineffabilibus gaudiis Hic conversio est minimis miserorum
et miserorum sanum tamen non habeant Revelis nisi sane mentis pro
minimi dici deliciis pena centum annorum eligeret Et tamen ipsi
et fatui voluptatem carnis sequentes non vitant ut fugiunt in
tolerabiles penas non dico centum annorum nec mille milium
sed sine fine seculorum pro deliciis xl ut lx annorum a qualibet
corporali delectatione Propter quod salubriter angelus admonet ut
exeamus de babilonica societate dicens Exite de illa populus meus
et ne participes sitis delictorum eius Et subditur ubi admonitio
cum dicitur Quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum Ubi Richardus
Causa subiungit que bibit plagas afferre Propter consummata est malicia eius

Sequitur. Quia talia peccata perveniunt usque ad celum, cui dicitur prov. vii°
ad inferos. progressus eius penetrat. Et capitulo x° via inferi domus
eius. Ergo vide quod descendat ad infima, sed pervenit ad celum. Addi-
tur hanc racionem quod peccata illorum perveniunt usque ad celum, qui nolentes
agere penitenciam contra deum habitatorem celi elevantur, qui si potuissent
sedem iusti iudicii eius volvissent eludere, vel quia peccata clamant
contra iudicatores. Genesis iiii° vox sanguinis fratris tui clamat ad
me. Et capitulo xviii clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus
est et peccatum eorum aggravatum est nimis. Videte clamorem qui venit
ad me, si opere compleverunt. Luce xv pater peccavi in celum et cora(m)
te. Jeremie li° Curavimus babilonem et non est sanata. Derelinquimus ea(m)
et eamus unusquisque ad terram suam, quoniam pervenit usque ad
celum iudicium eius vel peccatum pro quo est iudicanda. Et ideo subditur
in lectione Et recordatus est dominus iniquitatis eius scilicet supplicia pro illis retribuendo
cum Richardus cum ignitatis quibus non vide pre dissimulat vindictam
retribuendo quasi recordaretur. Et Haymo. Recordari dicitur dominus non quod deus
paciatur oblivionem, sed more humano scriptura loquitur condescendens fragili-
tati. Sic dictum est super proximo venit in memoriam ante deum
et ibi dicitur Videtur enim oblivioni tradere bona iniustorum et facta ipsorum
quando istos permittit affligi, illos autem honoribus et divitiis pollere.
Ceterum in iudicio effecta bonorum videbitur ad memoriam reducere
tum eos pro suis bonis operibus remunerabit et bona impiorum obli-
vioni tradet qui in presenti remuneracionem acceperunt. Unde illis dicentibus
Domine in nomine tuo prophetavimus demonia eiecimus et multas virtutes
fecimus, dicet illis amen dico vobis nescio vos. Mathei vii°. Et quod
dicitur Eccli. v° Ne dicas peccavi et quid accidit michi triste, altissimus
enim paciens est redditor. Recordatur ergo dominus iniquitatum quorum prius
videbatur oblitus cum permittit prosperari, dissimulans peccata hominum propter
penitenciam ut dicitur Sapiencie xi. Sed verbi dei paciencia et benignitate abutuntur
quia ipso dissimulante et expectante ipsi cumulantes peccant. Et ideo
tempus eis datum ad agendum penitenciam utuntur in augmentum culpe,
et unde diucius expectantur, inde districtius feriuntur. Job xxiiii
dedit ei dominus locum penitencie et ille abutitur eo in superbiam. Et Ecclesiastes viii°
Quia non profertur cito contra malos sentencia absque ullo timore filii
hominum perpetrant mala. Et tamen peccator ex eo quod centies facit malum
et per pacienciam sustentatur ego cognovi quod erit bonum timentibus
deum. Ideo quia Babilon usque ad plagas pervenit
nisi cum peccata eius usque ad celum pervenerunt. Ideo adeo excrevere-
runt quod ulterius esse non possunt. Vel quia usque ad dei contemptum per
impacienciam ut blasfemia vel desperacionem et peccatorum enormitate
quia converti nolunt a pravitatibus suis et expectantur ut adhuc
amplius delinquentes durius feriantur, non nisi consummatis delictis
dampnabuntur. Nam ut dicit beatus Gregorius xxv moralium quia
omnipotens dominus ad parvum tempus indulget, quod tunc humana ma-
licia ad usum suae intorquet iniquitatis. Nimirum iusto iudicio
augetur culpa permittitur ut ad feriendum altius quandoque cumuletur.
Hinc nam de quibusdam Paulus apostolus inquit I. Thess. 2° ut impleant
peccata sua semper. Hinc vox angeli dicitur ad Iohannem Apocalypsis 22
qui nocet, noceat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc.
Hinc David dicit in psalmo Appone iniquitatem super iniquitatem eorum
ut non intrent in iusticiam tuam. Hinc rursum de deo dicitur
ab eo completa primissivos per angelos malos veniam fiet sermone redire
tot quippe pravis vocibus peccati aggravatum deus iniuste permittit eas subsequi
quibus malignorum spirituum persuasionibus fallit, quod dum digne
in culpa sternitur, reatus eius in pena cumulatur. Vel quia ire sue via

de semita dominus fecisse perhibetur clarior est in via quam semita. Ideo se-
iuxta vos viam ire facere, est ire causas districte iudicando di-
latare. Ut qui illuminati agere recte noluerunt, iuste cecati adhuc fa-
ciant unde amplius puniri mereantur. Hinc per Moysen dicitur: Nondum
completa sunt peccata Amorreorum Genesis xv. Hinc per eundem Moysen
dominus dicit Deuteronomii 32: De vinea Sodomorum vinea eorum et de
suburbanis Gomorre, uva eorum uva fellis, et botrus amari-
ssimus. Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me et signata in thesauris meis. Mea
est ultio et ego retribuam eis. Vel secundum aliam litteram: In die ultionis
retribuam eis. Dicit Gregorius: Cum multa eorum mala narrat, et
tamen citius adiunxit: In tempore quo labatur pes eorum ut labatur
pes eorum, tunc atrocissima eorum facinora describuntur. Et tamen
ad ultionis diem adhuc subsequens lapsus apparet, docet eorum culpe
cumulentur. Sicut iam quidem unde feriri mereantur, sed sustinentur adhuc
supplicium peccatum crescat, ut peccatores possit atrocior pena cruciare. Et ibi
multum de hoc. Ex quibus sequitur, certe, quod cum aliquod re-
gnum vel gens aut civitas peccat, non tamen statim dominus iniuriam pu-
nit, sed quandoque multas generationes expectat, ut tandem cum peccata fuerint
consummata atrocius vindicet. Unde sanguis sanctorum licet patientissime
et longanimis sit deus, ultionem sui vehementer expostulat dicens: Vin-
dica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. Apocalypsis vi: Usque quo
domine sanctus et verus non vindicas etc. Unde [illegible] Augustinus
libro contra veteris et novi testamenti dicit: Clamor sanctorum qui effusus
est, vindictam se postulat non voce sed ratione. Nam et opus ori-
ficem laudare dicitur, cum habet ipsum quo videtur et oblectetur. Ideo
enim impacientes sunt electi ut videant fieri quod sciunt esse definito
futurum, quod ut anticipari petunt, differri. Ex hoc dicto volunt
omne preiudicatum deum sanguine sanctorum suorum. Ne ergo patiens
esse videtur nullum putatur unquam bellum, quod contra sanctos ge-
ritur et ut veraciter [illegible] persequentibus servos dei. Ergo quod diu
expectat duriusque puniet, quanto eum amplius expectat ut corri-
gantur, tanto expectatos ut contemptores ex iustitia districtius puniet.
Ad Romanos 2°: Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te addu-
cit. Secundum autem duritiam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secun-
dum opera sua etc. Cum ergo mali quique in suis perversis operibus perseve-
rant, tanto [illegible] cumulati iudicio dei ut detestabiliores effecti
tunc gravius puniantur. Et ut Haymo dicit, hec omnia spectant ad singulos
babilonie cives qui dicuntur [illegible] et ceterum [illegible] peccata eius
sed babilonie [illegible] ad celum pervenit, cum novissime
[illegible] in superbiam [illegible] peccando cumulata [illegible]
[illegible] per [illegible] capitulum [illegible] transgressiones
eius indicabit, quia non est ultra quod peccando crescat. Vox ergo
que dicitur Exite de ea populus meus et ne participes sitis delictorum
eius, tota quidem nunc [illegible] aures electorum pulsat, sed tunc
instantius clamabit, cum tamen iam [illegible] delictis [illegible]
ipsa civitas ad debitas suppliciorum plagas in articulo dici
pervenit. Dicitur ergo: Exite de ea populus meus etc. Videretur
et etiam [illegible] non [illegible] adhuc
modicum superest [illegible] delectorum eius [illegible] quoniam
iam finis appropinquabit, quo peccata debitum finem recipiat. Deinde
subdunt [illegible] de vindicte retribucione [illegible] [illegible]
tamen dicitur:

Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis et duplicate duplicia

rum opa eius In poculo qd miscuit miscete illi duplu. Quantu
glorificavit se et in delicijs fuit tantu date illi tormentum
et luctu quia in corde suo dicit Sedeo ut regina et vidua
no sum et luctu no videbo Ideo in una die venient plage eius
mors et luctus et fames et igni comburetur quia fortis est deus
qui iudicavit illam. Exposita admonicione de egressu a societate
babilonica hic subditur admonicio de vindicte retribucione pro iniuria
sanctis irrogata que est persuasio dei loquentis ad sanctos. Ut glo. Hay-
mo allegatur. Hic sermo dirigitur illis quibus babilon hec est multitudo re-
proborum mala intulit. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur admonicio
de retribucione pene pro peccatis que commisit ipsa babilon in alios seu
contra alios. 2o subditur admonicio de retribucione pene pro peccatis que
commisit in seipsam. Ibi Quantu glorificavit se etc. Quantu ad primum dicit
Reddite illi sicut ipsa reddidit vobis scilicet vos opprimendo et affligendo u-
tuntur ad eundem sanctos litera Cum ibi vox sunt iusto sit ista Si dicatur
quod est sermo divinus ut ait haymo cum ipse sit iudex Non debuit committere alijs
penam retribuere. Dicitur non deficit. Deutero 32 Reddam ultionem hostibus meis
Et ipse pater omne iudicium dedit filio Joh. 5o Dicitur ergo quod mihi dicit reddite illi
sicut etc. Dicit haymo Sancta iudicabunt in suis principibus cum quibus
deus dicit Matth. 19 Sedebitis super sedes xij iudicantes duodecim tribus Israel
Ysaie 3o Deus veniet ad iudicium cum senioribus populi. Proverbiorum ultimo Nobilis
in portis vir eius qui sederit cum senatoribus terre. Quia sepe deus
omnipotens per reprobos mala bonorum purgat Ideo dicit fidelibus Reddite
illi sicut etc. Quasi diceretur Sicut illa vindicta mea aliquando exivit de
vobis Sic vos nunc mea ministram de illa vindicate. Ut ille Jeremias 19
vicissitudine mea reddet ei Et ibi xxiii Reddet homini iuxta opera sua
Reddite ergo illi scilicet babiloni hec est malorum congregacioni que vos iniuste tor-
quet et affligit Sicut ipsa reddidit vobis id est sicut ipsa vos punivit
iniuste Sic vos ipsam iuste puniendo iniuriam Sed pena quam sancti
nunc sustinent est ad purgacionem pena vero quam nunc veniet ad dampnacionem
Unde glossa Sic vindicta mea de vobis quam purgavit exivit ad salutem
Sic vos ministram meam in illis vindicate ad condempnacionem. Vel aliter
refert in racionem flagelli quo puniat deus quam paganos quam malos
fideles tamquam executores iusticie dei. Sicut quod occulto dei iudicio quosque
christianos per paganos quosque vero per alios christianos compunit flagellum. Quando
ostenduntur In tali dum iudicio suis viribus attribuunt penam
superbie sue non evadunt Sicut assur existit virga furoris domini legitur
huic attribuit quod potestatem feriendi delinquentes populi adeo recepit
Ysaie x et xxvij capitulis Contra cuius superbiam loquitur deus Nunquid
gloriabitur securis contra eum qui secat in ea aut serrabitur contra eum qui trahit
in ea. Dicit contra regem se superbie non potest Sic et homines
impij ignorantes se esse ultores ire dei quia impia vanitate superbiunt
Mercedem que expectant quosque inveniunt. Districte tamen vindicantur hec:
nam potestatis non evadunt. Ad manifeste legitur in Nabuchodonosor rege
babiloniis De quo deus ait Ezechiel 29 Ideo dabo Nabuchodonosor pro eo
laboribus quod servivit michi apud Tyrum et data fuit provincia ethiopiam et
quod scriptum est In cum autem in corde superbis predicta dicerent Nonne hec est
Babilon quam ego edificavi in robore regni mei Statim mutatur
dextera Dominum mente eius ut ab hominibus fugeret cum bestijs degens
ut habetur Daniel 4o. Ideo quod subditur in litera Et duplicate ei dupla-
rum opera eius Sed contra ad evidenciam huius litere Inmaliter hec habeat ve-
ritatem cum dicat Deutero 24 Pro mensuram peccati erit et plagarum
modus Et magister reddet unicuique iuxta opera sua Ut Nabuchodonosor 2o Ap-
proxima superexaltat iudicium Punit enim deus citra meritum et remunerat
ultra condignum Non ergo debuit duplicare duplicia Dicit haymo
et alios expositores quod duplicare duplicia dicitur hic punire

in corpore et anima. Et ergo sensus duplicatur et duplicia vel punit vel
dupliciter tormenta. Deputatis in corpore et in anima. Licet ipsi vol
tum in corpore pena intulerunt. Nam anime nolenti nemo potest nocere
Mat x. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Animam autem non possunt
occidere. Sed ne forte quis estimaret eos non meruisse duplicem penam
istam. Ideo subdit secundum opera eius. Glossa id est secundum quod ipsi peccaverunt
licet enim ipsi tantummodo nocuerunt sanctis in corpore, tamen peccaverunt vel
et corpore et voluntate et opere. Et ideo iuste in anima et corpore punientur
vel quia ipsi malam habuerunt intentionem in persequendo sanctos. Ut habeat
impacientiam in sustinendo penam. Et sit duplicata pena. Quia intus
uret impaciencia et extrinsecus seuit pena. Vel pena ignis et frigoris. Iob
xxiiii Ab aquis nivium transibunt ad calorem nimium. Vel vermibus et
tortura dure visionis. Vel hec dicitur propter eternitatem pene qua iuste
puniuntur reprobi impenitentes. Quia deus non tantum opera iudicat quantum
singulorum voluntates et affectus. Reprobi vero si fieri posset semper vellent optare
vivere ut possent peccare. Et ideo semper sustinebunt tormenta. Qui
semper si fieri posset cuperent peccare. Unde ut inquit hugo super ysaye lib
suscepit duplicia de manu domini. Ieremie xvi Reddat primum dupli-
ces iniquitates et xvii duplici contritione contere eos. Zach ix duplicia
reddam tibi. Et hoc secundum opera eius. Duplicia scilicet ut qui dupliciter peccaverat
vel se ut alios corrumpendo. Dupliciter penam tanquam sustineat. Ezechiel
Et ideo sequitur et in poculo quod miscuit vobis miscete illi duplum
per poculum enim tormentum passionis exprimitur. Quo reprobi martires affli
xerunt in presenti. Quasi ergo diceret. Sicut vos afflictione tribulationis intulit
pena sustinendo vel penas inferendo. Ita et vos nunc illi inferte
tormentum et iudicio vestro condempnate illum. Ait hugo. Sed contra hoc
enim deus precepit suis non reddere malum pro malo. Ad Ro xii Nulli
malum pro malo reddentes. Et ibidem i Pet iii. Videtur ergo quod inconvenienter
hic precipit reddere poculum pro poculo vel tormentum pro tormento. Ut
iniquo iudicio babilon miscuit poculum sanctis. Ergo illi non debent secundum
iniusticiam eorum nunc sive eorum iudicio. Prover xx Ne dicas reddam malum
pro malo. Ad Rom xii. quod est locutum de fidelibus in via. Et sic
preceptum est eis non reddere malum pro malo vindicando propriam iniuriam
sed benefacere hiis qui oderunt eos et orare pro persequentibus et calumpnian-
tibus. Mat v. Et est locutum de fidelibus. Et sunt iusti iudices cum
vite et auctem dei gentes. Ubi loquitur hic ut expositum est. Exodi
xxii Maleficos non pacieris vivere. Ad Rom xiii. Augustinus super
illud Mat vii In quo iudicio iudicaveritis iudicabimini. Non sequitur ex
hoc si iniquo iudicio iudicabuntur iniqui quia iniqui iudicio iudicabunt
nulla est enim iniusticia apud deum. Et ideo licet in quo non dicit ibi secundum
si tamen vel sit sensus. In quo iudicio iudicaveritis iudicabimini vel propter
illius iudicii iudicabimini in futuro. Hoc est secundum meritum vel demeritum retri-
buetur vobis in premio vel supplicio. Vel id est secundum iudicium actum quod
fecistis erit passivum quod patiemini. Sic in proposito ex ista parte non est
similitudo quantum ad modum inferendi tormenta. Sed quantum ad ea que inferunt
ut sicut ipsa scilicet babilon intulit tormenta. Ita et vos illi iudicio
vestro. Ait glossa. Nec hoc est reddere malum pro malo. Quia hoc non faciunt
zelo vindicte vel affectu malicie. Sed zelo iusticie. Vel vindi
cando iniuriam dei. Pro quo nota secundum doctorem sanctum iiii 2 2e
q. c viii Vindicatio fit per aliquod penale malum inflictum peccanti
inflictum. Propter quod in vindicatione considerandus est animus vindicantis. Si
enim eius intencio feratur principaliter in malum illius de quo vin-
dictam sumit et ibi quiescat est omnino illicitum. Quia delectari
in malo alterius pertinet ad odium. Quod caritati repugnat. Qua omnes ho-
mines diligere debemus. Nec aliquis excusatur si hoc quod malum
intendit illius qui sibi malum intulit iniuste. Sicut non excusatur aliquis
per hoc quod odit odientem se. Non. n. debet homo in alium peccare propter hoc

q ille plus peccat in ipsum quia hoc est vinci a malo quod probat apostolus ad Ro. xii dicens Noli vinci a malo sed vince in bono malum. Sed at intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum ad quod pervenitur per penam peccantis, puta ad emendacionem eius, vel saltem ad cohibicionem eius et quietem aliorum et ad iusticie conservacionem et dei honorem, potest esse vindicatio licita, debitis aliis circumstanciis observatis. Nec ille qui secundum gradum ordinis sui vindictam exercet in malos usurpat sibi quod est dei dicentis Michi vindicta et ego retribuam Deutero. xxxii. Sed in aliquem licitam. Sed ubi potestas est divinitus concessa dicitur ut ad Ro. xiii de principe terreno quod dei minister est vindex in iram ei qui male agit. Si vero preter ordinem divine institucionis aliquis vindictam exerceat usurpat sibi quod est dei et ideo peccat. Thomas secundum quod ut dicit idem doctor ubi supra vindicatio in tantum licita est et virtuosa in quantum tendit ad cohibicionem malorum. Cohibentur autem aliqui a peccando qui non habent affectum virtutis per hoc quod timent amittere quedam que plus amant quam illa que adipiscuntur peccando, alias timor non compesceret peccatum. Et ideo per subtractionem omnium que homo maxime diligit vindicta peccatis est sumenda. Hec autem sunt que maxime diligit homo, vitam corporis, incolumitatem, libertatem sui et bona exteriora, puta divicias, patriam et gloriam. Et ideo ut refert Augustinus xxi libro de civitate dei Tullius scribit octo genera penarum in legibus esse, scilicet mortem per quam tollitur vita, verbera et talionem scilicet ut oculum pro oculo perdat per que amittit corporis incolumitatem, servitutem et vincula per que perdit libertatem, exilium per quod perdit patriam, dampnum per quod perdit divicias, et ignominiam per quam perdit gloriam. Post ergo exceptus ex dictis quod poculum quod miscuit Babilonie civitati in vindictam suorum malorum erit amarum profundum et sempiternum. Supra xiiii hic bibet de vino ire dei. Et ibi dicitur hoc [illegible] tunc ibi dicitur Quantum glorificavit se etc. Ubi dicit admonemur retribucionis pene pro peccatis que gessit in se. Et dicitur in glosa pro quibus admonemur et ideo sue superbie replicatur ibi. Quia in corde suo dicit sedeo regina etc. retribucionis pene conclusio ibi Ideo in una die venient etc. Unde ad propositum dicit Quantum glorificavit se scilicet superbia elacionis ex parte anime et in deliciis fuit scilicet lascivia voluptatis tantum date illi scilicet condignum [illegible] tormentum scilicet in corpore contra delicias et contra gaudia mundana et luctum scilicet in anima contra gloriam. Unde ut dicit Haymo quia omnia superius [illegible] fuerunt [illegible] ipsorum actibus diversis [illegible] bona plus illa magis delinquunt. Ideo dicit quantum superbie et lascivie fuit quantitas pene [illegible] in quantum gloria [illegible] est deditus ac voluptatibus resolutus est in tantum [illegible] inter opus actuum suorum retribuite. [illegible] discrecionem enim penarum [illegible] impia civitas tantum recipiet quantum delectavit [illegible] tantum nil penarum [illegible] decrevit Et qui [illegible] peccavit [illegible] tormenta. Unde [illegible] et quantum non dicit hec equitatem quantitatem quia deus semper punit [illegible] sed propter [illegible] eius sensus est qui multum peccavit multum punietur [illegible] exigencium culpe [illegible] in mensura contra mensuram [illegible] fuerit [illegible] illam [illegible] mensura qua mensi fueritis [illegible] vobis Deutero. xxv [illegible] mensuram delicti erit et plagarum modus Et subdit replicacio culpe cum dicit quia in corde suo [illegible] in animo dicit scilicet superbiendo et gloriando Sedeo ut regina [illegible] in honore et dignitate sum constituta [illegible] regina et [illegible] moneri non timeo Et vidua non sum quia consolacionem in mundo habeo et luctum non videbo [illegible] quam [illegible] minatur discipuli Christi ut distinguit Richardus super 3o [illegible] et [illegible] Vel [illegible] legitur [illegible] civitas [illegible] vidua non sum dum gloriam in principibus nequam et regibus huius seculi sicut fuerunt Nero Domicianus et eius similes [illegible]

diviciis et honoribus maximis exaltata putabat se cum eis eternaliter
vivere et regnare et numquam eos amittere, ut in eorum amissione lugeret
sicut lugere solent mulieres dum amittunt viros. Vel aliter secundum
eundem sit extra proprium hic virum vel Christum, ut ait apostolus 2 Cor. xi
Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Sed
meretrix vel civitas reproborum adulterio iuncta est viro scilicet dyabolo a
quo putat se regi et in hoc mundo regere, que dum spiritibus lu-
xuriis delectatur, eternum supplicium non pensat, sed tum temporalibus affluens
deliciis in hiis tamen virum suum perdit, numquam se putans hanc vitam
temporalem amittere ut ipsa luctum paciatur, quem tamen sustinebit in suppli-
cio sempiterno. Vel adhuc aliter secundum eundem electorum anime viduitatis
huius proprium sed spiritualem intellectum a quo reguntur ad eternam salutem
ut ultimo districtionis examine eterna videntes despiciant et solis
supernis inhient et eius ~~[illegible]~~ tamen meretrix illorum erroneo in-
tellectu ad interitum tendit, spirituali intellectu sui cordis intima
se disponere iactat. Et hic sensus alludit illi quod dictum est super capitulo
scilicet quod quinque reges ceciderunt et unus superest, quarum secundum eundem
numerus refertur ad quinque sensus corporis, quibus per instinctum
cadentibus in homine surgit in infidelibus error, in fidelibus
autem racionalis intellectus, qui est vir fidelium. Porro reprobi non virum
sed erroneum intellectum habent quasi virum. Sicut est quod Salvator mulieri
Samaritane dixit Johannis 4o Quinque viros habuisti et hunc quem
habes non est tuus intellectus, id est non habes racionalem intellectum sed
error dominatur tui secundum expositionem Augustini. Cum itaque ci-
vitas impia racionali careat intellectu, putat se falsa estimacione
habere virum dicens vidua non sum quia intellectu [illegible] et lu-
ctum non videbo, quia fulta intellectu et virtutibus in gaudio perseve-
rabo. In hiis tribus confidunt homines mundani scilicet in sublimitate
dignitatis, in solacio gaudiorum [illegible], et in vana plurimorum securitate
que tamen omnia cum eis deficiunt. Exemplum de Nabuchodonosor qui ait Danielis 4o
Nonne hec est Babilon magna quam edificavi in domum regni mei in ro-
bore fortitudinis mee et in gloria decoris mei. Cumque adhuc
esset sermo in ore eius vox de celo venit dicens Tibi dicitur
Nabuchodonosor rex: regnum tuum transiit a te et ab hominibus te eicient et cum
bestiis atque feris erit habitacio tua etc. Similiter exemplum de Sodomitis
Genesis xviii et de peccatoribus ante diluvium Genesis vi Mathei 24 Sicut
erant ante diluvium comedentes et bibentes nubentes et nuptui tra-
dentes usque ad eum diem quo intravit Noe in archam et non
cognoverunt donec venit diluvium et tulit omnes, ita erit adventus
filii hominis. De multis vero [illegible] peccatorum exercitium homines mundani
[illegible] [illegible] vitium [illegible] [illegible] [illegible] timeant [illegible]
[illegible]. Sic ergo completur in eis illud Job xxi Ducunt in bonis
dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et ideo subditur illata
certitudo sue dampnacionis cum dicitur Et ideo vel multo iactancie et superbie
sed iudicii in una die scilicet qua non speratur venient plage eius
id est ulciones debite contra tria supradicta horum in quibus dicitur ple-
nitudo et dignitatis privacio contra illud quod dixit Sedeo ut regina
et luctus scilicet veniet ex acerbitate penarum ex defectu omnis boni
contra illud quod dixit luctum non videbo Et fames scilicet veniet
[illegible] a dignitate et gaudio contra illud quod dixit Et vidua non
sum. Vel secundum Haymonem hic tria distinguuntur contra premia beatorum
Et mors intelligitur carencia visionis divine que est vita anime
luctus vero privacio gaudii beatorum fames autem privacio omnium
desiderabilium. Vel dicit has plagas [illegible] plagam intelligere
possumus scilicet ex consideracione premiorum quam sunt perpetua. Primum enim

mors corporis est absentia anime. Mors autem anime absentia dei, quia
anima que peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. Electi enim habebunt deum
habebunt vitam, iuxta illud psalmi: Quoniam apud te est fons vite. Et Joh. xvii:
hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti ihesum
xpistum. Ideo perpetuo viuent, quia in pura vite manebunt. Dampnati vi-
tam et deum simul amiserunt reprobi, mortem incurrent, quia cum eo
partem habebunt cum nomine et mors. Sup. vi°. Ps.: mors depascet
eos. Et sanctis gaudentibus et laudes gratiarum creatori suo decantan-
tibus, iuxta illud psalmi: Beati qui habitant in domo tua domine in secula
seculorum laudabunt te. Apud eos erit perpetuus luctus, iuxta illud Luce
vi°: Ve vobis qui nunc ridetis quia lugebitis. Nam enim publicis
delicijs delectati noluerunt veterem peccare futuram, letates cum ma-
lefecerint et exultauerint in rebus pessimis. Prouerb. ii°. Ideo in
breui tempore descendentes ad inferos luctu perpetuo mebunt. Et fames
sed veniet eis societati namque miseri. Prius erit omni perfectio dei
vultus, in cuius conspectu saciabuntur eterna refectione, iuxta illud
psalmiste: Saciabor cum manifestabitur gloria tua. Cum ergo reprobi
perdiderint deum qui est refectio sanctorum, famem eternam sustinebunt.
Deutero. 32: Consumentur fame. Et Isaie 64: Serui mei co-
medent et vos esurietis. Serui mei letabuntur et vos confundemini.
Serui mei laudabunt et vos clamabitis pre dolore. Et de hoc dicit
Richardus quod erit mors in penis, luctus de amissis, fames insa-
tiabilis de vituperandis. Et non solum hoc, sed et ad vltimum, igni
comburetur, scilicet cum audierint illud Matth. 24: Ite maledicti in
ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Et in hoc notatur
vltima penarum. Nec est aliqua spes de liberacione, quia fortis est deus
qui iudicabit illam, eo quod nullis precibus potest flecti. Prouerb. vi°:
zelus et furor viri non parcet in die vindicte, nec acquiescet
cuiusquam precibus, nec recipiet pro redempcione dona plurima. Nullus
igitur angelorum et hominum audebit aut valebit vel cupiet deo
obuiare, cum fortem dampnacionis suam in reprobos dederit. Et
ideo vere fortis est dominus qui iudicabit illam, scilicet babilonem. Vere enim
fortis ingenti ob suam inflexibilitatem in iudicio illam ob fine
operum actionum iuxta sua merita iudicabit. Et qui maiores hic
fecerint sceleribus paribus, ibi grauius punientur. Sap. vi: Potentes
durissimum in hiis qui presunt fiet iudicium. Aut gradet vna potentes
tentes aut potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam
cuiusquam dominus qui omnium dominator est. Nec verebitur magnitudinem
cuiusquam. Et hoc fere totum quod hic dicitur designatur Isaie 47, vbi
loquitur de babilone dicit: Audi hec delicata et habitans confidenter
que dicis in corde tuo: Ego sum et non est preter me amplius, non
sedebo vidua et ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hec subito
in vna die sterilitas et viduitas. Vniuersa venient super te propter multi-
tudinem maleficiorum tuorum et propter duritiam incantatorum tuorum
vehementem, et fiduciam habuisti in malicia tua et dixisti: non est
qui videat me, et cetera vsque ad finem illius capituli.

Et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum illa
fornicati sunt et in delicijs vixerunt, cum viderint fumum
incendij eius, longe stantes propter timorem tormentorum eius, di-
centes: Ve ve ~~[illegible]~~ ciuitas illa magna babilon, ciuitas illa
fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Hic ponit
tercia capituli. Nam quia declarata babilonis dampnacione, subiungit
reproborum de sua dampnacione planctum et dolorem. Et diuiditur in 3 partes.
Primo ponitur planctus regum terre. Secundo planctus mercatorum

seu negociatorum terre admiror ibi et negociatores terre etc. Iste plan:
ctus nautarum in mari submitto ibi et omnis gubernator etc. In quibus
vo harum tum prius iste planctus primo exprimitur et deinde causa
planctus adiungitur. Quantum ad primum dicit Et flebunt scilicet interius et plangent voce
scilicet exterius sic distinguit glossa super illam scilicet babilonem dampnandam
omnes reges terre id est omnes reprobi in hoc seculo divites, et in terrenis
suam spem collocantes, et terrena super deum diligentes ut expo:
situm est super quia cum illa fornicati sunt, scilicet fornicacione spirituali
adorando ydola, vel etiam fruentes mundiali carnali, ut supra
supra expositum est Jere iii° posuisti terram in fornicationibus
tuis Et in deliciis vixerunt voluptuose et festive epulas se:
ctando et in honoribus et dignitatibus suis voluntatibus secundo
id est ad literam Viventes in deliciis mortua est Et tunc obiciatur quod si
flebunt et plangent non dampnabunt Jere c. 18 Si egerit gens illa
penitentiam agam et ego dicit dominus Nunquam enim sera est penitentia qui pe:
nitens convertitur unquam ait Jeronimus epistola ix Nec unquam est sera
conversio ait idem epistola iii exemplum de latrone luce xxi Et dicunt
Augustinus et Haymo quod ipsi reges sunt babilonis civitatis membra Unde quod
quod dicit cum illa fornicati sunt, id est cum ea, idest cum se ipsis
fornicati sunt, plus terrena quam deum diligentes ut expositum est
quam eam plangent scilicet dampnandam, non lugentes malum Non enim
plangunt lugendo penitentiam quia cum ea peccaverunt sed quia prosperitatem
seculi per quam suis voluptatibus fluebant, perire cognoscunt
Tunc dicent inter se penitentiam agentes Sap. v° Isti namque in die
iudicii perunte tota mundi gloria in qua sunt confisi, flebunt et
plangent sola presentis vite penitencia cruciantes dicentes Quid nobis
profuit superbia nostra, aut quid divitiarum iactancia contulit omnia transierunt
tamquam umbra Vel secundum Haymonem ex parte terre possumus hoc intelli
gere in quo reproborum superstites, considerantes mundi gloriam deperire
sive per paganorum infectionem sive per diversarum gentium cohortes, flent
et plangunt, quia illorum amor et gloria transit plangunt etiam illorum
interitum qui simul cum vita divicias amiserunt et metuunt ne
eis similia eveniat dum et tormentum futurum et peccatorum penas
inspiciunt, sed per hunc fletum penitencie locum non invenient Ad Hebr
xii dicitur de Esau Non invenit locum penitencie quamvis cum lacri
mis eam inquisisset Quod tractans Gregorius Moralium xi moralium dicit
effectum non habet lamenta que student cum tempus desideratur peritura
quia Esau flevit propter hereditatis temporalis amissionem non propter divine
maiestatis offensionem, nec divine legis transgressionem. Ideo penitencia sua
fuit infructuosa Multo ergo minus fletus et planctus dampnatorum
sive dampnandorum erit meritorius ob amorem deliciarum perditarum et
temporalium inevitabilium et suppliciorum magnitudinem plangent inquit
cum viderint fumum incendii eius id est fumosum incendium eius ait
Richardus Vel secundum Haymonem per fumum illius civitatis diminucio
eorum temporalium sive prosperitatis temporalis figuratur quam diu id est impii videntes
considerantes ut dictum est quorumdam interfectionem et bonorum temporalium
vastacionem plorant et lugent, eo quod eorum gloria pereat et ipsa tribulacio
penis igne eterni procedat Glossa interlinearis fumus, est indicium flammarum
Sic presens tribulacio penitencie esse videtur futurorum tormentorum Cum
enim tales et penitentes tribulatos attendunt et eorum penam quam sequitur inspiciunt
flent et plangunt, timentes ne sibi similia eveniat, ut spolia
mundi expolientur et privantur bonis et deliciarum affluentiis et honoribus
ac dignitatibus in quibus delicate vivunt inducuntur Vel per fumum
secundum Bedam, significatur iudicium perditorum quia fumus ignem precedit. Vel secundum
aliud est ista consummacio mundi sed fumus instantis gehenne Ysaie 3e

Et erit terra eius in picem ardentem nocte et die non extinguetur in sempi
ternum et ascendet fumus eius in generacione et generacionem Apocalypsis xiiii fumus
tormentorum eorum ascendet in secula seculorum. Videntur longe
stantes propter timorem tormentorum eius Quaeritur ad evidenciam litere
Cum ipsi reges sint idem quod babilon dampnanda Qualiter ait eos longe
stare propter ipsi reges sicut auctores scelerum magis erunt dampnandi
quoniam iudicium durissimum in hiis qui presunt fiet Sapiencie vi. quod plus
erunt in pena. non ergo stabunt a longe. Dicendum secundum hugonem et bedam
quod dicuntur longe stantes non corpore sed animo, non actu sed vo:
luntate vellent enim fugere si possent. sed hoc eis in iudicio minime
licebit facere qui simul omnes apprehendit casus ruine et terrui ut
haymo dicit Aliter hac eorum vita reges terre longe stant non corpore
quod per multos coniuncti sunt ad eorum societatem sed animo dum peius
metuunt quod aliis per calumpnias et potuias pati videt. Optarunt. ut
si fieri posset et ab eorum tormentis et ab eorum expoliacione separari
velut quod temporalia semper possident et ad infernum non tenderent. Optarent quod
semper viverent quod possent semper peccare. Sic igitur dicuntur longe stare
quia ab eo dilatur quibus esse longe volunt. quod multum detestatur
vel timet Dicit Richardus longe stantes volunt non tormentis
liberari Sed tunc queritur qualiter ait propter timorem tormentorum eius
Si enim loquitur de dampnandis in inferno debuisset dixisse propter do:
lorem tormentorum eius. quia dolor est ex presencia mali. timor autem ex
suspicione Nam ut dicit augustinus libro xiiii de civitate dei c° vii° amor in:
hians habere quod amat cupiditas est, id autem habens eo quod fruens leticia
est, fugiens quod ei adversatur timor est quod dum si acciderit sentiens tristicia
est. Dicendum secundum beatum Gregorium ix moralium circa finem Et in dampnatis
est dolor cum formidine, quia plus eos cruciabit intus cogitatio de con
tinuacione doloris quam sensus exterioris tormenti propter quod dicit Job x
Et ibi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat, Dicendum Una ex
posicione vel aliter, et ita duplex hic dolor exprimitur quem habebunt
reges terre terrena super deum diligentes. Unum interiorem sed vermis
consciencie remordentem eos de malis que fecerunt et de bonis que ob:
miserunt Et et alium exteriorem sed ignis cruciantem et eorum corpora
glorificantem quia in deliciis vixerunt eis abutendo ut penitenciam agere
noluerunt Et ideo flebunt et plangent Neque sicut deo fletis et ululate
qui bibitis vinum in dulcedine Amos 8 Et plangent omnes tribus
terre. Zacharie x Non enim decet stultum delicie Proverbiorum 19 sed quia eis ne:
sciunt, ubi Job xxx Esse sub sentibus delicias computabant filii stul:
torum et ignobilium Ecclesiastes ii° Dixi in corde meo vadam et de:
liciis affluam et fruar bonis Et vidi quod et hoc esset vanitas Risum
reputavi errorem quia, ut dicitur Proverbiorum 14° Risus dolore miscebitur
et extrema gaudii luctus occupat Erit autem fletus et planctus ille
continuus et inconsolabilis Ezechiel 19 fili hominis assume planctum
super filios Israel Et infra Planctus est et in planctum erit
super quod planctus inconsolabilis et continuus erit autem miserabil
ille fletus et planctus quia lacrime dampnatorum tunc erunt tales
quod corpora comburent. Unus dixit quidam patrum discipulo suo plorans
quod corpora comburent. hoc dixit filio ne veniamus ad locum ubi lacrime comburent corpora. Ploran:
tes filii ne veniamus ad locum ubi lacrime comburent corpora. Plora:
tentes in lacrime futuras auferunt Nam qui nunc lacrimatur
et plorat videbit in futuro Luce vi° Beati qui nunc lugetis quoniam
ridebitis. Sunt autem quinque genera lacrimarum que in presenti vita habentur
a sanctis. Prime sunt lacrime contricionis que fiunt pro peccatis propriis de
quibus dicitur in psalmo, lavabo per singulas noctes lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo Et iste figurate sunt per aquas marath
id est amaras que dulces fiunt in dulcedinem per lignum
Exodi xv per quod significatur quod aqua contricionis amara dulcoratur
memoria dominice passionis dicit Bernhardus Si passio

Tercio sunt lacrime compassionis que fiunt pro peccatis et miseriis proximorum de quibus dicitur Jeremie ix Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum ut plorem nocte et die interfectos populi mei. Sic que strate sunt per aquas Jericho [illegible] Quarte sunt lacrime devocionis que fiunt ex consideracione beneficiorum dei de quibus dicitur in psalmo Cibabis nos pane lacrimarum et potum dabis nobis cum lacrimis in mensura. Et hec signantur per aquas Bethlee quas sitiebat David ii Regum xxiii dicens O si quis daret mihi potum aque de cisterna que est in bethleem iuxta portam etc. Quinte sunt lacrime doloris pro desolacione vite presentis [illegible] Trenorum primo Plorans ploravit in nocte et lacrime eius in maxillis eius. Psalmo Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Sexte sunt lacrime amoris ex desiderio celestis patrie de quibus dicitur in psalmo Super flumina babilonis illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Job xvi Oculus meus stillat ad deum. Et hec due signantur per irriguum superius et inferius quod dedit caleph axe filie sue Josue xv et Judicum i. Hec quinque genera lacrimarum sunt quinque porticus probatice piscine in qua lavabantur hostie domino offerende ubi aliquando angelus domini movebat aquam et quicumque prius descendebat in eam sanabatur Johannis v. Quid autem isti reges de sua dampnacione et mundi destruccione dicant sequitur in littera dicentes Ve ve civitas illa magna etc. Plorant enim quia sunt in divicias et vitam amittere cogitur, qui si posset vellet in deliciis vivere et nunquam hanc miserabilem vitam amittere. Et geritur cum super ix dicitur tribus vicibus Ve ve ve habitantibus in terra [illegible] hec solum bis ait Domini quod ibi triplicatur propter peccata cordis oris et operis et propter tres clases tubas ibi dictas. Hic vero solum duabus vicibus ait propter duplicem dolorem scilicet interiorem et exteriorem vel propter duplicem dampnacionem scilicet in anima et corpore ut dicit glosa Jeremie xvii duplici contricione contere illos. Ezechielis xvi Accidit tibi post omnem maliciam tuam ve ve dicit dominus deus. Vel ve pro amissione glorie ve propter sustinenciam pene vel ve propter pene acerbitatem ve propter acerbitatis perpetuitatem. Amos v In cunctis que foris sunt scilicet extra civitatem sanctorum dicetur ve ve Civitas illa scilicet congregacio malorum magna propter multitudinem impiorum babilon confusione dignam Civitas illa fortis scilicet ad mala facienda sed debilis ad bona exequenda. Unde hic ergo quod ait civitas notatur exercitum in malo unanimitas. Unde hic quod ait magna notatur eorum innumerositas et peccatorum enormitas. Unde hic quod ait forte notatur ad maleficium scelera et delicta. Fortis ergo non in bono sed in malo, nec in virtutibus sed vitiis et malis operibus et sanctorum persecucionibus. Jeremie xx Effectus est cursus eorum malus et fortitudo dissimilis scilicet fortitudini sanctorum. Nam ut in libro Regum primo moralium dicitur Justorum fortitudo est carnem vincere propriis voluptatibus contraire delectacionem vite presentis extinguere huius mundi aspera pro eternis premiis amare prosperitatis blandimenta contempnere metum in corde superare reproborum. Et econtrario fortitudo est transitoria sine cessacione diligere contra plagella conditoris insensibiliter perdurare ab amore rerum temporalium nec adversitatibus quiescere ad inanem gloriam eciam cum vite detrimento pervenire malicie augmenta exquirere bonorum vitam non solum verbis sed moribus sed eciam gladiis impugnare in semetipsis spem ponere iniquitatem quotidie sine ullo desiderii defectu perpetrare. De qua fortitudine dicitur Ysaie v Ve qui potentes estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem. Huic prophetica tamen reproborum voci tamen redemptoris in passione positi insinuans ait beatus Job: Congregaverunt animam meam irruerunt in me fortes. An non eciam reprobi fortes sunt qui ad presentis vite gaudia tot laboribus currunt et periculis se audacter obiciunt et pro lucris temporalibus libenter ferunt.

ac appetitus sui libidine nulla victi torpescere consuevit pressionibus durescunt et mala mundi tolerat pro mundo quod qz et ita dixim gaudia querere perdunt ut tamen in perdendo fatigantur Et ut idem dicit li° 19 omnes huius seculi amatores in terrenis rebus for tes sunt in celestibus debiles Nam pro temporali gloria usque ad mortem desudare appetunt et post spem perpetua nec parum quidem in labore sub sistunt pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerat et pro celesti mercede vel tenuissimum verbi contumelias ferre refugiunt Terreno et iudici tota die assistere fortes sunt In oracione vero coram deo vel unius hore momento lassantur sepe nuditatem deiectionem famem pro acquirendis diviciis ac honoribus tolerat et carum rerum abstinentia cruciant atque ad adipiscenda festinant superior aut laboriose querere tantomagis dissimulant quanto eas recte tardius putant Et dicunt Ve ve civitas illa fortis quoniam una hora id est subito et simul venit iudicium tuum scilicet dampnacionis particulare cuiuslibet qd fit in morte cuiuslibet reprobi et generale qd fiet in fine mundi quod similiter subito veniet et cito Iohelis 3° Reddam vicissitudinem vobis cito velociter Iob xxi° ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt Ubi dicit hoc Gregorius 14 moralium Et Iob xx laus impiorum brevis et gaudium ypo crite ad instar puncti Ubi Gregorius de hoc xv moralium in principio Et Iob 34 Subito morientur et in media nocte turbabuntur Ubi Gregorius de hoc xxv moralium post principium Et quibus pz regnum et principatum in mundo et spontaneum amplexe mundanum amor divinum voluptatum bonitas subita dampnabilitas dampnatos civitas et libertas impossibilitas Ergo una hora venit iudicium eorum Vel que hora dicit i Iohannis 2 Filioli novissima hora est scilicet a passione Christi usque ad finem seculi 2m Thomam Tota usque hac hora in qua cum puti tempore reprobi dampnantur Quorum usque iudicium singulis advenit qui quottidie corporibus exuti apud inferos reprobi condempnantur Et quia in preteritum tempore de preterito facinoribus etiam ipsarum futurum recte uno fumo babilon dicitur ut quasi semper in tormentorum flammis crematur Hec in textu ut hanc Et sequitur desperacio dampnatorum nego ciatorum terre etc

Et negociatores terre flebunt et lugebunt super illam Quoniam merces eorum nemo emet amplius merces auri et argenti et lapidis prec: ciosi et margarite et bissi et purpure et serici et cocci et omne lignum thyinum et omnia vasa eboris et omnia vasa de lapide precioso et eramento et ferro et marmore et cinamomum et amomum et odoramentorum et unguenti et thuris et vini et olei et simile et tritici et iumentorum et ovium et equorum et redarum mancipiorum et animarum hominum et poma desiderii anime tue discesserunt a te Et omnia pinguia et preclara perierunt a te et amplius non illa venient alias invenient et ~~negociatores~~ mercatores horum qui divites facti sunt ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes et lugentes ac dicentes Ve ve civitas illa magna babilon que amicta erat bisso et purpura et cocco et deaurata auro et lapide precioso et margaritis Quoniam una hora destituta sunt tante divicie Dimisso fletu et planctu regum terre de sua dampnacione subdit consequenter dampnacionem negociatorum terre desperacionem sic continuat Richardus de desperatio dolore regum subdit dolorem negociatorum Illi dolebunt de amissa dignitate isti de amissa rerum habundancia et amara acquisicionem Et dividitur in 3es Primo ponitur fletus et luctus desperacionis 2° huius causa vel racio ibi Quoniam merces eorum etc 3° subditur dampnacionis detestacio et modi plan gendi specificacio ibi Et negociatores horum qui divites etc Primum ad primum dicit

Et negociatores terre s. vel ad literam fraudulenter negociantes. Vel per terre stratas diuites. Unde in glosa Vnde hayo Quia in sunt isti negociatores Nam sicut supra dictum est quia sicut venales suas animas faciunt ut eas mercem pro qua tantum honores et diuicias sibi possunt adquirere. Vel etiam negociatores sunt quia cum ut gloriam et diuicias sibi valeant aggregare de loco ad locum transeunt. Nec unquam vel ad modicum quieti indulgent Qui cum videt quondam loca clade desolata gladio consumpta hostili invasione perdita deflent et lugent quia eorum mundi gloria perierat de qua letabuntur Non de planctu et luctu istorum perierat. Quia tales consueuerunt fraudulenter negociari Hostiensis Inter medium venditoris et emptoris angustabitur peccator sicut quia vterque intendit lucrari Quia emens vult vili emere et caro vendere Dicit Richardus Vetat auctoritas xiii di. c. in tercio. Item tales negociatores vicia rerum venalium consueuerunt occultare et per fallacias exteriores apparenter veritatis ostendere. Item quod frequenter peccant pondera rerum variando contra legem Nam abhominacio est apud deum pondus et pondus et statera dolosa non est bona Proverbiorum xx. Et idem pondus et pondus mensura et mensura utrumque abhominabile est apud deum Et eiusdem xi Statera dolosa abhominacio est apud deum Et pondus equum voluntas eius Vnde secundum beatum Thomam in secunda secunde q. lxxvii ar. ii. Circa rem que venditur triplex defectus considerari potest. Unus secundum speciem rei Et hunc quidem defectum si venditor cognoscat in re quam vendit fraudem committit in vendicione Propter quod vendicio redditur illicita Et hoc est quod dicitur contra quosdam Ysaie i. Argentum tuum versum est in scoriam vinum tuum mixtum est aqua Quod enim permixtum est patitur defectum quantum ad speciem Alius est defectus secundum quantitatem que per mensuram cognoscitur Et ideo si quis scienter vtatur deficienti mensura in vendendo fraudem committit Et est illicita vendicio Vnde dicitur Deuteronomii xxv Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius et minus nec erit in domo tua modius maior et minor Et post ea subditur abhominatur enim deus eum qui facit hec Et aduersatur omnem iniusticiam Tercius defectus est ex parte qualitatis puta si aliquod animal infirmum vendat quasi sanum. Quod si quis scienter fecerit fraudem committit in vendicione Vnde vendicio est illicita. Et in omnibus talibus non solum debet peccat iniustam vendicionem faciendo sed eciam tenetur ad restitucionem Si vero eo ignorante aliquis predictorum defectum in re vendita fuerit venditor quidem non peccat quia facit iniustum materialiter non tamen operacio eius est iniusta tenetur tamen cum ad eius noticiam peruenit emptori damnum recompensare Et quod dictum est de venditore eciam intelligendum est ex parte emptoris Contingit enim quandoque venditorem credere suam rem minus esse preciosam quantum ad speciem puta si quis vendat aurum loco auricalci emptor si id cognoscit iniuste emit et ad restitucionem tenetur Et eadem racio est de defectu quantitatis et qualitatis Et hoc est quod dicit Ambrosius in libro de officiis Regula iusticie manifesta est quod a vero non declinare virum deceat bonum nec damno iniusto afficere quenquam nec aliquid annectere rei sue Et in eodem loco dicit Item quod in contractibus vicia eorum que veneunt prodi iubentur. Item quod scilicet venditor tenetur dicere vicium rei vendite Vnde secundum beatum Thomam ubi supra ar. iii. Dare alicui occasionem periculi vel damni semper est illicitum licet tamen non sit necessarium quod homo alteri semper det consilium vel auxilium pertinens ad eius qualemcumque promocionem sed hoc solum est necessarium in aliquo casu determinato puta cum alius eius cure subdatur vel cum ei non potest per alium subueniri. Venditor autem qui rem venditam proponit Ex hoc ipso dat emptori occasionem damni vel periculi quod rem viciosam ei offert Si ex eius vicio damnum vel periculum incurrere possit Damnum quidem si propter huiusmodi vicium res que vendenda proponitur minoris sit precii Ipse vero propter huiusmodi vicium nichil de precio subtrahat periculum autem puta si propter huiusmodi vicium vsus rei redditur impeditus vel noxius puta si quis alicui vendat equum claudicantem

pro veloci vel ruinosam domum pro firma vel cibum corruptum sive ve-
nenosum pro bono. Unde si huiusmodi vitia sunt occulta et ipse non de-
tegat, erit illicita vel dolosa venditio, et tenetur venditor ad damni
recompensationem. Si vero vitium sit manifestum, puta cum equus est monoculus,
vel cum usus rei etsi non competit venditori, potest tamen esse conveniens
aliis, et si ipse propter huiusmodi vitium subtrahat quantum oportet de pretio,
non tenetur ad manifestandum vitium rei, quia forte propter hoc vitium vellet
emptor plus subtrahi de pretio quam esset subtrahendum. Unde potest licite ven-
ditor indemnitati suae consulere vitium rei reticendo. Sed contra, cum
venditor emptorem non cogat ad emendum, videtur eius iudicio supponere
rem quam vendit. Sed ad eundem pertinet iudicium et cognitio rei. Secundo
quod iudicium non potest fieri nisi de re manifesta. Unusquisque enim iudicat
quae cognoscit, ut dicitur in I Ethicorum. Unde si vitia rei quae vendenda
proponitur sint occulta, nisi per venditorem manifestentur, non sufficienter
committitur emptori iudicium. Secus autem foret si essent vitia mani-
festa. Nec oportet quod aliquis per praeconem vitium rei vendendae denunciet,
quia Tullius in libro De officiis inducit quendam dicentem: Quid tam absur-
dum quam si domini iussu ita praeco praediceret: domum pestilentem vendo. Secundo si
praedicet vitium, exterrerentur emptores ab emendo, dum ignorarent alias
conditiones rei, in quibus est bona et utilis. Sed singulare est vitium
rei illi qui ad emendum accedit, qui non potest sumere ad invicem omnes conditiones
bonas et malas comparare. Nihil enim prohibet rem in aliquo vitiosam
in multis aliis utilem esse. Quaeritur quod ad negotiatores pertinet
commutationibus rerum insistere. Unde beatus Thomas [illegible] libro 3. Sicut
philosophus primo Politicorum, duplex est commutatio rerum. Una quasi naturalis et necessaria,
per quam fit commutatio rei ad rem vel rerum et denariorum propter necessitatem vi-
tae. Et talis commutatio non proprie pertinet ad negotiatores, sed magis
ad oeconomicos vel politicos, qui habent providere domui vel civitati
de necessariis ad vitam. Et talis commutatio laudabilis est, quia deservit
naturali necessitati. Alia vero species commutationis est vel denariorum ad denarios
vel quarumcumque rerum ad denarios, non propter res necessarias vitae, sed propter
lucrum quaerendum. Et haec quidem commutatio proprie videtur ad negotiatores pertinere,
iuste quod vituperatur, quia quantum est de se deservit cupiditati lucri, quae terminum
nescit, sed in infinitum tendit. Et ideo negotiatio secundum se considerata quandam
turpitudinem habet, inquantum de sui ratione non importat finem honestum vel
necessarium. Lucrum tamen, quod est finis negotiationis, etsi in sui ratione non
importat aliquid honestum vel necessarium, nihil tamen vitiosum importat in
sui ratione vel virtuti contrarium. Unde nihil prohibet lucrum ordinari ad
aliquem finem necessarium vel etiam honestum. Et sic negotiatio licita redditur,
sicut cum aliquis lucrum moderatum, quod negotiando quaerit, ordinat ad
suae domus sustentationem, vel etiam ad subveniendum indigentibus, vel
etiam cum aliquis intendit negotiationem propter publicam utilitatem, ne
scilicet res ad vitam necessariae desint, et lucrum non expetit quasi finem
sed quasi stipendium laboris. Unde Chrysostomus super Matthaeum omelia xxi: Quicumque
rem comparat ut integram et immutatam vendendo lucretur, ille
est negotiator qui de templo dei eiicitur. Dicitur est de negotiatione
cuius ultimum finem in lucro constituit, quod praecipue videtur quando
aliquis rem non immutatam carius vendit. Vendens praemium sui
laboris accipere videtur, et ipsum lucrum potest intendi, non propter ultimum
finem, sed propter alium finem necessarium vel honestum. Nec quicumque carius vendit
aliquid quam emerit negotiatur, sed solum qui ad hoc emit ut carius
vendat. Si autem emit rem non ut vendat, sed ut teneat, et post-
modum propter aliquam causam vendere velit, non est negotiatio, quamvis carius
vendat. Potest enim hoc licite facere vel quia in aliquo rem melioravit, vel
quia pretium rei mutatum est secundum diversitatem loci vel temporis, vel propter
periculum cui se exponit transferendo rem de loco ad locum vel eam ferri

faciendo

Et 3m ho. Nec emptio nec venditio tercio iniusta. Pa. no. ella. ne se-
lum dicunt abstine ab hiis que sunt in se mala, sed eciam ab hiis que
habent speciem mali, quod quidem contingit in negociacione. tum propter hoc
quod est ordinata ad lucrum terrenum, cuius clerici dicunt esse contemptores.
Tum eciam propter frequencia vicia negociatorum, quia difficulter exuitur
negociator a peccatis labiorum, vt dicitur ecci 26. Tum eciam quia nego-
ciacio nimis animum secularitatibus curis implicat et ab hiis a spi-
ritualibus retrahit. Unde dicit apostolus .2. ad thimot. 2o Nemo militans
deo implicat se negotiis secularibus. Unde beatus Iheronimus dicit Ne-
gociatorem clericum ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi
quandam pestem fuge. Licet tamen clericis vti forma que continetur
que ordinatur ad utilitatem vite emendo vel vendendo. Et quibus patet
Et est negociacio dampnosa per fraudulenciam in rebus venalibus
ut dictum est fraudulenter mensurando vel ponderibus falsa appendendo. Unde
augustinus super illud ps. Quoniam non cognoui litteraturam, ideo negociator dicit
Negociator auidus acquirendi pro dampno blasfemat, pro precio
rerum mentitur et peierat etc. Est et alia negociacio dampnosa
pro terrenis animam vendendo siue dando. sic homines auari. Unde dicit
ecci x. Auaro nihil est scelestius. hic enim animam suam venalem habet.
Est etiam dampnosa venditio et obprobriosa qua quis se vendit pro vo-
luptate carnali. De quo dicit augustinus libro de sermone domini in monte sermone 24 Cuiusdam
paruis precium est voluptuosus. Nonne gargia carnis tantum ut emas
meretricem, teipsum das, precium tamen serui vix vnius panis. proverbiorum vi
Et de qualibet istarum negociacionum potest exponi illud apoc. 18. de terre-
nis emptoribus et negociatoribus etc. Isti enim negociatores terre flebunt scilicet ob dolorem in anima et lugebunt scilicet ob dolorem in corpore
Et precedit ibidem Et de regibus terre super illam scilicet magnam babiloniam
dampnandam. Et subditur ipsius fletus et planctus non sine causa
cum dicit Quoniam merces eorum nemo emet amplius, scilicet quia
mundi gloria perierit, non erunt merces quas amat, nec erit qui eas
emat, ut hec earum precio dicitur, ait haymo. Et ideo lugebunt et fle-
bunt negociatores cum temporalibus, qui in mundo merces suas et nego-
ciaciones fraudulenter fecerunt et per fraudem diuicias congregauerunt, dolebunt
in morte, in iudicio et in inferno. De hoc quod summo desiderabant
ac delectabantur terrenis diuiciis in quibus amorem suum et gloriam posuerunt
videbunt se expoliatos parumper, dolori et angustie maxime. Unde
glossa dicit flebunt et lugebunt, quia illa perire videbunt in quibus suam
felicitatem posuerunt et non poterunt amplius emere neque vendere
quod erat eorum vita. proverbiorum xi. Non proderunt diuicie in die vltionis
Et ezech. 7o Argentum eorum et aurum non valebit eos liberare.
Potest eciam intelligi litera de negociatoribus spiritualibus et malis, qui
celum pro terra dant ut auari, eternum bonum pro caducis et transitoriis
vt ambrosius. Iusticiam pro muneribus et pecuniis, ut aduocati. gloriam dei
pro laudibus humanis ut ypocrite. Sacramenta ac alia spiritualia pro
corporalibus et temporalibus diuiciis, ut symoniaci. De quibus dicitur ezech. 27.
Negociatores tui a multitudine diuiciarum argento ferro stanno
plumbo impleuerunt nundinas. Argentum dicit sapienciam secularem
ferrum potenciam temporalem, stannum statute simulatorum. plumbum ve-
ro carnale delectacionis. In hiis negociantur multi, qui tanto peiores
tanto amplius dolebunt, quanto plus debito ea dilexerunt. Ezech. 27.
Negociatores populorum sibilauerunt super te, ad nichilum deducta es
Et non eris in sempiternum. Duplicatur autem verbum plures ad litteram
quia tales plorabunt in morte de duobus scilicet de amissione rei
amate Et cum tanto labore acquisite, et de pena pro amore illicito
inflicta. Iohannis 2o Auferte ista hinc et nolite facere domum patris
mei domum negociacionis. Zacharie vltimo. Non erit vltra mercator in domo dei

Nec solum tamen ipsi modo multi se passim ingerunt fraudulenter mercatores
immo pessimi latrones in congregationem electorum ecclesie dei, id est, in communionem
quamvis hoc est cura animarum, hiis qui spolia diripiunt et animas inficiunt
iuxta illud propheta dicit: Venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt
templum sanctum tuum, posuerunt etc. Collecte id est fructibus custodia de:
seruntur. Quod qui quondam solebant etiam et eius ministros venerari
hodie spernunt. Treni i. Peccatum peccavit Ierusalem, propterea instabilis
facta est; omnes qui glorificabant eam spreverunt eam, quoniam viderunt
ignominiam eius, scilicet per eam gentiles quibus titulus Christi ante signum
dicatur. Iohannis 8°. Ducta in templum ad Ihesum introducta est mulier in
adulterio deprehensa. Et hec pertinet eos qui in ecclesia non requirunt
fructum sed datum, non plenum sed libidinem, nec querere se vere
fingentes, sed polluere et devirginare sicut predones etc. Et contra hos
Iohannes enumerat illas merces in quibus maxime delectati sunt
isti negociatores, de quibus amissis dolebunt. Dicens: merces auri et
argenti et lapidis preciosi etc. scilicet nemo emet amplius, quia tunc vi:
les computabuntur que nunc care et preciose existimantur. Et ut
dicit Haymo, hic manifeste divulgatur, isti reprobi ea propter dolent
que ad quinque sensus corporis pertinent. Nec enim aliud attendunt nisi
ut hiis delectentur que exterius per quinque sensus corporis percipiunt.
Et ideo deflent ea que ut sensibus corporis summa vel exterio:
ribus usibus accommoda deficere solent, quoniam in hiis omnem
suam prosperitatem esse computant. Aurum id est et argentum et omnium
metallorum species ad sensum oculorum redigunt. Et ut dicit
Haymo, que intus carnalibus ardentius desiderantur, magnum
minora ceteris inveniuntur. Et ut dicitur Ezech. 7: aurum eorum et
argentum non valebit eos liberare. Iacobi ultimo: Divicie vestre pu:
trefacte sunt, aurum vestrum eruginavit. Et lapidis preciosi, scilicet qui
dicitur antonomasice carbunculus, ut supra dictum est, et marga:
rite que dicuntur Ysidori libro xvi capitulo x, est prima candidarum gemmarum.
Et byssi, de quo dicit Ysidorus libro xix c. xxvii, id est genus lini candidi
simul crescentis in Egipto. Vel est pannus factus de eo. Et purpure dicte
sunt a puritate lucis, iuxta Ysidorum ubi supra. Et serici, quod inde dicitur quia
Seres primum illud primum miserunt. Et cocci, id est tincture rubee, unde
iuxta Ysidorum ubi supra: quod Greci coccum nos rubrum sive vermiculum appellamus.
Horum scilicet mercium nemo emet amplius. Et omne lignum thyinum
quod est lignum preciosum, durabile valde, album et spinosum, crescens
in Ephiro. Et inde fecit Salomon citharas et liras cantoribus. Tercii
Regum x. Et omnia vasa eboris, id est de ebore facta vel ornata. Et
nemo emet ebur, dictum ab oreo, id est elephante, iuxta Ysidorum libro
xvi°. Et omnia vasa de lapide precioso scilicet carbunculo. Et examento
dicto ab ere iuxta Ysidorum libro xvi. Et ferro et marmore dicto a vi:
riditate iuxta Ysidorum libro 19. Et hec omnia pertinent ad corporis usus. Et si
spiritualiter ista volumus intelligere, tunc iuxta Haymonem licet plus misere
spiritualiter predicta significant divicias electorum, utique picturas. Et e
denim dictarum [illegible] quibus de ea fallant per adulacionem scilicet civitatis me:
retrix sive bestia illa usurpare per duo signa radiis sa:
piencia figuratur. De qua dicit Proverbiorum viii°: accipite sapientiam sicut aurum
argenti vero nove, sacra figuratur eloquia. De quo propheta dicit: Eloquia domini
eloquia casta, argentum igne examinatum. Lapides vero nobiles cum
singulari uno nomine, ipse Salvator omnium, per eum designatur. De quo
scriptum est Ysaie 28: Ecce ponam in Syon lapidem summum angularem
electum preciosum. Et qui crediderit in eum non confundetur. Tunc etiam
per pluralem numerum inserit eius redemptoris membra per eum figurat
electis quibus apostolus dicit Petri 2: Et vos tamquam lapides vivi superedi:
ficamini domos spirituales. Margarite etsi nomine in singulari numero.

dominus ihesus christus. In pluralitate vero apostoli eius significantur, de quibus dicitur
infra .21. Duodecim porte duodecim margarite sunt per singu-
las. In bisso vero institutiones sanctorum intelliguntur. In purpura
martirium. In serico virginitas. In cocco vera caritas. In ligno
thyino ac precioso constancie durabilitas. In ebore virtutum pul-
critudo sive fecunditas. In ere fortitudo et longanimitas, vel
certe predicatoris sonoritas. In ferro animi sublimitas. In mar-
more invicta humilitas. Hec denique omnia plerumque se here-
tica obumbrata verisimilitudine conatur tegere, ut vanitas heretic-
corum in auro et argento sophistica et hereticorum doctrinam ostendit,
in lapide precioso ac margaritha pseudo christos vel pseudo prophetas
atque heresiarchas opponit. In bisso ministeria obtentu iusticie
acceptam. In purpura infectorum hereticorum tegmine martirium
velatum. In serico corruptorum mentis integritate carnis oppansa.
In cocco vero simulatorum caritatis crudelitatem palliatam imponit.
In ligno thyino ac precioso durabili constancia mentis obstinatorum
obumbratum. In ebore simulatorum virtutum turpitudinem vitiorum
obtectam. In ere purissime predicationis tegmine subinctorum astu-
tiam deceptorum celatam. Et in marmore humilitatis similitudine
false subiectionis contumaciam obumbratam rebellionis apponit. Ra-
tione igitur horum omnia false religionis obtectu velata confundentur atque ad
nichilum tollentur. Recte mundi in rebus ipsis diuitiis mortis
effectus flere et lugere describitur. Sed simul hic totum
passim de hereticis exponit. Horum merces in hoc tempore non possunt
manifeste cognosci ab omnibus, sed in fine seculi a nullo penitus
emetur, quia tunc ab omnibus manifeste cognoscetur eorum dolus et
falsitas. Sicut nunc in mundo multas habent merces quas vendunt incautis.
Habent ut aurum mundane sapientie, argentum secularis facundie, lapides
preciosos, id est predicatores exterius religiosos, sed intus pravos. Item margari-
tas, id est doctores duros et incompassibiles. Item eorum errores
et bissum, id est ypocritas, qui foris apparent iusti. Item purpuram, id est mar-
tires suos. Item coccum, id est caritatem simulatam, que suam operit crude-
litatem. Item sericum, id est exteriorem integritatem, qua palliant mentis corruptionem.
Item lignum thyinum, id est obstinatum in malo. Hinc vide [illegible] ystoria
in bono. Item ebur, id est simulatam virtutum pulcritudinem, que tegit fetor-
tiam vitiorum. Item es, id est erroneam predicationem, que simulat se habere
et docere fidei rectitudinem. Item ferrum, id est simulatam patientiam, que palliat
desperationem animi. Item marmor, id est simulatam obedientiam, qua palliat
suam rebellionem contra ecclesiam. Hoc certe licet sit moraliter de ypocritis
exponi, quod merces preciosas venales deferunt mundo, scilicet virtutes si-
mulatas vel opera virtutum ut laudentur. Item eas pro vana gloria
et humane laudis vendunt omnia que faciunt. De quibus dicit Ieronimus, Mathei
6. [illegible] potius ad videndum et emendum vobis; sed tunc, id est in die iudicii,
sine mercede non erit qui emat, quia tunc omnibus apparebit falsitas et
simulacio et ypocrisis induentium eorum. Naum tercio: Revelabo
pudenda tua in facie mea, et ostendam gentibus nuditatem tuam
et regnis ignominiam tuam, et proiciam super te abhominationes tuas, et contumeliis afficiam te. Loquitur
ad ninivem, que interpretatur speciosa. Et sic ypocrite, quamvis conspecto
tempore maior sit, quanto contemptior apparebit. Hec enim
ypocrite pretendunt et simulant se habere aurum divine sapientie, argentum
spiritualis eloquentie, lapidem preciosum, id est eminentiam [illegible],
margaritas, id est candorem vite apostolice, bissum, id est statum institutionis
preciosam, id est martirii amorem, sericum, id est virginitatis splendorem, coccum,
id est caritatem, lignum thyinum, id est constantiam inconfractam, ebur castitatis,
es longanimitatis, ferrum patientie, marmor humilitatis vel obedientie,
sed tunc tales flebunt, quia iam nullus emet merces eorum.

Deinde ponit ea que pertinent ad olfactum dicens Et cinamomum sed neque
emet. Quod ideo sic dicitur, eo quod cortex eius sit in modum cineris co:
loris et calidus. Unde Ysidorus libro 17. Et amomum quod vocatur eo quod odo:
rem velud cinamomi referat. Unde Ysidorus ibidem. Est autem species aromatica
faciens efflue [illegible] et urinam. Redolens cinamomum et inde trahit
nomen. Deinde tangit ea que pertinent ad olfactum et tactum simul dicens
Et odoramentorum unguenti et unguentorum sed merces nemo emet amplius
Et thuris scilicet quod est arbor arabie unde Ysidorus ubi supra. Deinde tangit
ea que spectant ad bibendum, cibos condiendum ad comedendum ad gustum dicens
Et vini et olei, sed merces nemo emet. Et simile que est fa
rina que est farina delicatissima unde magister in historia super le:
viticum. Et tritici sed merces nemo emet. Deinde tangit ea que sunt
ad hominum auxilium et iuvamenta dicens Et iumentorum et ovium
et equorum sed merces nemo emet. Et redarum. Unde Hugo: reda
genus vehiculi fuit apud antiquos et est fortissima adhuc. similis
plaustris [illegible] rotarum [illegible] [illegible] hinc servi ad servos
[illegible] et mancipiorum sed merces nemo emet. Mancipium autem unde
Ysidorus libro 9 capitulo 10. Est quidquid manu capi subdique potest ut homo vel equus
[illegible] Et animarum hominum sed merces nemo emet ut prius. Et quia
qualiter quomodo mancipiorum et animarum hominum tunc videantur
esse [illegible] Et quia aut animarum hominum et non aut simpliciter hominum tunc
non redant nisi homines animati unde Hugo quod sunt mancipia
que tunc corpore redimuntur animabus remanentibus in libertate sub deo
sicut fuit de Joseph, de quo dicit psalmus In servum venundatus est Joseph
[illegible] non sunt mancipia que vendunt et captivant corpore cum
anima sicut cum quibus vendebantur iudeis. Et unde lege illorum con:
cedebatur. Et in ritum suum [illegible] fuerat. Et primus aut manci:
piorum pro 2 aut [illegible] hominum et [illegible] ad unde Hugo
quod idem aut animarum hominum ad denotandum quod tales erant servi non tantum
corpore sed et anima [illegible] quo tales mercatores flebunt et lugebunt
quia nemo emet merces predictorum. Et poma desiderii anime tue
[illegible] que carnalis desiderabat anima tua discesserunt a te [illegible]
[illegible] omnia desiderabilia amittes sicut illis adhesisti inor:
dinato amore. Ut [illegible] Ysaie lxiiii omnia desiderabilia nostra
versa sunt in ruinam Ezechielis 24 [illegible] ego tollo a te desiderabile
oculorum tuorum. Johannis xii Qui amat animam suam perdet eam. Et
omnia pinguia et delectabilia sive sapida gustui Et preclara [illegible]
ut apparentiam [illegible] sive perierunt a te [illegible] babilon [illegible]
[illegible] vobis sunt superflua [illegible] Et sentitur [illegible] [illegible] omnia
tanquam umbra ymo sicut fumus [illegible] se [illegible] amaritudine
sicut [illegible] rerum delectabilium [illegible] [illegible] tantum in mente re
manebit malorum delectacionis pungens memoria que po
tuissent evasisse. Jacobi 4 [illegible] eorum erit vobis in testimonium
dicit glossa, quia intelliget ea se male [illegible] quibus non
indigebant ad usum vite [illegible] [illegible] [illegible] Et amplius
illa non reperient [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
sensum [illegible] passivum. Vel unde [illegible] [illegible] est [illegible] invenient
quia iam non erit tempus vel locus negociandi quibus [illegible]
acerborum planctus, et dolor ex amissione suorum amabilium
et desiderabilium quia ablatus ab eis plenitudo [illegible] in [illegible]
[illegible] Job xx [illegible] dives cum dormierit nihil secum auferet ape:
riet oculos et nihil inveniet Unde quo [illegible] xviii [illegible] [illegible]
[illegible] dormiunt [illegible] Et nihil secum auferet de rebus quibus [illegible]:
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Et ideo sequitur ibidem apprehendit eum quia aurum inopia et extiterat de divine
simulante se esse divitem et unde se extolleret. Michel tum in rem-
leuite tum langwilamsz Ecclesiastici ultimum de hoc. Et ex hoc patet quod non
sunt vere divicie [...] que non autem auferunt inopiam mentis sed tamen quia
non manet. Luce viii. a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus
suffocantur. Ubi Gregorius omelia xv. per ptis fallaces divicie dicuntur
que nobiscum diu permanere non possunt et que mentis inopiam non
expellunt. Sed Ricardus autem et glosa exponunt ista mistice de terra
scilicet que omnia sunt electi in veritate. Reprobi vero solum in appa-
rencia et simulate. Dicit tamen Ricardus [...] qualiter illa
que in bolum species iste significant. Consurget per adversa dicitur
ablatis amarius defleat. Per cynamonum quippe et amomum desi-
gnatur odor virtutum. Unde dicit beata Virgo Sicut cinamomum et balsamum aroma-
tizans odorem dedi. Ecclesiastici 24. Et paulus dicit ii Cor. 2 Christi bonus
odor sumus deo in omni loco. Per thuriscorum vero pigmentorum odoramenta
et thure designantur orationes sanctorum. Unde etiam in Canticorum
c° 3° sponsi voce dicitur in laude ecclesie sue. Que est ista que ascendit
per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi
pulveris pigmentarii. Et psalmista dicit. Dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo. Unguenti quoque nomine intelligitur dignitas meritorum
unde dicitur Canticorum 1 Unguentum effusum nomen tuum. Et ibidem 4° Odor unguen-
torum tuorum super omnia aromata. [...] Cum vero videns qualiter
hec scandalizet sicut hec dicat per adversa quibus quasi ablatis videat affli-
gi vehementer. In cinamomo et amomo ferentem virtutum hereticorum
que manat ex virtutibus sanctorum imitatam opponunt. De quibus
eorum dicitur Isaye 30. Et est pro suavi odore fetor. In divisis autem
odoramentis fictam sedulitatem beatam ypocritarum bene exactu simili-
tudine obumbratam folliculit. In unguento vero pseudo [...] sapientiam
sub velamine levitatis vel [...] Dicitur [...] simulacrorum sub-
tractis auctoribus amaret mundus flere desistit. Sic flevit vero
hereticis Simone mago et sic mesti facti sunt heretici ex morte
Arrii quod eum nec [...] imitari desierunt. Per vinum quod
novum testamentum designatur quod auditorum mentes debrias unde con-
cupiscentiis insensibiles reddit. Unde dominus in nuptiis aquam vinum
fecisse narratur Iohannis 2°. Per oleum vero sancti spiritus unctio
figuratur. Unde et psalmista dicit Redemptor noster dicit. Dilexisti iusticiam
et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie
pre consortibus tuis. Per similam vero et triticum corpus nostri redemptoris
exprimitur quo fideles quotidie saciantur. Que verbi divini per
eorum vanitatem obumbrata seducta bestie se putat hec tanto
amplius dolet si contigerit perdidisse quanto magnum opum divi-
tias ista significare videtur. Illam vinum et oleum se dolent
amisisse etiam Romana perderet et nunc quam similam et triticum
se perdidisse gemunt cum zizania et paleas amiserint. Estimat vero
fideles prelatores subiectos spirituali doctrina repletos sancti spiritus
illustratione afflatos celestibus sacramentis ad vitam enutritos tam
pure hereses seductores corrupta fide infectos spiritu demoniorum
plenos absorpcione [...] saginatorum dampnatos vellet. Immo si
possent de mundo sublatos crederent. Porro iumenta oves et equi
et cetera scilicet rede mancipia [...] exterioribus sunt apta. Quia
iuvant homines sive in equitando sive in ferendo onera. Ita iu-
menta dicuntur que iuvant homines sive vestiendo cibum vel ex se
vel ex suis operibus. Oves vero prestant et victum et vestimenta
hominibus. Equi portant homines. Rede vero vehunt. Mancipia
vel tam corpore vel ad opus serviunt. Anime vero hominum [...]
et corpore vel ad totum victum [...] et iste singule eorum [...] sunt
quas eadem bestia fraude se habere amittit et perdidisse dolet. Iumenta
quippe faciunt electos. Unde cum psalmista dicit Ut iumentum factus sum
apud te. Oves quoque sanctos exprimunt quibus dominus ait Mathei x.

Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et petro dixit Joh. xxi. Pasce oves meas. Et in equorum vocabulo predicatores figurari nulli dubium est, dicente propheta Misisti in mari equos tuos Abacuk 3. Viam fecisti in mari equis tuis. Quadrigarum eciam nomine eosdem predicatores nolumus designari attestante helyseo, qui ascendente helia plorabat dicens pater mi pater mi currus israel et auriga eius iiii Reg. 2o. Mancipiorum vero vocabulo designantur electi, qui toto mentis desiderio subiciunt se dei servituti, sicut omnibus preparate se consistere noverit dicentes cum psalmista Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum. Quo contra Jesta sit semper in meditacione desolato mundo se dolet amisisse iumenta oves equos redas vel ad portanda ... viros fortes ac innocentes cum debiles ad omne opus bonum et noxios in malum amisit, gemit se perdidisse mundo exterius mortuos cum interius neglexit eosdem vincentes perdidit. Poma vero in sacro eloquio dicuntur sanctorum opera scilicet Unde dicitur Cantic. 4o Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Parabolis ergo bestie dicit se omnia simulate habere que possidet legumus in veritate Angwia ... et pecula, ad questum vel ad castrimargiam redigenda videtur. Hec itaque omnia que ... quinque corporis sensibus reperiuntur pereunte mundo deplorant, quia nesciunt aliud cogitare, nisi que exterius considerant. Et dum vident illos tristes per mortem et afflictionem ab hac vita, ipsi eorum superstites interitum illorum et mundi gaudia relinquunt, deplorant. Iumenta ne eciam similia eveniant. Significant eciam hec omnia aliquid bonorum, quia incidunt simulacrum impiorum. Nam et breviter recapitulando, habere nunc videtur hec cinamomum et amomum et odoramentorum merces et odoriferam vitam et odorem exteriorem sedulitatem qua simplices decipiunt, et domos viduarum comedunt. Et unguentum mercis honorem et reverentiam quam se dicunt exhibere christo. Et thuris merces simulacionem devocionis. Et vini et simulacionem compunctionis. Et simile ... merces et puritatem conscientie. Et tritici ... doctrinam quam dicunt se habere. Et iumenta et fortes laboratores qui portant aliorum onera. Et oves simplices et innocentes. Et equos et redas predicatores veloces qui fidem ad discurrendo velociter portant per universum orbem. Dicunt etiam se habere mancipia et animas hominum scilicet illos qui dicuntur credentes, dicunt etiam se habere poma desiderii anime virtutes, quibus sanctorum vita imitatur. Unde per totum orbem sui sudunt odorem. Sed hec omnia pro magna parte iam heretici amiserunt et iam pauci merces eorum emunt. Et ideo lugent scilicet in morte vel in die iudicii vehementius lugebunt, cum in penis vacue cognoscent errorem suum. Ideo dicitur hic poma desiderii anime tue discesserunt a te, scilicet sanctorum virtutes et opera que videbantur habere vel dicebant se habere. Et omnia pinguia et preclara et sanctitatis et devocionis perierunt a te scilicet ... vel a ... malorum et sicut hereticorum congregacionem. Moraliter autem exponendo de ypocritis, dicimus per cinamomum intelligitur pallor penitencie. Per amomum opinionis redolencia. Per odoramenta, opus sanctum dona. Per thus devocio, per vinum, compunctio. Per oleum pietas sine compassio. Per similam puritas. Per triticum firmitas. Per iumenta labor spiritualis. Per oves simplicitas et innocencia. Per equos strenuitas et fortitudo. Per redas auxilium et consilium, ad supportanda onera infirmorum. Per mancipia mutuum servicium vel administracio. Horum omnium mercibus ypocrite se simulat habere et pro laudibus hominum vendit, scilicet nemo emet ipsi ...

Munera ...

eorum ignominia fiet omnibus nota. Unde et poma desiderii anime
id est odor bone fame quam omnibus desiderat ypocrite discessit ab
eis quia tunc erit pro suavi odore fetor Ysaye 3°. Et omnia pin-
guia id est omnis devocio et omnia spoliata et bona commissa habue-
rant ypocrite et amplius non revenient [illegible] perdetur quia omnium
ypocritarum malicia prius latens et occultata tunc omnibus aperta et
manifesta. Tunc ibi erit ululatus horribilis et stridor modi plan-
ctus et fletus perfectionis et tormentorum horror sine detestacio
eorum dicitur Et mercatores terre scilicet de quibus satis dictum est
horum id est predicatorum verbi scilicet avari et heretici vel ypocrite
qui divites facti sunt [illegible] temporaliter licet pauperes spiritualiter
dampno divites [illegible] vel sua reputatione
tamen sunt pauperes in veritate Ab ea id est [illegible] factis
in babilone longe stabunt scilicet voluntate [illegible] passione [illegible]
hoc est desiderabunt longe stare tamen non poterunt et ideo dole-
bunt quod non steterunt longe a commissione malorum quando potuerunt
Vel longe stabunt quia iam talia non poterunt exercere propter timore
tormentorum eius id est propter tormenta eius quorum continuitatem timebunt
et prius semper sentient prout expositum est supra Quasi diceret velle
dicere quod multum avari heretici et ypocrite et ceteri videlicet pe-
nam malorum timentes quod futurum est magis quam quod prius dolebunt
quod non longe steterunt ab illa mala negociacione et mala con-
gregatione. Unde et amatores mundi longe stant a Christo quia sicut
dicitur omnes qui pie vivere volunt in Christo persecutionem paciuntur
2 ad Thy 3°. Sed tunc longe stabunt ab eo quia nullos consolabunt
et liberabuntur. Unde illud psalmi longe a peccatoribus salus id est Christus
Ihesus quia iustificatus etc. Et erunt miseri id est in penis quas hic
fugiebant sed tunc fugere non poterunt Job 6 Qui timet pruina
id est penam temporalem irruet super eos nix id est pena eterna. Pruina
enim quia in terra nascitur significat penam presentem Nix vero quia de
celo venit significat penam eternam Job 20 fugient arma ferrea
et irruet in arcum ereum. Stabunt ergo tunc longe ut dicto
flentes interius ac lugentes exterius Vel flentes pro commissis ac
lugentes pro omissis et dicentes scilicet sono vocis vere ut penas
exteriores et interiores vel anime et corporis vel sensus et
dampni vel propter impiam voluntatem et iustam [illegible] Unde Richardus
duplicatur [illegible] exprimens dolorem ut ostendat inexplicabilis
Civitas illa magna scilicet babilon id est collectio reproborum in inferno
que amicta erat et circumdata bysso scilicet vestimento sicut dives
Luce 16 ad mollitiem carnis et purpura et cocco propter va-
nitatem mundi vel delectacionem oculorum Et deaurata auro et la-
pidibus preciosis et margaritis. Circa quod querit Augustinus Nunquid
civitas induitur bysso et purpura Non. Et respondet
Quod ipsa dicitur amicta bysso quia homines in ea habitantes erant
induti talibus. Unde una hora id est in momento mortis destitute
sunt tante divicie. Per civitatem ergo intelliguntur homines diviciis
dediti et voluptatibus dissoluti Unde Haymo Neque enim civitas amicitur
auro vel argento et ceteris speciebus sed homines in ea habitantes
Quibusdam itaque pereuntibus [illegible] supersites
eorum ut supra dictum est lugent atque flent eo quod eorum gloria
perire videantur Et a longe stant quia nolunt illis fieri socii neque
in amissione [illegible] neque in penis ad quas eos transisse
credunt et tamen non desistunt imitari ut quod cum eis finaliter
perpetuo flebunt et lugebunt Una autem hora in qua civitas divicias
perisse dicitur hoc breve tempus intelligitur a passione domini

|| id est

|| Viciis

Usqz ad finē. de qua dicitur. Jo[ha]nnis 2° ꝯsilii nouissima hec est
&c. Nondum ergo ad exaggeracōm pene euacuātur hic porro
delicie et mundane pompe et humane glē. Nam cū Boecium
2° de ꝯsolacōn phie prosa 4a In omni aduersitate fortune infe-
licissimū genus infortunij est fuisse felicē. Ideo in ipso dampnator
in inferno rememorancium preteritarum deliciarū et mundanarū
pompparū siue gloriarum. dicitur Sapie 5° Quid nobis profuit
superbia aut diuiciarum iactancia quid contulit nobis. Et
sequitur ibi Transierunt illa omnia velut umbra et cito. In duobus
ergo brevibus noscitur pena mundanorū aggrauat. primo quod pristina felici-
tas ad memoriam reduxit. 2° quod eas deseruisse audit. Unde Gregorius
Non est tanti honoris excelsa tenuisse quanti doloris est de excelsis
cecidisse. Nondum insuper ergo inter alia peccata babilonice ciuitatis
euacuatur hic superfluus ornatus et apparatus mundanorū ac preciosi-
tas vestimentorum. Mat. xi. Qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt. Ubi Gregorius omel. vi. de pe ptis Si non esset peccatum in lu-
xu et studio vestimentorum. illud non diceret saluator exemplo de
diuite epulone qui induebatur purpura et bisso. mortuus quod sepultus
est in inferno Luce xvi. Et ysaye 3° Pro eo quod eleuate sunt filie
syon et ambulauerunt extento collo et nutibus oculorum ibant
et plaudebant. et pedibus suis composito gradu incedebant. decaluabit
dominus verticē filiarū syon et crinem earum nudabit. In die illa
auferet ornamentū calciamentorū et lunulas et torques et mo-
nilia et armillas. et mitras et discriminalia et periscelidas. et mu-
renulas. et olfactoriola. et in aures. et anulos. et gemmas in fronte
pendentes et mutatoria et palliola. et linteamina. et acus et spe-
cula. et sindones. et vittas. et teristra. Et erit pro suaui odore fe-
tor. et pro zona funiculus. et pro crispanti crine caluicium. et pro fascia
pectorali cilicium. pulcerrimi quoque viri tui gladio cadent. et fortes
tui in prelio. Et merebunt atque lugebunt porte eius. et desolata
in terra sedebit. Si taliter minatur deus mulieribus propter superfluum
ornatū et viris earū. Nunc sunt eciam plurimi prelati et clerici qui
de patrimonio crucifixi. sororibus neptibus et cognatis huiusmodi ornatū
emunt super genus suum. De bonis ecclesie comparant et eos ditant
Qui reuera furantur pauperibus quorum sunt ecclesie bona. Unde
dicit Ysaye 3° Vos depasti estis vineam meam et rapina pauperum
in domo vestra. Ubi glosa Ieronimi quod sequitur statum prelatorū. Et
principes inquit iniuste faciunt cum pauperes peccatores subiecti ac
contenti et gaudent diuitibus vos peiora peccatoribus. Ut enim faciunt
in quorum domo rapina pauperum est. Dum opes ecclesie vel thezau-
rizant et in delicijs abutuntur Et quod deberet ad sustentacionem pauperum
conseruant vel propinquis distribuunt. et eorum inopias suas. vel suorum
diuicias faciunt. Et Bernhardus in epistola ad henricum senonensem
archiepiscopum. Quin in nonnullis sacerdotibus vestium cultus plurimus
vituperandus qui nullus qui exiguus. Turbor ego si rememorē illud apostoli
1 thym 2° Non in veste preciosa. Verum nec indignetur. dum minimum
indignum iudicet in se assumpta suam quam prius in muliebre
sexum et ordine prelata fuisse cognouerit. Si non eciam vtuntur
ferro medico secundis regibus et prelatibus hominibus. quod capiti
faciat iniuriam si ipsis serpentibus. capilli excrescentes detondeantur
quibus et vnguenta fuerint secata superflua. Attamen si dedignatur
pati cum mulierculis. ne quis et hoc si ab apostolo fieri suam
dedignetur et cum ipsis eciam inpolim culpa. despiciant iam
textrum sine pellificum et non suis operibus gloriari. horreant
et mulierum rubricatas pellicias manibus mundare sacris. et sa-
crantibus tremenda misteria Respuant et apponere pectori

quod dxtecius ornat gemma sapie pudeat & collo aurum texere.
quod honestius atqz sanctius xpi iugo submittitur Non xe stigmata
sunt hec que isti martirum exemplo circumferunt in corpore suo
quibus potius esse nostrutie insignia que utiqz curiosius & sump:
tuosius ille sibi parare consweuerit Cogitatores nimirum que sub
mundi quomodo placeat mundo Perunctum tu sacerdos dei altissimi
cum ex his place queris deo an mundo Si mundo cur sacerdos Si deo
cur qualis populus talis et sacerdos Nam si placere vis mundo
quid tibi prodest sacerdocium Nec enim potes duobus dominis seruire Qui
aut voluerit amicus esse huius mundi inimicus dei constitui
Et propha dicit deus dissipabit ossa eorum qui hominibus placent con
fusi sunt quoniam deus sprevit eos Et apostolus Si hominibus
placerem seruus xe non essem Volens itaqz placere hominibus deo
non places Si non places non placas Cur ergo ut dixi sacer:
dos si Quin vero quod addidi placere intendis non mundo sed deo cur
qualis populus talis et sacerdos Et infra Clamat in terra non
vrveste preciosa clamat impalliis ad feminas Ut exubescat in se de:
prehendi sacerdos domini quod in femili quoque sexu audit reprehendi An
forte nulla tunc confusio si plus ego submusitare despicio Nunquam
et si ego non loquar, sua utiqz non loquitur consciencia Et si alius
audaciore ore non quid de aplo ut ego non de ewangelio non de
propha non denique quippiam ecclasticum sed illud tantum gentilium ingerat
Dicite pontifices non quid in sancto sed in freno quid facit aurum
hoc eciam me tacente et si non cuzla regum tum penuria pau:
perum clamat Sileat lingua fama sed non fames Fama quidem
silet quia non potest mundus odisse vos Nam quo mundus arguet petim
a quo potius laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus
benedicitur Clamat vox nudi clamat famelici conqueruntur et dicunt
Dicite pontifices in freno quid facit aurum Nunquid aurum a freno
repellit frigus sive esuriem Nobis fame et frigore miserabiliter
laborantibus quid confert tot mutatoria vel extensa in perticis
vel plicata in manticis Nam est quod effunditis Nobis subtrahitur
Quod inaniter expenditis Et nos enim dei plasmatio et nos
sanguine redempti sumus Vos ergo fratres nostri Videte quale sit
de fratrum vestrorum pascere oculos vestros Vita vestra cedit vobis
in superfluas copias nostris necessitatibus debitum Quicquid accedit
vanitatibus vestris Duo denique mala de una prodeunt radice
cupiditatis dum et vos vanitando peritis & nos spoliando
perimitis Iumenta ceduntur onusta gemmis et ura non curate
crura Nuda calligulis anuli baculo tintinabula & clauate
quod corrigie multa qz talia tam preciosa coloribus quam ponde:
ribus preciosa mulorum dependent ceruicibus Fratrum aut
lateribus ut semicincta misanter apponitis Huc accedit
quia hanc omnia nec negotiatis studio nec pro manuum exercitio
vobis elaborastis Sed ut iure hereditario possideres nisi forte
et vos in corde vestro dixistis hereditate possideamus sanctuarium dei
Et hi pauperes non quidem coram deo tum sed tum corda loquuntur
clamant Nec enim audet aperte causari adversum vos quibus
interim pro sua vita necesse habent plorantes supplicare Ceterum
in futuro stabunt in magna constancia adversus eos qui se angu
stiauerunt et qui abstulerunt labores eorum Stante quippe pro
eis patre orphanorum & iudice viduarum Respondit in tue vox
exit Tandem non fecistis vni ex minimis istis nec mi fecistis
absit ut talibus quis putet honorificum ministerium suum Sed
potius castitate caritate & humilitate que & si nullis appareant
fucata coloribus spectabilia tamen sunt nullis quam coloratis

sed non et nullius decoris non medioctis enim sunt decoris qui diuinos
quoque delectare possunt aspectus etc. Talis ducis in hac via
qua ambulamus vellemus habere sed quos habemus longe dissimiles
experimur. Bernardus super cantica sermone lxxviii°. Non omnes
sunt amici sponsi qui hodie sponse hinc inde assistere cernimus
et ut vulgo aiunt eam quasi addextrare videntur. pauci
admodum sunt qui non que sua sunt querant ex omnibus tamen eius
diligunt munera ut possint pariter diligere xpistum quia manus
suas dederunt mamone. Intuere quam incedunt nitidi et ornati
circumamicti varietate tanquam sponsa procedens de thalamo suo.
Nonne si quempiam talium repente eminus procedentem aspexeris
sponsam potius putabis quam sponse custodem. Unde vero hanc
illis exuberare existimas rerum affluentiam vestium splen-
dorem mensarum luxum congeriem vasorum argenteorum
et aureorum nisi de bonis sponse. Unde est quod illa pauper et inops
et nuda relinquitur facie miseranda inculta hispida exanguis.
Ideo non est hoc hodie exornare sponsam sed spoliare non est custo-
dire sed perdere non est defendere sed exponere non est instruere
sed prostituere non est pascere gregem sed mactare et deuorare. Dicit
de illis dominus qui deuorant plebem meam ut cibum panis. Et
alibi quia comederunt Iacob et locum eius desolauerunt. Et in alio
propheta peccata populi mei comederunt etc. dicat peccatorum precia exigunt
et peccatoribus debitam sollicitudinem non impendunt. Idem sermone
34 ornati incedunt etc. vide ibi per longum plurimum. Et sermone 23
Timeat clerici timeat ecclesie ministri qui in terris sanctorum quas
possident tam iniqua gerunt ut stipendiis que sufficere debeant minime
contenti superflua quibus egeni sustentandi forent impie
sacrilege que sibi retinent et in vsus suae superbie atque luxurie vi-
ctum pauperum consumere non verentur. duplici profecto iniquitate
peccantes quod et aliena diripiunt et sacris in suis vanitatibus
et turpitudinibus abutuntur. Talibus cum impune iam parce-
at misericors videre etc. nunc est valde ne iusto licet occulto dei iudi-
cio fiat ut eis metum non parcat nec misereatur. Pauerdum
valde quod dicitur 26 de hinguinis legi ubi loquitur et ad angelos
suos deus precipit, ait. misereamur impio quibus parcentibus ceteris
quentibus. Non ergo discet facere iustitiam non ingerent subdentes
iniquam ait propheta terram sanctorum inique gessit et non videbit gloriam
domini. Pro quorum euidentia aduertendum. Utrum circa habitum
exteriorem sit virtus vel vitium. Dicit sanctus Thomas in 2a 2e
q. 169. quod in rebus exterioribus non est aliquid vitium de per se
sed ex parte hominis qui eis immoderate vtitur. Hec autem immoderantia
potest dupliciter attendi. Uno per comparationem ad consuetudinem hominum cum
quibus aliquis viuit ut portando vestes contra mores et con-
suetudinem eorumdem. Et hec immoderantia nimis est vitanda. Nam
Augustinus in 3o Confessionum dicit contra mores et consuetudines illorum
cum quibus habitat portare vestes excogitatas flagitiosum est et
nimis turpis est enim pars non congruens suo toti. Aliud potest
esse immoderantia considerari circa ad vsum talium rerum ex inordinato
affectu vtentis contingit enim quandoque quod homo nimis libidinose ta-
libus vtitur. Unde dicit Simon de Cassia culpa processus vestium
magis aut caritatis vanitas superbia. que ab ipsa processit procedunt
culpa ut in seipsis inculpata manerent sed culpam maxime cause
fuit tolerare. Unde processus vestium in quibus si vilia
pauperibus erogarent si non hactenus vexarentur si non superbia
tumescerent etc. Quod dicit Augustinus lib. 3o de doc. xpiana. In vesta rerum

vestimenta

oz abesse libidine que non solum eorum int quos viuit consuetudine neglectis abutitur. sed sepe fines eius egressa. feditatem suam intrinsecus latentem manifestat. Hec aut inordinacio circa res exteriores dupliciter contingit. scilicet quantum ad habundanciam et defectum Quantum ad habundanciam 2x contingit. Primo quando quis ex superfluo vestitu querit humanam gloriam neglecta. Sunt enim nonnulli qui sibi multiplices acquirunt vestes ut plus ab hominibus honorarentur propter vestes quam propter virtutes. et hoc est vicium. Vnde Gregorius in omelia de diuite dicit. Si preciosarum subtilium que vestium cultus culpa non esset. nequaquam sermo diuinus tam vigilanter exprimeret quod diues purpura et bysso indutus apud inferos torquetur. Nemo quippe vestimenta preciosa nisi ad inanem gloriam querit. ut honoratior ceteris esse videatur. Nemo enim preciosis vult vestibus indui ubi non possit ab aliis videri. Vnde innocentius libro de miseria condicionis humane de quodam philosopho narrat. quod cum in habitu contemptibili principis aulam adysset et per quosdam aquocies admissus non fuisset. tunc assumpsit habitum ornatum. et ad primam vocem ei patuit aditus. Cumque attendens ad principem pallium quod gestabat deuote cepit venerari. Super quo miratus princeps. circa hoc aliquid inquisiuit. Cui philosophus respondit. honorantem me honoro. quia quod virtus non potuit. hec vestis obtinuit. Et subdit. o vanitas. plus vestes quam virtutes ponderantur Secundo quando superfluum vestimentum querit delicias. quoniam vestis corporalis ordinata est ad corporis sustentacionem. et ideo est vicium Tercio quando nimiam solicitudinem apponit ad exteriorem vestitum et sic iterum est vicium etiam si non sit aliqua inordinacio ex parte finis. Sed huiusmodi inordinacio quantum ad defectum potest 2x contingere Primo. ex negligencia hominis. qui studium vel laborem non adhibet ad hoc quod vtatur exteriori cultu. Nam secundum philosophum 7o ethicorum. ad exteriorem ornatum mollicie pertinet quod aliquis trahat vestimentum per terram ut non laboret ipsum eleuando. Secundo potest esse defectus in hoc quod homo cultus exterioris defectum ordinat ad inanem gloriam seu iactanciam. Nam secundum Augustinum in libro de sermone domini in monte Non in solo rerum corporalium nitore sed pompa. sed etiam in ipsis sordidibus et luctuosis potest esse iactancia. et eo periculosior. quo sub nomine seruitutis dei homines decipit. Sic ergo superhabundancia et defectus. vitanda sunt quantum ad inordinacionem iam dictam Ex quibus patet quod circa luxum vestium quinque superflua inueniuntur scilicet multiplicitas. sumptuositas. curiositas. indecencia. et ornatio Primo specialiter multiplicitas vestium siue mutatoriorum iuxta varietatem dierum vel festorum repleta. quibus multi pauperes vestirentur Non dominus sit aliena rapere conuinci. quisquis vltra necessitatem superflua retinere comprobatur Et Augustinus in quodam sermone de elemosina de seipso querulose dicit. Timeo quod aliquando vestimentorum mea que pauperibus erant eroganda. sint a tineis per negligenciam consumpta Timeo ne contra me sint proximi in die iudicii proferantur. Vnde multis dici potest illud Iacobi 5o vestimenta vestra a tineis comesta sunt. aurum et argentum vestrum eruginauit. et erugo eorum erit vobis in testimonium. et manducabit carnes vestras sicut ignis Secundo sumptuositas siue preciositas que respicit precium luce 7o Ecce qui in preciosa veste sunt et in delicys in domibus regum sunt. Indignum enim est cadaver putridum tam preciosis vestibus ornari. quibus multi pauperes possent sustentari. Quod prohibet apostolus specialiter mulieribus 1. Thy 2o dicens. mulieres cum verecundia et sobrietate ornantes se. non in tortis crinibus auro et margaritis aut veste preciosa Et beatus petrus 1. canonica 3o c. dicit. mulieres subdite sint viris

quarum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut vestimentorum cultus. Contra contemporaneos hic, de quibus Ysaye 3o decaluabit dominus et cetera. Ulterius est curiositas que respicit studium ornatus. Multi enim ut dictum est plus student ad ornatum vestium quam virtutum. Contra quos dicit Augustinus Non affectetis placere vestibus sed virtutibus seu moribus. Et Cyprianus dicit auro et margaritis ornate cordis ornamentum perdiderunt. Quia in talibus exterior habitus attestatur vanitati cordis interius, secundum Bernhardum dicentem Quia thezaurus cordis sine dubio venit compositus foris apparet. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori et exterior superfluitas interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta molliciem indicant animi. Non tamen curaretur corporis cultus nisi prius ne: glecta fuisset mens inculta virtutibus. Et aliter etiam ornati carent hunt dotes sui corporis et ideo in futuris eius carebunt. Hic enim fulgent et ideo cum iusti fulgebunt sicut sol ipsi denigrabuntur. Et tales pauonibus assimilantur quibus pulcritudo pennarum est causa superbie. Notandum tamen quod illi qui in dignitatibus constituuntur vel etiam ministri altaris preciosioribus vestibus induuntur quam ceteri non propter suam glo: riam sed ad significandam excellenciam sui ministerii vel cultus diuini propter quod in eis non est viciosum. Unde dicit Augustinus 3o de doctrina christiana Quisquis sic utitur exterioribus rebus ut metas consue: tudinis bonorum inter quos versatur excedat aut quid significat aut flagiciosus est. Quia sed propter delicias vel ostentacionem talibus utatur. Similiter etiam ex parte defectus contingit peccatum non tamen semper quia qui vilioribus quam ceteri vestibus utitur peccat si enim hoc faciat propter iactanciam vel superbiam ut se ceteris preferat. Vicium superstitionis est secundum philosophum 4o ethicorum et superhabundancia et inordinatus defectus ad iactanciam pertinet. Si vero faciat hoc propter maceracionem carnis vel humiliacionem spiritus ad virtutem temperancie pertinet. Unde dicit Augustinus ubi supra Quisquis restrictius rebus utitur quam se habeant mores eorum cum quibus viuit aut temperans aut superstitiosus est. Precipue vero competit vilibus vestimentis hiis uti qui alios verbo et exemplo ad penitenciam hortantur sicut fuerunt prophete de quibus loquitur Apostolus ad Hebreos xi Circuierunt in melotis et pellibus caprinis et cetera. Unde dicit Crisostomus glosa Mathei 3 Qui penitenciam predicat habitum penitencie predicat. Ornatum est indecencia que respicit ordinem vel statum persone. Non enim decet quemlibet uti indumentis regalibus ut scilicet secula: ribus Sophonie primo Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina. Quintum est ostentacio que respicit vanam gloriam et lau: dem. Tales enim plus diligunt alios quam se quia tantis preciis pascunt oculos alienos. Contra illud Ecclesiastici xi In vestitu ne glorieris unquam quia secundum Crisostomum super Mathei Sine vestimentum ad tria pertinet aut ad pompam visionis aut ad delectacionem corporis aut ad tegumentum nuditatis. Prima duo non conveniunt seruis dei sed tamen tercium secundum id Apostoli prima Thimothei 6o Habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus et cetera.

Et omnis gubernator et omnis qui in locum nauigat et naute et qui in mari operantur longe steterunt et clamauerunt videntes locum incendii eius dicentes Que similis ciuitati huic magne. Et miserunt puluerem super capita sua et clamauerunt flentes et lugentes et dicentes Ve ve ciuitas illa magna in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de preciis eius quoniam vna hora desolata est. Proposito de speciebus fletus et planctus regum et negociatorum terre hic subditur de specie planctus et fletus negociatorum in mari. Ubi primo premittitur planctus de specie. 2o modi plangendi specificatio ibi Et miserunt

tre planctus tanta vel res ibi In vna hora &c. Dicit ergo Et omnis gubernator secundum haymonem hic superius appellantur reges vel negociatores terre. hic appellantur gubernatores navium. Et naute scilicet omnes seculi cultores qui gaudebant in malicia et impietate quando se timent videntes ruinam sue spei. omnis autem gubernator ait quantum ad principes Et omnis qui in locum vel in longum navigant secundum aliam litteram quantum ad illos qui navigant in locum determinatum. Unde glosa aliquid certi desiderat Et naute quantum ad illos qui in mari serviunt Et qui in mari operantur scilicet navigando vel ad navigandum fabricando. longe steterunt scilicet voluntate vt iam expositum est. quia a participacione illius elongari desiderabunt secundum Richardum Vel longe stabunt a sua navigacione quia iam illam amplius exercere non poterunt Vel sicut in hoc mundo longe steterunt a deo per culpam. ita tunc longe stabunt in inferno per penam interminabilem Et clamaverunt vel clamabunt videntes locum incendii eius scilicet per iudicium suum. quia per presentes tribulaciones angustias futurarum penarum noticiam consequuntur vt eciam expositum est supra eciam dicentes Que scilicet civitas similis civitati huic magne vel malorum communitati magne in gloria et honore Et dicat Nulla civitas illi in magnitudine honore equari potest Vt enim ait haymo Oculi carnales nichil magni noverunt nisi quod corporeis oculis intueri possunt Et ideo comparacione vite presentis eciam celestia despiciunt. plus enim diligunt mundum quam deum. plus amat fallos quam angelos. terrena peregrinacionem pro patre celestis habitacionis deputant Salute corporis dicunt pro summa felicitate Aurum et argentum et lapides preciosos ponunt vite commodis Et ideo comparacione presentium gaudiorum nichil estimat esse illa et dicunt Que similis huic civitati magne. quia dicet nulla Sed pena aperiet oculos quos culpa clausit Job xi. Aperiet oculos et nichil inveniet. Et ideo in pena recognoscet nullam esse gloriam quam amaverunt Et ideo sequitur Et miserunt pulverem super capita sua scilicet ad similitudinem penitentes Et clamaverunt flentes et lugentes. non tamen hoc facient vt vere penitentes sed ut de presentibus dolentes. Sed plangent scilicet reprobi in fine imminente dampnacione. et amissas delicias et imminentes penas Vt eciam supra dictum est sufficienter Per pulverem autem secundum glosam concupiscencia terrenorum signatur. qua ponet super capita vel super mentes suas Ysaye lxvii. Serpenti panis pulvis eius Ezechielis xi. Supiaciet pulverem capitibus suis Et Michee primo [illegible] pulverem sicut serpentes Secundum haymonem capitis nomine sepe principalitas mentis in sacro eloquio designatur. Per terram autem terrena cupiditas denotatur Reprobi ergo pulverem terre super capita sua mittere est terreno amore ne celestia possint intueri mentis sue oculos corrumpere Deflent ergo reprobi ruinam civitatis magne scilicet bu [illegible] non cessat terrena concupiscere. divinis scilicet immoderate terrenis rebus inhiat. qui pulvere terre suos oculos excecant ne celestis patrie gaudia valeat intueri Vel aliter secundum eundem capita plurium reproborum possumus intelligere principes eorum secundum illud Capitaneos capita populi Cum enim viderint se reprobi iam in iudicio constitutos et dampnatos tunc ponet pulverem terre super capita sua. hoc est facie suorum principum exprobabunt a quibus seducti sunt. vt terrena diligerent. pro quibus tunc pereunt Iusti autem mittunt pulverem super se ex vera cognicione sue fragilitatis et vanitatis humilitatis. sicut faciunt in principio xl vere penitentes Michee In domo pulveris pulvere vos conspergite Job x. In pulverem reduces me Ponunt eciam super se pulverem ex pia compassione super afflictionibus aliorum

Job 2° Sparserunt pulverem super caput suum xviii capitulo Job Et sequitur videbant enim dolorem eius vehementem et clamaverunt scilicet reprobi
flentes interius et lugentes exterius dicentes ve ve ob penam anime
et corporis nobis expositum est. Civitas illa magna scilicet reproborum mul:
titudo in qua divites facti sunt scilicet divitiis temporalibus omnes habent
vel habebant naves scilicet de regione in regionem discurrentes divites
inquam de preciis eius scilicet conducendis vel de mercibus que precio emebat
superadditis negotiatores enim sive navigatores in hoc seculo quique
scite dicuntur ex hiis quod navigio non solum de loco ad locum vehuntur
sed eciam de regione ad regionem Et vita fiebat temporibus Salomonis cuius
classes ibant semel in tribus annis in offir et afferebant inde auri
talenta ~~quingenta~~ quadringenta viginti et multis aliis speciebus que
in terra ista non poterant reperiri ut habetur 3 Reg ix Sic sit
usque eciam modo ut de hiis navigatoribus et eorum divitiis dicitur
Ezechiel 27 Repleta est et glorificata nimis in corde maris. Et
infra dicitur ve ve quoniam una hora desolata est vel subito adve:
niente die iudicii reprobatorum transit in nichil et gloria eius
1 Johannis 2° Iter perierunt divicie in die ultimo xviii xi Et
in ps. Neque descendet cum eo gloria eius Sit ergo sicut ex predictis
quod isti reges sic plangentes et flentes significant superbi et elati
Et negotiatores terre voluptuosi et lascivi viventes secundum con:
cupiscentiam carnis Et gubernatores maris cupidi et avari sectantes
concupiscentiam oculorum Et et earum gloria et voluptuosorum lascivia
et cupidorum aggregata affluentia cessabunt et peribunt et ipsi
flebunt et plangent in eternum non solum tantum divitiarum
set eciam perpetuam et inpensam ruinam huius seculi et sua da:
mnationis Job v° Vidi stultum firma radice et maledixi pulchri:
tudini eius statim Super quo Gregorius ut medium dicit Stultus in terra
firmitur qui totis desideriis in terreno amore solidatur Et ibi introducit
Et primus Cayn civitatem extruxisse describitur qui in terra fun:
damenta posuit quia a soliditate superne patrie alienus fuit qui firma
radice stultus attollitur cum hic temporali prosperitate fulcitur ut omne
quod appetit assequitur adversa nulla sustineat contra infirmos
sine repugnacione prevaleat Cum agentibus ex aucte conducat ad maiora
cumoda ex periculi semper accione perveniat et unde viam vite deserit
inde ad tempus felicior vivat Certus in tormentis atrociter obruetur
quo altius in presentibus elevatur qui transit quod extollitur permanet quod punitur
qui honora in via in precium dampnabilis et qui per amena prata
ad carcerem pervenit qui per prosperitatis vite prospera ad interitum
tendit Et ibi multum de hoc Christice vero eorum cum finit gloria pena
malorum prelatorum hic finitur Gubernatores vero hic dicit prelates
maiores ut episcopos qui navem ecclesie regunt quibus dicit apostolus Actuum xx
attendite vobis ~~et~~ et universo gregi in quo posuit vos spiritus sanctus
episcopos regere ecclesiam dei quam acquisivit sanguine suo Ducere officium
est educere navem a terra vel eciam a terrenis curis elongare
ut sic turbas doceat de navi exemplo Salvatoris de quo dicitur Luce v°
Et ascendens in navem Simonis rogavit eum a terra pusillum
reducere et sedens in navicula docebat turbas Navigantes autem
in locum vel in longum secundum glossam dicuntur illi qui ad maiores
prelatos aspirant ut decani archidiaconi etc de quibus dicitur Eccli xlix
Qui navigant mare enarrant pericula eius et audientes auribus
nostris non admirabimur Nautas vero vocat minores ut plebanos
de quibus Ezechiel 27 Gubernatores tui et senes Biblii et prudentes
doctores theologi habuerunt nautas ad ministerium varie suppellectilis
tue Et 3 Regum ... naves maris vel tote prochiales et naute earum

fiunt in pelo negotiacionis. Operantes autem in mari dicuntur predica-
tores. De quibus in ps. Qui descendunt mare in navibus facientes
operacionem in aquis multis .i. in doctrinis vel populis multis. Hii
dum officia sua negligenter et perfunctorie implentes longe
stabunt a suis placentibus degradati et in profundum inferni detrusi
1 Cor xv. Deinde sunt cum videbit regnum deo patri cum eva-
cuaverit omnem principatum et potestatem et virtutem Ezech. 21. Gu-
bernatores tui et naute qui tenebant supellectilem tuam et populo
tuo preerant cadent in corde maris in die ruine tue. A sonitu
clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes et descen-
dent de navibus suis omnes qui tenebant remum. Naute et uni-
versi gubernatores tui in terra stabunt et eiulabunt super te vo-
ce magna et clamabunt amare. Et hic dicitur in lcra et clamaverunt
scilicet pre dolore et timore videntes locum incendii .i. inferni succensi igne
et sulphure ut dicitur infra 21 dicentes scilicet cum stupore: Que similis civitati
huic magne .i. mundanis prelatis qui sunt in tanta gloria et modo
sunt in tanta miseria. Ezech. 21. Que est ut tyrus que ob-
tinuit in medio maris. Causa autem huius dampnacionis est amor seu
cupiditas terrenorum de qua subditur. Et miserunt pulverem super
capita sua .i. in mente habuerunt terrena non spiritualia per amore
quadam fuerunt in hoc mundo. Et clamaverunt .i. clamabant pre nimio
dolore flentes pro pena sensus et lugentes pro pena dampni
Vel .i. gemine dolentes dicentes ve ve. Duplex ve duplici
fletui respondens. Civitas illa magna in qua divites facti sunt omnes
qui habebant naves in mari et habentes naves in mari sunt recto-
res ecclesiarum in mari huius seculi fluctuancium qui modo ditantur de preciis
navium .i. de redditibus ecclesiarum Ezech. 21. In multitudine divi-
ciarum tuarum et populorum tuorum ditasti reges terre .i. principes
ecclesie. Ideo et ipsi dicitur illud Zach. xi. Benedictus dominus quia divites facti
sumus. Sed tunc scilicet in alia vita fient miseri et pauperes. Sed nec tunc
ecclesie sunt vere divites scilicet quasi divites quia divicie quas habuerunt cito de-
fecerunt nec eas secum ferre potuerunt. Prov. 13. Est quasi dives cum nichil
habeat. Ps. Simul insipiens et stultus peribunt et relinquent alienis
divicias suas et sepulcra eorum domus eorum in eternum. Item Ne
timueris cum dives factus fuerit homo et cum multiplicata
fuerit gloria domus eius quoniam cum interierit non sumet omnia secum
neque descendet cum eo gloria eius. Sed homo cum in honore
esset non intellexit ideo comparatus est iumentis insipientibus et similis factus
est illis. Iob xx. Laus impiorum brevis est et gaudium ypocrite ad
instar puncti. Et xxi Ducunt in bonis dies suos et in puncto
ad inferna descendunt. Ps. Dormierunt sompnum. Ieremie 17. Perdix
fovit que non peperit fecit divicias non in iudicio et in dimidio
dierum suorum insipiens erit .i. apparebit. Unde subditur Quoniam
una hora .i. cito vel subito die mortis vel iudicii adveniente
desolata est scilicet omni gaudio et spe destituta. Nam post diem iudicii
reprobi omni gaudio erunt destituti. Ieremie 24. Perdam ex eis
vocem gaudii et leticie. Et quantum periculosus sit status prelatorum
et rectorum ecclesiarum et precipue curatorum negligentes et perfunctorie
officia sua implencium. Signum attendit ad periculum in prelatis
quia non solum pro suis sed pro subditorum criminibus subiacent
penis eternis. Ideo Respondere obediendo prepositis vestris ipsi enim pervigi-
lant quasi racionem reddituri pro animabus vestris. Ad Hebr. 13. Sed aliter ei
qui unum et unicum scandalizaverit expedit ut mola asinaria suspenda-
tur collo et demergatur in mare. Matt. xviii. Ille qui non solum
unum vel duos sed tantam multitudinem perdiderit quia putatis penam qua
sustinebit. Numne Heli pro filiorum culpis illud triste iudicium est perpessus
1 Reg. 4.

Nonne Moyses vir ille mitissimus et dei familiaris terram promissionis non attigit, propter unam plebis [il]legitatus Num. xx. Sed forte aliquam ignoranciam allegasset, quod peccata populi nescierat. Hinc Johannes Crisostomus audiatur de libro qui dicitur de dignitate sacerdotali sumpta. Dicit enim Neque inpericiam causari poterit neque ad ignoranciam convolare, neque necessitatem apponere, vel aliorum coactu. Sed citius puto aliquem laycorum, qui gehenne pro peccatis suis preterit obnoxius, hoc adiuvandum esse suffragio, quam sacerdotem, scilicet tamquam accusatur pro aliorum delictis. Ille qui fuerat constitutus ut aliorum ignoranciam emendaret et dyaboli denunciaret insidias, ignorancia se defendere non valebit neque dicere: non audivi tubam, neque previdi prelium esse venturam. Ecce attendit ad articulum quantitas pene, quod acrius punientur prelatorum culpe. Propter hoc Jerusalem prophete quamvis ceteris gentibus increpabat, quia pro ea accepta iusticia peccantes maiora peccata meruerat. Offere iubet lex sacrificium pro sacerdotibus ignorancia quantum pro totius populi culpa Levitici sicut Crisostomus dicit. Tanto indiget robore sacerdotibus auxilio quanto simul universa populi multitudo. Non video quod indigent ampliori sacrificio sacerdotes, sed plus expiari nisi quia maiores debent eorum culpe censeri. Gramorensis aut Kassafrit non condicio vel genus operis, sed dignitatis faciatis officialis sacerdotium quibus nichil erat quam cum officio sacerdotali, tamen propter honorem quantum multo feriori, et aliis mulieres in concilio etiam cum fraternitates subiciebant ultorem. Ex honoris considerandum procedit quod dum subdituri magis, presidentem vero feneriis punit et insuper, non soli sacerdotes, dum propter parientur in suo peccato, sed inferiorum animas inficiunt que illorum corrumpuntur exemplis. Tercio attendit ad articulum difficultas regendi, quia sicut enim omnium hominum corpora constituuntur lex eisdem elementis, tamen propterea quoddam temperamentum est in omnibus complexionatis, contrariis aliis et aliis, in medicamentis et alimentis indiget aliis et aliis. Ita aliter et aliter exhibit se hic prelatum, cum mores varios subditorum alios ut corrigit consolacio, alios increpacio, et horum aliis competit coram aliis increpari, aliis secrecius ammoneri. Si vero unum animal ex multis compactum animalibus vel specie vel qualitate distinctis, magnis et parvis, domitis et indomitis, commendetur homini ad servandum et mores existerent, cum animalibus in illo corpore uno sit compactum, nec eisdem pabulis agerentur, ut eodem cibo et potu uterentur, his demum ipsis modis quibus unum ad mansuetudinem provocaretur, sed in aliud ad furorem suscitaretur, et quantum industrie et laboris custodem illius animalis oporteret impendere, ut illud corpus ita regeret ut ipsum ex tanta diversitate compositum in pacis unitate et tranquillitate persisteret. Sic est de sacerdote maximo curato, de quo videtur totus ii liber beati Gregorii de cura pastorali. Quarto attendit ad articulum si non habeat perfectionem virtutis dotibus non patitur, sed ne quid corporalis vicii habeat hostia, vel sacerdos diligentissime prosecutum. Perfecto apparet ex figuris quod universali perfectione et puritatis esset decet in signum legis sacerdotibus et ministre non qualis in populo, que dicitur perfecto sufficiente, sed eminencior generacionem, tunc sunt eadem, ut etiam vita omnibus ut vultum lustrellarum omnis est splendor, ita ut subditorum atque rectorum una perfecto. Unde est quod Saul ab humero ad sursum eminebat super ceteros Hebreorum.

i. Reg. x.

ymo sicut dicit crisostomus in libro de dignitate sacerdotali Tanta est differencia inter rationalia
et bestias que racionis officio non vtuntur tanta debet esse differencia inter rectores
et ceteros qui reguntur aliequin prelati sunt pastores et oves subditi mi:
nime dicentur Hec est quod vniversaliter per quam sacerdotes domini
totum se subditorum populum exteriori opere allicerent ad virtutes Quam quidem velle
perfectum quod minimis est difficile accipere Ideo viro sancto non fuit curam
pastoralis officii terminis et securius est latere et seipsum lucrari Vnde Gregorius
Nazarenus in apologetico de se scribit dicebam inquit apud memet:
ipsum navigent alii et ingentium lucrorum spe subeant marina discrimina
mihi iocundius est super solidam terram stanti exigui cespitis sulcis
herbam frumenti colligere et in egenis rebus tenuem victum ducere
quam periculis diuicias in fluctuum periculis querere Sorcesibus quippe et pote:
ntioribus dampnum est non officia maiora administrare neque ergo plu:
rimos exercere virtute sed in parvis rebus et modicis coartari Ve:
lut si quis ingenti lumine lampade locum parum glarius illuminet
aut arma potencia et valida exiguo velit corpori exilibus membris
inserere operarius autem est turris paruum omnibus Et non super vires levare
ne vel derisui fiant simul et periculum subeant Hec ut turrim
quidem edificare conuenit alii nisi sedi cum inpense que perficiendi sibi sint
Luce xiiii Sed qui est in officio pastorali constitutus debet seipsum salvare
et alios lucrifacere Vnde servus evangelicus non excusatur sed accusat
quod talentum servavit in terra defossum cum reddere debuisset multipli:
catum Math 24 luce 19 Requiritur enim a Cayn de Abel fratre
suo Gen 4 Et vniuscuique mandavit deus de proximo suo Si vero incumbit
hoc ipsum facere ex caritate alteri vel ex iure maxime ei qui tenetur
semen fratris mortui suscitare Non enim inmunes sunt fratres fratrem Joseph
nisi adduxerint secum suum minimum Gen 42 Et maledicitur qui abscon:
dit frumentum in populis Vnde et super caput vendencium Prov xi
Vnde dicit crisostomus in vltimo libro de dignitate sacerdotali Non est facile in
pelagus immensum ingredi et flumina navigio currere cum adnavigare
non possum Sufficit si me salvare ac de tempestate potero liberare
pastoribus autem et prelatis hic curam habent animarum non sufficit vt
vnusquisque salvet animam suam Vnde per Gregorium in pastorali ex:
ponentem tintinnabula cum quibus sacerdos legalis sanctuarium ingre
diebatur extenuentem deum contra se iram si in prelato evangelico curam
animarum habente sonus predicacionis non auditur propter hoc enim eis assignantur
redditus vnde viuant vt zelum animarum verbo predicacionis ostendant
vt pascant verbo erudicionis indoctos verbo consolacionis pusillanimes
et desolatos verbo correctionis dubios et errantes verbo increpacionis
et obiurgacionis inobedientes et rebelles verbo exhortacionis pigros et desides
ne sint canes muti qui propter inerciam latrare non valent vel propter
malam vitam erubescunt vel propter ignoranciam nesciunt Nubes inquit
Judas apostolus sine aqua qui subditos non irrigant pluvia doctrine
Arbores autumpnales que fructum promittunt et non faciunt quia si facere
incipiunt ad maturitatem non perducunt Bis mortue quia mortui sunt
in seipsis et moriuntur in subditis Tot enim mortibus moriuntur quot
mortalibus peccatis per eorum negligenciam eorum subditi occiduntur
Arbores eradicate scilicet a civium celestium societate

Exulta super eam celum et sancti apostoli et prophete quoniam iudicavit deus
deus iudicium vestrum de ea Et sustulit vnus angelus fortis lapidem
quasi molarem magnum et misit in mare dicens hoc impetu mittetur
Babilon magna illa civitas et vltra iam non invenietur Et vox
citharedorum et musicorum et tibia canencium et tuba non audietur

in ea amplius Et omnis artifex et omnis ars non invenietur in te
amplius Et vox mole non audietur in te amplius Et lux lu
cerne non lucebit tibi amplius Et vox sponsi et sponse non au:
dietur adhuc in te Quia mercatores tui erant principes terre
quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes Et in ea sanguis
prophetarum et sanctorum inventus est et omnium qui interfecti sunt in terra
Tercia pars principalis huius capituli In qua posita recitacione dampnacionis
ipsius babilonis et descripcione planctus et doloris reproborum de sua
dampnacione subditur sanctorum congratulacio et mutua exhortacio ad
congaudendum de equitate divinorum iudiciorum in dampnacione eius babi:
lonis Et dividitur in tres partes Primo ponitur mutua sanctorum invitacio ad co
gaudendum 2o huius causa vel racio ibi Quia iudicavit etc 3o tercio
modus dampnacionis describitur ibi Et sustulit unus angelus etc 4o causa
dampnacionis replicatur ibi Quia mercatores tui etc Quantum ad primum
dicit Exulta super eam celum Vel secundum aliam literam Exultate super ea
celi id est angeli divinorum secretorum conscii qui gaudebunt de liberacione
generis humani Et sancti apostoli scilicet a filio dei missi per quos firmantur
predicatores novi testamenti Et prophete per quos firmantur predicatores veteris testamenti
sic distinguit Richardus scilicet qui in hoc mundo pressuras huiusmodi et
futura mala prudentes sapienti consilio Unde Glossa Quoniam pertexit
Johannes dampnacionem futuram impiorum hic monet bonos exultare
ut concordent divino iudicio quoniam huius dampnacionis sequitur eorum remune
racio Et Augustinus haec enim perpetuat salos in evo Amate et diligite
inimicos vestros benefacite hiis qui oderunt vos et orate pro persequentibus et
calumpniantibus vos ut sitis filii patris vestri qui in celis est qui solem
suum oriri facit super bonos et malos Dicendum est quod hic hortatur celum
vel celos apostolos et prophetas id est omnes sanctos ut gaudeant de reproborum
dampnacione Et Augustinus dicit Et non de perdicione reproborum iubentur letari
sed potius de iusto dei iudicio Unde cum dixisset Exultate celi et
sancti apostoli et prophete protinus subiecit Quoniam iudicavit dominus deus
iudicium vestrum de illa scilicet babilone id est impia malorum multitudine
Ut sicut illa vos oppressit iniuste ita nunc ipsa iuste opprimatur
a deo iudice Ysaie 33 Ve qui predaris nonne et ipse predaberis
Ve qui spernis nonne et ipse sperneris Et cum consummaveris depredari
depredaberis Et Nicholaus dicitur quia caritas numquam excidit
1 Cor xiii Et in patria maior erit caritas sanctorum Ysaie 32
Dixit dominus cuius ignis est in syon et caminus in Ierusalem Si ergo
caritati est essencialis compati afflictionibus aliorum et orare pro
omnibus sicut fecerunt in seculo in patria Ad hoc Augustinus Gregorius 9 in
moralium circa medium exponens illud Job xli Estimabit abyssum
quasi senescentem dicens Sicut causa est cur non oretur tunc pro
hominibus eterno igne dampnatis que nunc causa est cur non oretur
pro dyabolo et angelis eius Sancti ergo orant pro inimicis eo tempore
quo possunt ad fructuosam penitenciam eorum corda vertere atque conver
sione salvare sicut illis Exultant ergo sancti quia iusto iudicio condemp
nantur Non quod congaudeant illis sed de eius iusto iudicio non exul
tarent Gaudent enim quia dominus illi perit istorum gloria appropinquat
Unde cum dominus ruinam futuris mundi sicut describit in evangelio
Luce xxi expositis statim subiecit hiis autem fieri incipientibus
respicite et levate capita vestra quoniam appropinquat redempcio vestra
Unde dicit Gregorius in omelia Ac si aperte diceret ex mundi desolacione

fine eius appinquare cernitis Respicite et levate capita vestra v(e)l
exhilarate corda, q(uia) dum finitur mundus tunc amici non estis
prope sit redemptio quam quesistis. Et hic subdit(ur) exultacionis
causa vel vero cum dicit(ur), quoniam indicat d(omin)us deus indic(iu)m n(ost)r(u)m
de ea hoc est illud indicium qd anime sanctorum sup(er) vi(sio)n(e) sub al
tari dei clamabant dicentes, v(sque)quo d(omi)ne s(an)c(tu)s et verus non
indicas et vindicas sanguinem n(ost)r(u)m de hiis q(ui) habitant in terra
Indicat inquam indicium n(ost)r(u)m v(e)l damp(na)t(ur) eam iniuste que nos da
mpnandos iniuste et que nobis temporalem intulit mortem nunc etiam
sentiet gehenne penam Et de hoc hon(orius) similit(er) aug(ustinus) xxi de ci
dei c(apitul)o 23 dicit Hec causa qua fit ut nunc eccl(es)ia non oret
pro malis angelis quos suos esse novit inimicos eadem ipsa causa
est qua fiet ut in illo tunc iudicio eciam pro hominibus eterno
igne cruciandis quamvis perfecta sit sanctitate non oret Nunc ergo
propterea pro eis orat quos in genere humano inimicos, q(uia) tempus est
penitencie fructuose. Nam quid maxime pro eis orat nisi ut
det illis d(omin)us penitenciam ut ap(osto)l(u)s dicit ut resipiscant de dyaboli
laqueis a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem Deinde
si de aliquibus ita certa esset ut qui sunt illi eciam nosset
qui licet adhuc in hac vita sunt constituti tamen predestinati
sunt in ignem eternum ire cum dyabolo tam pro ipsis non
oraret, q(uia) eciam pro ipso Sed q(uia) de nullo certa est orat pro
omnibus dumtaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore
constitutis nec tamen pro omnibus exaudi(tur) pro hiis enim
solis exauditur qui etsi adversant(ur) eccl(es)ie ita tamen sunt pre
destinati ut pro eis exaudiat(ur) eccl(es)ia ut filii efficiant(ur) eccl(es)ie
Si q(ui) aut(em) usque ad mortem habebunt cor inpenitens nec
ex inimicis convertent(ur) in filios Nunquid iam pro eis v(e)l pro
talibus defunctorum spiritibus orat eccl(es)ia Quare ita nisi q(uia)
iam in parte dyaboli computant(ur) qui cum essent in corpore
non exant translati ad xp(istu)m Eadem causa est cur non oretur
tunc pro omnibus eterno igne cruciandis, que causa est
ut neque nunc neque tunc oretur pro angelis malis et ibi
multum de hoc Ad aliud d(icendu)m q(uod) sic alie virtutes h(abe)nt alios
actus in via alios in patria Sic prudencia in via h(abe)t discernere
bona a malis In patria vero perfectissime adherere summo
bono Eciam virtutibus sicut exi(s)tunt aug(ustinus) ep(isto)la 3 et p(er) longum
passum Ita actus caritatis in via est compati malis In patria
vero surgere in laudem dei ex cogitacione suorum iudiciorum ut d(icitu)r
hic in littera Un(de) Greg(orius) ubi s(upra) Sic eorum mentes per hoc
q(uod) iustissimo iudici inherent vis districcionis absorbet ut omnino
eis non libeat quicquid ab illius interne regule subtilitate
discordat Et ibi multum de hoc Et ita et caritas est in
patria secundum nobiliores actus q(uam) in via sic est de aliis virtu
tibus Ex quo patet q(uod) licet in patria visa calamitate et
miseria hominum dampnatorum eas p(er)pingerent neque moverentur
compassione et misericordia sup(er) peccatis et dampnationibus eorum
Non enim poterunt eis compati compassione que est dolor cordis
de miseria proximi quia talibus repugnat perfectioni beatitudinis
Nec compassione que est motus electivus, hec quibus alii

a miseria eripit liberare. quia beati nihil contrarium volunt huic quod volunt
deum absolute velle. eorum sunt deiformes et eius voluntati
penitus conformes. Et ideo dicit Crisostomus omelia ultima super illud Luce
xvi. fili recordare quia recepisti bona in vita tua. Christianorum anime
etsi in usum sue bonitatis misericordiam habent, tamen tunc auctorem sui
iusticie quidem tanta rectitudine conspicientur ut nulla ad reprobos
compassione moveantur. Quia ipsi vident deum velle dampnationem reproborum
etiam filiorum propinquorum. ergo et ipsi volunt dampnationem eorum
nec hoc velle est nota vel signum alicuius crudelitatis, ymmo pocius
est signum perfectionis et bonitatis. Sic enim ymago rei tanto melior
censetur et perfectior, quanto intimius conformatur prime et recti-
ssime regule. sic tanto peior est et imperfectior quanto magis de-
viat ab ea. Cum ergo voluntas divina sit humane voluntatis
regula rectissima. prout docet magister in primo libro. Sequitur quod tunc hu-
mana voluntas erit rectissima. et summe perfecta quando non
poterit aliquid velle nisi quod videbit deum velle. quod solum-
modo erit in illa beata vita. nobis vero tamen presentis seculi. et in eius
conformitate. unde et clare videbitur illius stabilis et immutabilis
voluntatis veritatis gloriosa maiestas. Nobis dicit Augustinus nihil deerit
quod quis volunt hic aliquid velit quod deerit sed quod amabitur
aderit nec desiderabitur quod non aderit. Et nonum quod ipse dici-
tur exultate celi. Nam dicit Cassiodorus super illud psalmi 30. Exultabo
et letabor in misericordia tua. exultare est cum magna animi alacritate
gaudere. et exultare est animi et corporis motu maiori iocundi-
ssima liberate gaudere. Qui notat gaudii vehementiam et cum dila-
tationem exuberantiam. quod est proprium sanctorum. qui in deo gau-
dent et in eis que dei sunt. Et pro gaudio ipse dilatantur
gaudentes leticia eorum animi diffusio. quia diffunderis animo cum
letaris. ut ait Augustinus super Johannem omelia xlvi. Et quia deus est maior
anima conditus (?) gaudendo de deo et de hiis que ipsius sunt
diffunditur anima gaudens. et ita ipse exultat. prout hortatur Ysaia
per xxx dicens. Exultate iusti in domino. Et alibi. Exultabunt
sancti in gloria. Et multo exultant de iudiciis dei quia iudicia eius
iocunda. ut ait Ysaia. Sunt ibi et consistit re ponit modi
dampnatos per exemplum manifestatorum. Nam adiungit exempli submi-
ssionis civitatis Babilonie. Dicit Richardus. ut magis gaudeant
sancti de iusticia dei que sine conditione fiet. Unde psalmista letabitur
iustus cum viderit vindictam. Non quidem de penis
eorum se quia hoc sonaret in crudelitatem. Sed in iustitiam videlicet quod
quod iuste sunt inflicte. et prout considerabit ab eis se gratia dei
liberatum. et exinde gratias uberiores aget deo de sua liberatione.
Dicit Gregorius ubi supra. Et primo ponitur exemplum submissionis eius ad
aptatio. ubi dicens hoc impetu &c. Quantum ad primum dicit. Et su-
stulit unus angelus &c. Dicit Haymo iste angelus est dominus
Ihesus Christus. propter voluntatis unitatem. qui dicitur unus. quia invariabilis
semper manens in eodem statu. quia unus deus una fides unum
baptisma. Et recte dicitur fortis. quia venit ad debellandas aereas
potestates. de quo psalmista. dominus fortis et potens in prelio. Supra x. Vidi
angelum fortem descendentem. per lapidem vero molarem
magnum designatur impiorum multitudo reproborum. ut pondus peccatorum
sua volubilitas huius seculi. Dicit Beda. civitas seculi pro peccatorum
pondere et errore instabili lapidi molari magno comparatur.
dicitur enim lapis. propter duriciem obstinacionis. magnus propter multitudinem
eorum

molaris [illegible] circuitu mentis quia cum mundo volvitur in giro ps. In circuitu impii ambulant. Unde i Reg. xxv. dixit abigail ad david
Anima inimicorum tuorum rotabitur quasi impetu et circulo funde
de isto lapide et impia multitudine [illegible] dicitur Job xxviii. la
pidem caliginis et umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante
et Zach. ix. ponam illum lapidem oneris et [illegible] [illegible]
profundius torquebat Exodi 14 descenderunt in profundum quasi lapis
Et est notabile quod prius ait sustulit et post subiungit et
misit in mare quia primus [illegible] deus malos elevari et in vide
prosperari ut citius deiciantur et in peius profundius subiungit
Job xxx. Elevasti me et quasi super ventum ponens elisisti me
valde Scio quia morti trades me Super quo Greg. xx moral. dicit
quia potentibus vite gloria quasi in alto cernuntur sed nulla soliditate
stabilitur velud elevata super ventum ponitur sed prima hic prospe
ria prosperitate letatur ad [illegible] solum [illegible] fugitive felicitatis
aura allevat ut [illegible] deterius in infimum consternat Nam ele
vari in superbiam est deici secundum illud psalmi Deiecisti eos dum
allevarentur Job sequitur et misit lapidem in mare per
quod significatur profunditudo inferni secundum glossam Luc. 17 scandali
zaret unum de pusillis adaptatio exempli ad porti
onem dicens sed ideo per [illegible] hoc impetu et ista ve
locitate mittet sed in infernum et in profundum eternorum suppliciorum
Babilon magna illa civitas et impia multitudo [illegible] malicia
unita ex multis et magnis aggregata secundum modum quod lapis
magnus quanto altius elevatur tanto maiori impetu descendit
et profundius cadit Iuxta illud Tolluntur in altum ut lapsu gra
viore ruant Et ultra non invenietur sed in mundo vel in fine
bonorum quia dampnata lugebit in inferno secundum Rich. super Iohannem xiiii.
ad inferum detrahetur Super 3° non est agnitus qui fuit reversus ab
inferis Non ergo invenietur in societate sanctorum Ezech. 26 ad ni
chilum redigam te et non eris requisita et non invenieris Psalmus
quesivi locum eius et non invenietur Et nota quod multiplex est mola
sive lapis molaris Est [illegible] mola volubilitatis humane in qua
multe farine id est multe cogitationes et cure [illegible] sunt lapis
ad molam. Est pondus peccatorum quod in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
ab effectu sed illud quod efficit De hac mola dicit Salvator Math. xxiiii
de [illegible] in extremitate seculi positis Erunt duo molentes in
una mola unus assumetur et alter relinquetur Est etiam mola
severitas iniquorum indurata ad conterendos iustos Iob 29 Con
terebam molas iniqui Et in psalmo Molas eorum confringet dominus
Est et mola qua significatur eterna pena Math. 18 Qui scan
dalizaverit unum ex his minimis meis expedit ei ut mola asi
naria suspendatur in collo eius et demergatur in profundum maris
id est in profundum inferni sic exponit hic beda dicens Quanto diucius
vivunt peccatores tanto magis cumulant sibi mala multa et ita
supplicia eterna Et quanto citius moriuntur tanto pauciora sibi cu
mulant tormenta Ideo ait expedit ei ut [illegible] Est insuper mola
per quam significatur contritio cordis destruentis suas affectiones
et actiones Ysaie xlvii Tolle molam et mole farinam
Mola enim in girum ducitur et farina efficitur Est etiam cor
[illegible] [illegible] et sua Est et mola [illegible] quam [illegible] timor
et [illegible] per quam significatur spes de [illegible] dicitur Deutero. 24
Non accipias loco pignoris superiorem et inferiorem molam Nam

Item Gregorius 33 moralium superior et inferior mola est spes que ad
alta sublevat et timor qui terrore inferius premit. Sed mola superior
et inferior ita sibi invicem iunguntur ut una sine altera inutilis vi
deatur. In peccatoris itaque pectore debent incessanter spes et formido
coniungi. Quia incassum misericordiam sperat si non etiam iusticiam
timeat. Incassum iusticiam metuit si non etiam de misericordia confidit. Pi
gnoris autem debitori est confessio peccatorum. A debitore ergo pignus accipitur
cum a peccatore iam confessio peccati tenetur. Loco autem pignoris
mola superior et inferior tolli prohibetur quia qui peccatoribus predicat
tanta disponere predicacionem componere debet ut nec delicti spe timorem
subtrahat nec subtracta spe in solo eum timore derelinquat. Mola
enim superior vel inferior tollitur si per predicantis linguam in
pectore peccatoris a timore a spe a spes a timore dividatur. Hec ille.
Sic igitur ad maiorem explanacionem modi dampnacionis reproborum et ad
vehemenciorem incussionem timoris visum est ergo ponere. Dicit glossa Et
quia civitas Babilonia et malis afficietur et bonis omnibus spoliabitur
ideo sequitur prout continuat Richardus. Et vox citharedorum et musicorum
et tibia canencium et tuba non audietur in ea amplius. Secundum enim
Haymonem et Bedam superius commemorat que ad conspectum sensus corporis
pertinent. Hic subiungit ea que pertinet ad sensum auditus. Omnia enim
cum delectacione a principibus huius seculi requiruntur sed tunc ab eis
auferentur omnia delectabilia. Vox ergo citharedorum et musicorum et tibia
canencium et tuba non audietur amplius et nulla consolacio ut io
cunditas erit in inferno que solet aliquando fieri ex musicis instrumentis
sed auferetur omnis aurium delectacio. Ezechiel 26. Quiescere faciam
multitudinem canticorum tuorum et sonus citharae non audietur amplius
sed potius planctus gemitus et ululatus. Sophonie primo ululate ha
bitatores pile conticuit omnis populus Chanaan. Et 1 Reg 2
impii in tenebris conticescent. Sed hic multo prius abusionibus re
prorum in predictis in hac vita. Ysaye 5 Cithara et lira et tympanum
et tibia et vinum in conviviis vestris et opus domini non respicitis. Secundum autem Isi
dorum libro 3 capitulo 21 tibie appellate quia primum de tibiis cervinis
fiebant. Et hic xx capitulo viii tibie dicuntur quia tube. Sunt enim longe
et quasi similes tubis. De quibus dictum est supra viii. Ut soli isti
auferentur set et omnis artifex scilicet predicator, ut faber carpentarius
cementarius et ceteri omnis artis faciendi talia non invenietur in ea
amplius i. nullum artificium. Ut officium erit ibi unde possit aliquis
acquirere victum vel apud deum aliquid promereri. Prout ad Romanos ix
ceterique per magna tria instituit operare. Quia hic sunt opera ut racio
ut sapiencia ut sciencia sunt apud inferos. Quod est intelligendum quantum
ad consolacionem vel utilitatem. Et hic per inutilitatibus laborancium ad
predictas artes phisicas et ceteras mechanicas si eis abutantur
quia ab eis auferentur. Si enim per consuetudinem ut penam penale auferret
usum recompensa ab eo quanto ut ab superflua vehemencius. Ulterius
alterius in inferno nisi fortis sciencia maneat ad augmentum do
loris. Qui enim addit scienciam addit et dolorem. Sicut dicit Gregorius
ix moralium de igne inferni quod lucebit ad aliquid scilicet ad hoc ut
videre possent reprobi unde doleant, sed non lucebit ad hoc ut vi
deant unde gaudeant. Sic sciencia eorum que fuerunt ad eorum
penam augmentum. Alium amittet. Et vox mole scilicet quia delicati
panes exquirunt non audietur in te amplius. Et in hoc ablacio
delectabilium gustum. Ysaye 24 cessavit ex eis vox mole. Et
lux lucerne non lucebit tibi sed amplius ad tuam delectacionem. ~~et ibi~~

Et in hoc ablacio delectabilis visus Jeremie 25 perdam ex eis lucernam lucem Job x antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam. Ubi Gregorius ix moralium bene de hoc ut tactum est supra Et vox sponsi et sponse non audietur vel leticia nupciarum ait glo.
Et in hoc ablacio delectabilium tactus Jeremie 25 perdam ex eis vocem sponsi et sponse Et de hoc dicit hic Beda. De mundo dicit hoc auferri quod visu pulcrum auditu canorum tactu plumi odoratu suave gustu delectabile Descripsit ergo penam reproborum ex inflictione omnium terribilium et ablacione omnium delectabilium hoc ex dictis.
Quia mercatores tui erant principes terre Subdit ultimam particulam in qua ponit cause dampnacionis subiunctionem sic continuat Haymo et etiam Richardus complicando negocias dampnacionis. Unde Haymo Quare hoc fiat quod dictum est subiungitur causa. Quoniam mercatores tui erant principes terre. R. d. ille pulcre quia dives et sine causa sublimes ideo sit quia habebat principes mercatores, et veneficus isti sunt mercatores de quibus dictum est supra, qui ut honores temporales sibi adquirant animas suas infelici commercio commutant Et ideirco quia babilon terrena que male utitur temporalibus bonis. et ipsa iusto dei iudicio frandatur et eternis suppliciis dampnanda submergitur. Cuius enim regibus terre ac mercatoribus impia civitas constat. qui et suas animas venales faciunt et elacionibus fastu in superbia eleuduntur. Et hii mercatores facti sunt, qui tam preciosas res quales sunt anime venales commutant pro tam vilibus et transitoriis rebus. Ut de qualibus talium possit dici illud Ezech. 1. Qui emit non letetur sed dando animam pro dictis. Et non solum sibi nocuerunt sed etiam aliis ideo sequitur Quia in veneficiis tuis id est in maleficiis errant omnes gentes id est quidam ex omnibus gentibus Ezech. 44. Erraverunt a me post idola sua Errare autem est appetere que non sunt appetenda vel sequi quod non ducit ad finem Ut ait Augustinus super Psalmos lib. de libero arbitrio In psalmo Erraverunt ab utero id est a lege divina filios dei continente locuti sunt falsa Et ut ait Haymo Hiis vocibus audit principes servi magis fuere avaricie. quorum exemplis tetra perit multitudo Et quo ultrius appareat quantum nocet contra prava prudentum qui induxit alios in scandalum et errorem ut quod ait Gregorius li. pastoral. c. 2. Nemo amplius in ecclesia nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet delinquentem. Nam hunc delinquentem nullus presumit et in exemplum culpa vehementer extenditur. quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Sed tam tunc deberent tales qui tot animarum rei sunt, ad quot contra pravitatem transmittunt ut dicit idem Ideo sequitur quia babilon ideo punitur quia terrenos et cupidos principes eligebat et imitabatur Hinc deberent illi qui secularia sapiunt plus quam in suis electis vel eligendis. quamvis diviniaz et illos qui sciunt temporalia procurare, preponunt illis qui sciret spiritualia gubernare Baruch 3o Filii agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est negotiatores terre et theman Viam autem sapientie nescierunt Et sequitur Non hos elegit deus. Nam ut hic dicitur In veneficiis tuis erraverunt gentes id est contra maleficia eorum imitantur Ideo simul cum eis predicta mala pacietur. Et non solum hoc sed in ea sanguis prophetarum id est maiorum Et sanctorum id est minorum inventus est eo quod ipsa effudit sanguinem predictorum Ezech. 21. Sanguis in medio tui. Jeremie 2o In alis tuis inventus est sanguis pauperum. Vel sanguis inventus dicitur id est vindicta sanguinis eius quia Haymo Math. 23o Requiretur sanguis omnis qui effusus est super terram a quando hac

Unde sequitur Et omnis qui interfecti sunt in terra. Non solum sanguis sanctorum inventus est in ea sed etiam omnium qui interfecti sunt in terra et malorum quos occidit iniuste quos etiam digni erant occidi. Ut ait glossa et similiter Richardus. Si malus malum occidit sed iniuste reatus: rem non excusat negatio occisi. Propter hoc precepit dominus Deuteronomii xvi Iuste quod iustum est exequeris. Et Ysaie e. Universa veneratur sancti propter multitudinem maleficiorum tuorum. Et ut ait Haymo Cum ibi de aliquo loquitur ad Babilonem est ad eam personam aliquam loquitur de ea quod dicitur. Et dicitur in superius omnis artifex et non invenietur in te. Nunc autem dicitur Et inventus est in ea sanguis et c. In quibus verbis aptissime denotatur in hac civitate totius corporis dyaboli intelligi debere. Considerantes ergo dampnum babilonice civitatis multi modicant ut visum est. Exeant ex ea fideles affectu statu et affectu. Iuxta superius eos admonuit dicens Exite de illa populus meus quod opera eius ne faciatis ut ait ibidem glossa. Et ne participes sitis delictorum eius ne similiter participes sitis penarum et c.

Post hec audivi quasi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium alleluia laus et gloria et virtus deo nostro Quia vera et iusta sunt iudicia eius Qui iudicavit de meretrice magna que corrupit terram in prostitucione sua et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt alleluia. Et fumus tormentorum eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt xxiiii seniores et quatuor animalia et adoraverunt deum sedentem super thronum dicentes Amen alleluia. Et vox de throno exivit dicens laudem dicite deo nostro omnes servi eius et qui timetis eum pusilli et magni. usque ibi Et audivi quasi vocem. Capitulum xix Continuatio descripta babilonice civitatis dampnacione et adiuncta sanctorum invitacione ad congaudendum de divinorum iudiciorum equitate hic subditur de ipsorum exultacione ad quam fuerant invitati. Et de gratiarum actione sicut continuat Richardus et similiter glossa. Et durat usque ibi Et vidi celum apertum. Circa medium capituli Et dividitur hec littera in tres partes. Primo ponitur laudis sanctorum revelacio Secundo seniorum de divinis laudibus congratulacio ibi Et xxiiii seniores Tertio subditur omnium gentium ad laudandum deum exhortatio ibi Et vox de throno exivit. Circa primam subdividitur in tres Primo ponitur divine laudis expressio Secundo ipsius laudationis causa sive racio ibi Quia vera et iusta sunt iudicia eius Tertio ipsius laudis repeticio sive continuatio ibi Et iterum dixerunt alleluia. Dicitur ad primum dicit Post hec id est post predictam visionem In hoc autem non est distinctio temporis sed ordo narrandi. ut inquit Haymo Post enim figuraliter dampnationis impie civitatis supra descriptam subiungit sanctorum laudem et congratulationem. Ut ait Richardus Audivi sed auditu interius interiori quasi vocem magnam id est sanctorum magnum desiderium. Vel secundum Richardum quasi vocem tubarum id est gaudium electorum fidelium sive predicatorum multorum. Qui dicuntur tube propter sonum evidentem et propter simile receptum vel impletum. Nam sicut tuba recipit flatum sive strepitum quem per hoc sonum emittit sic predicatores primo recipiunt in corde quod per ea predicationem effundunt. Unde dicitur Ysaie lviii Quasi tuba exalta vocem tuam. Et supra primo Audivi vocem tamquam tube. Et supra viii date sunt eis septem tube. et ibi de hoc Et mundus non multe sunt tube. tamen una

vocem emittit q̄ȥ omne qd loquitur in primis fidei gaudia ꝯsistit
vt inquit haymo ¶ Ideo dicit in sun(m)i voce magnis q̄ȥ tubarum mul-
torum vise sunt . i . tube p(re)dicatorum quibus septem diebus iericho
circueuntibus omnis murus eius corruerit vt habetur Iosue vi° ¶ Et
s(ecundu)m haymo(n)em in hac ecc(lesi)a mistice ꝯpletur in qua per . 7 . dies . hoc
est p(er) omne tempus huius vite p(re)dicatoribus tuba doctrine insonan-
tibus omnis fortitudo infidelium ruit ¶ Ideo subditur i(d est) in celo
in ecc(lesi)a vel in celesti beatitudine dicentium alleluia Quod s(ecundu)m hayo(n)em
grecus sermo est et latine dicitur laudate dominum . Vnde et ubi
nos in nostris codicibus habemus laudate pueri dominum grecu(m)
habet alleluia . Vnde glo(sa) . alleluia laus dei humanis verbis inexplicabilis
Et s(ecundu)m hugonem dicitur ab allelu qd est laus et ia qd est
nomen dei s(ecundu)m q(uod) est invisibilis Vnde alleluia . i . laus dei invisibilis
vel dicit q(uod) alleluia hebraice latine v(ero) laudate d(omi)n(u)m Et s(ecundu)m cassi(odoru)m
in exposicione tituli psalmi . 104 . alleluia tantus honor est vt
cum sit in hebrea lingua reconditum nullo tamen ꝯstat alio s(er)mone
translatum . hoc grecus hoc latinus . hoc caldeus hoc syrus
hoc persa . hoc arabs . hoc et cuncta natio terrarum . et q(uod)
est debitum divinitati . dignitatem huius nominis pia devocione ve-
neratur . nulli absonum . nulli videtur absurdum . q(ui)a omnes celebrant
gaudia sua cum huius nominis suavitate p(ro)lata Et ibi b(eatu)s de
hoc Et idem in exposicione tituli psalmi . 109 . hoc nomen alleluia
in usu habere conveniens qd in novo et veteri testamento cunctosque
decenter aptatum sic ubique positum est . qd semper constat esse
dicendum . O nomen magis devocione venerandum . qd in terris
vota fidelium frequenter assumunt Et s(ecundu)m augustinum sup(er) ps 106
Sedem antiquam ecc(lesi)e tradicionem neque sine magno sacramento certis
quidem diebus cantamus alleluia . certis v(ero) non cantamus . s(ed) omni
die cogitamus Si enim hoc verbo significatur laus dei et si in ore
carnis certe tamen in ore cordis semper laus eius in ore meo
Et sup(er) Iohannem s(er)mone xviii° dicit post xl(ma) pascha resurreccionem
celebramus significantes resurreccionem nostram Et ideo per quinquaginta
dies celebramus q(ui)a in quinquagenario merces denarii significatur
q(uod) tunc nichil vacabit nisi laudare deum Ideo p(er) illos dies alleluia
dicimus . alleluia laus dei est in ista fragilitatis mortalitate Et
ut hic l(ite)ra Sanctorum amicus xvi in principio dicit ut augustinus
qualiter omnes nobiscum cantare possunt alleluia s(ed) soli boni habent
illud . Ieronimus vnde p(re)ssit primum istud carmen alleluia Si enim in
malicia sua p(er)severaverit canticum vocis nostre futurum labiis dicere
possunt p(ro)priam tunc vitam que tunc erit in civitate quam nunc signat
optime non possunt q(ui)a noluerunt meditari anq(ua)m veniret et tunc
quod futurum erat . Nunc aut(em) excitamus nos vt laudemus d(omi)n(u)m et hoc
quod dicimus alleluia . i . laudate d(omi)n(u)m . dicis tu alteri . dic tu tibi ipsi
et cum se omnes exhortantur omnes faciant qd hortantur . s(ed) laudate
deum totis vobis . i . ut non solum lingua vestra s(ed) et vita
vestra laudet et facta vestra Et unusquisque si cessat laudare d(omi)n(u)m
non cessat b(ene) vivere et semper laudat deum . Tunc desinis laudare
d(omi)n(u)m quando declinas a iusticia et ab eo qd illi placet . Nam
si a bona vita numquam declinabis . lingua tua tacet s(ed) vita tua clamat
et aures dei ad cor tuum Sicut enim aures nostre ad voces nostras
sic aures dei ad cogitaciones nostras . Nam q(uod) sit inexplicabile est
l(ite)ra Ideo s(ecundu)m richardum addit . laus et gloria et virtus deo nostro
. ?2 . d . Que sequuntur expositiones sunt eius qd est alleluia s(ecundu)m haymo(nem)
hoc est alleluia dicere s(ed) laus et gloria et virtus deo nostro . laus
q(ui)a omnibus creaturis celestibus et terrestribus d(omi)n(u)m laudare d(ebe)t et gloria et honor

et exultacio et virtus deo nostro scilicet ihesu christo quia ipse vicit dyabolum et electis suis potestatem vincendi tribuit dicens eis confidite ego vici mundum Iohannis xvi. Laus ergo ob supereminentem excellenciam quia scilicet singulariter laudabilis est gloria ob maiestatis magnificenciam et virtus ob invincibilem potenciam. Vel hec tria referuntur ad appropriata trinitatis personis ut dicatur laus racione bonitatis et benignitatis gloria racione veritatis et sapiencie virtus racione omnipotencie alia vero dicatur propter unitatem divine essencie que propter sublimitatem suam non potest comprehendi ut digne laudari. Vel ista quatuor referuntur ad christum qui spiritali modo dicitur deus noster quia ipse datus et natus est nobis Ysaye ix et deus sinnode quia ipsi detur alia magnum dominus est scilicet alia tria magnitudinis est homo. Nam laus detur ei pro spiritus sancti missione qui corda discipulorum adimplevit gracia ad recte credendum et eorum corpora solidat pacia ad sustinendum omnia pro christo et eorum ora aperuit ad ipsum laudandum Sapiencie x Victricem manum tuam domine laudaverunt pariter quoniam sapiencia aperuit os mutorum et linguas infancium fecit disertas. Gloria vero detur ei pro nativitate unde cantaverunt angeli ipso nato gloria in excelsis altissimo deo Luce 2o et ecclesia dicit gloria tibi domine qui natus es de virgine. Virtus vero dei detur ei specialiter pro victoria dyaboli que devicit et deiecit ut dicit glosa. Vel laus in ascensione et spiritus sancti missione gloria in morte et resurrectione et virtus in passione deo nostro scilicet ihesu christo. Vel laus pro operibus creacionis gloria pro opere redempcionis et virtus pro operibus retribucionis deo meo qui est trinus et unus supra v° vel sedenti super thronum et agno benediccio et honor et gloria et cetera quia sancti consonant quia et ipsi deum verbis et operibus laudant et cetera ut eam faciat ambulet. Hec ut dicit Ysaye fecerunt precedentes patres fortissimi et nos licet infirma mente pro nobis diximus scilicet alia laus et gloria et virtus deo nostro et hec dicit quo scilicet laudis preconium declarat et subdit Beatus Iohannes huius laudis et glorificacionis causam sine racionem dicens quia vera et iusta sunt iudicia eius vera quia reddendo unicuique quod promisit et iusta retribuendo unicuique quod promeruit. Ait Zacharias supra xvi° vera iudicia tua. Ibi dicit hoc vel declarat scilicet quia vera et iusta sunt iudicia eius sic continuat Zacharias et cetera. Quia iudicavit scilicet unum in presenti et tamen iudicabit in retribucione de meretrice magna scilicet civitate babilonica omni multitudine impia de qua supra Ieremie li vastavit dominus babilonem et perdidit ex ea vocem magnam. Et iusto iudicabit de ea deus que scilicet illa corrumpit terram in prostitucione sua et habitantes in terra depravando impietate manifesta Ieremie xiiii scilicet exemplo malo et persuasione vel carnis immundicia vel ydolorum cultura Ieremie 3o mechata est cum lapide et ligno et Ysaye lvii iuxta me discooperuisti et suscepisti adulterum supra xvii de vino prostitucionis sue vel se venalem ponendo pro talibus rebus ad modum meretricis Ecclesiastici x Nichil iniquius est quam amare pecuniam hic enim et animam suam venalem habet. Et vindicavit sanguinem servorum suorum scilicet quos ipsa meretrix occidit et que effudit impia multitudo de utroque et laudat gentes populum eius quoniam sanguinem servorum suorum ulciscetur et vindictam retribuet hostibus eius propter effusionem sanguinis eorum Deuteronomii supra vi° Vindica sanguinem nostrum qui effusus est. Est autem duplex sanguinis effusio una fit per occisionem de qua in psalmo effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem et non erat qui sepeliret. Alia fit per gravacionem et oppressionem vel miserorum subtractionem de qua Ecclesiastici 3x panis egencium vita pauperis est qui defraudat eum

homo sanguinis est qui aufert in sudore panem quasi qui occidit proximum
suum. qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercenario suo fratres sunt
De vtroque vindicta dicit abacuk 2o quoniam tu expoliasti gentes
multas spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis propter san-
guinem hominum et iniquitatem terre civitatis et omnium habitantium
in ea. Et ex hoc patet quod vera esse iudicia dei secundum et sequitur 3m scilicet
laudis iteratio seu continuatio cum subditur Et iterum dixerunt alleluia
Secundum richardum et glosam per laudes iteratas demum intelligere
laudis eternitatem ps. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum
Augustinus in fine libri de civitate dei vacabimus et videbimus videbimus
et amabimus amabimus et laudabimus Ecce quid erit in fine sine
fine vel utriusque sensus scilicet spiritualis et corporalis in laudando deum
exultationem. Vnde quod dixerunt iterum alleluia confirmat deum semper esse
laudandum Vnde haymo Sermonis [illegible] est gemino laudare
Ecclesia non semper indesinenti affectu deum laudat Ecce enim psalmista
audiuimus dicentem in omni tempore semper laus eius in ore meo Et 3m
haymonem duo fructus meretricis in hoc loco commemorati sunt reges quos illa
malis operibus corrupit Et ipse sanguine sanctorum ~~fundit~~ fuderit
per quibus gehenne incendium [illegible] sustinebit Vnde subditur Et
fumus tormentorum eius et tenebrosa anxietudo tormentorum uel
spiritus [illegible] et etiam secundum richardum et haymonem ascendit in secula
scilicet eternitatis que sunt seculorum tempus ut dictum est supra plus
de quo fumo dictum est supra primo et etiam secundum et haymonem
Antiochenum quod non dicat ascendit sed ascendit [illegible] vel in singulis
reprobis quottidie [illegible] dampnatis et ad infernum penas de-
ducatur Et quottidie celum [illegible] in singulis electis ad patriam
celestem [illegible] hic per fumum ut dictum est flamma [illegible]
[illegible] quod miseri sunt [illegible] torquendi Et [illegible] quod eos
[illegible] dicunt reprobos per multos annos ad gloriam redituros contra
[illegible] quia dictum est eis Ite maledicti in ignem eternum
Matt. 25 Quicquid non eternum est terminum non habet Et hoc est quod hic
dicitur fumus tormentorum eius ascendit in secula seculorum quod vel
tormenta quibus sunt miseri torquentur sine fine accipiunt. Nam per
fumum perpetuitatem et continuitatem [illegible] quibus perpetuus et continuus
[illegible] quibus eorum non extinguetur [illegible] Et viginti quatuor
seniores Subdit confirmatorem sive [illegible] viginti quatuor
seniorum et quatuor animalium secundum [illegible] et richardum non solum
[illegible] laudauerit deum de dampnatione reproborum [illegible]
[illegible] qui sunt hic per viginti quatuor seniores et quatuor animalia
[illegible] per seniores [illegible] prophetas et iudices [illegible]
[illegible] qui dicuntur seniores propter sapientiam Job 12 ut dicitur
[illegible] antiquis est sapientia [illegible] viginti quatuor propter patres veteris et novi
testamenti [illegible] xii patriarche in veteri et xii apostoli in novo
[illegible] quatuor autem animalia [illegible] doctores [illegible] quorum doctrina
fundatur in quatuor evangelistis [illegible] quatuor animalia figurantur
Secundum haymonem [illegible] subditorum [illegible] per seniores quod
[illegible] ecclesie [illegible] per alia [illegible]
[illegible] patres [illegible] veteris et novi testamenti designantur
propter [illegible] denarium duplicatum de quibus satis dictum est
supra 4o et 5o [illegible] dicunt [illegible] et honore [illegible]
sedenti super thronum [illegible] in secula seculorum [illegible] 24 seniores
[illegible] autem iste seniorum et animalium [illegible] ad [illegible] sed

ad humilitatem ceciderunt et se humiliando tradiderunt deum illum
magnificando et venerando sedentem super thronum in xpo residentem
esse · quia semetipsos humiliantes quicquid habent in fide et opere xpi deputant
a quo hec perceperunt unde dicit sine me nichil potestis facere Iohannis
xv · dicentes scilicet ore proferendo amen alleluia id est vere et ineffabiliter laudate
glorificando Unde dicit Richardus In hoc quod dicunt alleluia testi-
monium ex se dant quod deus est laudandus et honorandus In hoc
quod dicunt amen confirmant testimonium sanctorum minorum de quibus supra
Unde i ad Cor xiiii Si benedixeris spiritu qui supplet locum idiote
quomodo dicet amen super tuam benedictionem Ideo in tota ecclesia qui
celebrant opus · canonici in choro non credunt amen vel vi-
deantur idiote vel minores dicunt ergo amen confirmando testimonium
minorum sanctorum Et dicunt alleluia ex seipsis proferendo testimonium dicunt
igitur adorantes amen alleluia id est verum est quod deo nostro laus et
gloria et virtus quia iuste et vere iudicavit de meretrice magna Iustum
enim est ut qui sanguinem sanctorum fudit · sanguinem bibat · hoc est
vindictam sanguinis sustineat Et ideo laudandus est qui sine pre-
voluptatum illecebras · sine per effusionem sanguinis · non nisi iuste
reprobos condempnat, Cum autem thronus et xxiiii seniores et iiii animalia una
perfecta · distinguitur tamen ibi · quia et generaliter a xpo velud unus thronus
et specialiter a quibusdam suis membris eminentioribus iustitie sedet
super tronos Ideoque se invicem hortantes ad laudandum deum dicunt
amen alleluia · id est verum est quod deus ita gloriosus est et laudabilis · sicut
laus eius est inexplicabilis Et aliter dicitur al · id est altissimus
filius le · id est levatus est in cruce pro hominibus · lu · id est lugebant apostoli
ia · id est iam surrexit a mortuis Ethimologia est ut dicit Iamnes
Vordmy (?) Insuper Et ut dicit Augustinus in 20 libro de civitate dei: hebrea he-
brea verba non interpretata sepius invenimus in sacris scripturis sicut
amen et alleluia racha et osanna Et si que sunt similia Quorum
antiquitas servata est propter sanctiorem auctoritatem cum inter-
pretari potuisset ut amen alleluia rectius vero in aliam linguam transferre non
potuisse dicuntur Sunt alia duo que possunt sunt in quorum vel
ceterarum linguarum que in usum alterius lingue per interpretationem
transferre non possunt Et hoc maxime in interiectionibus accidit · que motu
animi potius significant quam sententie ullam particulam Nam et
hec duo talia esse perhibentur , dicunt · nam racha indignantis esse
vocem osanna letantis Amen autem et alleluia tam sancta sunt nomina
Et beatus Iohannes in libro refert se spiritu revelante audivisse vocem
celestis exercitus · tamquam vocem tubarum multarum dicentium amen alleluia
Sunt ibi Et vox exiit de throno Subditur admonitio omnium
ad laudandum deum Et dividitur in duas partes primo ponitur admonitio
in generali · 2o in speciali exprimendo causas propter quas est laudandus
ibi Et audivi quasi vocem tube magne circa initium ad primum dicit
Et vox exiit de throno, 26 Sed queritur ad quid istud superaddit
Respondeo prius premissum est de laude sanctorum Deum et in hymnis · quia hoc
non semel, sed etiam 2o in premissa locutione factum legimus Quod
hic iterum fieri iubet, quia ut ipsa laus semper indeficiens per-
severet Ipsa membra mutua exhortatione informentur ut omnes
ei laudem dicant Nam ad hoc homines sunt facti · scilicet ad laudandum
deum de ultimo 26 Duos canunt in laudem et nomen et gloriam suam
Deum per thronum figurantur angelice potestates · de quibus vox exiit
ut laudemus deum · quia in eis et per eas divine laudis exemplum
et hortatum nobis datur ut ait Richardus de agelo (?) in dicto sermone 62.

Super muros tuos ierusalem constitui custodes tota die et nocte non tace
bunt in perpetuum. Vel per thronum ecclesia designatur ut habitum est
supra lo. Vox igitur exiit de throno, id est emanavit de ecclesia viris
qui sunt throni dei, quia in eis residet deus modo spirituali. Unde hugo
thronus ipsi sunt servi dei. Cum ergo vox de throno exiit et au
res illorum penetrat, ministerium suum ad consimiles verba exhortationis
proferunt. Unde sequitur dicens, scilicet ad aures omnium laudem dicite deo nostro
scilicet enarrando bonitatem eius et beneficia. Vel secundum aliam glossam, id est epus (?)
super angelicam ierarchiam ... eminuit laus dicitur enarratio bo
nitatis laudati. Et quia deus est summe bonus, ymo ipsa bonitas, ideo
summe laudandus et hoc corde ore et opere. Ysaie 64 laudabunt
pre exultatione cordis. Ysaie 48 laude mea infrenabo te. Ysaie 42
ponent laudem deo. Unde in psalmo laudate dominum omnes virtutes eius
laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Quod tractans
Gregorius ix moralium dicit: dum de virtutibus facta tua verius explemus
tum hec explere non posse cognoscimus, tunc facundius loquimur
cum ab hiis obstupescendo reticemus. Ad narranda quippe dei
opera defectus noster ... sufficit exerat linguam suam, ut quod
idonee comprehendere non valet, hoc idonee nesciens laudet.
Ipse quippe dominum secundum multitudinem magnitudinis eius laudat, qui se
succumbere in eius laudibus explendis considerat. Et quia ...
de laude pauli omnem ... est inquit hoc maximum genus laudis
cum orationis copiam superat virtus et magnitudo laudati. Hec ...
... multe nobis est gloriosius quam sepe vicisse. Eccl. 43 Exaltate
quantum potestis, maior est enim omni laude. Ysaie xlix Iubilate
... laudem. Et quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris
ut dicitur Eccl. xv, ideo subdit omnes servi eius, non peccati. Johannis 8o
Qui facit peccatum servus est peccati, sed amici dei ex caritate. Johannis xv
Iam non dicam vos servos sed amicos meos. Luce 1o Serviamus
ei in sanctitate et iusticia, id est sancte et iuste coram ipso omnibus
diebus nostris. Et qui timetis deum scilicet timore casto et filiali. Supra
xiiij timete dominum omnes sancti eius. Et ex hoc patet solutio questionis
quam movet hic haymo dicens quomodo timentes deum laudare
precipiuntur cum dicitur 1 Johannis 4o timor penam habet, et qui timet
non est perfectus in caritate. Et sciendum quod duo sunt timores
scilicet servilis et filialis. Servus enim timet ne flagelletur, sed ... filii
... ne offendant oculos patris et eorum hereditate priventur.
Ita ergo alius timet ... alius iustus. Reprobus timet ne dampnetur
in inferno pro suis peccatis, iusti autem ne aliquid faciant et oculos offe
dant sui conditoris. Iste itaque timore timentes precipiuntur lau
dare deum et de quo psalmista dicit timor domini sanctus perma
nens in seculum seculi. ... Supra 6.7.12 Pusilli
et magni. Hoc est quod dicitur Ysaie 42 laus eius ab extremis
terre. Extrema ... terre sunt pusilli qui non possunt aliquod
misteria penetrare, quibus apostolus dicit 1 Cor 3 Non potui vobis
loqui quasi spiritualibus sed tamquam parvulis in Christo. Lac vobis potum
dedi non escam. Nec ... possunt implere consilium dei dicentis
Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pau
peribus et veni sequere me Math 19. Magni vero sunt qui ...
implent et de quibus ipse deus ait Math 5 Qui fecerit et docuerit
hic magnus vocabitur in regno celorum. Hii omnes laudant et hic
in ecclesia et in qua ... consistunt. Eccl. 44 In multitudine electorum habebit
laudem. Job 3o Parvus et magnus ibi sunt. Super quo Gregorius

lo moralium in fine. Quia in hac vita nobis est discrecio operum, erit in illa procul dubio discrecio dignitatum. ut quos hic alius alium meritis superat, illic alius alium retribucione transcendat. Unde dominus in ewangelio Iohannis xiiii dicit In domo patris mei mansiones multe sunt. Sed in eis multis mansionibus erit tamen ipsa retribucionum diversitas concors, quia tanta vis in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non accepit, hoc se accepisse in alio exultet. Unde et non equaliter in vinea laborantes cuncti eque denarium sortiuntur, quia una cunctis erit beatitudo leticie, quamvis non una sit omnibus sublimitas vite. pusillum et magnum in hac luce conspexerat qui ex ore capitis dicebat Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo omnes scribentur. Qui et tunc dicebat Benedixit omnibus qui timent dominum pusillis cum maioribus. Quia ergo in hac lucis regione sic in se magnos sublevat ut tamen pusillos non derelinquat Merito dicuntur pusilli et magni. Patet igitur ex dictis dei laudandi bonitas et equitas, et sue laudis veritas, et laudancium possibilitas. Unde psalmista Immola deo sacrificium laudis

Et audivi quasi vocem tube magne Et sic vocem aquarum multarum Et sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium alleluia Quoniam regnavit dominus deus noster omnipotens Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei Quia venerunt nuptie agni et uxor eius preparavit se Et datum est illi ut cooperiat se bissinum splendens et candidum Bissinum enim sunt iustificaciones sanctorum / Subditur admonicio ad laudandum deum in speciali specificando causas propter quod est laudandus Et continuat glorie ostensa leticia sanctorum de iusto dei iudicio in perdicione malorum. hic supponit leticiam quam habebunt de sua salvacione Et in hoc patet declaracio huius exhortacionis ad superiorem Et dividitur in tres partes. primo narrat vocis explacetis divinas laudes et exhortantis ad laudandum audicio Secundo huius exhortacionis causa sive racionis adiectio ibi Quia venerunt nuptie agni Tercio subiungitur angelica admonicio ibi Et dixit michi scribe Circa primum ad primum dicit Et audivi scilicet post premissa exhortacionem Quasi vocem tube magne vocem eorum qui ut tuba exaltaverunt vocem suam predicando et nunc exaltant in celo iubilando dicit glossa. Hugo. Vel vox cantorum. magna est devocio sanctorum que recte tube comparatur quia magna predicat ait Hugo Unde per Ysayam capitulo lviii Quasi tuba exalta vocem tuam Supra viii. Date sunt illis septem tube. ibi de hoc Et sicut vocem aquarum multarum propter multitudinem sanctorum sive populorum laudancium Supra xvii. Aque populi sunt Et sic vocem tonitruorum magnorum propter divinam iudiciorum commiᐧnacionem sive divine maiestatis expressionem que timenda est Supra vi. tamquam vocem tonitrui. ibi de hoc Et notatur Quasi ait Et vocem Et non dicit simpliciter Audivi vocem Secundum Ricardum quod ideo dicit Quasi vocem ut aperte significet ea que sunt in celo transcendere ea que sunt in mundo Vel hoc ait ad sciendum quod celestia non possunt comprehendi sicut sunt sed ut videmus per speculum et enigmate. i Cor xiii. Et Quibus Quasi concordes hii exponunt sanctos dicere alta secundum Ricardum qui propter sacramentum divine trinitatis scilicet in personis et unitatis in essencia. Quia ergo dominus est trinus et unus qui laudatur. cuius laudes hic admirabiles existit Idem quaeritur hic commemorat alta in laude sanctorum Moraliter autem vox de throno scilicet divina inspiracio vel sacre scripture audicio vel admonicio comparatur voci tube. quia movet cordis sensum et comparatur voci aquarum multarum

qr irritat ad devotionem vel mundat ad predicationem Et comparatur voci
tonitrui qr terruit auditorum animorum timorem et tremorem Omnes
itaque predicatores et auditores invicem se hortantes dicunt alleluia
laudate dominum quoniam regnavit dominus deus noster omnipotens Secundum glosam
Ex quo ab initio mundi regnavit dominus deus Ysaie 44 Nunquid
non ego dominus et non est ultra deus absque me Deus iustus et
salvans non est preter me Equaliter ait pro tempore illo quo sancti dicent
Alleluia qui regnavit dominus deus Dicendum quod deus dicitur tripliciter
regnare Uno modo per potentiam et sic regnat super omnia regit scilicet bo-
nos et malos qr quamvis homo malus et angelus contra velit nolit
subiacere divine voluntati vel ordinationi tamen subterfugere non
valet prout deducit Anshelmus libro Cur deus homo c. xv ponens
exemplum de volente fugere ne esset sub celo Nam eo ipso quo fu-
geret ab una parte celi appropinquaret alteri Secundo dicitur deus re-
gnare propter voluntariam subiectionem eorum super quos regit Et
dicitur regnare super electos postquam princeps mundi huius eiectus
est foras Johannis xii prout habet auctoritas eiusdem capitulo 12 Tertio
dicitur regnare per evacuationem omnis alterius potestatis quando
fiet omnia finaliter in statu i Cor xv Cum tradiderit deo patri
regnum evacuabit omnem potestatem Secundo loquitur hic Non
sensus est secundum Hugonem quod ideo collaudandus est a nobis quia sicut
ab initio mundi regnavit in mundo dyabolus Sic ab adventu suo
regnavit ipse Christus Et nos qui dudum eramus regnum dyaboli transtu-
lit in regnum glorie sue moriens et die tertia a mortuis resurgens
Omnis etiam potentia sua in hoc apparet quia qui potuit mysterio
mirabiliter formare ipse mirabilius moriens in fine temporum
potuit eum quod perierat reformare propter quod omnes sancti se invicem
exhortantes dicunt alleluia quia regnavit Tertio se regem manifestavit
dominus quod potenter dominatur deus qui sapienter gubernat Nostra (?) quod de-
vicit et mirabiliter redemit Omnipotens qui magnifice edificavit
Et dicitur omnipotens qr quicquid vult potest secundum Augustinum xxi de civitate dei
c. xii Et ideo gaudeamus et exultemus Secundum Bernhardum (?) haec
vox non est ethnicorum vel iudeorum vel paganorum qui longe
sunt a fide Christi et fidelium societate Sed est vox omnium sanctorum
invicem se hortantium ut gaudeant et exultent dentque gloriam
deo qui sine ullis precedentibus bonorum actuum meritis sola sua gratia
eos ad tantam perduxit dignitatem Gaudeamus igitur in ho-
mine interiori vel interius in mente Et exultemus in homine
exteriori sive exterius in corpore Et demus gloriam ei sicut omnium
bonorum actori ad Phil 3o Gaudete in domino semper iterum
dico gaudete Vel gaudeamus habitu beatitudinis sive dotibus anime
Et exultemus habitu beatitudinis sive dotibus corporis glorificati
Et demus gloriam ei laude perhenni nos haec ab ipso bona
recognoscentes Ysaie 26 Omnia opera nostra operatus es in nobis
domine Et de hoc in glosa Unde psalmista Venite exultemus domino iubilemus
deo etc Ipse enim dominus excellentia deus natura rex gratia omnipotens
potentia sicut distinguit Richardus Et subditur huius exhortationis sive
laudationis causa cum dicitur quia venerunt nuptie agni
Et dividitur in duo Primo ponitur ipsius collaudationis causa Secundo dicti
expositio ibi Byssinum enim Sunt iustificationes sanctorum Dicitur (?)
ad primum ait gaudeamus et demus gloriam deo quia venerunt
nuptie agni id est Christi et ecclesie Nicolaus de Lyra Nuptias in sacro
eloquio sepe legimus esse appellatum Christi et ecclesie coniunctionem Math 22
Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo

Sponsus enim est xpus sponsa ecclia quam sibi desponsauit per fidem
et graciam baptismalem 2a Corr xi Despondi vos vni viro
virginem castam exhibere xo ad ephe v Sacramentum hoc magnum
est ego aut dico in xpo et ecclia Et he nuptie nunc in mundo sunt
inchoatum per fidem spem et caritatem seu graciam tunc vero
consummacionem habebunt per gloriam quia per illa toto isto tempore
ei iungitur sed in futuro per rem ei contrahitur ut inquit Richardus
et hannio vt qd sequitur Et vxor eius scilicet ipsa ecclia preparauit se
vnde dicit secundum hanonem sponsam vero et vxorem Virum enim sancta
ecclia est sponsa quia virgo sine ruga Cum aut ad amplexus sui
sponsi polluta fuerit et quod nunc videt in spe viderit in re tunc
erit vxor Consuetudo quoque est sacre scripture vt aliquando spon-
sas appellet vxores et sponsos viros Plerumque vxores sponsas
et maritos sponsos Vn Mat 1 Cum enim dixisset de dei matre
Cum esset desponsata mater ihu maria ioseph in sequentibus addidit
Ioseph aut vir eius cum esset iustus et nollet eam traducere vo-
luit occulte dimittere eam Cui angelus dixit Noli timere accipere
mariam coniugem tuam cum scilicet nondum esset eius coniux appellatur
quoque vir et vxor sponsus et sponsa Iohel 2o Egrediatur
sponsus de cubili suo et sponsa de thalamo suo Vnde go vxor eius
preparauit se quia fecit se ydoneam vt ei copularetur amos 4o
prepare in occursum dei tui israel Notat glo Sed desponsacio
xpi et ecclesie est per fidem Osee 2o Sponsabo te michi in
fide Sed fides non est ex nobis sed ex gracia ad ephe 2o Gracia
saluati estis per fidem non ex vobis ne quis glorietur dei enim
donum est Notandum secundum doctorem sanctum in 2a 2e q. 6 ad fidem duo
requiruntur quorum vnum est vt homini credibilia proponantur Qd requiritur
ad hoc vt homo aliquid explicite credat aliud aut qd ad fidem
requiritur est assensus credentis ad ea que proponuntur Quantum go
ad primum horum necesse est quod fides sit a deo Illa enim ea que sunt fidei
excedunt racionem humanam vnde non cadunt in hominis contemplacionem
nisi deo reuelante Sed quibusdam quidem reuelantur immediate a deo
sicut reuelata sunt prophetis et apostolis Quibusdam aut proponuntur
a deo mittente fidei predicatores secundum illud ad Ro x Quomodo
predicabunt nisi mittantur Quantum vero ad secundum scilicet ad assensum
hominis in ea que sunt fidei potest duplex causa considerari vna quidem
exterius inducens sicut miraculum visum vel persuasio hominis
inducentis ad fidem Quorum neutrum est sufficiens causa
Quod patet ex eo quia videntium vnum et idem miraculum et au-
dientium eandem predicacionem quidam credunt et quidam non credunt
Et ideo oportet ponere aliam causam interiorem que mouet hominem interius
ad assenciendum hiis que sunt fidei Hanc aut causam pelagiani
ponebant solum liberum arbitrium hominis Et propter hoc dicebant
quod inicium fidei est ex nobis sed inceptum ex nobis est quod parati
sumus ad assenciendum hiis que sunt fidei Sed consummacio fidei est
a deo per quem nobis proponuntur ea per que credere debemus Sed
hoc est falsum et erroneum quia cum homo assenciendo hiis que
sunt fidei eleuetur supra naturam suam oportet quod hoc insit ei per
supernaturale principium interius mouens qd est deus Et ideo fides
quantum ad assensum qui est principalis eius actus est a deo
per graciam interius mouente Vnde quamuis credere consistat in cre-
dentium voluntate tamen oportet quod voluntas hominis preparetur per
graciam ad hoc quod eleuetur in ea que sunt supra naturam Et
ideo secundum hanonem hoc est quod dicitur in litera Vxor eius preparauit se

Non intelligitur de ista preparacione que nunc agitur per fidem sed de
illa de qua dicitur Matth. 24 Venit sponsus et que pa-
rate erant intraverunt cum eo ad nupcias. Harum igitur
nupciarum sponsalia contracta fuerunt in patriarcharum et prophetarum
promissione. Perfectum autem vero fuit matrimonium per verba
de presenti inter angelum et mariam in mutua collocucione et consen-
sione. Consummatum vero fuit in humane nature et verbi unione.
Solempnitas celebrari cepit in ascensione. Nunc autem successive
educitur sponsa in domum sponsi celestis sed in fine mundi to-
taliter educetur et tunc que ducebatur dicebitur sponsa transibit
in coniugem. Et quamvis in fine seculi debeat ista preparacio
et convivio fieri tamen iam facta refertur in dei predestinacione.
Et ideo omnes iusti ad hanc convivii spem anhelant et se invi-
cem hortantes dicunt Gaudeamus et exultemus et demus
gloriam ei quoniam venerunt nupcie agni. Et tunc enim fiet
conviviale convivium sicut dicitur Ysaye 24 Faciet dominus exercituum
omnibus populis in monte hoc convivium pinguium convivium vinde-
mie pinguium medullatorum vindemie defecate. Faciet inquam
dominus exercituum omnibus populis vel electis ex omni populo
sicut dicitur ad te omnis caro veniet vel aliquam ex omni carne
et similia. In monte hoc id est in ecclesia triumphante de quo monte
propter sanctitate ascendere dicitur in ps. Quis ascendet in montem
domini etc. Convivium pinguium vel omnimode sacietatis ps. Sa-
ciabor cum apparuerit gloria tua. Convivium vindemie vel omnimode
iocunditatis Eccli. 31 Vinum in iocunditate creatum est. Tunc iu-
sti inebriabuntur ab ubertate domus dei et torrente voluptatis
sue potabit eos. Pinguium medullatorum vel gaudiorum interiorum
et exteriorum. Sic dicitur est pinguedo de qua propheta sicut adipe
et pinguedine vel stola anime et corporis repleatur anima mea.
Vindemie defecate vel iocunditatis purissime sine fece tristicie sicut
vinum merum dicitur vinum sine aque vel mixtura. Vel aliter
In pinguedine intelligitur plenitudinem Job 36 Requies mense
tue erit plena pinguedine. Et quod orabat propheta sicut
adipe et pinguedine repleatur anima mea. In medulla que
in ossa absconditur securitate [?] de utero 33 [illegible]
considerat. In vindemia defecata puritate omnimode delectacionis
vel iocunditatis absque admixtione alicuius contrarietatis. De hoc eciam con-
vivio dixit Iesus discipulis suis Luce xxii Ego dispono vobis
sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super
mensam meam in regno meo. Ubi tanguntur octo que convivium
illud faciunt laudabile. Primum est nobilitas invitatoris cum dicit
Ego scilicet unigenitus dei cui serviunt angeli [illegible] cuius
effectus et potencie cum pater Ioh. xiiii Ego et pater unum sumus.
Secundum ordinata [illegible] [illegible] cum dicit dispono vel ordi-
no vel ordinate [illegible] Tercium honestus convivarum sive grata
societas convivancium cum dicit vobis apostolis vel [illegible] Quartum
est hilaritas vultus cum dicit Sicut disposuit mihi pater meus regnum
vel ita hilariter et iocunde sicut quo pater recepit filium prodigum
Luce xv. Quintum est [illegible] invitantis cum dicitur paternum
Sextum fecunditatis mense cum dicit Ut edatis et bibatis super
mensam meam scilicet panem vite vinum eterne leticie. Hoc non inte-
retur [?] quoniam panibus inhoneste ministrat. Septimum est loci
amenitas cum dicit in regno meo vel in celis ubi est locus
amenus copiosus gloriosus spaciosus. Octavum de convivio [illegible]

quod factum est in orto nemoribus consito hester . po ffecit convivu
quod convivium cunctis principibus . i angelis et pueris suis idest
prophetis fortissimis psarum . i martiribus . et inclitorum militis
idest confessoribus et prefectis provinciarum . i apostolis ut ondet divitias
glorie regni sui . Convivium est loci scitu : vnde dicit michi
Et quia ista bissina non habet a se , sed a deo percipit . Ideo subditur in litera
Et datum est illi , sed ex diuina gratia et largitur a qua sentitur
omne bonum Iacobi primo Omne datum optimum et omne donum
perfectum desursum est descendens a patre luminum . Prima ad cor . iiiiº
Quid habes quod non accepisti etc . Vt enim ait Richardus : per
iusticiam parat se vt prestulgat ad gloriam Et quia sine donis gratie
minime perueniret ad candorem iusticie Ideo recte dicitur Et datum
est illi vt cooperiat se byssino . Non enim est volentis neque currentis
sed dei miserentis ad Romanos ix . Datum magnum est ut cooperiat se bis:
sinu idest iusticie intus splendenti sed conuersationis exteriore
sine boni operis exemplo . Et candidum virtutum exercicio ait
distinguit Richardus . Byssinum autem est indumentum factum ex bisso
Byssus vero genus est lini candidissimum quod crescit in Egipto . ysi
dorus libro 19 c. 21 . Et significat indumentum iusticie quod est
splendidum puritate consciencie immaculate a sordibus viciorum
et candidum claritate virtuosorum operum . Job 29 Iusticia indu:
tus sum . et vestiui me sicut vestimento Super quo Gregorius 19
moralium Vestimento enim vestimur ex omni parte circumdamur Ille
ergo iusticia sicut vestimento vestitur . qui se vndique bono opere protegit
et nullam partem actionis sue nudam relinquit . Nam qui in
aliis actionibus iustus est in aliis iniustus . quasi hoc latus ope:
ruit . illud nudauit . nec iam bona sunt opera que subortis
aliis prauis operibus inquinantur ezechielis ix . Qui in vno offendit multa
bona perdit Iacobi 2º Qui totum legem seruauerit in vno autem
offenderit . factus est omnium reus etc . Ideo dicit hic datum est ei
vt operiat se byssinum preterea vltio Byssus et purpura indumen
tum eius Et subditur expositio vbi cum dicitur Byssinum autem
iustificationes sunt sanctorum . Nam sicut Richardus dicit byssinum sine
byssinus magno labore perducitur ad candorem . ita iustificato
collato agone peruenit ad consummationem Super viiº lauerunt stolas
suas in sanguine agni sed imitando vitam ipsius agni . et
consustinendo cum eo et sic purificando et dealbando suas vir:
tutes et opera In hac itaque vita per fidem et iusticiam operitur
ecclesia secundum illud apostoli ad Romanos v Iustificati per fide pacem
habeamus Item per gratiam baptismalem per elemosinarum lar:
gicionem . et per caritatem que operit multitudinem peccatorum
Prouerbiorum x et . i . petri 4º In illa vero vita sola caritate vestietur
que maior esse perhibetur . i ad cor xiii Et in hac carietate eius
maxime iustificationes consistunt potius quam per fidem cuncta operantur
Et hinc byssinum splendens et candidum dicitur . quia scilicet nullis tunc
peccatorum maculis obfuscabitur electorum gloria . que fuit hic
per fidem spem et caritatem ornata . propter quod dicitur ysaye
lx . Gloria libani data est ei . i candor gratie decor carmeli
. i honestas exterior . Primum interius est propter se secundum propter proximum ut dicit augustinus

Et dixit michi Scribe Beati qui ad cenam nuptiarum agni vo
cati sunt Et dixit michi hec verba dei vera sunt Et cecidi ante
pedes eius ut adorarem eum Et dixit michi vide ne feceris

Conservus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu
deum adora. Testimonium enim ihesu est spiritus prophetie
Narrata visione ex premetis duabus laudibus et exhortantibus ad lau:
dandum audientium et delata huiusmodi exhortacionis causa sine racione
subdit angelicam admonicionem ad appetendam beatitudinem et dividitur
in partes. Primo premittitur vocacio ad cenam beatitudinis. 2o huius certifi:
catio ibi Et dixit michi hec verba dei vera sunt. 3o angeli a beato
Johanne adoracio ibi Et cecidi etc. 4to adoracionis prohibitio et
ad deum adorandum exhortacio ibi Et dixit michi ne feceris etc. Quantum
ad primum ait Et dixit scilicet angelus qui loquebatur michi scilicet Johanni quod
tempus erat certe Scribe scilicet primum in corde tuo deinde in libro
quod ad posteros perveniret. Unde Richardus locuturus de leticia
celestium nupciarum invitat audientes ad participacionem earum et pre:
cipit scribi ut predestinati ad vitam scripta legentes ad quendam
celestia semetipsos attendant et ut reprobi legentes et contempnentes
instiorem dampnacionem acquirant. Beati id est felices qui ad cenam nupci:
arum agni id est ad supernum et celeste convivium scilicet ad societatem
angelorum et sanctorum omnium vocati sunt scilicet in dei presencia et pre:
destinacione. Ut ait haymo Vocat enim deus per predestinacionem mul
tos filios suos ut eos faciat membra predestinati unici filii
sui non ea vocacione qua vocati sunt et qui nolunt venire
ad nupcias Math 22 Illa quippe vocacione et iudei vocati sunt
quibus christus crucifixus est scandalum et gentes quibus est
stulticia 1 Cor 1 sed ea vocacione predestinatorum qualem distinxit
apostolus iudeis dicens ipsis autem vocatis iudeis et grecis
predicare se christum dei virtutem et sapientiam. Tales non secundum propositum
vocati sunt sancti ad Ro viii quos prescivit et predestinavit
conformes ymaginis filii sui etc. Quos autem predestinavit hos et vo:
cavit scilicet illa vocacione secundum propositum et quos vocavit illos et
iustificavit et quos iustificavit scilicet post et magnificavit sive glorifi:
cavit. Hoc deducit beatus augustinus libro de predestinacione sanctorum
Secundum quantum Quare dicit ad cenam et non ad prandium cum dicatur
Math 22 dicite invitatis prandium meum paravi etc. Dicendum secundum haymonem
quod hoc convivium glorie non prandium sed cena vocatur quia nimirum
in fine seculi adimplebitur. Post prandium enim cena restat
post cenam vero nullum convivium restat. Nam qui in fine presentis
vite tempore ad superne contemplacionis refectionem concurrunt profecto
ad cenam agni vocantur. Et de hoc Gregorius omelia in xxxvi
de partibus evangeliorum. Unde ad evidenciam dictorum Notandum
est secundum quadruplicem sensum sacre scripture quadruplices sunt
nupcie scilicet carnales copulacionis secundum sensum hystoricum divine
incarnacionis secundum sensum allegoricum spiritualis gracie secundum sensum
tropologicum et beate fruicionis secundum sensum anagogicum. De
primis nupciis dicitur Johannis 2o Nupcie facte sunt in chana
galilee. Chana zelus galilea rota vel transmigracio interpretatur
quia matrimonium non celebratur nisi in zelo mundane transmigracionis
Constant zelus amor intensus patrem non paciens quia propter
hoc relinquit homo patrem et matrem et adheret uxori. Similiter
et mulier et adheret viro. Talis autem zelus matrimonialis est
galilee id est mundane volubilitatis. Unde coniuges assimulantur
illis qui sunt ad molam Math 24 quia eorum vita volvit circue
pondus sollicitudinis mundi. Per hoc eciam quod galilea transmigracio
interpretatur datur intelligi quod matrimonium durat quamdiu transmigracio
a mundo. Propterea vero non nubent neque nubentur sed erunt sicut

angeli dei in celo. Item in nuptiis debet interesse ihesus et ihesus cum di-
scipulis suis. Per quos tres intelliguntur tria bona matrimonii que
debent in talibus nuptiis esse. Primum est fides castitatis ut alter con-
iugum fidelis sit ad alterum. Et hoc bonum figurat Christi mater Christi
cum virginitate coniuges debent imitari servando castitatem licet non
virginitatem. Secundum bonum est sacramentum. Sufficerat enim generationi divine
et humane in Christo. Vel Christi et ecclesie quam per carnem rem signat et efficit
Christus quia nuptiis interfuit. Tertium bonum est prolis susceptio et educatio
in fide Christi. Et hoc bonum figurant discipuli. Que tria bona tangit
Tobie vi. accipies inquit angelus Thobie virginem cum timore dei
amore filiorum magis quam libidinis quatinus
in semine Abrahe benedictionem in filiis consequaris. Harum igitur nuptiarum primordium fuit institutio in pa-
radiso terrestri nondum innocentie statu deperdito quando propheta
patriarcha primus Adam. hoc nunc os ex ossibus meis etc. Per
has nuptias impletur mundus obediendo prime iussioni divine
crescite et multiplicamini et replete terram. Has Christus exordio
suorum signorum sua presentia cum matre et discipulis honoravit
hec enim sit quod iste nuptiis debet interesse mater ihesu et ihesus cum
discipulis suis ut decet in eis. De talibus coniugibus dicitur Thobie
filii quippe sanctorum sumus et non ita coniungi debemus sicut gentes
que ignorant deum. Secundum quia non possunt illa bona sed coniunguntur
non habent Christum matrem et discipulos eius in nuptiis sed diabo-
lum cum angelis suis. Et tales sunt qui nuptiis suis deum a sua
mente excludunt et donum vincunt ... et vacant libidini sicut
equus et mulus in quibus non est intellectus. Et in talibus
diabolus habet potestatem ut dicitur Thobie vi. Et tales dicuntur
nuptie sensuales sive carnalis voluptatis. Non quis ab hominibus
extende sed omnino fugiende. Quomodo in abhominabili gurgite
extende sed omnino fugiende ... et fetidissimo
gurgite et in volutabro luti carnalis fedissimo et ...
sunt dum concubitus ... cum gurgite sensuali ...
aut huiusmodi nuptie adulterine in illecebrosa cogitatione
ratificantur in consensu ... ut in ... consummantur
at in opere voluptatis libidinose que feda est et deformis
sterilis et sordida penosa tandem et exosa. Propter quod figurate
precepit Ysaac Iacob filio suo ne acciperet uxorem de gene-
re Chanaan. Gen. xxviii. Chanaan interpretatur concubiscens. Et
quid magis ... ipsa libidinis vilis voluptate
cuius sunt exitus odiosi tristes et amari. Quanto plus allecebre
quam mellis habent ... ut nos ... filius David
qui nimio amore sororis sue Thamar ...
quam nimio amore ... exosam eam
eius ... nephario opere consummato tam exosam eam
habuit ut magis esset odium quo oderat amore quo ea dile-
xerat. Ut habetur ii Reg. xiii. Fugiende sunt igitur tales
nuptie sensuales quoniam semper evenit illud i Machabeorum ix.
Conuerse sunt nuptie in luctum et vox musicorum in lamentum.
Hec carnalis voluptas pessima est ... figurata per
Dalidam seductricem que Sampsone ... et debilitatum
tradidit hostibus Philisteis. At eo relicto perfida ... copulata
est alteri viro. Iudicum xvi. Non est ergo ... fides alicuius
in tali coniugio carnalis gurgite que ... ad ... Sed neque
ibi est sacramentum sed execramentum vel execrande rei signum ...
adhesionis anime cum demone. Neque proles demum quoniam
... Iob pascit sterilem que non parit
desinit ... devote ... in nuptiis eius quia non est ibi
mater ihesu neque vocatur ihesus cum discipulis suis ad eas. Sed ver

vocatus interesse dicebatur. Hec tam repleverunt mundum sordibus suis. Quoniam corrupit omnis caro viam suam Gen. vi. Ita ut ea que in aperto fiunt et in occulto turpe sit dicere. Sic quod vix etiam in confessione possunt extorqueri nisi obstetricante manu domini coluber tortuosus extrahatur a corde. Luc. xi. Quodcunque inspiramenta, nisi quod multos sine confessione ad conveniunt precipitare in stagnum sulfuris ardentis, unde fumus tormentorum ascendit ista secula seculorum. Secundo nuptie scilicet allegorice, sunt divine incarnationis scilicet divine et humane nature in Christo celebrate in thalamo uteri virginalis unde processit tamquam sponsus. In hiis ergo nuptiis sponsus est filius dei verbum eternum, sponsa vero natura humana verbo dei copulata et indissolubiliter unita. Ceteras quidem nuptias, mors dissolvit, ipso autem mortuo adhuc sue sponse id est humanitati coniunctus erat et utrobique filius dei. De hiis nuptiis dicitur Matth. xxii. Simile est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Super quo Gregorius omelia 18 xl omeliarum evangeliorum dicit. Deus pater filio suo nuptias fecit quando hunc in utero virginis iunxit. Sed quibus nuptiis presentantur alie scilicet Christi et ecclesie in templo celebrate quando panis et vinum in sacramento altaris, hec sunt unitate in passione instanti incarnationis in thalamo uteri virginalis ratificate in instanti mortis Christi per aquam et sanguinem, et consummabuntur in instanti eterne felicitate perpetuam. Et hee sunt digniores primis, illam sicut res preciosior est quam signum eius. Sic has nuptias digniores esse quam corporales fatendum nobis est. Unde de hiis nuptiis dicit apostolus ad Eph. v. Viri diligite uxores vestras sicut et Christus dilexit ecclesiam et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aque in verbo vite ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi. Sed ut sit sancta et immaculata. Et subdit. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo et ecclesia, quam scilicet in fide sibi Christus desponsavit de quo dicebat Iohannes baptista, qui habet sponsam sponsus est Ioh. 3o. Hic sponsus omnia condidit et omnia reparavit per quinque sacramenta nuptiarum. Illam per incarnationem et per mortem salutem dederit de celis figuratur celebris hec desponsatio in solemnitate templi materialis et expressius Apoc. xxi. dum dicit se Iohannes vidisse civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam tamquam sponsam ornatam viro suo. Consummantur autem hee nuptie per gratiam fidem et spem in presenti, de futuris bonis ratificatur per acceptionem prime stole in animabus sanctis consummabuntur in die novissimo per possessionem stole duplicis scilicet anime et corporis. Vel sic aperte hee nuptie unitate sunt in promissione facta sanctis patribus. Unde dicitur super xiii Apoc. agnus occisus est ab origine mundi scilicet promissione ratificate sunt in incarnatione. Cum verbum caro factum est. Consummate in passione, propterquam Christus dixit consummatum est. Unde dicit Augustinus dulcit sponsa dum sponsus moritur. Figurat hoc Eva de Ade dormientis latere formata, hee nuptie habent et prandium magnum tytimum in convivio Eucharistie, ubi est vinum purissimi sanguinis Christi confessione mirabili. Unde David exultabundus in figura gloriabatur dicens. Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Et subdit. Et calix meus inebrians quam preclarus est. Habent cenam vespertinam indeficientem in convivio celestis glorie ubi beati sunt qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt

dotes aut quibus adornata est ecclesia sponsa a xpo suo sponso sunt iste
Prima ingens fecunditas ita ut non deficiat usque in finem eius quod
significavit hoc xpus dicens luce xxi amen quippe dico vobis non preteribit
generacio hec donec omnia fiant, loquitur de aplis et discipulis quibus
et ascendens in celum dixit Mathei ultimo Ecce ego vobiscum sum usque
ad consummacionem seculi. Secunda dos est plenarie potestatis tanta scilicet
quantam habet sponsus suus et quantam decuit et utile fuit hec
talem sponsam iure copule nupcialis, licet non summus pontifex
habeat plenitudinem potestatis ecclesiastice subiectiue ordinatiue regulatiue
et suppletiue super singulos de ecclesia Michahelem ecclesia synodaliter
congregata habet plenitudinem potestatis eciam super ipsam ordinatiue
regulatiue et suppletiue, prout liquet ex determinacionibus concilii Con-
stanciensis et Basiliensis. Non licet beatus Thomas et Bonaventura
cetericumque doctores katholici dent supremam et plenariam potestatem
ecclesiasticam summo pontifici, tamen hec faciunt in gracia ad fideles
singulares et particulares ecclesias, dum aut comparacio fienda fuisset
ad auctem ecclesie synodaliter congregate. Subiecissent ipsam et
usum sue potestatis eidem ecclesie tamquam matri sue, cuius legem non
dimittere debet. Edit sapiens proverbiis primo et cuius tamquam regule vel
legi directiue et regulatiue infallibiliter, cui se submittere tenetur
omnis fidelis peccabilis de ecclesia cuius auctem et iudicia si non
audierit frater quilibet eciam ipse papa qui nobiscum dicat pater noster inquit
xpus omni katholico, sit tibi sicut ethnicus et publicanus et
excommunicatus Mathei xvi. Tercio dotavit xpus ecclesiam ampla tempo-
ralitate nolens eam obprobriose medietati subditam esse neque
contempni. Non est ergo verum quod medietas est solum principium
fecundandi ecclesiam per semen verbi dei, sed verba obiciuntur quod divicie
suffocant semen verbi dei Mathei 13 luce 8. Dicitur quod non utique
divicie que sunt corporales sed cura diviciarum nimia pungens
et lacerans adulatrix et ambiciosa, que si cadat in mendicantem
non aliud testimonium extra quam experiencie mentiri nescientis. Quarta
dos dotata est ecclesia in filiis suis et in edificacionem corporis sui
tot sacramentis tot virtutibus moralibus et theologicis, tot do-
nis tot beatitudinibus, tot fructibus spiritus, tot graciis gratuitis
a spiritu sancto suo distribuente unicuique prout vult 1 Cor. xii. Ita
alios quidem dedit apostolos, alios prophetas, alios evangelistas, alios
vero pastores et doctores ad consummacionem sanctorum in opus ministerii
in edificacionem corporis xpi ad Ephe. 4. Quinto affert ad nupcias
istas communissimas filiorum fratrum suum symbolum suum credendi
sui ut dicit Ciprianus de nupciis sacre scripture. Tercie nu-
pcie sunt tropologice scilicet coniunccionis dei et fidelis anime cele-
brate in thalamo consciencie. Ad has nupcias deus invitat
animam Cantici 2o dicens Surge propera amica mea et veni et
de hiis nupciis dicit Eucharius in sermone de Epiphania Omnes nos
ad spirituales nupcias vocati sumus, in quibus utique sponsus est
xpus. nos ipsi sponse. Et subdit Unde tibi o anima tam inesti-
mabilis gloria ut eius merearis esse sponsa in quem desiderant
angeli prospicere, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur. Vide
quibus brachiis caritatis amplexandus sit qui tam te estimavit
ut te in sponsam assumeret. Ob hoc patrem suum et matrem id est
synagogam reliquit ut ei adhereas. unus spiritus cum eo efficiaris

Et tu igitur audi filia et vide et considera quanta sit erga te dilectio dei
tui et obliviscere populum tuum et domum patris tui, desere carnales affe:
ctiones et dyste abstine a prioribus viciis et noxiis consuetudinibus
obliviscere et iste ipso nuptie spirituales conficiuntur in dei coniuctionem
ad et anime per mutuum amorem, quemadmodum nuptie carnales
conficiuntur et fiunt in legitima coniuctione sponsi et sponse, quia
sicut hugo dicit in libro de virginitate et coniugio beate virginis
amor coniugalis sacramentum est coniuctionis illius seu dilectionis que est
in spiritu inter deum et animam. Nam sicut nuptie mundane sive
carnales legitimantur et honestantur per tria bona coniugii predicta
ita quod non sunt sine eis honorabiles nuptie, ymo ut inceste
dici nuptie seu connubia sed quedam prophana, confides in quem requiritur
ut neuter eorum alienum thoro maculet, confides deo, non
prout est virtus theologica sed prout est pars iusticie, prout quod est fides
cum servando promissum, secundo proles ecce requiritur et intentio prolis
procreande ad cultum dei. Sacramentum ecce requiritur et signum
rei sacre scilicet coniunctionis christi et ecclesie, et hoc pertinet ad inseparabi
litatem. Nam sicut christus ab ecclesia, vel a carne quam assumpsit
non fuit postea separatus ita coniuges et coniugati, non possunt separari
Nam dicit Salvator Math. 19. Quos deus coniunxit homo non separat
Eadem etiam tria eadem etiam ea exiguntur ad nuptias
spirituales legitimandas, primum namque quod exigitur est fides
ut neuter eorum alienum amatorem admittat, sed unice se
mutuo diligat. Non enim sponsus sufferre potest ut sponsa alium
diligat vel econverso. Cantic. vii. dicit sponsa: Ego dilecto
meo, sed intendo ad me conversio eius Veritas. Sed videtur quod deus
non unice diligat animam, quia pluribus intendit quia cura anime
et gubernatio totius mundi spectat ad eum. Hec fuit querela anime
quam movet hugo in libro de arra anime, ubi sic inter cetera
anima dicit: Ecce unicum dilectum et unice dilectum diligo
sed hanc ~~unice~~ unice mee dilectionis iniuriam patior quod solum dili:
gens sola non amor, quomodo de privilegio singularis amoris
potero gloriari, quia ea que in imposuit cum aliis, etiam cum
bestiis accepi. Quid enim michi lux solis amplius confert quam
reptilibus et omnibus terre et ita de aliis multis. Ad hoc
Respondet hugo distinguens triplicia dona que recipit anima a deo. Queda
inquit o anima data sunt tibi communiter, que tu omnibus pariter te
cetum fruuntur. Quedam specialiter que multis, ut tamen omnibus
post te secum gressa sunt. Quedam vero singulariter, que tibi
soli concessa sunt et data, Numquid minus diligit te, quia quedam
dona sua tecum simul omnibus gressa sunt. Numquid feliciorem
te fecisset si tibi soli mundum dedisset. Ecce non omnia sub cibus
creata super terram ut bestiis. Tu sola mundi divitias possedisti
et possides, tibi igitur illa gloria et utilis societas conversacionis
humane. Omnia igitur data sunt tibi, omnia obsequium tibi
impendunt. Sed instat anima quod predicta non arguunt singularitate
amoris, quia sicut societas aliorum est in gressa ad mee solacium
sit et mea sollicitudo. Respondet hugo, que omnia fiunt ipsi lumine
celi quia ad exercitium ipsorum vero ad caritatis augmentum. Nec per
hoc derogatur singularitati amoris si deus tecum ceteros alios diligit
Spiritualis enim amor melius fit cuique cum sit singularis et
omnibus communis. Nichil igitur privilegio singularis amoris tui so
cietas aliorum prescribit, quia sponsus tuus in omnibus diligit te

3o quod ultimo aliter

Nam dicit

quia nichil diligit sine te Non autem timeas omnis istius amoris plurimam quasi per affectum distrahi Et idcirco minorem esse ad singulos quam partitus quodammodo et divisus videatur in cunctos quia nec alium inter maiorem affectum dilectionis singularis impendit et absque cunctorum participatione singulos amavit ergo omnes unum unice diligit quia tamen aliter preter unum unice diligi potest Sic igitur per gratiam deus sponsus sponsam id est animam unice et singulariter diligit Unde sponsa Nam de hoc edocta dicit Canticorum 2o dilectus meus michi sed intendit Quod verbum dulcissimum pertractans beatus Bernhardus super Cantica sermone 69 dicit ac si diceret ex hoc apparet quod ad sola negocia ymmo ocia amoris deus transfert curationem et gubernationem omnium seculorum ita singulariter affectibus anime amorose intendit ut videri possit quod quasi omnium aliorum oblitus soli anime intendat Unde Hugo ubi supra Sic credere michi videtur cum misericordias eius circa me intendo quod si proprius fas est dicere quodammodo nichil aliud agat deus nisi quod mee saluti provideat et ita totum ad custodiam meam occupatum video quasi omnium oblitus sit Nam ut dicit Bernhardus ubi supra sermone 70 Cum habeat in natura simplicissima sponsi divinitas quasi unum respicere multos et quasi multos unum nec ad multitudinem multiplex erit nec ad paucitatem rarus nec ad diversitatem divisus nec respectus ad unum nec anxius ad curas nec perturbatus seu turbulentus ad sollicitudines Sic sane uni intentus ut non detentus sic pluribus ut non distentus et ibi multum de hoc Cum igitur sic unice deus diligat animam dignum est ut et ipsa anima eum unice et singulariter diligat ut sic fides nuptiarum utrobique illibata consistat Sed contra Sic cum super anima conquesta est amorem dei erga eam non esse unicum et singularem ex eo quod deus ceteras alia diligit Sic ceteros deus queri potest de anima quod non unice diligit ex eo quod res creatas quas in usu recipit et possidet etiam cum deo diligit Ad quod respondet pulchre ipse Hugo ubi supra pro deo dicens quod privilegio singularis et unici amoris non derogat societas caritatis pro quanto singulariter anima deum diligit et omnia propter deum diligit Et ille est amor castus secundum quem secundum Bernhardum sermone 83 anima maritum verbo eterno coniungit quoniam non in una carne sed in uno spiritu duos iungit duos facit iam non duos sed unum secundum illud 1 Cor 6 Qui adheret deo unus spiritus est cum eo Est autem advertendum quod iste mutuus amor non ex eadem ratione deus diligit animam et anima deum sicut ceteris in coniugio carnali nec ex eadem ratione vir diligit uxorem et uxor virum Nam secundum Hugonem in libro de virginitate et coniugio beate virginis Cum vir mulierem diligit quodammodo beneficium est quod pietate vincitur ne infirmitatem deserat Mulier autem quod virum diligit magis debitum est quia nulli necessitate compellitur ut pateat quod inde requirat atque ita quodammodo tota dilectionis utilitas ad mulierem confertur quod in ipsa est causa pro qua ipsum virum diligat vel a viro diligatur contra deus animam venalem plus gratuita pietate diligit et eam propter me ad maiorem suam quandam necessitatem tamen et pro lente gerit diligit ipse propter se ipsum ut per eius dilectionem ad diligentem se convertat fiat sic unus dilectionis societas Et hanc mutuam amoris vicissitudinem qua una unius sociatur nec distrahit in suo sustinet nec consortium in alieno admittit sponsa sicut volebat sanctum dixit dilectus meus michi et ego illi Non enim est alia coniunctio inter sponsum et sponsam quam amare et amari Canticorum etc

Soror mea sponsa Osee 6 gaudebit sponsus super sponsam./
Tercium quod exigitur in coniugio spirituali est fructus prolis
per quam intelliguntur opera secundum illud Ecclesiastici saturati sunt filiis
hoc est operationibus propriis. Unde commentator dicit super 2o ethicorum quod sermo
illorum non est verus qui non valet comparari ad opera. Sic secundum comparantur
ad nates suos et merito quia sicut proles est imago parentum,
Sic in bonis operibus relucet imago hominis boni. Unde opera speculum
speculum in quo potest apparere quales sumus et melius quam in ple
apparet quales sunt partes. Nullus enim est tam suffusus et eiusdem
argumentum hic est bonus filius. igitur habuit bonos parentes. Sic
hoc est bonum opus igitur habuit seu habuit bonum opificem. Iohannis 5
opera que ego facio testimonium perhibent de me. Et sic vane sunt
nuptie que fructum excludunt. Sic vanum est coniugium illud spirituale
exclusio fructu bonorum operum. Quia secundum Gregorium in omelia Penthecostes
probatio dilectionis exhibitio est operis. Et Iacobi 2o Sic corpus
sine spiritu mortuum est, sic fides sine operibus mortua est. Deus
propositus vt ostendat se non contentari quod eum sponsa corde diligat,
et non fructificet opere. Cum dixisset Cantica 8 pone me sicut
signaculum super cor tuum, subiunxit super brachium tuum. Vult enim
sponsus seipso signare cor sponse per veram dilectionem, ut
excludatur amor adulterinus. Sed vult ponere super brachium sponse
per bonam operationem. Ad Colossenses 1 ambulantes digne deo placentes
per omnia in omni opere bono fructificantes/. Quartum quod
exigitur in coniugio spirituali est sacramentum. Et sicut coniugio dei
et anime in hac vita est sacramentum illius coniugii que est in patria
et hec pertinet ad inseparabilitatem amoris id est sine caritas que
est inter deum et animam nunquam excidet 1 Cor. 13. Omnia vero
alia puta fides et spes euacuabuntur. Ipsa autem caritas
semper perseuerabit, sed tolletur imperfectio et addetur perfectio et
sic et ipsa manebit aucta et semper. Et secundum hoc nupcie
spirituales permanentes sunt. nuptijs carnalibus que dissoluuntur
per mortem. hee vero perficiuntur per mortem. Unde dicit sponsa
Canticorum 3o Tenui eum scilicet dilectum nec dimittam donec introducam
ducam eum in domum patris mei et in cubiculum genitricis mee
talis id est anima ut potest verbo eterno inuitata ac dulces amplexus
plexus verbi sponsi experta, forti amoris glutino eidem
constringitur quod nulla ratione potest ab eo diuelli donec sibi
perfecte copuletur in vita perfecta ubi est domus patris et cubiculum
cubiculum genitricis sue. Per matrem potest intelligi caritas que
animam parit ingenitam ut sit sponsa verbi, et ad instar matris
ipsam maritat deo. Ista autem non habet in hac vita domum
talem ubi permanentia status, sed est in continuo progressu. secundum
statum vie. In patria autem habet domum et mansionem stabilem
Ista non habet hic cubiculum quietis. Quia nunquam est ociosa sed semper
operatur magis, sed ibi scilicet in patria est omnimode quiete
Psalmus hec requies mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam
Sponsa itaque nullatenus vult dimittere sponsum ab amplexibus
amoris in hac vita donec introducat eum, ymo potius
ipse introducat eam illuc ubi est mansio et quies sempiterna
Dicit autem sponsa confidenter donec introducam eum, non dicat
donec introducat me, quia magna est amoris potentia que quod
dilecti est sibi vendicat. Mirum Unum eorum sit unus spiritus ac velle

idem operari aut etiam ideo quia bona opera salutis operatur in nobis sic
nobis huius rei figura fuit in Jacob patriarcha Gen. 32 qui ait an-
gelo secum luctanti non dimittam te donec benedixeris mihi. Quod idem
est quod hic dicit sponsa, tenui eum nec dimittam donec introducam etc.
Sic fortiter tenuit eum apostolus cum dixit Ro. viii Certus sum quia
neque vita neque mors neque gladius etc. que enumerat ibi poterit me
separare a caritate dei que est in Christo Jhesu. Sic etiam Magdalena
tenuit eum indissolubiliter, quia ut dicit Gregorius facilius erat
animam eius separari a corpore quod vivificabat quam a corpore quod
diligebat. Huius autem inseparabilitatis causa tam est ex parte sponse
quam sponsi, quia libenter teneri vult a sponsa, immo et ipsa tenetur
ab eo, quia nisi teneretur nequaquam ipsa diu teneret. Ut dicit Bernhardus
[illegible] hec copula fortius glutinat que vult duorum ea vehe-
menti voluntate firmatum est. Unde eum teneo et [illegible] patet
Et de hac tencione ipsa gloriatur in psalmo dicens Tenuisti manum dexteram
meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria suscepisti me
Quid enim mihi est in celo et quid a te volui super terram. Quasi diceret
neque in celo nec in terra volo esse absque te. Predicta quoque bona
coniugii spiritualis pollicetur anime dominus per os Ozee prophete Sponsabo
te mihi ut in fide sponsabo te michi in sempiternum et spon-
sabo te mihi in iudicio. Ubi predicta sua coniungit ordine pulcherrimo
secundum commendabilem gradationem procedit et ascendit Sponsabo inquit te
michi in sempiternum quantum ad sacramentum inseparabilitatis, sponsabo
te mihi in iusticia quantum ad prolem boni operis, sponsabo te
mihi in fide, quantum ad singularem securitatem amoris. Nam secundum Be-
dam ille nuptie non celebrantur alibi quam in mente, zelo divini amoris
fervente et a terrenis ad celestia insurgente. Et hec sunt in Chana
Galilee, quod zelus transmigrationis interpretatur. Duo ergo in ista sunt
que mentem reddunt idoneam ad nuptias in ea celebrandas. Primo
ut zelo divini amoris in hac vita ferveat. Secundo ut dissolvi et transmi-
grare ab hac vita cupiat. Primum patet [illegible]. Primo quia nil
est quod ita quietat animam Deo sicut zelus vel amor semper fervidus
Unde affinitas dei et anime non potuit congruencius describi in Canticis
nisi sub appellacione sponsi et sponse. Nam secundum Bernhardum Sermone 8
nulla alia vicissitudo vel quevis contrahitur inter sponsum et sponsam
nisi amare et amari. Et hic nexus vincit parentes quia naturalis
vincit. Nec et vincit amor parentum ad filios, propter hoc enim relinquit
homo patrem et matrem etc. Secundo quia nil ita est quod ita mentem in
se ipsa contineat et quietet sicut amor. Nam amor nil exigit extra se
nec causam nec fructum nec premium nec cogitationem nec delectationem immo
nec ipsum Deum. [illegible] Amor in se est sibi sufficiens per se
sibi placet et propter se. Ipse meritum ipse premium est sibi. Amor preter
se non requirit causam, non fructum. Fructus eius usus est. Amo
enim ut amem, amo quia amo. Et quod dixi nec ipsum deum
requirit intelligendum est sub alia racione quam amati. Et si aliquid
est admixtum amori, vel extra quod ipsum, sive [illegible] sit cogitacio
sive delectatio sive beatificatio omnia talia non sunt per se intenta
a mente amorosa. Tercio quia nil est ex omnibus anime motibus sensibus
et affectibus in quo possit creatura creatori [illegible] ex equo rependere vicem
[illegible] de simili mutua rependere vicem nisi solus amor. [illegible]
Si deus irascatur mihi, non ego illi similiter irascar sed pavebo contremiscens

veniam deprecador. Si me arguat, non redarguetur a me, sed ex
me potius iustificabitur. Nec si me iudicabit ego iudicabo
eum, sed adorabo. Et salvans me, non querit a me ipse salvari.
Nec vicissim eget ab aliquo liberari qui liberat omnes. Si dominatur
me oportet servire, si imperat, me oportet parere, et non vicissim a domino
vel servitium exigere vel obsequium, et ita de singulis. Sed si amat me
dominus possum et debeo ipsum reamare. Unde Bernhardus. Cum amat
deus, non aliud vult quam amari, quippe non ad aliud amat nisi ut
ametur, sciens ipso amore beatos qui se amaverint. Igitur quia in nuptiis
sponsi et sponse debet fieri amorosa connexio. Quantum ad primum requiritur.
Debet ibi esse sufficientia ne quid oreat extra requirere. Quantum ad secundum
oportet etiam ibi in aliquo mutuo sponsa vicem reddere sponso. Quantum
ad tertiam rationem. Et quia hec omnia operatur zelus amoris divini ut ostensum
est, patet quod mens ad spirituales nuptias idonea, debet esse divino amore
semper fervida. Unde talis anima assimilatur lampadi ardenti
Cantica viii^o lampades eius lampades ignis atque flamme. Ezech. i.
Similitudo animalium quasi carbonum ignis ardentium et velud aspectus
lampadarum. Tertio(?) vero autem promissorum, scilicet quod anima spiritualium nuptiarum
ydonea, debeat desiderare dissolvi et consummare ab hac vita. Quia
tamen ille nuptie non perficientur in hac vita, oportet tamen impleri
ideo oportet quod ad aliam vitam transmigremus. Mens ergo que inter se
nuptias celestes desiderat, necesse est ut ad huiusmodi consumationem
totis desideriis tendat et dicat cum apostolo ad Philippenses primo. Cupio
dissolvi et esse cum Christo. Et hec est arra sive signum desponsationis
anime a deo. Unde Hugo libro de laude laude caritatis. In quo
tam dulcis amor Ihesu est, semper cogitat quomodo mundum exeat
ubi verum patrem inveniat. Ad hoc facit quod ille eximie nuptie
que beata virgo in eius annunciatione celi imperatori architecto facte sunt
in Galilea. Luce i. Missus est angelus a deo in civitatem Galilee
ad insinuandum quod mens apta nuptiis spiritualibus debet esse in trans-
migratione, seu in desiderio consumandi. Quod etiam Christus suo
voluit exemplo. Cum post resurrectionem discipulos precessit in
Galileam. Precedam inquit vos in Galilea, ibi me videbitis. Non
enim deus videri poterit nisi in transmigratione. Non videbit me homo
homo et vivet. Exodi 33. Transmigrare itaque oportet animam ad vitam
aliam si nuptie incepte debeant consummari. Ad quod hortatur psalmista dicens
transmigra in montem sicut passer. Transmigra inquam passibus desideriorum
in montem, vel ab uno terrenorum ad culmen superiorum. Et hic legitur
passer virtutibus pennatus, qui in alto nidificat, vel in opibus electe(?).
Hanc transmigrationem desiderabat Bernhardus in quodam sermone dicens
et declamans. O regio sublimis, et plena divitiarum, ad te suspiro
de valle lacrimarum. Surge igitur o anima mea regionem istam omnium
desideriorum et sponsum tuum vide, regem glorie stipatum legionibus
angelorum, agminibus sanctorum ornatum. Et dic. Vere quam dilecta(?) in do-
mo tua domine. Nam ibi sunt quarte nuptie secundum triplicem(?) sensum
sensum anagogicum, scilicet nuptie Christi et ecclesie triumphantis, de quibus dicitur
Luce xii. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando
revertatur a nuptiis. Ubi Gregorius omelia xiii prime partis. Ad nuptias
dominus abiit quando resurgens a mortuis ascendens in celum
supernam sibi angelorum multitudinem novus homo copulavit etc.
Et de hiis nuptiis loquitur angelus Iohannis 19. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt

Unde haymo Non de hijs nupcijs que in presenti aguntur isti dicuntur
ad quas intrare multi videntur per fidem et baptismum sed non ideo
sunt beati quia fidem quam habere videntur operibus maculant Unde
scriptum est Mathei xx Multi sunt vocati pauci vero electi Sed de
illis nupcijs hoc intelligitur in quas solummodo boni intrabunt. Ubi
iam non erit quisquam qui dignus sit proici non habens vestem nupci
alem sed omnes candidis stolis induti gaudebunt inextimabiliter cum christo
has multi exituri intrant sed illas quicumque semel intraverit ulterius
non exibit Beati ergo qui ad cenam nupciarum agni vocati sunt. Unde
et posset esse thema. De omnibus sanctis per quem figurantur quatuor Primo
animarum sanctarum sublimatiua celsitudo. Et dispensatiua dei dignacio
cum dicit nupciarum agni Nam in nupcijs est intima conuiuacio sponsi
et sponse. et sunt eis omnia communia Unde Bernhardus super cantica
sermone lxxio Delicia nomina sponsus et sponsa. quibus cetera communia sunt
et nihil proprium una hereditas una domus una mensa una corpore
unus thorus et ibi sermo de hoc. Secundo notatur cibaria beatorum refectio
cum dicitur ad cenam. Cena enim dicitur a cenaculo ubi post pausam
comedere consueverant palestini Vel dicitur a communione Vel secundum
Zenon enim scribere quod dicitur latine. Et dicit quomodo uberimum celeste
Luce xiiijo Homo quidam fecit cenam magnam id est deus pater sanctis electis
ab eterno preparavit celestem iocunditatem Vel sue dulcedinis fruicionem
Que dicitur cena quia nullum aliud convivium illi succedit et quod delicata
fercula ibi apponentur et quod nullus semel admissus ex ea expelletur
Sicut de prandeo Mathei xx quod est gracia militantis ecclesie Cena
vero gloria celestis patrie In qua dominus suis electis ministrabit Luce xij
Dicitur autem deus pater homo duplici racione Prima est similitudo
caritatis quia cum sancta trinitas creavit hominem dedit ei esse divinum
et creavit ad similitudinem suam ut homo interior habet unitatem in
essencia et trinitatem in potencijs sicut in deo est unitas essencie et trinitas
personarum Unde psalmus Ego dixi dij estis. Sicut enim dyabolus cum superat
hominem dicitur homo Mathei xiij Inimicus homo hoc fecit id est dyabolus
ut ait glossa Secunda racio est unio dilectionis Unde propter dilectionem
quam habet deus ad hominem dicitur deus pater homo Augustinus. Amor est
est unio amantis cum amato. Qui adheret deo unus spiritus est cum
eo j Cor vj Unde propter istam unionem Luce 2o dicitur Et tuam
ipsius animam pertransibit gladius Vel dicitur pater homo quia benignus
humanus et misericors que propria sunt hominis Vel homo quidam Verbum
caro factum quo valde amplificata est ista cena ut vere non tantum
habeamus deum creatorem ut angeli Sed et fratrem quo ad naturam humanam
Quam vere naturam glorificatam videre unum erit de precipuis delecta
bilibus paradisi tunc enim clarescet, quomodo geniti que genitura fuit Et
Verum christus dicitur homo quidam id est singularis homo quia naturam de virgine
sine concupiscencia assumpsit Singularis quia solus deus et homo Prima solus sine
peccato Secunda solus sine lesione integre virginitatis conceptus Solus sine gravamine
virginei ventris portatus Solus natus ex utero matris absque do
lore parientis Prima solus genus humanum morte sua redimere
Solus morte sua mortem potuit occidere Solus ab inferis electos
suos abstrahere solus in sepulchro corrupcionem non videre quia
solus inter mortuos liber solus seipsum a mortuis suscitare solus
virtute propria corporaliter in celum ascendere Solus datum est a patre
ad patris dexteram residere. hic ergo quidam homo fecit cenam magnam

idest preparauit beatitudinem eternam que dicitur ideo cena quia ut dictum est supra
cena habita est refectio vespertina circa finem diei et eterna beatitudo
plenarie dabitur electis post iudicium quod erit in fine mundi
Nam non gustant beati cenam illam quo ad gloriam anime sed receptis
corporibus in generali resurrectione tunc plenarie in terra sua duplicia
possidebunt ysaye lxi capitulo videlicet stolam. Dicitur etiam cena ob sompnum
consecutibus contra sompnum ibus videlicet delicatis et deliciosis quia a de:
licatis sumitur contra sompnum ut est panis vinum et fructus Sompnus
est quies eterna de quo dicit psalmista in persona beatorum In pace in idipsum
dormiam et requiescam Et alibi Cum dederit dilectis suis sompnum ecce
Primum sompnum sine hanc pacem accepturi sunt qui pane qui de
celo descendit refecti fuerint in presenti quem modo sumunt in sacramento
at in illa cena sumetur ineffabili modo de quo pane dicitur luce xiiii
Beatus qui manducabit panem in regno dei ut videlicet satur de pleno
eructet Vinum autem huius cene est illud de quo dicitur de vtero xx
Sanguinem vve biberent meracissimum Vua christus que nata est ex illa
beatissima vite scilicet gloriosa virgine que dicit Ecclesiastici xxiiii Ego quasi vitis fructificaui
Que scilicet vua pressorata est in torculari crucis et inde eligitur
vinum nostre redemptionis de quo dicitur in psalmo Calix inebrians quam preclarus
est Quod scilicet mustum vel sanguis meracissimum modo sumimus in sa
cramento sed tunc sumetur ineffabili modo quando dicet conuiuis
illud Cantici vo Bibite et inebriamini carissimi Fructus autem huius
cene est fructus ille benedictus de quo dixit Elizabeth virgini gloriose
luce i Benedictus fructus ventris tui. Hic fructus non emendus
est precio bonorum operum ut ibi carius et delicatius comedatur. Vnde
de anima bona negociatrice tunc dicetur. Date ei de fructu manuum
suarum prouerbiorum in fine Nec solus fructus ventris virginalis sed et
fructus arboris triumphalis scilicet crucis in qua christus triumphauit
de quo dicitur Cantici vii Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius scilicet
in crucem et apprehendam fructus eius scilicet passionis et dicere
quilibet iustus. Non enim gustabit hunc fructum in futuro qui in pal:
mam ascenderit scilicet in crucem ipsum non collegerit in presenti. Et non
Quanto quis altius ascenderit in arborem palme eius fructus
est dactilus tanto dulciores et maturiores inuenit dactilos quia
in summo cacumine palme fructus maturior et dulcior inuenitur Ille
vero altius in palmam ascendit qui maiorem et durioriorem penitentiam facit
et maiori tribulacioni pro domino se exponit et sic gloriosiorem coronam
recepturus est in futuro Vnde dicitur de hoc fructu ysaye iiii Erit
fructus terre sublimis ideo non potest haberi nisi ascenderis. De hoc
etiam fructu dicit propheta Cum dederit dilectis suis sompnum ecce
hereditas domini filii merces fructus ventris. Vel fructus huius cene
erit fructus ille triplex terre promissionis de quo legitur numeri xiii
scilicet ficus vua malogranatum Per ficum designatur dulcedo mentis in
contemplacione diuinitatis que solis contemplatoribus cibus est et potus anime
Vnde ad hoc designandum dicitur de israhelitis Exodi xxiiii Viderunt
deum et comederunt ac biberunt Per vuam designatur gaudium
mentis quam inebriat caritas in torrentem illius caritatis eximie
que dei filium fecit incarnari Per malogranatum quod multa grana
continet sub vno cortice significatur letandum vnitas animorum vbi
vnusquisque de bono alterius sicut de suo sine inuidia gaudebit et
quod in se non recepit premium gaudebit in alio recepisse Vnde de

superna iherusalem dicitur que edificatur ut civitas cuius participatio eius in idipsum secundum glossam. Et hoc designatum est in ecclesia primitiva tempore apostolorum, de qua dicitur Act. iiii°: multitudinis credentium erat cor unum et anima una, et illis erant omnia communia.
In hac etiam cena ponentur xii fercula, que inveniuntur Gen. xxvii in benedictione Jacob filio dicitur: det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre habundantiam frumenti vini et olei, serviant tibi populi et adorent te tribus, esto dominus fratrum tuorum et incurventur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus, et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Nos referemus et primo de rore celi tribulacionum
Unde psalmus: Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. Per pinguedinem terre stabilitas et firmitas in bono, quia inter elementa firmior est terra que in eternum stat Eccles. primo. Item in psalmo: Qui fundasti terram super stabilitatem. Frumentum, omnibus defectibus suppletio et amotio. Super verbo: Non esurient amplius neque sitient. Vinum oblivio omnium miseriarum Prov. xxxi: date siceram merentibus et vinum hiis qui amaro sunt animo, bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris sui non recordentur amplius. Marc. 64: oblivioni date sunt angustie priores. Oleum gaudium ineffabile, psalmus: ut exhilaret faciem in oleo. Obsequium impensum ab omni creatura que serviet eorum voluntati. Unde: serviant tibi populi. Matth. xxv: Euge serve bone super multa te constituam. Honor unde adoret te tribus. Sap. v°: ecce quomodo computati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum est. Item psalmus: gloria et honore coronasti eum etc. Participatio omnium bonorum unde esto dominus fratrum tuorum. Nam sicut lucente sole omnes participant lucem sine diminutione et preiudicio alicuius, ita quilibet sanctus participabit gaudium alterius. Quod orat psalmista dicens: participem me fac deus omnium timentium te etc. Omnium rerum dominium. Unde et incurventur ante te filii matris tue. Psalmus: omnia subiecisti sub pedibus eius.
Vindicta inimicorum unde qui maledixerit tibi etc. Psalmus: letabitur iustus cum viderit vindictam etc. Remuneratio amicorum et beneficiorum, unde et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Matth. x: Qui potum dederit calicem aque frigide non perdet mercedem suam. Coniunctio Christi et ecclesie que notatur in osculo Ysaac, quia sicut nulla est divisio inter osculantes, sic nulla erit divisio inter Christum et ecclesiam. De hoc osculo dicit sponsa Cantic. i: Osculetur me osculo oris sui. Hec sunt duodecim stelle in corona sponse Apoc. xii° et benedictiones xii filiorum Israel et fidelium Christianorum Gen. penultimo et Deuter. penultimo. Potest etiam dici quod in hac cena sunt illa fercula que ponuntur Job v°, ubi dicitur ei: Beatus homo qui corripitur a domino. Gregorius: Misericordia dei agitur ut pena culpam sequatur et vis doloris sit causa salutis. Et quia beatus, ergo tu qui corriperis si vis esse beatus, increpationem domini ne reprobes. Nam hec correptio facit septem bona, que ibidem enumerat dicens: Quia ipse vulnerat scilicet tribulationes et medetur scilicet anime visitatione vel gaudiorum infusione. Eccli. xxi: Infirmitas gravis sobriam facit animam. Percutit et manus eius sanabunt, quia percussiones eius sunt sanativa. Deut. xxxii dicit: Ego occidam et ego vivere faciam, percutiam et ego sanabo. In sex tribulationibus scilicet huius mundi liberabit te, et in septima que erit in iudicio non tanget te malum. In fame, in corporali inedia, eruet te de morte scilicet peccati et gehenne. Mortem induxit comestio illicita et a morte eruit domini in penuria cibi et potus. Et in bello

scilicet contra tres hostes. de manu gladii scilicet liberabit te id est de potestate peccati
Eccli xxi Quasi rumphea bis acuta omnis iniquitas / A flagello lin
gwe scilicet malorum absconderis id est liberaberis in gloria, vel lingwe id est
sententie dampnationis. Et non timebis calamitatem cum venerit. Et quia enu
merat octo bona que secuntur, vnum patiam dicens. In vastitate scilicet ge
henne que impios vastat et fame id est omnibus boni defectu
ridebis quibus virtus intus et extra dereliquerunt / sic intus et extra pu
nietur. ysaie in fine Ignis eorum scilicet exterius non extingwetur
et vermis eorum scilicet interius non morietur. Et ridebis scilicet de impiorum
perdicione / quia letabitur iustus cum viderit vindictam ps. lix. In per
dicione impiorum erit laudatio. Vel ridebis gaudens de propria salute
in die nouissimo / Secundum. Et bestiam glosa id est dyabolum terre glosa
qui terrenos comedit. non formidabis ecce securitas Zach. vltimo
Sedebit israhel secura. Tercium. scilicet cum lapidibus regionum glosa celestis
qui de omni regione tue congregabuntur erit pactum tuum scilicet firmum
stabile et eternum / quia mutuo te sicut se diliget. Quartum. Et bestie terre
id est dimones et mali homines j. Cor. xv Ad bestias pugnavi Ephesi
pacifice erunt tibi glosa spiritus nequam non impugnabunt te. vel
bestie terre id est motus carnis / quia tunc caro non concupiscet aduersus
spiritum ut ego sicut modo. Quintum pax pectoris. Vnde sequitur
Et scies scilicet experiencia quod pacem habeat tabernaculum tuum id est corpus pe
ctoris hoc ibi et ciuitatis. Sextum. Et visitans speciem id est te ipsum per
consideracionem vel speciem tuam id est proximum glosa Speciem nostram proximum esse
in quo videmus quod sumus. Non peccabis scilicet in te proximum uel
deum / Septimum. Et scies quoque quod multiplex erit semen tuum scilicet argumentum
exemplo vel predicacionis. Octauum Et progenies tua id est filii spirituales
quos conuertisti vel bona opera que fecisti vt herba terre quia multi
nimis et virentes virtute. Hec totum est intelligi de statu. Vnde sequitur
Et tunc in habundantia scilicet virtutum. ingredieris sepulcrum scilicet
contemplacionis sicut aceruus tritici. vbi est congregatio bonorum operum
in tempore suo scilicet post longum exercitium. quia lya precedit Rachel. Potest
etiam dici quod in beata cena duo fercula apponentur scilicet mel et lac
Mel significat dulcedinem de cognicione diuinitatis quia mel descendit ex
rore celesti lac vero gaudium de cognicione domince incarnacionis
in virgine / quia lac de carne procedit. et tunc clarescet quod noster
emanuel. butirum et mel comedit ysaie vii Et ideo promissum est
filiis israhel id est veris Christianis videntibus deum dupplici oculo fidei et
dileccionis terra fluens lacte et melle. Et quibus est exprimere delicias
illius cene. Nullus intellectus valet comunitatem beatifice visionis concipe
re Quis cogitare sufficit quanta sunt gaudia choris angelorum interesse
cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere. presentem dei voltum
cernere incircumscriptum lumine deitatis videre Nullo metu affici, perpetue
incorrupcionis munere letari Dicit Gregorius in omel de vno mar
tire. Certe tot et tanta sunt in celis gaudia quod omnes arismetrici
huius mundi non possent ea numerare. Omnes geometrici non possunt mensurare
Omnes grammatici dyaletici rethorici. non possunt ea sermonibus explicare
Nam nec oculus vidit. nec auris audiuit. ut in j Cor ii / ysaie lxiiii
j Cor ii / Gaudebunt quippe sancti supra se de dei vision infra se
de celi. et aliarum creaturarum corporalium pulcritudine. Intra se
de corporis et anime glorificacione Iuxta se. de hominum et angelorum
associacione. Videbunt iustos vt gaudeant Videbunt et penas reproborum

Vt de periculorum evasione gratias agant. Videbimus ibi deum in se deum, scilicet in nobis et nos in deo, et deum in creaturis et creaturas in deo. Ubi deus erit omnia in omnibus, I Cor xv. Et secundum Augustinum erit quecumque desiderantur ab omnibus, scilicet et vita et salus et copia et honor et pax et omnia bona. Anima secundum Gregorium est tunc inestimabili pulchritudinibus. Et angeli qui solem septuplicant sua vincunt pulchritudine, cui et in eum desiderant insatiabiliter prospicere. Ubi etiam secundum Augustinum sensus hominis interior reficietur in contemplacione divinitatis et sensus exterior in contemplacione humanitatis, quia propterea deus homo factus est ut totum hominem in se beatificaret. Deus enim omnes sensus spirituali et ineffabili delectacione repleret, cum ipse obiectum omnium sensuum sit futurus. Erit namque deus speculum visui, cythara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Ubi erit candor lucis estivalis, amenitas vernalis, fertilitas autumpnalis et requies hyemalis, vera presentia omnis boni et absentia omnis mali. Et breviter secundum Augustinum ibi est tanta pulchritudo iustitie, tanta iocunditas lucis eterne, ut etiam si non liceret in ea amplius manere quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles huius vite dies pleni deliciis et circumfluentia temporalium bonorum recte merito quod contempnerentur. Non enim falso vel parvo dictum est affectu: Melior est dies una in atriis tuis super milia. Nam ut habetur III Regum x, dicit Regina Saba que venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis: Veniens in Ierusalem cum comitatu magno cum vidit domum quam Salomo edificaverat et cibos quos paraverat et holocausta que offerebat et inestimabiles divitias eius, obstupuit, et non habebat ultra spiritum. Dixit quoque ad regem: Verus est sermo quem audieram in terra mea; non credebam narrantibus donec ipsa veni et vidi oculis meis quod maiora sunt opera tua quam rumor quem audivi. Sic ut dicit Augustinus in sermone dedicationis, anima sancta cum pervenerit in Ierusalem etiam et ingressa fuerit beatam regionem, gloriam quoque celestium civium multo plura et magnificentiora perspiciet quam ei sunt nuntiata in hac terra per sacra eloquia, per prophetas, apostolos et predicatores. Nunc enim videt tanquam in speculo et in enigmate, tunc autem videbit facie ad faciem. Tunc illustris anima constituta inter stupendas divitias sui remuneratoris, ineffabilibus bonis huius regine poterit ad deum dicere: Verus est sermo quem audivi in terra super omnibus operibus tuis, maiora sunt opera tua quam rumor quem audivi. Et revera nunc et qualia constituit et paravit deus diligentibus se fide non capitur, spe non attingitur, caritate non amplectitur, quia transcendit vota et desideria humana, et acquiri potest sed non potest estimari secundum Augustinum. Et ad horum omnium affectum deus homines vocat, unde hic in littera figura electorum ad prandium cenam constituta vocatorum dicitur: Vocati sunt. Et de hoc Gregorius in omelia xvi, 2e partis ewangeliorum: Vocat dominus per se, vocat per angelos, vocat per patriarchas, vocat per prophetas, vocat per apostolos, vocat per pastores, vocat etiam nos plerumque per miracula, vocat plerumque per flagella, vocat aliquando per huius mundi prospera, vocat aliquando per adversa. Nemo contempnat, nemo tardet, nemo excuset. Sicut ille qui emerat villam mundane vanitatis, alter iuga boum terrene curiositatis, alter qui duxerat uxorem vel concupiscentiam carnalis voluptatis. Ne dum vocitus excuset vel contempnat aut tardet, cum voluerit

intrare non valeat. Audit quid sapia per Salomonem dicat Sr publi-
cum vocabunt me et non exaudiam, mane consurgent et non
invenient me. Propter hoc in et fatue virgines tarde venientes clamant
domine domine aperi nobis, sed iam erat aditus quibuslibet clausus
cum dicitur amen dico vobis nescio vos. Matth. xxv. Quarto futura
sit vocatorum glorie plenitudo, cum dicitur beati. Est enim beatitudo status
omnium bonorum aggregatione perfectus ut dicit Boethius iii de consolatione
prosa ii. Super illud beatus qui legit et audit etc. ubi de hoc iii Regum x
in figura beati viri tui et beati servi tui qui stant coram te semper
et audiunt sapientiam tuam. Et vere beati quia omnia que volunt habent
nec aliquid volunt quod non decet. Augustinus xiii de trinitate capitulo v
et libro de moribus ecclesie capitulo iii. Et Anshelmus ponit septem bona corporis
et septem bona anime que habebunt electi in celesti patria beatitudine.
Bona corporis, pulchritudinem, velocitatem, fortitudinem, libertatem, sanitatem,
voluptatem, et eternitatem. De quibus in illa vita pulchritudo iustorum adequabit
solis pulchritudini, que septuplicata quam modo sit speciosior erit, quemadmodum
divina scriptura testatur dicens: fulgebunt iusti sicut sol in regno patris
eorum. Velocitas vero tanta comitabitur, ut ipsis angelis dei qui
celestes sunt nunc, qui a celis ad terras et a terris in celum dicto citius
dilabuntur. Huius quoque velocitatis exemplum in radiis solis licet intueri
qui statim orto sole in plaga orientali pertingunt in ultimo plage occi-
dentalis, ut in hoc comprehendamus non esse impossibile quod de nostra dicimus
futura velocitate. Fortitudo tanta erit ut nulla res solebat movere maior ve-
locitas quam inanimatis. Fortitudo autem quia potentibus viribus quicunque meru-
erint superius tantum associari, itaque ut nullatenus illis obsistere
quicquam valeat vel si movendo aut evertendo voluerint quid a suo statu
quomodocumque divertere. Nec illico recedat nec in eo quod dicimus in maiori conatu
laborabunt quam nos modo in motu oculorum nostrorum. Nec quo excidat
animo quam adipiscemur angelorum similitudo quibus si hoc quod dictum
sumus aliud exemplum non occurrat ipsa sufficiat atque in quibus
angelos valere constiterit etiam nos eque valere probet et asserat.
Quia utique igitur angelorum fuerint similitudinem assecuti eorum quam
libertatem in nostro assequuntur. Itaque sicut angelis nihil obsistit ne
aliquid eos impedire vel constringere possit, quin pro velle suo cuncta
liberrime penetrent. Ita nobis erit obstaculum ullum quod nos retar-
det, nec claustra que nos detineant, nec elementum quod nobis ad velle
parum obsistat. De sanitate quid melius dici poterit quam quod
psalmista canit: salus in genus iustorum a domino. Quibus cum fuerit
a domino sanitas, que surripere poterit infirmitas. Excedere et minuitur
asserere licet sanitatem vite future ita ingentem et incommutabilem atque in-
violabilem fore ut ineffabili quadam atque sensibili suavitatis dulcedine
totum hominem repleat et omne quod aliquid in se vicissitudinis mu-
tabilitatis aut lesionibus suspicionis prodere queat penitus arceat atque expellat.
In illa futura vita delectatione quadam inestimabili bonos inebriabit
et dulcedine sui totos eos inestimabili exundantia satiabit.
Quid dixi totos, oculos, aures, nares, os, manus, pedes, guttur,
cor, iecur, pulmo, ossa, medulle, exta etiam ipsa et cuncta sigillatim
singula quam membra eorum in genere tam mirabili delectationis et dulcedinis
sensu complebuntur ut vere totus homo torrente voluptatis dei pote-
tur et ab ubertate domus eius inebrietur. Cum ergo hec bona fuerit adeptus

Non intelligo ad quid pro commodo corporis sui porrigatur ulterius appetitus
solummodo appetit ei quam tutus appetere dixi diuturnitas vite. Sed
ista illi minime deerit quia iusti in perpetuum vivent. Sub et alia que quidem
supra digessimus non minus animum sed ad animam sic illi ad corpus refe-
runtur. Ille nichilominus in septenario suo constituta nec modicum
placet menti que ipsorum saporibus fuit imbuta. Sunt autem hec sapientia
amicitia concordia potestas honor securitas et gaudium. Sapientia igitur tali
in futura vita bonis erit ut eorum que scire volunt nichil sit quod igno-
rent. Scient enim cuncta que scienda fecit deus, tam ea que preterita
quam ea que huius seculi sunt futura. Ibi a singulis omnes, ibi ab omnibus
singuli cognoscentur. Nec quemquam omnino latebit, qua patria, qua gente,
qua stirpe quisque editus fuerit vel quid in vita fecerit. Amicitia
vero intima erit singulorum quam intima extra singulos suo fervore
complebit, ut amandi unumquemque in quemque sufficiat unicuique ipsum tum
omnes unum sint corpus Christi et Christus qui est pax ipsa sit omnium
caput. Ille amori se affectu complectetur, quam membra unius corporis
sibi invicem copulentur. Amabis igitur deum omnes ut teipsum et amaberis
ab omnibus ut ipsi a se computabis habundans, eius in dilectionem quia
hoc tibi fuit in possessionem actam ista [illegible] et contemplare ipsum
per quod tibi hec bona pervenerunt et principes quia ille plus quam tu
ipsum et quam omnes alii incomparabiliter amabit te et tu super teipsum
ineffabili quadam suavitate illum diliges. Erit itaque tanta in cunctis
concordia ut in nullo sentires aliquem discrepare ab eo quod te constiterit
velle. Corpus unum erimus, etiam una erimus sponsa Christi, erimusque
quecumque ibi erimus. Non ergo maior inter nos discordia erit quam
est inter corporis membra. Verum sicut vides in motu oculorum quod illuc
quo unus vertitur mox alius sequitur, ita quocumque tuum velle converteres
velle omnium sine discrepatione illico tibi post habebis. Quid dixi omnium
ipsa ~~dei~~ dei voluntas non erit a tua divisa, sed sicut tu quod ille, ita
et ille in cunctis quod tu. Caput namque a suo corpore quid discre-
pabit. Cum itaque deum et omnes voluntati tue concordes habueris, perfecto
nichil voles quod non possis. Omnipotens igitur eris tue voluntati
quam ipsum omnipotentem habebis in omnibus concordem tue voluntati.
Itaque cum hec tibi tanta potestas affuerit honor concedens potestati minime
deerit. Igitur dum possessionem horum bonorum que digessimus
felix fueris. Nonne securus tibi ~~videbis~~ videbis. Maxime inquam.
Itaque cum tua vita perpetuo duret in illa vita et hec omnia tibi
huius securitatis quam ea amplius non perdendi certo accessit. Obsecro quid
existimas tibi erit. Securus igitur tantorum bonorum perpetuo eris
nec aliquis tibi adimere volet. Nichil timebis. Sic ego nec illius
gaudii modus a quoquam homine penetrari. Cum ubi mille milia et
decies centena milia innumerabiles ibi sint et omnes eadem beatitudine
perfruentur, ut nullus eorum sit qui de bono alterius gaudeat
quantum de suo. Porro videbis deum super se amabunt, ipsos
amatorem, et intelligentes se inenarrabiliter plus quam semetipsos
illum amatorem in gloria eius mira et ineffabili exultatione
exultabunt. Igitur hii qui ad tantum imperium vocati sunt
sed quam nullus eis deficiet. Ex quibus ita deductis sequitur [illegible]
Ipse unigenitus dei filius primo venit in carne assumendo humanam te
in unitate suppositi ut imitatore. Hec in eternum ut imitatoris

familia

aggregaretur Tercio in regime ut forma aggregacionis declaretur
Primum patet quia tamen ex Genesis testimonio capitulo primo homo factus sit ad
imaginem dei quia sum ymaginatum imitando beatitudinem assequeretur
dicente beato augustino ad dominum primo libro confessionum fecisti nos domine ad te
et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te sed homo oblitus
imaginati et imaginis et imitacionis in sola carnis ymagine
defigens oculos iuxta maledictionem bestialitatis induit prophetam dicente
homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus est illis psalmo 48 quia ad imitacionem et per
consequens ad beatitudinem ex se nullomodo resurgere potuit domino sibi dicente
osee xiii perdicio tua ex te ex me tantum auxilium tuum Verbo ne
diuina frustraretur intencio qua hominem pro beatitudinis assecucione ca-
verat de qua intencione post modum eciam informat iudex Mathei 24
venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitucione mundi
necesse erat ut imago homini proponeretur possibilis que lapsum reparet
ut deus et ad imitacionem prouocaret ut homo ex eo quod se conformem
ita diligeret primo metre et non conformem nisi conmisando imitari
homines secundum illud poete Cum fueris Romae et cetera Et talis imago
fuit xpistus ihesus quem et imitandum per incarnacionem aduenit homini Quomodo
solerter perpendendum quia hec tria sunt ab eterno premissa scilicet et incar-
nacio hominis ruina et reparacio et adiungitur et incarnati eiusdem
ruine et reparacionis reparacio dicente apostolo ad Romanos primo quod xpistus predesti-
natus est secundum carnem quo ad primum ex resurreccione mortuorum et
lapsorum in adam quo ad secundum et quo ad tercium scilicet quod tales lapsi
non reparantur nisi ex conformitate Videbit ibidem capitulo viii de Nam
quos prescivit et predestinavit conformes fieri imaginis filii sui et
sicut ipse et cetera Quorum circa oracione tria conformis mouentur et sol-
ventur dubia Primum Cur homo creatus est ad imaginem dei cum de
deliberacione in eo quod dicitur faciamus hominem ad imaginem et similitudinem
nostram De ceteris vero creaturis sine deliberacione dicitur dixit et facta sunt
mandauit et creata sunt Et respondetur quia non nisi super difficili fit deliberacio
et consilium Verbo non super hominis creacione fit deliberacio sed super
tribus difficilibus dictam creacionem concomitantibus scilicet super difficili filii
dei incarnacione qui cum in forma dei esset exinaniuit semetipsum
formam serui accipiens ad philippenses 2o Secundo super difficiliori
per mortem crudelissimam reparacione Tercio super difficillima lapsi
hominis imitacione de qua dicit Augustinus super Johannem facilius
est celum et terram creare propter defectum resistencie quam impium
iustificare Occasione 2i scilicet lapsus hominis 2o queritur Cur an-
gelus prius labi sine deliberacione creatus est ad imaginem dei Respondetur
ex premissis quia non prouidetur reparari tamquam ad dampnacionem preuisus
ex sententia saluatoris Mathei 24 dicentis discedite a me maledicti
in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius De hominibus
vero supra dicit possidete regnum quod vobis paratum est Primo ignis eternus
non est pro hominibus sed pro lapsis angelis paratus Et ymo sua
dicit apostolus ad hebreos 2o nusquam apprehendit angelos sed semen
abrahe Tercium dubium circa textum quod dicit prescitos ad beatitudinem
predestinatos fore conformes dirimit altercacionem de predestinacione ex
qua quidam altercantes inferunt Si sumus predestinati vtcumque
viuentes saluabimur quibus in ensimal textus determinatur per apostolum
modus viuendi conformis Vnde et quid subdit apostolus tale verso dicens

Quos predestinavit hos et vocavit scilicet ad sui noticiam Et quos vocavit
hos et iustificavit scilicet de impietate ad graciam Quos autem iustificavit
scilicet per graciam Hos et magnificavit scilicet per gloriam consumatam Quid
ergo dicemus ad hec Nempe stupenda imaginum misteria videamus
ex fundamento quinque quidem imaginum non omnibus imitandis sed magis
venerandis Primo itaque Christus Ihesus est imago patris ad Col 3
Secundo est imago et exemplar omnium creaturarum ad Coloss primo portans
omnia verbo virtutis sue ad hebr 1 quia omne quod factum est ab
eterno in ipso vivebat Johannis primo Tercio secundum animam assumptam
est imago beatissime trinitatis in via quia perfecte fruebatur in via
beatissima trinitate secundum omnes eius potencias elevatas ad divinas perfecciones
Iuxta illud Math xxii diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc
Quod nulli puro viatori per fidem potest convenire secundum Augustinum Quarto
est imago secundum corpus nobis similis per omnia ad philipen 2o In
similitudinem hominum factus est et habitu inventus ut homo itaque eciam
omnibus operacionibus imitari non subest propter impossibilitatem Quinto fa-
ctus est imago secundum infirmitatem assumptam ad hebr 2o Debuit per
omnia fratribus similari scilicet preter ignoranciam et peccatum propter que de-
struenda venerat Et hanc imitacionem consulere non possumus ex alle-
gacione impossibilitatis quia ex hac infirmitate carnis homo bestia-
litatem induerat videlicet ex primis parentibus Igitur consulitur caro nostra per nos cra-
cificari debeat tota sue misericordie vita ipse in sua carne demonstravit
dicit Leo papa in sermone Nativitatis eius sicut ibidem dicit Agnosce homo
in Christo carnem generis tui et eam noli feda impietate maculare
Hinc Zacharias ait luce primo Iusiurandum quod iuravit etc ut sine
timore scilicet bestiali liberati scilicet per amarissima passionem de manu
inimicorum nostrorum serviamus illi velud instrumenta ab eo mota
In sanctitate abstinendo a viciis et iusticia insistendo bonis omnibus
diebus nostris Hec est enim imitacio debita Et ut omnibus tolleretur
excusacionis occasio eciam hanc imitacionem infirmitatis sue voluit
omnibus insinuare ad luce ix Si quis vult venire post me abne-
get semetipsum et tollat crucem suam non meam et sequitur me et si
non prope saltem per multa miliaria quoniam et Petrus sequebatur a longe
ut videtur fine Math 26 fidelia quippe mandata eius sunt imitacionem
huiusmodi sequi facta in veritate et equitate pro unigenitus quo ibi-
dem et portabilitate Verumtamen ne tum circa libertatis sequi foret occa-
sionata malicie facultas radix imitacionis promittitur in sui abnegacionem
quam exemplavit facto et docuit verbo affectu videlicet mira cracioni
In qua non solum se quo ad apparenciam hominum exinanivit formam
servi accipiens non divinam sed etiam assumptam naturam a propria personalitate de-
nudans et divine inserens tamen voluntatem propriam divine voluntati con-
pulavit dicens ego veni non ut faciam voluntatem meam sed eius
qui me misit Johannis vi0 Circa voluntatis abnegacionem quibus verbo
docuit apostolos dicens Beati pauperes spiritu Renunciat omnibus sequentes dum
docet respuere desideria proprie voluntatis et in se divinam volunta-
tem vivere instar apostoli dicentis ad Galath 2o Vivo ego iam non ego
vivit autem in me Christus Hinc angeli in nativitate domini pacem
annunciabant hominibus bone voluntatis quia sic divine insistit voluntati
secundum apostolum ad Thit 2o Apparuit gracia dei et salvatoris nostri omnibus
hominibus erudiens nos ut abnegantes impietatem et secularia desideria

Sobrie iuste et pie vivamus etc. Ex qua radice abnegacionis virtuose
poterit quis tollere crucem suam penam sensibilem voluntarie assumendo
secundum illud apostoli ad Phil. 2o. Et gratia gloriatur sed beatitudinis. Hoc sentite
in vobis quod et in Christo Ihesu. Et pro scandala illata mala ablutis
equanimiter tolerare. Nam virtus est omnibus vidua, quam non paciencia
firmat. Salvator dicit Luce 21. In paciencia vestra possidebitis animas vestras.
Hac racione ductus Ysaias dicebat c. 31. Audiet quod salvatum
fuerit, radicem deorsum et faciet fructum. Tales erant apostoli qui
delicias corporis abnegando crucem tulerunt et mortem pro beatitudinis
assecucione. Dixi 3o. Unigenitus dei plus veniens in carne
imitandus venit in ecclesiam ut familiam imitatorum aggregaret. Vi-
detur enim opus imitatoris exinanire, si ymaginem imitatorum
contingeret deficere. Unde sicut Christus assumptum naturam ineffabiliter
divinitati copulavit, sic naturam humanam sterilitate dampnatam in Adam
quemadmodum ei dictum est Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo spinas
et tribulos germinabit tibi, decuit vi sacramentorum assumpte sue
humanitati fructuose inserere et postea sic vite appellacione Iohannis xv.
Ego sum vitis et vos palmites. Super quod dicit Augustinus in omelia: Unigenitus non fuit vitis et palmi-
tes. Dicit quod, Cum esset deus, tunc nos non sumus, factus est
homo ut in illo vitis esset humana natura, tunc et nos homines
palmites esse possemus. Ex hac racione ut ipse esset mediator dei et hominum
cuius humanitas assumpta foret instrumentum generacionis deportativum
a divinitate in ecclesiam tamquam familiam vi sacramentorum sibi coniunctam.
Non solum ex principio naturarum, scilicet dei et hominis, vel proprietatum
quarum deus est beatus et immortalis ex una, homo vero miser et
mortalis ex altera parte, Christus beatus et mortalis in via medius
ut deducit Augustinus libro 9 de civitate dei, sed eciam velut caput membrorum
imitatorum et sensus ac motus graciarum infusivum. Explicit dogma.
Primo quod sicut sua de patre generacio non fuit idonea pro imitacione
nisi superadderetur secunda generacio de virgine. Sic hominum naturalis
generacio non sufficiebat pro beatitudine, nisi superaddetur 2a generacio
de ecclesia dicit Christus Iohannis 3o. Oportet vos nasci denuo. Super quod dicit
Augustinus post principium quinti de civitate dei: Natus est ex Adam
Cayn prior malus et carnalis, sed si in Christo renascendo profecerit
erit post bonus Abel, quia non prius quod spirituale, sed quod carnale
sive animale. 1 Cor. xv. Circa principium huius aggregacionis
imitatorum. Quintus 5o sequitur medium, scilicet quod sicut persona Christi constat
ex eterno verbo et assumpto carnis elemento. Sic generacio
ex utero ecclesie in baptismi sacramento, quod similiter conficitur ex verbo
et elemento Mat. ultimo. Baptisantes eos in nomine patris etc. Nec
obstat quod in Christo tunc virtute sed anima, quia sacramenta fluxerunt
de Christi corpore exanimi Iohannis 19. Dicit Augustinus 22 de civitate dei
c. 17. Et similiter Crisostomus, quod sicut de latere Ade dormientis fabricata est ecclesia,
facta est Eva, sic de latere Christi in cruce dormientis
veruntamen anima Christi fuit principium medii influenciam efficacie sacramentorum
que suscipientibus non proficerent, nisi eorum anime se ad motum exhi-
berent. Unde sequitur tercium quod sicut in Christo natura assumpta fuit
a naturali personalitate denudata et in divinam translata, sic humana natura
per baptismum a naturali vetustate spoliata et conformitati inserta.
Ad Gallatas 3. Quicumque baptisati estis Christum induistis. Sic denique

per sacramentorum fecunditatem caritas innata corporis efficit una caro cum
baptizatis ecclesia sicut dicitur ad ephes. v° Erunt duo in carne una sa-
cramentum hoc magnum est, ego autem dico in xº et ecclesia. Dixi tercio quod
Unigenitus dei filius venit in virgine, ut forma aggregationis ecclesie
declaretur et hoc 3ª racione. Primo sicut incarnatio christi sub racione
sui absoluta, non solum est a nobis veneranda, sed etiam imitanda
sub racione relativa, quia ex simbolo est propter nos facta tamquam sacramentum
et figura nostre incorporationis instituta. Sic maternitas virginis mariae ultra
veneracionem sibi debitum, est a nobis imitanda tamquam figura et
sacramentum maternitatis ecclesie. Ideo quod eadem racione est virgo et mater
ecclesia, qua beata maria, patet quia utraque mistica a spiritu sancto causante in
eis conformit virginitatem et maternitatem. Hinc in simbolo spiritus sancti
apud eas bis nominatur, Ex quibus gloria pantele ranc designatur
dummodo vivat rarius ex hiis misterium generacionis de spiritu sancto. Hec
est generacio querencium dominum in innocentibus manibus etc. Sicut ergo
corpus christi in utero virginis est ex suis sanguinibus spiritus sancti coagu-
latum, sic eodem spiritu sancto corpus christi misticum quod est ecclesia, est ex
personis baptizatis congregatum. Prelati vero ecclesie in eius generacione sunt
instrumenta spiritus sancti. Ad ephes. 4° Quosdam dedit etc. Tercio quod sicut
nullum membrum corporis christi fuit aliunde sumptum quam de virgine maria
sic nullum membrum assumitur pro triumphante ecclesia nisi de militante
in fide christi incarnati fundata, patet ex illo mathei 21 Qui preibant
et sequebantur clamabant osanna filio david. Est igitur ecclesia una per
fidem unius incarnati mediatoris. Est sancta propter operacionem spiritus sancti
Quamobrem non salvatur nisi in fide mediatoris incarnati, post
divulgacionem baptismi, cepit esse katholica. post christi resurrectionem
apostolica quia tunc date sunt claves apostolis, quibus datus est spiritus sanctus
virtute sacramentorum, et non ante christi resurrectionem et glorificacionem
Johannis 7° Nondum erat spiritus datus, quia ihesus nondum erat glorificatus

Et dixit michi Hec verba dei vera sunt. pre-
missa beatitudine vocatorum ad cenam nuptiarum, hic subdit huius
ratificacionem dicens Hec verba dei vera sunt scilicet et ideo credenda, sed
Queritur ad quid ponit hoc, cum certum sit omnia hic scripta esse
vera. Dicendum secundum Richardum quod ut firmius et certius a nobis credantur
et in maiori auctoritate habeantur, non sua sed dei verba que dicit protestatur
Est enim deus verax et omnia vera sua vera, unde ultio confitetur
ego cum audieris verba prophetie huius Quasi ergo dicat Quia deus
verax est, qui mentiri non potest et hec verba que tibi dico, verba dei sunt
et ideo horo certo veniet quod futura predixi Vera ergo sunt quo ad
promissionem et adimplecionem et ideo credenda sunt. Sed quod beati sunt
qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt, sed vocacione predestinacionis
non predicacionis vel presentis iustificacionis mathei xx Multi sunt vocati
sed per graciam, pauci vero electi sed per gloriam Et patet hic ex
doctoribus et predicatoribus contestandi esse verba dei que locuntur
Ezechiel 3 Audies verbum ex ore meo et annuncies eis Numeri xxiii
dixit et non faciet, locutus est et non implebit, quasi diceret non. Et ibi
Et cecidi etc. Ubi describitur beati Johannis erga angelum humiliacio. Voluit
enim Johannes angelo sibi revelanti reverenciam exhibere, quia gratia pro
gratia redditur. Unde dicit Et cecidi id est mente et corpore me humiliavi
ante pedes eius id est angeli mihi revelantis ut adorarem eum etc.

q. d. Qualiter hic Iohannes cum sciuit solum deum esse adorandum Math. iiii Dominum deum tuum adorabis. Qualiter ergo voluit angelum adorare. Dicendum quod est adoracio latrie qua solus deus est adorandus. Et est latria nomen grecum et interpretatur seruitus non quecumque sed que soli deo debetur ut ait Augustinus contra Faustum 16o. Et est adoracio dulie que est exhibicio reuerencie superioribus debite secundum Damascenum libro iiii c. [illegible] Et de hac loquitur hic. Ut enim ait Haymo. Quia maiorem se vidit Iohannes ideo cadens voluit angelum adorare. Hic etenim angelus et Iohannes proprias gerunt personas. Nam supra xix Cum angelus dixit Ego sum Alpha et O primus et nouissimus gerebat angelus personam Christi. Hic autem ostendit se missum esse in figura [illegible] cum propriam personam considerans prohibet ne se debeat adorare. Ideo subditur [illegible] sed adorare prohibetur cum dicitur Et dixit michi vide ne feceris quasi maiorem adorare. Vide inquit caue ne feceris scilicet me quasi maiorem et digniorem honorando. Et subditur causa cum dicitur Conseruus enim tuus sum scilicet seruiens sub uno dominatore. Nam unum dominum habemus ego et tu. Nec in ullo tibi sum prelatus quia in doctrina quam te docere missus sum inquit Haymo. Omnes enim sunt administratorii spiritus ad Hebr. i. Quia milia milium ministrabant ei Dan. vii. Et Math. iiii accesserunt angeli et ministrabant ei. Nec solum sum tuus conseruus sed et fratrum tuorum scilicet fidelium hominum, me equalem esse profiteor. Unus enim est pater vester. Omnes autem vos fratres Math. xxiii. habentium testimonium Ihesu Christi fide Ihesu Christi. Supra primo testimonium Ihesu Christi. Et ideo non sum adorandus a te. Et quia ne se debeat adorare prohibuit. Ideo consequenter ostendit quem debeat adorare cum subiungit Deum adora scilicet ipsum colendo et venerando et te sibi subiciendo sicut et angeli faciunt. Unde illud psalmi Adorate dominum omnes angeli eius. Sed dicitur cum adoracione dulie possint adorari angeli et sancti. Qualiter hic prohibuit eum angelus adorare se dicta veneracione. Responsio. Dicendum secundum beatum Gregorium xxi moralium exponentem istud super illud Iob xxxi Nunquid non in utero fecit me qui me et illum operatus est. Potentibus viris magna est virtus humilitatis considerata equalitas condicionis. Omnes namque homines natura equales sunt, sed accessit dispensatorio ordine ut quibusdam alii prelati videantur. Ipsa namque diuersitas que accessit ex vicio recte diuinis est iudiciis ordinata ut quia non omnis homo iter vite equaliter graditur, alter ab altero arguatur et regatur. Sancti autem viri cum presunt non in se potestatem ordinis sed equalitatem condicionis attendunt, nec preesse gaudent hominibus sed prodesse. Postquam cum deest vicium quod corrigatur non de excellencia potestatis sed de equalitate condicionis gaudent. Et non solum ab eis metui sed etiam plus quam iustum est honorari refugiunt. Nec enim leue se pretium humilitatis credunt si ab eis pro merito forte se ordinis plus estimetur. Hinc est enim quod primus pastor ecclesie sanctus Petrus cum adorare se Cornelius supplex sibi videret honorem oblatum ad equalitatem condicionis sue tutus reduxit dicens Surge et ego homo sum Act. x. Omnis enim nesciat quod conditori suo homo deceat et non homini prosterni. Quia ergo humiliari sibi plus quam oportuit vidit, ne ultra humanitatis metas mens intumesceret, esse se hominem recognouit. Contra illati sibi honoris elacionem frangeret ex considerata equalitate condicionis. Hinc et Iohanne angelus adoratus creaturam se esse cognouit dicens Vide ne feceris conseruus tuus sum et fratrum tuorum. Sed tamen.

Contra. Qualiter angeli sustinuit adorari ab Abraham Gen. xviii et a Loth Gen. xix. Responsio secundum Gregorium xxvii moralium super illud

Job 3[?]. Amittat de luce amico suo quod possessio eius sit et ad eam possit
ascendere. De luce eterne patrie. Deus annunciat amico suo scilicet custodienti
voluntatem eius quod possessio eius sit. Et ut nequaquam de infirmitatis sue
fragilitate desperet, nequaquam liber quod factus est, sed quod redemptus est
perpendat. et tanto cautius serviat quod illius lucis claritatem possideat, quanto
iniquis viciorum pulsantium tenebras vel verius calcat. Et hiis in
promissionem subiungitur, et ad eam possit ascendere. Quia enim difficile
videtur homini in terra edito, terrena et fragilia membra gestanti
celorum alta conscendere, supernorum spirituum archana penetrare. Quia eorundem
spirituum ad nos conditor venit se etiam hominem sub ipsis exhibuit. Sic
de illo pater per prophetam dicit. Minuisti eum paulominus ab angelis.
Et quod nos et eosdem spiritus discordantes [illegible] scandalo redemptum
mira potius miraculo etiam pietate summa caritas suscipientes
una cum summis iunxit. Hinc est enim quod eodem rege nato an-
gelorum chori in eius amicitiam procedunt. Ymnum dicunt. Et de vitiata
prave vite discordia, hos quos dudum despexerant cives agnoscunt
consono ore predicantes. Gloria in excelsis deo et in terra pax
hominibus bone voluntatis. Et si aperte dicant. Nos quos nobis malicia
disiunxerat, iam nunc in terra nata bonitas iungat. Hinc est quod ante
incarnationem eius in veteri testamento legitur homo angelum ado-
rasse, nec tamen adorare prohibetur. Sed post mediatoris adventum, cum se
Johannes adorare voluisset, audivit. Vide ne feceris. Conservus tuus sum
et fratrum tuorum. Quid est enim hoc, quod prius eminenter credebat, et post
adorari ab hominibus angeli renuunt, nisi quod prius hominem carnalibus
corruptionibus deditum, nec ab ipsis carnalibus corruptionibus
redemptum, quo ab inferiore noverat iustius contempnebat. Eum modo
vero humanam naturam iam substratam habere non potuit, pro eo quod hanc
in auctore suo etiam super semetipsos ductam videbant. Neque in-
debat iam in membris subiecta despici que in ipso membrorum ca-
pite meruit plurimum venerari. Ubi ergo qui pro nobis amor angelis
extitit, ecclesie [illegible] angelis virtutem sue umbracionis fecit, et ibi multum
de hoc. Et est omelia viij^a prime partis evangeliorum. Prius quippe
quam redemptor in carne nasceretur discordiam cum angelis habuimus,
a quorum claritate atque mundicia per prime culpe meritum et per coti-
diana delicta longe distabamus. Quia enim peccando extranei facti eramus
a deo, extraneos nos a suo consortio deputabant angeli cives dei.
Sed quia cognovimus regem nostrum, recognoverunt nos angeli cives suos. Quia enim
rex celi terram nostre carnis assumpsit, infimitatem nostram illa iam
angelica celsitudo non despicit. Ad pacem nostram angeli redeunt, intentionem
prioris discordie postponunt, et quos infirmos abiectos quoque despexerant
iam ut socios venerantur. Hinc est enim quod loth et Josue angelos
adorant, nec tamen adorare prohibentur. Johannes vero voluit angelum adorare
sed tamen ipse angelus hunc ne se debeat adorare compescuit dicens. Vide ne
feceris etc. Quod naturam nostram quam prius despexerat, postquam super se
assumptam conspicit, substratam sibi videre pertimescit. Nec iam
sub se velut infirmam contempnere ausi sunt quam super se videlicet in celi
rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium, qui super se
adorant hominem deum. Hec ibi. Et idem Beda et haymo dicunt quod postquam
dominus assumptum hominem super celos levavit, angelus ab homine
adorari timuit, quem super se regnare cognovit. In veteri testamento non
erat deus homo, propter quod erat homo simpliciter inferior angelo.

Nunc autem factus est deus homo propter quod sublimior est homo angelo. Ideo angeli videntes hominem supra se, noluerunt ab hominibus adorari propter reverentiam Christi, quia nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahe. Ad Hebr. 2° [1]. Quasi ergo diceret angelus: Noli me adorare quia verba tibi depromo, sed eum in cuius persona tibi appareo, ait Haymo. Et quod dixerat testimonium Ihesu Christi, exponit dicens: Testimonium enim Ihesu est spiritus prophetie. Quicquid enim spiritus prophetie dixit, testimonium est Ihesu, cui lex et prophete testimonium perhibent, ait Haymo. Unde et cum ipso in monte transfigurato Moyses et Helias apparuerunt in eadem maiestate, ut per hoc ostenderetur ipsum habere testimonium a lege et prophetis. Hinc ipse dominus dicit [illegible] Iudeis: Si crederetis Moysi, crederetis et michi, quia de me ille scripsit. Iohannis 7°. Idcirco scrutamini scripturas. Omnis enim scriptura per spiritum est data. 2 Petri p°: Firmiorem habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et ideo spiritus prophetie testimonium est Ihesu, quia omnis scriptura testimonium perhibet Ihesu. Unde ipse resurgens dixit discipulis, Luce ultimo: Oportet impleri omnia que scripta erant in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. Nam et eo baptisato spiritus sanctus ei testimonium perhibuit quod esset dei filius, quando super eum in specie columbe descendit, Math. 3. Spiritus itaque prophetie Christo Ihesu testimonium perhibet, quia omnia que lex et prophete narrant de illo dicta videntur. Act. X: Huic omnes prophete testimonium perhibent. Habet autem hoc testimonium Ihesu, non hii qui verbotenus ea que de illo dicuntur credunt, quia fides si non habeat opera mortua est, Iacobi 2°, sed qui ea fide pollent que per dilectionem operatur, et qui fidem quam habent operibus ornant, inquit Haymo.

Ex dictis ergo habetur ex parte angeli iusta cautela, et doctrine veritas, et ex parte Iohannis eius humilitas et cordialis humanitas. Et de hoc diffuse determinat beatus Augustinus X libro de civitate dei, c. 1° et 16°, et 19°, declarans veram beatitudinem sive angelis sive hominibus per unum deum tribui, etiam platonicos diffinisse, sed utrum hii quos ob hoc ipsum colendos putant, velint sibi sacra fieri, an etiam sibi sacrificari velint, investigat ibidem. Et finaliter concludit quod sic orantes atque laudantes deum ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus. Ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse noverimus quam illi, cuius in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Tunc nobis favent nobisque congaudent atque ad hoc ipsum nos pro suis viribus adiuvant angeli quique virtutes superiores et ipsa bonitate ac pietate potentiores. Si autem illis hec adhibere voluerimus, non libenter accipiunt, et cum ad homines ita mittuntur ut eorum presentia sentiatur, apertissime vetant. Sic exempla sunt in litteris sanctis.

Contigerunt quidam angelis deferendo honorem vel adorando vel sacrificando qui debetur deo, et eorum admonitione prohibiti. Ipsi quoque homines ei deferre cui veri prophetas esse noverunt, contradicti sunt angelos [illegible] etiam sancti homines dei. Nam Paulus et Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo sanitatis putati sunt dii, eisque Lycaonii victimas immolare voluerunt, quos a se humili pietate removentes eis in quem crederent annunciaverunt deum. Et ob aliud fallaces illi dii superbe sibi hoc exigunt, nisi quia vero deo deberi sciunt.

Augustinus ubi supra c. 19.

Ex quibus sequitur tercio ymo quod vna adoracione latrie sole tres perso:
ne diuine sunt adorande. Probatur quia cum sen(?) vero quareret quis ado:
racione latrie debeat adorari, est summa maiestas et summum dominium
et summa potencia. Et quia in tribus personis diuinis est vna maiestas, vnum
dominium et vna omnipotencia, tamen de mehelo(?) cuncta tenerunt
Ideo vna adoracione latrie sole tres persone diuine sunt adorande
Quia aut summa maiestas etc. sunt vero seu causa propter quam deum
debetur adoracio latrie. Patet quia latria est cultus racione summe ma:
iestatis dominij et omnipotencie, soli deo fateri principaliter et propter
se debitus. Vnde ex illo Exodi 20 dominum deum tuum adorabis, sic
Lombardus glosa: patrem et filium et spiritum qui est vnus deus, ille ado
racione latrie adoratur et specialiter ei servitur propter se. Ad idem
Rabanus super Genesim dicit Adorare est ad deum tantum quod solus adorandus
est tota mentis intencione tendere. Et Guillelmus Altissiodorensis latria
proprie est professio maiestatis diuine non solum appellando maie:
statem diuinam magnitudine eius qua replet totum mundum et
qua repleret eciam infinitos mundos si essent, sed per diuinam
maiestatem intelligendo summam eius bonitatem, summam potenciam
summum dominium etc. Sciendum tamen quod in hac adoracione
triplex est professio scilicet corde ore et opere. Corde confitemur diuinam
maiestatem per fidem credendo deum esse summe potencie bonitatis etc.
Ore confitemur eam orando deum ut fontem omnium bonorum
Opere vero confitemur sacrificando, genua flectendo etc. Vnde Iohannes
Damascenus lib. 1o suarum sentenciarum: quum ex duplici natura
constituti sumus scilicet intellectuali et sensuali, dupliciter deo adoracionem
offerimus, scilicet spiritualem que consistit in interiori motu anime et
corporalem que consistit in exteriori corporis humiliacione. Et in
omnibus actibus latrie illud quod est exterius refertur ad
illud quod est interius sicut ad principalius. Et ideo exterior adoracio
fit propter interiorem, vt per signa humilitatis que corporaliter exhibemus
excitetur affectus noster ad subiciendum se deo, quia connaturale est
nobis vt per sensibilia ad intelligibilia procedamus. Vnde genua
flectimus nostram infirmitatem coram deo significantes, prosternimus nos
quasi confitentes nos nichil esse ex nobis. Exteriora vero sacrificia puta
luminaria et similia exhibemus deo, non propter eius indigenciam
sed in recognicionem quod omnia ab ipso habemus. Et sicut ex omnibus omnia
recognoscimus, ita eciam eum ex omnibus honoramus. Dicit
tamen beatus Thomas quod obsequium siue seruitus prout diuinis exhiberi non
tamen supremo et speciali debetur deo, quia in eo est summa ra(cio) ma:
iestatis et dominij, propter quod illud seruicium intitulatur nomine speciali
Scitur quod aut est vero specialis dominij, ibi eciam est specialis ro
seruitutis, quia seruus refertur ad dominum. Dominium autem quod
deo tamen specialem et singulare racionem, quia ipse omnia fecit, facta
conseruat, conseruata tamquam summus in entibus regit et gubernat.
Vnde virtus ista cum honore specialem deo exhibendum respiciens
quatuor nominibus appellatur. Vocatur enim illud seruicium pietas
propter affectum deuocionis quod in illo seruicio primo attenditur. Secundo dicitur
Theosebia id est diuinus cultus vel Eusebia id est bonus cultus quantum
ad intencionem attentam, illud enim coli dicitur quod studiose intenditur.
Tercio dicitur latria id est seruitus quo ad opera que exhibentur in recognicionem dominij quod deo competit ex iure creacionis.
Quarto dicitur religio quo ad destinacionem operum ad que se

declinat homo obligando in cultu diuino. Siue enim religio dicatur a frequenti electione siue ex iterata electione eius quod negligenter amissum est, siue a religando uni omnipotenti deo, proprie importat ordinem ad deum. Ipse enim est cui principaliter alligari debemus tanquam indeficienti principio ad quem etiam nostra electio debet assidue dirigi sicut in ultimum finem, quem eciam negligentes peccando amittimus et credendo fidem, sed protestando recuperare debemus ut dicit beatus thomas 2a 2e q. 81 a. 1. Sequitur sextum 2o

Quod non maior nec minor adoratio seu veneratio debetur filio quam patri vel spiritui sancto nec ergo maior aut minor debetur patri vel spiritui sancto quam filio, adorantur siquidem tres persone ut sunt unum in una maiestate, ut quod dicitur genesis 18 quod abraham tres vidit et unum adoravit. Licet igitur ibi sit distinctio personarum est tamen una adoratio, quia una est maiestas et equalitas in tribus. Et ideo dicitur Johannis sexto Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Pro quo intelligitur quod honor patris ex honore filii dependet et econtra. Similiter licet ibi sit distinctio [illegible] in proprietatibus, tamen ille proprietates sunt ad invicem relative, ut quod Salvator Johannis xiiii dicit philippe, qui videt me videt et patrem meum. Propter hoc omnis qui cognoscit filium intelligit ut filium necesse est quod intelligat patrem. Igitur respiciendo distinctionem tamen personarum divinarum una et idem honor inmo et eciam una et eadem adoratio debetur eis, quia una est excellentia earum. Unde cuivis siquidem cum legitur de abraham quod tres viri ei apparuerunt, adorans unum alloquitur dicens Domine si inveni graciam in oculis tuis etc. Sed aut ad invocationem tamen personarum singulariter genu flectit dicit beatus Thomas 3a parte q. 8 [illegible]. Sic quod est tamen personarum, non autem dignitatibus adoratur. Sed dicitur tamen sunt speciales orationes ad patrem speciales ad filium et speciales ad spiritum sanctum, ut videtur quod debetur et distincte adoratio adoretur pater et filius et spiritus sanctus. Respondetur quod deum una persona adoratione debita, adoratione latrie, tamen alie non excluduntur quia hec adoratio in una quod est tres persone sed unitas essentie. Sed adhuc dicitur filius ut est redemptor adoratur et tamen pater non est redemptor humani generis neque spiritus sanctus. Respondetur quod aliquis potest dici redemptor duobus modis, vel ab auctoritate redemptionis vel ab auctoritate simul et executione. Primo modo pater et filius et spiritus sanctus sunt unus redemptor humani generis et unus auctor redemptionis eo quod opera trinitatis ad extra sunt indivisa et ipsi principaliter et proprie nostram redemptionem effecerunt auctoritative. Si vero dicitur redemptor ab auctoritate simul et executione sic redemptio competit soli filio, quod in ministerio duobus fuit auctor et in ministerio hoc fuit executor. Nam filius de voluntate patris et spiritus sancti naturam humanam assumpsit et in illa redemptionem ipso suo fecit, pro eo satisfaciendo. Super quod Redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua. Ideo quod pater et spiritus sanctus quamvis in redemptione seu redemptore, non excluduntur, sed includuntur.

Maior est in filio redemptore in quantum homo quam in patre et spiritu sancto, quia tamen in christo dei filio est aliquod homo quod non est pater nec spiritus sanctus sed humanitas, que non est in unione in patre et spiritu sancto. Et ideo filius extensive honoratur quam pater aut spiritus sanctus sed non intensive ut dicit alexander in tercia parte summe

feritatem (?) propter preceptis. Sic etiam filius dei Ihesus Christus non est plus a nobis
diligendus quam pater et spiritus sanctus appreciative, licet bene plus excitative vel
extensive, quia per redemptionem suam et multum et multa nobis fecit
per que nos excitavit ad se diligendum. Unde contemplativus aliquis orationes
faciens quamquam in principio vel in medio dirigitur ad unam personam, semper
tamen concluduntur in fine de trinitate, racione unionis trinitatis, que
indivisa est in omnibus tribus personis. Et ideo per hoc circa non videtur de
necessitate hominum plus excitare ad unam personam quam ad aliam, sed potius
per appropriata earum movetur affectus hominis ad plus diligendum totam trinitatem.
Nam ille devociones ad quas provocat oratio ecclesie, hoc accipiuntur ex
propriis personarum, sed ex appropriatis operacionibus seu effectibus earum. Licet
enim peccator cogitans de clemencia que appropriatur spiritui sancto magis
excitatur ad devocionem quam qui cogitat de omnipotentia que patri, vel de
sapientia et iusticia que filio, quamquam ergo certum est. Et tamen secundum veritatem illa
causa motiva, quare sic diligit, equaliter convenit omnibus personis, quas
taliter equaliter diligit, licet hoc non semper advertit. Item tamen quod glosa
super illud psalmum In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus Israhel dicit
deo cui debetur latria, domino cui debetur dulia. Que glosa sic est
intelligenda quod deo racione sue essencie detur latria, id est honor incommunicabilis,
quemadmodum dei substantia et natura est incommunicabilis creature. Domino
vero debetur dulia, id est racione dominii detur honor et reve-
rencia communicabilis. Dominium enim communicatur creature eo modo quo dicimus
quod deus potens est et facit creaturam potentem, sapiens est et facit crea-
turam sapientem, bonus est et facit creaturam bonam. Illi quibus communicat
eius potentiam sapientiam et bonitatem. Et secundum hoc deo detur honor et
reverentia propter suam excellentiam quam creaturis aliquibus communicat, non secundum
equalitatem, sed secundum quandam comparacionem, scilicet racione dignitatis in specie comparacionis
comparacionum dicimus esse creaturam. Et talis honor generali vocabulo dulia
nuncupatur, que est honor debitus cuicumque creature secundum statum suum,
sive sit in vita spirituali sive futura. Vel secundum Alexandrum dicitur reverentia
debita racionali creature superioris ordinis racione cuiusque dignitatis
et excellentie, sicut est prelatus dominus, magister. Sic Nathan propheta
ingressus ad regem David adoravit eum pronus in terra, 3 Reg. 1.
Hanc illam reverentiam que debetur excellenti creature. Secundum autem
reverentiam que debetur deo, Mardocheus noluit Aman adorare
timens ne honorem dei transferret ad hominem, ut habetur Hester xiii.
Prelatos igitur adoramus veneracione dulie propter conformitatem ad
deum in potestate, doctores et magistros propter conformitatem in sapientia et scientia,
viros sanctos propter conformitatem in bonitate. Addit tamen Albertus
magnus quod dulia debetur creature racionali non depravate per peccatum irremediabiliter,
in qua apparet actus dignitatis. Dicit racionali quia irracionali dulia
non detur. Dicit non depravate per peccatum irremediabiliter propter demones
et animas damnatorum. Dicit in qua apparet actus dignitatis propter
illum quem videmus in actu peccati mortalis. Tamen ei honor fit
exhibitus reverentie in signum virtutis, et in talibus apparet actus
honoracionis communis. Honor eis non debetur. De sanctis autem dicitur
sicut dicit Gregorius super Ezechielem omelia 26: Sancti sunt imago dei
de quibus vitam redemptoris imitantur. Est enim in eis imago dei
per naturam et graciam que reducit imaginem ad plenam deiformitatem.
Ex parte ergo nature non est dicta adoracio in sanctis. Sed secundum [illegible]
ad graciam

Ca quilibet sanctus habet in se bonum excellens ratione cuius ei debetur
honor et ratione cuius debet ab eo dici . quod non est inventus similis illi . secundum
quod in aliquo sancto maior ponitur excellentia secundum hoc ei debetur
maior honor et adoracio . Sic beatissime virgini marie . que est pura
creatura propter quod ad honorem et cultum latrie non ascendit
quia quamvis excellentissimum nomen habet . ita quod excellentius pure creature
convenire non potest . ideo non tamen ei detur honor dulie . sed yperdulie
Prima virgo exivit . est mater dei quod tante dignitatis est quod non solum
viatores sed etiam comprehensores . nedum homines vero etiam angeli
reverantur eam quandam prerogativa speciali . Et hoc . n . quod est mater dei
prelata est ceteris creaturis . et eam preceteris decens est adorari
yperdulia que est servitus seu reverentia excellentissimis creaturis
exhibenda . Sic etiam angelis debetur adoracio dulie propter dignitatem
et excellentem in ipsis virtutum sed propter dignitatem contemplacionis et humilitatis
solicite administracionis . Nam de ipsis dicitur ad hebreos primo . quod omnes sunt
administratorii spiritus in ministerium missi etc. Et ideo angelus voluit
angelum adorare dulia . et hoc bonum et meritorie . quia hoc ei adoracio
debetur . Sed tamen nemo fuit accedens sine prohibicione a bono . Quare an:
gelus prohibuit Iohannem . Dicendum quod potest aliquid prohiberi . vel quia
est malum vel occasio mali . sed propter finalem declinacionem ad malum
Vel propter maius bonum aggrediendum . ut dicitur quod conatum volente se:
pelire patrem suum . mathei viii° . Secundum hoc dicendum quod angelus prohibuit
Iohannem ne ipsum adoraret . quia hoc erat occasio mali . quia sub
pretextu dulie poterat occasionaliter introduci ut creature latria
impenderetur . quod esset manifestum malum . Sic paulus prohibebat
idolatrica comedere . quia poterat esse occasio mali vel in se vel
in alio scilicet veneratorum idoli . i . Cor viii° . prohibuit etiam illud propter
renovacionem ad maius bonum . quia per hoc volebat ostendere exaltatam et
dignificatam esse humanam naturam per incarnacionem . ut homines angelis
equentur . Item propter dignitatem Iohannis qui fuit excellencior
multis angelis . Sic etiam martires adorantur dulia propter eorum
strenuam fortitudinem et constanciam . iuxta illud . fortes facti sunt in bello
ad hebreos xi . Dicit tamen beatus thomas quod oraciones porrigimus deo
dupliciter . uno modo quasi per eum implenda . alio modo sicut per eum impe:
tranda . Primo modo soli deo porrigimus oracionem . quia omnes oraciones nostre
debent ordinari ad graciam et gloriam quam solus deus dat secundum
psalmum graciam et gloriam dabit dominus . Sed secundo modo porrigimus oracionem
sanctis angelis et hominibus . non ut per eos deus oraciones nostras co:
gnoscat sed ut eorum meritis et precibus . oraciones nostre sortiantur
effectum . Unde dicitur supra viii° . quod ascendit fumus aromatum
de oracionibus sanctorum de manu angeli in conspectu domini . Quod etiam patet
ex ipso modo quo ecclesia utitur in orando . Nam a sancta trinitate
petimus ut nostri misereatur . ab aliis autem quibuscumque petimus ut pro nobis
intercedant ad hoc quod vitam eternam obtineamus . Et ideo oracio proprie
et directe fit ad deum sicut adoracio . sicut a quo expectamus quod
orando petimus . sed tamen interdum oracionis gratia ad sanctos ut eorum
auxilio impetret hoc quod poscit . Et ideo cassiodorus dicit quod
oracio proprie fit ad deum . sed depreciatio ad sanctos etc.

Et vidi celum apertum . Et ecce equus albus . Et qui sedebat super eum

vocabatur fidelis et verax et cum iusticia iudicat et pugnat
oculi autem eius ut flamma ignis et in capite eius dyademata
multa habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse deus Et
vestitus erat veste aspersa sanguine. Et vocabatur nomen eius
verbum ~~domini~~ dei Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis
albis vestiti bissinum album mundum Et de ore ipsius procedit
gladius acutus ut in ipso percuciat gentes et ipse reget eos in
virga ferrea et ipse calcat torcular vini furoris ire dei
omnipotentis Et habet in vestimento et in femore scriptum Rex regum
et dominus dominancium etc. Secunda pars principalis sexte
visionis In qua post descripcionem dampnacionis civitatis Babilonice
sive suorum membrorum describitur dampnacio antichristi eciam
pseudo discipulorum Et quod dampnandus erit a Christo 2 Thess. 2° Quem
Ihesus interficiet spiritu oris sui Unde hec pars subdividitur in duas
Primo premittit dignitas Ihesu Christi et sui exercitus descripcio 2° sanctorum
laus congratulandum de dampnacione antichristi invitacio ibi Et vidi alium
angelum stantem in sole Tercio ex opposito ipsius bestie dampnande
et exercitus sui notificacio ibi Et vidi bestiam et reges terre etc.
Quarto ipsius bestie plena dampnacio ibi Et apprehensa est bestia et
pseudo propheta Et quoniam circa gloriosam dignitatem Christi hic ostenditur Ideo
littera primo in tres subdividitur primo premittitur dignitas eius in sua
incarnacione 2° adiungitur eiusdem dignitas in sua passione ibi Et
vestitus erat veste aspersa sanguine Tercio subiungitur eius dignitas
in iudiciali potestate ibi Et de ore ipsius prodit gladius acutus etc.
Ut enim ait Richardus In hoc libello describitur potencia et equitas iusta
dampnandis universitatis impiorum et quod non iniuste sed iuste vel quod congrue
exponitur a dignitate Ihesu Christi Et que ad naturam humanam et quo
ad divinam et quo ad ipsum Ihesum Christum dominum nam prius in serie lre
Secundum hoc continuatur sic ad precedencia. Ostensa laude et graciarum
accione sanctorum de dampnacione impiorum et remuneracione iustorum hic
ostenditur quantus sit ille qui laudatur et cui omnia sunt agenda scilicet Christus
agnus etc. Unde glosam a continuatur ad sequencia sic quia dictum est
superius de dampnacione antichristi et suorum pseudo satellitum possit
aliquis querere quo dampnabuntur qui tam potentes erunt Et respondetur
quod pugnabunt contra Christum qui potencior est eis et devincet eos et victos
condempnabit Et ideo potenciam et dignitatem eius hic describit dicens
Et vidi celum apertum id est revelacionem misteriorum Ihesu Christi quod Iohanni
fuit revelatum quod erat in dei predestinacione clausum Supra 4°
Ecce ostium apertum in celo et ibi dixi hec Vel celum ut superius iam
dictum est intelligitur ecclesia electorum de quo dicitur Ysaie [illegible] Celum
mi sedes est Et Sapiencie 7° Anima iusti sedes est sapiencie id est Christi qui
dei virtus est et sapiencia 1 Cor. 1 Quod vero celum clausum fuit quia
non permittebantur apostoli ceterique fideles loqui libere verbum dei Nec
dum eciam pervenerunt ad omnes gentes Clausum erat hoc celum
quando timore perterriti fuerunt apostoli positi in conclavi propter metum
iudeorum et sub silencio se tegebant Iohannis XX° Tunc venit
dominus Ihesus ianuis clausis et stetit in medio eorum Et dixit eis
pax vobis ut dicitur ibidem Sed postquam Ihesus ascendit ad celos tunc
aperuit hoc celum quia decima die sive ascensionis misit eis spiritum
quo inflammati ceperunt loqui variis linguis magnalia dei Actuum 2°
Et qui prius non audebant Christum confiteri lingua sua postea cum

immia divinitatis lumen eum pdurabant. Tunc ut in omnem terram exivit sonus eorum ut ait Haymo super xii apertum est templum in celo et ibi de hoc. Vel aliter celum id est ianuam paradisi que fuit prius clausa per peccatum apertum vidit id est cognovit per Christi meritum. Fuit enim celum triplici vinculo clausura propter originale peccatum. Sed non perpetua quia solum duravit usque ad Christum. Quedam erat universalis et perpetua propter ultimam suam diffinitivam. Quedam est particularis et non perpetua et hec durat quamdiu durat peccatum. Unde dicit Albertus super illo Luce 3o apertum est celum, non quod divisum fuerit, sed quod secreta celestia patuerunt. Celum enim dictum est a celando. Et usque ad illud tempus scilicet Christi quamvis alicui sanctorum revelatum fuit aliquid ad scienciam de secretis celi, tamen secreta celestia non fuerunt aperta ad dandum et generaliter exhibendum seu possidendum nisi per Christum. Preterea quod sicut in eius baptismo sic et in transfiguracione tantus splendor super Christum emicuit quod quasi inferiori celis cedente per medium quo inferius a celo recedit totum celum empireum reverberatur et totum splendorem suum in Christum super terram dirigeret et terram lumine repleret facto dicens. Hoc quod dicitur ad Hebr. po quia Christus est splendor glorie et figura substancie eterni solis hoc est patris. Sap. vii candor est lucis eterne.

Similiter in modis celum aperiebatur. Nam baptismus celum aperit per hoc quod aufert impedimentum ascendendi in celum. Passio vero Christi aperit per peccati solucionem. Ascensio vero domum aperit per loci adepcionem et mansionis preparacionem. Unde baptismus removet repagulum; passio confregit portas ereas et vectes ferreos contrivit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum. Passio vero solvit precium de debende satisfaccione. Gen. 31 Ego omne dampnum reddebam quodcumque furti perierat a me exigebas. Tunc enim que non rapuit exsolvebat ut dicitur in psalmo. Ascensio autem in redemptum propter possessionem intrat locum. Johannis xiiii Vado parare vobis locum. Et si abiero et preparavero vobis locum iterum veniam et assumam vos ad meipsum ut ubi ego sum et vos sitis. Et ideo congruenter auditur quibus aperuit celum. Tunc dicitur Et ecce equus albus id est humanitas Christi pura et munda sine omni turpidine peccati. Portavit dei verbum ad pugnandum contra dyabolum. De quo prov. xxi Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuit. Verbum. Hunc equum ascendit verbum in incarnacione. Ysaye 19 Ecce dominus ascendet super nubem levem id est super humanitatem absque peccato immunem et ingredietur Egyptum, hoc est mundum tenebrosum, quasi campum certaminis ad pugnandum. Supra vio Ecce equus albus. Et ibi dicitur. Unde sequitur Et qui sedebat super eum scilicet filius sive verbum summi patris, quia eius divinitatis virtutem excedebat humanitatem assumptam, ait Richardus. Et Haymo per sessorem equi debemus intelligere divinitatem verbi que super predictam humanitati. Hunc ergo equum tunc divinitas ascendit cum dei verbum humanam naturam assumendo sibi univit. Et vocabatur fidelis quia nulla dicenda pretermisit et quecumque promittit sine dubio adimplebit. Et verax, scilicet quia nulla mendacia mentiatur, quia est veritas patris qui non mentitur aliquando. Et cum iusticia iudicat, scilicet unicuique iuxta opera sua retribuendo; neque aliter iudicare potest quia in omnibus iustus est. Vide quod eum attendunt fidelem et misericordem promissorem, caveant offendere verum et iustum retributorem. Ideo quia nullum impenitentem impunitum relinquit, nullum non confessum unquam salvat. Hugo Haymo. Et pugnat scilicet contra dyabolum tam in forti se quam in suis electis. Vincit enim primum dyabolum qui ad debellandas aereas potestates venit

Deinde quotidie vincit per sua membra Nam ut fideles fiant victo:
res adiuvantur auxilio xpi sine quo nil facere possunt Johannis xv
Indicat ergo velut rex seculorum et pugil quia semper sit in suis
membris dimicat contra adversitates demonum et etiam pravorum
hominum Apocalypsis xvii hii cum agno pugnabunt Et Apocalypsis xii factum
est prelium magnum in celo quod quibusdam omnibus singillatim supra
Sed apponit Johannes cum aliud sit equus quam aliud humile et aliud
equus quam homo Videtur quod per hoc non possit significari xpus
qui est una persona Item equus et eques non sunt unibiles
in unam personam quia persona est nature rationalis individua substantia
et subsistentia contra Boethium libro de duabus naturis in xpo Sed
humana natura et divina sunt unibiles ymo unite in una persona
ergo idem quod prius. Notandum secundum doctores sanctum de qualibet re
ergo secundum hanc opinionem quam ponit magister in iii distinc-
tione libri sententiarum que est communis opinio modernorum et aliis multo
verior et securior In xpo tantum unum est suppositum et tantum una
ypostasis sicut et tantum una persona Sed enim illos contra doctrinam fidei
ponere unam rem subsistentem in duabus naturis scilicet divina et hu-
mana Alias non posset dici quod unus esset de quo loquitur xps contra suam
apostoli i Cor viii Unde et Nestorius dampnatus est propter hoc
quod xpm presumpsit dicere duas personas habere Illud autem quod est sub-
sistens in natura est aliquod individuum et singulare Unde uni-
tas xpi in qua due nature uniuntur attribuenda est alicui nomini
per quod singularitas designatur Nomina autem designantia singula-
ritatem quedam designant singulare in quolibet genere entis sicut hoc
nomen singulare particulare et individuum Nam universale et particulare
circueunt omne genus Quedam vero significant singulare solum in genere
substantie sicut hoc nomen ypostasis quod significat individuam substantiam et hoc
nomen persona quod significat individuam substantiam rationalis nature et similiter
hoc nomen suppositum et res nature quorum nullum potest predicari de
hac albedine licet ista albedo sit singularis eo quod unumquodque
eorum significat aliquid ut subsistens accidentia vero non subsistunt
partes vero substantiarum communis sunt de natura subsistentium non tamen per se
subsistunt sed in alio sunt Unde etiam predicta nomina non dicuntur
de partibus substantiarum Non enim dicimus quod hec manus sit ypostasis
vel persona vel suppositum vel res nature licet possit dici quod sit quoddam
individuum vel particulare vel singulare que nomina de accidentibus
dicebantur Non autem potest dici quod humana natura in xpo vel aliqua pars
eius sit per se subsistens hoc non competeret unioni nisi poneremus
unionem secundum quid et non simpliciter sicut uniuntur lapides in acervo
vel duo homines per affectum amoris vel aliquam similitudinem
imitationis que dicuntur dici esse unum secundum quid et non simpliciter Quod
enim est unum simpliciter et per se subsistens nihil continet actu subsistens
per se sed forte in potentia Unde servata veritate unionis naturarum
in xpo oportet ponere sicut unam personam ita et unam ypostasim
et unum suppositum et unam rem naturarum Sed partem humanam
naturam in xpo nichil prohibet dicere esse quoddam individuum per se
subsistens vel singulare vel particulare Similiter quaslibet partes
humane nature ut manus pedes et ossa quorum quodlibet est quoddam
individuum per se subsistens vel singulare vel particulare sed quod
predicatur de xpo est tamen tantum Non possumus dicere in xpo esse
plura individua vel singularia vel particularia sed plures ypostases

vel supposita vel psonas non possumus dicere in xpo esse. S. d.
Vnio anime ad corpus psupponitur ad assumptionem. et xps
humanitatem siue humanam naturam assumpsit. que cum sit
forma totius dicat aliquid compositum ex aia et corpe. Sz aia
ad corpus vnita facit ypostasim hominis. ergo ypostasis verbi
assumpsit ypostasim hominis. et sic sunt due ypostases in xpo.
Dicendum secundum doctorem sctm vbi s. q ex vnione anime et cor-
poris constituitur et humanitas et homo. Que quidem duo di-
fferunt hoc modo. quia humanitas signat per modum partis. eo quod
humanitas dr qua ho est ho. et sic precise significat esse calia
principia specifica. per que hoc indiuiduum in tali spe collocatur
non se sz per modum partis. cum huiusmodi principia multa
alia in rebus non inueniantur. Sz homo signat per modum
totius. homo enim dr habens humanitatem. vel subsistens in hu-
manitate sine precisione quorumlibz aliorum superuenientium
essentialibus principiis. eo quod per hoc quod dico hoc. non preciditur
quin habeat colorem et quantitatem et alia huiusmodi. Sm
ergo ram opinionem predictam vnioni humane nature ad diuinam
presupposita est vnio corporis et anime. sm quod constituit humanitatem
non sm quod constituit hominem. illud enim quod in xpo constitutum
est ex anima et corpore tm quod vnioni presupponitur. non est
totum quod per se subsistit. sz aliquid eius et ideo non potest
significari vt homo sz vt humanitas. Vnde oz dicere quod
in ipsa vnione humane nature ad diuinam. quasi in termino assumpcionis
intelligatur primo ratio hominis. eo quod tunc primo intelligitur
vt res subsistens completa. et in hoc dissentit ab aliis duabus
opinionibus. Nam prima opinio ponit quod vnio anime ad
carnem presupponitur non solum sm hoc quod constituit humanitatem
sz etiam sm quod constituit hominem. dicit enim hominem assumptum.
Tercia vero ponit quod nec in termino assumpcionis intelligitur anima
corpori vnita nec ad constituendum hominem. nec ad constituendam hu-
manam naturam in xpo et ideo tamquam heretica est condempnata. Pa
vero tamquam erronea refutanda. vt quod dicit Augus lio de
fide ad petrum quod deus naturam hominis assumpsit non personam. nec
hominem sz humanitatem. Qd aut dr in ps. Beatus quem elegisti
et assumpsisti quod exponit glo de xpo. Et augus dt in
lio de agone xano. dei filius hominem assumpsit. et in illo
humana perpessus e. Dicendum sm btm thom in 3 pte summe
questione 4a quod huiusmodi locutiones non sunt extendende tamquam
proprie. sz pie sunt exponende vbicumqz a sacris doctoribus
ponuntur. vt dicamus hominem assumptum. eo quod eius natura
est assumpta. et quia assumpcio terminata est ad hoc quod filius
dei sit ho. Sic ergo sm damascenum xpus est vna psona ex duabus
naturis. Sic enim ho ex anima racionali et carne constans
est et dicitur vnus homo. Sic xpus ex humanitate constans
et diuinitate. vnus est xpus in vna eademqz psona. ex duabus
substanciis constans. Et quantum ad hoc est similitudo. quod sicut equus
est inferior sessore et ab eo regitur. et in portando laborat. et
manente sessore illeso quicquid tulit. sessor vero regit et gubernat
punget ac vincit. sic est ex pte ihu xi. nec in creaturis condicionata

similitudo p̄t inveniri qua illa ineffabilis unio possit explicari
Nu͂ aut̄ equus cui divitas ubi singularit̄ ꝯpetz albus esse
destribitur · q̄ uꝫ in humanitate assumpta nullius pc̄i obfusca
tio invenit̄ · Unde dr̄ · i · pet̄ 2° q̄ pctm̄ nō fecit · nec inventus
est dolus in ore eius · Celo itaq̄ aꝑto eq⁹ albus et sessor ap̄pi
titur · q̄ etiā p̄dicante humanitas xp̄i et eius divitas celestibus
manifesta · Et hic fidelis in omnibus verbis suis et verax in iudi
ciis · Est enim deus verax · omis aut̄ homo mendax ad Rō 3°
Vel fidelis in p̄missis solvendis et verax in docendis · de utroq̄ nomine
3 deus fidelis et absq̄ ulla iniq̄tate Iohannis 3° Qui accepit
eius testimonium signavit · q̄ deus verax est · Et cum iusticia iudicat
in retribuendis et pugnat ac vincit in malis dampnandis · Ysaie
xi Iudicabit in iusticia pauperes · Et Exodi xv · dns quasi vir pu
gnator · Unde dicit egiptus fugiamus ysrahelem · q̄ dominus
pugnat pro eis contra nos · Exodi xiiii · Magis aut̄ apparebit ista
pugna in extremo iudicio · quando ut dicitur Sap̄ v° · pugnabit
cum eo orbis terrarum contra insensatos · Et ideo subditur in
litera · Oculi aut̄ eius sicut flamma ignis · q̄ suo respectu re
probos incendit creatu dampnacione · Electos illuminat ad cognitionem virtutis
Et accendit amore caritatis virtutis · sm̄ Richardum sup̄ p̄mo ubi qd hic
Oculi eius sicut flamma ignis · et ibi de hoc · Et sup̄ v° habens
oculos septem · i · septem dona spūssc̄i · quibus nobis ad fidem illuminat
et ad amorem dei et p̄ximi accendit · Et nō 4 ignis illuminat
et accendit · rubiginem consumit · durum ferrum emollit · frigidum calefacit · liquidum consolidat et auget · Sic spūssc̄us per sua dona
inflammat ad amorem dei et p̄ximi · illuminat ad cognitionem veri
et falsi · boni et mali · Consumit rubiginem pc̄i · emollit duriciam
cordis · Corda frigidum calefacit · et metetes fragiles fortes efficit
Et p̄pt̄ hoc · missus est in spē ignis · Act 2° Vel flamma ignis
cst illa est sue speci · sic dona spūssc̄i ymaginem imp̄munt per
gratiam in electis · Et in capite eius dyademata multa · q̄ sunt
electis victoriarum coronas pro triumpho multiplici de inimicis
tribuit · ait haymo · Quia n̄ caput omnium electorum est et membra
electi · a quo accepit caput · ut sit ab ipso · et membra coronantur
singulis cum victoribus ipse victorie coronas tribuit · si tu ut iam
dictum est · ipse in omnibus vincit · Iob 29 Vestivi me vestimento
et dyademate iudicio meo · Vel hoc dicit · xp̄s suis electis · tribuit
eterna p̄mia cum fine carentia · Sup̄ 4° In capitibus eorum corone
auree · Nota de hoc · Vel hic dr̄ · q̄ illi sunt ascribende omnes victorie
electorum · ipse enim p̄r dedit victorias per ihm xp̄m · i · Cor xv
Caput eius x̄ deus est · sm̄ aplm̄ · i · Cor xi · Sp̄r at et filius
et spūssc̄us · unus est deus · In capite igitur x̄ · i · in deo patre
multa sunt dyademata · q̄ omnia ad ipm̄ referuntur · et illi
ascribuntur · Ex quo sm̄ aplm̄ Rō xi · omnia esse habentur · filius n̄
nō a seipso · s̄ a p̄re · et spūssc̄us a p̄re et filio procedit
A quo igitur omnia et in ipso et dyademata multa · Omnes itaq̄
electi in capite x̄ hunt coronas · q̄ a p̄re per victoriam coronantur ·
Cantice 4 Veni de libano coronaberis · i · thy 2° Nō coronabitur
nisi qui legitime certaverit · Et p̄re ait dyademata q̄ duo denotes
sꝫ principium et finem · in quo claritas eternitatis filii dei et victoria
suorum electorum

Sap. v°. accipient sancti regnum decoris et dyadema speciei de manu domini
Et hic ait dyadmata multa. quia venit pugnare cum bestiam que
habet x dyademata supra xiii. Quam bestiam xpus in sua passione
superavit et dyademata sua abstulit et suo capiti imposuit. et illos
hereticos dyabolus possidebat et qui erant quasi dyademata ipsius. xpus
per predicatores et passionem suam abstulit. et conversos ad fidem quasi
sibi coronas assumpsit. Quod hic figuratum fuit ii. paralipomenon xx. ubi
legitur quod david tulit coronam de capite melchon. in qua inerat
auri pondo talentum et preciosissimas gemmas. effecit quod sibi inde dyadema
melchon interpretatur rex eorum. et significat dyabolum qui est rex
super omnes filios superbie. secundum dicitur Job xli. Ipse est rex super omnes filios superbie
quorum corona sunt omnes mali. quos et quorum aliquos xpus predi-
cando convertit ad fidem et invenit in eis aurum caritatis. et lapides
preciosissimas virtutum. quas ipse met contulit eis et eos sibi quasi
dyademata fecit. Sed ne videatur quod sufficienter esset dignitas eius de-
clarata. subdit. habens nomen quod nemo novit nisi ipse. Nomen magnum
deitatis. quod ipse habet eternaliter per naturam. de quo in psalmo. Domine deus
noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Nomen eius est verbum dei
vel nomen eius emanuel. de quo ysaie vii. Vocabitur nomen eius
emanuel id est nobiscum deus. hoc est deus homo. ad phil. 2°. Do-
navit illi nomen quod est super omne nomen. Sed queritur quomodo ait. Quod nemo
novit nisi ipse. Numquid non filius potest scire quod nesciat pater aut spiritus sanctus
Non omnino. quia quorum inseparabilis est substantia inseparabilis est et scien-
tia. quod quid scit filius scit et pater et spiritus sanctus utique. ideo cum filius
aliquid scire dicitur. omnis persona trinitatis scire docetur. et quod solus
pater scire narratur. cum sua sapientia que est xpus. et suo amore quod
spiritus sanctus nosse probatur. Et quicquid specialiter filius scire perhibetur. omnino
tam patre et filio quorum est spiritus scire creditur. Verumtamen itaque
filius scit et novit pater a quo est genitus. Scit etiam et novit
spiritus sanctus qui ab utroque procedit. Sed numquid etiam iohannes hic nomen
nescivit. Nam in sequentibus idem iohannes dicit. Vocabitur nomen eius
verbum dei. Et iterum habebat in vestimento et in femore scri-
ptum. Rex regum et dominus dominancium. Si ergo beatus iohannes nomen
eius scivit. quid est quod dicit. Nemo novit nomen eius nisi ipse.
Numquid enim ipse non erat aliquibus nisi scire potuit nomen dei. maxime
cum ipse filius dicat Johannis xvii°. Pater manifestavi nomen tuum mundo
Et ad hoc dicendum hic augustinus quod nemo novit nisi ipse et in ipso
ecclesia. Johannis p°. Deum nemo vidit umquam nisi unigenitus. Et mathei
xi. Nemo novit filium nisi pater. Ideo enim hominem subaudiendum est
Nemo scilicet eorum. novit nomen eius nisi ipse cum corpore suo quod
est ecclesia. Non iudei. qui eum in synagogis suis blasfemant. Non
heretici. qui de eo male sentiunt. non pagani. qui in eum credere nolunt.
Non utique falsi xpiani nomen eius sciunt. ipse sciendum est. qui fidem
quam habent operibus destruunt. Sed ipse hic est xpus cum ecclesia
que in ipso illud scire meruit. scit nomen eius. Talis est hic
locutio qualis et illa quam dicit Johannis 3°. Nemo ascendit in
celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo.
hoc est xpus cum corpore suo quod est ecclesia. Unde nomen istud est ad-
mirabile et magnificatum in maiestate. Reg. 22. Tunc terribile nomen
meum quod est admirabile. Est magnum et terribile in gentibus. Unde psalmo
Confiteantur nomini tuo quia terribile est et sanctum in virtute.

xix

Non enim est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos fieri actuum 4°
Est et nomen suaue et mellifluum dilectionis Canticorum p° oleum effu:
sum nomen tuum Vnde Bernhardus omelia xv multum de hoc nomine Et
tres quas causas dicitur oleum quia pascit lucet et vngit ut deducit ibidem
Ideo ibi Et vestitus erat etc Ostendit conditionem dignitatis ihesu christi
quantum ad statum passionis Et diuiditur in 3es partes In primo innuitur
eius passio siue passibilitas racione humanitatis Secundo subditur impassi:
bilitas racione diuinitatis ibi Et vocabatur nomen eius verbum dei Tercio
subiungitur declaratio multitudinis celestium siue exercituum ibi Et exer:
citus qui sunt in celo etc Notandum ergo primo humanitatis assumptio
in supposito vnitate quia vestitus erat veste Secundo sanguinis effusio
in assumpta humanitate quia veste aspersa sanguine 3° nominis insinuacio
ex diuini benignitate quia vocabatur nomen eius verbum dei In primo
innuitur admiranda gloriosi nominis manifestacio in veste humili quia ve
stitus erat In 2° consideratur veneranda preciosi sanguinis aspersio
in carne fragili quia veste aspersa sanguine In 3° inducitur amplec:
tenda vtilitas nominis impositio voce mirabili quia nomen eius vocabatur
verbum dei In primo notatur humilitatis indicium singulare quia vestitus
erat In 2° caritatis incendium vberale quia veste aspersa sanguine
In 3° benignitatis et bonitatis suffragium salutare quia vocabatur
nomen eius verbum dei Certe humilitas siue ex ductiua stu
poris quia vestitus erat Caritas siue mo[tiua] adhesiua amoris et infla
matiua ardoris quia veste aspersa sanguine Benignitas siue socio colle:
ctiua dulcoris quia vocabatur nomen eius verbum dei Dicit ergo Et
vestitus erat veste aspersa sanguine id est carne humana proprio sanguine cruen:
tata Vnde haymo vestis sanguine aspersa caro intelligitur dominici corpo:
ris passionis sanguine cruentata De qua veste dicit Ysaias c 63
ex persona angelorum ad ipsum dominum loquencium Quis est iste qui venit
de Edom tinctis vestibus de bosra Et infra Quare rubrum est
indumentum
vestimentum tuum et vestimenta tua sicut calcancium in torculari
Quibus ipse respondit Torcular calcaui solus et de gentibus non est
vir mecum Et aspersus est sanguis eorum id est que ipsi fuderunt super
vestimenta mea Ille quidem sanguine sexies creditur fudisse pro
nostra sanctificatione Primo in circumcisione luce ij 2° [illegible] 3° in oracione
qua factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram
luce 22 Quarto in coronacione ut creditur nisi patet ludeos
Quarto in flagellacione ad columpnam Iohannis 19 Quinto in manuum
et pedum crucifixione Sexto in lateris aperitione Iohannis 19 De hac veste
sic aspersa dicitur figuraliter Genesis 37 Tulerunt tunicam eius scilicet Ioseph
et sanguine edi quem occiderat intinxerunt De qua eciam vestis
dicitur ad Philippenses 2° habitu id est veste inuentus ut homo Vnde recte humanitas
in christo vesti comparatur tum quia vestis vestito conformatur tum quia
vestis vestito sustentatur tum quia vestitus in veste manifestatur
Natura ergo humana non fuit in christo multo excellencius forte Fuit
enim in supposito vbi substantiata nec in proprio supposito suppositata
per eam quia deitas est manifestata quia per ea visibiliter
deum cognouimus Ideo vesti comparatur Super apocalypsis p° Vidi in
medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum
podere Secundum vero Augustinum hic In hac veste aspersa sanguine
martires in terra intelliguntur Super apocalypsis 7° lauerunt stolas suas in
sanguine agni Vnde Sanctus bernhardus vestis domini sanguine cruentata

pt intelligi etiam que in sanctis martiribus est ipso sanguine perfusa
Vestis quippe dei sunt omnes electi secundum illud Ysaie xlix Vivo
ego dicit dominus quia hiis omnibus velut ornamento vestieris Et
ista vestis est aspersa sanguine passionis ihesu cristi imitatione sive di
lectionis ardore Unde in figura Exodi xii preceptum fuit aspergere
sanguinem agni super utrumque postem Job 37 Nonne vestimenta tua
sunt calida cum perflata fuerit terra austro Super quo Gregorius
27 moralium autem sine dubio significat fideles sunt vestimenta cristi
Et Job xl Circumda tibi decorem et speciosis indue vestibus
Ubi Gregorius 32 moralium post principium bene declarat qualiter
credentes sunt vestes cristi Et nec credetur quod esset possibilis secundum di
vinitatem Ideo subditur Et vocatur nomen eius verbum dei
Quia secundum glosam idem qui homo apparuit in tempore passurus
in principio erat deus et apud deum verbum dei vocabatur
Quia per ipsum deus pater omnia fecit Juxta illud psalmi Ipse dixit et
facta sunt Si enim dixit utique per verbum dixit per quod
omnia fecit Unde idem Johannes in evangelio suo dicit
Omnia per ipsum facta sunt Et sine ipso factum est nichil Nam et
per hoc verbum deus homo scilicet voluit nominari in mundo De
quo scriptum est Et verbum caro factum est et habitavit in nobis Cum
enim hoc verbum esset invisibile in sua natura factum est visibile
per assumptionem carnis in nostra Et igitur hoc verbum maiestate
excelsum et pre nimie maiestatis expressum potestate virtuosum immutabi
litate eternum 1 Johannis 1 Quod fuit ab initio quod audivimus
quod vidimus oculis nostris et manus nostre contrectaverunt de verbo
vite Ecclesiastici i Fons vite verbum dei in excelsis Et
pro clariori evidentia dictorum Notandum Quare filius dei di
catur verbum et qualis sit hec vestitum Quia fuit humane nature
unitum et que sunt dignitates et utilitates illam subditam
unionem verbi et humane nature consequentes De primo Unum secundum Augustinum
xv de trinitate Verbum nostre mentis est imago verbi in divi
nis Sicut in nobis invenitur duplex verbum scilicet interius conceptum sive conceptu
et exterius prolatum ab aliis auditum per quod exprimitur verbum
interius conceptum Et ut dicit beatus Thomas libro de veritate articulo 9
Nomina imponuntur secundum quod cognitionem de rebus accipimus Et quia ea que
sunt posteriora in natura sunt ut plurimum nobis nota Unde est quod fre
quenter secundum nominis impositionem aliquid prius invenitur nomen in aliquibus
duorum in quorum altero prius existit res significata per nomen
utpote de nominibus que dicuntur de deo et creaturis ut essencia bonum
et similia que prius fuerunt creaturis imposita et ex hiis ad di
vinam predicationem translata quamvis esse et bonum prius inveniantur
in deo Et ideo quia verbum exterius cum sit sensibile magis est
nobis notum quam interius ideo secundum nominis impositionem per prius vocale
verbum dicitur quam verbum interius quamvis verbum interius naturaliter sit prius
utpote exterioris causa efficiens et finalis quoniam quia verbum
vocale ad hoc nobis exprimitur ut interius verbum manifestetur Unde
oportet quod verbum interius sit id quod significatur per exterius verbum Effectus
autem quia verbum prolatum exterius cum sit significatum ad placitum eius
principium est voluntas sicut et ceterorum artificiatorum Et ideo sicut
aliorum artificiatorum preexistit in mente artificis ymago quedam

exterioris artificy, ita in mente proferentis verbum intrinsecum preexistit quoddam
exemplar exterioris verbi. Et sicut in artifice precedit intentio
finis, deinde sequitur excogitatio forme artificialis et ultimo arti
ficiatum producitur in esse. Sic verbum cordis in loquente prius est verbo
quod habet imaginem vocis et postremum est verbum vocis. Verbum
igitur vocis ex corporali expletur, non habet dici de deo nisi me:
taphorice, sed verbum cordis quod nil aliud est quam id quod actu
consideratur per intellectum proprie dicitur de deo, quia est omnino remotum
a materialitate et corporeitate et omni defectu. Hic ibi comparatur
ut filius in duobus. Primo verbo interius formato quia sicut nostrum verbum
est occultum nisi sit exterius prolatum, sic verbum divinum omnibus
est ignotum. Matth. xi. Nemo novit filium nisi pater, donec Iohannem
Baptistam vocem verbi se diceret, sicut predicatum Iohannis primo
ego vox clamantis in deserto etc. Secundo quia nichil producimus opere nisi prius
mente concipiamus in verbo. Sic deus pater omnia in verbo suo disposuit
antequam foris in effectu crearet. Unde dicit Augustinus: verbum est
ars patris plena omnium rationum viventium. Tertio quia sicut per
verbum nostrum fit in memoria contentorum declaratio, sic eciam gloria
patris per eum innotuit mundo. Quarto sicut verbum nostrum est actualis
notitia vel intellectus producta de hiis que in nostra memoria con
tinentur, ita dei filius qui est verbum patris generatur de fecunda
memoria patris et de eius substantia, quia eius memoria idem est cum eius
substantia. Nam dicit Augustinus contra Maximinum hereticum: Neque enim filium dei
cogitatione si hunc de substantia patris genitum ignorat. Unde in Sim
bolo Niceno: Deum de deo, lumen de lumine. Ad Hebr. primo: Cum sit
splendor glorie scilicet patris et figura id est persona substantie eius, scilicet divine. Iohannis
xvi: Exivi a patre etc. Quinto sicut per verbum nostrum scientia ut no
titia habitualis in memoria contenta exprimitur, sic in verbo id est in
dei filio tota dei patris sapientia colligitur. Et ideo dicit Apostolus i. Cor. i. Christum
dei virtutem et dei sapientiam. Et Col. i. In ipso sunt omnes thesauri sa:
pientie et scientie dei absconditi. Sexto sicut verbum nostrum ab ipsa me
moria distinguitur, quia producens et productum, generans et genitum
sunt distincta, quia nil seipsum generat, ut sit Augustinus [illegible]
Sic dei filius a patre distinguitur in persona, quia alia est persona patris,
alia filii. Et dicitur in Simbolo Athanasii: generans et genitum sunt
personaliter distincti. Septimo sicut verbum nostrum in eadem spirituali
natura scilicet anima nostra recipitur et retinetur, ita dei filius est
in eadem natura divinitatis cum patre, quia una et eadem singularis natura
deitatis indivisa est patris et filii et spiritus sancti. Propter quod Christus dixit:
Ego et pater unum sumus. Iohannis x. Et in ympno Ambrosii: Nunc sancte
nobis spiritus unum patri cum filio etc. Unum autem in neutro genere dicit
substantiam. Natura enim deitatis, quia est infinita intensive actualiter, et est
natura simplicius et spiritualis, ideo non est divisibilis et plurificabilis. Sed quia est
natura, ideo est communicabilis. Nec enim [illegible] natura non repugnat communicari
aliis quod non repugnaret. Et ideo si natura deitatis patris communicatur filio
et spiritui sancto, necesse est eam communicari sine divisione. Unde eadem simpliciter
natura indivisa est in patre et filio et spiritu sancto, propter quod dicitur in
prefato simbolo: Sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas, equalis
gloria, coeterna maiestas. Differt tamen a verbo nostro, primo quia verbum
nostrum est posterius natura ipso vocante vel verbum formante

quia est actus a memoria productum et formatum sed in divinis est cognatum cum patre productus licet spiratus sit tamen secundum originem secundum augustinum libro de (?) filius sapientialis. Secundo verbum nostrum est ita verbum quod non est filius. Quod sequitur ex primo, quia non est eiusdem nature quod ptunz ad spiratorem unum. Verbum autem divinum est ita verbum quod tamen et hoc est vere filius quia est persona subsistens in natura divina, ideo est verus deus. Verbum autem nostrum non est homo nec persona. Tertio verbum nostrum non est personaliter distinctum quia est actus et in accidentibus non est persona. Secundum Richardum persona est rationalis nature incommunicabilis subsistentia. Verbum autem in divinis personaliter distinctum est a patre et spiritu sancto quia nihil generat seipsum ut sit. Verbum autem est genitum a patre. Quarto verbum nostrum est imperfectum quia non adequatur nature toti patre que continetur in nostra memoria. Nam uno verbo vel actu intelligendi non possumus intelligere nec exprimere totam scientiam habitualem quam in memoria continemus. Verbum autem divinum est expressivum totius essentie divine et scientie patris et omnium creaturarum futurarum et preteritarum. Nam si non esset aliquid in dei verbo quod in divinis patris contineretur vel scientia contineretur, tunc verbum patris esset imperfectum, quod nephas est dicere. Ex quibus patere potest assumpte humanitatis ad divinam personam dignitas et excellentia. Primo quia subsistit in persona verbi que est dei filius, ideo habet potestatem generandi (?) personalem hereditatem, licet non ut in hereditate paterna tanquam filius naturalis ex generatione naturali, que hereditas est regnum celorum et totum universum. Unde christus dixit: Omnia que pater habet mea sunt. Iohannis xvi. Secundo habet virtutem et potestatem informandi omnem veritatem quia est sapientia dei. Patet quod dicit Iohannis primo: lex per moysen data est, gratia et veritas per ihesum christum facta est. Unde docet omnem veritatem qui seipsum manifestat. Ipse enim est via veritas et vita. Iohannis xiiii. Tertio habet virtutem destinguendi et separandi ab hominibus omnem culpe feditatem et malam societatem, quia est persona infinita independens et separata de principio, sed de potestate separandi et dimittendi peccata. Matthei ix: Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. De secundo scilicet quod habet separare malam societatem dicit Luce xii: Putatis quod venerim dare pacem in terram, sed discordiam in coopacem (?) peccatorum. Non dico vobis sed separationem. Et Matthei x dicit: Veni separare hominem adversus patrem etc. Et hoc fit quando vel discordia hominum in peccando procedens ex zelo iustitie impediat opportunitatem et libertatem peccandi. Quarto habet virtutem uniendi homines deo. Primo Cor. vi: Qui adheret deo unus spiritus efficitur. Hanc autem unitatem fecit christus. Iohannis xvii: Ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis ut sint unum sicut et nos unum sumus. Quinto habet virtutem faciendi dei filios adoptivos. Iohannis primo: Quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, hiis qui credunt etc. Ad Galatas quarto: Misit deus filium suum etc. ut adoptionem filiorum reciperemus. Ratio huius autem verbum istud unitum sit vesti assumpte sanguine (?) humane nature. Item quod licet illam unionem nullus modus unionis in creaturis repertus sufficienter contineat, quia illa unio est ineffabilis, videlicet secundum Gregorium super illo Iohannis primo quod dixit Iohannes baptista: non sum dignus

corrigiam calciamenti eius solvere i. mysterium incarnacionis eius reserare
Nam secundum dionisium de divinis nominibus cap° p° divina compositio
archana est omni [illegible] et ineffabilis omni verbo et ignota omni menti
etiam ipsi dignissimo primo angelorum Revelata tamen est
vestris a deo sanctis ad Ephes. 3° revelatum est aptis et
prophetis sacramentum Et ideo pro aliquali cognitione hoc sciendum
quadruplici modo dicitur Primus modus est quod verbum fuit unitum
humane nature inconfusibiliter sive inpermixtibiliter Non sicut vinum et
aqua quia natura divina et humana non fuerunt simul mixta sicut in mixto
miscibilia miscibilia quod mixtio est miscibilium alteratorum unio primo
de generatione Talis non fuit hic facta mixtio prout cantat ecclesia
Non commixtionem passus quod secundum Leonem papam Salva proprietate utriusque
nature et in unam coeunte personam suscipitur a maiestate humilitas
ab eternitate mortalitas Cuius similitudo potest aliqualiter in unione corporis
et anime in uno homine Ubi quodlibet manet in sua natura proprietate
Ideo dicitur in simbolo Sicut anima racionalis et caro unus est
homo quod hec coniunguntur sine ulla permixtione et confusione
Ita deus et homo unus est christus Secundus modus est quod verbum
fuit unitum nature indissolubiliter et indivisibiliter Nam verbum
naturam quam semel assumpsit nunquam dimisit secundum damascenum lib 3° capitulo
sacrarum Et hoc unus est per partes Tria enim sunt in homine
scilicet anima et corpus et ex hiis resultans humanitas In triduo
autem mortis quod non fuit homo [illegible] tamen fuit vere mortuus et anima
fuit a corpore separata tamen divinitas et persona verbi licet fuit se-
parata ab humanitate que non fuit quia in triduo non fuit homo
non tamen fuit a corpore separata quia cum eo fuit in sepulchro
Propter quod vere dicitur deus verbum iacuit in sepulchro
et deus fuit creatus post mortem ut dicitur Johannis 19 Similiter
persona verbi non fuit ab anima separata quod cum anima descendit
ad infernum Unde quod statim anima christi post mortem descendit
ad infernum Ideo tunc sancti patres in inferno habuerunt nudam
dei visionem et essentie divine et cognoverunt illam ineffabilem
unionem ut dicunt sancti doctores Et ideo christus potuit vere dicere
potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam Johannis x°
et illud Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud
hoc autem dixit de templo corporis sui Johannis 2° Quod nullus
homo purus facere potest quod non habet potestatem animam suam a corpore
separare nec separatam per se revnire quod tunc posset se a mortuis
suscitare quod nullus potest Tercius modus quod verbum et caro
fuerunt unita coniunctione eo modo quo coniungens matrimonium unitur
cum coniungente sicut sponsus et sponsa quod matrimonium contractum est
vinculum indissolubile nisi per mortem corporalem vel spiritualem
scilicet quando ante consumationem carnalis copule alter coniugum facere professionem
in ordine approbato Sic unio verbi sponsavit sibi humanam naturam
que solum una est Unde Gregorius exponens illud Simile est regnum
celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo Mathei 22 dicit Nuptie
inpie sunt in incarnacione verbi quando natura humana fuit verbo in
unitate persone copulata Et propter hoc matrimonium dicitur sacramentum quia
designat illam sanctam unionem personalem unio alio designat unionem
anime cum deo per graciam et gloriam Unde apostolus de matrimonio
loquens dicit Sacramentum hoc magnum est dico autem in christo et ecclesia Eph v°

Ubi Glo. v. coniugalis copula signum est spiritualis unionis Christi et ecclesie
ut dictum est supra eodem. Quarto utitur in mansione sic existens
in subsistente. et hoc in modum accidentis cum subiecto sic accidens
supponitur in supposito sibi sustentata tamen propria natura. Ita natura hu
mana personatur in persona verbi sustentata in sua natura. Et ille modus
est quasi quendam habitus vel vestimenti circumdans corpus. Ideo
dicitur in Apocalypsi Vidi et ecce equus albus et qui sedebat super
eum vestitus erat veste aspersa sanguine. et vocatur nomen eius
verbum dei. Equus albus ut dictum est designat humanitatem
assumpte innocentiam vestis aspersa sanguine passionis tolera
tam. Huic humanitati insidebat et hac vestiebatur verbum
dei. Ideo dicit Apostolus ad Phil. 2º. habitu inventus est ut homo.
Et Gregorius super illud psalmi In ydumeam extendam calciamentum
meum. dicit Quia verbum assumpsit humanam naturam
mortalem. quasi calciata ad nos divinitas venit. Calciatio
autem est quidam habitus et quoddam vestimentum. Dignitates
autem seu utilitates illam benedictam unionem concomitantes plures sunt
multe. tamen ad presens quatuor assignantur. Prima est divine potentie
declaratio. Nam licet deus omnipotentiam declaravit in eo quod de nichilo
prima omnia formavit ut dicit Augustinus super Genesim. et Sap. xi. non
fuit impotens manus tua que creavit orbem terrarum ex invisa materia
maior tamen potentia claruit in hoc quod ipsam materiam primam et
animas et angelos fecit de nichilo. quia plus distat aliquid a
nichilo quam aliquid ab aliquo. Et eadem ratione maxima potentia
declaravit in hoc. quod homo factus est deus. quia plus distat
creatura a deo quam a nichilo. quia distat distantia infinita positive
cum deus sit positive infinitus a nichilo autem tantum privative.
Et ideo tamen nullus invenire dignus aperire. Et ideo cum nullus
inveniretur dignus aperire librum predestinationis divine de humana
reparatione. neque in celo. neque in terra. neque subtus terram videlicet
in demonibus. in quibus secundum Dyonisium natura integra remanserit
dictum est Iohanni dignus est agnus qui occisus est aperire
librum etc. super v. quod solus agnus est equalis potentie et dignitatis
cum deo et propterea dignus solvere librum et aliis manifestare.
Secunda dignitas est. angelorum celsa honoratio. in suo numero reintegratio
ac in gloria confirmatio. De honoratione angelorum patet. quia sicut
Nobiles barones honorantur si eorum soror germana nubit
eorum regi Ita angeli fuerunt honorati in eo quod anima que
est eorum soror germana in spirituali natura ab eodem patre producta
immo tota humanitas. est illa verbo assumpta. et ex hoc secuta
est hominum redemptio et salvatio. De secundo nunc sit angelorum
in numero reintegratio. et deinde per Christum fit eorum in gloria con
firmatio. quia in eum desiderant angeli prospicere. i. Pet. i. Nam ante
Christum incarnatum et in celis sublimatum. non fuit eorum de
siderium completum. ideo quilibet eorum potuit dicere illud psalmiste
Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Tertia dignitas est
etiam hominis magna sublimatio in duobus scilicet in divinali generatio
nis et universali dignitate. Nam magna est sublimatio hominis
quod homo factus est filius dei. Ideo dicit Apostolus ad Hebr. 2º. Non confundit

xpus dei filius eos fres vocare dicens Narrabo nomen tuum fratribus
meis. Nichil hoc enim est homo super angelos sublimatus quia nusquam
angelos apprehendit scilicet ad unitatem personalitatis sed semen abrahe
ibidem. Unde leo papa in sermone Nativitatis. Agnosce o
homo dignitatem generis et divine consors factus nature. Noli in
vilitatem veterem degeneri conversatione redire memento cuius
capitis et corporis sis membrum etc. Alii in hoc impletur uni:
versalis dignitas hominis et plasio. cum de homine dicitur Gen. 1.
Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et presit
piscibus maris et volatilibus celi et bestiis terre universe que
creature. Ista placidissima dignitas tunc verissime impleta est in
xpo homine. de quo dicit apostolus ad hebr. primo Cum introduceret
primogenitum in orbem terre dicit scilicet deus pater et adorent eum
omnes angeli dei. Quarta dignitas est omni creature singulare
renovatio. Cantat enim ecclesia. mirabile misterium declaratur. hodie
innovantur nature quia deus homo factus est. cum enim prius deus
non conferebatur ad creaturas. creatura tamen semper ad deum ut ad
creatorem realiter conferebatur. xix metaph. ab eo dependent celum et
tota natura. Nunc denuo deus in assumpta humanitate mi:
pit referri ad creaturas et connumerari inter creaturas. Et ergo ideo
quia secundum Gregorium omnis creature scilicet aliquid homo quia intelligere
cum angelis sentire cum bestiis vegetari cum plantis existere
cum insensatis. Et ideo homo deus participans omnis creature
refertur ad omnia. patet quod in incarnatione verbi omnia sunt
innovata. ut impleatur illud Apoc. ultimo Ecce nova facio omnia
hoc petebat sapiens Eccli. 36 Innova signa et immuta mirabilia
glorifica manum et brachium dextrum. i. eternum filium. qui exiit
a patre sic brachium a corpore. quia ergo omnia sunt innovata ideo
etiam nos in novitate vite ambulemus Utique quilibet nostrum
potest dicere illud psalmi In deo laudabo verbum. in domino laudabo sermonem
in deo speravi non timebo quid faciat mihi homo. ubi exprimit illud
quod est sibi magis materia laudis et glorificacionis scilicet divina emanatio
generosa In deo scilicet patre laudabo verbum quia divinum verbum
est a patre in eternitate genitum psalmus tecum principium in die
virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum
genui te. Secundo humana generatio gloriosa In domino laudabo sermonem
quia verbum tuum primo factum est sermo quando fuit incarnatum
et aliis prolatum Sap. 18. Cum medium silencium tenerent omnia etc.
omnipotens sermo tuus domine exiliens de celis a regalibus
sedibus venit. Et hic dicitur in domino laudabo sermonem. quia
opus incarnacionis est opus maximum domini et potestatis Ideo
beata virgo maria pro eo solempniter commendat dominum dicens in canticis
Magnificat anima mea dominum. et sequitur Quia fecit mihi magna
qui potens est et iterum fecit potenciam in brachio suo etc. Ad
quod hortabat psalmista dicens Excita potenciam tuam et veni ut salvos fa:
cias nos. Tercio quod nobis ex hoc est huiusmodi secura presumptio
gaudiosa In deo speravi non timebo quid faciat mihi homo. Ita
ex quo deus dedit se nobis hic in peregrinacione nostre miserie. in
humanitate assumpta. penalitate multiplici et morte turpi

pro nobis tolerata quia vestitus erat veste aspersa sanguine
Non dubium esse debet quin dabit se nobis filiis fidelibus devote in patria pro celesti gloria collata ad Rom viii. Qui deus pro nobis quis contra nos. qui etiam filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit. Gregorius plerumque divina bonitate agitur. ut non solum dyabolus non timeatur sed etiam nec vincentium virtute superatur sicut patet de sancto laurentio, qui dicto dixit. non timeo tormenta tua et stephano qui vidit celos apertos. et filium hominis stantem a dextris virtutis dei quasi paratum eum adiuvare. Ideo sequitur in litera Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis. Ubi ut dictum est subditur credentium sive congregatum in regnorum multitudinibus exercitus. Ut enim dicit haymo exercitus hic intelligitur fidelium multitudo. qui in hoc seculo dimicat et semper in certamine contra hostes malignos spiritus vel perversos homines sive etiam contra vicia carnis consistit. ad ephe. vi. Non est nobis colluctatio etc. Job 29 in principio. Cum sederem quasi rex circumstante me exercitu. Ubi Greg 20 moral. Multitudo fidelium recte exercitus dicitur. quia in procinctu bonorum operum indesinenter quotidie contra temptationum bella preparatur. De quo etiam dicitur cantica vi. Que est terribilis ut castrorum acies ordinata. Et hii in celo id est in ecclesia nomine et re. unde et iusto sequebantur eum id est imitabantur. Sequi enim est imitari. secundum augustinum de bono coniugali. super xiiii. Sequuntur agnum quocumque ierit. ibi de hoc. Et hic in equis albis id est in corporibus lucide iusticie, et candore castimonie claventibus. Unde Gregorius 31 moralium exponentem illud Job 39. Deride equitem et ascensorem eius. Equus est unicuique anime corpus suum quod videlicet novit et ab illicitis continentie freno restringere. et rursum caritatis impulsu in exercitatione bonorum operum relaxare. Equites ergo nomine anima sancti viri exprimuntur. que iumentum corporis sibi subditum regit. Ideo Johannes de eius contemplatione dicit Et exercitus qui sunt in celo sequuntur eum in equis albis. multitudinem quippe sanctorum que in hoc martirum bello sudaverat. recte exercitum vocat. qui ideo in equis albis sedere referuntur. quia nimirum eorum corpora et luce iusticie et castimonie candore claruerunt Equus paratur in diem belli. prov. 21. Sequitur ergo x... quia eius mundiciam imitantur et castitatem et mortificantes se cum viciis et concupiscentiis. Unde apostolus ait Mortificate membra vestra que sunt super terram. ad coloss. 3. Et est notabile quod super xiiii. dictum est de virginibus quod centum xl milia sequuntur agnum. sed non solum quia sequitur eum et martires confessores. et etiam boni coniugati. Dalit tamen virgines in eo unde dicitur sequi quia quo gradus ille sancto est excellentior tanto est immo minor sequunt hanc. De istis equis dicit abakuk 3. Viam fecisti in mari equis tuis. Et zach x. visitavit dominus exercitum gregem suum domum iuda. et posuit eos quasi equum glorie sue in bello. Subditur in litera vestiti bisso vel byssino id est candore iusticie. albo. virtutis exercitatione mundo. a cunctis peccatorum

ait Richardus sup̄ eodem de hoc · vt cooperiat se byssino splendente
Iusticia enim facit mentem albam per innocenciam · et mundam
per opus efficienciam · que sunt due partes iusticie scilicet declinare a
malo et facere bonum · vt dicit august⁹ · per p̄ma · me⁹ est alba
per 2am munda · que sola videt deum Matth 4° · Tunc ibi · Et
de ore ipsius ꝛc · Subdit descripcionem filii dei quantum ad statum sue
dignitatis iudicialem · Et diuiditur in duas p̄tes · p̄me ponitur dignitatis
expressio · 2° miti quo dignius est iudicie subiectis ibi · Et ipse
calcabit torcular ꝛc · Quantum ad p̄mum dicit · Et de ore ipsius
i verbi dei humanati procedit gladius acutus i sua subtili di-
screcti animaduersionis ad punicionem reprobrum · ferietis eos in terre
et anima ait Richardus · Vel diuina sua scindens prauas
cogitaciones mentis et illicitos motus corporis · sm glo · Ezech 4°
Sume gladium acutum radentem pilos tam capitis quam corporis · Ezech 31
Gladius gladius est acutus est · Deus dicit gladium · propter dupli
cem eius vsum · scilicet quod scindit interius et exterius · Vt in ipso
secretos perturbat · i bonos a malis discernat ait Richardus · Vel
secretos h' omnes peccatores dum · ite maledicti in ignem eternum · Ait
Iob 19 · Fugite a facie gladii quoniam vltor iniquitatis est · et scitote
esse iudicium · Sup hunc Gregorius xxiij moralium in fine · Omnis qui
peruerse agit eo ipso quo hoc despicit · esse dei iudicium nescit
Si enim hoc timendum sciret que in illo sunt punienda · non ageret
Nam sunt plerique qui extremum esse iudicium verbotenus sciunt
sed peruerse agendo testantur quod nesciunt · Qui enim hoc non formidat
ut debet · necdum cognouit · cum quanto turbine terroris adueniet
Si enim pensare pondus examinis tremendi nosset · ire diem
vtique timendo praueret · facie quippe gladii fugere · est sinistre distincte
animaduersionis sententiam quam appacat placare · vitari nanque terror iudicis
non nisi ante iudicium potest · ubi non cernitur sed precibus placatur
Cum vero in illo tremendo examine sederit · et videri poterit
et placari non poterit · quia facta prauorum que diu sustinuit tacitus
simul omnia reddet iratus · Vnde nunc est nunc timeri iudicem
cum necdum iudicium exercet · cum diu sustinet · cum adhuc mala
tolerat · que videt · Ne cum semel manum in retributionem vltionis
excusserit · tanto in iudicio districtius feriat · quanto ante iudicium
diucius expectauit · hec ibi · Vel per gladium significatur predicatio
scripture · ad Ephes vi° · Et gladium spiritus quod est verbum dei ·
Dicit enim · gladio ancipiti carnes intiduntur et membra
a membris separantur · sic gladio verbi dei · boni diuiduntur a mal
et fideles ab infidelibus · Matt x · Non veni pacem mittere sed
gladium · Et hic gladius est acutus vtraque parte · i predicacionem vtriusque
testamenti · veteri · et testamento reseruantur peccata operis · et nouo
peccata cogitacionis · ait Haymo · sumens a Gregorio · Omet vnde
sup Ezech parte 2a · Sup̄ 5° · Et de ore eius gladius · ibi multum
de hoc · ad Hebr 4° · Viuus est sermo dei et efficax et pene-
trabilior omni gladio ancipiti · hic gladius procedit de ore dei · unde
quod ipse dominus ait · Matt 4° · Non in solo pane viuit homo · sed
in omni verbo quod procedit de ore dei · Vel ex dei dicitur pre-
datores

quia dominus loquitur per eos Jeremie 16° Si separaueris preciosum a vili
quasi os meum eris. In quo gladio percutit dominus gentes .i. genti
liter viuentes. hoc est infideles et contemptores ad dampnacionem Deutronomii
32 Gladius meus deuorabit carnes. Super 2° pugno cum illis
gladio oris mei. Vel gentes hic dicuntur electi conuersi ad fidem ex
gentibus secundum illud psalmi postula a me et dabo tibi gentes hereditatem
tuam. et hii istorum gladio verbi voluuntur ad salutem suam secundum
haymonem. Unde et Apostolus paulus qui vnus erat ex hiis qui per-
cutiebant gladio verbi dei. dicit 2 Cor 2° xpi bonus odor sumus
deo in hiis qui salui fiunt et in hiis qui pereunt. Et aliis quidem
odor mortis in mortem. aliis autem odor vite in vitam. Post sequitur
Et ipse reget eos. Glossa scilicet de virtute in virtutem, malos de vicio
in vicium. In virga ferrea .i. in potestate inuincibili. vel iusticia
inflexibili. Super 2° Reges eos in virga ferrea. ibi de hoc. Unde
Augustinus hic. In virga ferrea iusticia agnoscitur qua erudiuntur
humiles. Superbi vero tamquam vasa figuli confringuntur. hec
autem iusticia timenda est hic per penitenciam electi. Jeremie 18 Si
penitenciam egerit gens illa a malo suo, agam et ego penitenciam super
malo quod cogitaui ut facerem ei. Sed in futuro nullo modo poterit
flecti. Proverb. 6 Zelus et furor viri non parcet in die vin-
dicte. nec acquiescet cuiusquam precibus, nec recipiet pro redempcione
dona plurima. Hinc psalmista dicit ad eum. virga directionis virga reg-
ni tui. Et quasi exponendo quid esset hec virga. subdit. dilexisti iu-
sticiam et odisti iniquitatem. Zach xi assumpsi michi duas virgas
vnam vocaui decorem. alteram funiculum. Per primam significatur
disciplina dei qua corripit iustos in presenti. per secundam iusticia
qua dampnat impios prout meruerint. Gregorius 21 moralium Nunc
flagellatur iustus. tunc ibi. Et ipse calcat. Subditur vnitur iudi-
cialis dignitatis scilicet quo dignus est iudicare. Quia .n. mori di-
gnatus est et moriendo destruxit mortem. dignus fuit exaltari
et extolli iudicialem dignitatem. Unde dicitur Et ipse calcauit torcular
vini furoris ire dei omnipotentis .i. superauit mortem resurgens
a mortuis. que dicitur esse torcular vini furoris ire dei. quia propter
peccata generis humani quibus prouocauit iram dei omnipotentis. mortuus
est xpus ait haymo. Nisi enim peccasset primus homo immortalis mansisset
Sed quia precepta dei contempsit. statim iram dei prouocauit et mortuus
est. Quam mortem pro nobis innocens dei filius suscipiens, in qua cal-
catus est calcauit, quia hanc a mortuis resurgens, potenti virtute
destruxit. Unde glossa Mortem que fuit homini peccati, iudicio dei, illata
fuerat, xpus resurgens, destruxit in se totaliter .i. re. in nobis
spe. 1 Cor xv Nouissima autem inimica destruetur mors. Vel per
torcular. tribulacio presentis vite figuratur. Calcat .n. deus torcular .i. eos
qui sunt in torculari scilicet omnes electos quos per angustias hic vite
purgat. Unde dicit apostolus act xiiii Per multas tribulaciones
oportet nos intrare in regnum dei, Et salomon proverb 3° et ad hebr 12
flagellat deus omnem filium quem recipit. Glossa .n. in torculari pre-
tunduntur. ut vino promptuaria repleantur. Sic electi pressurarum
afflictionibus atteruntur. ut in celestibus habitaculis recondantur. Et quia
patent electi sustinent iram dei que peccatoribus debetur. Ideo

bis iam vinum ire furoris dei vertitur. Sustinet enim iram dei propter
peccata quibus ut dictum est deus iratus est primo hominum excessi:
bus. Vinum quod in domibus apotecis reconditur ac ponitur
vinaria aut in omnibus repositum cum simul permanet foras proiciuntur et ab
illorum societate separantur. Electi sunt tandem vinum furoris
quousque in torculari vite presentis tunduntur et a vinaceis separentur
ut tandem in promptuaria eterna intrauerint. iam desistunt esse vinum
furoris ire dei quia desinit calcare torcularis. Hec Didymo. Et de hoc
similiter Augustinus li. 1 de ci. dei c. 8. Sicut sub uno igne aurum
rutilat et palea fumat et sub eadem tribula stipule comminuuntur
frumenta purgantur. ita vis eadem quidem viis irruens bonos probat
purgat eliquat malos dampnat vastat exterminat. Hec ille. Hic idem hic
Vnde glossa Torcular id est tribulacionem in qua deus dum istos premendo
calcavit in gloria eos ampliat quam deus iratus ~~[illegible]~~
~~calcat dampnacionis torcular ergo~~ ide peccati intulit furiosus in
impacientem eius extendit. Vel per torcular secundum Richardum intelligitur
multitudo impiorum quos vindicta punit. quam deus iratus premat
eis scilicet taliter dampnacionis torcular ergo calcat id est infligit penam
infernalem eternam vinum furoris ire dei omnipotentis id est que videtur
procedere ex ira et indignacione dei. Sicut si pater proiceret filium in ignem
videretur furor. Sic cum deus reuelat catuam pelat in ignem
infernalem eternum. Supra 18. In poculo quo miscuit miscete ei
etc. Et sit sic. Et torcular dicitur calcatus modus. Et quia premisit quod ipse
calcatur torcular id est mortem ut genus humanum liberaret. Ideo
subdit de iusticia liberacionis generis humani per mortem suam. quia
uerus homo dicens Et habebit in vestimento et in femore suo
scriptum etc. Per vestimentum domini corpus illud intelligitur quod
verbum dei propter anima mediante suscepit in utero virginis
id est humanitas qua quodammodo diuinitas ut dictum est vestitur. Per
femur vero propagacio carnis exprimitur. Vnde et abraham mittens
seruum suum ut acciperet vxorem filio suo de domo patris eius Ele:
azar dixit ei. Pone manum tuam sub femore meo et iura michi
per dominum celi et terre Gen. 24. Innuit enim deum celi ex suo
femore nasciturum per quem adiurauit seruum suum Iacob quoque
dixit Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femore eius
donec veniat qui mittendus est Gen. 49. Hoc ergo in vestimento
id est in humano corpore et in femore id est in carnali propagacione scriptum
scilicet indelebiliter scilicet quod sit Rex regum. Vnde Matheus qualiter
illius descripsit per reges scilicet dauid et posteros eius. cum dicta
cum legimus. et pariter eum de stirpe regum descendisse. eum
regem agnoscimus et credimus. In domini femore credendo legimus
quod ipse sit rex regum. quia est rex illorum omnium. Supra primo Princeps regum
terre. Maxime in promissionibus de eius incarnacione facte sunt ad patres
et singulariter ad dauid. ex quibus est vna que habetur 2 Reg. 7
et primo Paralipomenon xvii. Cum dormieris cum patribus tuis suscitabo
tibi de semine tuo quod egredietur de lumbis tuis. et stabiliam re:
gnum eius in sempiternum. ipse erit michi in filium. et ego ero illi in
patrem. Quod ad literam apostolus ad Hebreos primo exponit de cristo
intelligitur quamuis de Salomone dici possit et dici quia fuit figura Christi

quia fuit filius dei per adoptionis graciam saltem in principio reg-
ni ut 2 Reg. 7o sicut etiam scriptura dicit qui est filius dei per
naturam quae filiacio perfectior est quam prima. Et sic ibi est ex sensu
litterali verbis de Salomone racione filiacionis adoptive filius de
Christo racione filiacionis naturalis per illum figurate. Et hoc 2o modo
induxit apostolus dictum auctoritatis ad probandam divinitatem Christi. Quae
probatio non fit efficaciter per scripturam nisi accipiatur in sensu litterali
Sicut dicit Augustinus contra Donatistas. Vel per reges christiani
sancti qui se et alios regunt bene quibus dicitur 1 Petri 2o
Vos estis genus electum regale sacerdotium. Job 19 Baltheum re-
gum dissolvitur etc. Gregorius XI moralium de hoc. Et dominus
dominantium scilicet quantum ad principantes seculari principatu. Dan. 7
omnes reges servient ei. Et hoc totum exponit bene beatus Gregorius
super Ezechielem omelia 1a 2e partis dicens: Quid vestimentum eius
est nisi corpus quod assumpsit ex virgine. Quod longe ante Ysayas
c. 63 aspiciens per ipsius passionem sanguine rubentem dixit
Quare rubrum est indumentum tuum et vestimentum tuum quasi calcan-
cium in torculari. Cui ipse respondit Torcular calcavi solus et de
gentibus non est vir mecum. Solus enim torcular in quo calcatus est
calcavit quia sua potentia eam quam pertulit passionem et mortem vicit.
Nam qui usque ad mortem ... passus est, de morte cum gloria surre-
xit. Bene autem dicit Et de gentibus non est vir mecum
quia hii pro quibus pati venerat passionis eius participes esse
debebant, quoniam per eo quod illo tempore incredulitatem recedebant de plebe
in passione finitur, quorum vita illa passione credebat. Per
femur vero propago carnis est. Quid est per propaginem stirpis
humanae sicut generationum ordinibus Matheus vel Lucas narrantibus
describitur in hunc mundum venit ex virgine. Per miraculorum suae mini-
sterium quod rex est et dominus cunctis innotuit. In vestimento et in fe-
more scriptum habuit rex regum et dominus dominantium potestatem enim
quam scilicet in divinitate per naturam. Illam habuit in humanitatem
per graciam, ait ulterio data est michi omnis potestas in celo et in terra.
Vel per vestimentum signantur electi novi testamenti qui per graciam
baptismi fuerunt vestimentum domini. ad Gal. 3o Quicumque in Christo
baptisati estis Christum induistis. Isaie XLIX Vivo dicit dominus
quia hiis omnibus velut ornamento vestieris. Per femur vero
significantur electi de iudeis ex quibus Christus traxit originem se-
cundum carnem quae per femur designatur. In horum cordibus habet
scriptum quod ipse est rex regum et dominus dominantium. 1 Thy. 6o Solus
potens rex regum. Ex quibus ita declaratis patet quod iudiciaria
dignitas est specialiter attribuenda Christo secundum illud Act. X hic est qui con-
stitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum. Et patet racio. Na-
(m) ad iudicium faciendum tria requiruntur secundum beatum Thomam in 3a parte summe
q. 59: primo potestas subditos coherccendi. Unde dicitur Eccl. 7o
Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundo
requiritur rectitudinis zelus ut scilicet aliquis non ex odio vel timore
sed amore iusticiae iudicium proferat. Secundum illud Prov. 3o Quem diligit
dominus corripit et quasi pater in filio complacet. 3o requiritur
sapiencia secundum quam formatur iudicium. Unde dicitur Eccl. X iudex sapiens

iudicabit populum suum · primo duo exiguntur ad iudicium · scilicet ipse iudex
est secundum quod legitur forma iudicij · quia ipsa racio iudicij est lex
sapientie vel veritatis secundum quam iudicatur · Et quia dei filius est sapientia
genita et veritas a patre procedens et ipsum efficere virtutum · ideo
ipsi filio dei appropriatur dignitas seu potestas iudicialis · Unde dicit
Augustinus in libro de vera religione · hec est incommutabilis veritas
que lex omnium artium recte dicitur et ars omnipotentis artificis
Et autem nos et omnes anime racionales secundum veritatem de inferioribus
recte iudicamus · Sic de nobis quando eidem coherimus · sola
ipsa veritas iudicat · de ipsa vero neque pater · Non enim minor est
quam ipse · Et ideo que pater iudicat per ipsam iudicat · Et postea concludit
pater ergo non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio
Johannis 5° · Secundo sequitur quod dignitas iudiciarie potestatis convenit
etiam Christo secundum quod est homo · patet per illud quod dicitur Johannis 5°
potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est · Et hic dicitur
in libro · Et de ore eius scilicet verbi dei humanati procedit gladius
acutus id est sua districte animadversionis ut expositum est · Et patet
racione · quia Christus secundum humanam naturam est caput totius ecclesie,
sub cuius pedibus deus omnia subiecit · Igitur ad eum pertinet
etiam secundum naturam humanam habere iudiciariam potestatem · propter quod
Augustinus super illud autem ewangelij · sic dicit esse intelligenda
potestatem dedit ei iudicium facere · quia filius hominis est · non quidem
per condicionem nature · quia sic omnes homines huiusmodi potestatem haberent
ut Crisostomus obicit · Sed hoc pertinet ad graciam capitis quam Christus
in humana natura accepit · Competit autem Christo hoc modo secundum humanam
naturam dignitas iudiciarie potestatis propter tria · primo propter convenientia
et affinitatem ipsius ad homines · Sicut enim deus per causas medias
tamquam propinquiores effectibus operatur · Ita per hominem Christum iudicat
homines · ut sit suave iudicium hominibus · Unde dicit apostolus
ad Hebreos 4° · Non habemus pontificem qui non possit compati infirmi-
tatibus nostris temptatum · per omnia per similitudinem absque peccato
Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gracie eius · Secundo · quia in
Augustinus super Johannem In finali iudicio erit resurreccio corporum
mortuorum quae suscitabit deus per filium hominis · sicut per eundem
Christum suscitat animas inquantum est filius dei · Tercio · quia ut dicit
Augustinus in libro de verbis domini · Rectum erat ut iudicandi vide-
rent iudicem · iudicandi vero erunt boni et mali · restat ut in iudi-
cio forma servi et bonis et malis ostendetur · forma dei solis bo-
nis servaretur · Ex dictis tercio sequitur quod Christus ex meritis
adeptus est dignitate iudiciarie potestatis · patet ex dictis circa
leccionem illam · Et ipse calcavit torcular vini furoris ire dei omnipotentis
Patet etiam per illud quod dicitur Job 36 · Causa tua quasi impij iudi-
cata est · iudicium causamque recipies · Unde dicit Augustinus in libro
de verbis domini · Sedebit iudex qui stetit sub iudice · et dampnabit
iniuste reos · qui ipse falso factus est reus · Secundo dicitur · Iudiciaria potestas
confertur racione dignitatis secundum illud proverbiorum xx · Rex qui sedet in
solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo · Sed regiam di-
gnitatem Christus optinuit absque meritis · quia competit ei ex hoc
quod est unigenitus dei · dicitur enim luce primo · dabit illi dominus
deus sedem david patris eius et regnabit in domo iacob in eternum

quod dignitatem iudiciarie potestatis non est adeptus ex meritis. Eadem
nichil prohibet unum et idem alicui deberi ex diversis causis. Sicut
gloria corporis resurgentis debita fuit Christo non solum propter con-
venientiam et congruentiam divinitatis et propter gloriam anime sed
etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendum est de
dignitate iudiciarie potestatis quod competit homini Christo et propter divinam
personam et propter capitis dignitatem et propter plenitudinem gratie habitualis
et propter unionem ad verbum dei ut deduxit argumentum. Et tamen
etiam eam obtinuit ex meritis ut scilicet secundum dei iustitiam iudex
esset qui pro dei iustitia pugnavit et vicit et iniuste iudicatus est.
Unde dicitur Apocalypsis 3° Ego vici et sedi in throno patris mei. In throno
autem intelligitur dignitas iudiciarie potestatis secundum illud psalmi Sedet
super thronum et iudicat iustitiam. Quarto sequitur quod ad iudiciariam
potestatem Christi pertinent omnes res mundi. Patet ex hoc quod est rex
regum et regulam autem dignitatem consequitur iudiciaria potestas.
Et si de Christo loquimur secundum naturam divinam manifestum est quod de
iudicium patris pertinet ad filium quod sicut pater facit omnia verbo
suo ita et omnia iudicat verbo suo. Si vero loquimur de Christo secundum
humanam naturam sic etiam manifestum est quod omnes res humane sub-
duntur eius iudicio. Quod patet ex tribus. Primo si consideremus
habitudinem anime Christi ad verbum dei. Si enim spiritualis iudicat
omnia ut dicitur 1 Cor 2° inquantum scilicet mens eius verbo dei inheret
multomagis anima Christi que est plena veritate verbi dei super
omnia iudicium habet. Secundo patet idem ex merito mortis eius quod ut
dicitur Ro xiiii In hoc Christus mortuus est et resurrexit ut
vivorum et mortuorum dominetur. Et ideo super omnes habet iudi-
cium propter quod et apostolus ibidem subdit quod omnes stabimus ante tribunal
Christi. Et Dan vii° dicitur quod dedit ei potestatem et honorem et regnum
et omnes populi tribus et lingue servient ei. Tertio patet idem ex
comparatione rerum humanarum ad finem humane salutis. Cuicumque
enim committitur principale committitur et accessorium. Omnes autem res
humane ordinantur ad finem beatitudinis que est salus eterna
ad quam homines admittuntur vel etiam repelluntur iudicio
Christi ut patet Matt 25. Et ideo manifestum est quod ad iudiciariam potestatem
Christi pertinent omnes res humane. Unde cuidam de turba di-
centi Dic fratri meo ut mecum dividat hereditatem ille respondit Homo
quis me constituit iudicem aut divisorem super vos. Luce xii°. Eadem
quod sicut dictum est iudiciaria potestas consequitur regiam dignitatem. Christus
autem quamvis constitutus esset rex a deo non tamen in terris vivens
voluit regnum temporaliter administrare. Propter quod dixit Ioh xviii°
Regnum meum non est de hoc mundo. Similiter etiam noluit iudi-
ciariam potestatem exercere super res temporales qui venerat homines ad
divina transferre. Ut dicit Ambrosius super eundem locum Luce xii°
Bene terrena declinat qui propter divina descenderat nec iudex
dignatur esse litium et arbiter facultatum vivorum habens mortuorumque
iudicium arbitriumque meritorum. Ex quibus iam patet dignitas Ihesu
Christi in incarnatione passione et iudiciaria potestate.

Et vidi alium angelum stantem in sole et clamavit voce magna
omnibus avibus que volabant per medium celi dicens Venite

congregamini et ad cenam magnam dei omnipotentis ut manducetis
carnes regum et carnes tribunorum et carnes fortium et
carnes equorum et sedentium in ipsis et carnes omnium liberorum
ac servorum pusillorum ac magnorum etc. Post hoc ibi Et vidi
premissa dignitate ihesu christi et sui exercitus destructionis. Subdit scilicet
ad condescendendum de dampnatione antichristi et suorum admonitionem
seu invitationem. Et dividitur in tres partes. primo ponitur admonentis seu
invitantis descriptio. 2o eorum quos admonebat specificatio. ibi Et
clamavit etc. 3o rei admonite expressio. ibi venite congregamini etc.
Circa primum ad primum dicit Et vidi alium angelum etc. Hunc Haymo
angelus ut sepe dictum est intelligitur christus de quo dicitur ysaie ix
vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Alius autem dicitur [illegible]
post aliam visionem quam audivit eo modo quo et supra sepe di-
ctum est. quia alium dicimus esse hominem propter eum certum ad nos
factum [illegible]. Sol gratiis in sacro eloquio diversas habet signi-
ficationes. aliquando significat ipsum dominum Malachie 3 vobis timentibus no-
men meum orietur sol iusticie. aliquando tribulationem persecutorum. ut
dominus dicit Math. xiiio de seminibus que ceciderunt super petrosa
quod oriente sole estuaverunt etc. aliquando rem manifestam. ut illud quod
Nathan ex persona domini dixit ad david Tu fecisti abscondite. ego
vero faciam in oculis solis huius. i. in aperto 2 Reg xii Quod tunc
impletum est quando absalon cunctis videntibus ingressus est ad
uxores patris sui 2 Reg 16o. Et in eodem sensu psalmista dicit
In sole posuit tabernaculum suum i. sacramentum humanitatis assumpte
ostendit in lumine manifestationis. Et istud secundum Haymonem in hoc loco de-
signat omnibus manifeste visum. Et est sensus littere secundum eum
Vidi alium angelum stantem in sole i. christum in manifesta luce et
fide electorum. quia gloria illius in toto terrarum orbe diffusa est
Surrexit enim a mortuis. predicatus est ab apostolis. creditur eius
in toto mundo. et in hac luce fidei stat. Hec ille. Alii vero
legunt sic Et vidi unum angelum stantem in sole. per quem secundum glossam
intelligitur cetus vel ordo predicatorum. per solem vero tribulationem
persecutionum. Et secundum hoc sensus est littere. vidi unum angelum stantem
in sole i. ordinem predicatorum unitorum in fervore persecutionis
exercitum per bonam intentionem. Unum dicitur angelus. propter unitatem ubi
dei. unius quia unitas unam fidem. Et potest esse thema de sancto
doctore. Et figurantur tria. Quorum primum est vite immaculabilis
mundicia. in hoc quod dicitur angelum qui est puritate immaculatus
Secundo figuratur invincibilis constantia in tribulatione vel perse-
cutione. in hoc quod dicitur stantem in sole i. perseverantem in aspera
predicatione vel manentem in plenitudine [illegible] et dilectionis
lumine intelligentie scripturarum et fervore zeli animarum. Vel stantem in sole i. in lu-
mine quod est sol iusticie. Unum autem angelus stat in sole. quando predicator
solidatur in christi amore et fide. ut non avellatur ab eo aqua
separabit a caritate christi tribulatio an angustia etc. Tercio figuratur
ad docendum sine predicandum affectio fervida cum subditur

3a mixat

Et clamant voce magna i. predicatio apta scriptura et libera per scri-
pturas confirmata Ysaye 58 Clama ne cesses Et subditur
specificato eorum quos admonebat de avibus que volabant per
medium celi Secundum beatum Gregorium 19 moral exponentem illud
Job 28 volucres quoque celi latet Et secundum Haymonem Iuxta scripturam sacram
volucres sive aves aliquando in bono aliquando in malo dicuntur intelligi
ideo pro locorum qualitatibus sunt accipiende Per volucres quippe
immundorum spiritus aeree designantur bonorum studiis adverse Unde
dicitur ore veritatis Math xiii et Luce viii Cum semen quod serebat
secus viam seminatum est venerunt volucres et comederunt illud Et in-
mundi maligni spiritus humanas mentes obsidentes dum cogitationes
noxias ingerunt verbum vite a memoria evellunt Hinc rur-
sum cuidam diviti superba capituli dicitur Vulpes foveas habent
et volucres celi nidos filius autem hominis non habet ubi caput
suum reclinet Math 8 et Luce ix vulpes ut dicit Gregorius valde
fraudulenta sunt animalia que in fossis vel speluncis absconduntur
et cum autem apparuerit nunquam rectis itineribus sed tortuosis an-
fractibus currunt Volucres vero ut novimus alto volatu in aera
se sublevant Ergo nomine vulpium dolosa atque fraudulenta
nomine autem volucrum hec eadem superba demonia significantur
ac si dicat fraudulenta et elata demonia in corde vestro
i. in cogitatione superbie inveniunt habitationem suam filius autem
hominis non habet ubi caput suum reclinet i. humilitas mea requiem
in superba mente vestra non invenit Aliquando in bono volucres
poni solet sicut in evangelio Luce et Math xiii dominus de grano
sinapis cum similitudine regni celestis denuntiaret dicit Cui
simile est regnum dei et cui simile estimabo illud Simile est
grano sinapis quod acceptum homo misit in ortum suum et cre-
vit et factum est in arborem magnam et volucres celi requie-
verunt in ramis eius Ipse quippe est granum sinapis qui orti se-
pultura plantatus arbor magna surrexit Granum namque fuit
cum moreretur arbor cum resurgeret Granum per humilitatem
carnis arbor per potentiam virtutis Granum quia vidimus eum
et non erat aspectus ei Ysaye 53 Arbor autem quia speciosus forma
pre filiis hominum Huius arboris rami sunt sancti predicatores l. et
videamus quam late tenduntur Unde de eis dicitur In omnem
terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum
In istis ramis volucres requiescunt quia sancte anime que quedam
virtutum pennis a terrena cogitatione se sublevant in eorum dictis
atque consolationibus ab huius vite fatigatione respirant Hec ille Granum
ergo sinapis est dominus Ihesus Christus qui in tempore sue passionis despectabilis
et minor apparuit omnibus hominibus quasi vilis lepra Sed postquam resurre-
xit a mortuis factus est arbor magna ita ut in ramis eius
hoc est in doctrinis evangelicis aves celi habitent i. sancti
requiescant Hoc quoque loco per aves secundum Haymonem signantur sancti
in celesti vita degentes Et ideo tales sancti per aves hic designati
ideo aves celi appellantur quia mente celestia inhabitant atque petunt
ut cum apostolo dicere possunt illud ad Philip 3o Nostra conversatio in celis est

Qui ibi per mediu celi volare dicuntur . q̄ nō t'remis rebꝰ inhe
rent sed celestibus et vbiqꝫ pdicando discurrunt . de quibus dicitur
Ysaye lx° . Qui sunt hy q̄ ut nubes vollant . volant inquam p me:
dium celi . i. per media etiam dicit Hayom . vel per concordiam vtriusqꝫ
testamenti . nō in extremis tm̄ morantes . ut heretici manichei so:
lum per nouum . vetus respuentes . et Iudei solum per vetꝰ no:
vum non acceptantes . et ideo vtriqꝫ sine virtute sunt . quoniam virtus
in medio consistit . Vel volant scilicet alis contemplacionis per medium
celi scilicet empirei discurrendo mentis intuitu . per omnes ordines
sanctorum angelorum . considerando vel cogitando quantus sit ardor
in seraphin . quanta lux in cherubin . quanta discrecio in thronis
quanta sublimitas in dominacionibus . quanta dignitas in principatibus
quanta potentia in potestatibus . quanta virtus in virtutibus . quanta obediencia
in archangelis et angelis contemplando . et turmas patriarcharum
cuneos prophetarum . choros apostolorum . exercitus martirum . collegia con
fessorum . choros virginum . contubernia matronarum . conuentus predicatorum
cenobia monachorum et monialium . deinde ascendendo ad regi:
nam omnium christianam dei genitricem . post quam statim venitur
ad christum iuxta illud Cantic. 3° . In lectulo meo per noctem
quesiui quem diligit anima mea . quesiui illum et non inveni . Surgam
et circuibo ciuitatem . i. tocius ciuitatem scilicet in celo . per vi:
cos et plateas . i. per diuersos sanctorum ordines . queram quem
diligit anima mea . paululum etc . Istis igitur auibus . clamat
angelus . i. per internam inspiracionem loquitur . vel aperte predicat
dicens . Venite scilicet per fidem et desideria mentis . et congregamini
scilicet per bonam operacionem et vnitatem caritatis . Vel venite bene
operando . et congregamini in bono perseuerando . ad cenam magnam
dei omnipotentis . i. ad conuiuium eterne refectionis ait Hayo . Quod est
magnum propter vocantis auctoritatem . puniendis nobilitatem . ciborum
dignitatemqꝫ ferculorum diuersitatem . Vocat igitur aves ad cenam
i. omnes electos ad epulas regni celestis seu ad gaudium conuiuium
eterne refectionis Luce xiiii° . homo quidam fecit cenam magnam
et vocauit multos de qua supra eodem . Vt manducetis carnes re:
gum et carnes tribunorum . sed . i. ut delectemini in penitencia impiorum
tam maiorum quam minorum ait glosa . Et hoc racione equitatis diuinorum
iudiciorum . et racione liberacionis bonorum a nequitiis reproborum
et racione beatitudinis sanctorum . Super premio exultate super eam celi
et sancti apostoli . quoniam iudicauit dominus iudicium vestrum de illa
Et ibi de hoc nisi eodem . Aves saturate sunt carnibus eorum . Et
specificat illos dampnandos secundum gradus eorum . Carnes regum . i. abutentium
regali dignitate . Et tribunorum . i. iudicum aliorum qui iura vel
operam habuerunt subditis ut dicitur ibidem vel tribunorum . i. abutencium illa
dignitate . Et carnes fortium . i. abutentium sua fortitudine . Et carnes equorum
i. subditorum et sedencium in ipsis . i. prelatorum . Et carnes liberorum
scilicet a iusticia . et seruorum scilicet peccati ad Romanos vi° . Cum essetis serui
peccati liberi fuistis iusticie . i. alieni a iusticia . Et pusillorum scilicet
etate vel dignitate . et magnorum scilicet contraria qualitate . Et de hiis in
glosa . ita quod per reges intelligit magis principes seculares . per tri
bunos minores . per fortes mediocres . per equos subditos . per

sedentes prelatos et iustitios. per liberos qui a tributis et talibus sunt
liberi. per servos laycos qui tributis et talibus sunt subiecti. vel per
liberos intelligit absolutos a matrimonio. per servos coniugatos
per pusillos pusillanimes. per magnos superbos et ambitiosos
et hoc totum [illegible] est sumptum de Ezechiel 39 ubi legitur
dic omni volucri celi et universis avibus cunctisque bestiis agri
convenite concurrite properate undique ad victimam meam quam ego
immolo vobis victimam grandem super montes Israel. ut comedatis
carnes et bibatis sanguinem. carnes fortium comedetis et
sanguinem principum terre bibetis. arietum agnorum et hircorum
et altilium et pinguium omnium. et comedetis adipem in satu:
ritate et bibetis sanguinem in ebrietate. de victima quam ego
immolabo vobis et saturabimini super mensam meam de equo et
de equite forti et de universis viris bellatoribus ait dominus deus.
Vel possit hoc exponi de sanctis in hac vita. unde dicit hic augustinus
In ecclesia hoc in veritate cognoscimus. quod omnes gentes esse
interficiantur et tunc comedunt. actuum x dictum est petro comede et
manduca. Quod tractans Gregorius 18 moralium dicit. Quod mactatur
a vita occiditur. id vero quod comeditur in comedentis corpus
mutatur. macta ergo et manduca dicitur. id est eos a peccato in quo vivunt
interfice et a seipsis illos in tua membra converte. et ideo in
hominibus infidelitate et vite in corpus tuum quod est ecclesia
Et hunc sensum prosequitur haymo dicens. vel per carnem in hoc loco
totus intelligitur homo. sicut et ibi Ysaie xl videbit omnis
caro salutare dei. quemadmodum etiam in scriptura per animam
totus accipitur homo. ut Genesis 46 descendit iacob in egiptum
cum animabus septuaginta. nec tamen anime sine corporibus
ingresse sunt in egiptum. nec caro sine animabus poterit videre filium
dei. sed carnis vel anime nomine. totus intelligitur homo scilicet a parte
totum. Ita ergo et hic fit cum dicitur. ut manducetis carnes
regum et tribunorum etc. Quo in loco enumerantur et comprehenduntur
diversi gradus et qualitates hominum convertendorum ad dominum. Sunt
enim in ecclesia reges. sunt et tribuni id est comites et ceteri principes
nobiliores. Sunt et fortes viri bellicosissimi ad christum convertendi
et per manducati id est esse interfecti. Per equos autem hii designantur
qui prius erant voluptuosi et luxuria commaculati. de quibus dicitur
Ieremie 5o equi emissarii facti sunt amatores alii insanientes in
feminas. et in proverbiis dicitur amonet dicens. Nolite fieri sicut equus
Per sessores autem heresiarchas intelligere possumus. qui dum eloquiorum
scientia secularibus eminent. quasi super animalia bruta consedent. eius quia
iure prelatus ad quodlibet facinus abutuntur. Sed aliquibus sancti tales
ad fidem christi sua doctrina convertunt. et ad unitatem ecclesie trahunt. Hec
quasi mactantes comedunt. liberi vero sunt reges carnis. servi
autem coniugio obligati. per pusillos. vulgus ignobile. multitudo
que plebis. per magnos vero potentes et divites huius seculi intelli:
guntur. et hiis omnibus indulgemus illud convivium. cene. ab
exortu quasi ecclesie esse paratur. sed in fine temporum habundantius
parabitur. quando plenitudo gentiles et iudei [illegible] et ad christum
convertetur. Unde et ista specialiter ad illud tempus referuntur. Remigius

XIX

Et vir hoc angelus in sole. Helyas et Enoch intelligitur in aperta
luce xpm predicantes. licet ipsi persecuciones ab antixpo sustinebunt illatas
vel inferendas. tamen constanter et manifeste predicabunt xpm dicentes
omnibus avibus i. omnibus sanctis per celum volantibus predicatoribus. Venite et
congregamini ad cenam magnam dei omnipotentis i. ad eternam quietem
et ad eterna omnium fidelium convivium. Que cena recte magna vocatur
quia viz. et gentiles et iudei ad eternam vitam preordinati. tunc credent
et ad eternam hanc cenam venient. ut comedant carnes regum
et ceterorum i. ut ex omnibus condicionibus et qualitatibus hominum ad
fidem convertantur. et in corpus suum quod est ecclesia traiciant. hec ille
Richardus vero dicit quod hic Iohannes subiungit invitacionem demo-
num ad comestionem dampnatorum. Et vidi unum per aves intelligun-
tur demones. unde Math. 8° et xiii°. et Job xl°. Numquid illudes ei
quasi avi. Unde quia Gregorius 33 moralium dicit. Demon avis
est per subtilitatem nature levitate. Vel quia per indomitam superbiam se cunctis
simulat angelum lucis. Vel quia quosdam elevat in fastu superbie
quasi alta sapientes. Nam quos ut dicatur superare non valet
addictos fantasmate inanis glorie. contra altitudinibus cogitacionum
eorum quasi avis volat. quem numerum quibus cum nos licito
in manibus extollit. contra nullus ne sue infirmitatis perpendit. hec ille
et idem 19 moralium. Quasi in quedam volatili. volucris illa prima
se extulit. que per elatam cogitacionem dixit. In celum conscen-
dam. super astra celi exaltabo solium meum. Sedebo in monte
testamenti in lateribus aquilonis. ascendam super altitudinem nubium
et ero similis altissimo. Ecce quia alta superbe volando perijt.
Que etiam volatum primis hominibus suasit. Ipsi quippe
volando quasi super se ire conati sunt. quando eis dictum
est ut gustarent et essent sicut dij. Cum quia similitudinem di-
vinitatis appetunt. immortalitatis munera perdiderunt. quia in terra
moriendo non essent. si super terram stare humiliter voluissent
hec ille. Et hee aves volant per medium celi i. huius aeris
caliginosi ubi multa sunt eorum machinamenta. Nam insidiando
circumvolant. inficiendo corrumpunt. invadendo terrent. suaden-
do blandiuntur. promittendo decipiunt. et desperando frangunt
et opprimunt. Et quia ad istas aves clamat. videlicet predicatores re-
probos ab eis esse dampnandos et eos delectari in penis eorum
Et ideo ait Congregamini ad cenam magnam dei omnipotentis
hec est cena eterne adversitatis qua peccatores inferni et
comeduntur. sicut in cenis animalia morti traduntur. Et dicitur
cena quia post illam ultime dampnacionis delectacionem non habebunt
aliam. Deutronomii 32. devorabunt eos aves morsu amarissimo
Pro quo Nondum quod octuplices aves dyabolum figurat. Queda
nido ut upupa. huiusmodi dyabolus nidum suum in luxuriosis qui
sunt in fetibus suis. Quedam vero sunt dyabolum in pastu ut corvus
habet enim dyabolus pastum suum in carnalibus. in quibus sensualitas
prevalet racioni. Quedam sunt dyabolum gressu ut griffes. secundum
Remigium corpus habent leoninum. pedes ac rostrum et alas ut
aquila. ideo quia per terram suis pedibus currunt ut leones
per aera volant ut aves. huiusmodi dyabolus pedes suos in avaris
hominibus. primus pes est nimia rerum usura. 29 rerum cupiditas

iniusta adquisicio. Actus rerum adquisitarum nimia dilectio. Actus rerum possessarum abusio duplex. quia danda retinet ut parcus. vel quia retinenda dissipat et dilapidat ut prodigus. Quedam vero significat dyabolum ornatu. que pennis exornantur. ut pavones et struciones. hec enim dyabolus pennas suas in vane gloriosis et in ypocritis. Quedam voce et cantu. ut yrundines que letabunde cantare incipiunt sed terminant in planctu. hec enim dyabolus vocem suum in mundanis et dissolutis. quorum extrema gaudii luctus occupat. Quedam volatu ut nocture. vespertiliones et similes que nocte volant et in die quiescunt. hec enim dyabolus in hominibus suspiciosis oculos suos quod solum aperiunt tenebrosa. sed ad opera lucida numquam assurgunt. Quedam unguibus ut milui. qui pullis et intestinis insidiantur. hec enim dyabolus ungwes suos in predonibus et raptoribus et furibus quibus dicitur ysaie 33 Ve qui predaris nonne et ipse predaberis. Et quedam in rostris ut aquila. que de rostris solet lacerare. hec enim dyabolus rostrum sum in detractoribus. Quorum dentes arma sagitte et gladius acutus. arma quo ad mala consilia. sagitte quo ad verba venenosa. gladius acutus quo ad detractoria. quorum omnium carnes aves insuales devorabunt. Et nota quod per aves sive volucres. sancti conveniunt designatur. Nam in avibus non est corporis quantitas reperitur. Non enim sunt hec magnum corporis et volare dicit philosophus libro xii de animalibus. Et est in eis limpiditas visus. habent enim acuto visu et videt a remotis. ut dicit idem xii de animalibus. Item est in eis motus nobilitas et agilitas. volatus enim est nobilissimus motus corporalium. ait rabi moyses libro primo. Item est habitacionis sublimitas. quia licet in terra conversetur in aere. tamen volant ut dicit damascenus libro 2º c. xx. Unde et dicuntur volucres celi. Et quia habent motum velociorem. visum splendidiorem. situm sublimiorem. Tales sunt sancti spiritualiter considerati. habent enim lucididitatem in discernendo. agilitatem in operando. sublimitatem in contemplando. desiderium et affectum ad bona celestia et eterna. a terrenis et inferioribus se penitus elongando. Et sicut avis vitam ducit in aere. victualia non congregat. et de inferioribus ad superiora semper volat. Sic viri sancti vitam aeream puram et mundam solent ducere per castitatem. victualia non congregare per avariciam et rapacitatem. de inferioribus ad superiora volare per celestium dilectionem. Unde de quolibet tali. potest exponi illud Iob v homo nascitur ad laborem sicut avis ad volandum. Et genesis 2º 8 volucres celi latet psalmus 26. sicut avis ad alta transvolans. Baruch 3º Qui in avibus celi ludunt. Tunc enim sancti volant. cum sursum cor a terrenis elevant. alis bone actionis volant. qui mundi fugiunt voluptatem et divine gracie induunt novitatem. et semper de virtute in virtutem proficientes. suam tenent humilitatem. Et sunt ut Gregorius 31 moralium. agrestibus avibus mos est. ut flante austro alas expandat. quibus eorum membra ad laxandas pennas veterum. veris tempore concalescunt. Cum vero deest ventus. alis contra radium solis expansis aut prius flatus tepore plumas aura faciunt. et cum apertis poris plume veteres exiliunt et nove succrescunt. Quia vero longinquis peccatorum tantis flatu sancti spiritus concalescit. et usum vetustae consuetudinis

abiciens novi hominis formam sumit Quod paulus admonet dicens Ex:
poliantes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes no:
vum Coloss 3o Vetustum autem pennam pigre est inveterata stu:
dio dolosa actionis amittere et novam premium sume est inbe
ac simplicem bis vivendi sensum tene Penna namque veteri
conversacione generat et plumsa nove conversacionis sublevat ut ad
volatum tanto levior quanto novior reddat Quatales servos n
vis caritatis poros aperit et plumas virtutum fundit ut homo
possit in deum volare 1 Cor xiijo Adhuc excellentiorem viam vobis
ostendo scilicet caritatem De talibus dicitur Ezech 1o Cum fieret
vox super firmamentum quod erat super caput animalium stabant et
submittebant alas suas quia sancti cum a superna intelligentia
in vita spirituali alas demittunt quia et humiliores fiunt alias
etiam contemplacionis se in aere suspendunt per meditacionem ve:
lut alas tremulas quia in meditacione exardescit ignis caritate
Quia tunc in spiritu contremiscit Ezech xi Elevaverunt cherubin
alas suas et rote cum eis et gloria dei israel erat super ea
Elevacio alarum significat motum meditacionum Quatuor ab
facies que erant in rotis sunt quatuor species meditacionis scilicet
Primi ad orientem nostre nativitatis ad occidentem nostre mortalitatis
ad meridiem beneficiorum dei ad aquilonem temptacionum dyaboli
alas vero tremulas per oracionem Ezech 1o Audiebam sonum alarum
quasi sonum aquarum multarum quasi sonum sublimis dei Deus
enim mentes sanctorum implet desiderio ut oret et exaudit cele:
tius Unde ut dicit Gregorius Deus creat in sanctorum cordibus
amorem et ex amatis cordibus suscipit oracionem Et Ezech x
dicitur quod sonitus alarum cherubin audiebatur usque ad atrium
exterius quasi vox omnipotentis dei alas quoque patulas per devocionem
quando affectus in deum expansus in devocionem ingreditur Exodi
3o Cherubin extendebant alas protegentes propiciatorium ale in
propiciatorium extenduntur cum amor per devocionem in domini spiritum di
latatur Et hic est locus quietis anime 3 Reg viij Intulerunt
sacerdotes archam federis domini dei sui in locum suum sub
alas cherubin etc

Et vidi bestiam et reges terre et exercitus eorum congregatos ad
faciendum prelium cum illo qui sedebat in equo et cum exercitu
eius Et apprehensa est bestia et cum illa pseudo propheta qui
fecit signa coram ipso quibus seduxit eos qui accepe:
runt caracterem bestie et qui adoraverunt ymaginem eius
Vivi missi sunt hii duo in stagnum ignis ardentis sul:
furis Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum
qui procedit de ore ipsius Et omnes aves saturate sunt
carnibus eorum Posita dignitatis Christi et sui exercitus
descripcione sanctorum ad congratulandum de dampnacione contrarie
multitudinis Subdit ex opposito bestie dampnacionem et exercitus
sui notificacionem Et primo ponitur ipsius bestie et suorum descripcio
Secundo eorum plena dampnacio ibi Et apprehensa est bestia Dicit
primo ponitur ipsius bestie apprehensio Secundo in eternum supplicium

simpliciter ubi viri missi sunt hii duo scilicet rex et ipsa dampnabiliter
stagnum sulphuratis ille et omnes aves. Sicut enim ad Rom.
dicit glossat Richardus. Descripta quali dampnatione malorum
subiungit hic specialem antichristi et suorum. Ait ergo. Et vidi
bestiam id est antichristum effrenatum bestiale impetuosum. Supra xiii
vidi aliam bestiam etc. de hoc. Et reges terre id est prepositos
et platos et exercitus eorum scilicet quantum ad miles sub:
iectos congregatos scilicet mali pertractandi unanimitate. Ad fa
ciendum prelium id est persecutionem contra illum qui sedebat in equo
id est cum Christo vel contra Christum et cum exercitu eius id est cum sanctis
vel contra sanctos sicut distinguit Richardus. Unde Haymo.
Bestia quandoque dyabolum malorum principem quandoque vero totum
corpus dyaboli significat. In hoc autem loco bestia dyabolus intelligitur
cum suo assumpto homine scilicet antichristo. Reges vero et exercitus
eorum prepositi cum subiectis eorum malis designantur. Hii congre:
gabuntur ad faciendum bellum cum Christo et eius fidelibus blasphe:
mis obprobriis tribulationibus et cruciatibus pugnantes. Et
enim ab ipso domini adventu dyabolus cum suis membris
bellum cum sanctis contra etiam iniecit valde tamen in fine se
pugnabit quando divino iudicio solutus propriis viribus efferabitur
quando signis et miraculis castra sanctorum perturbabit in suis
fuerit. Et nunc pariter bestia reges et exercitus eorum pu:
gnabunt cum Christo et eius exercitu quia tunc uno voto una
voluntate reprobi adversus etiam firmabuntur cum per decepta
illum hominem hostis antiquus in seculari potentia se eriget.
Et de hoc alio dictum est supra xii°. Factum est prelium magnum
in celo et cetera hic electorum dignitas et glorie militie in:
sinuat quia sunt in exercitu filii dei et principatus maiestas quia
sunt cum illo qui sedet in equo et ex hoc securitas quoniam
sunt sub tali duce supra eodem. Exercitus qui sunt in celo
sequebantur eum. Job vii° militia est vita hominis super terram. Ubi de
hoc Gregorius 8° moralium et Augustinus super canonicam Johannis
omelia 8a. Modo pugnamus et si in stadio sumus ferimur et
ferimus ille vincit qui quod ferit non de suis viribus
presumit sed de exercitu dei. Si cum deo sumus vincimus.
Si solus pugnaveris vinceris. Exercitatus enim est hostis tot
palmarum scilicet ille et tamen non est timendus brevi pugnare volenti.
Quia infirmus est hostis qui non potest vincere nisi volentem inquit
Jeronimus epistola 1a. In isto bello filius dei est ductor
doctor rector et defensor ut ait psalmista. Deus illuminatio mea. Et
qui docet manus meas ad prelium et digitos meos ad bellum.
Sapientie v° dextera sua reget eos et brachio suo defendet
illos. Possumus ergo dicere si deus pro nobis quis contra nos
Ro. viii. Nam ut dicitur ibidem in omnibus superamus propter
illum qui dilexit nos. Et de hoc habetur pulcra figura
2 Machabeorum xi. Et cum Lysias cum multis milibus peditum
et equitatu magno et multis elephantibus venisset ad de
moliendum Iherusalem apparuit filius ysrael precedens eos eques in
veste candida armis aureis hastam vibrans tunc omnes simul

80

benedixerunt misericordem dominum et invaluerunt animis, non solum ho:
mines et bestias ferocissimas, sed et muros ferreos parati pene
trare, ibant expediti et prompti de celo habentes adiutorium, et prostra:
verunt ex hostibus xi milia peditum, et equitum mille sexcen
tos, et vniversos alios in fugam verterunt. Et videtur ad literam quod ille
eques precedens in veste candida sit benedictus dei filius in humanitate
nostra assumpta, qui interficiet Antichristum spiritu oris sui. 2 Thess. 2o
Ideo quod in terra subditur dampnatio bestie i. antix et suorum
tum dicit Et apprehensa est i. apprehendetur preteritum pro futuro. 2m haymonem
bestia i. antixpus penam et vindictam eternam ei infligendo
Et pseudo propheta i. primi doctores et principes eius collaterales quem in vno
multi intelligunt scilicet qui futura bona promittebant fautoribus antix
Et qui fecit signa, de quibus dictum est supra xiii°. sicut quod etiam igne
fecerit descendere de celo in terra in conspectu hominum Coram
ipso i. coram bestia. quia scilicet vtriusque fuerint ministri antix. ita
faciet que illi placere cognoverit. quasi semper in quo illius
assistat et ab illo videantur. quibus scilicet signis seduxit i. seorsum
a veritate abduxit vel avertit. 2m Hugonem super Iohannem
omnes eos qui acceperunt caracterem eius i. qui crediderunt
in eum, et qui adoraverunt imaginem eius scilicet ad literam
vel erroris sui conformitatis. dicit Iudei quod cum gaudio et ve
neratione postulantur eius adventum. que et suscepturi sunt
cum venerit iuxta quod eis dominus dixit Iohannis v. Ego
veni in nomine patris mei et non suscepistis me. Veniet
alius in nomine suo et illum suscipietis. De quibus omnibus
satis dictum est supra xiii. Ideo breviter hic repete. Qualiter
aut apprehendetur bestia dicitur 2 Thess. 2o. Et tunc revelabitur
ille iniquus homo quem interficiet dominus Ihesus spiritu oris
sui i. virtute sue iussionis sive per se sive per Michaelem
ut dicit glossa. Et ut doctores exponunt occidetur in monte oliveti
in papilione in solio suo, in loco contra quem dominus ascendit in
celum scilicet in glossa. et ibi multum dicitur de hoc. Et subditur eius
apprehensi in supplicium eternum missio. Tunc dicitur Vivi missi
sunt hii duo scilicet caput et corpus i. antixt et pseudo propheta
scilicet malorum omnium collectio ait haymo. In stagnum ignis
ardentis et sulfuris i. in locum suppliciorum terribilium. quod dicitur
stagnum propter densissimas tenebras quibus miseros demergit
Et stagnum ignis. quia exurit et sulfuris quia continuis feto
ribus replet. sic distinguit haymo. vel est aliquid simile. missi in sta
gnum etc. Sed dicitur qualiter ait Vivi missi sunt. Sed ut di:
ctum est ideo Christus interficiet antixm spiritu oris sui. ergo mor:
tuus mittetur in stagnum. Item omnes qui sunt in raptu morietur
morte corporali. que est pena peccati. dicit Augustinus xx de
civitate dei c° ix. ergo ut videtur oportet primo mori mor
tuos suos et missi sunt in stagnum ignis etc. Et ita ut prius
Ad hoc potest responderi. Secundo quod ideo dicuntur vivi missi in
stagnum quia subiecti peccatis equaliter misere viventes puni:
untur ait Richardus. Vel ut ait Augustinus xix libro de civitate dei
in fine. Vivi in miseria sempiterna que est mors 2a. tanto durior est

pena quod fineri morte non poterit Et s. Quod enim bellum gravius
et anxius cogitari potest quam ubi voluntas sic est adversa passioni
et passio voluntati ut nullius earum victoria talis finiatur
finiantur et ubi sic cum ipsa natura corporis confligit vis doloris
ut neutrum alteri cedat hic enim quod contingit iste conflictus a
dolor vincit et sensum mors adimit aut natura vincit et dolo-
rem sanitas tollit Ubi autem dolor permanet ut affligat et non
corrumpit ut sentiat quod utrumque ideo non desinit ne pena desinat
Hec ibi Sic ergo propter miserie vite eternitatem et moriendi
impossibilitatem dicuntur vivi missi in stagnum quia mitteretur in ore
scriptile sacre ponentes potissimum post futuros post certitudine eternitatis
Unde sicut electi diuturnitatem immo eternitatem vite pro
feredibus bonis summo desiderio et amore complectentur ita
reprobi pro incommutabili pena qua torquebuntur quoniam morte
ergo summo odio execrabuntur ut ait anshelmus Deside-
rabunt enim mortem et fugiet ab eis et mors depascet eos in ps
Et sicut amici dei securi erunt nunquam se amissuros bona sua ita
inimici dei omnia desperabunt se iam amplius perdituros et mala sua
pro eterno ergo et ineffabili gaudio beatorum hereditabunt immu-
tabilem miseriam omnes qui pro impenitudine sue peccatorum tran-
situri sunt in societatem demonum Hec ille Quo dicuntur vivi
mitti in stagnum quia miseriores pene mortuus non sentit
certum sit vivos Vivi ergo descendunt in stagnum qui sciunt
operantur malum ait hayno ponendo exemplum Constituantur duo ho-
mines unus mortuus alter vivus Si tetigeris mortuum
non sentit Si tetigeris vivum sentit Sepe vero in scriptura
Mortui ponuntur pro nescientibus Vivi pro scientibus Mortui
itaque sunt pagani et legis nescientes legem Et mortui descen-
dunt in infernum Unde scriptum est Johannis 3o Qui non credit
iam iudicatus est Vivi autem sunt qui fidem habent Christi sed dum
eam operibus destruunt Vivi descendunt in infernum quod scienter peccant
Et hij forcius cruciatibus torquebuntur Unde ut dicitur Luce xij Ser-
vus sciens voluntatem domini sui et non faciens digne plagis va-
pulabit multis Ro. 2o Qui sine lege peccaverunt sine le-
ge peribunt Quia ergo antichristus et sui ex certa malicia pecca-
bunt et gravius punientur ideo dicuntur vivi mitti in stagnum
Ut de illis verificetur illud prophete descendat in infernum viventes Et
quia qui magis peccaverunt magis punientur Ideo subditur Et ceteri
qui sequentes eorum quod per predicatores eorum sunt seducti Ceteri sunt
qui minori pena punientur ut ait glossa Occisi inquit gladio qui de ora
sua sedentis super equum Quia in solius gladius procedebat gladius
de ore ipsius scilicet Jhesu Christi filii dei incarnati De quo gladio Secundo cor
reg 19 fugite a facie gladii hic Sua namque Christi dicitur gladius
quia separat a vita eterna et infligit vulnus pene eterne hayno
Vel legitur istud de conversis ad Christum qui occisi sunt gladio verbi dei
mortui sunt peccato ut vivant Christo Ysaie 49 posuit os tuum ut
gladium acutum Unde in figura predicatorum dicitur in ps gladius
in labiis eorum quoniam quis audivit Exodi 32 ponat vir gladium
super femur suum scilicet macerando suam carnalitatem et occidat

vniuscuiusque fratrem suum et vita carnali suum perimendo. Cantic. 3o vniuscuiusque
ensis super femur suum omnes tenentes gladios et ad bella fortissimi
doctissimi. Et ideo subditur Et omnes aves saturate sunt carnibus
eorum. i. omnes sancti satietatem et gaudium habent de profectu fi-
delium suorum hic in hoc mundo vel de dampnacione impiorum in gloria. Super eo
clamavit dicens omnibus avibus. Et Richardus tamen legit istud
de quibus. i. demonibus qui saturantur cruciatibus dampnatorum
letantur enim cum ad interitum suos perducunt imitatores. Sic ergo
de eorum dampnacione capiunt satietatem quibus se prebuerunt auctores
ad errorem inquit Haymo. Et utroque modo potest exponi. Quia demones
delectantur livore malicie. Sancti vero delectantur amore iusticie
et liberacionis sue. Nam quia tormenta impiorum aspicientes de ere-
ptione sua amplius letabuntur. Ideo sicut dixi narratur. Tanquam
dicitur. Tanto magis electi contemplacionis interne dulcedine interius
satiantur quo reproborum tormenta exterius conspiciunt que divina mi-
sericordia evaserunt. Hinc Ysaye ultimo dicitur Et erunt usque ad sa-
cietatem visionis omni carni. Quasi tunc dampnacio reproborum erit illis
electrum quo cruciatus eorum indesinenter aspiciunt eo amplius
divine contemplacionis gaudiis perfruuntur. De quo psalmista dicit: Vide-
bunt iusti et timebunt et super eum ridebunt. Demones autem
non vocati ad mactatorem currere occurrunt sicut tamen milui et corvi
ut si quid a fidelibus aut morticinum aut inutile proiectum fuerit
consumant. Vide quia reprobi voluptates mundi velut aquam hau-
serunt invidie ardoribus estuaverunt ac luxurie fetoribus ta-
bernaculum sui corporis sparserunt. Digne in stagnum ignis ardentis
et sulfuris missi cum illo cohibentur. que ad hoc perpetranda
incentorem habuerunt. Convenienter ergo per aves intelliguntur [illegible]
demones. quia vias certas non habent in aere incertum motu sunt
instabiles et sunt duces corvorum. dicit psalmista xij de animalibus Gen. xv
Descenderunt volucres super cadavera. Et xlo aves celi comederunt
de canistro. Et [illegible] laceraverunt volucres carnes tuas Job 38 Vo-
lucres celi latent. Et hii saturantur carnibus .i. peccatis reproborum
ut enim ait Ieronimus epistola 2 cibus demonum luxuria et
ebrietas et universa vicia. Job 30 Qui me comedunt non dormiunt
quia scilicet maligni spiritus [illegible] qui carnales quosque de terra consumunt
tanto magis a temptacione quiescere nesciunt. Unde nullos carnis
pondere gravatos inquit Gregorius xx moralium. Ecclesiastici 4o Ne des
alienis honorem tuum. Et sequitur Quod consumpserint carnes tuas
In futura vero vita saturabuntur cruciatibus reproborum Deuteronomii
32 Devorabunt eos aves morsu amarissimo. Sic igitur hoc quod
dicitur omnes aves saturate sunt carnibus eorum potest intelligi
de demonibus et sanctis ut dictum est. Sed queritur an iustus in via
possit salva caritate delectari de cruciatu malorum. Videtur quod sic
psalmista in psalmo letabitur iustus cum viderit vindictam. Contra potest
conformare voluntatem suam divine voluntati per graciam. Et non
velit aliud vel aliquid quam ut deus vult. Sicut [illegible] ecclesia orat
ut eius inimici humilientur et dispergantur. Sed in contrarium dicit Salvator
Mathei 5o diligite inimicos vestros et orate pro calumpniantibus
vos. Sed sic diligens et orans non gaudet de ruina illius quem
diligit. Sic [illegible] Job 31 Si letatus sum ad ruinam eius qui me
oderat et exultavi quod evenisset ei malum. Sed male accidat michi

R d. non sic fe[cit] sz Job fuit exa[m]i[n]a[t]us tristorum[?] i[d]e[st] Unde dicit b[eatus] Gregorius in xxxij moralium Evenire plerumque solet ut nos amissa prosperitate et uncti nos divina letificet et sursum gl[or]ia sine invidie culpa g[?]stet. tunc et eo mente quosdam exigi bene credimus. et illo [?]ficere plerosque iniuste opprimi [?]erundam Qua in re mentem nostram ut quibus idem defectus angit ut puerum adytit si recta nostra cogitatio non quid in ipso sed quid de ipso circa alios agatur attendit. Sz ad hec fivandal valde notum est sub tilissime districtionis examine ne tunc nostra odia exequimur sub specie utilitatis liberi fallamur. Et subdit Qua in re distinguendum est aliud esse quod nobis aliud vero quod [?] et ceteris noster inimicus noceret. Nam si aliis bonis est sine nostra forsitan culpa nobis non potest esse malus. ut omnino iam de eius ruina gaudendum est. Cum nos solos dictum est adversa tolerare. Cum vero nostra ac multorum cuius[?] hostis premitur de erepcione proximorum potius quam de nunc inimici hostis nave[?] est ut animus letetur. Sed nagis[?] vel pleute[?] adversario note[?] est ut animus letetur. Et quid subtiliter pensare debeamus. et quid dicimus contra peccatorem et quid justicie ferientis. Nam cum pessimum quemque omnipotens deus percuttit et condolendum est miserie percuntis. et congaudendum iusticie iudicis. ut nobis et in luctu sit pena morientis proximi. et ut ne sic in gaudium vaniat ex[...] exhibita equitas dei iudicantis. Ut ubi ut homini perituri existimamus adversarii ut deo iudicanti impendimur inimiti. Et ibi bene et multum de hoc. per hoc patet ad obiecta. Item nondum [?] in hoc verbo. Missi sunt ubi usque pcius gaudenti. Item nondum [?] in hoc verbo. Missi sunt verbum in stagnum. Notatur intensa pene acerbitas ut expositum est vivi in stagnum. Notatur intensa pene acerbitas in textu ut ait stagnum in quo est 2o notatur pene inmobilitas in textu ut ait stagnum in quo est profunditas et latitudo. longitudo et altitudo. et continuum aquis quasi inmobiles. et sic erat infernalis pene inmobilitate. et undique supplicia et tormenta. ut quod dicitur de impio divite qui fuit sepultus in inferno Luce xvi. Tercio figuratur intimi[?] teli[?] pene in hoc quod ait stagnum ignis quod intime agit Apocalypsis xxi Spars eorum erit in stagno ardente igne et sulfure. Job 18. aspergatur in tabernaculis eius sulfur. Ubi Gregorius xiiij moralium Sulfur sic igne nutrit. ut fetore teterrimo exalet. Et in sulfure fetor carnis et vindicta illius peccati Gen. 19. pluit dominus igne et sulfur super sodomam et gomorram Genesis ix fumus et sulfur et xiiij cruciabitur igne et sulfure etc.

Et vidi angelum descendentem de celo. habentem clavem abyssi et cathenam magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum. qui est dyabolus et Sathanas. et ligavit eum per annos mille. et misit eum in abissum. et clausit et signavit super illum. Ut non seducat amplius gentes. donec consumetur mille anni. Post hec oportet illum solvi modico tempore.

Capitulum vicesimum et tercium principalis sexte visionis In qua habita descripcione dampnacionis civitatis babilonice et descripta dampnacione bestie scilicet antichristi et pseudo prophete hic narrat dampnacionem dyaboli. manifestando eius luctatorem[?] modum locum tam et tempus sicut continuat glosa et communiter expositores. Et quia ligatus fuit

dyabolus in primo adventu filii dei qui fuit in humilitate potuit ab
eo dampnari in 2o adventu qui fiet in virtute et maiestate. Ideo pro
narratur de eius alligacione. Et de ipsius finali dampnacione ibi Cum
fuerint mille anni consumati etc. Prima in quatuor. Nam ex fuit ligatus
a dei filio incarnato. Ideo primo ponitur ipsius filii dei incarnati
et alligantis demonem descensio. Secundo ipsius dyaboli alligacio ibi Et ap:
prehendit draconem etc. Tercio huius finalis racio ibi ut non seducat etc.
Quarto ne crederetur semper ligatus ut non aliquando solvetur subditur de eius
solucione ibi Et post hec oportet etc. Quantum ad primum dicit Et vidi
angelum descendentem de celo. Ut enim ait haymo nunc revertitur ad su:
periora id est ad ea que ante adventum christi steterunt facta sunt. In hac
enim prophecia non servatur ordo hystorie. Angelus autem hic est dominus
ihesus christus qui ab ysaya magni consilii angelus appellatur qui de:
scendit de celo id est de sinu patris. Sed opponit haymo. Cum sit
ubique secundum illud Ieremie 23 Celum et terram ego impleo qualiter ait descen:
dere, cum extra celum et terram non sit locus etc. Et respondet quod hec
descensio non est aliud quam carnis seu humanitatis assumpcio. Iohannis 3
Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo. Ad philippenses 2o
Cum enim in forma dei esset exinanivit semetipsum formam servi
accipiens etc. Ad ephesios 4 Qui descendit ipse est et qui ascendit.
Bernardus xvm. Vidi angelum descendentem etc. id est se humiliantem usque in
de solio maiestatis induerit saccum nostre mortalitatis paulominus ab
angelis minoratus. Ad hebreos 2o. Hic descensus fuit figuratus per
descensum roris in vellus area sicca manente. Iudicum 6o. Quia virgo
maria repleta fuit divina gracia vel virginitate inviolata sua:
yconomia sicca remanente. Psalmus. Descendet sicut pluvia in vellus etc. Sic
hic descensus figuratus fuit Danielis 3o per descensum angeli domini
in fornacem conservantis tres pueros a combustione ignis qui fecit
medium fornacis quasi ventum roris flantem. Fornax est mundus
igne tribulacionis et temptacionis ardens quia totus in maligno
id est in malo igne positus est. 1 Iohannis 4o. In quam fornacem christus
descendens per incarnacionem omnes fideles per tres pueros designatos
liberavit ab ardore tribulacionum et temptacionum largitatem
carnis temperando adversarium refrenando exemplum sustinendi prebendo
fomentorum graciam conferendo per doctrinam predicacionis erudiendo.
Ecclesiastici 43 obvians roris ab ardore venienti humilem efficiet
eum scilicet ardorem. Ideo subditur habentem clavem abyssi id est po:
testatem super infernum et potestatem super dyabolum ligandi et solvendi
eum quantum voluit dyabolus enim nil potest nisi permissus. Unde
haymo Clavis abyssi est districcio qua deus aliquando ipsum aquarum
reprobos sevire permittit contra ecclesiam quantum scit utile et iterum
ne tantum noceant quantum volunt aditum egrediendi et nocendi
eis adimit. Clave enim aperitur ostium et iterum clauditur. Et dya:
bolus cum suis membris non sevire permittitur non autem exire prohi:
betur. Apocalypsis 3. Qui habet clavem david qui aperit et nemo claudit.
Ysaye 22 Dabo clavem domus david super humerum eius etc. Et
non solum super dyabolum habuit christus potestatem sed eciam super omnia
Ideo subditur Et cathenam magnam in manu sua. Per cathenam
enim significatur inevitabilis dei potestas que cuncta cingit et comple:
ctitur ad modum cathene. Et hec in manu id est in potestate verbi.

quo creata sunt omnia, et quia ipse fecit virtutes et miracula, etiam
cruci affixa, licet tunc non appareret. Abacuk 3o. Cornua in
manibus eius. Nam ut ait augustinus xii de civitate dei c. 23 manus dei potentia dei.
Et gregorius super ezechielem omelia prima 2e partis. Manus dei virtus
potestatis. Ezechiel xl. Funiculus lineus in manu eius. Job xii.
Si incluserit hominem, nemo est qui aperiat. In hac manu id est
in virtute sui verbi, habet et clavem abissi id est viam discretionis, quia cuncta
suo moderamine temperat. Habet et cathenam magnam id est potestatem inevitabi-
lem qua cuncta stringit atque complectitur. Hoc contra quod Nota quod christus
habet clavem abissi id est cordium tenebrosorum. Ut dictum est supra ix.
Data est illi clavis putei abissi. Jeremie xvii. Profundum est cor
hominis et inscrutabile. Alia littera habet et abyssus. Cuius abissi
christus habet clavem, quia cuius vult miseretur, et quem vult indurat.
Ad Romanos ix. Item habet clavem abissi id est gehennalis baratri id est mittendi
in illud et puniendi. Supra po. Habeo claves mortis et inferni.
Sapientie xvi. Tu domine vite et mortis habes potestatem. Item habet
clavem aperiendi celum id est ecclesiam militantem in presenti et triumphantem
in futuro. Math. 16. Tibi dabo claves regni celorum. Item habet
claves secreti sapientialis sacre scripture. Supra 3o. Qui habet clavem david.
Luce xi. Tulistis clavem scientie, ipsi non introistis et eos qui
introibant prohibuistis. Nardum ter quod est cathena divine potestatis
inevitabilis ad fugiendum, quam nullus evadere potest nisi qui configit
ad christum. De qua dicit Job 28. De manu eius fugiens fugit. Ubi
Gregorius 18 moralium. Ille fugit de manu ferientis qui corrigit
pravitatem sue actionis. Item est cathena discipline sive
castigationis qua ligat dominus et vincit electos suos ne dissolvantur
et evagentur lascivius. Job 36. Si fuerint in cathenis et vinciantur
funibus paupertatis. Actuum 2o de carcere cathenis egredi. Quibus
ad regnum venitur. Et petrus fuit vinctus cathenis duabus actuum
xii. Per quas significantur afflictio corporis et compassio mentis.
Est et cathena culpe captivantis quia non ligat deus sed ea solvit.
Lamentationum 2b. Confregi cathenam ... vocatur. Ut
incredetis (?) ... Jeremie xl. Solvi te de cathenis. Est et cathena
pene infernalis quia dyabolus et sui ligabuntur in inferno ut
dicitur infra. Et Math. 24. Ligatis manibus et pedibus mittite
in tenebras exteriores. Jeremie 28. Catenas ligneas contrivisti
id est penitentiam hic facere noluisti. Faciam pro eis cathenas ferreas
id est penas eternales. Et sequitur. Primum scilicet alligatio dyaboli cum dicitur
et apprehendit scilicet constringendo draconem id est dyabolum qui dicitur
draco propter violentiam serpentem ob fraudulentiam. Supra xv. Draco
rufus. Antiquus propter inveteratam maliciam. Qui est dyabolus
id est deorsum fluens in malos per suggestionem iniqua. Item interpretatur
criminator propter accusationis fallaciam. Supra xii. Accusator fratrum. Et
Sathanas qui interpretatur adversarius sive prevaricator propter superbiam
et contumaciam. Ysaie 21. In illa die visitabit deus super leviathan
vectem serpentem antiquum. Job 26. Obstetricante manu eductus
est coluber tortuosus. Ubi Gregorius 5 moralium in fine multum
de hoc. Supra ix. Habebant super se regem angelum abissi cui nomen
hebraice Labbadon et littera de nominibus huius serpentis

XX

Qualiter autem apprehenderit istum draconem angelus de celo descendens ipse
manifestat in illo ewangelio Luce xi dicens Cum fortis armatus custodit atri-
um suum in pace sunt omnia que possidet. Si autem fortior illo superveniens
vicerit [illegible] eum, fortem ligat et universa eius arma aufert
et spolia eius distribuit. Ipse enim apparens in carnis humilitate
primo fortem alligavit deinde eos quos ipse tenuit vasa ire fecit va-
sa misericordie. Unde subditur Et ligavit eum per annos mille. hoc
est cohibuit atque frenavit eius potestatem ab eis seducendis et possi-
dendis, qui fuerunt liberandi. Inquit Augustinus xx de civitate dei capitulo viii.
Notandum secundum beatum Thomam libro 4° contra gentiles c° 83. Iudei et
Sarracenum ponunt hic errorem quod in resurrectione homines cibis et
venereis utetur, sic et nunc, Quos etiam secuti sunt quidam christiani
heretici ponentes regnum Christi terrenum in terris, per mille annos. In
quo temporis spacio dicunt eos qui tunc resurrexerunt immoderatissime carna-
libus epulis vacaturos in quibus sit cibi tantus ac potus ut
non solum nullam modestiam teneat sed modum quoque ipsius credulitatis
excedant. Nullo autem modo possunt ista nisi a carnalibus credi.
Hii autem qui spirituales sunt, istos ista credentes chyliastas appellant
greco vocabulo quod nos verbum e verbo exprimentes possumus
millenarios nuncupare. Ut dicit Augustinus xx libro de civitate dei capitulo viio.
Et ideo hunc errorem reprobat ibidem beatus Thomas multis ratio-
nibus et per illud Salvatoris Mathei 22 In resurrectione neque nubent
neque nubentur sed sunt sicut angeli dei in celo Et Mille autem
anni. Mille autem anni secundum eundem Augustinum ibidem duobus modis possunt
[illegible] intelligi. Aut quia in ultimis mille annis ista res agitur id est sexto
millenario annorum tamquam sexto die cuius nunc spacia posteriora
volvuntur secuturo deinde sabbatho quod non habet vesperam id est requie
sanctorum que non habet finem. Ut mille annos appellaverit huius
millenarii tamquam novissimam diei partem que usque ad finem seculi
remanebit eo modo loquendi quo pars significatur a toto. Vel certe
mille annos posuit pro omnibus annis huius seculi ut perfecto
numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius enim est numerus perfectus
quia cubitus et radix eius est denarius qui solet certe perfectionem
significare Nam denarii numeri quadratum solidum reddit, decem
quippe decies ducta, fiunt centum que iam figura quadrata est sed
plana. Ut autem in altitudinem surgat et solida fiat, rursus
centum decies ducta ~~fiunt centum~~ multiplicantur, et fiunt mille.
Porro si centum pro universitate ponuntur aliquando, quale est id quod
domino promisit omnia sua dimittenti et eum sequenti dicens accipiet
in hoc seculo centuplum Mathei 19 Marci x Luce 18 Quod expo-
nens apostolus quodammodo dicit, Quasi nihil habentes et omnia
possidentes 2 Cor vio. Quanto magis mille pro universitate ponuntur
ubi est soliditas ipsius denarie quadrature. Unde nec illud me-
lius intelligitur quod in psalmo legitur Memor fuit in seculum testa-
menti sui verbi quod mandavit in mille generationes id est omnes. Hec ille
Cum secundum Gregorium ix moralium perfecto constet quia ab ipso mundi
exordio usque ad redemptoris adventum, per ewangelium non amplius
quam lxx vii generationes inveniuntur. Ideo numero millenario nihil aliud
quam ad fecundam novam sobolem perfecta universitas potest generationis exprimi

Mille annos per errorem voluptuose carnis [illegible] futuros

hinc et infra eodem dicitur regnabunt cum eo mille annis. quod videlicet
regnum sancte ecclesie ymmo status presentem solidatur. Thomas ille. patet ergo quod per
mille annos significatur totum tempus ecclesie quantumlibet sit illud usque
ad adventum et regnum antichristi. In hoc ergo tempore ligatus est dyabolus
in abysso. Ideo subditur et misit eum in abyssum. id est in corda infi-
delium et perversorum hominum ubi latet et regnat usque ad adven-
tum antichristi. quando solvetur de suo carcere et procedet ad apertas
persecuciones et blasfemias. Et clausit id est potestatem egrediendi illi inter-
dixit ne alibi gressus nequicie extendat. nisi quo occultum et
iustum iudicium dei permisit. Et signavit super illum id est sigillavit. ut
ea que sub ipso habet vel lateant illum. Propter hoc enim signatus est,
quia qui sint vel ex hiis quos tenet vel ex hiis quos amisit qui
ad electorum numerum pertineant nec ipse dyabolus nec eius membra
scire possunt. Sed ille solus a quo inclusus tenetur. Aliqui enim quidam
ex hiis qui eius esse videbantur. subito ad electorum numerum transeunt.
aliquando vero ex hiis qui dominium eius evaserunt. ad eum quem
deseruerat revertuntur. habuit enim ipse petrum sub se. quando
negavit christum Matt. 26 habuit et david. quando adulterium simul
et homicidium perpetravit 2 Reg. 12 Sed signum positum fuit super
illum. quod invadere non potuit. quod uterque per penitentiam ad vitam
reversurus esset et dei veniam assecuturus. Quia ergo nescit qui
pertineant ad illum et qui ad christum. ideo ea que sub ipso sunt
quasi sub signaculo reclusa custodiuntur. at per hoc agitur ut nec
ille cognoscat ad plenum qui sunt eius. nec nos qui christi sint
scire valeamus. Thomas Hanapus. De hoc etiam Gregorius 32 moralium
tractans illud Iob xl. stringit caudam suam quasi cedrum
ubi literam istam exponens ait. ligatus inclusus in abysso perhibetur
quod reprobus in pravorum cordibus potentia divine dispensationis
astringitur. ne quantum nocere valet effrenetur. Et consequenter subditur ut non
seducat amplius gentes id est a veritate in falsitatem ducat ut dictum
est. donec consummentur mille anni. id est donec veniat antichristus. quod tunc
finibus seviet. istis appropinquare fine sue dominationis in mundo. mille
enim annos ergo nunc pro ista persecutione. universum hoc tempus ecclesie
quantumlibet sit exprimitur. Quo pacto antiquus hostis suis viribus
editus parvo quidem in tempore sed tam multa contra nos virtute laxabitur.
Ideo subditur. Et post hoc oportet illum solvi modico tempore scilicet per tres
annos et dimidium. Ad evidentiam autem dictorum. dicitur primo
qualiter ait ligavit eum scilicet filius dei in suo adventu. quod postquam incar-
natum ymo et post passionem habet libertatem temptandi electos
vel per se. Circuit querens quem devoret. 1 Petri 5. Et 2 Cor. 2. Ut non
circumveniamur a sathana. Et 11. timeo ne sicut serpens seduxit evam
ita corrumpantur sensus vestri. Item semper demones impugnaverunt
et impugnant contra electos. quia militia est vita hominis super terram
Iob 7. de qua militia multum tractat Gregorius moralium 8.
ad Ephesios 6. Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem
sed adversus principes etc. Item ut ait Gregorius 29 moralium
quanto magis sibi rebellare conspicit tanto amplius expugnare contendit.
Sed ergo post incarnationem maior est conflictus in electis. magis eos expugnat etc.

XX

Dicendum secundum Augustinum xx de ci dei c. vii ubi plixe loquitur
de ista litera quod usque ad capitulum sedecimum. Quod alligatio dyaboli est
non permitti eum exercere totam potestatem, vel totam temptacionem quam
potest vel vi vel dolo ad seducendos homines in partem suam cogendo
violenter vel fraudulenter fallendo. Quod si permitteretur in tam longo
tempore et in tanta infirmitate multorum. Plurimos tales quales deus
id perpeti non vult deiceret et ne crederent impediret. Quod ne fa-
ceret alligatus est. Et ibi. Hec ligacio figurata fuit Thobie viii°
ubi legitur quod raphael ligavit dyabolum in superioribus partibus deserti
Raphael enim interpretatur medicina dei significans Christum qui est verum
medicinam Eccl. 38 altissimus de terra creavit medicinam. Dicit
enim beatus Thomas li° de potentia, in questione de miraculis. Quod demones
reprimente eos divina providentia non possunt omnia illa facere, que secundum
eorum naturam facere possent. Et ideo dicuntur ligati, quia impediuntur
ab actionibus illis ad quas naturalis eorum virtus se posset extendere. Sed tempore
antichristi dicitur solvi quia tunc divino iudicio permittentur omnia agere
que secundum naturam agere possunt, quantum ad illa que sunt ultra facultatem
ipsorum nature, nulla dabitur eis a deo potestas faciendi. Nam cum
operacio miraculosa sit quoddam divinum testimonium indicativum divine
virtutis et veritatis. Si demonibus quorum tota voluntas est
ad malum daretur aliqua potestas miracula faciendi, deus existeret testis
falsitatis eorum quod divinam benignitatem non decet. Cum ergo
quasi totum genus humanum teneat dyabolus ante incarnationem filii dei
sed per incarnationem et eius misteria fuit ipse mundi princeps eiectus
foras Johannis xii° ut ibidem exponit sanctissimus dominus Vincentius Ferrer
Ideo dicitur alligatus quo ad priori potestate privatus in parte secundum glosam.
Licet tamen semper temptet electos ut obiectum est. Christus enim intravit
domum fortis et diripuit vasa eius Mathei xii dyabolum volens
intelligi fortem, quia genus humanum potuit tenere captivum. Vasa
vero eius que fuerat erepturus fideles scilicet suos futuros, quos ille
in diversis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur
hic fortis, angelus descendit de celo habens clavem abyssi et ca-
thenam in manu sua, et apprehendit sathanam et alligavit eum mille
annis et omnibus annis huius seculi etc. Et sequitur. Qualiter ait
misit eum in abyssum quo nomine significatur multitudo innumerabilis impiorum
quorum corda multum profunda sunt in malignitate adversus ecclesiam
dei secundum augustinum ubi supra c. vii°. Semper enim fuit in talibus. Quod ergo
dicitur missus in eos. Respondetur secundum Augustinum ubi supra. Quod dicitur missus
in illa corda profunda. Non quia dyabolus ibi ante non erat sed ideo
dicitur illuc missus quia exclusus a credentibus plus cepit impios
possidere. Plus namque possidetur a dyabolo qui non solum alienatus
est a deo, verum etiam gratis odit servientes deo et ille. Idem dicit Gregorius
xviii° moralium. Antiquus hostis religatus cathena in abyssum mittitur
quia religatus a bonorum cordibus apud reproborum mentes reclusus
eis atrocius dominatur. Qui paulo post de puteo abyssi educi de-
scribitur. Quia de iniquorum cordibus nunc occulte sevientibus tunc
accepta non etiam licencia et potestate in vim aperte persecutionis erumpet etc.
Et ideo subditur hic Et clausit super eum et interdixit ei ne posset
exire

contra vetitum transgredi. Et signavit super eum sue solucionis ei non manifestat
vel contra occultatum esse voluit. qui pertineat ad partem dyaboli et qui
non pertineant. hoc quippe in isto seculo prorsus latet. quia et qui vi-
detur stare utrum sit casurus. et qui videtur iacere utrum sit
resurrecturus, incertum est, ut inquit augustinus ubi supra. Item dicitur
de hoc quod ait Ut non seducat gentes. Quia post incarnationem salvatore(m)
multas seducit etiam de regeneratis per xpm. Ut dicit augustinus
ubi supra. Et licet ita sit. tamen de hiis qui predestinati sunt ad vitam
neminem in eternam dampnacionem seducit. Unde dicit eis gentibus
seducendis. huius interdicti vinculo et claustro dyabolus prohibetur
atque cohibetur. quas pertinentes ad xpm seducebat antea vel
tenebat. has enim elegit deus ante mundi constitucionem. eruere de
potestate tenebrarum et transferre in regnum caritatis filii sui. Sicut dicit
apostolus ad coloss. primo. Nam seducere illum gentes etiam nunc
et secum trahere in eternam penam, sed non predestinatas in eternam vitam
quis fidelis ignorat. Et subdit. Nec moveat quemquam quod sepe dyabolus
seducit etiam illos qui regenerati in xpo vias ingrediuntur dei.
Sed firmum fundamentum dei stat. habens signaculum hoc. Novit dominus qui
sunt eius. 2 thy 2°. Ex hiis enim in eternam dampnacionem neminem
ille seducit. Sic enim eos novit dominus ut deus. quem nil latet
etiam futurorum, non ut homo, qui hominem presens videt. cuius tamen
cor non videt. Qualis vero postea sit futurus. nec seipsum videt.
Ad hoc ergo ligatus est dyabolus et inclusus in abysso. ut
iam non seducat gentes ex quibus constat ecclesia. quas
antea seductas tenebat antequam esset ecclesia. Nec enim dictum est
ut non seduceret aliquem, sed dicit Ut non seduceret iam gentes
in quibus ecclesiam procul dubio voluit intelligi. hec ille. Secundo dubium
Si angelus descendens de celo misit dyabolum in abyssum. ergo
deus videtur esse auctor et causa peccati. et quod dyabolus sit excu-
sabilis. Respondetur. Sicut dicitur deus obdurare. quia non emollit per
graciam. Ut ait Gregorius xi° moralium, sicut dicitur dyabolum in corda
mittere. quia non dat graciam expellendi eum. ex iusticia propter demerita
impiorum. Nota dicitur de hoc quod ait. Ut non seducat gentes
donec consummarentur mille anni. ergo postea est seducturus. Ut dicit
augustinus ubi supra. quod hoc quod dicitur. donec finiantur mille anni. id est quod
remanet de sexto die. qui constat ex mille annis. vel omnibus annis
in quibus deinceps hoc seculum peragendum est. Non sic accipiendum
est ut quasi postea seducturus sit. eas duntaxat gentes ex quibus
predestinata constat ecclesia. a quibus seducendis illo est vinculo claustroque
prohibitus, sed quod hec dictio donec. illo modo locucionis ponitur. quo
dicitur in psalmis Sicut oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur
nostri. Neque enim cum misertus fuerit, non erunt oculi servorum eius
ad dominum deum suum. quia semper erunt. Sic ex parte ista dicit ut non
seducat donec consummarentur mille anni. vel amplius non seducat.
Et ita ponitur negative seu exclusive. quia nunquam ecclesiam postea se-
ducturus sit. Sic et ibi ponitur. Non cognovit eam donec peperit
Dant textum. iste est ordo verborum clausit et signavit super eum donec

finiantur mille anni. Quod vero imposuit ut non seducat iam gentes, ita se habet, ut ab hiis verbis ordinis connexione sit liberum et seorsum intelligendum, velut si post addetur, ut sic se habeat tota sententia: Et clausit et signavit super eum donec finiantur mille anni, et non seduceret iam gentes, id est ideo clausit donec finiantur mille anni, ut non seducat gentes.

Et post hec oportet illum solvi modico tempore. Et vidi sedes et sederunt super eas, et iudicium datum est illis. Et animas decollatorum propter testimonium Ihesu, et propter verbum dei. Et qui non adoraverunt bestiam neque ymaginem eius, nec acceperunt caracterem eius in frontibus aut in manibus suis, et vixerunt et regnaverunt cum Christo annis mille. Et ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In hiis secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei et Christi, et regnabunt cum illo mille annis etc. usque ibi: Et cum consummati

Declarata dyaboli per Christum alligatione et huius alligationis finali causa sive ratione, ne videretur semper ligatus ut non aliquando solveretur, ideo hic subditur de dyaboli alligati solutione. Et dividitur in duo: primo premittitur sue solutionis oportunitas sive divina constitutio; secundo quasi recapitulando subditur quomodo erit tempore alligationis dyaboli specificatio, ibi: Et vidi sedes etc. Quantum ad primum dicit: Et post hec, id est post mille annos, hoc est appropinquante fine mundi, oportet eum solvi, id est potestatem eius relaxari, modico tempore, id est per tres annos et dimidium. Sed nec tunc seducere poterit eos qui sunt ad vitam predestinati, sed eos duntaxat, quos antequam solveretur seductos tenebat, inquit Haymo. Similiter ab Augustino: Sicut nunc alligatus a lesione fidelium cohibetur, sic erit tunc solutus a seductione illorum, potentia divine virtutis cohibitus. Et mille quidem anni, quantum ad electos pertinet, omne tempus istius vite significat usque ad finem seculi; quantum autem ad reprobos usque ad regnum Antichristi. Tunc ille exibit quasi seducere, quia comparatione illius seductionis ista que nunc agitur seductio esse denegatur, inquit idem. Sed si quis inquit: Cur deus quem semel alligavit, solvi modico tempore voluit, et que est hec oportunitas, videtur quod sua ligatio esset oportunior, quia ut dictum est multos seducit, dicendum quod ideo dicit oportet illum solvi, quia deus ita constituit, ut ait glosa. Sic igitur oportet secundum divinam ordinationem et constitutionem. Sed tunc queritur quare deus ita constituit, cum oppositum esset utilius ut videtur. Dicendum secundum Augustinum .xx. de civitate dei: si nunquam solveretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sancte civitatis fidelissima pacientia probaretur. Denique perspiceretur quam magno eius malo tam bene fuit usus omnipotens, qui eum nec omnino abstulit a temptatione sanctorum, quamvis ab eorum interioribus hominem et ab eorum mentibus foras missum, inquit, sit per de (?) ... ne eum

in temptatione infirmorum omnem malignandi voluntate permittit exer-
cere quantum possit effundendo et extendendo maliciam. innumerabiles
infirmos ex quibus etiam multiplicari et impleri oportebat
alios edituros alios iam credentes a fide pietatis eius detraheret
hoc frangeret. Et subdit alias duas causas dicens. Et plurimum in fine
ut quem forte adversarium dei civitas superavit. cum ingenti gloria
sui redemptoris adiutoris liberatoris aspiciat. Et in eorum sane
qui tunc futuri sunt sanctorum atque fidelium comparatione. quid sumus
quando quidem ad illos probandos tantus solvetur inimicus. cum
quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Ecce quinque cause
opportunitatis divine constitutionis sive dispensationis dyabolice per-
secutionis. Prima ut appareat dyabolice persecutionis malignitas per-
fectia. Secunda ut appareat sancte civitatis fidelissima paciencia. Tercia
ut clareret dei permittentis iustissima sapientia. que tanto malo per-
misso utetur ad bonorum electorum. Quarta ut sancta ecclesia
in tanta victoria de divino suffragio glorietur. Quinta ut
sublimitas virtutis in sanctis illius temporis in comparacione ad vir-
tutes sanctorum modernis temporis declaretur. Nam tanto virtus eorum
erit sublimior quanto eis permittetur evenire temptatoris persecucio
forcior. Unumquodque ut dicit augustinus Et hoc temporis intervallo
quosdam milites christi tam fortes et prudentes fuisse et esse
non dubium est ut etiam si tunc in ista mortalitate vivunt
quando ille solvetur omnes impetus eius atque insidias et
caveant prudentissime et pacientissime sustineant. Alias etiam
rationes ponit ambrosius que allegat lyra dicens. quod ideo dyabolus
modico tempore solvetur ut et dei virtus et dyaboli infirmitas
manifestetur. Dei virtus in hoc quod sancti erunt inter flagella
et tribulaciones angustias constantes in fide perseverabunt. Infirmitas autem
dyaboli in hoc quod erit a puellis et infantibus vincetur. Sol-
vetur ergo modico tempore et totis suis suorumque viribus seviet
contra electos. ut in illis dei potentia nota fiat cum quibus
et belligerandum est. quod tanto eius impetu insidiis quoque vinci
non poterunt. et ille suam propriam impotenciam erubescat tamquam
ei dicatur exprobrantis voce. Vide quam infirmus sis quod a
puellis vinceris. Vide quare divina dispensatio que eum alligavit
ne noceret quantum vellet et posset vi sive dolo. et tamen
solvit modico tempore. quia tribus annis cum dimidio. ut exerceret
electos. et propter alias rationes dictas. Mathei 24 Nisi breviati
fuissent dies illi non fieret salva omnis caro. Aliam etiam
rationem innuit Gregorius in pluribus locis scilicet ut qui stabunt
apparentia exterius false sanctitatis. et simplices gloriabuntur
de virtutibus. manifestetur clarius. ex causa permisse temptacionis.
Sed utrum augustinus verum erit illis ultimis tribus annis
et sex mensibus. quando solutus totis viribus seviturus est
aliquis sit accessurus ad fidem qui non fuerit. Et arguit
quod non. Racio illo videtur quod possit verificari dictum christi Mathei
xii dicentis Quis intrabit in domum fortis et vasa eius
eripiat. nisi prius alligaverit fortem. si etiam soluto eripuit
ar per hoc ad hoc cogere videtur ista sua salvatoris ut

credamus illo licet exiguo tempore neminem accessurum esse populo christiano,
sed tamen eis qui iam christiani repti fuerint dyabolum pugnaturum
ex quibus etiam si aliqui victi secuti eum fuerint non eos ad
predestinatum numerum filiorum dei pertinere. Iuxta illud 1 Johannis 2° Ex
nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex
nobis permansissent utique nobiscum. Sed ad oppositum arguitur de
parvulis dicens. Nimium incredibile est nullos iam natos et non
dum baptisatos christianorum filios illo in tempore infan-
tes, nullos etiam ipsis iam diebus nasci, aut si erunt non
eos a parentibus suis ad lavacrum regeneracionis quoquomodo
perduci. Quod si fiet, quo pacto soluto iam dyabolo vasa
ista eripietur in cuius domum nemo intrat ut vasa eius
eripiat nisi prius alligaverit fortem. Et respondet dicens ymo vero
id potius est credendum, nec qui cadant de ecclesia, nec
qui accedant ad ecclesiam illo tempore defuturos. Sed profecto tam
fortes erunt et parentes pro baptisandis parvulis suis et hii
qui tunc primitus credituri sunt, ut illum forte vincant etiam
non ligatum, omnibus quibus antea numquam vel artibus
insidiantem vel urgentem viribus et vigilanter intelligant
et tolerantes ferant, ac si etiam illi non ligato eripiantur.
Solvit argumentum ad oppositum dicens. Nec ideo falsa erit
ewangelica sententia. Secundum huius sententie veritatem ordo iste
servatus est, ut prius alligaretur fortis, ereptisque vasis
eius longe lateque in omnibus gentibus ex fortibus et infir-
mis, ita multiplicare ecclesia et ex ipsa rerum divinitus predi-
ctarum et impletarum robustissima fide etiam soluto vasa
posset auferre. Sicut enim fatendum est multorum refrigescere
caritatem cum habundaverit iniquitas Mathei 24. et inusi-
tatis maximis persecucionibus atque fallaciis dyaboli iam soluti
eos qui in libro vite scripti non sunt multos esse cessuros,
ita cogitandum est non solum quos bonos fideles illud
tempus inveniet, sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adiu-
vante dei gratia per scripturarum considerationem in quibus inter
alia et finis ipse prenunciatus est, quem venire iam senciunt,
ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores et
ad vincendum etiam non ligatum dyabolum fortiores. Hec ille. Ideo
enim precessit eius alligatio ut et ligati et soluti sequeretur
expoliatio, quia de hac re dictum est. Quis intrabit in do-
mum fortis et vasa eius eripiat nisi prius alligaverit forte.
Et de hoc Gregorius 32 moralium tractans illud Job xli Sa-
tietatem eius precedit egestas. Tunc ibi et vidi sedes. Describitur
specificacio eorum que factura est ecclesia tempore alligacionis
dyaboli. Unde sic continuat Augustinus. Cum dixisset alligari
dyabolum mille annis et postea solvi brevi tempore, Nunc
dicit recapitulando quid in istis mille annis agat ecclesia
vel quid agatur in ea. Et dividitur in duas partes. Prima describitur
condicio piorum ecclesie tempore predicto. Secundo subditur descripcio
dignitatis adherencium fidei sine christo ibi et animas decolla-
torum. Tercio infidelium non credencium christo dampnacio ibi

Et ceteri mortuoru etc. Quarto subiungitur ipsoru trecentu bea:
titudo · tam in hac vita qm in futura · ubi · h est 20 pa
Quartum ad pmu dicit Et vidi scilicet dracone ligato / Sedes
· i · ppositorum ecclas · Vt enim ait aug. xx de ci · Non est pu
tandu hoc de ultimo iudicio dici · sz sedes hic · ppositoru
ecce sunt intelligende Unde seqtur · et sederunt super eas
sz ecce ppositi · per quos eccla gubnatur Et iudiciu datu
est illis hz ptas iudicandi · datum est ecce platis Vn aug
Iudiciu datum · nullum melius accipiendum vide quam id quod
dictum est scilicet Mat xvi Quecumque ligaveritis super
terram · erit ligatum et in celis et quecumque solveritis etc
Iohnis xx Quoru remiseritis peccata. Unde beda eccla que
sedebit cum xpo sup thronos xii · nunc iudicans sedet
Et haymo · per sedes exprimuntur eccla generales · per sessores
aut · intelliguntur pastores et predicatores · i · xii apli · et
oms qui perfectum vitam eoru sunt imitati · Nam de his sedibus
psalmista dicit · Illic sederunt sedes in iudicio · Nam nunc sedet et
iudicant · qz ptatem acceperunt a xpo · Datum est etiam eis iudi:
cium · i · ptas ligandi atque solvendi Quaerit haymo · Quare sup
quarto singulariter una sedem posuit dicens ecce sedes posita erat in
celo · hic vero pluraliter sedes enumerantur cum dicitur Vidi se
des. Dicimus quod ideo · qz una est eccla katholica cuius sponsus xpus
ideo dicit in singulari · sz ppter diversas conditiones fidelium sive
gradum sz virginum coniugatorum et viduarum ppositoru et subdi
toru · et etiam ppter diversas natos · ait hic in plurali · Vidi
sedes · i · fideles subditos · diversoru gradum sive conditionum
et natorum · paratos ad obediendu Et sederunt sup eas sz apli
et eorum imitatores bene regendo · Et iudicium · i · auctoritas iudi:
candi vel ptas ligandi atque solvendi · datu est illis · i · plati
a deo · qz Ro xiii · Non est ptas nisi a deo Vel iudicium
· i · discretio et executio iusti iudicii in pnti et subditis gratia
obediendi · Si ius sic esset quod plati bene regerent et subditi so:
licite obedirent · eccla esset bene ordinata et ab hostibus timeretur
Iuxta illud Cantic vi · Que est ista que pgreditur quasi aurora
consurgens · pulchra ut luna · electa ut sol · terribilis ut castro:
rum acies ordinata · Sic fuit tpe Salomonis et in statu
ecce primitive Cantic i · Equitatui meo in curribus pharaonis
assimilavi te amica mea · i · ordinavi meu equitatu contra
currus et exercitus pharaonis · i · dyaboli Ps Currus dei decem
milibus multiplex milia letantium · Dominus in eis in syna in
sancto · Adhuc esset ita si plati bene regerent et magis inten:
derent regimini quam dominacioni · pfectui quam honori · et officio
quam ocio · Iuxta illud Act xx · Attendite vobis et universo gregi
in quo vos posuit spiritus sanctus epos · regere ecclam qua
acquisivit sanguine suo · Nota dicimus ordo verborum · ut
plati sibi · prius attendant · ut peccatis careant · et virtutes
habeant excellentes · ut sicut excellunt dignitate · sic eciam excellant
sanctitate · Deinde dicit attendite universo gregi · quos eciam bene
pascant verbo exemplo et temporali subsidio · i · Pet v · Pascite
qui in vobis est gregem domini etc. Sequitur ibi Et animas decollatoru

Subditur dignitatis credentium expressio cum dicitur Et animas subau-
diendum vidi decollatorum propter testimonium Ihesu et propter verbum
dei id est propter fidem humanitatis et deitatis Christi hec enim tunc
impugnabantur et confitebantur Christum deum et hominem Ihesus
enim proprium nomen est hominis assumpti et importatur salvator
per verbum vero dei divinitas intelligitur filii dei in quo est
equalis patri ait Hayo Glosa Johannis Testimonium perhibuit verbo dei et
testimonium Ihesu Christi propter ergo testimonium Ihesu et propter verbum dei
id est propter fidem humanitatis et divinitatis decollati sunt Et qui
non adoraverunt bestiam id est antichristum neque imaginem eius scilicet
corporalem vel spiritualem sed eius statuam vel apostolos quia non con-
senserunt eis qui sunt imago bestie per imitationem Neque acce-
perunt caracterem id est signum antichristi scilicet conformitatem in vita
et doctrina vel in frontibus id est in aperta professione sicut iudei
aut in manibus id est in actuali operatione sicut faciunt non
solum pagani qui perficiunt opera dyaboli sed etiam falsi christiani
qui fidem quam tenent operibus destruunt mentiuntur Hayo Glosa
Glosa Augustinus Bestia intelligitur impia civitas et populus
infidelium contrarius populo fideli et civitati dei scilicet corpus
dyaboli sine omnibus membris Ymago vero bestie puto intelligi
simulatio in eis videlicet hominibus qui velut fidem profitentur et infi-
deliter vivunt fingunt enim se esse quod non sunt vocanturque
non veri effigie sed fallaci nuncupatione christiani ad eandem namque
bestiam pertinent non solum aperti inimici nominis Christi et eius glo-
riosissime civitatis sed etiam zizania que de fine seculi colligen-
da sunt de regno quod est ecclesia Non adorant autem bestiam
nec imaginem eius qui faciunt quod ait apostolus 2 Cor vi
Nolite iugum ducere cum infidelibus Non adorant id est non
consentiunt non subiciuntur nec accipiunt caracterem id est notam crimi-
nis in fronte per professionem nec in manibus per operationem quia nec
iudeorum antichristum expectantium perfidiam nec hereticorum doctri-
ne gentium errorem nec falsorum christianorum secuntur operationem
Et vixerunt scilicet per fidem et iustitiam quia iustus ex fide vi-
vit Abakuk 2o et Ro 1o Et regnaverunt cum Christo scilicet
per gratiam et disciplinam id est se regentes super quo ferit mille re-
gum et sacerdotes mille annos id est toto tempore seculi Sancti
enim et in presenti vita cum Christo regnant et in futuro regna-
bunt Ideo scilicet per millenarium secundum Hayonem et presens vita
intelligitur et futura quia regnum sanctorum in die iudicii non
terminabitur sed augmentum accipiet Nam nunc regnant per fidem
et illi qui cotidie ab hac vita exeunt per apertam speciem
Sed tunc amplius regnabunt cum simul introducentur in regnum
et erit deus omnia in omnibus 1 Cor xvo et 1 Joh 3 Karissi-
mi filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus Scimus
autem quod cum apparuerit similes ei erimus quia videbimus eum
sicuti est Et de hoc Augustinus ubi supra c ix Interea dum mille
annis alligatus est dyabolus sancti dei regnant cum Christo etiam
mille annis eisdem sine dubio et eodem modo intelligendis id est
in isto iam tempore prioris eius adventus Excepto quippe illo regno
de quo in fine dicturus est Venite benedicti patris mei
possidete paratum vobis regnum Mat 25 ca. hic alio. lege qd ipari

regnant cum illo sancti eius quibus ait ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummationem seculi Math. ultimo. Regnant
cum eo qui faciunt quod ait apostolus ad Coloss. 3o. Si conresurrexistis
cum Xo que sursum sunt sapite ubi Xps est in dextera
dei sedens que sursum sunt querite non que super terram
de qualibus item dicitur quod eorum conversatio sit in celis ad Phil. 3o.
Postremo regnant cum illo qui eo modo sunt in regno eius
ut etiam ipsi sint regnum eius qui ab hiis malis sunt alieni
scilicet qui non adorant bestiam nec ymaginem eius etc. de hoc regno
regno militie in quo adhuc cum hoste confligitur et aliquando
repugnatur repugnantibus viciis aliquando cedentibus imperatur donec
veniatur ad illud pacatissimum regnum ubi sine hoste regnabitur
hec ille et multum de hoc. Sed pro intellectu litere
dicitur. Cum omnibus vere et perfecte credentibus vivat et regnet
cum Xpo modo dicto. Quare ait tamen vidi animas decollatorum
i. martirum Respondetur secundum Haymonem Quod hoc ait propter excellentiore
gradum dignitatis ipsorum martirum. Erunt quippe virgines ibi coniugati
et ceteri sed maiore gloria habebunt hii qui martirium
pro Xo nonne sunt passi. Unde Augustinus ubi supra animas martirum
interim commemoravit qui usque ad mortem pro veritate certaverunt
sed a parte totum etiam ceteros mortuos intelligimus pertinentes
ad ecclesiam que est regnum Xpi. Sed tunc queritur Quare
ait animas decollatorum et non martires decollatos Respondetur propter
duas causas secundum Augustinum. Vel quia anime piorum mortuorum non separantur
ab ecclesia alioquin nec ad altare fieret eorum memoria
cum memoratione corporis Xi. Vel quia anime martirum regnant
cum Xo etiam adhuc non cum corporibus suis. Et per hoc
eliditur error dicentium animas fidelium defunctorum non intrare
celum usque ad finale iudicium. Item queritur cum dicitur
ad Hebr. xi. lapidati sunt secti sunt etc. Quare magis ait animas
decollatorum quam lapidatorum etc. Respondetur quod ideo dicit animas decollatorum
quia plures illo genere mortis necabantur. Vel ideo quia qui non
poterant alio genere mortis extingui decollatione necabantur quod
dominus dubius permittebat. Sed patet persistas humanarum voluntatum
ceteris ceteris dei imperio obedientibus ut credentibus suos dei
si eis obedientibus. Et sequitur secundum sed infidelium dampnatio cum
dicitur et ceteri mortuorum non vixerunt sed vita fidei. Sic
enim sancti intelliguntur qui semper cum Xpo sunt regnaturi. Ita
refert de quibus hic agitur. Unde sunt victuri inquit Haymo.
Sed queritur de modo loquendi. Quare dicit ceteri mortuorum
et non ait ceteri mortui. Respondetur secundum Haymonem Quod ideo dicitur et
ceteri quia et sancti moriuntur in presenti vita et dicuntur mortui
peccato et tamen vivunt cum Xpo secundum illud Apostoli ad Coloss. 3.
Mortui estis et vita vestra abscondita est in Xo. Et ibidem
Mortificate membra vestra que sunt super terram. Isti itaque
moriuntur peccato atque in eternum vivent cum Xo. Ceteri mortuorum
i. reprobi qui in anima morte peccati sunt mortui non
vixerunt scilicet hic per fidem et bona operationem ideo nec illic
vivent per resurrectionem si de morte peccati ibunt in mortem
supplicii eterni Math. viii. dimitte mortuos sepelire mortuos
suos

Tales eni et hic viuetes vita nr̄ mortui sunt in aīa et cotīe
quotidie tendunt ad mortem quando migrantes ab hac vita dampnan-
tur in inferno et morientur in futuro quando non ad hoc
resurgent vt perpetua viuant sed vt acceptis corporibus iterum
tendeant ad mortem sempiternam. et iam nō sunt victuri donec
consumetur mille anni .i. per omnia futura tpa. mortui erunt
dicit .n. sancti victuri sunt et regnaturi cum xpo mille annis
.i. p omnia tpa futura, sed illi miseri mortui erant et usque
a vita separati viuere poterunt mortui .n. erant an .s3 in die
iudicij in morte illorum nō accipiet finem sed augmentum. qr
in toto isto tpe quo voluntur mille anni noluerunt audire
vocē filij dei vt viuerent. hab duab mortib. dub in euo
Johannis v° manifestat Nam de puti qua sancti in aīa
post petm surgunt ad vitam dicit. venit hora et nunc ē qn
mortui audient vocem filij dei. et qui audierunt viuent.
De futura vero dicit omnes qui in monumentis sunt audient
vocē filij dei. et procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vite
qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij. unde ad hoc denique
tandem sic loquitur. donec consumetur mille anni .i. donec cō-
summata fuit malitia reproborum et iustitia bonorum. vt cōsumpte
corporibus. illi regnantur ad regnum et isti detrudantur in supplicium
eternum. Mat 2 4 venite benedicti ꝛc discedite a me maledicti ꝛc.
Ex quibus omnibus pz fidelium dignitas. qr et viuunt vita gratie
et regnant cū xpo in regimine iustitie. xpo eni seruire est regnare
quia ipse est rex regum sup primo. pz etiam ex contrario
reproborum despectio siue dampnositas. qr mortui sunt priuacione
fidei et iustitie Johannis vnl in peccato vero morientur. et deinde
eternaliter includetur in supplicio gehenali. ubi mors depascet
eos quod est mors 2ª ut supra primo. Et qr premissum est de fide-
libus qui vixerunt scilicet vita gratie. unde qui exponendo verbum
premissum subdit dicens. hec est resurrectio prima. dicit haymo
Si nō esset resurrectio 2ª. nequaquam diceret prima. Prima ergo
resurrectio est que fit in anima. et est ab infidelitate ad fi-
dem redire. a vitiis ad virtutes resurgere. quam consulit apls
fidelibus ad coloss 3° dicens. Si consurrexistis cum xpo. que
sursum sunt querite ꝛc. Secunda vero fiet in die iudicij, quando
resurgent cum corporibus, mecum victuri. Sic .n. due sunt
mortes scilicet anime et corporis ita due sunt resurrectiones. Quia
ergo reprobi. hic .i. in prima resurrectione a morte peti noluit
redire ad vitam. propterea in 2ª resurrectione que est carnis
ad mortē 2am cū ipsa carne transibunt. Sic et electi de vita
iustitie transibunt ad vitam beatitudinis per resurrectionē carnis
Et reprobi de morte peti ad vltionē mortis. per eandem
carnis resurrectionem. Ideo subditur beatus scilicet per gratiam
et sanctus scilicet per munditiam siue iustitiam. Qui habet partem in
resurrectione prima .i. qui hic resurgit in aīa dum adhuc
viuit in corpe. qr dum resurrectio 2a scilicet carnis aduenerit
in eterna letitia viuet. ille .n. perpetua feliciter in carne re-
surget. qui in hac vita a mentibus sue morte resurgit. Gregorius
xiiij moral

Btus inquam btitudine vie. Nam ut aug in xi d ci dei c° xii btus est qui pie ac iuste hanc vitam ducit sine cunc vastante costeam. Btus inquam vir qui timet dominum. Et in hys 2a mors x dampnacio ppetua. que dicitur mors. qz nec anima illa dicenda est viuere. que a vita dei est alie: nata. Nec corpus. quod eternis doloribus subiacebit. aut au gustinus xix d ci dei c° ultimo. ubi multum de hoc et de hoc ecclesia sup. pximo. et int pximo similiter. Hec ergo mors non habet in eis potestatem. scilicet hi in reprobis. de quibus dictum est sup. quod ceteri mortuorum non vixerunt etc. Sed erunt sacerdotes dei. scilicet patris. et xpi eius x filii dei. non omnes fideles dicimus xpianos ppter misticum crisma. sic omnes dicimus sacerdotes. quoniam membra sunt vnius sacerdotis. scilicet x qui est sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. ut augustinus xx de ci dei c° x exponit istud. Unde et haymo dicit. Et hec verba non ad solos ptinent eppos et psbiteros sed ad omnes fideles quicumque scilicet sunt membra veri regis et pontificis xpi. quibus dicitur j pet 2 Vos estis genus electum regale sacerdotium. Reges quippe sunt. qz in se et suis subditis motus carnalium cogitacionum legunt. Sacerdotes se ipsos mortificant. ut hostia viua fiant. Ins vo fecisti nos regnum et sacerdotes et regnabimus super terram. Unde sub: ditur. Et regnabunt cum eo mille annis. x toto tpe ipsius esse in hac vita. ut expositum est. Vel regnabunt cum eo in fu tura vita mille annis. x eternaliter. Nam regum illorum et sacerdotum in die iudicii non accipiet finem. sed augmentum quando et semetipsos totos deo offerent. et sup omnia regna constituentur. ut vltio. Regnabunt in secula seculorum. Et ex hys patet honorifica dignitas electorum. Nunquam enim ab illius regni gloria separabuntur ut quidam heretici dicebant. sed semper cum xpo regnabunt. Unde quod dominus ait mat 24 Ibunt hi in vitam eternam. Et de hac duplici vita et morte. et de hys duabus resurrectionibus diffuse psequitur btus aug. ubi supra c° vi° et ix. ubi recitans illam auctoritatem saluatoris Johannis v° Venit hora et nunc est. qui mortui audient vocem filii dei et qui audierint viuent. dicit. Non de 2a resurrectione x corporum loquitur que in fine futura est. sed de pa que nunc est. Quam hanc ppe ut distingueret ait Venit hora et nunc est. Non autem ista corporum sed animarum est. habent enim aie mortem suam in impie tate et peccatis suis. Hanc quam mortem mortui sunt illi de quibus dominus ait mat viii° et luce ix Sine mortuos sepelire mortuos suos. Ut scilicet in aia mortui in corpore mortuos sepelirent. ppter istos ergo impietate et iniquitate in anima mortuos inquit Venit hora et nunc est. qui mortui audient vocem filii dei. et qui audierint viuent. Qui audierint dixit x qui obedierint. qui crediderint. et usque in finem pseuerauerint. Nec hic fecit ullam differentiam bonorum et ma: lorum. Omnibus enim bonum est audire vocem eius et viuere ad vitam pietatis. ex impietatis morte transeundo. de qua morte

Dicit apostolus Paulus 2 Cor. 5: Ergo omnes mortui sunt et pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, sive originalibus sive etiam voluntate additis, vel ignorando vel sciendo nec faciendo quod iustum est; et pro omnibus mortuis vivus mortuus est unus, id est nullum habens omnino peccatum, ut qui per remissionem peccatorum vivunt iam non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram, ut credentes in eum qui iustificat impium, ex impietate iustificati tamquam ex morte vivificati, ad primam resurrectionem, quae nunc est, pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent nisi qui beati erunt in eternum; ad secundam vero, de qua paulo post subdidit: Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei, et beatos pertinere docet et miseros. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Prima ergo est misericordie, secunda iudicii; propter quod in psalmo scriptum est: Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine. Resurgat lector in primam, qui non vult in secunda resurrectione dampnari. Venit hora et nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, et qui audierint vivent, id est in dampnationem non venient, que secunda mors dicitur; in quam mortem post secundam resurrectionem, que corporum futura est, precipitabuntur qui in prima, que est animarum, non resurgunt. Veniet enim hora, scilicet in fine seculi, hoc est in ultimo et maximo iudicio dei, propter quod non addit et nunc est sicut prius addebat: Veniet enim hora quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent. Non dixit quemadmodum in prima: et qui audierint vivent. Non enim omnes vivent ea scilicet vita que, quoniam beata est, sola vita dicenda est. Nam utique non sine qualicumque vita possent audire et de monumentis procedere resurgente carne. Cur autem non omnes vivent, docet in eo quod sequitur: Qui bona, inquit, fecerunt in resurrectionem vite; hi sunt qui vivent. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii; hi sunt qui non vivent, quia secunda morte morientur. Mala quippe egerunt, quia male vixerunt; male autem vixerunt, quia in prima resurrectione, que nunc est animarum, non revixerunt, aut in eo quod revixerunt non in finem usque permanserunt. De quibus hic dicitur: Ceteri vero mortuorum non vixerunt. Quod ergo subiunxit: donec finiantur mille anni, intelligendum est quod eo tempore non vixerunt quo vivere debuerunt, ad vitam scilicet de morte transeundo, ut ideo cum venerit dies quo fiet et corporum resurrectio, non ad vitam de monumentis procedant, sed ad iudicium, scilicet ad dampnationem, que secunda mors dicitur. Quicumque enim non vixerint donec finiantur mille anni, id est toto isto tempore quo agitur prima resurrectio, non audierint vocem filii dei et non transierint de morte ad vitam, profecto in secunda resurrectione, que carnis est, transibunt in mortem secundam cum ipsa carne. Propter quod dicitur in litera: Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem, id est particeps eius. Ille vero particeps eius est, qui non solum a morte que est in peccatis

revixerit

Verum et in eo quo revixit permanebit in istis inquit secunda mors non habet potestatem. Habet autem in reliquis de quibus superius ait: Ceteri mortuorum non vixerunt donec finiantur mille anni, quoniam in quantum toto isto temporis intervallo quod mille annos vocat quantumcumque in eo quisque eorum vixit in corpore, quod non surrexit a morte in qua eum tenebat impietas, ut sic reviviscendo fiat particeps prime resurrectionis atque in eo potestatem secunda mors non haberet, in fine seculi futura.

Sed ideo quod sicut due sunt generationes, una secundum fidem que nunc fit per baptismum, alia secundum carnem que fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum, ita sunt et due resurrectiones, una prima que nunc est et est animarum, que venire non permittit in mortem secundam, alia secunda que non nunc sed in fine seculi futura est, nec est animarum sed corporum, que per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam que non habet mortem. Ideo beatus et sanctus qui habet in prima resurrectione partem, quia in huiusmodi mors secunda non habet potestatem. Sed ut dicit

Augustinus libro 20 c. 10: Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum, ideoque istam quoque primam in corporibus futuram esse contendunt. Sic arguentes: Quorum est cadere, eorum est et resurgere. Cadunt autem corpora moriendo, illum a cadendo cadavera nuncupantur, dicunt ergo quod non animarum resurrectio potest esse sed corporum.

Sed quid contra dicat apostolus audiant, qui eam resurrectionem appellat. Nam secundum interiorem non secundum exteriorem hominem utique surrexerant quibus ait: Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt sapite. Quem sensum aliis verbis alibi posuit dicens (Ro. vi): Ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, sic et nos in novitate vite ambulemus. Hinc est et illud ad Eph. v: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Quod autem dicunt non posse resurgere nisi qui cadunt, et ideo putant resurrectionem ad corpora non ad animas pertinere quia corporum est cadere, cur non audiunt illud Eccli. 2o: Ne recedatis ab illo ne cadatis. Et: Suo domino stat aut cadit (Ro. xiiii). Et: Qui se putat stare videat ne cadat (i Cor. x). Puto enim quod in anima non in corpore casus iste cavendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem et anime, profecto et animas resurgere confitendum est. Textus.

Et cum consummati fuerint mille anni, solvetur sathanas de carcere suo et exibit et seducet gentes que sunt super quatuor angulos terre, Gog et Magog, et congregabit eos in prelium, quorum non est numerus sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terre et circuierunt castra sanctorum et civitatem dilectam. Et descendit ignis de celo a deo et devoravit eos. Et dyabolus qui seducebat illos missus est in stagnum sulfuris, ubi et bestia et pseudo propheta, et cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum.

Finita ligatione dyaboli per primum adventum Christi Iesu Christi, subdit revelationem damnationis eius per secundum Christi adventum. Vel nunc redit

ad describenda tempora antichristi secundum Haymonem et Richardum. Et dividitur in duas
partes. Prima premittitur cause damnationis specificatio. 2o ad maiorem
ipsius damnationis introducitur divini iudicii discussio et manifestatio
ibi Et vidi thronum etc. Prima subdividitur in duo. primo premittitur
causa damnationis. 2o subditur ipsa damnatio. ibi Et descendit
ignis etc. Circa primum ad primum dicit Et cum consummati fuerint mille anni
id est illa pars mille annorum que est ab adventu Christi usque ad tempus
antichristi. Solvetur Sathanas id est relaxabitur eius potestas que modo
quasi tenetur inclusa et ligata in cordibus reproborum. hoc est recu-
piet eandem potestatem quam habuit ante Christi incarnationem ait Glosa.
Vel divino iudicio permittetur agere ea que secundum suam naturam agere
potest. Solvetur inquam de carcere suo id est de cordibus reproborum in quibus
modo ligatus est ne tantum seviat quantum vult ait Haymo. Vel car-
cer intelligitur cohibitio sue potestatis. Et exibit id est potestatem suam exer-
cebit. Secundum quod exponit Augustinus istam literam xx de civitate dei capitulo xii.
Exibit autem id est in apertam persecutionem de latebris erumpet odiorum.
Hec enim erit novissima persecutio ut dictum est supra. Sed queritur
Qualiter ait Cum consummati fuerint mille anni solvetur Sathanas
cum mille enim anni significant plenitudinem totius temporis ecclesie eo quod
est numerus perfectus. Ergo post suam solutionem nullus restabit annus.
Tunc secundum Augustinum quod regnabit tribus annis et dimidio. Et dicitur supra xi
Calcabit civitatem mensibus xlii et supra xii similiter. Secundum
Augustinum hic in originali quod finitis mille annis solvetur
a toto partem comprehendens. Sic enim solvetur ut supersint tres
anni et sex menses. Et sic dicit hic Haymo. Supra enim mille anni
intelliguntur ab adventu domini usque ad finem seculi. hic autem
usque ad regnum antichristi. Et de hoc Augustinus xx de civitate dei capitulo xiii
loquuntur plures. Finaliter concludens quod sanctorum regnantium cum Christo
plures erunt anni quam vinculi dyaboli atque carceris. quia illi cum
suo rege dei filio iam dyabolo non ligato regnabunt etiam per
tres illos annos ac semissem. Et subditur in litera. Et seducet
id est seorsum a virtute abducet per errores seminatorum gentes id est
gentiliter viventes terrenis cupiditatibus inhiantes. Que sunt
super quatuor angulos terre. quia de omnibus mundi partibus aliqui
adherebunt antichristo seducti a suis predicatoribus dyabolo cooperante
et fundum confirmante signis et mendaciis. Gog et Magog. Et de
hijs gentibus varie reperiuntur opiniones. Nam beatus Jeronimus xi
libro super Ezechiel in principio et [illegible]
orandum tibi esse procul nobis in hac prophetia difficili. in qua
illud breviter admonebo quod vir clarissime haud ignobilis
ad imperatorem scribens super hac vaticinacione dixit Gog iste gothus est.
Circa primam opinionem ... sit ... gothorum. Et
in eodem libro incipiens exponere capitulum 38 eiusdem libri quod
totum ad literam videtur esse de hac gente super illo verbo Fili
hominis pone faciem tuam contra Gog et terram Magog principem
capitis Mosoch et Tubal etc. dicit Iudei et nostri iudaizantes
putant Gog gentes esse Scythicas inmanes et innumerabiles que
trans Caucasum montem et Meotidem paludem et prope Caspium
mare ad Indiam usque tenduntur. Et has post mille annorum
regnum a dyabolo commovendas ut veniant ad terram Israel et

pugnet cum sanctos · multis seu gentib congregate · Primi mosoch
quos Iosephus interpretatur capadoces · Et tubal quos iam hiberos
vel hispanos · hebrei vero italos suspicantur · hinc seu in
exercitu · per ethiopes et libies · Gomer et Thomorga · quos
galathas et friges dicunt · Sabees quoque et Et hoc dicunt Jo:
hanne hic in sua apocalipsi posuisse etc · Et hoc est contra
Ieronimum contrat huius dictis · Quidam estimat eas gentes esse ag:
lonarelos · getthas et massagetthas · que scanciam insulam in:
habitant · propter leuas nominum similitudines · alii vero dicunt has gentes
ab alexandro magno in partibus macedonie reclusas · que intra
sunt multiplicate · Vt vicinitaque (?) quatuor regna de se reddidissent
has ut dicunt soluet antixtus · et per eas sibi subiugabit omnia
regna mundi · Sed hoc non videtur esse intentio litere · quia si has
tantum duas gentes dyabolus esset seducturus · neque diceretur
ad hoc exire de carcere vt seduceret gentes que sunt super quatuor
angulos seu partes terre · cum he gentes non quatuor · si vnum
tantum mundi partem inhabitent · Vnde et beatus Ieronimus reprehen:
dens illos · qui suam opinionem fulciebant per literam istam dicit
non intelligit totum volumen comprehensum · quod revelacionis titulo
prenotatur · esse mysticum · et revelacione nos in eodem indigere
propter quod beatus augustinus xx de ciuitate dei capitulo xi plenius dicit · quod gentes
iste quas appellat gog et magog · non sic sunt accipiende
tamquam sint illigatum · in aliqua parte terrarum barbari constituti
siue quos quidam suspicantur getas et massagetas propter licas
siue quos alienigenas et iure romano
hominum nomine · sue aliquos alienigenas et iure romano
hominum nomen perhibet · sue aliquos · significati sunt isti esse
semictos · toto namque orbe terrarum · significati sunt isti esse
cum dicitur · gentes que sunt super quatuor angulos terre · easque
subiecit esse gog et magog · hoc ille · Sic ergo per has
duas gentes · intelligitur omnis multitudo reproborum · qui sunt
super quatuor partes terre · id est super orientem occidentem aquilonem et
meridiem · Et ex hoc infert hanc fidem sectorum in omnibus
mundi partibus inveniendam vsque fine seculi · Sicut quod dominus
dicit · Mathei 24 et Marci 13 · Et predicabitur euangelium in toto mundo
et tunc veniet finis · et iniquitatem impiorum similiter per omnes mundi
partes senitura · Ita non vbique erunt fideles · ideo eos vbique
insequitur infideles · Nam ut dicit augustinus hoc est nouissima
persecucio · nouissimo imminente iudicio · quam sancta ecclesia toto
orbe terrarum patietur · Vniversa scilicet ciuitas christi · ab vniversa dyaboli
ciuitate · quantacumque erit vtraque super terram · Et ideo rursum cum per
istas duas gentes · figurantur omnes reprobi · racion interpretacionis nomini
Gog · non interpretatur tectum · Magog de tecto · Hinc diceretur
domus vel domo procedens · Per tectum itaque · figurantur corda reproborum
In quibus modo dyabolus latet · Sicut quod supra legimus · eum
esse reclusum in abisso · dyabolus autem · est de tecto · tamquam scilicet
de reproborum cordibus procedens · Ipse est hic modo in tecto · Sed
tunc procedetur de tecto · tectum scilicet est enim modo dyabolus in illis
[illegible] temporibus antixti exibit de tecto · quasi discooperiens · quia quod nunc
facit occulte · tunc faciet manifeste · Hoc hanc sentencia ab augustino
[illegible] recentes · sunt hii · in quibus dyabolus velud in abisso dicitur inclusus

et ipse de illis quodammodo se offensus et perdes. ut illi sunt
tectum. ipse de tecto subruit. Si autem utrumque referamus ad
ceteros. non unum horum ad illos. alterum ad dyabolum. Tunc
demum quod et tectum ipse sunt quia in eis nunc includitur. et quo-
dammodo tegitur antiquus inimicus. et de tecto ipse exiit. quando
in apertum eorum de occulto erupture sunt. Et Greg. 19 moral.
tractans illud Job 29 Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses
pristinos. et dies quibus deus custodiebat me etc. dicit Nunc
Draco in abissum clausus tenetur. quia dyabolica malicia in repro-
borum subdolis cordibus occultatur. Sed tunc educitur draco de
puteo abyssi. quia quod modo per timorem tegitur tunc etiam publice
de iniquorum cordibus omne species virus aperietur. Nunc non
abscondit se sub blandicie lingue. feriet gloria et malicia [illegible]
dictatis. [illegible] quodam se tempore abisse simulavit. Nunc dicitur
congregat in utrem aquas maris. ut ibidem dicitur in psalmo. Uter
quippe est cogitatio carnalis. aque vero maris in utrem constricte
sunt. cum amaritudo prave mentis nunc erumpit exterius in voce
pre libertatis. Veniet profecto tempus quando tunc hac prava
[illegible] carnales aperti voce prodiret. quod nunc occulta cogitatione
moliuntur. Veniet tempus quando catholicam etiam non solum
ministris vocibus sed etiam fidelibus plagis premet. quod iuxta
finem mundi fiet. ut quia celestibus horreis recondenda. tanto
uberius a peccatorum paleis exuantur. quanto arcius affligetur
ac tantis tribulationibus etiam futurum est angustiari. ut hec tempora
cum magno suspirio desideret. que nos cum magno dolore
toleramus. Et li. [illegible] exibit ergo in apertum persecutionem. Ut seducat
gentes que sunt super quatuor angulos terre gog et magog. et
omnia sua membra. Seductio autem hec erit. que incitabit omnes
reprobos ut bellent contra xpm. Et non solum seducet sed etiam ut
[illegible] Congregabit eos in prelium scilicet contra cetum fidelium
Non in locum unum. sed in unum consensum et unam malam voluntatem
tatem. per quam eos omnes faciet concordes. Ut dictum est S xiii
[illegible] pugnabunt cum uno. Et supra xii. [illegible] est plus magnum in
celo. Quorum numerus est sicut arena maris. [illegible] ratione [illegible]
[illegible] multitudine [illegible] sterilitatis et infecunditatis. Electi
enim comparantur stellis celi. Reprobi autem arene maris. Gen. 22
dixit dominus ad Abraham multiplicabo semen tuum sicut stellas
celi. et sicut arenam que est in littore maris. huius pars
multitudine numerari non potest. Et ascenderunt [illegible] ascendit sed dyabolus
et eius membra gog et magog. super latitudinem terre [illegible] uni-
versitatem mundi vel ecclesie. ad quorum omnes antichristo obedire
Et circuierunt alias cinxerunt castra sanctorum [illegible] christianorum ad eos
destruendum. vel sanctos qui sunt castra ecclesie. Castra enim dei sunt hec
Gen. 28 Et civitatem dilectam [illegible] ierusalem. que tunc habitabitur
a christianis vel spiritualiter [illegible] etiam de qua in ps. Glosa dicta sunt
de te civitas dei. Et Matth. vi. non potest civitas abscondi super
montem posita. Et in hiis omnibus ponitur preteritum pro futuro
loquitur enim de tribulatione sub antichristo. Sed queritur qualiter
poterunt membra dyaboli [illegible] civitatem [illegible] etiam. cum sit diffusa
per totum orbem. Dicendum quod non est ita quia illos

vectores esse in omni locum quasi uno loco essent sicut castra
sanctorum et dilecta civitas cum hec non sit nisi xpi ecclesia toto or-
be terrarum diffusa. Sed hic intelligendum est quod ubicumque fuerint sancti et ecclesia
que in omnibus gentibus erit quod significatum est nomine latitudinis
terre ibi ab omnibus inimicis suis qui eciam in omnibus gentibus erunt
persecutores illius immanitate cingetur hoc est in angustiis
tribulationis artabitur urgebitur concludetur Nec tamen miliciam
suam deseret quod notat hoc vocabulum castra sanctorum Cantica vi.
terribilis ut castrorum acies ordinata Sancti enim dicuntur
castra quia semper dimicant contra dyabolum et eius membra. Sic ergo
dicitur ascenderunt super latitudinem terre et cinxerunt castra
sanctorum Ac si diceretur per omnem terram habitationis electorum
ecclesiam persecutione artaverunt Non autem dicit ascenderunt super eorum
electos hominum et caput suum inimici quod dixit Ysaye xiv
Ascendam super altitudinem nubium et similis ero altissimo Et
hic quidem super altitudinem nubium iste vel super terre latitudinem
ascendet quia scilicet caput specialiter contra xpm membra vero
generaliter vel specialiter contra electos elevabuntur inquit Haymo
Circa quod notandum quod ecclesia est dilecta civitas et sancti
dicuntur castra Civitas enim est hominum multitudo in quoddam vinculum
redacta concordie secundum augustinum epistola ..., Sive hominum multi-
tudo societatis vinculo colligata secundum eundem xv de civitate dei
c. viii Et dicitur civitas a convenientibus pluribus secundum Gregorium
xvi moralium exponentem illud Job 2 de civitatibus fecerunt
viros gemere Civitatis ergo nomine ecclesie fidei designantur
que scilicet in singulis mundi partibus posite unam catholicam faciunt
In quam fideles omnes de deo recta sentientes concorditer vivunt
Per viros autem signantur illi qui perfectis gressibus viam dei non
fluxe et enerviter sed viriliter currunt Et hoc idem sunt hic castra
sanctorum quorum sociale vinculum atque concordiam Hebrei persecutur
sicut ibidem Gregorius subjungit Unde origenes super Josue
dicit unus Civitas dei est ecclesia que edificatur ex lapidibus
quadris id est virtutibus variis et ibi subdit de hoc consistit civita-
tem facit amor dei usque ad contemptum sui in qua fulgent invice
in veritate et prepositi consulendo et subditi obtemperando in qua
nulla est hominis sapientia nisi pietas qua recte colit verum deum
illud expectans premium in societate sanctorum non solum hominum ve-
rum eciam angelorum ut sit deus omnia in omnibus inquit Augustinus
xiiii de civitate dei in fine Et idem augustinus epistola v Civitatis dei est
Cuius rex est veritas cuius lex est caritas et modus eternitas
fines autem istius civitatis sunt sancti qui dicuntur hic eius castra
quia iugiter sunt in excubiis in ecclesia vigilantes ordinati et
invicem armis virtutum et parati ad bellandum ut premissum est
Et ideo ecclesia est civitas munita in ps Quis deducet me in
civitatem munitam Et ipsa est civitas fortium proverbiorum xxi Civitatem
fortium ascendit sapiens hanc ergo civitatem deo dilectam circuierit
Gog et magog ad conculcandum Et hoc est causa dampnacionis eorum
cum suo capite scilicet dyabolo quod fuit primum Et sequitur secundum scilicet
ipsius dyaboli dampnacio cum subditur Et descendit ignis de celo a
deo Sed queritur qualiter hoc cum dicatur 2a thess 2o quod inter-
ficiet eum dominus spiritu oris sui id est virtute iussionis sue sine

xv°

per se, sive per michaelem archangelum ut dictum est sup. et ibi
nil legitur de igne, potest dici quod fulminabitur per michaelem pro
certamine cum christo. Vel dicendum secundum haymonem, quod per ignem intelligitur
repentinus interitus antichristi vel membrorum eius. Cum enim di-
xerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus
i thess. v. Sic et cum repente dominus venerit ad iudicium
quasi ignis cum suis dampnationibus subito descendet de celo et de-
vorabit impios non solum in corpore sed etiam in anima. Vel
aliter secundum augustinum libro supra capitulo xiiiio. Quod hic dicit descendit
ignis de celo a deo et devoravit eos, non extremum intelligendum
est id esse supplicium quod erit cum dicetur discedite a me
maledicti in ignem eternum mathei xxv. Quia iste ignis non est intelli-
gendus ille de quo dicitur ibi, quia tunc ipsi mittentur in ignem
non ignis de celo veniet in ipsos. Sed ignis intelligitur hic ar-
dentissimus zelus sanctorum qui vincit illos et quasi devorabit
et hic descendet de celo et exibit de firmitate sanctorum. Unde
augustinus hic bene intelligit ignis descendere de celo et de ipsa
firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt sevientibus ut eorum facia-
nt voluntatem. Celum namque est firmamentum, cuius firmitate illi
cruciabuntur ardentissimo zelo, quoniam non poterunt sanctos ex
parte sua in partem antichristi, et ipse erit ignis qui devorabit eos
et hic a deo quia dei munere insuperabiles fiunt sancti. Unde
excruciantur inimici. Sicut in bono positum est zelus do-
mus tue comedit me, ita econtrario zelus accipitur in malo meri-
ditum. Et hic ignis inimicos devorabit, excepto illius ultimi
iudicii igne. Quasi enim ignis a deo de celo descendit, cum
ex dono verbi predicatorum livor invidie reprobis accrescit.
Sic etiam supra xi de predicatoribus dictum est quod ignis exiet
de ore illorum et devorabit inimicos eorum. Sic igitur ignem
appellat plagam qua antichristus et sui deicientur. Ignis enim
accenditur pereunt et devorabit in instanti inimicos eius. Et sub-
ditur in littera et dyabolus qui seducebat eos scilicet sive per se
sive per membra sua missus est et mittetur perpetuo pro
fectu suo in stagnum sulfuris et in profunditatem inferni, ubi et be-
stia et impia cum suis et pseudoprophete et antichristus et sui secundum
augustinum libro supra capitulo xvo. Ezechielis xxxviii igne et sulfure pluam
super eum et super exercitum eius. In hoc ergo stagnum sul-
furis et in profunditatem inferni mittetur dyabolus ubi cum
suo corpore perpetuo obvolvetur mathei xxv Ite maledicti
in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Aliter
ibi est ignis non tamen erit ad lucendum sed ad miserorum corpora
cruciandum. Nam corpora reproborum erunt fomentum ignis. Et deus
et ipse ignis erit indeficiens, quia erunt et corpora immortalia
quibus semper ardere sulfur autem et ignem accendit et fe-
torem generat, quia sicut dictum est, et ignis erit ibi perpetuus
et fetor intollerabilis. Unde sequitur et cruciabuntur die ac
nocte in secula seculorum. Sed quomodo hoc, cum in inferno nulla
sit dies sed semper sint tenebre mathei xxii Eicite inutilem servum
in tenebras exteriores. Dicendum secundum haymonem quod non per vicissitu-
dinem diei ac noctis hic dies et nox ponuntur, sed pro immu-
tabilitate ~~penarum~~ penarum talium scilicet et frigore et zelo cont

de sanctis dicitur, Quoniam non erit tempus vel mutabilitas. Quod
exponens paulus ait 1 Cor xv. Omnes quidem resurgemus, sed non
omnes immutabimur. Apud electos enim nulla erit vari vi-
cissitudo, sed sicut erunt immortales corpore, sic erunt et immu-
tabiles mente. Reprobi vero licet sint immortales corpore, tamen
corruptionem sustinebunt, quia vitam a penis non amittent, et mu-
tabilitate animi patientur, semper deficient et nunquam ad defectum
pervenient. Hec itaque mutabilitas penarum hic exprimitur
per diem et noctem secundum eum. Vel aliter, diem possumus referre
ad gloriam iustorum, noctem ad penam reproborum. Illi ergo qui
sunt in inferno cruciabuntur ibi die ac nocte recordantes
bonorum iustorum et malorum suorum. Vel secundum glossam, Cruciabuntur
die ac nocte id est assidue in secula seculorum id est sine fine. In
hoc ergo quod ait cruciabuntur notatur pene acerbitas. In hoc quod ait
die ac nocte assiduitas. In hoc quod ait in secula seculorum eternitas.
Et in hoc convincitur error dicentium animas in inferno quibusdam
intervallis temporum habere mitigationem penarum. Cuius contrarium habetur
Ysaie ultimo. Ignis eorum non extinguetur. Et Augustinus, flamma
eterna sine ullo remedio cruciabit. Item in hoc quod ait in secula
seculorum convincitur error dicentium penam inferni non esse
sempiternam. De quo errore dicitur Origenes fuisse, ponens dyabolum
et angelos eius ex cruciatibus aliquando eruendos. Sic tangit
Augustinus xxi de civitate dei c° xvi. Qualiter autem dyabolus missus
in stagnum ignis possit pati ab igne prosequitur Augustinus ibidem
c° x. tangens modos possibiles illius cruciatus dicens. Gehenna vero
gehenna que et stagnum ignis dicitur, corporeus ignis erit et
cruciabit corpora dampnatorum, solida hominum, aerea demonum
aut hominum corpora cum spiritibus, demones vero spiritus sine corpo-
ribus adherentes, sumendo penam non impertiendo vitam corpo-
ralibus ignibus. An tamen ita sit vel aliter non diffinit sed
modum possibilem insinuat, et ibi multum de hoc. Divina insti-
cia penam infligente. Et potest inducere Ysaie 30. Preparata
est ab heri Tophet, flatus domini sicut torrens sulphuris succen-
dit eam. Ezechielis 32. Ibi Assur et omnis multitudo eius
et in circuitu eius sepulcra eius. Quod exponit Gregorius ix
moralium in fine de dyabolo et membris eius. Ubi inter cetera
dicit. Sed hinc maneat dampnatos pena cogitemus. Quantus
sit dampnatorum ignis, quanta in igne obscuritas, quantus in eo
stridor dentium pavor. Sed quid prodest ista nosse, si non contingat
evadere. Et quod dicitur Iob ix. Qui hodie tunc gigantes gemant sub aquis, et qui
habitant cum eis. Quia non opus ut ex ardoribus [illegible] apud inferos. Et Beatus
Thomas in libro de virtutibus articulo 26. Questione prima de passionibus
anime declarans modum per quem spiritus ab igne corporeo possit
pati recitatis variis opinionibus et eis improbatis, dicit
quod substantia incorporea homini corpori coniungitur dupliciter. Uno
modo ut forma, ut ipsum vivificet corpus. Alio ut motor ut mo-
bili vel locatum loco per aliquam operationem sine habitudine ra-
tionis forme, et eius ratio est quia est forma, est unum esse. Unio substantie
spiritualis ad corporalem per modum forme est unio quantum ad
esse. Nullius autem rei esse est sub potestati subiectum, et ideo non est

in ptate sube spualis vniri corpori vel ab eo separi per modum
forme / sz hoc agitur lege nre vel diuina virtute / Sz qr ope-
ratio rei . est in ptate opantis voluntarie . ideo in ptate nre
spualis b est vniri corpori per modum motoris aut locati
et separi ab eo zm ordinem nature Sz qp suba spualis hr ing
vincta corporali detineatur ab ea et impediatur et quasi ligetur
est sup naturam Ignis ergo infernalis corporei . agens ut instru-
mentum diuine iustitie . facit aliquid sup virtutem nature / scilicet
animam detinere vel ligare . Et ipa vnio per modum / pditum
est naturalis . et sic aia vel spus dampnatus patitur ab igne
corporeo . non pprie accipiendo passionem / zm qp actio et passio
consistunt in motu . put scilicet aliquid recipitur in patiente
per viam motus transmutatis aut non immutatur . nisi in corpo-
ralibus . et contrarietas formarum vel qualitatum . in solis genera-
bilibus et corruptibilibus . Vnde sola huiusmodi possunt pprie
pati . Nam cum omnis motus sit inter contraria , oz id quod recipitur
in patiente . esse contrarium ei / quod abicitur a patiente . Qm
autem hoc qp alias patiente recipitur . patiens agenti assimilatur Et hic
est qp pprie accepta passione . et agens contrarius patienti . et ois
passio per se . abicit / a suba . Nunquid aut passio . non est nisi zm
motum alterationis . Nam in motu locali non recipitur aliquid
in mobili . sed ipsum mobile recipitur in aliquo loco . In mo-
tu aut augmenti vel decrementi recipitur . et abicitur non for-
ma sed aliquid substantiale . scilicet alimentum / ad cuius additionem vel sub-
tractionem / sequitur quantitatis magnitudo vel paruitas . In ge-
neratione aut et corruptione . non est motus nec contrarietas
quantitatis . nisi ratione alterationis precedentis . et sic zm sola al-
terationem . Et pprie passio . zm quam vna forma contraria recipitur
et alia expellitur . Alia quo ad modum / pprie accepta . est cum quadam
abiectione . put patiens a pristina qualitate / transmutatur in
contrariam qualitatem . ampliatur nomen passionis zm vsum lo-
quendi vt illud quod quomodo impeditur ab eo quod sibi competebat
dicatur pati . Sic si dicamus grauia pati . ex hoc qp prohibetur
ne deorsum moueatur . et hominem pati si prohibeatur suam
facere voluntatem . et isto solo modo potest aia pati vel spus
in eo qp eius operatio potest / impediri ab aliquo / sibi competenti
Et hunc modo passionis ponit augustinus vbi supra dicens Cur non
dicamus . quamuis miris tamen veris modis / etiam spus incorpo-
reos . posse pena corporalis ignis affligi . Si spus hominum etiam
ipsi incorporei potuerunt et nunc includi corporalibus membris
et tunc poterunt corporum suorum vinculis . insolubiliter alli-
gari . adhebunt igitur spus incorporei demonum corpo-
reis ignibus cruciandi . vel ut ignes ipi quibus adhebunt
eorum iunctura inspirentur et animalia fiant . sz miris et
ineffabilibus modis adherendo . accipientes ex ignibus penam
non dantes ignibus vitam Huic etiam modo ponit Gregorius
in libro dyalogorum dicens / Dum vitas precepte diuine dampnatum
in igne gehenne quisquis sapiens corporum aias teneri ignibus ne-
gat . Quod aut ignis eius supplicio hominum deputatur et demo-
num dicente xpo Mathei 24 discedite a me maledicti in ignem etc

Qui quidem ignis agit in spiritum ut instrumentum divine iusticie vindicantis. Propterea dicit Daniel in fine capituli libri Tradetur dyabolus et demones eius et homo eius scilicet antichristus et impii et peccatores in ignem eternum, non qualis est iste apud nos est sed qualem utique novit deus. Ysaye xxx Preparata est ab heri tophet, flatus domini sicut torrens sulfuris succendens eam. ultimus

Et vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum a cuius conspectu fugit terra et celum. Et locus non est inventus ab eis. Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni. Et libri aperti sunt. Et alius liber apertus est qui est vite. Et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris secundum opera ipsorum. Et dedit mare mortuos qui in eo erant. Et mors et infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant. Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Hec mors secunda est stagnum ignis. Et qui non est inventus in libro vite scriptus missus est in stagnum ignis.

Habita dyaboli cum suo corpore dampnacione et clause dampnacionis specificacione hic ad maiorem suam dampnacionem introducit divini iudicii discussionem et manifestacionem [illegible] Augustinus xx de civitate dei c. xiiii dicens Post hec [illegible] narrat tertium quod ultimo iudicio dyabolus et cum suo principe civitatis inimica passura est ipsum novissimum iudicium quod erit in secunda resurrectione mortuorum que corporum est. Capitulando narrat quomodo sibi fuerit revelatum. Et dividitur in quatuor partes. Primo precedentium iudicium [illegible]. Secundo ipsius iudicii [illegible] ibi Et iudicati sunt mortui. Tercio universalitatis iudicandorum [illegible] ibi Et dedit mare mortuos suos. Quarto dampnandorum in iudicio in supplicium immissio ibi Et infernus et mors missi sunt in stagnum. Prima in duo. Primo ponit antecedentia iudicium secundo concomitantia ibi Et vidi mortuos. Quantum ad primum dicit Et vidi thronum etc. Cui singulariter et [illegible] [illegible] christus magnum scilicet populi multitudine et [illegible] per partes mundi diffusum. Nam ex multitudine populi constat ecclesia et per mundi partes dilatata candidum et ablutum fonte baptismatis. [illegible] cum [illegible] eius [illegible] Ysaye De quo thronus super [illegible]. Vel thronum iudicialem [illegible] potestate De quo in psalmo Thronus eius [illegible] in aspectu eius magnum auctoritate [illegible] et sublimitate et candidum iusticia et equitate quia tunc iudicium eius notum erit omnibus esse iustum. Et sedentem super eum scilicet vidi. Per quem sedentem super thronum intelligitur dominus Ihesus deus et homo De quo in psalmo Sedisti super thronum qui iudicas iusticiam. Ysaye vi Vidi dominum sedentem super solium excelsum quia in mentibus fidelium presidens [illegible] disponit. A cuius conspectu fugit terra et celum [illegible] [illegible] qualitate [illegible] quia ipsum appetunt omnia [illegible] summum bonum. Omnia enim appetunt bonum. Ad Romanos viii Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc non solum autem ipsa sed et nos expectantes redempcionem corporis nostri

XX

Dicendum secundum Augustinum xxi super 4 parte iudicii, tunc esse de-
sinet hec celum et hec terra, quando incipiet esse celum
novum et terra nova mutatione rerum non omnino
interitu. Transibit hic mundus. 1 Cor. vii. Preterit figura huius
mundi non natura. Math. 24. Celum et terra transibunt.
Et Job 28 humiliabuntur sicut omnia et auferentur. Ubi Gre-
gorius xvii moralium post principium: Celum et terra et omnia
alia per eam quam nunc habent ymaginem transeunt, sed tamen
per essentiam sine fine subsistunt. Apocalypsis xxi: Erit celum novum
et terra nova, que quidem non alia condenda sunt, sed hec
ipsa renovabuntur. Celum igitur et terra fugit a conspectu
eius, quia ab ea quam nunc habet specie tergetur, et tamen in sua
semper natura conservabitur. Unde et per psalmistam dicitur: mutabis ea
et mutabuntur. Quam quidem ultimam commutationem suam
ipsis nobis vicissitudinibus nunc annunciant, quibus incessanter
alternant. Nam terra a sua specie ipsa hyemali ariditate
deficit, vernali humore reficitur. Celum quotidie caligine
noctis obducitur et diurna claritate renovatur. Hinc ergo
fidelis quisque colligat et manere hec et tamen per renovationem
refici, que constat nunc assidue ex defectu reparari. Quia er-
go post finale iudicium natura humana totaliter in suo ter-
mino consistet, et quia omnia corporalia sunt quodammodo propter
hominem, ut declaratur in principio 2i sententiarum, etiam congruum est secundum
beatum Thomam libro 4o contra gentiles in fine, ut totius creature
corporee status immutetur, ut congruat statui hominum qui tunc erunt.
Et quia tunc homines erunt incorruptibiles, ideo a tota cor-
porea creatura tolletur status generationis et corruptionis, ut dicit
Apostolus ad Ro. viii quod ipsa creatura liberabitur a servitute corru-
ptionis in libertatem filiorum dei. Generatio autem et corruptio
in inferioribus corporibus ex motu celi causatur. Ad hoc igitur
quod in inferioribus cesset generatio et corruptio, oportet etiam quod cesset
motus celi, ut et quod dicitur supra x quia tempus amplius non
erit. Cessante autem motu celi et generatione ac corruptione
ab elementis, eorum substantia remanebit ex immobilitate divine
bonitatis. Creavit enim res ut essent, unde esse rerum que
habent aptitudinem ad perpetuitatem in perpetuum remanebit. Habent autem
corpora celestia naturam ut sint perpetua secundum totum et partes. Elementa
vero secundum totum, licet non secundum partem, quia secundum partem corrupti-
bilia sunt. Homines vero secundum partem, licet non secundum totum. Nam
anima rationalis est incorruptibilis, compositum autem corruptibile.
Hec igitur secundum substantiam remanebunt in illo ultimo statu mundi
que quocumque modo habent aptitudinem ad perpetuitatem, deo supplente
sua virtute quod eis deest ex propria infirmitate. Alia vero animalia
et plante et corpora mixta, que totaliter sunt corruptibilia
et secundum totum et secundum partem, nullo modo in illo incorruptionis statu
remanebunt. Sic igitur intelligendum est quod ait Apostolus 1 Cor. vii:
Preterit figura huius mundi, quia species mundi que nunc est cessa-
bit, substantia vero remanebit. Sic etiam intelligitur quod dicit Job
xiv: Homo cum dormierit non resurget donec atteratur celum, id est donec

iste disposicio celi cessabit quia movetur et in aliis motum causat Ricardus sub
ditur hic in littera Et locus non est inventus ab eis scilicet secundum
priorem statum Sic igitur fugiet terra et celum a conspectu iudicis
ab ea specie quam nunc habent et induent pulcritudinem qua nunc
carent Quia vero inter alia elementa maxime activum est ignis
et corruptibilium consumptivum ideo consumpcio eorum que in futuro
statu remanere non debent convenientissime fiet per ignem Et ideo secundum
fidem ponitur quod finaliter mundus per ignem purgabitur non solum
a corruptibilibus corporibus sed eciam ab infeccione quam locus iste
incurrit ex habitacione peccatorum Et hoc est quod dicitur 2 petri
3o Celi qui nunc sunt et terra eodem verbo reposita sunt igni
reservati in diem iudicii Ut per celum non ipsum firmamentum
intelligimus in quo sunt sidera sive fixa sive erratica sed
istos celos aereos terre vicinos Nam tantum ignis tantum
spacium aeris occupabit quantum occupavit aqua diluvii que fuit
xv cubitis super omnes montes qui erant sub universo celo secundum
hayonem Possumus eciam secundum eum per celum intelligere ani-
mas sanctorum per terram vero corpora illorum que tunc incipient
non solum incorrupcionem corporis verum eciam incommutabi-
litatem mentis quando ab ea specie quam nunc habent tam terra
et celum recedentes in pulcriorem statum commutabuntur et
locus pristine corrupcionis et mutabilitatis non invenietur in eis
Quasi dicens non tamen ipsi sunt sed alii dum a vetustate pristine
corrupcionis recesserint in novitatem sue restauracionis Et subditur
secundum scilicet de concomitantibus iudicium que sunt resurrectio
corporum et apercio consciencie cum dicitur Et vidi mortuos magnos
et pusillos Secundum hayonem magni sunt de quibus dominus dicit
Mathei 5 Qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in
regno celorum Pusilli vero sunt qui simplicitate vite servant
Nec altiora misteria capere sufficiunt Omnes enim hic qualiter
comprehenduntur utrique in iudicium sunt venturi in gloria Vel
magnos et pusillos possumus intelligere reges et principes
huius seculi cum suis subiectis hii enim omnes et iusti scilicet
[illegible] cum simplicibus et principes huius seculi cum sibi
subiectis stabunt in die iudicii in conspectu Christi iudicis
ut remunerentur iusti vero ut dampnentur Ricardus dicit Et vidi
mortuos magnos et pusillos scilicet dignitatibus et gradibus
vel meritis stantes in conspectu throni scilicet paratos iudicari
2 Cor 4 Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut refe-
rat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive ma-
lum Et libri aperti sunt Secundum Augustinum ubi supra libri
sunt intelligendi sancti veteris et novi testamenti in quibus ostende-
retur que deus fieri sua mandata iussisset Et alius liber apertus
est qui est vite scilicet uniuscuiusque secundum Augustinum ibidem
in quo ostenditur quid horum quisque non fecisset sive fecisset
Qui liber si carnaliter cogitetur quis eius magnitudinem
aut longitudinem valeat estimare aut quanto tempore legi
poterit liber iste in quo scripte sunt universe vite uni-
versorum Aut tantus angelorum numerus aderit quantus hominum
erit et vitam suam quisque ab angelo sibi adhibito
audiet recitari Non ergo unus liber erit omnium sed singuli
singulorum

Et hoc scriptura volens intelligi dicit Et alius liber apertus est
qui est vite scilicet uniuscuiusque Unum quidem liber vite. Sed hic
vis est intelligenda divina. qua fiet ut unicuique opera sua vel
bona vel mala cuncta in memoriam revocentur. et mentis
intuitu mira celeritate cernantur. ut accuset vel excuset scientia
conscientiam atque ita simul et omnes et singuli iudicentur. Que nimirum
vis divina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur
quicquid ea faciente recolitur. hec ille. Et hec etiam beatus Gregorius
exponit libro xx moralium super illud Iob 33 Respiciet
homines et dicet peccavi. Divina inquit lectio est vita bonorum
Unde et non inmerito ipsi in sacro eloquio libri nominantur. sicut
hic dicitur. Et libri aperti referuntur quia iustorum tunc vita conspicitur
in quibus mandata celestia opere impressa cernuntur. hec ibi. Nunc
enim abscondita sunt opera iustorum. quia humanum cupientes vi
tare favorem. omne opus suum in abscondito faciunt. tunc
autem manifesta luce revelabuntur. 1 Cor 4 Veniet dominus et
illuminabit abscondita tenebrarum. et manifestabit consilia cor
dium. et tunc laus erit unicuique a deo Non tantum quod mul
tiplex reperitur liber. Est enim liber nature. in quo leguntur
evidencia signa divine omnipotentie sapientie et bonitatis Ysaie 34
Complicabuntur sicut liber celi Unde legitur in vitis pa
trum Quidam sanctus pater dicebat Meus codex est or
bis terrarum sive natura creaturarum. que quociens verba dei
legere cupio. adesse conspicio etc. Et est liber scripture Ysaie
29 Erit visio omnium sicut visio libri signati. Et est liber di
spositionis divine. Apoc 5 Dignus est accipere librum. Et est liber
conscientie Dan 7 libri aperti sunt Et est liber evidentie iusti
ciarum qui sunt libri ut dictum est Et est liber vite scilicet Ihesus
Christus Apoc 20 hec omnia liber vite habet. Et sequitur hysimus
iudicii ... cum dicitur Et iudicati sunt mortui scilicet mali
ex hiis que scripta erant in libris secundum opera ipsorum Richardus
Qualiter exponendo literam modo dicto scilicet quod libri sunt sanctorum
iudicati sunt mortui scilicet mali ex eis que scripta erant
in libris id est in sanctis. cum quilibet iudicabitur ex hiis facti
in eodem iudicatum est de singulis secundum opera eorum. Secundum
primam glosam Et legendo literam dicto modo scilicet mali dicuntur iudi
cari ex hiis que scripta sunt in sanctis id est in comparatione sanctorum
Sicut dicitur Math 12 Viri Ninivite surgent in iudicio
cum generatione ista et condempnabunt eam Unde Gregorius ubi supra
In opera vita iustorum quasi in expansione librorum legent
bonum quod agere ipsi noluerunt. atque ex eorum que fecerunt
comparatione dampnabuntur. De quo unusquisque tunc videbit in eis
quod non fecit defleat. Nunc in eis quod imitetur attendat
Quod quilibet electi non cessant et ibi multum de hoc
Vel secundum Haymonem libri aperti sunt duo testamenta que in iudicio
aperientur. quando singuli electorum manifeste videbunt quod
ex hiis compleverint. Vel quid contempserint. Alius autem liber
qui est vite significat dominum Ihesum Christum qui suis fidelibus
vitam tribuit In quo libro hoc est duo testamenta aperientur
quia in illo omnes actiones iusti considerabunt. Vel secundum Gregorium
ubi supra liber vite est ipsa visio advenientis iudicis. in quo quia
scriptum est omne mandatum quisquis eum videt mox

teste conscientia quicquid unusquisque fecit intelliget. Vel libri intelli-
guntur conscientie singulorum que singulis in vite manife-
stabuntur. Nam omnia merita et demerita omnibus erunt nota
ut sic appareat omnibus iustitia iudicantis. Liber autem vite est
predestinatio divina que dicitur liber methaphorice quia in ea
scribuntur expresse illi qui sunt ordinati simpliciter ad consequendam
vitam beatam. Qui liber aperietur in iudicio quia tunc apparebit
manifeste qui sunt ad beatitudinem assumendi et qui non.
Et iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant in libris
scilicet conscientiarum quia non solum iudicabuntur secundum opera et dicta
sed etiam secundum intentiones interiores et cogitata. Ex quibus apparet
quod erit examen illius iudicii certum ordinatissimum et exquisitissimum
quia procedet ex denudatione et discussione conscientiarum. Scilicet ex dicto
Et sequitur manifestatio universalitatis ipsius iudicii quantum ad
iudicandos scilicet quod omnes venient ad iudicium. Cum dicitur
Et dedit mare mortuos suos. Istud fiet ante iudicium, quod
precedet resurrectio mortuorum, licet hic sequatur post, quia frequenter
in scriptura prius factum posterius narratur. Resurgent
autem tam in mari dimersi quam in arida mortui. Similiter
anime in inferno detente redibunt ad corpora licet iam sint
mortue morte culpe et gehenne. Ideo dicit Et dedit
mare mortuos suos id est corpora. Nam ut dicit glossa vult omnia
corpora quantumcumque distracta in illo iudicio unificari. Nam
quantum ad litteram continet maria flumina et omnia stagna dabunt
mortuos suos qui in eis detinentur. Tamen autem dabunt nisi
vite tunc cum omnes resurrecturi sunt quicumque morte perempti
fuerint et quibuscumque locis absconditi. De terra vero tacuit
quia nulli dubium erat. Et mors et diabolus cuius invidia
mors intravit in orbem terrarum Sapientie 2°. Et infernus id est loca
penalia dederunt mortuos suos id est spiritus mortuorum ait Ri-
chardus. Nam et diabolus et omnia loca inferni quoscumque per
mortem corporibus astrictos tenent tunc vite restituent postquam
omnes resurrexerint ait Haymo. Johannis 5° Venit hora in qua omnes
qui in monumentis sunt audient vocem filii hominis. Et qui bona
egerunt ibunt in resurrectionem vite etc. Quinto vero Augustinus XX de
civitate dei c° XV°. Quidam autem hoc loco mare pro isto seculo
fluctuoso positum accipiunt. Mortuos ergo quos dabit mare
possumus eos intelligere qui vivi in adventu domini reperientur.
Quia illi utique subito mortui vite reddentur. Tunc ergo et quos hic
inveniet Christus in corpore constitutos simul [illegible] cum eis
qui resurrecturi sunt iudicandos. Etiam ipsos mortuos appellat
bonos quibus dicitur Colossenses 3° Mortui estis et vita vestra abscon-
dita est cum Christo in deo. Et malos de quibus dicitur Mathei 8°
Sine mortuos sepelire mortuos suos. Vel mortuos id est mor-
talia corpora habentes iuxta illud ad Romanos viii Corpus mortuum est
propter peccatum. Omnes ergo tales qui in mari erant id est qui nondum
obierant dabit mare id est seculum tales quales fuerint. Et mors
et infernus similiter exhibebunt illos qui in ipsis erant id est qui
de hac vita exierant. Mare dedit id est exhibuit mortuos suos
qui in eo erant quia sicut inventi sunt affuerunt. Mors vero et
infernus reddiderunt quos ad vitam revocaverunt quia iam exierant

Secundum venerunt mare ait mors et infernus. Sufficiebat vero dicere solum
de inferno quod reddit mortuos suos. Dicit enim Augustinus ubi
supra quod non frustra fortasse non satis fuit dicere mors aut infer-
nus, sed utrumque dictum est. Mors propter bonos qui tantum
mortem perpeti potuerunt, non et infernum vel penas infernales. In-
fernus autem propter malos qui etiam penas apud inferos pendunt.
Si enim non absurde credi videtur antiquos etiam sanctos
qui venturi Christi fidem tenuerunt locis quidem a tormentis impiorum
remotissimis sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis
Christi et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps boni
fideles effuso illo precio iam redempti prorsus inferos ne-
sciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant que me-
rentur. Sequitur ille. Et iudicatum est de singulis secundum iudicabitur
secundum opera ipsorum. Et multa repeticio est rerum quod dictum est
supra ad maiorem assercionem. Reddit enim unicuique iuxta opera
sua ait psalmista. Rom. 2. Et opus hominis reddet ei et iuxta vias
singulorum restituet eis. Sapientie vi. Non subtrahet personam
cuiusquam qui omnium dominatur, nec verebitur magnitudinem cuiusquam. Et
Deuteronomio. Reddet unicuique secundum opera eius. Studendum ergo a sin-
gulis discutienda sunt opera singulorum ante illud iudicium. Et
prudens quod sint irreprehensibilia. Eccli. 18. Ante iudicium
para iusticiam. Spiritu domini sanctus cantica domini. Prov. ultimo. Laudet eam
in portis opera eius. Et sequitur ultimum, scilicet missio dampna-
torum in eternum supplicium sine fine, executio sentencie dicit.
Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis. Vide vero de Augustino
[illegible] vi. Quod supra per anticipacionem dixerat, tamen eun-
dem dicit nomine mortis significans dyabolum, quia mortis
est auctor, sic sol dicitur lucidus effective non formaliter. Demo-
nes vero sunt incendentes per infernum aut finaliter peccatores dampnati
cum demonibus, sicut vero consenserunt eis in culpa, sic associabuntur
in pena. Matth. 24. Discedite a me maledicti in ignem
eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Recte autem
per infernum omnes reprobi figurantur. Vel quia habitantes ubi una
cum inferno in quo habitant una sunt domus. Vel quia imitantes
opera dyaboli numquam saciantur malis sicut infernus numquam dicit sufficit
ait Haymo. Infernus aut dicitur eo quod infelicitati lateat, secundum dyalogorum 4
c. 42. Sic proprie in inferno quibus consterbatur tibi. Job 16. In
profundum inferni descendent omnia mea. Ubi mors Christi in fine
de inferno. Et hec est mors secunda. Supra 2o. Qui vicerit non
ledetur a morte secunda, ubi de hoc. Et certus supra precio que eo durior
est quod finiri morte non poterit ait Augustinus 19 de civitate dei
in fine. Nam ibi dolor permanet ut affligat, natura perdurat
ut senciat quod utrumque ideo non deficit ne pena deficiat.
Et ibi multum de hoc. Et hec mors est cavenda, quia qui non
est inventus in libro vite scriptus vel ad vitam eternam predestinatus
dampnatus est et mittetur in stagnum ignis secundum in profundum infernalis
confusionis ait Richardus. Vel sociabitur simul reprobis re-
proborum omnium societati ait Haymo. Sextus vero hic non est
aliud nisi quod est ad vitam predestinatus vel preordinatus. Omnes
electi in hoc libro sunt scripti cum iam mundi constitutione sunt

preciti et predestinati. Luce x. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt
in libro vite. Ad maiorem evidentiam dictorum notandum quod secundum
sanctum Thomam libro de veritate ar. 1 q. 7 liber in divinis non
potest dici nisi methaphorice ut ipsa computatio dicitur liber vite.
Vita vero dupliciter potest computari: uno modo secundum se, alio modo secundum quod est
ab aliquibus participabilis. Vita secundum se ipsam potest computari dupliciter:
uno modo per modum doctrine. Que quidem computatio maxime pertinet
ad auditum, qui est maxime sensus discipline secundum philosophum in
principio de sensu et sensato. Et hoc modo liber vite dicitur
in quo continetur doctrina de vita consequenda. Et sic vetus et novum
testamentum dicitur liber vite. Eccli. 24 hec omnia liber
vite. Glossa id est novum et vetus testamentum. Alio modo vita
potest computari per modum exemplaris et hec quidem computatio pertinet
ad visum. Et sic liber vite dicitur Christus, quia in eo sicut
in exemplari possumus aspicere qualiter sit vivendum, ut perveniamus
ad vitam eternam. Et istud tangitur in litera secundum glossam cum
dicitur: alius liber apertus est qui est vite. Ubi glossa id est Christus
qui tunc apparebit in potestate et suis dabit vitam. Dicitur etiam
librum vite capit. Ezechiel 2 e morat. de. liber vite dicitur
ipse iudex revelabit. Que quisquis cum viderit mox cuncta
que fecit ad memoriam revocabit. Et hoc modo liber vite
est quid creatum, quia Christus in iudicio in forma humana
apparebit et secundum humanam naturam iudicabit. Iohannis v. potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est, que scilicet forma
humane sue nature est quid creatum vel. Alio modo liber vite
dicitur computatio eorum qui ~~perveniunt~~ ad vitam perveniunt. Qui
dicuntur in libro vite conscripti secundum quandam similitudinem ad
res humanas. In qualibet enim multitudine que providentia regitur
alicuius gubernantis nullus ad illam multitudinem admittitur nisi
secundum gubernantis ordinationem. Et ideo illi qui ad collegium multi-
tudinis dicuntur admitti conscribuntur quasi illius multitudinis
consortes. Et ex illa conscriptione principes multitudinis diriguntur in ad-
mittendis vel excludendis ad consortium vel a consortio illius
multitudinis sibi subiecte. Multitudo autem que immediatissime
gubernatur est collegium ecclesie triumphantis que civitas dei vocatur
in scripturis. Et ideo conscriptio illorum qui ad illam societatem
sunt admittendi sive computatio dicitur liber vite, quod patet
ex modo loquendi in scripturis. Luce x. Gaudete etc. Ysaie 4 o.
Sanctus vocabitur omnis qui scriptus fuit in vita in Iherusalem.
Et ad Hebr. xii accessistis ad civitatem dei viventis Iherusalem
celestem et multorum milium angelorum frequentiam et ecclesiam
primitivorum qui conscripti sunt in celis id est in libro vite. Et isto modo
liber vite est aliquid increatum quia similitudine secundo, ex
hac conscriptione dirigitur ad vitam consequendam ille qui tali multi-
tudini preest, quod deo soli convenit, ipse autem non dirigitur ab
aliquo creato, cum sit regula a nullo existente directa.
Ideo liber isto modo est quid increatum, quia virtus divina qua fiet
ut cuique sua opera bona vel mala ad memoriam revocentur
secundum Augustinum xx de civ. d. liber dicitur. Ex hoc quod est receptivus
scripture vel receptum dicitur ad exp[...] mali que in deo non
potest esse. Tertio liber cum importet quandam collectionem designat
distinctionem et ordinem, sed in natura increata que est simplicissima

in illa diversitas invenitur ergo liber vite non potest dici aliquid incre-
atum. Dicendum quod in illis que translative dicuntur de deo
hoc est generaliter observandum quod aliquid vel ~~[illegible]~~ imperfectionem vel
imperfectum in divinam predicationem assumitur. Et ideo auferendum
est quicquid ad materialitatem vel privationem vel temporalitatem pertinet.
Quod autem liber sit acceptus alicuius extranee impressionis convenit
libro in quantum est temporalis et de novo conscriptus. Et tamen hoc in
divinam predicationem non venit. Ad secundum dicendum quod de ratione
libri est quod importet directionem eorum que cognoscuntur per
librum. Et per unum librum redditur cognitio multorum. Sed quod
oportet ad multorum cognitionem reddendam in ipso libro esse diversitatem
tamen hoc est ex defectu libri, multo enim esset liber perfectior
si per unum quid possit omnia edocere que per multa addiscerit.
Unde cum in deo sit summa perfectio ipse talis liber est qui
multa dirigat per illud quod est maxime unum. Et in hoc libro
vite et ipse deus legit et alii legere possunt secundum quod eis da-
Augustinus autem dicit quia non ideo dicitur liber vite quia aliquid
in seipso legat non intendit removere quin deus in libro
vite legat. Sed quia hoc modo non legit ut cognoscat in se que
prius nesciunt. Alii etiam in eo legere possunt [illegible] sit [illegible]
[illegible] inquantum secundum unum et idem est res diversorum. Ex quo
patet quod materialiter liber vite est ipsa predestinatio, formaliter autem
non sunt idem. Nam cum ut dictum est liber vite dicatur
ad similitudinem scripture per quam princeps civitatis dirigitur
in admittendis vel excludendis a consortio sue civitatis. Hec
autem scriptura inter duas operationes medias invenitur. Sequitur
enim determinationem ipsius principis qui eligit eos quos vult
admittere ab hiis quos excludit et precedit ipsam admi-
ssionem vel exclusionem. Scriptura autem predicta non est insi-
nuatio sue predestinationis. Ita etiam liber vite nichil aliud
esse videtur quam quedam conscriptio divine predestinationis in mente
divina. Nam deus predestinando precognoscit qui sunt ad
civium glorie admittendi. Huius autem predestinationis notitia
semper apud deum manet. Et hoc quod est cognoscere se pre-
destinasse aliquos est suam predestinationem in eo esse scriptam
quasi in libro vite. Ergo liber vite et predestinatio formaliter
loquendo non sunt idem. Sed materialiter liber vite est ipsa pre-
destinatio secundum Augustinum et Heinricum. Sic dicitur quod liber iste
materialiter loquendo est doctrina beati [illegible] quod doctrina eius in
ipso scripta continetur. Communis ergo eundem effectum ~~respicit~~ liber "respicit"
vite et predestinatio non tamen eodem modo. Sed predestinatio respi-
cit illum effectum immediate, liber autem vite mediate pre-
destinatione. Sicut etiam in anima sunt rerum similitudines
immediate. Sed in libro conscribuntur scripture vocum que sunt note passionum
in anima. Et ita liber mediate est signum rei. Ad tertium sciendum
quod liber vite non potest dici respective vite mediate. Nam ut dictum
est liber vite est quedam conscriptio per quam conferens vita
dirigitur in vite collatione secundum quod de aliquibus preordina-
tum erat. Et ideo vita respective cuius liber vite dicitur duo habet.

donum quod est acquisita per collationem alterius. Aliud est quod con-
sequitur consequenter prouidentiam dirigentem in ipsam. Utrumque autem
deest vite increate. Vita enim glorie non inest deo per acqui-
sitionem sed per naturam. Nec aliqua noticia vitam eius precedit. Sed ipsa
dei vita precedit secundum modum intelligendi etiam ipsius noticiam. Unde
liber vite non potest dici respectu vite increate. Etiam cum liber
vite sit predestinatio [illegible] que non respicit nisi creaturas.
Tercio sequitur quod liber vite non dicitur respectu vite nature in
creaturis quia predestinacio non est de vita nature. Ergo nec liber
vite. Preterea liber vite est de illa vita que immediate datur
a deo. Vita vero nature datur a deo mediantibus naturalibus causis.
Etiam liber vite ut dictum est est noticia quedam dirigens
datorem vite in vite collatione. In collatione vero non indiget
directione nisi propter hoc quod oportet discernere eos quibus dandum
est ab eis quibus non est dandum. Unde liber vite non
est nisi respectu illius vite que tantum electis datur. Vita autem
naturalis sicut et alia bona naturalia generaliter omnibus datur secundum quod
unusquisque est capax. Et ideo respectu vite nature non est liber
vite sed solum respectu illius vite que secundum propositum dei eligentis
quibusdam datur et quibusdam non datur. Quarto
sequitur quod liber vite non respicit simpliciter vitam gratie sed
vitam glorie tantum. Patet quia liber vite significat quandam
conscriptionem [illegible] ad vitam obtinendam quasi quoddam
pretium et quasi possessionem quandam. Ad huiusmodi enim
homines consueuerunt conscribi. Illud autem proprie dicitur haberi
ut possessio quod habetur ad nutum et hoc est illud in quo
nullum defectum patitur. Unde dicit philosophus in primo metha-
phisice quod scientia que est de deo non est humana possessio sed diuina
quia solus deus perfecte scientiam cognoscit. Ad autem ad
cognoscendum ipsum defectiue inveniuntur. Et sic tantum vita habetur
ut possessio que per vitam excluditur omnibus defectibus vite
oppositis. Hoc autem fit vita glorie in qua omnibus morbis
et corporalis et spiritualis penitus absorbebitur ut nec etiam
remaneat potentia incidendi. Non autem vita gratie. Et ideo liber
vite non respicit simpliciter vitam gratie sed vitam glorie tantum.
Ille enim qui habet presentem iusticiam simpliciter habet vitam gratie. Non
autem dicitur simpliciter scriptus in libro vite sed solum secundum quid quia
secundum presentem iusticiam. Ergo liber vite non respicit simpliciter vitam
gratie sed glorie tantum. Sic igitur patet quid sit liber vite et quid sit
scribi in libro vite quia predestinari siue preordinari ad vitam et
quid non scribi quia non esse preordinatum. Sed contra. Ergo scribi
est causa saluationis et non scribi est causa dampnationis et
ita cum hec fuerint eterna nec fuerit aliud quam deus pre-
destinans et preordinans aut presciens. Videtur quod deus est causa
dampnationis. Item dicit augustinus ad prosperum et hilarium de
predestinatione sanctorum quod predestinacio nullatenus fuit sine prescientia
et sic videtur quod ponit aliquid in predestinato. Contra gratia
videtur quia gratia est effectus predestinationis et [illegible]. Et
apostolus dicit ad Titum primo Non ex operibus iustitie que
fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ergo pre-
destinacio salutis non prouenit ex prescientia meritorum. [illegible]

Dicendum secundum doctorem sanctum libro de veritate articulo vi conclusione 2a quod hoc distinguit
inter causam et effectum quod quicquid est causa cause est causa
effectus. Non autem convertitur est causa effectus est esse causam cause
Quod sic patet. Nam causa prima per causam secundam producit effectum
suum et sic causa 2a causat aliquid effectum cause prime
cuius tamen cause causa non est. In predestinacione autem
est duo accipe scilicet ipsam predestinacionem eterna et effectum eius tale
duplex scilicet graciam et gloriam. Quorum alterum scilicet gloria
habet causam meritoriam actum humanum. Sed gracie causa non
potest esse actus humanus per modum meriti sed dispositio materialis
quedam inquantum per actus preparamur ad gracie suscepcionem
Sed ex hoc non sequitur quod actus nostri sive precedant graciam
sive sequantur sint ipsius predestinacionis causa. Ad inve-
niendam autem causam predestinacionis considerare quod predestinacio
est quedam directio in finem que facit racio a voluntate
mota. Unde cum hoc aliquid dicitur esse predestinacionis causa
sicut potest esse voluntatis motivum. Aliquid autem movet vo-
luntatem dupliciter. Uno modo per modum meriti. Alio per modum
debiti. Per modum autem debiti dupliciter aliquid movet. Uno
absolute. Alio modo ex supposicione alterius. Absolute quidem mo-
vet ipse finis ultimus qui est voluntatis obiectum et hoc modo
voluntatem movet ut ab ipso discedere non possit. Unde nullus
homo potest velle non esse beatus. Ut dicit Augustinus in libro
de libero arbitrio et in aliis locis. Sed ex supposicione alterius
movet sicut debitum illud sine quo finis haberi non potest. Illud
autem sine quo finis haberi non potest sed facit ad bene esse finis
ipsius non movet voluntatem sicut debitum sed est libera incli-
nacio voluntatis in ipsum. Sed tamen ex quo voluntas est
libere inclinata in ipsum inclinatur in omnia sine quibus haberi
haberi non potest per modum debiti ex presupposicione tamen illius
quod primo volitum ponebatur. Sicut rex ex sua liberalitate
facit aliquem militem. Sed quia non potest esse miles nisi habeat equum
efficitur debitum et necessarium ex presupposicione liberalitatis predicte
quod ei det equum. Finis autem divine voluntatis est ipsa bonitas eius
que non dependet ab aliquo alio. Unde ad hoc quod habeatur a deo
nullo alio indiget. Et ideo voluntas eius non inclinatur primo ad
faciendum aliquid per modum debiti sed liberaliter tamen inquantum
sua bonitas in eius operacione melius manifestatur. Sed ex quo
supponitur quod deus aliquid facere velit ex supposicione liberalitatis
ipsius per modum cuiusdam debiti sequitur quod faciat ea
sine quibus ipsa res volita non potest esse. Sicut si voluit homines
facere quod det ei racionem sive utrumque at concurrerit aliquid
sine quo aliud a deo volitum esse possit hoc non procedit
ab eo racione alicuius debiti sed racione meram liberalitatem.
Perfectio autem gracie et glorie sunt huiusmodi bona quod sine eis
natura potest esse. Nam excedunt limites virtutis naturalis.
Unde quod deus velit alicui dare graciam et gloriam hoc
ex mera liberalitate procedit. In hiis autem que procedunt
ex liberalitate tamen causa volendi est ipsa superhabundans affectio

voletis ad fine. In quo attenditur principaliter bonitatis ipsius. Nam causa predestinacionis nichil est aliud quam bonitas ipsius dei. Et hoc modo potest solui quedam controuersia que inter quosdam versabatur. quibusdam dicentibus diuina procedere a deo per simplicem voluntatem. Quibusdam autem asserentibus omnia procedere secundum debitum a deo. Quarum opinionum vtraque est falsa. Nam prima tollit naturam ordinem qui est inter effectus diuinos ad inuicem. Secunda vero ponit omnia a deo procedere secundum necessitatem nature. Media ergo via est eligenda scilicet ut ponatur ea que sunt a deo primo volita procedere ab eo secundum simplicem voluntatem. Ea vero que ad hoc requiruntur procedere secundum debitum ex suppositione tamen. quod tamen debitum non ostendit deum esse debitorem nobis sed sue voluntati ad cuius explecionem debetur id quod dicitur ab ipso secundum debitum procedere. Sic ergo debitus vsus gracie est quoddam ad quod diuina prouidencia graciam collatam ordinat. Unde non potest esse quod preuisus vsus gracie positiuus sit causa mouens ad dandum graciam. Et quod Ambrosius dicit Dabo illi graciam que suo pro errore toto corde reuersurus ad me. Non est intelligendum quod perfecta cordis conuersio sit meritoria voluntatis diuine ad dandum graciam sed quod datam graciam ad hoc ordinat. Ut aliquis accepta gracia perfecte conuertatur ad deum. Quod ergo dicitur in littera. quod qui non est scriptus in libro vite missus est in stagnum ignis. non est hoc intelligendum racione eius quod non est scriptus quo ad prescienciam secundum quod est dei predestinacio sed racione culpe scilicet quia non habet graciam finalem sed finalem impenitenciam quia qui sic non est scriptus finali gracia erit priuandus et finali impenitencia obduratus et hoc modo dampnandus. Ad illud dicimus quod aliquid poni in predestinato potest intelligi dupliciter. vel quo ad actualem existenciam vel quo ad habitualem graciam. Si ergo est predestinatus bene sequitur quod habiturus est graciam finalem sed non sequitur quod habeat graciam in presenti quia potest contingere quod esset in peccato actuali. Et per hoc ad illud. Quod enim dicit Augustinus quod predestinacio fuit causa salutis multe. hoc non est intelligendum racione predestinacionis. Unde eterna est sed racione gracie scilicet gracie finalis habende. predestinacio enim est preparacio gracie et glorie. Ut per Augustinum libro de predestinacione sanctorum. Et principaliter significatum est dei predestinans. Connotata sunt gracia in presenti et gloria in futuro. Cum ergo autem non possit aliquis in vltimum finem dirigi nisi auxilio gracie sine qua eciam nullus potest habere ea que sunt necessaria ad tendendum in vltimum finem sicut sunt fides spes caritas perseuerancia. Iuste tamen imputatur homini si predictis careat quia licet aliquis per motum liberi arbitrii non possit diuinam graciam promereri nec aduocare potest tamen seipsum impedire ne eam recipiat. Dicitur enim de quibusdam Job xx dixerunt deo Recede a nobis sciencia viarum tuarum nolumus. Et Job xxiiii Ipsi fuerunt rebelles lumini

Et cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire receptionem diuine gratie
vel non impedire, non immerito in culpam ei imputatur qui impedi-
mentum prestat diuine gratie recepcioni. Deus enim quantum est in se
paratus est gratiam dare; vult enim omnes saluos fieri et ad agnitionem
veritatis venire, vt dicitur j ad Thy 2o. Sed illi soli gratia priuantur
qui in seipsis gratie impedimentum prestant, sicut sole mundum illu-
minante in culpam imputatur ei qui oculos claudit si ex
hoc aliquod malum sequitur, licet videre non possit nisi lumine solis
preueniatur. Hoc autem quod dixi in potestate liberi arbitrii esse ne
prestet impedimentum gratie, competit hijs in quibus naturalis potentia fuerit
integra. Si autem per inordinacionem precedentem fuerit ad malum de-
clinata, non est omnino in potestate eius nullum impedimentum gratie
prestare. Nam etsi ad aliquod momentum ab aliquo speciali actu
peccati possit abstinere propria potestate, si tamen sibi diu relinquitur
in peccatum cadet, per quod impedimentum gratie prestatur. Quamuis
autem illi qui sunt in peccato non possint vitare propria potestatem
quin impedimentum gratie prestent nisi auxilio gratie preueniantur,
nichilominus tamen hoc eis imputatur ad culpam, quia hic defectus
ex culpa precedente relinquitur in eis, sicut ebrius non excusatur
ab homicidio quod per ebrietatem committit, quam sua culpa incurrit.
Licet autem ille qui peccat impedimentum gratie prestat, et quantum ordo
rerum exigit non debet gratiam recipere, tamen quia deus preter
ordinem rebus inditum operari potest, sicut cum cecum illuminat vel
mortuum resuscitat, interdum ex habundancia sue bonitatis etiam
eos qui impedimentum gratie prestant auxilio suo preuenit, auertens eos
a malo et conuertens ad bonum. Et sicut non omnes cecos illuminat
nec omnes languidos sanat, vt et in illis quos curat opus virtutis
eius appareat, et in alijs ordo nature seruetur, ita non omnes qui gratiam
impediunt auxilio suo preuenit ut auertantur a malo et conuertantur
ad bonum, sed aliquos in quibus vult suam misericordiam apparere, ita quod
in alijs ordo iusticie manifestetur. Unde est quod Apostolus dicit ad
Ro. ix. Volens deus ostendere iram et notam facere potenciam suam
sustinuit in multa paciencia vasa ire apta in interitum, ut osten-
deret diuicias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriam.
Et Augustinus xxj libro de ciuitate dei capitulo xij dicit: Cum iuste debito supplicio
nullus nisi misericordia et indebita gratia liberatur, atque ita diffinitum
est genus humanum, vt in quibusdam demonstraretur quid valeat misericors
gratia, in ceteris quid iusta vindicta. Quia si omnes remanerent in
penis iuste dampnacionis, in nullo appareret misericors gratia redi-
mentis. Rursus si omnes a tenebris transferrentur in lucem, in nullo
appareret veritas vltionis. In qua multo plures quam in illa
sunt, vt ostenderetur quid omnibus deberetur. Quia si omnibus redderetur
iusticia iudicantis iuste nemo reprehenderet. Quod vero tam multi ex
inde liberantur, est unde agantur maxime gratie gratuito muneri
liberantis. Et illud. Cum igitur deus homini qui in eisdem peccatis
detinentur hos quidem preueniens conuertat, hos autem sustineat

sue providentie secundum ordinem rerum procedere non est racio inquirenda
quare hos condat illos autem non. Hoc enim ex eius simplici vo-
luntate dependet. sicut ex simplici voluntate eius processit quod cum
omnia fierent ex nichilo quedam facta sunt aliis digniora. sicut ex
simplici voluntate artificis procedit. ut ex eadem materia similiter dispo-
sita quedam vasa formet ad nobiles usus et quedam ad ignobiles
Hinc est quod Apostolus dicit ad Ro. ix. An non habet potestatem figulus
luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem. aliud
vero in contumeliam. Per hoc excluduntur errores multi. Ratio
Quia ergo divina operacione quidam diriguntur in ultimum finem per gratiam
adiuti. aliqui vero eodem auxilio gratie destituti ab ultimo fine de-
cidunt. Omnia autem que a deo aguntur ab eterno per eius sa-
pientiam provisa sunt et ordinata. Necesse est predictam hominum distin-
ctionem ab eterno esse a deo ordinatam. Secundum ergo quod quosdam
ab eterno preordinavit ut dirigendos in ultimum finem dicitur eos
predestinasse. et in libro vite scripsisse. secundum illud Apostoli ad Ephes. i.
Qui predestinavit nos in adopcionem filiorum secundum propositum voluntatis
sue. Illos autem quibus ab eterno disposuit se gratiam non daturum
dicitur reprobasse. vel in libro vite non scripsisse. vel odio habuisse.
secundum illud quod habetur Malachie primo Iacob dilexi Esau odio
habui. Racione vero ipsius distinctionis secundum quod quosdam predestinat
et quosdam reprobat attenditur divina electio de qua dicitur
ad Ephes. i. Elegit nos in ipso ante mundi constitucionem. Sic ergo patet
quod electio predestinacio et reprobacio est quedam pars divine providentie
secundum quod homines per eam ordinantur in ultimum finem. Unde per
eadem manifestum esse potest quod electio et predestinacio non inducunt
necessitatem aliquibus. sicut nec divina providentia contingentiam aufert
a rebus. Quod autem predestinacio et electio non habent causam ex ali-
quibus humanis meritis. potest fieri manifestum. non solum ex
hoc quod gratia dei que est predestinacionis effectus meritis non prevenitur
sed omnia merita humana precedit. sed eciam ex hoc manifestari potest
quod divina voluntas et providentia est prima causa eorum que fiunt.
Nichil autem potest esse causa voluntatis et providentie divine. licet
effectuum providentie similiter et predestinacionis unus possit alterius
esse causa. Quis enim ut dicit Apostolus ad Ro. xi. prior dedit
illi et retribuetur ei. quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso
sunt omnia. ipsi honor et gloria in secula seculorum. Amen

Et vidi celum novum et terram novam. primum
enim celum et prima terra abiit. Et mare iam non est. Ter-
minatis sex visionibus principalibus de processu ecclesie a sua ori-
gine. hic determinatur de ultima et septima visione. que quidem
est de mundi innovacione et de beatorum plena glorificacione. Unde
Richardus. circa providentia facit utendus prophecia. Primo ponit
innovacionem elementorum. ut usque de mutabilibus ad celestia pertingamus
et de visibilibus ad invisibilia transcendamus. Et dividitur in tres
partes. primo ponitur elementorum sive mundi innovacio. Secundo subditur

fectorum glorificatos ibi Et ego Johannes etc. Item subiungit civitatem supne
speciosa dispositio sine pulcritudo ibi Et venit unus de septem ange
lis et dixit ad primum dicit Et vidi etc. Q. d. Ista vidi supiora que dicta
sunt scilicet quod ista audivi et post futura sunt contra malos Et cum hoc
vidi celum novum id est de novo innovatum ait glo. Et terram nova
id est innovatam scilicet illo magno igne conflagrationis qui precedet faciem iudicis
Sicut dicitur 2 Petri 3 adveniet dies domini sicut fur in quo celi
magno impetu transient, elementa vero calore solventur, Novos
vero celos et novam terram et promissa ipsius expectamus Dicit Glo.
Elementa quatuor quibus mundus consistit ille maximus ignis con
sumet, Non ut non sint sed duo ex toto consumet, duo vero in
meliorem restituet faciem Ex hac gloria videtur quod non omnia ele:
menta innovabuntur sed tantum duo, et alia omnino consumentur Sed
dicendum quod revera omnia elementa innovabuntur secundum substantiam suam, sed
consumentur secundum exteriorem formam et qualitates substantiales eorum manebunt
secundum quod sunt sed secundum quod agentes et patientes communiter consumentur, Ho:
mines enim existentes in statu mortalitatis indigent mutua actione
elementorum sed ipsi immortales effecti non indigebunt, et ideo peribunt
qualitates elementorum secundum quod agentes et patientes Unde dicit Aug. xx
libro de civitate dei c. xvi illa conflagratione mundana elementorum corru
ptibilium qualitates que corporibus nostris corruptibilibus congruebant
ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit
que corruptibilibus immortalibus mirabili mutatione conveniant, Ut scilicet
mundus in melius innovatus apte accommodetur hominibus etiam car:
ne in melius innovatis etc. Unde sequitur in litera Primum enim celum
etc. q. d. Ideo dico vidi celum novum et terram novam Primum enim
celum et terra prima abiit scilicet a priori suo statu et a sua prima
figura Et mare iam non est scilicet secundum statum priorem quia amaritudo
aquarum et grossities auferetur, sed remanebunt secundum substantiam melio
rate et innovate in qualitatibus et proprietatibus suis scilicet claritate dyafa
[illegible] et similibus, quod totum cedet ad gloriam electorum
qui ex factoris laudant deum Ad cuius clariorem evidentiam Notandum
est ignis precedet faciem iudicis quo terre facies exuretur Ista quod
figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit Sicut factum
est aquarum inundatione diluvium Dicit lib. huius mundi figura transie
Non quantum ad destructionem totalem istius mundi scilicet sed per
actionem illius ignis omnia elementa erunt inflammabuntur consumentur
vegetabilia et animalia, purgabuntur et innovabuntur elementa maxi:
xime aer et terra Purgabuntur iusti et adurentur reprobi, quibus
factis, cessabit etiam motus celi et sic completo numero electorum
fiat quodammodo innovatio et purificatio corporum mundanorum Dicit enim
Bonaventura in suo breviloquio parte 2a, Prima principium rerum
universale, cum sit sapientissimum, ac sic in omnibus que agit attendat
ordinem sapientie Potissime tamen in hiis debet attendere que spectant ad
consummationem Et sic ne discordet primum a medio nec medium a
postremo, sed in cunctis congruentissime ordinatis appareat illius
primi principii, sapientia ordinatio et bonitas et altitudo Quia ergo
Deus secundum sapientiam suam ordinatissimam cuncta istum mundum
sensibilem et maiorem fecit propter mundum minorem videlicet hominem
Qui inter deum et res sensibiles inferiores, in medio collocatus est

hinc est quod ut omnia sibi mutuam congruant et habitaculum habeat cum habitatore armoniam. homine bene instituto debuit mundus iste in bono et quieto statu institui. homine labente debuit etiam iste mundus deteriorari. homine perturbato debuit etiam perturbari. homine expurgato debuit expurgari. homine innovato debuit innovari. Et homine consumato debuit quietari. Primo ergo quod mundus iste debuit et debet perturbari homine perturbato. sic stetit cum stante et quodammodo cecidit cum labente. et in futuro iudicio propter severitatem iudicis ostendendam necesse est omnium corda terreri. et maxime peccatorum qui dominum universorum contempserunt. ut sic omnibus creatura divinum accipiat zelum. et conforme habitatori conforme etiam habitaculum. Necesse est cunctis orbis ordines horribilissime commoveri. et quod nihil intensius et velocius et horribilius in agendo commovet aliud elementum quam ignis. hinc inde ex omni parte concurrens. hinc est quod necesse est quod ipsius iudicis faciem precedat non ex una parte tantum sed ex omni parte mundi. ut sit ibi concursus ignis elementaris et terrestris. ignis purgatorii et etiam infernalis. ut per infernalem reprobi adurantur. per purgatorium iusti purgentur. et per terrestrem hec hic nascentia consumantur. per elementarem elementa subtilientur. et ad innovationem faciei disponantur. et simul cum hoc cetera conturbentur. ut non solum homines et demones verum etiam videntes angeli terreantur. Rursus quoniam mundus iste purgari debet cum homine expurgando. et homo in statu finalis temporis indiget purgari a scoria avaricie et malicie. sicut in primo tempore a fetore luxurie indiget etiam purgari velociter et intime et perfecte. hinc est quod sic mundus primus deletus est et quodammodo purgatus per elementum aque quod est frigidum contra ardorem et fetorem luxurie. sic finaliter mundus per ignem propter consumendum teporem et frigus malicie et avaricie que regnat in fine quasi in ipsius mundi senectute. que quia maxime sunt adherentia. necesse est quod purgatio sit actionis intime violente et accelerate. quod non contingit in alio elemento reperiri quam in igne. et ideo sicut factum est aque inundatione diluvium. sic per actionem ignis huius mundi sensibilis facies exuretur. Amplius quoniam iste mundus innovari debet cum homine innovando. ut innovari potest aliquid in nova forma. nisi perdat vetustam et quodammodo disponatur dispositione nova superinducta. hinc est quod cum ignis maxime habeat virtutem expulsivam forme extranee. habeat etiam vim subtiliativam et celestis nature cognatam. quod per ipsum debet fieri purgatio simul et innovatio. ita quod cum terminatum habeat efficaciam continuam ad aliquam partem. indicet faciem [illegible] ad aliquam [illegible]. Et cum innovatio sit ad novitatem que non redit amplius ad vetustatem. et per hoc ad novitatem incorruptibilem quam dare non est alicuius creature. hinc est quod licet in illa purgatione et innovatione ignis aliquid agat per naturalem virtutem ut inflammare purgare rarefacere et subtiliare. tamen necesse est quod cum illa virtute naturali sit virtus operans superior naturam. virtute cuius in instanti fiet conflagratio naturalis. et etiam cuius virtute fiet melioris complementum. Postremo quoniam mundus iste consumari debet homine consumato. Cum autem erit homo consumatus

cum in ecclesia completus erit numerus electorum, ad quem quidem statum
omnia tendunt sicut ad finem ultimum et completum, utrum est facta comple-
tione illius non terminari et quietari motus corporum celestium utrum est
etiam terminari transmutationes elementares utrum est etiam corporis ter-
minari quantum ad illa que in animalibus est et plantis. Cum etiam omnia
ista ordinantur ad formam nobilissimam que est anima racionalis, posito
statu in animabus utrum est post statum et complementum in celestibus
precedentibus Et ideo corpora celestia habita quiete et luminis ple-
nitudine dicuntur remunerari / Elementa vero que non habent aptitu-
dinem multiplicandi per transmutationem mutuam dicuntur interire non
quantum ad substantiam sed quantum ad actionem et passionem mutuam et hoc
maxime quantum ad qualitates activas. Vegetalia vero et sensitiva
quia non habent potentiam et vitam perpetuam et duracionem sempiternam
qualis competit statui illius nobilitatis utrum est in ipsa natura
assumi ita tamen quod salvatur in principiis et quodammodo in simili
sicut in homine quod similitudinem habet cum omni creatura et ideo in ipsius
innovacione et glorificacione possunt dici omnia innovari et quodammodo
perimari. Ex quibus sequitur ipso quod ante finem mundi circa iudicium
extremum, quidam ignis est venturus igne mundus est purgaturus
patet 2 petri 3o Et 3a racio. Racionabile videtur ut mundus iste mul-
tiplicibus infectus peccatis saltem in fine habebit peccata purgetur
Sed circa iudicium extremum peccata finem habebunt, et ignis est maxime
purgativus, cum sit maxime activus, ergo racionale videtur et quod ante
finem mundi veniret talis ignis mundum purgaturus Unde secundum
Bedam Ignis ille ascendet ad tantam altitudinem ad quantam ascende-
rant aque diluvii ut purget aerem infectum per fumum sacrifi-
ciorum ipsis ydolis immolatorum Sed contra quod non potest esse purgans
et purgatum 3ev sumpsisti, ergo mundus non purgabitur per ignem tercia
quia ignis est pars mundi, ergo si mundus purgaretur per ignem tunc ignis
purgaret seipsum Sed antecedens, quia idem non potest esse activum et passivum
eadem actione, nec idem potest in seipsum agere, si purgatur ut in pur-
gatum 1a 2a Respondetur negando quartum ad probacionem dicitur quod non omnes
partes mundi purgabuntur illo igne quia non omnes erunt sic ma-
culate, de quarum immaculatione prius unde erit etiam iste ignis
saltem quantum ad aliquid sui Nam ille ignis vel tunc erit de novo
generatus ut dicit quedam opinio que ponit quod tunc tempus omnes pla-
nete qui sunt generativi caloris convenient in leone et in aliis
signis calidissimis, sicut tempore diluvii omnes planete convenerant
in aquario, et ideo sicut tunc racione illius generate aque redundabant
super omnes montes sic etiam in fine seculi ignis redundabit
Vel sicut alia opinio dicit ignis ille supernaturaliter creabitur a deo Vel
conveniret ignis ille de extremis mundi partibus, puta desuper
de spera ignis ut videtur dicere beatus augustinus Vel ex omni parte
mundi ut dictum est supra. Et quamcumque istarum opinionum teneatur semper
patet quod iste ignis purgativus non ~~mundi~~ purgacione indigebit
saltem quantum ad aliquam sui partem, eo quod immundicia peccatorum, istum ignem [margin: quantum]
non attinget in spera sua existentem, nec turpium et nephandorum
sacrificiorum ipsorum idolorum non ascendet usque ad altitudinem spere prout patuit
ex dicto Bede

Cum ergo dicitur mundus purgabitur, propositio est vera per sinec-
dochen, secundum quam figuram accipitur pars pro toto,
quia verificatur pro illis partibus mundi que peccato inficiuntur.
Tertia conclusio: Si partes mundi peccato maculate purgabuntur
illo igne, tunc ille ignis exuret locum paradisi terrestris.
Probatur: quia locus paradisi terrestris maculatus est peccato primorum
parentum qui in eo peccaverunt. Sed falsitas consequentis patet, quia secundum
Bedam flamma illius ignis non ascendet usque ad paradisum,
sicut nec aque diluvii ascenderunt ibi. Respondetur secundum Gam[...]
ad probacionem dicitur, quod non quolibet actu peccati dicitur locus
infici, sed potius ex continuatione peccati vel peccatorum in ipso loco
inficitur locus, sicut non quolibet levi tactu tangens
leprosum efficitur leprosus, licet efficiatur ex frequenti contagione
illius tactus. Cum ergo primi parentes in paradiso semel pecca-
verunt et postquam fuerunt peccatores quasi immediate fuerunt electi
de paradiso, ideo non est infecta paradisus per peccata primorum
parentum, sicut nec celum empireum dicitur infectum per peccatum
malorum angelorum, eo quod quamvis peccatum eorum in huiusmodi
celo fuit perfectum, tamen huiusmodi peccatores parato peccato
quasi nullam moram in celo contraxerunt, sed statim in istum aerem
caliginosum corruerunt. Ex quo sequitur 2o quod ignis
ille mundum purgaturus erit eiusdem speciei sive na-
ture cum isto igne qui pro nunc est in mundo. Patet
quia sicut aqua purgans mundum tempore Noe
non fuit alterius speciei ab aqua elementari, sic
ignis in novissimis temporibus purgaturus mundum
non erit alterius speciei ab igne elementari. Unde
Augustinus xx de civitate dei capitulo xvjo: figura huius
mundi mundanorum ignium conflagratione preteribit, sicut
facta fuit mundanarum aquarum inundatione di-
luvium. Quarta conclusio: Nullus ignis elementaris potest celum
realiter immutare, quia non est susceptibile peregri-
nam impressionem secundum omnes philosophos naturales.
Quod utique verum est respectu cuiuscumque virtutis elemen-
taris. Sed ignis ille realiter immutabit celum,
quia dicitur 2e Petri 3o: celi ardentes solventur
et elementa ignis calore tabescent. Dicendum
quod illa verba beati Petri et consimilia ubicumque repe-
riuntur in scripturis quibus exprimitur dissolutio
celorum intelligenda sunt de celis aereis. Sicut
et illud Math. 13o Volucres celi comederunt illud.
Et non de celis superioribus, quia illi sunt intransmu-
tabiles secundum substantiam, quamvis aliquomodo immutentur
in claritate, quia lumen lune erit sicut lumen
solis et lumen solis septempliciter ut dicitur Ysaie
xxx. Nec tamen illa immutatio accidentalis erit per
ignem sed immediate per divinam actionem. Unde Augustinus

Vicesimo de ci dei c(apitu)lo xviii(o) celos utique istos aereos intelli-
gimus quorum locum aut ac spatium tempore diluvii aqua cre-
scendo superavit ergo totus aut fere totus aer iste ventosi
celum vel potius celi vocatur sed istos utique ymos non illos
supremos ubi sol et luna et sidera constituta sunt etc. Secundo
super verbo isto dicto dicit glosa bede quod ignis iste calor ele-
mentum consumet sed nil consumit seipsum ergo ignis ille non erit
eiusdem speciei cum igne elementari Dicitur ad primum quod illa
glosa non est intelligenda de consumpcione substantie elementorum sed
de aliquali mutacione qualitatum eorum, Dico notanter aliquali quia
intrinsece manebunt qualitates licet extrinsece non appareat
quia cessante motu ~~eleme~~ celi, qualitates elementorum non
facient extrinsece ad generacionem et corrupcionem rerum / Et propter
hoc eadem glosa magis exprimit consumpcionem ignis et aque quam
aeris et terre, quia qualitates ignis et aque scilicet caliditas
et frigiditas sunt inter omnes elementares qualitates magis active
propter quod predicta mutacio elementorum, magis apparebit in igne
et aqua quando elementa desinent ab accione exteriori que est
generativa vel corruptiva / Etiam licet possit negari quod idem
totum, per unam partem, possit agere in seipsum per aliam partem
et per consequens licet aliquo modo possit consumere seipsum Nondum tercio
quia illum ignem possumus dupliciter considerare Uno modo ut urat
corpora quibus applicabitur / Et hoc conveniet sibi naturaliter
prima est competeret alteri igni si huiusmodi corporibus applicaretur
Alio modo ut specialiter aget in talia corpora, que maculata erunt
per peccata / Et hoc conveniet sibi per supernaturalem virtutem, movente
ipsum ignem, tamquam suum instrumentum / Et in hoc non conveniet
cum aliis ignibus / Nec tamen propter huiusmodi supernaturalem virtutem
ignis ille distinguetur specie vel genere ab aliis ignibus
[illegible] talis distinctio, est a principio essentiali et intrinseco
hec autem virtus supernaturalis, nec est intrinseca, nec essencialis
ipsi igni, quia illa virtus vel est voluntas divina immediate
vel est virtus angelica applicans illum ignem talibus locis
quibus deo placebit illum applicari Nondum insuper quamvis
motus naturalis conveniens alicui rei, conveniat etiam aliis rebus
eiusdem speciei, tamen hoc non est verum de motu qui convenit
rei instrumenti moti ab agente supernaturali / licet non motus hu-
mane loquele conveniat eque convenerit asine, puta tempore balaam propheta
Numeri xxii / tamen talis motus non convenit omnibus asinis, quia
huiusmodi motus non inerant illi asine naturaliter, sed conveniebat
ei in quantum lingua sua fiebat instrumentum angeli moventis eam
Sic motus ad divine dictam perfectionis non convenit illi igni naturaliter
sed ut erit instrumentum divine voluntatis ergo quamvis ignis ille fiet
eiusdem speciei cum aliis ignibus, tamen sibi conveniet moveri modo
predicto et non aliis ignibus Ex quibus sequitur 3o supposita
veritate sacre scripture probabiliter potest dici, quod ignis ille quo mundus
innovabitur, incipiet ante iudicium, et durabit post iudicium

Et cum incipiet ante p3 p id ꝑbtr ignis aū ipm pcedz et infla:
mabit in circuitu inimicos eius, ptez, n ignis an xpz venientem
ad iudiciū, qz sicut supius dictū est, omēs homines qui apprin
quante iudicio viui sup trām invenietur, in illo igne mo:
rietur. Qui velocit resuscitent venīete xpo Et tunc con:
gregatis ad iudiciū et dilatando se circa illum totū videbi
quasi totum mūdū inflamare, pt quod dicit inflamabit in
circuitu inimicos eius, igitur circū illius ignis circumstante
Non ledz aliquos de illa tota homi multitudine, nisi impios
q sūt inimici xpi ibidē ab ipo ad mortem eternam iudicandi
Vnde dicit Augustinus xx de ci dei c. 18 dicens Tempe
conflagrationis ignis vbi erūt sancti: cum hntes corpa, in ali
quo corpali loco esse nāre sit Et subdit possum̄ rndere
futuros eos esse in supiorib꧌ ptibus, quo non ascendet
flama illius incendii Quemadmodū ut vnda diluvii talia
quippe illius inerūt corpa vt illic sint vbi esse voluerint
Sz illet ignē conflagrationis illius ptimescet Immobiles atq
incorruptibiles facti, sic virorū trium corpa corruptibilia
atq mortalia in camino ardēti viuē illesa potuerūt Et ille
Idem et ignis sequitur iudiciū, qz plata sentētia q impios
xpo scilz dicente Ite maledicti in ignē eternū Et tunc igt ille
tanqz instrumentū executiue suē iudicis a rigoribus loris
circumstantibus contractus, omēs impios involuet, et cum
impetu vehementissio descendz cum ipis in infernū Vnde tunc
implebitur verbum dni dicit Deutron 32 Ignis succensus
est in furore meo, et ardebit vsqz ad infernū nouissima
Dicit autē haymo qz in pdestinatione dei omnipotentis, que futu:
ra sūt iam transierūt vnde Johannes dicit se vidisse celū
novum et trām novam, primū n celū et pma terra
abiit. ł ... hoc est p innovatez mutata sunt et a
pstina figura recesserūt Sz dubitatur de hoc qz ait Et mare
iam non est Cum mare sit ad decorē vniversi ptz per
Ambrosium examerōn omel 4a. Qualiter aut Et mare ei no ē
Ad hoc respondet Augustinus xx de ci dei c xvi Et hoc pt
2e intelligi. Vel quia tunc illo maximo ardore siccetur Aut idem
vtitur in melius nō facile dixerim. Vel mare pt dici hoc
seculū turbulentū et procellosum. quod maris noie designatur
Et haymo: terra aquis quidem subsistit. quoniam et intus et extra
et sup se gtinz aquas ne nimia ariditate fatiscat quoniam
nisi aquis tpareretur in cinerem redigeretur Et ideo vtrum certe
illo maximo ardore mare cū fluminibus siccetur, an etiam ipm vtitur
in melius. dubium est. quod. etsi factum fuit p dei omnipotentia
licz arida sit terra, satis subsistere poterit, Communiter tamen
dicitur qz mare nō erit quo ad qualitates accidētes salsedi
nis et fluctuacionis hmoi nō quo ad substam, Sz tunc dubitatur
quare nō fit mentio de igne innovando Dicitur enim Richardus
qz de igne innovando nichil scriptura tacuisse pt credi, qz ignem
parva vel nulla correctione gstat sedari et illius virtute

cetera elementa in illa ultima conflagratione deant emundari. Et
Haymo utrum mare vel ignis exuscat et consumet, deus scit
licet hic legatur et mare iam non est. Et Ysaie xxx .2i. lumine
lucerne non lucebit in ea. hec enim aliter fiet. cum illic
prevenerit. melius sciens. De hic est dictum in libro de ecclesiasticis dogmatibus
capitulo 2i Elementa et celum et terram non credimus abolenda esse
per ignem. sed in melius commutanda. figuram mundi et ymaginem. non
substantiam perituram. Hic ibi ad ora xl autem per celum novum figura
limina sancta innovata. per terram novam statum corporis a vetu:
state vite carnalis innovatum. Ad galatas ultimo. Neque circumcisio neque
preputium valet aliquid sed nova creatura. 2 Cor 5o. Si que nova
creatura vetera transierunt. Quod tractans Gregorius super Ezech omelia
x prime partis inquit Nova creatura est. prius mundi desiderio tra:
storia non amare. mente in humilitate deo servire. contra illatas
contumelias patientiam servare. et custodita patientia dolore malicie
a corde expellere. egentibus propria largiri. aliena nequaquam ambire. ami:
cum in deo diligere. propter deum et eos qui inimici sunt amare. de
afflictione proximi lugere. de morte eius qui inimicus est non exul:
tare. Hec est nova creatura Et beatus Ambrosius super epistola
ad Colosenses dicit. Quicumque post baptismum putat aliqua de vete:
ribus esse retinenda. aut dubitat contemphenda. et decernit colen:
da. talis remanebit inter emulos mundi alienus a deo. qui indu:
tus hominem veterem non potest carnalia excusare. Et tribus omni
modis cogitare vel delectari vel assentire hiis que sunt huius mundi
corruptionibus est et interitum generat. quia illa que humanus
error adinvenit. a fide unius dei seducunt. Cum igitur ad hoc
positi simus ut in hoc mundo regenerati tendamus ad ea
que sunt super mundum. demum esse vigiles. ne exuscat hoc
templis. quia solum hic est tempus merendi. Unde dicit idem
libro 2o de virginitate Super mundum est iusticia. caritas castitas
bonitas et sapientia Nam etsi sunt in hoc mundo. sunt tamen super
mundum. Et declarat. Super mundum erat iusticia. cui omnia regna
mundi et universam gloriam ei dyabolus afferebat. Super mundum
fuit qui de mundo nichil attigit. qui et dixit Venit princeps huius
mundi. et in me non habet quicquam. Distinguntur in hoc mundo
super mundum esse. Etsi corpus gerimus. non tamen in nobis interiorem
hominem corrumpamus. sed studeamus de die in die renovari. Super
mundum est qui deum portat in corpore suo. qui iugum domini tollit
super se. qui crucem suscipiens. deum sequitur. Si vero deum imitari
non possumus. saltem apostolos imitemur. quos mundus habuit odio
quia non erat de hoc mundo. Ambrosius Ad Eph 4o Deponentes
vos veterem hominem etc. Colos 3 Expoliantes vos ve:
terem hominem. Et tunc non erit mare. id est cor fluctuosum et
turbulentum. quod nomine maris signatur. ut dictum est super. Impy
enim quasi mare fervens. Ysaie 57. Et 65 Ego creabo celos
novos et terram novam et non erunt in memoria priora
nec ascendent super cor vestrum. sed gaudebitis et exultabitis usque
in sempiternum. Nam quia creatura corporalis finaliter disponetur
per congruentia ad hominis statum. homines autem non solum a corruptione

liberabuntur sz etiam gloria induetur · exbit qz etiam creatura
corporalis quandam claritatis glorium suo modo consequetur
Et ego Johannes vidi civitate sctaz ierlm novam descendete
de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo
Et audivi vocem magnam de throno dicentem. ecce thaber
naculum dei cum hominibus; et habitavit cum illis et ipsi pply
eius erunt / et ipse deus cum eis erit eorum deus. Et absterget
get deus omne lacrimam ab oculis eorum / et mors non erit
ultra neqz luctus neqz clamor erit ultra / neqz dolor Que
prima abierunt; Et dixit qui sedebat in throno, Ecce nova
facio omnia || Supra post huius cali seu visionis ... po revela
de sctorum glorificatione / et continuat ostensa gloria exteriori qua habuit
scti de innovacion mundi ostendit gloriam quam habebunt in se
ipsis. Et dividitur in duas ptes primo ponit glorificatoris revela
cionis, 2o autem testium confirmatio, sicut continuat gloz ibi Et au:
divi vocem &c, Quantum ad primum dicitur, Et ego Johannes Et in
hoc notatur videntis auctas et visionis certitudo, seu indubita
bilitas Supra primo Ego Johannes fui in spu, vidi, scilicet per spi:
rituale intelligenciam, Civitatem, scilicet sanctorum collectionem electorum
societatem sub una civium suorum lege vivente et in uno
libro legentes Et sub uno duce degentem Johannis x fiet unum
ovile et unus pastor Psalmus ierlm que edificatur ut civitas &c
Sanctam, scilicet per iusticiam et omnino mundam Ad ephesios vo xpus
dilexit ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea ut illam sanctifi
caret mundans lavacro in verbo vite ut exhiberet ipse
sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam Vel sanctam id est stabile
firma et securam qz tunc erit certa ne potest a sponso separari
in toto nec in parte Ysaie 32 Sedebit pplus meus in
pulchritudine pacis in thabernaculis fiducie in requie
opulenta Psalmus qui ponit confortatus seras portarum tuarum &c
Jherusalem, scilicet per visionem interiorem · Glo · id est in omni
quiete et pace positam / et dicitur qui est vera pax videtur
Tunc nil erit quod possit turbare pacem eius Ysaie 35
Non erit leo et mala bestia non ascendet per eam nec inve
nietur ibi Novam id est a vetustate purgatam et penitus
innovatam qz tunc plenarie auferetur ab ea omnis vetustas
tum culpe tum pene, quando hoc mortale induet immortalitatem
et corruptibile incorrupcionem 1 Cor xv Descendentem de celo
id est habentem a deo qz recte vivunt in tpe / A deo paratam appara:
tu virtutum et bonorum operum que sunt a solo deo Sicut
sponsam id est fide ceteris virtutibus ornatam ut merentur fieri
sponsa viro suo id est ad honorem viri sui vel sicut decet virum
suum Cuius ornatum describit psalmista dicens, astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato circumdata varietate Omnis gloria
eius filie regis ab intus id est in abscondito cordis quieti

et modesti spus. Et hic est in conspectu dei locuples. Sz queritur
qualis sit descendente de celo. Videtur enim pocius debuisse
~~descendere~~ dicere, ascendentem in celum, vel conversantem in celo. Iuxta
illud ad Phil. 3°. Nostra conversatio est in celis. Dicendum secundum Augustinum
xx de civitate dei cap° xvij°. Quod de celo descendere dicitur civitas ista
quoniam celestis est gracia qua deus eam fecit. Et de celo quidem
ab inicio sui descendit, ex quo per huius seculi tempus
gracia dei desuper veniente per lavacrum regeneracionis in spiritu
sancto misso de celo, subinde cives eius accrescunt. Tunc ille
unde descendere, non modo cum iam est in gloria, sed primus
per infusionem gracie in baptismo. Attamen per iudicium quod erit
novissimum per eius filium Ihesum Christum tanta et tam nova
de dei munere claritas eius apparebit ut nulla eius re-
maneat vestigia vetustatis. Quoniam quidem et corpora ad incorru-
pcionem atque immortalitatem novam ex vetere corrupcione ac
mortalitate transibunt. Nam hoc de isto tempore secundum Augustinum
dicere accipi. Nam de illo tempore accipe quo regnat cum rege
suo mille annis. Impudencie nimie. Sed secundum Augustinum videtur
tamen hic aptissime dicatur. Absterget deus omnem lacrimam
ab oculis eorum etc. Quis vero sit tam absurdus et obstinatissi-
ma contencione vesanus. Qui audeat affirmare in huius mor-
talitatis erumpnis. Non solum populum sanctum, sed unumquemque sanctorum
qui hanc vel ducit vel ducturus sit vel duxerit vitam, nullas
habentem lacrimas vel dolores cum pocius quanto quisque sit sanctior
et desiderii sancti plenior, tanto sit eius morando fletus ube-
rior. Et ibi multum de hoc. Augustinus ibidem. Nomen civitatis dei nu-
nove Ierusalem que descendit de celo. Ubi de hoc Iohannis 3°. Nemo
ascendit in celum nisi qui descendit de celo. Ubi Augustinus omelia xii
certe hic erat et in celo erat. Hic erat in carne, in celo di-
vinitate. Immo ubique divinitate. Natus de matre non recedens a
patre. Et tamen deus voluit esse filius hominis. Homines voluit esse
filios dei. Ipse descendit propter nos. Nos ascendamus propter ipsum.
Solus non descendit et ascendit, quia unus descendit. Et unus
ascendit. Quid de ceteris intelligens. Nisi quia membra eius erunt
ut unus ascendat. Ideo subdit filius hominis qui est in celo etc.
Ille postea descendit, ut in illo et cum illo unum essent qui
per illum ascensuri essent. Hec ibi. Et multum de hoc. Lyra
vero exponit istud de ecclesia militante dicens. Hec civitas sancta
est ecclesia. Que ideo civitas appellatur, quoniam a multis in-
habitatur et in quatuor mundi partes distenditur. De qua scribitur:
Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Propter hoc non dei ci-
vitas dicitur. Quia deum habet inhabitatorem, secundum illud apostoli
1 Cor. 3. Templum dei sanctum est quod estis vos. Et hec sancta
dicitur, quia cotidie per baptismum sanctificatur. Ierusalem eciam appellatur
id est visio pacis, quia ad hoc laborat ut visionem dei in cele-
stibus percipiat. Nova vero dicitur, quia a vetustate peccati exuitur
peccati enim contracti pertinens ad veterem hominem scilicet Adam. Et eo-
dem ecclesia mundatur ab originali peccato, vivit et vetustate peccati

venit ad novitatem vite iuxta illud apostoli Coloss. 3 expoliantes vos
veterem hominem cum actibus suis induite novum qui renovatur
in agnicionem dei Secundo autem hec civitas a deo descendere dicitur quia ab
exordio suo iam cum capite suo descendit cum quo et per quod
sursum ascendit ut dictum est Vel quia quicquid habet in fide spe
caritate operibus et virtutibus et baptismo desursum datum est illi
Jacobi primo Omne datum optimum et omne donum perfectum de
sursum est descendens a patre luminum Descendit ergo de celo
per recognicionem qua quicquid habet a deo se recognoscit habere
Unde 4o mittebant coronas ante thronum id est in secreto cordis
attribuebant deo victoriam viciorum et tribulacionum Et hec
a deo parata sicut sponsa virtutum infusarum multitudine Osee
2o Sponsabo te mihi in fide Qualiter autem ista civitas se
paravit sicut sponsa dictum est supra 19 venerunt nuptie agni
et uxor eius preparavit se Cuius preparatio figuratur Hester xv
ubi legitur quod hester induta gloria volens ingredi ad
asswerum assumpsit duas ancillas quarum una defluentia
in terram vestimenta sustentabat altera vero super se incum:
bentem quasi pre deliciis teneram supportabat Hester in:
terpretatur abscondita et significat ecclesiam que semper est
in abscondito faciei sui sponsi a conturbacione hominum
Una famula que vestes colligit est humilitas que pul:
verem omne glorie excutit altera que supportat eam est
caritas que omnia sustinet omnia suffert ut dicitur 1 Cor xiii
Circa Quintum Quare Beatus Johannes apposuit hic nomen
suum magis quam in aliis visionibus dicendum quod ista visio sub:
limior est scilicet de beatitudine et sanctorum glorificatione
Et ideo ad huiusmodi insinuandum et ad ostendendum quod nullus ingre:
ssurus est ad gloriam sanctorum nisi fuerit gratia innovatus
Ideo apposuit nomen suum Et tanguntur hic septem que fa:
ciunt ad ecclesie gloriam et decorem quorum primum est una:
nimitas vel conformitas Ideo dicit civitatem id est civium unio:
nem electorum societate perfectam caritate unitam Augustinus
libro de cognicione vere vite capitulo 26 Vita eterna celestis
civitas nuncupatur quia unanimitas illorum civium ad videndum
regem glorie in decore suo congregatur Zach 8 vocabitur Jerusalem
civitas veritatis Hec Jerusalem nominatur quia visione semper ma:
nentis pacis saciatur Jeronimus 29 Quere civitatem pacis ad quam
transmigrare vos feci ubi contemplabimur quod semper laudabimus
Nec id deficiet quod nobis presto erit nec nos fastidiet
quo fruemur nec deficiet quod manducabitur ymmo illa et
mira contemplatio erit et quod de illa digne dicetur isto tempore
Zoph 20 Hec est civitas gloriosa habitans in confidencia
Secundum est securitas Ideo dicit sanctam id est stabilem firmam et
securam Tercium est pax id est tranquillitas imperturbabilis Unde dicitur
Jerusalem id est in omni quiete et pace positum iuxta glossa Quartum est
novitas quam habebit per dotes corporis Nam corpa sanctorum
que modo sunt corruptibilia grossa ponderosa et obscura

hinc expugnabilis

Resurget immortalia subtilia agilia et clara, ut quod dicitur novam
et innovatam, quia immortale et impassibile etc. Et in hiis quatuor
consistit perfecta gloria in futuro. Tercia vero sunt que hic eciam
in presenti, que ducunt ad quatuor predicta. Primum est descensus
seu infusio gracie in baptismo, unde dicit, descendentem de celo.
Secundum est bonorum operum exercitium sive multitudo quibus se
preparat in occursum sponsi, unde dicit, a deo paratam. Tercium
est bonorum morum et virtutum decor et compositio, quibus in
exitu vite obviatura sponso se ornavit. Unde dicit. Sicut
sponsam ornatam viro suo. Circa quod dicit Haymo. Duo dicit spon:
sam et virum, in quo subintelligitur uxor, quia consuetudo est
scripture, ut sponsos appellet viros et sponsas uxores. Unde
Ezechielis 2o Egredietur sponsus de cubili suo et sponsa de tha:
lamo suo. Et Sephora dixit ad Moysen, Sponsus sanguinum tu
michi es Exodi 4o. Et Math. 1 Joseph dicitur vir Marie.
Et Deuteronomii 22 Si invenerit vir puellam desponsatam in agro
et dormierit cum ea, morte moriatur, quia humiliavit uxorem
proximi sui. Sponsa itaque nunc est ecclesia sancta per fidem spem et di:
lectionem, sed tunc erit uxor, quando pervenerit ad amplexus viri
et ad contemplacionem dei omnipotentis, quod quotidie quidem in
singulis agitur electis, generaliter autem in fine complebitur cum omnibus
in genere audierit Venite benedicti patris mei etc. Tunc erit
ornata et omnibus virtutibus composita etc. Postquam, Tunc ibi
Et audivi etc. Subditur confirmacio revelacionis autem predictorum
sive continuat glossa, ne forte videretur incredibile quod dictum
est de innovacione elementorum et glorificacione sanctorum. Et
dividitur in duas partes, primo premittitur confirmacio, secundo patet autem
2o divina attestacione ibi Et dixit qui sedebat in throno. Et
prima subdividitur. Nam primo ponitur prohibicio testimonii de omnibus
boni affluencia, 2o de omnibus mali exclusione seu carencia ibi
Et absterget deus etc. Quantum ad primum dicit Et audivi vocem
magnam de throno. Secundum Haymonem thronus hic intelliguntur
angeli et homines sancti in quibus habitat deus. De quo throno
vox magna et promissio annuncians bona superna et eterna. Ait
Richardus, de quo throno supra 4o. De throno procedebant ful:
gura voces et tonitrua. De hoc ergo throno et ab illis in
quibus deus sedet et inhabitat, audiunt homines vocem et promissionem
seu attestacionem magnam, quia de magnis loquitur et dicentem Ecce
tabernaculum dei cum hominibus, et evidens et manifestum divinum
contubernium cum salvatis. Ait Richardus. Et tabernaculum quippe dei
cum hominibus erit, quum se nobis et nos sibi divinitus in ce:
lesti patria sociabit. Ait idem. Tunc, id est, vivificabitur illud Isaie 32
Sedebit populus meus in pulcritudine pacis in tabernaculis
fiducie. Et ipsi populus eius erunt, quia tunc ipse deus erit omnia in
omnibus, 1 Cor. xv. Et ipse deus cum eis erit eorum deus
scilicet eternaliter eos beatificans. Supra vii. Ante thronum dei die ac
nocte serviunt ei, quia tunc beati semper cum eo erunt per aptam
visionem et perfectam fruicionem. Tunc, id est, secundum Bernhardum

deus futurus est racionis plenitudo lucis voluntati multitudo
pacis et memorie continuatio eternitatis. quam hoc exigit retri
bucio iusta et etiam productio virtuosa. fecerit enim deus rona:
lem spiritum propter se et capacem sui scilicet secundum quod ymaginis induite
beatissime trinitatis. tali in iustis tocius hominis spiritus secundum inte:
gritatem ymaginis deformiunt. hinc est quod nullo minus deo potest
spiritus ronalis satiari vel impleri. nec eius capacitas terminari
. ubi quod in supremo datur ei deiformitas glorie. per quam
deo conformis effectus. et rone videat ipsum clare. et vo:
luntate diligat plene. et memoria retineat eternum. ut
sic anima tota vivat et tota delectetur in tribus suis viribus
tota deo configuretur. tota illi uniatur. tota in illo requie:
scat. in ipso sic in omni bono inveniens pacem lucem et sufficiam
sempiternam. per quam in statu omnium bonorum aggregacione perfecto
constituta et eterna vita vivens. dicitur beata et gloriosa. Inquit
bonaventura in breviloquio circa finem. Sermo vero hanc. istud
exponitur de cohabitacione filii dei cum fidelibus in hac vita. unde
dicit haymo est dei gracia quod homines fiant illius thabernaculum
cuius magnitudinem non capit mundus. Et thabernaculum enim dei est
cum hominibus quia ipsi sunt thabernaculum dei facti per internam
inspiracionem. thabernaculum vero est presens militantium et peregrinancium secundum
Glossam augustini super psalmos 26. Et iterum super illo xv. textus. thaber
nacula sunt tentoria militum. Job. xviii. thabernacula iniustorum
contabescent. Job v. tunc scies quod pacem habet thabernaculum tuum
Et habitat cum illis scilicet qui thabernaculum eius esse meruerunt
iuxta illud Math ultimo Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus etc
Vel potest hoc exponi de cohabitacione filii dei cum hominibus
secundum dignacionem suam per incarnacionem. leuitici 26. Ponam tha:
bernaculum meum in medio vestri. et ambulabo inter vos. In sole
enim posuit thabernaculum suum. Et sic potius electus factus est eius
et ipse dignatus est esse deus eorum per familiarem conturbium Ba:
ruch 3. In terris visus est et cum hominibus conversatus est
Sophonie 3. dominus deus in medio vestri ysaie 8. quis salvator eorum
redget eos Et secundum hoc. sensus est littere. Audivi vocem magnam
id est regni attestacionem prophetarum de magnis rebus dicentem Ecce
thabernaculum dei cum hominibus id est in evidenti est quod humanitas
xpi. in qua contra dyabolum dimicaverunt seu militant. est cum hominibus
id est in eadem gloria cum sanctis cum quibus militavit in terra
q. d. Sic xpus secundum humanitatem familiariter habitat in terra
cum hominibus ita inseparabiliter habitabit in gloria cum eis qui
imitati sunt eum dum sequuntur. et habitat cum eis scilicet familiariter ut
deus cum suis. magister cum discipulis. amicus cum amicis Ezechiel
ultimo Nomen civitatis ex illa die. deus ibidem. Et dicitur thabernaculum
Non quod in patria sit necessitas militandi. sed ad innuendum familiaritatem
inter deum et sanctos homines. sicut esse solet inter regem et milites. dum
sunt in expedicione ysaie 33. Oculi tui videbunt ierusalem civita:
tem opulentam. thabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Nec

aufertur clavi eius in sempiternum et omnibus finitimis eius non rumpet
quia sol ibi magnificus deus noster et ipsi festivus eius erunt Christo sive
angelo eum offenderetis quod non potest esse dum fuit in carne quia
ut dicitur Eccl. vii. Non est qui non peccet et faciat bonum et ipse
deus cum eis scilicet exutis secundum divinitatem personaliter apparens eis ma-
nifeste secundum utrumque. Nam erit eorum deus scilicet perfecte dilectus
et possessus scilicet per claram visionem fruitionem et securitatem. Quia
nunquam deus recedet ab eis nec ego. Jeremias 26. Ero deus vester
vos quia eritis in populus. In hiis quoque duobus scilicet sententia Christi dei et
hominis erit totum bonum hominis et gloria. Unde Augustinus in libro
de spiritu et anima propter hoc deus factus est homo ut totum
hominem in se beatificaret et totius hominis esset ad eum conversio
et tota delectatio esset in illo ut sive ingrederetur sive egre-
deretur pascua inveniret, pascua foris in carne salvatoris et
pascua intus in deitate creatoris. Et quibus sibi apparet
ubi deus quando dicitur esse cum hominibus. Scilicet materialiter per carnis
assumptionem sacramentaliter per ~~...~~ confectionem panis. Spiritualiter
per gratie infusionem. Et specialiter per glorie collationem. Primo deus
est cum hominibus materialiter sive corporaliter et hoc per libera incar-
nationem in qua scilicet ipse personaliter venit et cum hominibus visibiliter
habitavit figuratus in rege Saul de quo dicitur i Reg. x quod venit
ad cuneum prophetarum et ~~insiluit~~ insiluit in eum spiritus domini et mu-
tatus est in virum alterum et prophetavit cum eis. Iste vir in vi-
rum alterum mutatus dicitur. Figuratur dei filius factus est homo
non dumtaxat divinitatis immutatione humanitate cum prophetis et apud
personaliter prophetavit et ideo de ista personali societate dici potuit hu-
manae naturae sic assumpte et etiam humanae generi sic personaliter
visitato illud Deut. 31. Dominus deus tuus ipse est ductor
tuus et ipse erit tecum et non dimittet neque derelinquet te. Quia
scilicet dei filius naturam humanam quam assumpsit nunquam dimisit
sive semper fuit secum et de matre exiens per mundum predicans
baptismum recipiens miranda faciens doctrinam iaciens in cruce mo-
riens sub tumba dormiens infernum adiens de morte rediens
ad celum abiens. Erit etiam iterum de celo veniens et gloria
potiens. Iste sunt enim xii revolutiones scilicet misterie quibus personaliter
stetit cum homine. Dicens illud Eccl. xxiv. Gyrum celi circuivi solus et in
omnibus ubicumque ambulasti. Est igitur deus cum hominibus materialiter
naturam induens et iste modus essendi notatur in litera cum dicitur
Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Corpus enim assumptum
vocatur tabernaculum quod scilicet per nativitatem fuit erectum
per mortem deiectum in sepulcro prostratum et iterum per resurrectionem
extentum nunquam tamen a deo depositum vel dimissum. Ps. Tabernaculum
eius in tempore et sole dico. Est deus cum hominibus
sacramentaliter velatus. Secundo scilicet in sacramento altaris deus est
nobiscum sub aliena figura et sub operculo accidentium. Quod notatur
cum dicitur habitabit cum illis. Scilicet in sacramento. Oculus enim corporeus
solem aspicere vel videre nequiret nisi ipsum nubes vel umbraculum
operiret. Sic corpus Christi gloriosum et inestimabili claritate plenum oculus
nostris videri nequiret nisi ipsum aliena figura vestiret. Et ideo se
voluit sub specie panis occultare ut posset nobiscum esse ad finem seculi habitare

Nemine vii habitabo vobiscum in loco isto Math ultimo Ecce ego vo/
biscum sum omnibus diebus etc Tercio dico quod deus est cum hominibus
spiritualiter per gratie lumine seu infusionem quod ostenditur cum dicitur Et ipsi
populus eius erunt Deus enim quando nobiscum est gratiam infundendo
facit nos populum suum esse ps Nos autem populus eius etc Sic enim
sol statim intrat per fenestram cum aperitur et obstaculum amo:
vetur se quod totum exhibet patentem per radios quos infundit Sic
deus statim postquam obstaculum peccati tollis fenestram quod voluntati:
tem cordis aperis paratus est subintrare radios sue gratie infunde
re et te per gratiam illustrare et tecum spiritualiter habitare Dicens illud
supra 3o Ego sto ad ostium et pulso Si quis audierit vocem mea
et aperuerit ianuam intrabo ad eum et cenabo cum illo et
ille mecum Unde de ista spirituali societate dei que nos facit suum
populum esse ut dici in persona ipsius illud Ozee 2o Dicam non
populo meo populus meus es tu Deus ergo per gratiam est cum
hominibus tanquam auxiliator fortissimus consiliator certissimus
illuminator clarissimus purificator mundissimus pacificator suavissimus
liberator tutissimus et consolator certissimus Et breviter cum deus
est per gratiam in homine facit ei cuncta bona Nam ad modum
saphiri lapidis preciosi discordes pacificat ardorem temptacionum
temperat sanguinem carnalitatis stringit venenis maliciarum et invidi:
arum obviat leticiam spiritualem generat carcerem obstinacionis reserat
et vincula male consuetudinis scissat Et sic hominem a pluribus liberat
atque sanat Sap vii Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa
scilicet dei gratia vel sapientia increata et innumerabilis honestas per manus
illius Quarto dico quod deus est cum hominibus specialiter per
glorie collacionem quod ostenditur cum dicitur Et ipse deus cum eis
erit eorum deus Cum eis enim est deus in patria dans pacem que
non perturbatur 1 Reg xx Vadas in pace et sit deus tecum dans
requiem que non molestatur 2 Reg 19 Veni mecum ut requiescas
securus in Ierusalem dans gloriam que non minoratur ps Cum gloria
suscepisti me Et leticiam que non consistatur ps Implebis me leticia
cum vultu tuo delectaciones in dextera tua usque in finem Tunc
ibi Et absterget deus etc posita affluencia omnis boni ex presencia
divinitatis et humanitatis christi Tunc declaratur autentica confirmacio glorie ...
amocio seu carencia omnis mali cum dicitur Et absterget deus
omnem lacrimam ab oculis eorum Hec verba secundum augustinum et haymonem
Non ad presentem vitam lacrimis et luctu plenam pertinet secundum illud
psalmiste lacrimis meis stratum meum rigabo Et alibi fuerunt mihi lacri:
me mee panes die ac nocte Sed ad futuram supernam civitatem
et immortalitatem ac eternitatem sanctorum In qua omnis luctus aufertur
a fidelibus et perpetuum gaudium possidebitur Iuxta illud Math v
Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur Intuendum autem secundum haymonem
quid sit quod omnem lacrimam ab oculis eorum dicit auferendam cum
videretur potuisse sufficere si dixisset absterget lacrimam ab oculis eorum
Sed secundum eundem quia diverse sunt qualitates lacrimarum quibus
in hac vita affliguntur electi Quandoque scilicet propter timorem torme:
torum ne vero merito iniquitatis sue penis eternis tradantur
Aliquando vero propter amorem et consorcium civium supernorum Postquam enim
veniam peccatorum consecuntur iterum incipiunt flere Non iam quod timent
dampnari Sed quod differuntur a regno secundum illud psalmiste Heu mihi quia

inviolatus meus etc. Neque vero deplorant aliorum peccata sicut Samuel
deflevit Saul, eo quod penituisset dominum quod constituerit eum regem
super Israhel, 1 Reg. xv. Et sicut paulus deflebat chorinthios
qui post fornicationem et ydolatriam penitenciam non egerunt, 2 Cor. 12.
Omnem ergo lacrimam ab oculis electorum deus absterget, quia neque
timore penarum cruciabuntur, neque eum differentur a regno quod
principaliter possidebunt. Neque etiam aliorum peccata deflebunt, quia
iusto dei iudicio reprobis condempnatis nullus deinceps peccare pote-
rit. Ysaye 25: Auferet deus omnem lacrimam ab omni facie. Vel
omnem lacrimam, id est omnem causam lacrimandi amovebit ab eis, hoc
est omnem miseriam culpe et pene que est causa lacrimandi, quia ibi nec
aliqua pena nec culpa nec miseria poterit esse. Subditur: Et mors
non erit ultra, ubi removetur omnis causa lacrimandi a sanctis.
Quia aut est lacrima pro necessitate moriendi, que removetur cum
dicitur: Et mors non erit ultra. Aut pro amissione carorum et
miseriis aliorum, que removetur cum dicitur: Neque luctus. Aut pro
inquietudine anime et corporis, que removetur cum dicitur: Neque clamor.
Aut pro penis corporis, que removetur cum dicitur: Neque dolor erit
ultra. Dicit ergo quantum ad primum: Et mors non erit ultra, quia nulla
corporis anime que separacio. Iuxta Richardum, 1 Cor. xv: Absorpta est
mors in victoria. Postquam enim a mortuis resurreximus, in electis
iam mors non erit neque corporis neque anime. Nam primus homo ea
lege conditus erat in paradiso, ut si non peccasset immortalis permansisset
et completo numero electorum ab illo paradiso terreno absque mortis
interventu translatus fuisset ad patriam celestem. Si vero peccasset
mori potuisset, ymmo necessitatem moriendi habuisset. Que mors
quam per peccatum incurrit destructa est per dominum mortem
ideo quia locum in electis non habebit, postquam ad vitam resurgent
tales effecti ut deinceps neque mori neque peccare poterint.
Ysaye 25: Precipitabit deus mortem in sempiternum. Neque luctus
scilicet erit ultra in illa superna civitate, quia nulla causa lugendi erit ibi.
Qui quidem luctus ut dictum est supra multis modis fit in presenti
vel quia nulla carorum amissio. Nam iuxta Augustinum libro 1 de
sermone domini in monte: luctus est luctus est de carorum amissione.
Neque clamor scilicet erit ultra ibi, quia nulla erit ibi interior illa cum
aliquo spiritus et carnis inquietacio. Iuxta glossam: vel prave sugge-
stionis querela. Iuxta Hayonem: priusquam enim peccaret homo
in magna quiete erat, omnia quia membra sibi subiecta, nec ullo
repugnantia in aliquo possidebat. Sed postquam peccavit, statim clamorem
prave suggestionis contra se exurgere sensit, videns quod inobediencia accepit
effectum quod est dei iusto iudicio, ut qui noluit esse subiectus deo
non posset habere membra sibi subiecta. Hunc clamorem dampnosum
omnes sustinemus, quo laborare se ostendit apostolus dicens ad Rom. vii:
Video aliam legem in membris repugnantem legi mentis mee etc.
Et exclamat: Infelix etc. Semper enim fit hic clamor quia semper
caro spiritui resistit. Glossa vero: Sed cum corruptibile hoc induerit
incorrupcionem et mortale hoc induerit immortalitatem, cessabit cla-
mor tumultuari cordium electorum, qui eos in hac vita quiescere non
sinebat. Ysaye 65: Non audietur ultra vox fletus et vox clamoris

Neque dolor erit ultra scilicet de aliquo amisso secundum Richardum. Vel quia ibi nichil erit mali, de cuius presentia est dolor. Vel quia calor electorum non cruciabit ultra spiritualibus et punitionibus peccatorum, pro quibus decant dolere. Que prima scilicet ista quatuor predicta abierunt, id est preterierunt. Unde haymo: quia in presenti seculo et in ecclesia militante que dicitur terrestris ierusalem, ista omnia sustinent sancti et sustinebunt usque ad diem iudicii. Sed cum innovata fuerint celum et terra, tunc et electi innovabuntur et nequaquam pristinas passiones sustinebunt. Vel sic: Que prima, id est prius in hoc mundo habita, abierunt scilicet cum reprobis in infernum, ubi est omnibus causa lugendi lacrimandi clamandi et dolendi ex habundantia malorum et suppliciorum. Sed in illam ierusalem supernam celestem scilicet terram triumphantem nulla causa luctus poterit intrare, quia tunc fiet affluentia gaudiorum et omnium bonorum, quod etiam intrare vel molestias presentis vite tradentur oblivioni, secundum quod sunt ea luctus. Unde Ysaie lxv: Oblivioni tradite sunt angustie priores, et non erunt in memoria priora et non ascendent super cor, sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum etc. Vel secundum glossam: Que prima, id est quia ea que sunt facta, hoc est antecedentia ad ista et ea eorum scilicet predicta, abierunt, id est preterierunt. Vel dicitur: Que prima abierunt, quia predicta precedunt ad gloriam sicut via ad terminum. Actuum xiiii: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Luce ultimo: Nonne sic oportuit pati christum et ita intrare in gloriam suam. Per hanc viam incesserunt omnes sancti, etiam mater domini, quam super omnia diligebat. Dominus: Nemo delicatus est miles si vis hic gaudere in mundo et in fine regnare cum christo. Removet igitur in hac littera beatus Johannes quinque mala a patria, per que tamen intelliguntur omnia mala spiritualia: labor infirmitas violentia indigentia etc. Unde dicit Augustinus libro de contemplatione christi capitulo 26: Consideremus militiam urbis superne felicitatem inquantum considerare possibile est et dicamus cum propheta: Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Sicut letantium omnium habitatio est in te. Fundatur enim in exultatione universe terre. Non est in te senectus nec senectutis miseria. Non est in te mancus neque claudus neque gibbosus neque deformis, sed omnes occurrent in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. Et subdit: Quid hac vita beatius, ubi non est paupertatis metus, nec egritudinis imbecillitas. Nemo irascitur, nemo leditur, nemo invidet, nulla cupiditas exardescit, nullum cibi desiderium, nulla potestatis vel honoris pulsat ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidie demonum nulle, terror gehenne procul. Ibi non est mors corporis nec anime, sed immortalitatis vita. Nulla unquam ibi discordia, sed cuncta consona, cuncta convenientia, quia sanctorum omnium una est concordia. Pax et leticia cuncta continet, omnia tranquilla sunt et quieta. Ut quod idem Augustinus libro de nono cantico circa finem admonet dicens: Festinate ad illam patriam, cuius cives angeli sunt, cuius templum deus, cuius splendor filius, cuius caritas spiritus sanctus. Civitas sancta, civitas beata, civitas ubi nullus perit amicus, quo nullus admittitur inimicus. Civitas ubi nullus moritur, quia nullus oritur, nullus infirmatur, quia incorrupta salute letatur. Cum illuc venerimus non ibi esuriemus aut sitiemus, visio ipsa nostra satietas erit. Non ibi dormiemus

XXI

Non ibi laborabimus nulla ibi cingulum rei nec ulla coactio ubi nulla erit defectio vivemus requiescemus et delectabimur. Et subdit si tamen delectat tum de ea loquimur quid erit et videre vide deum vivere tum deo. Vita enim nostra erit laudare deum et sine defectu eum amare. Beati enim ait psalmista qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Et ideo libro de spiritu habitaculo dicit idem Augustinus Christi vestigia sequimur donec post eum eamus via ad urbem regnum premium in qua ipse regit. De qua urbe quidam homo dixit quasi stilla de mari est vel quasi scintilla de foco. In qua vero urbe fulgebunt iusti sicut sol ut dominus ait. Ubi summa pax erit et summa quies. Nullus labor nullus dolor nulla paupertas nec senectus nec ulla morbus nec ulla nox nullum ibi desiderium nullum sitis incendium sed cibus et potus omnium visio Christi et sancte trinitatis et contemplatio puro cordis oculo ipsius divinitatis et assidua lectio ut ita dicam libri vite id est eterne veritatis et summe sapientie et verbi dei quod est visio Ihesu Christi. Et dicit beatus Augustinus xx libro de civitate dei capitulo xi. Licet in hoc libro cuius nomen est apocalipsis obscura multa dicuntur ut mentem legentis exerceant et pauca in eo sunt ex quorum manifestatione indagentur cetera cum labore maximo quia sic eadem multis modis repetit ut alia et alia dicere videatur cum aliter atque aliter hoc ipsa dicere investigetur. Verum in hiis verbis absterget deus omnem lacrimam et cetera tanta luce dicta sunt de futuro seculo et immortalitate atque eternitate sanctorum. Tunc enim solum atque ibi solum ista non erunt. Ut nulla dicimus in litteris sacris querere vel legere manifesta si hec putaverimus obscura. Atque igitur ex dictis et nunc predictis malis sancti purgantur qui ad beatitudinem preparantur quia in gloria predicta affluentur et affluentia bonorum saturabuntur. Ysaias vii. Non esurient neque sitient et neque cadet super illos sol neque ullus estus quia agnus dei qui in medio throni est reget eos et deducet eos ad vite fontes aquarum.

Et dixit qui sedebat in throno ecce nova facio omnia. Et dixit michi scribe quia hec verba fidelissima sunt et vera. Et dixit michi factum est. Ego sum alpha et o initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vive gratis. Qui vicerit possidebit hec et ero illi deus et ipse erit michi filius. Timidis autem et incredulis et execratis et homicidis et fornicatoribus et veneficis et ydolatris et omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulfure quod est mors secunda. Hic ergo ponitur testificatio a sedente in throno. Et dividitur in quinque. Primo ponitur de innovatione mundi testimonium confirmatio. Secundo ad credendum et ad continuandum aliis exhortatio ibi et dixit michi scribe et cetera. Tertio cor quibus tribuenda est gloria specificatio ibi ego sitienti dabo et cetera. Quarto discredentium dampnatorum assertio ibi timidis autem et cetera. Quintum ad primum dicit et dixit qui sedebat in throno. Ut ut ait Richardus non solum thronus id est sedium cetus in quo deus residendo regit

Sz et ipa celestis ciuitas scilicet deus trinus et vnus huius rei te-
stimonium clamat vii. ps Sedisti sup thronu qui iudicas iusti-
ciam Ecce scilicet in euidencia Noua facio omnia, scilicet per innovacionem
elementorum et glorificacionem beatorum ysaie vltimo Sicut celi noui
et terra noua que ego facio stare coram me, dicit dominus Sic
stabit semen vestrum &c. Sed queritur qualiter ait Ecce noua facio
omnia, quia solum accendetur ignis conflagracionis quantum ascendit aqua
diluuij licet ex dictis. Non ergo faciet omnia noua Secundo innouacio
est quedam alteracio sed impossibile est totum mundum alterari quia nullum
est alterans vniuersale totius mundi. ergo impossibile est eum omnia
innouari Tercio dicitur Gen. i. Et deus requieuit a omnibus
operibus faciendis ergo non faciet amplius noua, Quarto ista disposicio
rerum que nunc est, vniuerso est naturalis ergo altera erit accidentalis
et innaturalis Sed huiusmodi innaturalia non sunt perpetua. ergo non du-
rabit perpetuo Quinto innouacio glorie, est premium innouacionis
gracie. Sed non omnia sunt susceptibilia innouacionis per graciam, ergo nec
per gloriam, Sexto dicitur Eccles. primo Quid est quod fuit ipsum quod futu-
rum est Nichil enim nouum sub sole. ergo nulla fiet innouacio
rerum Respondeo dicendum quod mundus totus sensibilis factus est ad vsum
creature racionalis humane, Vt quia non potest in carne constitutus oculis
deum videre per speciem propriam diuinam videat eum quasi in speculo
per speciem creature In statu vero futuro, multo amplius erit
dei cognicio quam modo ideo speculum oportet meliorari et purgari vt
amplius resplendeat, et videbitur per res creatas in speculo creaturarum
Ista quidem visio, non erit ad necessitatem scilicet quod aliter videri non
possit sicut est modo Sed ad voluptatem scilicet ut delectacionem visionis intelle-
ctualis, addatur delectacio visionis sensualis, Ad primum ergo dicendum
scilicet de igne quod duplex erit innouacio Vna per vetustatem et feditatem
deposicionem Et hec erit per ignem conflagracionis Alia erit per sola
innouacionem et melioracionem Et hec erit in corporibus superioribus ysaie 30
Erit lux lune sicut lux solis, Et lux solis septempliciter Purgacio
ergo erit inferiorum que sunt impura fiet per ignem Sed inno-
uacio, per collacionem noue forme, non quia nichil agit vltra suam speciem
Vnde inter purgacionem et innouacionem erit triplex differencia, Prima quia pur-
gacio, erit per aliquam qualitatem in elementis debitis Sed innouacio erit
pulchrioris forme induccio in toto vniuerso vt quidam dicunt omnis
Vnde beatus thomas super 4° di. 48 in fine dicit Et terra erit
in superficie exteriori peruia sicut vitrum Aqua sicut cristallus Aer
vt celum et ignis sicut splendidus vt celi luminaria, Corpora vero
celestia, maiori quam nunc claritate vestientur, Secunda differencia Quia purgacio
elementorum Erit mutacio ab impuritate quam habuerunt ad pu-
ritatem Innouacio vero Erit commutacio a statu celorum veteri ad sta-
tum nouum. Et hec per cessacionem a motu In celis, in quibus propter imper-
mixtionem nulla est impuritas Et ideo celi non purgabuntur ab
igne Sed erit in eis cessacio motus Tercia a motu imperfeccionem habebunt
Sic autem purgabuntur elementa, quia ab igne precidetur vis,
combustiua, ab aere obscuritas, ab aqua glacialis frigiditas, a terra
in exteriore superficie pondere obscuritas, et opacitas Sed remanebit

in ea densitas retinebunt et elementa qualitates suas. secundum habitum non secundum
actum. hoc est ignis habebit caliditatem et siccitatem. aer caliditatem
et humiditatem. aqua frigiditatem et humiditatem. terra frigiditatem et siccitatem
Sed iste qualitates elementorum non erunt tunc active et passive inter se
quia tunc cessabit motus celi qui est principium totius actionis alterationis
et transmutationis. Ad secundum de alteratione dicendum quod alteratio naturalis
cessabit alterius nature sed illa erit supernaturalis. Ad tertium sed ad illud Gen. i
dicendum quod duo requirunt a nobis (?) ... que non profuerunt vel
in se vel in alio suo simili. modo illa forma glorie profuit in simili. quamvis
similitudo non sit glorie sed nec claritas. nam que superaddetur luminaribus
erit huic similis. proprietates autem que dabuntur corporibus glorificatis
erunt similes proprietatibus spiritualibus. Ad quartum de dispositione naturali
dicendum quamvis hec dispositio sit naturalis illa tamen non erit tunc natura
sed super data ab agente supernaturali perpetuo. post quod perpetua esse potuit
Ad quintum de primo innovacionis dicendum quod illa innovacio non erit
in primum mundi maioris sed minoris id est hominis qui eam meruit. Ad
sextum scilicet tertius (?) dicendum quod loquitur secundum statum naturalem qui nunc
est non secundum supernaturalem qui perfecta erit. hec petrus de tharantasia
super quarto di. xlviii. Et subditur exhortatio ad credendum et ad
denunciandum aliis que visa sunt et revelata. precipitur enim Johanni
ut predicta visa scribat ad sequentium utilitatem. Et ostenditur ro quare
sunt scribenda. quia scilicet vera sunt et fide digna. Dicit ergo sic. Et dixit
mihi scilicet sedens in throno Scribe scilicet primo in corde tuo. deinde
in codice literis commenda sed que vidisti et audisti. ut ad noticiam
et utilitatem perveniat posterorum Et subditur ro quare sunt scribenda
cum dicitur Quia verba scilicet que ab inicio istius libri tibi
sunt dicta vel omnia et singula ea que vidisti et audisti de mundi
innovacione et sanctorum glorificacione fidelissima sunt quia fideliter
futura pronunciant et infallibiliter complebuntur que promittunt. spes
fidelis dominus in omnibus verbis suis Et vera. quia a deo vero processerunt
Num. 23. non est deus ut homo ut mentiatur Verba enim
dei non transibunt Math. 24. dixit ... et facta sunt aut preterita ... fut
precursio simile. Sed queritur Quare non dixit fidelissima et
verissima sunt. dicendum quod dicit fidelissima per comparacionem ad nos
respectu quorum potest fieri comparacio Sed vera dicit per comparacionem ad deum
in quo non cadit comparacio. Et sic quandoque dicitur aliquid alio
verius. hoc est rei veritate. Sunt autem hec verba dicta fidelia. quia
testimonio Johannis sunt confirmata. fideliora. quia additum est testimonium
sanctorum patrum. fidelissima quia submissum est testimonium christi
dicit ergo dicet ego ... in cordibus in memoria ... que loquuntur
que de tota fidei summa. de tota spei fiducia proferuntur inquit
Haymo Et hoc confirmat rursum subditur. Et dixit mihi scilicet idem
qui prius Factum est id est consummatum est numerus electorum. vel omnia
completa sunt que fuerunt predicta. Quia nam hec omnia que superius
dicta sunt de remuneracione iustorum et de dampnacione reproborum
tempore suo procerto complebuntur. ideo quasi iam facta sint. Cum potestate
dei voce firmantur. ut ergo prescientia omnia futura presencialiter existunt
inquit Hayno. dicit ergo Factum est id est certitudinaliter et sine dubitacione fiet

quicquid predictum est Ysaie v° Iota unum aut unus apex non pre-
teribit a lege donec omnia fiant Et hoc ideo quia ipse est principium
et finis omnium. Et ideo subdit Ego sum alpha et o. Alpha est
prima litera greca, o ultima, per quod designatur, quod deus est primum
effectivum a quo omnia producuntur, et finis in quem omnia ordinantur
quasi diceret, sicut omnia per me habent originem, ita et per me
habent consummacionem. Ego excitabo [illegible]. Ego inveterata renovam
Ego feci et ego referam inquit Richardus super [illegible] quod hic
et idem est primus. Non quod inicium habeat in tempore vel fine, sed
quia ab ipso cuncta sumpserunt inicium, et in ipso recipient terminum
Item ipse deus ante tempora, et ipse homo in fine seculorum
inquit Hayno, qui si potuit omnia creare, potest renovare
absolute. Tunc ibi Ego sitienti etc. Subditur specificacio eorum
quibus danda est beatitudo Ut enim ait Richardus super [illegible] expressit
et dignificacionem misteriorum. Hic autem invitat auditores ad iocundi-
tatem dicens, Ego cui subest posse velle et nosse Sap. xij°
Sicienti i. debito modo desideranti iusticiam Beati enim qui esu-
riunt et siciunt iusticiam Math. v° dabo de fonte aque vive
i. de me ipso qui sum fons aque vive Eccli. i. Fons sapiencie
verbum dei in excelsis Johannis iiij Qui biberit ex aqua quam ego
dabo ei, non siciet in eternum, sed fiet in eo fons aque salientis
i. salire facientis in vitam eternam Ps. Quoniam apud te est
fons vite. Sicientibus quod deus seipsum dabit in remuneratorem quorum
[illegible] contemplacione erit refectio [illegible] satietatis De quo fonte
potari saciari desiderans inquit Sitivit anima mea ad deum fontem
vivum. De quo fonte qui biberit vitam habebit. Nam habendo
deum habebit vitam eternam que est deus Unde dicit Johannes xvij°
Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem
misisti Jhesum Christum Dabo inquit gratis Sed queritur qualiter hoc
tum hic loquitur de premio glorie quod redditur meritis ij ad Thy. iiij°
In reliquo reposita est michi corona iusticie quam reddet michi iustus
iudex Math. xvj unicuique reddet secundum opera sua. Ergo non gratis. Dicendum quod licet
habentes graciam mereantur de condigno vitam eternam, tamen ipsa gracia
per quam opera fiunt meritoria de condigno gratis datur. Alioquin
gracia non esset gracia. Ut dicit apostolus ad Ro. xj. Unde Augustinus
libro de gracia et libero arbitrio Respiciendo primam graciam qua
homo meretur, tunc vita eterna dicitur dei gracia ad Ro. vj°
Gracia dei vita eterna Quia homo ex suis naturalibus cum exclu-
sione gracie non potest consequi vitam eternam Respiciendo vero opera
meritoria ex cooperacione liberi arbitrii dicitur esse debitum
sive merces Vel dicitur esse vita eterna gratis data, quia supra
meritum reddet deus mercedem Luce vj° mensuram bonam et
supereffluentem dabunt in sinum vestrum Ad cuius evidenciam sciendum
quod gracia dicitur generaliter specialiter et proprie Generaliter gracia dicitur
adiutorium divinum creature liberaliter et gratis impensum et indi-
ferenter ad quemcumque actum Et sine hoc adiutorio gracie non possunt
aliquid efficere nec in esse durare Jacobus quia cum deus omnipotens
sua utilitate et benignissima largitate omnem creaturam suam de nichilo

produxerit in esse, ac per hoc creatura habeat de se non esse
totum, aut esse habeat aliunde sit facta fuit, ut ipsa pro sua
defectibilitate semper suo principio indigeret, et primum principium
pro sua bonitate influere non cessaret. Cum ergo spiritus racional(is)
hoc ipso quod de nihilo sit, est in se defectivus, et quia defectivus
est, de se tendit in non esse, hinc est quod ad hoc quod salvetur
in esse, cum sit defectivus, indiget semper adiutorio divine potentie
manutenente et influente, per quam manuteneatur in esse.
Gregorii xvi moralium. Que quamvis sit universalis in omnibus creaturis
nominatur tamen nomine gratie, quia non procedit ex debito, sed ex libe-
ralitate bonitatis divine. Specialis vero gratia dicitur adiutorium
divinitus datum ut quis se preparet ad [illegible] donum [illegible]
quo perveniat ad meriti statum. Et talis dicitur gratia gratis data
et sine hac nullus sufficeret facere quod in se est ut se prepararet
ad salutem. Ratio quia spiritus racionalis hoc ipso quod est natura
limitata et creata, est in se curvus, amans privatum bonum
ideo per se non consurgit ad rectitudinem perverse iustitie, hinc
est quod ad hoc quod se preparet ad donum superne gratie cum sit cur-
vus indiget dono alterius gratie gratis date, maxime post naturam
lapsam, per quam habilis efficitur ad bona moralia, que
sunt bona ex circumstantia, que nullo modo possunt dici bona
nisi procedant ex intentione recta, videlicet quod non propter nos sed propter
summum bonum fiant, ad quod non assurgit spiritus ut curvus
nisi preveniatur a deo per aliquam gratiam gratis datam. Spe-
cialis vero gratia dicitur adiutorium datum divinitus ad merendum, quod
quidem dicitur donum gratie gratum facientis sine quo nullus potest
mereri nec in bono proficere nec ad salutem eternam pervenire.
Ipsa enim tamquam radix merendi omnia merita antecedit, propter quod dicit
Augustinus quod prevenit voluntatem ut velit, subsequitur autem ne
frustra velit. Unde ipsam nullus mereri potest merito condigni. Sed ipsa
gratia meretur augeri in via adeo ut aucta mereatur et perfici
in patria et gloria sempiterna ab ipso deo, cuius est gratiam infun-
dere augere et perficere secundum cooperationem voluntatis nostre et secundum
propositum seu beneplacitum predestinationis eterne. Ratio quia spiritus
racionalis hoc ipso quod totus est a deo, totaliter est deo obnoxius
et quia deus bonis eius non indiget, ideo nihil potest facere de se et
propria virtute, propter quod deum sibi constituat debitorem, et ma-
xime mercedis eterne que deus est, nisi per divinam condescensionem.
Hinc est quod ad hoc quod faciat opera meritoria mercedis eterne
cum sit deo totaliter obnoxius et debitor sui totius, indiget
dono gratie gratum facientis, per quam deus sibi condescendat, prius
acceptans creaturam suam et voluntatem, quia operatur ex ipsa ma-
natem, quia cum tam nobilior sit effectu, nullus potest se facere
meliorem, nec opus deo placens potest facere, nisi prius placeat ipse
ut deus respiciat ad ipsum prius quam ad munera eius. Et ideo omnis
radix merendi consistit in gratia gratum faciente, cuius est facere
hominem deo dignum, propter quod nullus potest eam mereri merito condigni.

Sz solum merito congrui quod si homo constitutus in puris naturalibus posset
mereri de condigno gratiam gratumfacientem tunc per talem gratiam
homo sufficienter consequeretur vitam eternam que est finis simpliciter supernaturalis
tunc ex puris naturalibus posset aliquis consequi ultimum supernaturalem
et per consequens finis supernaturalis non esset supernaturalis quod implicat Et cum
omne meritum nostrum tollit mutilatio gratie Nam secundum Augustinum quod
est meritum ante gratiam cum omne bonum nostrum in nobis non fa:
ciat nisi gratia Iuxta quod eam mereri non possumus de condigno
alias enim gratia esset debitum absolute et per consequens gratia non esset
gratia Quamvis autem nullus ut dictum est possit eam mereri merito
condigni propter tamen merito congrui quod congruum esse videtur Ut misericors
pater vagabundum filium qui cum abierit in regionem longinquam variis
se generibus peccatorum involuens redeuntem in gremium paterni
dominatus cum pietate suscipiat et erratum corrigere volenti
gratiam largiatur Sed deus est pater misericordiarum ymo secundum apostolum secunda Cor. i.
pater misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni
tribulacione nostra peccator autem faciens totum quod in se est assimulatur
filio prodigo dicenti Surgam et vadam ad patrem meum et dicam
pater peccavi in celum etc. secundum quod habetur in parabola eiusdem Luce
xv Unde si faceret totum quod in se est etiam si paganus exi:
steret deus nunquam dimittet quin veritatem sue fidei sibi pan:
deret et infunderet gratiam preparanti Quod bene apparuit in
Cornelio Act x ad quem deus miraculose misit apostolum Petrum
Modus autem redeundi seu gratiam inveniendi quibus in predicta pa:
rabola est satis expressus Et tamen dici quod primo deus per gratiam
prevenientem admonet per quosdam spirituales instinctus ipsum
peccatorem Qua recepta peccator incipit reatum suum cogno:
scere et equalem habere displicentiam peccatorum Talibus vero admoni:
tionibus deus stat ad ostium et pulsat petens a nobis nostram
conversionem Et quia non possumus ex nobis ipsis converti ergo cla:
mare debemus ad eum illud Trenorum ultimo Converte nos domine
ad te et convertemur Ad quod respondet deus illud Zach. i Convertimini
ad me et ego convertar ad vos i. sequimini admonicionem meam
faciendo quod in vobis est et ego convertar ad vos conferendo vobis
gratiam meam Ipsa autem gratia habita meretur sui ipsius augmentum
in statu vie per bonum usum eius merito condigni Sed Nam cum solus
deus sit ipsius gratie fontale principium influendi Ipse solus est primum
augmentandi per modum infundentis et gratia per modum meriti et
dignitatis et liberum arbitrium per modum cooperantis et merentis
pro eo quod liberum arbitrium cooperatur gratie et secundum quod est gratie
meretur sibi facit Et ideo non tantum liberum arbitrium per gratiam meretur
augmentum gratie in statu vie merito condigni Verum etiam complemen:
tum in statu patrie merito digni Et hoc primo propter sublimitatem
doni sancti spiritus in merito cooperantis Secundo propter veritatem
dei promittentis Tercio propter utilitatem liberi arbitrii consentientis
et finaliter perseverantis Quarto propter difficultatem status merendi Ter

ꝑt difficultatem et nostri capitis inveniemus quod dicitur glossa cum sub
meditatione tum enim propter liberalitatem dei retribuentis
quem non decet parva retribuere pro obsequium sibi fideliter
observantibus tum propter nobilitatem operis quod ex caritate procedit
quod tantum ponderat in conspectu videntis quantum amor ex quo
procedit qui deum incomparabiliter preponit omnibus creaturis Et ideo
non sufficienter et competenter potest nisi in deo et summo bono
remunerari Ex quibus omnibus tamquam ex septem rombus
gloriam et vitam eternam iusto non tamen ygri(?) sed cum condignum
facit mereri gratia septiformis Sic ergo patet quod opus meritum nostrum
ut a nobis est absolute loquendo non est condignum vite eterne
tamen ut gratia sancti spiritus informatum per caritatem operante spiritu sancto
et nobis cooperantibus est coniunctum et aliis concurrentibus
Sic capit quandam condignitatem rei vite eterne ratione cuius
de iusticia et de condigno nobis redditur eterna vita quia quamvis
servimus ut servimus non potest ex condigno et iusticia deum suum
facere debitorem tamen servus factus liber potest de condigno mereri
apud dominum Sed homo informatus gratia dei constitutus est in li-
bertate spirituali quia ubi spiritus dei ibi libertas ut ait apostolus
2 Cor 3 Et salvator Iohannis viii° Si filius vos liberavit vere
liberi eritis ergo ut sic homo potest ab ipso bonorum largitore
mereri de condigno vitam eternam Et istud videtur esse intentio apostoli
2 Thi 4 ut supra allegatum est Sic ergo respiciendo ad primam
radicem tunc totum quod recipimus a deo ex sua liberali-
tate consequimur sive sit gratia sive gloria sive bonum corporale
sive spirituale quia quod nos a servitute liberat et liberos facit ex
sua liberalitate provenit Sed postquam nos liberos fecit et virtute spiritus sancti
dedit qui est spiritus libertatis possumus aliquo de pia iusticia
ipsum debitorem constituere et habet ex suo liberali promisso Omne
enim promissum cadit in debitum Sed ipse deus supra promisit et
qui fidelis fuerit usque ad mortem coronam vite reddetur et epistola Iacobi
primo Cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus
diligentibus se Sed hic requiritur cooperatio liberi arbitrii ipsi gratie
coniunctim facientibus secundo quantum subditur in litera Cum vicerit sed hostem
antiquum carnem et mundum vel carnalia temptamenta carnis carentia(?)
tua et pravorum hominum adversitates possidebit firmiter et
immobiliter habebit hec scilicet que superius dicta sunt a domino omni-
potentem carnis immortalitatem et incorruptionem possidebit magnam
hereditatem perpetuam dicit autem in plurali ut nominat illa que possidebit
Item Richardus oculus non vidit nec auris audivit nec in
cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se 1 Cor 2°
Que propter immensitatem nequeunt comprehendi propter eternitatem finiri propter
bonitatem estimari ideo non expressit Supra 2° Vincenti edere
de ligno quod est in paradiso dei mei Item dabo manna abscon-
ditum etc Et ero illi deus eterna societas et remunerator
dans illi gloriam Et ipse erit mihi filius scilicet per assimulacionem
perfectam divina credendo in deum efficiuntur fideles filii dei

hic quidem per fidem Iohannis i. dedit eis potestatem filios dei fieri etc.
Illic autem per manifestacionem seu apertam visionem i. Iohannis i. karissimi
nunc filii dei sumus et nondum apparuit quid erimus Scimus
autem quod cum apparuerit similes ei erimus et videbimus eum
sicuti est. Vel hic continuatur ista particula prima superius dixerat
sitienti se daturum de fonte aque vive gratis Ideo ne quis
estimaret quod sufficeret semel sitivisse vel desiderasse. Hic remo-
vet omnes quod oportet in illo desiderio perseverare. quod sola perseverancia co-
ronatur. Mathei x Qui perseveraverit usque in finem hic saluus erit
i. Cor ix Qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus
accipit bravium scilicet perseverans. dicit ergo Qui vicerit scilicet omnes hostes
predictos et in victoria perseveraverit possidebit hec omnia Et ero
illi deus omnia bona illi tribuens Et ipse erit mihi filius amore
casto me amplectens et filialiter meam voluntatem implens. q. d.
Sicut pater amat filium et bona sua illi committit Ita ego diligam
illum et ei committo bona mea Ysaie lvi dabo eis in domo
mea et in muris meis locum et nomen melius filiis et filiabus
Tamen ibi Timidis autem Re posita specificacione eorum quibus
ultimate danda est beatitudo Hic ponit subditur reproborum final
consummacionem seu dampnacionem revelacio qui non desiderant illam innovacionem
Nec laborant ut perveniant ad glorificacionem Et ponit octo ge-
nera malorum quibus infligetur eterna pena Quorum primum
tribus consistit inordinacio actuum interiorum scilicet irascibilis
racionalis et concupiscibilis In sequentibus autem inordinacio actuum
exteriorum scilicet quo ad deum et proximum et quo ad seipsum. dicit ergo
Timidis autem q. d. Vincentibus dabo predicta Timidis autem id est illis
qui timore mundano vel penarum fidem accipere fugiunt seu nolunt
Aut qui fidem acceptam relinquunt luce occasione ad tempus
credunt et in tempore temptacionis recedunt. Unde Haymo Timidos
possumus eos intelligere quibus erat voluntas ut crederent
in Christum Verum videntes diversa tormentorum genera fidelibus parata
timore confusi retrahebant se a fide Christi Quidam autem eciam post fidem
et Christi baptismum vel terroribus compulsi vel blandimentis illecti
timentes penas a fide recedebant hec ille Vel qui timore mun-
dano ad peccata mortalia declinaverit et in eis perseveraverit Et
incredulis scilicet qui futura bona minime credunt et de hac
innovacione desperant scilicet Iudeis Sarracenis et ceteris fidem
katholicam respuentibus Rome v. Quod autem hic factum est per
incredulum Ysaie lxv Expandi manus meas ad populum
incredulum Et execratis id est redeuntibus ad enormia peccata
post eorum condonacionem sicut canis ad vomitum. Vel manifeste more
ecclesiastico excommunicatis secundum Richardum. qui sunt execrati id est
abhominabiles deo et hominibus Virum enim sanguinum et dolosum
abhominabitur dominus In primis scilicet timidis est deordinacio
irascibilis per defectum spei In incredulis est deordinacio ra-
cionalis per defectum fidei In execratis deordinacio concupiscibilis ex defectu
caritatis In sequentibus autem ut tactum est consistit inordinacio
actuum exteriorum. Et primo quo ad proximum cum dicitur Et homicidis

sz facto vel voluntate delibata sz qui vel operibus preceptorum aut similibus
exhortacionem vel voluntatibus pinitare aliquem occidunt 1 Johannis 3
Omnis homicida non habet vitam eternam Et ibidem Omnis qui odit fratrem
suum homicida est Ambrosius Pasce fame morientem si non pavisti
occidisti Eccli 34 Qui aufert in sudore panem quasi in sudore acquisitum
est qui occidit proximum suum Qui effundit sanguinem et qui fraudem
facit mercenario fratres sunt Secundo consistit inordinatus actum
exteriorum quo ad seipsum Et hoc innuitur cum dicitur Et forni-
catoribus et sinetibus immundiciis et vitiis carnis 1 Cor vi
Neque fornicarii regnum dei possidebunt Ibidem Qui fornicatur in corpus
suum peccat Tertio consistit inordinatus actum exteriorum quo ad deum
Et hoc innuitur cum dicitur et veneficis et magis sortilegis vel qui
maliciose venena facto vel verbo vel arte fidelibus infundunt venenum
enim aspidum sub labiis eorum quod est contra dei bonitatem Et ydolatris
et cultum deo debitum creaturis tribuentibus quales sunt qui zeli-
cio vel divinitatis cultu per ydolatriam demonibus se subdunt quod
est contra dei maiestatem 1 Cor x Neque ydolatre efficiamini sicut qui
simulacris hominum mortuorum vel ymaginibus quarumlibet rerum pro deo
veneratur Et omnibus mendacibus sz mendacio pernicioso quales
sunt qui relicta veritatis semita proximos fraudulenter fallunt Sicut Richardus
quod est contra dei veritatem Mendacium autem secundum Augustinum contra
mendacium est falsa vocis significatio cum intencione fallendi Ubi
prosequitur de quibus mendaciis sufficit de quibus dictum est supra 13
Eccli vii Noli velle mentiri omne mendacium Sap 1 Os quod
mentitur occidit animam Propter quod debet omnis qui loquitur mendacium Et ut
dicit hayo Nonnulli putant non esse peccatum si pro veritate vel
iusticia profertur mendacium Sicut legitur factum in egipto de obste-
tricibus que ad pharaonem reverse et interrogate cur vivificaret
parvulos quos iusse fuerant interficere mentite sunt dicentes Non sunt
hebree mulieres sicut egiptie sed ipse habent obstetricandi scienciam
Unde et scriptura refert quod ob eam rem edificavit illis domum
Nunquid ergo peccatum fuit illud mendacium pro quo mercede receperunt
a deo Et dicendum dicentes sunt quia peccatum sed ope misericordie est purgatum
Unde et deus edificavit illis mansiones et multitudine filiorum dedit
eis quia filios aliorum vivificaverunt Similiter legimus et in raab
meretrice factum que nuncios Josue abscondit Josue 2o et inquirentibus
de hiis respondit Fateor quod venerunt ad me sed cum clauderetur
porta et illi exierunt Et quia opus misericordie circa eos exhibuit et eos
a morte liberavit propterea meruit pertingere ad numerum dei regnum
et inter israelitas numerari quia peccatum illud mendacii purgatur opus
misericordie et pietatis peius non fuisset si eos prodidit ad mortem quam quod eos
negavit et mentita est Nunc sane debemus continere nullum
mendacii genus multum rumane quod hic laxatum non fuit pena
aut aliquo ope pietatis Omnium non istorum qui sunt superius enu-
merati pars erit communis retribucio erit in stagno ardenti igne
et sulfure quasi in profunda [illegible] dampnationis in qua sunt sulfur et ignis

Unusquisque tamen pro sue culpe qualitate et quantitate. Quod est morbus
ra[tionis] [corpo]ris et anime, prima enim morbus fit in anima per peccatum
[illegible] aut intelligitur in anima et corpore, de hoc studeque supra 18
et 19 et per hec vicia intelliguntur omnia alia mortalia. De quibus
adhuc clarius videndum. Et primo de timiditate Secundum [illegible] sanctum
Thomam 2 2e q. 125. art. 1. dicit aliquid dicitur esse peccatum in
actibus humanis propter inordinationem. Nam bonum actus humani
consistit in quodam ordine. Est autem hic debitus ordo ut appe
titus regimini rationis subdatur. Racio autem dictat aliqua esse fugi
enda et aliqua esse prosequenda. Et inter fugienda quedam dictat magis
esse fugienda quam alia. Similiter inter prosequenda quedam dictat esse
magis prosequenda quam alia. Et quantum bonum est prosequendum, tantum ma
lum oppositum est fugiendum. Hinc est quod racio dictat quedam bona
magis esse prosequenda quam quedam mala fugienda. Quando ergo
appetitus timendo refugit id quod est secundum rationem fugiendum, tunc
appetitus non est inordinatus nec peccatum. Quando vero appetitus fugit
ea que racio dictat esse sustinenda, ne desistat ab aliis que
magis prosequi debet, timor est inordinatus, et habet rationem peccati.
Hec autem inordinatio timoris, quandoque consistit in solo appetitu
sensitivo non superveniente consensu racionalis appetitus, et sic
non est peccatum mortale sed solum veniale. Quandoque vero huiusmodi
inordinatio timoris pertingit usque ad appetitum racionalem qui
dicitur voluntas que ex libero arbitrio refugit aliquid non
secundum rationem. Et talis inordinatio timoris, quandoque est peccatum mortale
quandoque veniale. Si enim quis propter timorem quo refugit periculum
mortis vel aliud quodcumque malum temporale sic dispositus est ut
faciat aliquid prohibitum vel pretermittat aliquid quod est preceptum
in lege divina talis timor vel timiditas, est peccatum mortale.
De quo intelligitur litera Mat. x. Nolite timere eos qui occi
dunt corpus etc. alioquin erit peccatum veniale. Cum ergo timor
inordinatus habeat rationem peccati inquantum est contra ordinem rationis, Racio
autem iudicat quedam mala esse magis aliis fugienda, magis
est fugienda mors corporalis quam amissio rerum. Unde si quis
propter timorem mortis latronibus aliquid promitteret, aut daret
excusaretur a peccato, quod incurreret si sine causa legitima, pretermisso
bonis quibus esset magis dandum, peccatoribus largiretur. Si autem
aliquis per timorem fugiens mala que sunt secundum rationem minus
fugienda, incurrat mala que secundum rationem sunt magis fugienda
non potest a peccato totaliter excusari, quia talis timor esset inor
dinatus. Sunt autem magis timenda mala anime quam mala
corporis, et mala corporis quam mala rerum exteriorum. Et ideo si
quis incurrat mala ~~anime~~ anime scilicet peccata fugiens mala
corporis puta flagella vel mortem, aut mala rerum exteriorum
puta dampnum pecuniarum, aut si sustineat mala corporis
ut vitet dampnum pecunie, non excusatur totaliter a peccato, di
minuitur tamen aliquo modo eius peccatum quia minus voluntarium
est quod agitur ex timore. Imponitur enim homini quedam necessitas aliquid faciendi

propter imminentem timorem

Unde philosophus ea que fiunt ex timore dicit esse non simpliciter voluntaria
sed mixta ex voluntario et involuntario. De incredulitate
vero secundum eundem doctorem sanctum ubi supra q. x. Et incredulitas
est maximum omnium peccatorum, quia omne peccatum formaliter consistit in
aversione a deo. Unde tanto peccatum a quo est gravius quanto per
ipsum homo magis separatur a deo. Per infidelitatem autem homo
maxime a deo elongatur, quia nec veram cognitionem dei habet, et per
falsam cognitionem ipsius non appropinquat ei sed magis ab eo elon-
gatur. Nec potest esse quod quantum ad aliquid deum cognoscat qui
falsam opinionem de ipso habet, quia illud quod ipse opinatur non est
deus. Unde manifestum est quod peccatum infidelitatis est maius
omnibus peccatis que opponuntur aliis virtutibus theologicis. Unde
Beatus Augustinus exponens illud Johannis xv. Si non venissem
et locutus eis non fuissem peccatum non haberent, ait magnum
quoddam peccatum sub generali nomine vult intelligi. Hoc est
enim peccatum infidelitatis quo tenentur cuncta peccata. Sed tamen tres
sunt in generali species infidelitatis scilicet paganorum sive gen-
tilium, iudeorum et hereticorum. Que illorum sit gravior. Respondeo
quod in infidelitate duo possunt considerari. Quorum unum est comparatio
eius ad fidem. Et ex hac parte gravius aliquis peccat contra
fidem qui renititur fidei quam suscepit, quam qui renititur fidei
nondum suscepte. Sicut gravius peccat qui non implet quod
promisit, quam si non impleat quod nunquam promisit. Et secundum hoc
infidelitas hereticorum qui profitentur fidem evangelii et ei re-
nituntur corrumpentes ipsam, gravius peccant quam iudei qui fidem
evangelii nunquam susceperunt. Sed quia susceperunt eius figuram
in veteri lege quam male interpretantes corrumpunt. Ideo
etiam ipsorum infidelitas est gravius peccatum quam infidelitas
gentilium, qui nullo modo fidem evangelii susceperunt. Aliud quod
in infidelitate consideratur est corruptio eorum que ad fidem
pertinent. Et secundum hoc cum in pluribus errent gentiles quam
iudei, et iudei quam heretici, gravior est infidelitas gentilium quam
iudeorum, et iudeorum quam hereticorum. Nisi forte quorundam
puta manicheorum, qui etiam circa credibilia plus errant quam
gentiles. Harum tamen duarum gravitatum prima preponderat secunde quantum
ad reatum culpe, quia infidelitas habet rationem culpe magis ex hoc
quod renititur fidei, quam ex hoc quod non habet ea que sunt fidei.
Hoc enim videtur magis ad rationem pene pertinere, quia talis igno-
rantia divinorum ex peccato primi parentis est consecuta. Unde
simpliciter loquendo infidelitas hereticorum est pessima. 2 Petri 2o
Melius erat illis non cognoscere viam iustitie, quam post agnitam
retrorsum converti. Sed gentiles non cognoverunt iustitie viam,
iudei vero equaliter, heretici vero magis cognoscentes de-
~~[illegible]~~ seruerunt. Ideo eorum peccatum simpliciter est gravius.
Ex quo sequitur quod infideles pro peccato infidelitatis gravius
puniuntur quam alius peccator pro quocunque alio peccato, considerato
peccati genere. Si vero aliud peccatum puta fornicatio vel homicidium [illegible]

committitur a fideli et ab infideli, ceteris paribus grauius peccat fidelis quam infidelis, tum propter noticiam ueritatis ex fide, tum etiam propter fidei sacramenta quibus est imbutus, quibus peccando contumeliam facit. Ad hebreos x. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauit et sanguinem testamenti pollutum duxit, in quo sanctificatus est. Unde subditur. Et exe-crantis, id est ad enormia peccata descendentibus, per eorum condonationem ut exponit nycolaus lira, id est maledictus excommunicatus, exterius sacerdotes facti. Est enim excommunicatio valde periculosa. Nam in augustinus libro de verbis

xi q iii

apostoli. Simon xxiii. Omnis christianus qui excommunicatur sathane traditur, quare scilicet extra ecclesiam est dyabolus sicut intra ecclesiam christus. Ac per hoc quasi dyabolo traditur, qui ab ecclesie communione remouetur. Unde illos quos apostolus sathane esse traditos predicat, a se esse excommunicatos demonstrat. Et ideo ut dicit super iohannem simon xxvi. Michil sic debet formi-dare christianus quam separari a corpore christi. Si enim separatur a corpore christi, non est membrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem spiritum christi non habet, hic non est eius. Sic inquit apostolus ad Romanos viii. Qui ut dicit ibidem simon xxvii. Quem excommunicat ecclesia in celo excommunicatus ligatur, cum reconciliat ecclesia in celo absoluitur excommunicatus. Non tamen est de aliquo desperandum. Unde dicit libro de correpcione et gracia. Corripiantur a prepositis suis subditi fratres correpcio-nibus de caritate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, uel minoribus uel amplioribus. Quia et ipsa que dampnacio nominatur, quam facit episcopale iudicium, qua pena in ecclesia nulla maior est, potest si deus voluerit in correpcionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die, aut ante finem vite huius de aliquo desperandum est, aut contradici deo potest ne respiciat et det penitenciam et accepto sacrificio spiritus contribulati cordis quam contriti, a reatu quamuis iuste dampnacionis absoluat, dampnatumque ipse non dampnet. Pastoralis tamen necessitas habet ne per plures serpant dira contagia, separare ab omnibus sanis morbidam, ab illo cui nichil est impossibile ipsa forsitan separacione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum numerum quis non pertineat, affici debemus caritatis affectu ut omnes velimus saluos fieri. Hoc quippe fit cum singulos quosque ut occurrerint, cum quibus id agere valeamus, ad hoc conamur adducere ut iustificati ex fide pacem habeant ad deum. Quo vero ordine debeat fieri declarat libro 3o contra epistolam perme-niani dicens. Cum quisquis fratrum, id est christianorum intus in ecclesia societate constitutus in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum scismatis nullum est, atque id cum ea dilectione qua sicut apostolus precepit ut inimicum eum non estimetis sed corripite ut fratrem. Non enim ad eradicandum fit, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouit neque penitendo correxerit, ipse foras exeat et propria voluntate ab ecclesie communione dirimetur. Nam et ipse dominus cum seruis volentibus zizania colligere dixit sinite utraque crescere usque ad messem, sed premisit causam dicens. Ne forte cum vultis colligere zizania simul eradicetis et triticum. Sobi sat ordinem tu meque iste non sufficit.

· xxi ·

ß omnino de fr̃ruinctorum stabilitate certa securitas manet, et qui ita timusque tute notum est et omnibus exercebilibile apparet ut vel nullos prorsus vel tales habeat defensores per quos possit scisma extinguere, non dormiat severitas discipline, in qua tanto est efficacior emendatio pravitatis quanto diligentior conservatio caritatis. Tunc autem hoc sine labe pacis et unitatis et sine lesione fr̃ruinctorum potest tum considerationibus tota multitudo ab eo crimine quod anathematisatur aliena est. Tunc enim adiuvat proposito potius corripientis quam criminosi resistentem, tunc se ab eius conversione salubriter continet ut nec tecum comesse cum eo sinat, non rabie inimica sed coherentione fraterna. Tunc et ille cum timore percutitur et pro pudore sanatur, cum ab universa ecclesia se anathematisatum videns sociam turbam cum qua in delicto suo gaudeat et bonis insultet non potest invenire. De ceteris vero potestatibus huius civitatis, dictum est supra in suis locis; ideo hic brevitatis causa de amplior eorum declaracione supersedeo.

Et venit unus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis et locutus est mecum dicens: Veni ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum. Et ostendit mihi civitatem sanctam Ierusalem descendentem de celo a deo habentem claritatem dei, lumen eius simile lapidi precioso tanquam lapidi iaspidis sicut cristallum.

Premissa elementorum seu mundi innovacione et sanctorum glorificacione sub ditur revelacio de speciosa pulchritudine seu ordinata dispositione civitatis superne vel secundum glosam descripta sanctorum gloria. Hic ostenditur quomodo mirabiliter accipienda. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur civitatis superne seu triumphantis ecclesie quo ad situm et dignitatem ostensio. Secundo affluencie et refectionis civium subiunctio cum premio. Et ostendit michi fluvium etc. Sic distinguit glosa. Prima subdividitur in 3 partes. Primo describitur beati Iohannis ad videndum excitacio. Secundo ut videret expedicio ibi: Et sustulit me in spiritu etc. Tercio promissionis impletio scilicet ipsa visio seu superne civitatis ostensio, ibi: Et ostendit mihi civitatem etc. Quantum ad primum beatus Iohannes describturus hanc civitatem, ostendit unde habuit eius revelacionem, quod forte fecit ideo, ne fictum putaretur quod in sequentibus narravit. Dicit ergo: Et venit scilicet missus a patre luminum unus de septem angelis id est universitas predicatorum, unanimis in fide et ministerio predicacionis. Secundum Richardum. Unde Beda: unus de septem angelis est ordo predicatorum. Iohannes ad quem venit est multitudo auditorum, quibus predicatores pandunt gaudia civitatis superne. Qui dicuntur unus propter unam fidem quam predicant et propter caritatem qua adinvicem coherent secundum illud Actuum 4º: Multitudinis credencium erat cor unum et anima una. Per hoc ergo quod Iohannes dicit Unus de septem angelis venit, innuit quod universitas predicatorum preteritorum presencium et futurorum in hoc concordant quod talis sit dignitas et pulchritudo civitatis superne qualis hic describitur a Iohanne. Septem autem numerus dictum est, nunc

· septenario

vniversitatem designavi. quia omne spiritus tempus septem volvitur diebus. Vel
secundum haymonem unus de septem angelis qui venit ad Iohannem intelligitur
dominus ihesus christus. qui secundum ysaiam. est magni consilii angelus
et paterne voluntatis nuncius. Qui est unus de vii angelis. quia
caput est omnium electorum. et per assumptam humanitatem est eis
genitus in utero virginis. Venit ergo per inspiracionem misterium
quod ubique erat per divinitatis potenciam. haec ille. Et unius revela-
cione vel inspiracionem Iohannes ista cognovit. Secundum sive per unum
de septem angelis intelligatur unanimis universitas predicatorum
sive christus qui est caput eorum. Et hoc est quia cum predicatores lo-
quuntur. christus in eis loquitur. Mathei x Non enim vos estis qui lo-
quimini. Unus ergo de vii angelis id est christus vel ordo predicatorum. et christus
in eis. venit. christus per internam inspiracionem misterium. vel per internam
inspiracionem. predicatores per fidei annunciacionem. Isti ergo angeli
quorum caput est christus. habent phialas id est universas scripturas
plenas septem plagis novissimis id est predicacionibus dulcibus. Et ipsi
sunt plagis duplex predicacione. qua quidam auditorum vulnerantur
ad salutem. quidam autem ad sui penitentiam. Sic expositum est supra
xv et xvi. Dicuntur autem ipse plage novissime dicuntur. quia novissima
hora huius seculi id est ab incarnacione domini usque ad finem mundi
committuntur. Iohannis 2 filioli novissima hora est. vel quia sunt
de penis novissimo tempore infligende. Et locutus est mecum scilicet per
carnis assumpcionem. ad hebreos primo Novissime locutus est nobis in
filio suo. Vel per internam inspiracionem in mente dicens veni scilicet per passus
fidei et amoris secundum haymonem Supra vi. Veni et vide. Vel secundum
glosam id est intellectu amplia ad intellectum. Quod fit cum homo se separat
et abstrahit a tumultu seculi et curis huius mundi ut attencius
intendat dicens. Et ostendam tibi sponsam uxorem agni id est ihesum
supernam. que modo specialiter dicitur uxor agni. quia iungitur ei inseparabiliter
et eternaliter. non sic autem ecclesia militans. que cessabit in fine mundi
sicut imperfectum adveniente perfecto. Et sicut figura adveniente figu-
rato. Sicut enim lex vetus imperfecta fuit figura gracie nove
legis. sic ecclesia militans gracie triumphantis. cuius status
omnino perfectus incipiet in resurreccione generali. Nam extunc
electi separabuntur a reprobis. et erunt in anima et corpore perfecte
beati resurgent enim in corporibus gloriosis. per anime gloria ad
corpora redundante propter quod ita dixit angelus. ostendam tibi
sponsam uxorem agni id est ecclesiam. que licet sit nunc per fidem
tamen sponsa. Et illius perfecta fiet cum venerit ad dei contemplacionem
quia uxor. Nam secundum haymonem ecclesia que nunc est sponsa per fidem
et dileccionem. perfecta erit uxor agni cum pervenerit ad amplexum
sui viri. Supra 19 Venerunt nupcie agni et uxor eius preparavit
se. Vel secundum Richardum ecclesia sponsa dicitur quia christo fide et di-
leccione copulatur. Uxor quia generacione multorum filiorum fecun-
datur. Et subditur ubi Iohannes expedire sive sublimacione
ad videndum circa dicens Et sustulit me in spiritu in montem Su-
stulit id est sursum tulit in spiritu id est in extasi mentis. Unde
secundum haymonem ostenditur manifeste. quia Iohannes non corporeis oculis
hanc intuitus est visionem. sed spiritu. hoc est mentis oculis elevatus
est ad celestia misteria contemplanda. Sequitur vero ferunt in spiritu

Vel hoc dicit ad ostendendum quia tunc non vidit gloriam prout erat in se sed in aliquo eam continente scilicet in civitate quam infra describit. Quam secundum Nicolaum Liram vidit ymaginaria visione sed signatum eius intellexit. Alias non esset visio prophetica. Danielis x. Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum id est in celum empireum secundum eundem, quod secundum sanctos et doctores est locus beatorum et in corporalibus est maximum et secundum situm supremum. Vel in monte id est in eminentiam intelligentie sive cognitionis, ad quam oportet ascendere eum qui vult celestia contemplari secundum Ioachim. Vel per monte potest significari sublimitas status sive perfectionis. Mons enim est eminentia aliarum sursum pyramidalis scilicet in conum tendens in se solidus, divinarum influentiarum susceptivus, qualis est status perfectionis. Deuteronomii x. Ascende in montem. Genesis 19. In monte salvum te fac. Zacharie viii. Mons domini mons sanctificatus. Et ille mons est magnus latitudine caritatis et altus sublimitate contemplationis. Ezechielis 36. Montes Israel ramos vestros expandetis ut germinetis et fructum faciatis. In hunc monte ducit dominus in spiritu. Ysaye 58. Sustollam te super altitudines terre. Abakuk 3. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. Vel secundum Iohannem et glossam mons magnus et altus in quo se dicit Iohannes elevatum intelligitur Christus. De quo dicitur Danielis 2. Quod lapis precisus de monte sine manibus crevit in montem magnum et replevit universam terram. Ipse est de se dicit Mathei v. Non potest civitas abscondi super montem posita. Super hunc quidem montem edificata est civitas id est ecclesia. Mathei xvi. Super hanc petram edificabo ecclesiam. Magnus est mons iste quia totum mundum replet. Ieremie 23. Celum et terram ego impleo. Ysaye 12. Plena est omnis terra gloria eius. Dicitur autem altus quia incomparabilis, vel quia ita est homo ut etiam sit verus deus. Vel magnus in conversatione secundum divinitatem, altus id est eminens in vita secundum humanitatem. Vel magnus potestate, altus incomprehensibilitate. Ad Romanos xi. O altitudo divitiarum etc. Ezechielis 40. Facta est super me manus domini et adduxit me illuc in visionibus domini et dimisit me super montem excelsum nimis super quem erat quasi edificium civitatis. Super quo Gregorius omelia prima secunde partis dicit. Et hiis verbis apte prophetia indicat quod nil de civitate quam viderat iuxta litteram dicat, sed illam spiritualiter de qua loquitur quam spiritualiter contemplatur, magnis virtutum perfectionibus structam. Visiones vero sunt ipsum Ezechielem qua accepit. Magnus quippe in visione est virtus in contemplatione. Mons autem excelsus nimis sit mediatorem dei et hominum hominem Ihesum Christum. Quem de terra quidem sed ultra terram est, quia caro eius redemptoris nostri de imis habet materiam sed in summis preminet potestate. Unde bene dicit excelsum nimis, quia non solum homo sed etiam humanitatis consumptione que ab eo assumpta est deus homo. Non solum homo ultra homines sed etiam super angelos factus est. Unde de illo dicitur Ysaye 4. In die illo erit fructus terre sublimis. Creator etenim noster quia pro nobis incarnatus est fructus terre factus est nobis. Sed iam fructus terre sublimis est quia homo natus in terra super angelos regit in celo. Unde in voce David et Pauli vocem omnia subiecit sub pedibus eius. In eo enim quod ei subiecit omnia nichil dimisit non subiectum ei. Ad Hebreos 2. Mons ergo iste est et excelsus nimis quia etsi de terra est per substantiam humanitatis, incomprehensibilis tamen est ex altitudine divinitatis. Hinc est enim quod eundem dominum tunc Ysayas

Ipsa conspiceret, in carne esse venturum per prophetie spiritum sublevatus
ait ca. 2o. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus
domini in vertice montium. Domus enim domini populus ysrahelitarum fuit.
Mons itaque domus domini ille appellatus est, qui ex ysrahelitico
populo incarnatus est. Fuerunt autem in eodem populo sancti viri, qui
montes iure vocarentur, quia pro vite meritum ad celestia prevaluerunt,
sed incarnatus redemptor istis montibus equalis non fuit, quia ultra
omnium ex sua divinitate descendit. Unde et recte mons super verticem
montium dicitur, quia excelsus ex divinitate sua, invectus est etiam
super naturam celestium spirituum. Et hii qui multum in deo profecerunt eius ve-
stigia vix potuissent tangere ex virtute cogitationis. Mons ergo illic mons
super verticem montium dicitur, quia hic mons maximus et altus esse
perhibetur. Et ille. Quamobrem, quia secundum Ysayam angelus et mons
Christus est, et in Johanne etiam intelligitur angelus quem Johannes in monte
sustulit, hoc est Christus etiam suam super semetipsum constituit.
Recte ergo Christus et angelus et mons dicitur, quia in nobis lucem appa-
rens, ad celestem patriam electos invitat, et ipse eandem etiam
in se portando ad celestia sublevat. Et ille Ezech. xl. Super
montem erat quasi edificium civitatis. Super quem Gregorius ubi supra dicit:
Notandum quod non ait super montem erat edificium sed quasi edificium,
ut videlicet ostenderetur quod non corporalis sed spiritualis civitatis edificia
cernebantur. Quid enim non edificium sed quasi edificium se vidisse
perhibet, cor audientium ad spiritualem fabricam mittit. Sic per psalmistam
dicitur: Jerusalem que edificatur ut civitas. Illa etenim superne
pacis visio, ex sanctorum civium aggregatione construitur, Jerusalem celeste
ut civitas edificatur. Que tamen in hac peregrinationis terra, dum
flagellis percutitur, tribulationibus tunditur, eius lapides quo-
tidie poliuntur et quadrantur. Et ipsa est civitas scilicet sancta ecclesia que
regnatura in celo, adhuc laborat in terra. Cuius civibus Petrus
dicit: Et vos tamquam lapides vivi superedificamini. i Pet. 2o.
Et Paulus ait i Cor. 3: Dei agricultura estis, dei edificatio estis.
Que videlicet civitas habet hic in sanctorum moribus magnum edificium
suum. In edificio quippe lapis lapidem portat, quia lapis super la-
pidem ponitur, et qui portat alterum portatur. Sic itaque in sancta
ecclesia unusquisque et alterum portat, et portatur ab altero. Nam
vicissim se proximi tolerant, ut per eos edificium caritatis surgat.
Hinc enim Paulus admonet ad Galat. vi dicens: Alter alterius
invicem onera portate et sic adimplebitis legem Christi. Cuius
legis virtutem denuntians ad Rom. xiii dicit: plenitudo legis est dilectio.
Si enim ut dicit Gregorius ego vos portare negligo in moribus
vestris et vos tolerare me contempnitis in moribus meis, cari-
tatis inter nos edificium unde surget, quos vicinia mutua dilectio
per patientiam non coniungit? Et ut dixi, omne autem pondus fabrice fundamentum
portat, quia mores simul omnium redemptor noster solus tolerat. De
quo Paulus ait i Cor. 3: Fundamentum autem aliud nemo potest po-
nere preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus. Portat fundamentum
lapides et a lapidibus non portatur, quia redemptor noster omnia nostra
tolerat, sed in ipso malum non fuit quod tolerari debuisset. Ideo super
ipsum erat quasi edificium civitatis, quia mores et culpas nostras ille so-
lus sustinet, qui totius sancte ecclesie fabricam portat. Cuius scilicet
eterne speciositas et dignitas quanta videri non possit sub... Et erat in civitate

Sanctam iterum 2o. Ex hac ergo litera sic declarata patet expositio breviloquii
quod mentem hominis illuminanda a deo vel angelo oportet ab aliis
abstrahi, abstractam in se uniri et colligi, unitam et collectam
in deum affici et affectam quietari et quodammodo feriari. De primo patet
quia mens rationalis collocata est in orizonte duorum mundorum sensibilis
et intelligibilis, inferioris et superioris, coniuncta corpori ut est forma
eius esse, deo vero ut est forma suum continua, et huius super se silice eter-
nam ei supereminentem quam tangit et a vertice tunc erigitur ad
regionem lucis; cum vero inclinat se ad corpus et inferiora tunc intrat
in regionem tenebrarum et vertice inclinato versus terram more pe-
cudis incurvatur. Et ideo sopore quodammodo orabat propheta illumina oculos meos
ne umquam obdormiam in morte. Patet quod oportet eam abstrahi ab eius
feculentia, hoc est a delectacione sensuum, ab alligacione corporum,
ab occupacione negociorum, ab ymaginacione sensibilium similacrorum, que
omnia mentem inquinat et obtenebrat et sic tantum replet quod animam iam
inceptam prohibet aliam recipere inspecionem. Propter quod dicit philosophus me-
lancolicos esse magis ydoneos ad illuminaciones naturales, quia illa gene-
racio magis abstrahit a mentis impedimentis, a delectacionibus carnis et
tumultibus mundanis. Animus enim unitus corpori et multum ei
colligatus passionibus corporis et sopori et obstaculis carnis pariete
non potest radium illuminacionis recipere. Oportet ergo illuminanda a deo
vel angelo oportet ab aliis abstrahi. Quod innuitur in litera cum ab an-
gelo dicitur Iohanni: veni huc. De 2o scilicet quod mentem ab aliis
abstractam oportet in se uniri et colligi patet Baruch 4: convertere
Iacob et ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius.
Est enim lumen divinum virtus unifica dispersos colligens et uniens
et econtra nos quasi prius fuimus dissimilitudine aversi, multi-
plicitate diversi. Sic enim radius solis nos reducit ad
solem, sic et ille illuminaciones nos unitos in nobis reducunt ad
creatorem. Dispergat ergo seipsum in unum colligere qui vult habere illuminacionem
revelatam. Habemus Dan 2o: Danieli per visionem noctis misterium revelatum est.
Misterium nobis per visionem noctis revelatur quando sensus exteriores
dormiunt et interiora vigilant. Unde si velis secrete revelacionis
volumina ab exteriorum implicacione quasi in nocte dormiant tunc in
dei vox et angelorum audiri et eorum locucionem audiri, quando sensitiva mente
a secularium actione cessat. Non enim perfecte sufficit homo ad veritatis
divinus quando dum implicatur circa exteriora. Unde exterius auditum
aperit, inde interius obsurdescit. Unde dicebat sponsa Cantic 5o
Ego dormio et cor meum vigilat, quia dum exteriora quasi non sen-
timus, tunc interiora crebris apprehendimus. Iob 33: per soporem in vi-
sione nocturna quando sopor irruit super homines et dormiunt
in lecto, tunc aperit aures virorum et erudiens eos instruit
disciplina ut avertat hominem ab hiis que fecit. Unde in vi- bu-
sione nocturna. Nox enim est vita presens et quandiu sumus in
ista vita quasi sub quibusdam ymaginacionibus nocturnis videmus
dei secreta, quando sopor irruit super homines, quia quanto magis sensus veri
exteriori actioni desinunt, tanto magis mentis cubilia ingressus
aperiuntur aures, quia tunc fiunt divine revelaciones. 1 Reg 3 Sic
dum dormivit ancilla Samuelis dominus non per varium re-
more distracti et exterius sunt divisi et multiplicati sed in
divina revelacione nos reducit ad unitatem tamen sit virtus unifica

Reg 23

Sic dicit dionisius q luminis apparitionis processus in nos veniens
se unifica virtus nos replet et convertit ad patris congregantis
unitatem et deificam simplicitatem / quia aufert nos a multitudine
rerum exteriorum amatarum et convertit ad deum diligendum unum et ve-
rum / De 2o scilicet quod mente in se unitam et collectam oportet in deum
afficere patet quia mens abstracta ab exterioribus et unita in se
intuetur se / et tunc sit ymago dei / videt deum in se / perspicuum
enim speculum ad videndum deum / est mens racionalis / cui sit
imago dei expressa / extenso autem speculo et mundato et diu dili-
genter inspecto / quedam divini luminis claritas ei incipit interlucere
et quidam radius insolite visionis oculis eius apparere / unde illud
psalmi Signatum est super nos lumen vultus tui domine / Et cum lu-
minis visionem quam admiratur in se anima ad videndum lumen
quod est supra se et erumpit in quandam flammam desiderii deum
videndi et tunc summa intensione qua afficitur in deum summe
unitur deo per amorem qui est unio amantis et amati dicens
illud psalmi / Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipsa me de-
duxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum / Et Sic Jesus assumpsit
Jesus petrum et Jacobum et Johannem et duxit eos seorsum
in montem excelsum et transfiguratus est ante illos Math xvii
Ascendit christus cum tribus discipulis Et tu super te per studium
operis meditacionis et oracionis promoveberis ad perfectionem cognicionis
Multa enim exprimimur operando / multa invenimus investigando / multa
extorquemus orando / Sed in hiis omnibus indigemus divino subsi-
dio / hiis tribus comitibus nobis adiunctis / veritas perficitur / et
in altum se extollit / Unde est quod multos videmus studiosos in le-
ctione desidiosos in operacione / tepidos in oracione / qui tamen
presumunt montem veritatis ascendere / sed non possunt / quia de sociis christi
non sunt / nec videt christi transfigurati claritatem / nec revelacionis
divine puritatem / Sed non quod et angelus sathane se transfi-
gurat in angelum lucis 2 Cor xi / Uterque enim se transfigu-
rat scilicet christus et dyabolus / Sed christus veritatem sue lucis confir-
mat sub duobus testibus / prima moyses et helias apparue-
runt cum eo in monte / ut in ore duorum testium non dubitemus
de facta nobis a deo revelacione / quia revelacio suspecta dicitur
haberi que scripturarum attestacione non potest probari / Ad pensanda veri-
tatem revelacionis / commendanda est auctoritas manifesta legis et prophe-
tarum / Alioquin ab altitudine divine revelacionis / timendum est si scri-
pture sacre collata non consentiat / unde apostolus 2 Cor 12
Ne magnitudo revelacionum extollat me / datus est mihi stimulus
carnis angelus sathane qui me colaphizet / De 3o vero
scilicet quod mente sit in deum affectum oportet conversari et quodammodo
frui / patet cum anima sit abstracta et unita et in deum affectu
familiariter ei loquitur et ab eo docetur / Sic moyses in
monte et caligine docebatur a domino / ipse quod psalmista dicebat
Nox illuminacio mea in deliciis meis / Nox ista caligo est divina
quando mens omnia ab omnibus actibus apprehensivis quantum
est ex parte sua et est in actuali ignorancia omnium creaturarum
sic est ut videtur creature unita nec sibi ipsi / sed est in summo desi-
derio in deum extensa cum supremi sue desideratione voluntatis unita
deo

Et tunc excipitur a radio divine illuminacionis sibi apparente vere et inconvelate expectati diucius in illa caligine. et ei se revelat. se novit dilectis et dignis. Et huius radii illustracio dicitur mistica theologia sanctorum. hec est cum deo sermocinacio secretissima. et secundum dyonisium sapientia. ubi est delectacio summa et cognicio perfecta sicut est in via. de qua delectacione que habetur in hiis intellectualibus dicit augustinus libro 2o de libero arbitrio Quemadmodum illi qui in solis luce eligunt quod libenter aspiciant. et eo aspectu letificantur. In quibus si forte fuerint vegetioribus sanis et fortissimis oculis prediti. nichil libencius quam ipsum solem contuentur. qui eciam cetera quibus infirmiores oculi delectantur illustrat. Sic fortis acies mentis et vegetata. cum multa vera et incommutabilia. certa racione aspexerit. diriget se in summam veritatem. qua cuncta monstrantur. cui quasi inherens tamquam obliviscitur cetera. et in illa omnibus simul fruitur. Quicquid enim iocundum est in ceteris veris. ipsa utique veritate iocundum est. hec est libertas nostra cum isti subdimur veritati et ipse est deus noster. Unde dixit sanctus Symeon Luce 2o Nunc dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti et cetera. lumen ad revelacionem gentium et cetera. Rectus ordo. Patet quod anima cum ingreditur ab exterioribus ad seipsam purificatis eius affectionibus et repressis fumis et vaporibus inficientibus oculum elevatur super seipsam spiritualem exteriusque visionem rapta super se admiratur revelata sibi divinam disposicionem et admirata sentit celestis gaudii prelibacione. De quibus ulterius patet quod horum perfectio quorum typum hic gerit sanctus Johannes actu raptaque observandum est. ut sint pro tempore divinorum contemplacione suspensi. Quid enim in hac ardua vita iocundius. quid divinius. quid salubrius. quam ab hiis fugacibus et angustis rebus ad illos stabiles et amplissimos sinus rerum eternarum elevacione mentis attolli. Ubi felices illi spiritus ille preclarum omnium anime. una et magna deitatis luce fruuntur ac illa beatitudine divino illo mero et supersubstanciali cibo nutriuntur. Quid eciam tam magnificum. quid tam beatissimum. sic ascendere in montem domini et ibi contemplare mistica theologia. sic quasi loqui cum deo sine strepitu et silencio. et erudiri secretis misteriis. et cum superis omnibus celesti caritate ab actibus corum apprehensivarum in desiderio videndi et fruendi deum. Nunc de rectis perfectis vel in statu perfeccionis existentes more peregrinorum sensibus incumbere corporis hereret infimis. inhiare terrenis. sed potius erectos stare ut homines mente celum suspicere. que sursum sunt querere. et sapere non que super terram. Tamen ut dicit Gilbertus in prima parte sui eruditi doctrine perfectis iste sinus conatus est. hec precipua contemplacionis destinacio. Ut deo et divinis rebus quantum humana imbecillitas admittit humana semper inhereant. et quicquid deos ab hec divertit. iudicetur ab ipsis infinitum noxium et amarum Et in hunc morem dicebat dominus Marthe quod sollicita fuerit. et turbaretur erga plurima Cum unum esset necessarium. secundum per id quod summum bonum ideo in activa vita quamvis sit fructifera et multa laude ac premio digna. sed in sola contemplacione que vere simplex est et una consistit Et ideo adiungit Maria optimam partem elegit. non activam vituperando

ß gtexplurium potatem piunctiuus concludes Que no aufert
ab ea | Ama sm illa beata et celesti vita · no iners actiue
ß actio est cessatura · ppt quod tangit ad maius bonum inuitat
hic angelus Johanne dicens Veni sz mo dicto intellectum
ampliando vsq3 pmit · Tunc ibi Et ondit m ciuite se
Quidi pmissionis adimpletio scilicz ostensio supne ciuit et eius
descripcio quantum ad dignitate et speciositate Et dicitur m s° ps
Scdo ponit eius speciositatis descripcio racon claritatis seu re:
splendencie · So ronc firmitatis siue stabilitatis · ibi Et hz mur magnu
magnum et altu Vo describitur eius nobilitas racon inhitatem
et eorum excellencie ibi Et templu no vidi in ea · Qrto racon
securitate et eorum munditie ibi et porte eius no claudentur &c
Quatu ad primu dt Et ondit m ciuitate · i · etiam supna triu
phante · que d ciuitas racon vnanimis caritatis Sanctam
racone imaculate per baptismum sctitatis Jerlm racon 1ra:
duat per fidem confessionis · descedete de celo · racon vnitque
conformitatis celesti ciuitati sic ex datum dr descede ab ex ari
vel qz omne qd hz bonu · celitus datum est illi per gram dei
sursu eodem vel qz btitudo celestis · no pt ab electis haberi
nisi prius quodamo descendat ad eos m pnti · Nam donu gre
per quod efficitur dignus vita bta · est qdam inchoatio et
preparacio glorie · ppt qd in oracon dnica · secunda peticio ponitur
adveniat regnu tuu · i · ad nos veniat · qz non possumus
ad ipsm venire nisi prius veniat ad nos · mo dicto · Habens cla
ritate dei · qz illuiatur a filio dei · qui illuiat omne homnem
venientem in hunc mundum Joh I et xvij Claritatem quam dedisti
michi dedi eis · Nam claritas btorum quantu ad glam ate
et corporis · est qdam pticipacio diuine claritatis · per qua ei bti
conformantur I Johis 3 Scimus qm cum apparuerit similes ei
erimus Augustinus lio supputacionum pte 3 c 10 ps speciosa facta es
et suauis in delicijs tuis ihr celm Nichil in te tale qle hic
patimur qualia in hac miseria cernimus · Non sunt ibi tenebre aut
nox · aut qualibet diuersitas tpm · no lucet in te lux lucerne · aut splen:
dor lune vel iubar stellarum · sz deus de deo lux de luce Sol
iusticie semp illuiat te · agnus candidus et imaculatus
lucidum et pulcerrim est lumen tuu · sol tuus claritas tua omne
bonu tuu · hiis regis tui indeficiens gtexplao Et ipse rex regum
in medio tui · ~~te~~ ille ad quem videns · Requitur ex pte visiue
potie similitudo dei sz lumie glorie confortans intellectum ad vi
dendum deum · de quo dicitur in ps In lumine tuo scilicz glie · vi
debimus lumen sz diuine esse · vt dicit btus Thos lio 3° c
gentiles · Vel sit · Habens claritatem dei · i · claram et apertam visionem
et cognitionem dei quam nunc hemus obscuram · qz nunc videmus
per speculum in enigmate · tunc aut facie ad facie · Et lumen
eius simile lapidi precioso · i · xpo qui dr lapis preciosus ysaye 28
et I pet 2° Ecce pona seu mittam in fundamentis syon lapidem
summu angulare electum et pbatu preciosum In btitudine enim
electi per glam corporis et aie · conformabuntur homini xpo
sicut mebra capiti Tanqz lapidi iaspidis Compatur aut xps
iaspidi primo ppt pluralitate colorum Et in xpo sunt plures ...

sed divina et anima et corpus. Secundo quia iaspis confortat visum. Et beati
delectantur in visione Christi, tam aspectu sue divinitatis, quo fruuntur
interius, et aspectu sue humanitatis exterius. Unde quidam dicit Augustinus
exponens illud Johannis x: egredietur et ingredietur et pascua
inveniet, scilicet eterne sanctitatis. Unde Haymo: Christus similis la-
pidi iaspidis dicitur, quia dum electos suos illustrat, eterne viridi-
tatis pabulo nutrit. Lapis enim iaspis viridis est coloris, et ideo
non incongrue per eum intelligitur visio Christi et beatissime trinitatis, ad
quam sancti pertingere desiderant, et veluti cristalli vitream quoque
pervenient. Unde Apocalypsis iiii: Qui sedebat super sedem similis erat aspectui
lapidis iaspidis. Ubi de hoc. Sicut cristallus ubi tepor est et
nec fit ignis, unde [illegible] antiquorum. Unde doctrinale: Cristallum
tum hoc dicere et hic paradisus. Valet autem cristallum contra
sitim et ardorem. Et similiter Christus est remedium contra sitim et
ardorem cupiditatis, eo quod ostendit viam paupertatis. Per cristallum
igitur secundum Haymonem intelligitur premium superne remunerationis, que
complebitur in ipsa dei visione. Et quasi in aqua in cristallum
vertitur, dum primum ex aqua et spiritu renatorum ipsa dei contemplatio
efficitur. Cristallum enim vel cristallus est genus candidissimi
lapidis, quia nix fit glacie indurata per aliquot annos. Unde
et Greci nomen ei dederunt. Unde Augustinus super titulum psalmi [illegible]
Cristallus est nix in glacie durata per multos annos, ita
ut sole vel igne non facile dissolvi possit. Et apposita ra-
diis solis adeo rapit flammam ut aridis fungis vel foliis
prebeat ignem fulgidum. Et est transparens et clarus, et ex
omni parte delectat. Et in mito sit claritate eterna remuneratio.
Vel per hoc quod iaspis est viridis coloris et cristallus albi
et est transparens, designatur quod in beata vita nihil erit quod tristitiam
inferat, nichil etiam erit quod lateat. Ad designandum ergo quod
ibi nil erit tristitiam inferens, sed ex omni parte delectans, dicitur quod
lumen illius civitatis est simile lapidi iaspidis, cuius viriditas
maxime delectat visum. Ad designandum vero quod ibi nil erit
latens sed totum patebit, dicit sicut cristallum. Vel idem figuratur
per iaspidem et cristallum, scilicet claritas visionis dei, quia
hec est remuneratio sanctorum, quia presens dei vultus, unde Haymo: per
cristallum suum sic buccellas, quia in via videmus per speculum
in enigmate, in patria facie ad faciem. Super Apocalypsis: simile cristallo.
Et ibi de hoc. Nondum [illegible], quod lex hic quod [illegible] civitas superna
dicitur habere claritatem dei, propter quod celum empireum, quod est locus
beatorum, est excellenter lucidum. Est etiam equaliter transpa-
rens seu dyaphanum, est et inalterabile, presertim cum sit celum
nobilissimum primum, patet quia nobilissimi corporis debet excellenter habere
nobilissimam qualitatem corporalem. Sed celum empireum est corpus nobi-
lissimum, cum sit habitatio beatorum, et lux est nobilissima qualitas
inter omnes qualitates corporales. [illegible] Sed contra: celum empireum est
maximum omnium corporum. Ex dictis ergo si esset lucidum excellenter
tunc in aliqua hyemali nocte, quia non obstante solis absentia, lumine
istius celi totum aerem illuminaret. Dicitur negando [illegible]. Nam sicut
luna quia obsistit visui et non est transparens, aufert nobis lumen
solis quando interponitur inter nos et solem, sic octava spera
quia ex nulla sui parte est transparens sed dyaphana et ex omni
sui parte obsistit visui nostro, ideo celum empireum non potest lumen a se
diffundere

ad nos diffundere per octauam speram vel per ipsum firmamentum
Sed forte dicitur istud solum videtur impedire litteram quia secundum astro-
nomos sol dicitur quia solus lucet et hoc pro tanto quia solus sol
habet lumen a seipso et non ab alio corpore. Omnia autem alia lumen
corporale habent a sole Et hinc est quod sol dicitur fons totius luminis
corporalis Sed firmamentum mediat inter solem et celum empireum
ergo celum empireum non potest recipere lumen a sole et per consequens non
erit lucidum Ad quod celum empireum cum sit primum et nobi-
lissimum omnium corporum ideo non potest ab aliquo corpore dependere
ergo tantummodo a deo effective habet lumen suum et non a sole nec
ab aliquo alio corpore Stelle autem firmamenti non habent lumen
a se sed tantummodo a sole Et ideo respectu talium sol dicitur quia solus lucet
aliis solis a se lucem habentibus Sed adhuc dicitur celum empireum est
corpus maxime formale inter omnia corpora quia quanto corpus
est nobilius tanto formalius est et nunquam habet de materia ergo non potest
esse lucidum excellenter cum quia quanto celeste corpus est lucidius
tanto est spissius et per consequens magis habundat in materia Vnde hic
enim stella est lucidior pars sui orbis quia est spissior pars sui orbis
Sphera vero nunquam lucent ideo non ignis non lucet in propria
sua spera quia ibi est rarissimus et maxime formalis nunquam habens
de materia quia ignis quo vtimur habet inferius Respondetur negando maiorem
primam ad probacionem dicitur quod licet in natura elementorum spissiora
sint indigniora consequens non est dignissimum elementorum cum sit
rarissimus et terra vilissimum elementorum cum sit spississima
appellando etiam formalius id quod est actiuius tamen in natura
celesti magis spissa sunt magis formalia Stella enim cum
hoc quod est spissior pars sui orbis est etiam actiuior pars
sui orbis Ergo patet quod celum empireum est excellens lucidum
Vnde secundum doctores dicitur igneum non a calore sed a splendore
Secundo dixi quod istud celum scilicet empireum est aliquo transpa-
rens sev dyaphanum quia talis dispositio liberius convenit ad dele-
ctacionem beatorum non debet denegari loco seu habitaculo eorum
Sed transparentia sev dyaphanitas est huiusmodi ut patet in aere quia cum
in beata vita sit plena et perfecta delectacio nichil et denegabitur
in quo potest augeri delectacio beatorum Maior patet quia secundum philosophum
ix ethicorum delectabilis est presencia amicorum et in amantibus videre
est delectabilissimum Et similiter beatis est amor alterius in perfecta
caritate ergo corporalem visionem in vita beata consuetatur corporibus
se mutuo debent videre hoc autem fieri non possit nisi celum
in quo habitant esset dyaphanum aliquando non obsisteret visui intantum
quod radii visuales non possent attingere obiectum nec species obiecti
possit venire ad oculum Sed dicitur Cum supra dictum sit quod in natura
celesti quanto aliquid est lucidius tanto est spissius Cum ergo
celum empireum sit excellenter lucidum vt prius dictum est ergo erit
excellenter spissum et per consequens nullomodo rarum seu dyaphanum Respon-
detur quod physice loquendo quanto aliquid in celo est lucidius tanto potest
spissius tum ad hoc non est artata diuina potentia quin possit et
in rarissimo corpore similem vel maiorem lucem inducere quam pro nunc
sit lux solis Et quia decens esse videtur vt corporalis habitacio beatorum

sit valde lucida et amena et cum hoc transparens et pervia ut mutuo se possent videre. Quarto non obstante quod celum empireum magis lucidum dicatur, illud celum ipsis tantum transparentia et claritate quanta sufficit ad claram et iocundam corporalem visionem ipsorum beatorum. Sexto dixi quod loquendo proprie de variatione seu alteracione tunc celum empireum est invariabile seu inalterabile. Nam illud quod non patitur peregrinas impressiones hoc proprie non variatur nec alteratur. Sed nullum celum de quo locutus est Aristoteles patitur peregrinas impressiones ut ipse probat in libro de celo et mundo. Ergo multominus celum empireum patietur huiusmodi peregrinas impressiones cum sit nobilissimum celorum. Sed vox corporalis non potest esse nisi in corpore rarefactibili et condensabili et per consequens proprie variabili. Ut patet secundo de anima. Sed post resurrectionem mortuorum beati deum voce corporali laudabunt et sibi mutuo loquentur quia decens est quod eorum lingua deserviat in vita beata ad divine laudis preconium et ad mutue societatis amicitiam exprimendam. Ideo resuscitatis corporibus beatorum ipsi beati habebunt in gutture aliud aerem sibi connaturalem qui quando aer cum per instrumenta naturalia reverberabitur ad voluntatem articulantis in reali motione et scissione illius aeris erit vox realis a qua voce reali ulterius per celum multiplicabitur vox intencionalis intantum quod quilibet potest alterum audire et quilibet potest alteri etiam vocaliter intencionem suam exprimere licet ipsum celum non sit proprie rarefactibile et condensabile variabile seu alterabile. Contingit enim multum vox ab ore animalis prolata multo remocius auditur quam aer realiter per vocem scindatur seu moveatur quia licet necesse sit illud in quo est vox realiter moveri et aliquatenus alterari tamen intencionaliter potest esse vox seu sonus in aliquo corpore sine sui alteracione propria et reali. Unde cum loquimur quamdiu aer ad tumultuacionem vocis realiter movetur tamdiu in ipso aere est vox realis. Sed cessante aere ab huiusmodi tumultuacione et reali motu non multiplicabitur ulterius vox seu sonus nisi intencionalis. Sic in gutture et in ore beatorum erit vox realis in celo autem solum intencionalis. Ut dicit Thomas de Argentina super 2o sententiarum distinctione 2 articulo 2 ~~~ aut per lumine aere potest significari sonus prelatus. Unde in figura prelatorum dicitur Mathei 5o Vos estis lux mundi. Et philippenses 2o inter quos lucetis sicut luminaria. Et in hoc notatur claritas doctrine. Item debent esse similes lapidi raro constancie precioso raro vite eminencie. 3 Regum 5o precepit ut tollerent lapides ut fundarent eos. Ut enim ait Gregorius super Ezechielem omelia x parte prima: Sancti sunt lapides quadri quia stabiles in adversitate. Et debent esse similes iaspidi raro celice conversacionis. Ysaye 54 ponam iaspidem propugnacula tua. Et precipue cristallo raro lucide contemplacionis. Cristallus ex aqua congelatur sit et est magne pulcritudinis ait Gregorius super Ezechielem omelia 1a prime partis. Et Solinus libro 3o quod est glacies congelata et ita est frigidus et clarus. Exemplo 2 et 3 Differunt cristallus ab aqua. Quando talis est prelatus esse debet clarus in doctrina stabilis in adversitate celestis conversacione et lucide contemplacionis. Tunc vere habet a deo claritatem

Sicut enim in principio rerum institucionis universorum conditor mirificus et altissimus gubernator magna quedam luminaria depinxerat in firmamento mundi, quorum pluribus radiis in inferiora diffusis manifeste possit discerni fedum a pulcro, purum ab impuro, sordidum ab honesto. Sic et in mistico firmamento militantis ecclesie prelatos posuit et pastores, qui vita celibi lucent sicut splendor firmamenti, et qui ad iusticiam plurimos erudierunt essent quasi stelle in perpetuas eternitates Dan. xii. Quorum doctrine radiis pluribus et exemplis distinguitur a subditis verum a falso catholicum ab erroneo in credendis, bonum a malo et licitum ab illicito in agendis. Nam secundum Dionisium in de angelica ierarchia, Opportet sacerdotes domini secundum singulas suas virtutes naturales suscipere divinas illuminaciones, et inde ab omni sua virtute easdem illuminaciones sine invidia subditis, ut nil sit in eis quod non confirmet lucendo. Sic enim informandus in arte mechanica habet exemplar appositum quod crebrius intuetur, ut per hoc sum artificium subtilius exequatur. Sic in scola ewangelice discipline prelati velut imitanda quedam exemplaria fidelibus ceteris proponuntur. Hinc dicit apostolus i. Thy. 4º Esto exemplum fidelium in verbo in conversacione in fide in castitate etc. Et Jeronimus in epistola ad Heliodorum dicit Episcopi conversacio qui in specula posita magistra debet esse publice discipline, ut quicquid fecerit id sibi omnes faciendum putet. Et Gregorius in pastorali: Admonendus est rector ut (?) sic vivat ut exemplum vite subiectis prebeat, ne si quid in illo reprehenditur ex eius officio ipsa religionis estimacio tenuetur.

Et habebat murum magnum et altum, habens portas xii. Et in portis angelos xii, et nomina scripta que sunt nomina xii tribuum filiorum Israel. Ab oriente porte tres, ab aquilone porte tres, et ab austro porte tres, et ab occasu porte tres. Et murus civitatis habens fundamenta xii, et in ipsis xii nomina duodecim apostolorum et agni. Usque ibi, Et qui loquebatur. Posita descripcione civitatis superne quantum ad claritatem, subditur eius descripcio quantum ad munitionem seu firmitatem. Et dividitur in quinque, quia primo describitur ipsa civitas a munimine, 2º a dispositione ibi Et qui loquebatur mecum etc, 3º a quantitate ibi Et mensa est civitatem per stadia xii milia, 4to a materie preciositate, ibi Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, quinto a mundicia et puritate ibi Et platee civitatis aurum mundum tamquam vitrum perlucidum etc.

In prima primo describitur et quo ad muri magnitudinem et quo ad portarum multitudinem et quo ad fundamentorum soliditatem. Dicit ergo Et habebat scilicet civitas superna Ierusalem quam vidit Iohannes in spiritu murum magnum scilicet Christum et altum, per quem designatur securitas divine protectionis, que maxime relucet in statu superne beatitudinis, quia ibi nullus hostis nullus hostis est amittere (?). Et dicit primo secundum quod est murus multiplex. Primo Christus secundum quod (?) dicitur et magnus potestate humanitatis et altus sublimitate magnificentie deitatis, de quo dicitur Ysaie 26: In illa die cantabitur canticum istud

in terra Juda Urbs fortitudinis nre syon salvator ponetur in ea murus
et antemurale Dominus Gregorius sup Ezech omel x ptis dicit
Beatus Gregorius Ezech xl° Ecce murus forinsecus in circuitu domus
undique dicit plerumque in sacro eloquio ex circumstancia sua nomine muri
nunc murus ipse dominus incarnatus dici solet unde de sancta ecclesia
per prophetam dicitur ponetur in ea murus et antemurale ipse
enim nobis murus est qui nos undique circumdat custodiendo
ipse nobis murus est qui ad corda nostra perurgere malignorum
spiritum cursum vetat Cum nobis quoque fidei etiam antemurale
posuit qui prius per se per carnem ostenderat predicatores sui misterii
prophetas misit Recte quippe antemurale homines vocantur qui
dominum susceptum domus predicaverunt qui ante murum steterunt
Gregorius xx moral Ante muri nostri sunt omnes prophete qui
prius quam dominus appareret in carne ad construendam fidem prophetando
missi sunt In circuitu ergo ecclesie dominus murus iussit et prophete eius
antemurale sunt positi quia ad nos quos ipse protegit
etiam prophetarum verba in fidei constitucionis [illegible] venerunt
Unde et hic prius murus et post antemurale ponitur quia
vocati ex gentibus nisi prius dominum cognosceremus prophetarum illius
dicta nullomodo susciperemus Et in hoc loco iste murus spiritualis
edificii forinsecus esse dicitur Gregorius in loco supradicto apte dominica
incarnacio designatur Murus enim nobis intus est deus murus
vero foris est deus homo Nam incarnatus dominus murus nobis
non esset si forinsecus non fuisset quia intus nos non protegeret
si exterius non appareret Sed ne hoc negligenter preteriundum
est quod idem murus positus dicitur in circuitu [illegible] domus undique
Domus quippe non solum dei angeli sed etiam nos sumus Quia
in eternis ac illa habitacione diligitur Et murus iste undique in circuitu
domus est quia unigenitus patris qui sursum est fulcimentum angelorum
ipse deorsum factus est redemptor hominum Illius fortitudo [illegible] ne
cadant Illius adiutorium ut surgamus post casu Si vero per
domum dei sola redemptorum hominum multitudo signatur undique [illegible]
domus et per circuitum murus est quia ut nos perfecte custodiret omnia
que docuit ostendit Sic scriptum est Que cepit facere et docere
Qua enim vocare nos ad celestia patriam venit despicere nos
terrestria bona docuit Et mala terrena non timere Divitias et oblata
non despexit dignitates protulit Mortem non timuit et his patibulis
non restitit Sed cum regem voluisset capere et regem constituere
statim fugit Scriptum Quid nobis aliud hiis exibit innuebat nisi
huius mundi et adversa non metuere et prospera vitare Quia plus
plerumque eius bona animum occupat quam mala perturbant
Ante passionem suam quibusdam audientibus quam graciam reddidit
Et dixit Redemptorem suum dum tacitus pertulit cum facere salutem dare consultu
non recusavit Inscripit mortem ne mori timeamus Cum resurrexit
ut nos resurgere posse credamus per passionem quoque suam de hiis
qui se crucifixerat ad fidem etiam vocavit Dominum per maiestatem reddidit
Ergo ipse nos exemplo suo de omnibus instruat murus nobis per circuitum
et undique factus est Item Murus dicitur ipsa fides que munit
etiam [illegible] murus est sed ecclesia vel anima edifi
cemus super eam [illegible] argentea si vult esse firma in fide

et constans in passione sic murus contra hostes in obsidione. Opponamus ei tales structuras quibus se ab adversariis tueatur et defendat. Job 30 Quasi rupto muro irruerunt super me. Grego. xx moral. Quasi murus rumpitur dum sanctorum conservationibus fides que in redemptore nostro est in quorumdam cordibus dissipatur. Quasi rupto muro super bonos mali irruunt cum acceptam contra [illegible] potestate perversi ipsa que fidei munimina in quorundam corde destruere conantur. Item murus dicitur prelatus ecclesie defensor. Unde glo. et Jeroni. epistola ad [illegible] viri [illegible] sunt muri syon. Unde et Julius [illegible] 30 de natura deorum dicit muri urbis sunt pontifices et qui diligentius cingitur urbis religione quam menibus. Ysaie 60 Edificabunt filii peregrinorum muros tuos. Jeremie 20 dedi te in murum ereum. Item murus potest dici munimine vel munitio discipline. Job 30 Quasi rupto muro irruerunt super me. Ubi Grego. xx moral. potest muri nomine intelligi munitio discipline. Salomon attestante qui ait Prover. 24 Per agrum hominis pigri transivi et per vineam viri stulti et ecce totum repleverant urtice operuerant superficiem eius spine et materia destructa erat. Per agrum enim hominis pigri atque per vineam viri stulti transire est cuiuslibet negligentis vitam inspicere cuius quia opera considerare urtica vel spine replent quia in corde negligentium pruriencia terrena desideria et punctiones pululant vitiorum. Quippe quod scriptum est In desideriis est otiosus. Maceria lapidum destructa erat quia disciplina patrum ab eius corde dissoluta. Nam qui destructam maceriam lapidum dissolutam esse disciplinam vidit. illic protinus secutus adiunxit Quod cum vidissem posui in corde meo et eius exemplo didici disciplinam. Et ibi bene de hoc Prover. 24 Sicut urbs patens absque murorum ambitu sic vir qui non potest cohibere spiritum in loquendo. Item murus potest dici collectio munitionum. Prover. xviii Substantia divitis urbs fortitudinis eius et quasi murus pervalidus. Et iam dabis sapientiam et scientiam. Sicut protegit sapientia sic pecunia Eccle. vii. Per murum igitur in hoc loco significatur Christus ut dictum est Qui est magnus per incomprehensibile maiestatis prebens dominus in syon magnus et altus per exaltationem divinitatis quia ipse est super omnia sublimatus. Et deus etiam per humanitatem est constitutus. Ipse quoque est murus vel defensio et protectio sue ecclesie. Vel etiam secundum Hugonem qualiter ipsa ecclesia murus dicatur et appellatur propter fidei firmitatem et constantiam virtutum. Et hic murus est magnus quia ecclesia constat ex omnibus fidelibus et per quatuor mundi climata dilatatur. Est etiam altus quia cum corpore terram adhuc habitet mente iam possidet celum. De quo bene subditur in littera. habens portas duodecim id est xii apostolos ut ait Beda qui suo vel scripto vel opere cunctis gentibus pandebant introitum regni celestis. Vel per xii portas xii patriarche per quorum exemplum alii ad fidem introducuntur per quos tamen intelligi omnes ordo

xxi

doctorum per quorum ministerium nitimur ecclesiam christi enim nos
baptisant et doctores per fidem ecclesie portis nos introdu:
cunt inquit hayno de quibus adhuc subditur Et in portis ange:
los xii id est in patriarchis et in apostolis omnes doctores subiecti
sicut presbiteri et ceteri minores gradibus ecclesie propositi patriarcharum
et apostolorum vestigia sequentes quamvis quasi magis non valet
tum minora que acceperit fideli populo mutare non desistunt
doctores enim ecclesie fidem et vestigia apostolorum imitantur
dicit hayno et alii expositores Johannis vi Nonne xii vos elegi
Nunc enim duodenarius est numerus sacratus quo sunt xii apostoli
missi per quatuor partes mundi Unde Gregorius [illegible] et ultimo mo
ralium Et propter hunc numerum [illegible] universitas Unde Augustinus xx de civitate dei
capitulo vi Sic ergo per xii angelos figurantur omnes doctores et prelati
sub patriarchis et apostolis constituti Qui enim dicuntur angeli Malachie 2o
labia sacerdotis etc. Vel angeli secundum glosam dicuntur quia sicut angelus
duos parietes coniungit et adunat sic isti populum dicunt adunare
doctrina et predicatione in una fide Vel quia duo precepta caritatis
dicunt servare et aliis predicare qui cum signum misit dominus disci:
pulos binos et binos ante faciem suam etc. Luce xii In portis
ergo sunt angeli quia doctores et prelati sequuntur fidem et vestigia
apostolorum Et nomina scripta scilicet in portis hoc est in patriarchis
et apostolis que sunt nomina xii tribuum filiorum Israel Unde hayno
filios Israel non dominus intelligi carnales xii filios Jacob
sed patres spirituales ex eius progenie descendentes hic fuit Ysayas
Jeremias ceteri qui prophete quorum nomina scripta sunt in portis quia
eorum memoria continetur in fide apostolorum Secundum ... isti annu:
ciant iam factum illi predixerunt futurum Una quoque eadem
que illi predixerunt annunciant memoriam illorum in suis cordi:
bus se habere insitam demonstrant Vel per nomina xii tribuum filiorum
Israel omnes credentes intelliguntur qui in fide apostolorum constituti
ad Cor. 3o Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris ad
Ephesios 2o Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum qui
crediderunt admittuntur ad regnum celorum sine acceptione personarum
Unde sequitur ab oriente porte tres et ab aquilone porte tres
Ab austro porte tres et ab occasu porte tres Nam ex omnibus
partibus orbis colliguntur electi intrantes gaudia paradisi Dicun:
tur autem porte tres ad quamlibet partem propter principale orbis quia in
fide trinitatis recipiuntur electi ad gloriam celestem Unde dicit hic
Beda Solerti descriptione voluit indicare misterium quod per ecclesiam
orbi quadrato sancte trinitatis fides est intimanda Sed dicunt
ergo porte tres per quas significantur venientes ad ecclesiam per fidem
trinitatis ab uno climate mundi tres Unde Augustinus in de civitate dei
Civitas ista ecclesia est toto orbe diffusa Ideo per quatuor partes mundi
tres porte dicuntur quia per totius circuli mundi partes trinitatis
misterium in ecclesia predicatur Ysaie xliii Ab oriente adducam
semen tuum et ab occidente congregabo te Mathei viii Multi
venient ab oriente et occidente et recumbent cum abraham etc.
in regno celorum Secundum vero haymonem per oriente intelligitur
populus iudeorum de quo christus est ortus Johannis 4o Salus
ex iudeis est Qui est verus sol iusticie illuminans corda credentium

Vel | Ibi enim primum fuerunt porte tres, hoc est fides sancte trinitatis
in illis primum annunctiata est a prophetis et ceteris iustis, qui per
spiritum illuminati fidem trinitatis cognoverunt. Ysaias namque audivit
angelica agmina in celo clamantia Sanctus sanctus sanctus dominus deus
sabaoth, id est exercituum, capitulo 6°. Ut enim personarum trinitas insinuaretur
tercio sanctus dicitur, sed ut una esse substantia trinitatis appareat, non
domini sabaoth, sed dominus sabaoth esse perhibetur. Quod David quoque
similiter sentiens ait Benedicat nos deus deus noster, et benedicat
nos deus, qui cum tercio dixisset Ut unum hunc esse ostenderet subiecit
et metuant eum omnes fines terre, non dividendo substantiam, sed
trinitatem personarum ad unitatem maiestatis committendo. Per aqui-
lonem vero gentiles intelliguntur in frigore infidelitatis et ignorantie
positi, sicut fuerunt patres nostri. Ibi quoque sunt porte tres, quia et
gentiles per doctrinam apostolorum ceterorumque predicatorum edocti
fidem sancte trinitatis perceperunt. Et bene quidem primum ab oriente
porte tres, deinde ab aquilone commemorantur, quia prius Iudei
crediderunt, deinde gentiles qui ante erant in aquilone, quem est
frigidissimus et durissimus ventus, hunc tres hitiatore dyabolum
qui dixit ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis al-
tissimo, Ysaie 14. Per austrum vero claritas fidei designatur,
que in toto orbe terrarum lucet, quia dum sol est in austro,
id est figitur in medio centro celi, totum mundum illuminat, sic Christus
qui luce fidei claritatis sue totum etiam illuminat mundum.
Austro itaque tres porte sunt, quia fides sancte ecclesie splendore
sancte trinitatis illuminatur baptisata in nomine patris et filii et spiritus sancti.
Vel per austrum quoque signatur venientes ad fidem trinitatis tempore patris
ecclesie. Per occasum vero signantur venientes ad fidem novissimo
tempore, quando per Heliam et Enoch ceterosque predicatores
eadem fides trinitatis per quadripartitum orbem diffundetur,
Iudeos atque gentiles pariter complectens. Duodenarius enim numerus
portarum que per quatuor mundi partes sub trinario comprehenduntur
ad misterium pertinet apostolorum, per quos fides sancte
trinitatis per quadripartitum orbem diffusa est. Hec ille. De
multiplici vero porta tractat beatus Gregorius super Ezechielem, omelia 3
2e partis, exponens illud Ezechielis xl Venit ad portam que
respiciebat ad viam orientalem etc. Quis alius porte huius
appellatione signatur, nisi dominus ac redemptor noster, qui nobis ianua
factus est regni celestis. Sicut ipse ait Nemo venit ad patrem
nisi per me. Porta ergo viam orientalem respicit, quia illum
signat qui nobis iter ad ortum luminis fecit etc. Ego sum via ve-
ritas et vita. Sunt etiam porte nomine unusquisque predicator
intelligi, quia quisquis nobis ianua regni celestis ore suo aperit
porta est. Unde et xii porte hic describuntur in figura
predicatorum. Sunt enim porte nomine scripture sacre sancti nos insinuamus
intelligi, que dum nobis intellectum aperit, celestis regni ianuam
pandit. Possumus et porte nomine fidem accipere, qua primum
intungimur. Ut ad statum edificii nitamur. Tres quoque porte
dicuntur esse in quatuor orbis partibus, quia tres sunt virtutes

scilicet fidei et caritatis sine quibus is qui iam aliquid operatur pt
salvari iste pt inquit id vbi b [illegible] vii Et ig incorat tetatis
illud Job 29 Quando procedebam ad portam civitatis dicit per portam
civitatis actio bona designatur per quam anima ad quietem regni celestis
ingreditur ps 9 qui exaltas me de portis mortis vt annunciem omnes
laudaciones tuas in portis filie syon Et 2m hoc per xii portas
significatur observacio decem preceptorum decalogi cum duobus
preceptis caritatis per que homines ingressus ad statum beatitudinis
iuxta illud Salvatoris Math 19 Si vis ad vitam ingredi serva
mandata Nam in hiis portis sunt xii angeli quia anime electorum
deferuntur in celum per ministerium angelorum Luce xvi factum
est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe
Vel aliter per xii portas civitatis significantur xii predicaciones
Sicut enim per portas intratur ad civitatem materialem sic per
predicaciones ad civitatem spiritualem Per orientem ergo significatur predicacio
admonitoria cuius tres porte sunt tres admoniciones scilicet
admonicio ad surgendum quo ad incipientes ad proficiendum quo
ad proficientes et ad perseverandum quo ad perfectos Vel prima ad-
monicio fit ad conversatos 2a ad contractos 3a ad peccatores ut
omnes surgant proficiant et perseverent Alii significantur per Job
daniel et Noe Ezech 14 Job in coniugio positus et curam
sue domus exercens placuit deo per quem digne bonorum coniu-
gatorum ordo figuratur Daniel et in aula regia abstinencie
deditus fuit et ideo virum continencium signat Noe vero archa
in undis rexit atque ita figuram rectorum tenuit Per aqui-
lonem significatur predicacio comminatoria cuius tres porte sunt tres
comminaciones scilicet incertitudinis mortis districcionis iudicii
et acerbitatis eterni supplicii Per austrum significatur predicacio consolatoria
cuius tres porte sunt tres promissiones quibus dicunt fratres predi-
catores scilicet venie impendende gracie conferende glorie adipiscende
Math 4 Penitenciam agite appropinquabit regnum celorum Per occa-
sum vero significatur predicacio redargutoria cuius porte tres sunt
tres redarguciones scilicet de peccato cordis oris et operis
vel in deum in proximum in seipsum Super viii° ve re Item
per orientem potest intelligi splendor cognicionis cuius tres porte
sunt tres consideraciones quibus predicatores dicunt homines scilicet co-
gnicionem mundanorum ad contempnendum superiorum ad appe-
tendum et inferiorum ad declinandum Jacobi 1 est da-
tum optimum descendens a patre luminum Per aqui-
lonem significatur formido sive timor quia naturaliter est frigidus
cuius porte tres sunt tres formidines per quas incutiuntur
ex tercia consideracione predicti quibus predicatores dicunt homines scilicet timore
de conversacione mundi de amissione celi de adepcione inferni
Per austrum significatur fervor dileccionis cuius porte tres sunt tres
dilecciones quibus dicunt homines predicatores scilicet dei sui et proximi
Vel tercia porta australis est amor boni triplicis scilicet honesti
et expedientis et delectabilis Her ii est tercio ... solis
De quo dicitur Eccli 43 ... sol exurens montes igneos radios
exsufflans Per occasum vero significatur luctus cuius tres porte

Ezech 14

sunt tres luctus ... prima de mundi ingratia qua fuit luctus domini
super civitatem Jherusalem Luce 19 Si cognovisses et tu etc. Secunda
est de mundi miseria quam fuit luctus super suscitacione lazari
Johannis xi quem vocabat ad miseriam mundi, ideo flevit Tercium
dominum. Tercia est de mundi dulcia quam fuit luctus domini in cruce
quia tunc flevit dulcia populi iudaici, qui tot signis visis noluit
emolliri. Si predicatores haberent hanc triplicem tegeriem et hunt
triplicem timore et triplice amore et triplicem luctu, tunc eis pateret
introitus paradisi multi quia post illos introirent. Sed heu dicitur
Luce xi Ve vobis legisperitis, qui tulistis clavem scientie et ipsi
non introistis et eos qui introierunt prohibuistis. Nam ita desi-
xi sunt in terram quia non possunt aperiri ad intromittendum populum
Trenorum 2o. defixe sunt in terra porte eius scilicet celestis Jerusalem. Unde
clamat psalmista attollite portas principes etc. et introibit rex
glorie. Sed tunc populo suo. Ysaie xl occupabit salus muros
tuos et portas tuas laudatio. Item secundum dicentem quod desigri
prima etas hominis scilicet infantia sive puericia quia tunc hoc
est in origine per aquilonem vel ventum frigidum senectus
que naturaliter est frigida propter defectum caloris naturalis. Per austrum
iuventus vel adolescentia quando fervet amplius calor naturalis.
Per occasum etas decrepita que est in occasum. Sic dispositive
porte nichil aliud ostendit quam quod in qualibet etate patet introitus
hominibus in eternam per fidem civitatem. Secundo talitie ... Postea
dicatur recte quia in morte clauduntur omnibus ianue ...
hortatur apostolus ad hebreos quod dicitur festinemus ingredi in illam
requiem. Et cantica ... Surge propera amica mea et veni etc.
Tunc ibi et murus civitatis habens fundamenta xii. Secundo ...
describitur ... civitatis quantum ad fundamentorum soliditate
... et muri civitatis ... scilicet xpus ... fides eius
qua munitur ecclesia. ut dictum est supra. ... fundata xii
... fide et doctrinam xii patriarcharum, per quos fundatur ecclesia
quia illi primi hanc fidem tenuerunt, et illos imitantur quicumque
ad fidem accedunt. Secundo ... et in ipsis sunt fundamenta in
fide patriarcharum xii nomina xii apostolorum sunt erat scripta. quia
super fidem et doctrinam patriarcharum fundata est fides apostolorum
... apostoli fide patriarcharum de redemptione generis humani
completum predicaverunt, sic quia quod illi crediderunt et docuerunt
futurum, isti crediderunt et docuerunt iam factum, ... agitur
idem erat in fundamento xpi quem tam patriarche quam apostoli
predicaverunt. Unde hanc fundamentum civitatis est Jhesus xc 1 Cor 3
fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est
Jhesus xpus. Ipse enim est fundamentum fundamentorum ... rex
regum et dominus etc. ... 19. Fundamenta vero super ipsum sunt
patriarche prophete et apostoli in uno fundamento xpo fundati. Ad Ephesios 2o
superedificati super fundamentum apostolorum etc. Fundamenta eius
... in montibus sanctis ... pro patribus tuis
nati sunt tibi filii etc. ... igitur concordia patriarcharum prophetarum
et apostolorum et sequentium catholicorum doctorum in predicacione ... xii

et mysteria sue incarnacionis, quia una omni certa et eadem fides pa:
triarcharum prophetarum Christum venturum et apostolorum predicancium ipsum
venisse. Eadem enim est fides antiquorum et nostra, sicut magister Hugo
lio de sacramentis parte x capitulo yo. Vel secundum Nicolaum Lira circa
civitatis, hec fundamenta xii que xii articulos fidei. Nam secundum
Apostolum ad Hebr. xi: Fides est substancia sperandarum rerum, scilicet bonorum
celestium, que sunt res sperande. Secundum quod diffinicio fidei. Substancia
accipitur pro inchoacione sive fundamento, eo quod sicut fundatur est
inchoacio domus, ita per fidem formatam inchoatur beatitudo
celestis in nobis. Et in ipsis xii nomina xii apostolorum et agni.
Quia xii articuli fidei sunt de Christo, sex pertinentes ad eius divi:
nitatem et sex ad humanitatem secundum quorundam articulorum distin:
ctionem. Dicuntur autem nomina apostolorum in ipsis fundamentis scri:
pta, quia publicaverunt fidem Christi predicando et pro ipso moriendo
hic ille. Vel quia xii articuli ab apostolis editi continentur in dictis
patriarcharum et prophetarum veteribus. Nam primus articulus per
Petrum editus sic: Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre
habetur Ieremie 3o ubi dicitur patrem vocabis me. Qui fecit celum
et terram Ieremie xii. Secundus per Andream scilicet Et in Ihesum
Christum filium eius unicum dominum nostrum habetur Danielis 3 Ecce video
viros quatuor solutos ambulare in medio ignis et species quarti
similis filio dei. Tercius per Iacobum maiorem secundum quem conceptus
est de spiritu sancto natus ex Maria virgine habetur Ysaye viio Ecce
virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emanuel.
Quartus per Iohannem passus sub Poncio Pilato crucifixus
mortuus et sepultus Danielis xi In medio ebdomadarum
occidetur Christus. Ysaye liii Sicut ovis ad occisionem ducetur etc. Quintus
per Iacobum minorem descendit ad inferna tercia die resurrexit a mor[tuis]
Osee vio Vivificabit nos post duos dies et in tercia die su:
scitabit nos. Et eiusdem xiii Ero mors tua o mors, morsus
tuus ero inferne. Sextus per Philippum ascendit ad celos
sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Psalmus ascendit deus in iubi:
latione. Idem dixit dominus domino meo sede a dextris meis etc. Septimus
per Thomam inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Iohel 3o
Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Iosaphat
et ibi disceptabo cum eis. Psalmus Iudicabit dominus populum suum. Octa:
vus per Simonem Credo in spiritum sanctum Iohel 2o effundam de spiritu
meo super omnem carnem etc. Nonus per Bartholomeum sanctam ecclesiam
katholicam Cantica octavo Una est columba mea, una est genitrici
sue electa. Decimus per Thadeum sanctorum communionem remissionem peccatorum
Michee 2o Congregatione congregabo Iacob. Et ultimo deponet
omnes iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata
nostra. Undecimus per Matheum carnis resurreccionem Ezech. 37 Ego
dominus cum aperuero tumulos vestros et eduxero vos de sepulcris
vestris et dedero spiritum meum in vobis et vixeritis. Duodecimus per
Mathiam Et vitam eternam. Dan. xii Multi de hiis qui dormiunt
in terra evigilabunt, alii in vitam eternam, alii in obprobrium
ut videant semper etc.

arethonenia

Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream
vt metiretur ciuitatem et portas eius et murum ciuitatis. Et ci:
uitas in quadro posita est, et longitudo eius tanta est
quanta et latitudo etc. vsque ibi Et mensus est. Descripta
ciuitate superna quantum ad similitudinem seu murorum, hic quantum describit
quantum ad dispositionem introducendo personam mensurantem ciuitatem Et di
uiditur in tres partes. Primo ponitur persona mensurantem introducta. Secundo
ipsa mensuratio, ibi Et mensus est ciuitatem de arundine. Tercio
subditur incidens comparacio ibi ad mensuram hominis que est angeli. Primum
ad primum dicit Et qui loquebatur mecum habebat mensuram etc. Symon
cassiodorus hic angelus typum gerebat filii dei qui disposuit omnia
in numero pondere et mensura Sapiencie xi. Per mensuram aut
arundineam diuina predicacio siue scriptura significatur. Diuina
enim arundine scribitur. Recte per arundinem scriptura designatur
ab efficiente vel id quod efficitur. Hac itaque arundine diuino
eloquio tangit et illuminat deus corda fidelium. Ibi comprendit
et metitur facta singulorum atque perfectus dum aliis tribuit
sermonem sapiencie aliis sermonem sciencie aliis genera linguarum etc. i Cor. xii.
Unde et scriptura significatur per calamum. Apocalypsis xi Datus est
michi calamus similis virge pro eo quod quisque hanc legit in
ea semetipsum metitur. Vel quantum in spirituale proficit virtute
vel quantum a bonis que scripta sunt longe disiunctus remansit
vel quantum adhuc in [illegible] assurgat ad bona facienda, vel quantum adhuc in
prauis actibus prostratus iaceat. Que mensura arundinea
dicitur aurea propter claritatem diuine sapiencie que in plerisque locis
auro figuratur vt ait Gregorius xviii moralium [illegible]
hic Et per arundinem auream significatur sacra scriptura que dicitur
arundo [illegible] sonum predicacionis Et aurea propter claritatem confessionis
Et hanc habebat vt metiretur ciuitatem, id est, plebem eandem Et
portas eius id est doctores et prepositos Et murum id est certe munitores
seu defensores quorum principalis est christus deinde prelati spi-
rituales et temporales. Vnde Richardus per ciuitatem plebem
accipimus inferiorem per portas apostolos et doctores, quorum
doctrina alii ingrediuntur ad fidem. Et murum id est christum quem
predicauit deum et hominem verum. Hec enim omnia metitur, quia
unius vniuscuiusque capacitatem et mensuram dispensat doctor aurea
Et quantum vnusquisque secundum ipsam operatur et proficit studiose
considerat. Hic Apocalypsis xi Surge et metire templum et altare
et adorantes in eo. Ibi de hoc simile habetur Ezechielis xl.
Ecce vir cuius erat species quasi species eris et funiculus lineus in manu
eius et calamus mensure in manu eius. Super quo Gregorius omelia
prima secunde partis dicit quod in septuaginta interpretibus non habetur funi-
culus lineus, sed funiculus cementariorum. Per cementarios
aut secundum eundem sanctos doctores accipimus qui loquendo spiritualia
ad celeste edificium viuos id est electorum animas componunt Numquid
enim antiqui patres quicquid prophete quicquid apostoli quicquid eorum
successores locuti sunt, quid aliud fuit quam componere lapides

in hac que quotidie construitur fabrica sanctorum. In funiculo autem ce-
mentariorum hoc usus solet, ut cognoscatur equalitas vel rectitudo sur-
gentis parietis. Datur et si lapis intus est foras eicitur. Si exterius
prominet interius revocatur. Quod et quotidie agit predicatio doctorum
ut unaqueque anima cum ceteris onera suscipere fortasse non expedit
etiam si foris apparere appetat, interius retorqueatur. Et rursum que
latere vult et suum summum curam gerere, si sibi et multis utilis esse
potest, etiam cum latere desiderat, exterius producitur ut appareat. Sic
quippe fit ut sanctorum lapidum ordo recte stat, dum sepe et volens ad ho-
norem venire repellitur, et honorem fugiens in suo ordine arte
sublevatur. Sed quia ubi funiculus non legimus cementariorum sed funiculus
lineus. Video eum in dicendo ... hoc est funiculus lineus subti-
lior est quam si funiculi fiat aliunde. In funiculo quo lineo subtili-
ore predicationem spiritualem dominus attigit. Cessura etenim legis funi-
culus fuit, sed lineus non fuit, quia unde ipsum non subtili predicatione
coherceuit. Sed qui per semetipsum non prava cogitationibus sed operibus
resecavit. At pagina per semetipsum dominus etiam cogitationes hominum
predicando religavit, et effectum esse peccatum etiam in corde innotuit.
Funiculum lineum in manu tenuit. Audistis enim quia dictum est
antiquis: non mechaberis. Ego autem dico vobis quia qui viderit
mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo.
Math. v. Funiculus quo lineus est predicatio subtilius que mente
audientis ligat, ne se vel in inmundicie cogitationes dissolvat.
Hunc autem funiculum lineum in manu et predicationem in operatione.
In se enim ostendit omne quod docuit. Sicut scriptum est act. i. Que cepit
Jhesus facere et docere. Et quia ipse que dixit etiam scripture tradidit
ut ad posteros mandaret, recte subiungitur: et calamus mensure
in manu eius. Redemptor noster quia verba que dixit etiam per
doctorum studium scribi largitus est, in manu calamum tenuit. Qui
calamus mensure vel dicitur quia ipsa doctorum studia sub quadam occulti
iudicii dispensatione continet, ut et aliis legentibus prosint, et aliis
legentibus prodesse non possint. Unde sancti apostoli cum magistrum veritatis
sibi loquentem aperturum requirerent, cur turbis in parabolis loqueretur,
audierunt: quia vobis datum est nosse misterium regni dei, illis
autem non. Math. 13 Luce 8. Recte calamus mensure est, quia in
ipso sacro eius eloquio quod nobis scriptum est occultas esse dispen-
sationes agnoscimus. Nam per incomprehensibile eius iudicium et
alter in mensuram electorum mittitur, et alter foras relinquitur,
ut nullos ad electorum numerum pertingere valeat. Habet ergo funiculum,
habet in manu calamum mensure. Qui enim funiculo totum metitur
alibi funiculum trahit, aliunde retrahit, et huc ducit quem aliunde
subducit. Sic nimirum redemptor noster in collatione hominum facit:
dum alios a suis iniquitatibus educit, alios in sua iniquitate
delinquit. In hiis ergo quos colligere dignatus est occulte mensure
funiculum traxit, et ab hiis quos relinquendos esse iudicavit quid
aliud nisi funiculum retraxit, ut et boni intra mensuram celestis
fabrice teneantur, et mali extra fabricam in quibus bona que
existimaverunt sunt quasi sine mensura remaneant. Hunc funiculum et
mensure calamum in manu sua redemptor noster tenuit. Tu paulum

Ipsum

per apparicionem virum macedonem amonentem dicentem et ut ipsi macedo
vir dicebat transiens adiuva nos act. xvi et tamen volentes
apostolos ad predicandum ire in asiam non permisit spiritus ihesu. Quid est
quod sancti apostoli et ibi vocantur ire ubi fortasse perge
non cogitabant et ~~ibi~~ ubi illuc ubi desiderabant perge
re prohibentur nisi quia occulti iudicii funiculus et mensura ca
lamus tenetur in manu ut et alii verbum vitae audiat et alii
in illatennus audire mereantur. Funiculus ergo mensure est quo alio
receptus est aliunde repulsus. Sancto quoque euangelio teste
didicimus quod venit qui diceret magister sequar te quocumque ieris cum tamen
est vulpes foveas habent et volucres celi nidos. filius autem
hominis non habet ubi caput suum reclinet. Venit alter qui diceret
magister sine me primus ire et sepelire patrem meum. Cui dicitur
sine mortuos ut sepeliant mortuos suos. Tu autem sequere me
et annuncia regnum dei. Quid est quod ille permittit se ire et dese
ritur iste domum vult redire et tamen ut sequatur trahitur inbecillis
ille non suscipitur iste ut ad hore momentum ad obsequium rela
xatur. Nimirum ergo occulti iudicii dispensacionem funiculus et mensure
calamus dicitur in quo et iste trahitur et ille relinquitur ut
celestis fabrica non sine pio et iuste examine construatur. Et ille
Sed ergo ibi per calamum mensure signatur. Hoc hic per mensuram
arundineam auream qua metitur civitatem portas et murum. Quia
unicuique secundum capacitatem dat intelligenciam scripturarum in presenti
vel graciam et secundum mensuram gracie mensurabit gloriam in futuro
hic est ~~et~~ eque mensura sed secundum capacitatem vasis alii maior alii
minor datur intelligencia et gracia. ad Ro. xii. unicuique secundum
quod deus divisit mensuram fidei. Non autem dicit ibi propheta calamus
aureus sicut hic dicitur arundo aurea quia ibi agitur
de ecclesia militante hic de triumphante patria ubi sunt omnes aurei
solidi et preciosi. Et ut huius civitatis stabilis immobilitas ostendatur
subditur. Et civitas in quadro sita collocata posita est et disposita
Quod patet ex eo quod subditur. Et longitudo eius tanta est quanta
et latitudo quod non posset esse nisi quadrum esset equilaterum
Nam in quadrata figura non est aliud latus maius aliud minus
sed cuncta simul quatuor latera equali spacio tenduntur. Per hec autem
quatuor latera secundum haymonem et beatum gregorium omelia ultima
super illud Ezech. xl°. mensus est atrium longitudine et latitudine
centum cubitorum per quadrum intelliguntur fides spes
caritas et operacio quia sunt equalia in anima uniuscuiusque fidelis quantum
credit tantum sperat amat et operatur. Similiter quantum sperat
tantum credit amat et operatur. Et quantum amat quantum credit sperat
et operatur. Et tantum operatur quantum credit sperat et amat. Non ergo
civitas in quadro esse posita memoratur quia robusta est per
fidem longanimis per spem ampla per caritatem et efficax
per operacionem. Habent enim singuli fideles fidem qua credunt que vide
re non possunt deum scilicet trinum in personis et unum in maiestate
habent et spem qua sperant se posse pertingere ad illud quod necdum
videt

Mat. 8 luce ix

q. omelia

habent quoque caritatem dei et proximi dilectionem quibus virtutibus vita illorum est perfecta adiungitur operacio sine qua fides mortua est
Jacobi 2o perfecta ergo altitudo fidei perfecta longanimitas spei
perfecta latitudo caritatis perfectum studium operacionis talia celestia
sunt sed contra j Cor 13 dicitur maior est harum caritas secundum omnes Gre-
gorium ubi supra Et virtutes supradictas equales invenimus apud nos
Ideo autem caritas dicitur maior fide et spe quia postquam ad visionem veri
speciem venimus fides quidem et spes transit sed caritas permanet
Hec ille Unde dicendum est equalitas secundum proporcionem Et loquitur
Gregorius quantum ut credimus tantum amamus alia est equalitas
omnimoda parificacionis in extensione duracionis et precedit obiecto
Quia enim caritas semper manet ideo dicitur maior duracione
Vel equales sunt iste virtutes quo ad viam merendi quia omnis est una
vis sine racio merendi scilicet gracia dei Caritas autem dicitur maior
quo ad dignitatem quia ipsa est forma virtutum et primo participat
racionem merendi et ab ipsa habent alie quod sunt meritorie sicut dicitur j Cor 13
Si linguis hominum loquar et caritatem etc Vel aliter per quatuor
latera civitatis possunt intelligi quatuor virtutes principales seu car-
dinales scilicet prudencia temperancia fortitudo et iusticia quibus
nichil ~~aliud~~ est utilius hominibus in hac vita ut dicitur Sap viiio
que ita debent esse in electis ut una alteram non excedat Prudencia
quippe consistit in appetendis bonis et vitandis malis Cui debet
coniungi et adherere temperancia quia non est perfecta prudencia nisi stu-
deat homo semetipsum temperare et a voluptatibus istius seculi
retrahere Quod dum fecit debet eciam habere fortitudinem ut illud quod
intelligit opere perficiat Demum eciam debet possidere iusticiam qua actus
suos ita temperet ne minus iustus et plus quam oportet sapiens esse videatur
iuxta illud Ecclesiastes viio Noli esse iustus multum Nec plus sapias
quam oportet ne obstupescas Unde Gregorius ubi supra Magna est quippe
prudencia sed si minus est et a voluptatibus temperans minus
in periculis fortis minus in operacionibus iusta Perfecto minus
est prudens Magna est temperancia sed si minus intelligit unde se
temperet et si adversa sustinere per fortitudinem non valet atque
in tunc animum deicit si per suam precipitacionem ad iniusticie
opera prorumpit minus est temperans Magna est fortitudo sed si
minus intelligit que bona custodiat quibus malis resistat
Si non a voluptatis appetitu se temperet et vincitur delectacione
Si iusticie opera non exercet atque aliqua iniusticie dominatum superatur
minus est fortis Magna est iusticia sed si minus quam oportet iusta
et iniusta opera discernit si minus cor animi delectacione temperat
Si non se contra adversa confortat minus est iusta Mensuretur
ergo perfectorum fidelium vita per quadrum ut unusquisque tam
prudens sit quantum temperans fortis et iustus tam temperans
quantum prudens fortis et iustus tam fortis quantum prudens temperans
et iustus tam iustus quantum prudens temperans et fortis Hec ille
Hec autem quadratura virtutum cardinalium remanebit in patria
secundum katholicos doctores tamen secundum alios actus quam in via Nam
prudencie duplex est actus seu usus unus est insidias precavere

quod non dicitur in patria sed omnino cessabit quia ibi nulle insidie erunt Alius eius
usus est nullum scilicet deo preponere vel equare et ille manebit in patria
Similiter temperancie unus actus est delectaciones noxias cohibere hic
cessabit Alius est ~~deo simplicissime adherere~~ nullo motu noxio delectari
et ille remanebit Similiter fortitudinis unus usus est molestias
velut ferre qui cessabit Alius est deo firmissime adherere hic
manebit Similiter unus usus iusticie est subvenire misero hic
cessabit Alius est subditum esse deo universaliter et hic remanebit
Sed contra destructo subiecto non poterit actus remanere quod fundatur
in ipso sed in morte hominis destruuntur concupiscibilis et irascibilis que sunt
potencie sensitive ergo non poterit remanere temperancia et fortitudo
que fundantur in ipsis Item frustra ponitur virtus sine operacione
sed in patria nulla est materia circa quam virtutes cardinales possint
suas operaciones exercere Solucio quod utrumque verisimile videtur quod virtutes
predicte manebunt in patria quo ad actus dictos quia quod est ad
ornatum anime hoc decet in anima beata manere sed huiusmodi virtutes
sunt ad ornatum anime quia secundum doctores Sicut domus materialis ornatur
quando variis picturis figuratur Sic anima decoratur quando virtutibus
habitibus munitur Et ideo virtutes sibi proprie vendicant nomen habitus
Anima sicut habitu seu vestitu corporali ornatur corpus humanum
Sic habitibus spiritualibus scilicet virtutibus ornatur anima humana
Ad primum argumentum solucio Contra quando subiectum sic destruitur quod nullo modo
manet tunc actus fundatus in ipso nullo modo manere non potest Si autem
subiectum aliquo modo manet vel idem subiectum etiam redibit tunc etc
id actus potest aliquo modo manere vel etiam redeunte subiecto redire
Sed nunc ita est quod licet in morte hominis virtutes sensitive sic destru-
antur quod non manet formaliter manet tamen in centrali anime radicaliter
et resuscitato homine resuscitantur ille potencie Sic suum esse formale
Ideo mortuo homine virtutibus fortitudinis et temperancie manet secundum
suum esse radicale resuscitato vero homine resuscitantur virtutes ille
secundum suum esse formale Ad secundum solucio Quamvis illa virtus frustra
ponatur sine operacione cuius posicionis nulla alia potest assignari causa
vel racio nisi sola operacio tamen illa virtus cuius alia sufficiens
causa potest assignari non ponitur frustra sine operacione Sed istius posicionis (?)
causa dicta est racio quia dato quod non ponantur ad operandum principaliter
secundum actus quos habent in via scilicet temperancia circa carnis delectabilia
fortitudo circa pericula et terribilia iusticia circa distribuibilia et commu-
tabilia prudencia circa consiliabilia ponentur tamen ad operandum
secundum alios actus seu usus dictos vel ad ornatum Harum autem
virtutum una sola scilicet prudencia se tenet ex parte intellectus et tres
ex parte appetitus quia secundum philosophum in 3 politicorum appetitus in parte (?)
dividitur scilicet in concupiscibilem irascibilem et voluntatem (?) Predictarum autem
non dividitur Ideo de istis principalibus virtutibus tres se tenent
ex parte appetitus Una vero sufficit ex parte racionis ut sic
totus homo in omnibus viribus principalibus ordinatur et debite
regulatur Et quia circa singulas virtutes in anima necesse est consiliari
ut nos debite et ordinate habeamus circa eam Ideo prudencia
est universaliter directiva circa materiam uniuscuiusque virtutis moralis Unde quod
Beatus Bernhardus dicit quia prudencia non solum est virtus sed est
auriga virtutum Dicuntur autem iste virtutes cardinales quia sicut
ostium in omni motu suo regitur a cardine Sic tota vita humana

Prout est civilis et politica, in actionibus et passionibus regitur hiis virtutibus, que de necessitate in medio consistunt, 2° ethicorum. Et mensus est civitatem de arundine per stadia xii milia, longitudo latitudo et altitudo equalia sunt. Et mensus est muros eius centum xl iiii or cubitorum, mensura hominis que est angeli. Posita perfectione mensurationis introductam, subdit ipsam mensurationem. Et dicit sub brevi intellectu compendium sive dicti expositionem. Ibi mensura hominis que est angeli, prima in duo, quia primo determinat mensuram murorum quo ad virtutes cardinales, 2° quo ad theologicas, ibi longitudo etc. Quantum ad primum dicit. Et mensus est civitatem de arundine per stadia xii milia. Quantum ad literam pertinet, designatur in hiis verbis magnitudo loci beatorum, unde Baruch 3°: O Israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius, quoniam celum empireum quod est locus beatorum sit quasi incomparabiliter maius quam civitas hic descripta. Nam in hoc libro maiora per minora frequenter significantur, ut patet supra 4° de viginti quatuor senioribus et 7° de numero signatorum. Ponitur tamen hic iste numerus ad designationem misterii. Unde Haymo: per civitatem militantem ecclesiam, per arundinem doctrina evangelica, per stadia xii milia quibus promittitur omnibus laborantibus in ecclesia. Per stadium quippe intelligitur illud quod in stadio agitur, id est proficuum laboris et premium laborantium. Stadium enim est longitudo itineris in quo curritur ut bravium inveniatur. 1 Cor. ix: Nescitis quod hii qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit bravium. Laborant itaque electi in stadio, hoc est in labore presentis vite, quatenus bravium superne retributionis possint percipere. Tales autem sunt xii milia. Nam per xii milia summa sive universitas electorum designatur. Duodenarius enim numerus ideo perfectus habetur, quia ex denario et binario constat. Denarius pertinet ad decem precepta legis, binarius ad duo precepta dilectionis, in quibus tota lex pendet et prophete, Mat. 22, Ro. xiii. Vel ideo duodenarius numerus perfectus habetur, quia ex partibus septenarii efficiatur, que sunt tria et quatuor. Ternarius ad fidem trinitatis refertur, quaternarius autem ad quatuor evangelia seu quatuor virtutes cardinales. Millenarius quoque perfectus numerus omnino, quia denarius in se quadratum solidum reddit. Decies enim centena sunt mille. Per hoc igitur duodenarium et millenarium numerum in sacro eloquio pro perfectione ponitur. Recte in xii milibus summa perfectorum illorum exprimitur, qui decalogum legis implent cum dilectione dei et proximi fidemque trinitatis custodiunt et hoc per quatuor evangeliorum vel regimine quatuor virtutum cardinalium. Hoc ergo metitur angelus, id est Christus, de arundine, id est de sacra scriptura, in qua promittitur unicuique retributio etiam secundum quantitatem meritorum, similiter et pena secundum exigentiam demeritorum, Luce vi et Mat. vii°: Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Hoc etiam metitur a iudice, quia unicuique secundum capacitatem suam dona distribuit, ad Ro. xii: Unicuique sicut divisit deus mensuram fidei, 1 Cor. xii: divisiones graciarum sunt, 1 Pet. 4: Unusquisque sicut accepit graciam etc., Mat. 24: alii dedit quinque talenta, alii duo, alii vero unum. Omnibus tamen quos tangit in hiis que acceperint perfectionis reddit. Et unusquisque quod accepit in se per caritatis studium possidet in altero, ut ex multis membris unum efficiatur corpus. Et hii licet non equaliter, quia ut dicit Salvator Iohannis xiiii: In domo patris mei mansiones multe sunt

Nam omnibus supreme remunerantis premium pro qualitate mentis sunt recepturi. Agitur quoque civitatem de arundine per stadia xii milia,
id est secundum exercitium virtutum in quibus consistit hic meritum quo ad statum hominum scilicet magistrorum prelatorum et perfectorum, sive credentium operantium et conservantium. In scriptura sacra denarius premium
in mensura meritorum. Zach. 1 adequabit eam quia eis
1 Cor. 3 unusquisque propriam mercedem accipiet secundum laborem suum.
Deinde omnium illorum mensurantis quantum ad virtutes theologicas
dicens eas esse equales. Unde subiungit: Et longitudo glosa id est fides
et latitudo id est caritas et altitudo id est spes equalia sunt ut supra
expositum est. Hec est enim illa soliditas quadrate figure de qua
superius dixit: Et civitas in quadro posita est. Vel aliter: longitudo
refertur ad longanimitatem, latitudo ad caritatem de qua dicitur
in psalmo: latum mandatum tuum nimis. Nichil enim latius quam omnes
in sinum amoris recipere, nullas odii angustias sustinere. Sic quippe
lata est caritas in amplitudine dilationis sue, ut non solum ad amicos
vel, sed etiam ad ipsos perveniat inimicos. Matt. v: diligite inimicos vestros.
Altitudo vero ad contemplationem, que sunt equalia secundum hanc. Nam quantum
quisque patiens fuerit per longanimitatem, quantumque latus per caritatem,
tantum erit altus per contemplationem. Nam unusquisque ad alta per contemplationem
erigitur, in quantum semetipsum humiliat in tolerando
mala proximorum. Longitudo itaque ~~[illegible]~~ carite sive caritatis
latitudo et altitudo sunt equalia. Quia in quantum longanimis est inter
adversa, in quantum caritate erga omnes dilatatur, tantum est alta per
contemplationem. Unde Gregorius super Ezech. omel. 2 re p[ro]ph[etis] dicit:
Et unaquaque anima quantum lata fuerit in amore proximi, tantum
et alta erit in cognitione dei. Dum enim se per amorem iuxta
dilatat, per cognitionem superius exaltatur, et tantum super semetipsam
excelsa fit, quantum iuxta se in amore proximi tendit. Et 2[9]
moralium tractans illud Iob 38: Numquid considerasti latitudinem
terre, dicit: Solet intelligi [?] quod dicit considerasti latitudinem
namque interiore bonorum neque comprehendi insultante considerat.
Nam plerumque eos exterius inopia humiliat, pene cruciatus
angustat, sed tamen intus semper interior fortitudo respirat ad
spaciosa celestia dilatat. Nisi enim virtus animum dilataret, neque
Paulus Corinthiis diceret 2 Cor. vi: dilatamini et vos et nolite
iugum ducere cum infidelibus. Angustati exterius apostoli fuerant
cum flagella sustinebant, sed in magna stabant intus latitudine
liberi, qui apud se ipsa eadem flagella in gaudium verterunt. Scriptum
namque est Act. v: Ibant apostoli gaudentes etc. Hanc latitudinem
domini inter angustias Paulus invenerat, qui dicebat: Scire
autem vos volo fratres, quia que circa me sunt magis ad profectum venerunt
evangelii, ita ut vincula mea manifesta fierent in omni pretorio.
Ad Phil. 1. Hanc certe latitudinem David inter angustias optinebat,
dicens: In tribulatione dilatasti mihi. ~~[illegible]~~ Scilicet conscientia
dilatatur cum mundi huius adversitatibus ~~[illegible]~~ exterius premitur.
Nam cum a cunctis vite securitate repellitur, intus ad se impingitur,
ut ad spaciosa superna tendatur. Cum enim evagari exterius non permittitur,
quasi in sinum suum revocata dilatatur. Hec ibi et plura. Sequitur:
Et mensus est murum eius centum xl iiii cubitorum. Si quadragenarius
numerus studiorum hic positus ad mensuram cubitorum, inveniuntur in eo figurarum

omnis scilicet Centum xl iiii milia, qui numerus surgit ex duodenario ducto in se. Nam duodecies duodecim fiunt centum xl iiii. Quem igitur electorum mensuram ponit hic angelus secundum ... hanc hanc quadratura duodenarii numeri continet quia duodecies duodecim sunt c xl iiii. Centenarius autem numerus perfectionem significat. Unde Salvator Mat. 19 Qui reliquerit domum fratres etc. centuplum accipiet, id est perfectionem meritis consequitur. Ut ea que semel omisit ultra repetere nolit. Quadragenarius quoque numerus in scriptura satis multimoda ratione perfectus habetur, sive propter ieiunium xl diebus a duobus patribus Mat. 4 sive propter decalogum legis et iiii evangelia in quibus perfectio decalogi continetur. Quaternarius similiter perfectus est propter quattuor flumina paradisi vel propter quattuor partes mundi vel propter quattuor libros evangelii vel propter quattuor virtutes principales. Cubitus vero significat operacionem quia a cubito manus est. Recte per cubitum operatio manus exprimitur. Muri vero sunt predicatores et doctores ecclesie defensores eam undique munientes et custodientes Cantic. 3 Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem. Sensus est quod angelus muros civitatis c xl iiii cubitorum ad significandum quod ecclesie defensores sunt perfecti per preceptorum operationem et per pacem seu abstinentie exercitacionem et per virtutum plenitudinem. Cuius numeri centum xl milium et xiiii ... ubi sunt expositio, in sedibus. Vel hoc ideo dicitur quia deus omnes ... et considerat quantum singuli electorum per auctem quattuor evangeliorum laborant in decalogo legis quantum quoque consecuntur perfectionem meritis ut pervenire possint ad societatem angelorum. Unde subditur Mensura hominis que est angeli hic enim ponitur mirides comparationis sive dicti expositio. Nam ut ait haymo, quantum ad literam pertinet hic ostenditur ipsum angelum qui cum Iohanne loquebatur in figura hominis apparuisse. Sic enim dicit: ille qui sic mensurabat in specie hominis apparebat et tamen angelus erat, per quem tamen figurabatur filius dei verus homo. Quantum autem ad literalem intellectum pertinet, per hoc intelligitur quod gloria hominum et angelorum in celesti beatitudine equalis erit. Unde dicit Salvator Mat. 22 In resurrectione neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo quia scilicet homines electi ad equalitatem angelorum assumuntur. Et de hoc Gregorius omel. 3 2e partis super Ezech. dicit humilitas hominum usque ad equalitatem perducatur angelorum. Et ideo per Iohannem dicitur mensura hominis que est angeli quia usque ad illam altitudinem electi homines perducuntur in qua solidatos se angeli letantur. Vel ideo mensura hominis que est angeli dicitur quia quot angeli remanserunt in celo post lapsum luciferi tot homines de terris sunt in celos ascensuri. Unde illud Deuteron. 32 Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel alias angelorum dei. Ut dicit Gregorius omelia xxxiv 2e partis evangeliorum: Superna inquit civitas ex angelis et hominibus constat ad quam credimus hominum genus ascendere quantos illic electos angelos remansisse contigit. Numerus autem soli deo cognitus sit numerus electorum in superna felicitate locandus. Ut ait Gregorius in moralibus vel cui deus revelaverit sive hominum sive angelorum. Dicunt tamen quidam ... homines assumendos esse in numerum

cadentium angelorum. Unde secundum Bedam celum empireum statim ut
factum est sanctis angelis est repletum. ergo non est locus vacuus nisi
cadentium. Item restauratio ruine angelorum fuit una causa creatio-
creationis hominum secundum Gregorium. ergo tot salvabuntur quot suffi-
ciunt implere ruinam angelorum. Item in celo nichil erit superfluum
nec diminutum. ergo non erit maior vel minor numerus celestium incola-
rum. Alii vero dicunt homines assumendos ad consortium angelorum
secundum numerum stantium. et hoc videtur probabilius. quia etsi non cecidissent
angeli, tamen homines salvarentur. Et quia convenientius videtur
quod sit equalitas hominum salvandorum et angelorum quia quasi ex duobus
parietibus constabit ecclesia triumphans. Ad decorem vero domus
pertinet equalitas parietum. Item erimus equales angelis dei. ergo
non natura humana sed aptitudine ad equalitatem angelorum. Magis autem
convenit sapientie et iustitie dei ex naturis equalibus equalem assumere
numerum personarum quam inequalem. ergo videtur quod tantus erit numerus homi-
num electorum quantus angelorum. Ad illud autem quod opponitur
de Beda potest dici quod dicat celum empireum sanctis angelis
statim repletum id est sufficienter et copiose ornatum. Ad illud de ca-
creationis dicendum quod illa fuit causa non tamen principalis. Ad illud
quod dicitur quod in celo nichil erit superfluum dicendum quod non soli angeli
futuri erant celestes incole. ymo et homines. Ex quo patet
illos errasse qui dicebant homines non posse assumi ad equa-
le premium angelis nisi per privilegium ut Christus et mater eius.
Similiter et illos qui dicebant quod solum assumentur similes eis
in merito scilicet virgines. alii vero non. Sic faceret alium chorum. Nam
secundum gradus meritorum omnes electi assumentur ad diversos or-
dines angelorum. quia una erit ecclesia hominum et angelorum.
Et multi non virgines ut Petrus et Magdalena precedent in
premio multas virgines apud deum. Nam homines secundum quod preci-
pue penes aliqua excellentiam proprietates seu conditiones
a quibus distinguntur chori seu ordines angelorum sic assumun-
tur cum angelis ad ordines eorum. puta ferventissime diligentes
ad ordinem Seraphim. In quo supremum locum super omnes an-
gelos exaltata est virgo gloriosa. quia super omnem puram
creaturam ferventius dilexit creatorem. Ad quem ordinem etiam
creditur assumptus esse beatus Johannes baptista. qui testimonio
Salvatoris erat lucerna lucens et ardens. Unde et de eo dicitur
quod insertus est angelorum ordinibus. quia ad ipsum ordinem sera-
phim est sublatus. Idem pie credendum est de beato Johanne
ewangelista. de beato ffrancisco Augustino et ceteris ferventissimis
amatoribus dei. In quibus autem non est tantus excessus ar-
doris divine dilectionis si tamen fuerint excellentes in doctrina
fidei catholice. tales assumentur ad ordinem cherubin. Iuxta
illud Dan. xii. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor fir-
mamenti. Et qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas
eternitates. Et sic de ceteris ordinibus angelorum. Unde Gregorius super (?)
dicit. Quia superna illa civitas ex angelis et hominibus constat
debemus et nos ex tot distinctionibus supernorum civium ad usu

nre conuersacionis tibi nos oportet ipsos ad incrementum virtutum bonis studiis
inflammare. Tanta enim credimus illuc ascensura credi multitudo hominum
quanta multitudo remansit angelorum superest ut ipsi quoque homines
qui ad celestem patriam redeunt ex eis agminibus aliquid illuc
redeuntes imitentur, distincte namque conuersaciones hominum singu-
lorum agminum ordinibus congruunt, ut in eorum sortem per con-
uersacionis similitudinem deputentur. Nam sunt plerique qui parua
capiunt sed tamen hec eadem parua pie annunciare fratribus
non desistunt. Isti itaque in angelorum numerum currunt. Et sunt nonnulli
qui diuine largitatis munere refecti secretorum celestium summa
et capere preualent et nunciare. Quo ergo isti nisi inter archan-
gelorum numerum deputantur. Et sunt alii qui mira faciunt signa et valenter
operantur. Quo ergo isti nisi ad supernarum virtutum sortem et numerum
congruunt. Et sunt nonnulli qui acceptis virtutibus de obsessis
corporibus malignos spiritus fugant, eosque virtute oracionis et
vi accepte potestatis eiciunt. Quo itaque isti meritum suum nisi
inter potestatum celestium numerum sortiuntur. Et sunt non-
nulli qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcen-
dunt, cunctisque et bonis meliores sunt, electis quoque fratribus principantur.
Quo ergo isti sortem suam nisi inter principatuum numeros acceperunt.
Et sunt nonnulli qui sic in semetipsis cunctis viciis omnibusque desi-
deriis dominantur, ut ipso iure mundicie dii inter homines vocentur.
Unde ad Moysen dicitur: Ecce constitui te deum Pharaonis. Exodi vii.
Quo ergo isti nisi inter numeros dominacionum currunt. Quorum conuersacio
hominibus, ut ita dixerim, sunt subiecti. Et sunt nonnulli qui dum
sibimetipsis vigilanti cura dominantur, dum se sollicita intencione
custodiunt sed discuciunt, diuino timori semper inherentes hoc in
munere virtutis accipiunt ut iudicare recte et alios possint.
Quorum profecto mentibus cum diuina contemplacio presto est, in his
velut in throno suo dominus presidens, aliorum facta examinat
et cuncta mirabiliter de sua sede dispensat. Quid ergo isti nisi throni
sui conditoris sunt. Vel quo nisi ad supernarum sedium numerum ascribuntur.
Per quos dum sancta ecclesia regitur, plerumque de suis infirmis actibus
etiam electi iudicantur. Et sunt nonnulli qui tanta dei et proximi
dileccione pleni sunt ut cherubim iure nominentur. Quia enim cherubim
plenitudo sciencie dicitur et Paulo dicente didicimus quia plenitudo le-
gis est caritas, omnes qui dei et proximi caritate ceteris amplius
pleni sunt meritorum suorum sortem inter cherubim numeros perceperunt.
Et sunt nonnulli qui superne contemplacionis facibus accensi in
solo conditoris sui desiderio anhelant, nil iam in hoc mundo cu-
piunt, solo eternitatis amore pascuntur, terrena queque abiciunt
et cuncta temporalia mente transcendunt, amant et ardent atque in ipso
ardore requiescunt, amando ardent, loquendo et alios accendunt,
et quos verbo tangunt, ardere protinus in dei amore faciunt. Quid
ergo istos nisi seraphim dixerim, quorum cor in igne conuersum
lucet et urit, quia et mentis oculos ad superna illuminat et com-
pungendo in fletibus viciorum rubiginem purgat. Qui ergo ita
in amore sui conditoris inflammati sunt, quo nisi inter seraphim
numerum sortem sue vocacionis acceperunt. Et subdit: Sed hec me
loquente intrinsecus vos ad vosmetipsos redeuntes secreta vestra intus

dñacionum

cogitacōes qȝ distinxit. Videte si quid iam boni vobiscum agitur videte
si in uno chorum agminum sortem vīe vocacōnis invenitis. Ve aut
anime que in se de hiis bonis curiatis nunc aliquid recog-
gnoscat Et qȝ adhuc deterius ve timinet si et putatam se do-
nis intelligit et inequʒ gemit. Quisquis talis est gemen-
dus est valde qȝ non gemit Pensemus igitur accepta electorum
munera et virtute qua possumus ad amorem tante sortis anhe-
lemus Qui in se donorum graciam nunc recognoscit gemat Qui
vero in se minora recognoscit. aoca aliis non invideat quia
et superne ille distinctiones beatorum spirituum, ita sunt condite vt
alie aliis sunt prelate. li. ibi Cum enim in eo consilio autor et disspe-
sato non huic illa largiatur quod alii denegat, Sim hanon extra
sateo non humanam acmdmib egredi videtur Quisquis enim posse plus qȝ
accepit conatur inde plerumque amittit et hoc qd accepit quia
audacter ea que contingere non valent arripere festinat Nam et
membrorum nostrorum tunc hiis ministeriis prociuner cum sua eis
officia distincte suamimus. Luce. n oculis cernimus voce vero aribus
audimus Si quis aut mutato ordine officia deserit ad aliena
non assurgit Ille Sȝ hic restat dubium Verum per eundem
gradum virtutis homo cum angelo attingat ad eundem gradum bea-
titudinis et eandem claritatem beatifice visionis Dicitur qȝ non qȝ sicut
si ab inequalibus equalia auferuntur, remanent sunt inequalia
sic si inequalibus equalia adduntur ipsa erunt inequalia, Cum ergo
naturalia hominis et angeli sunt multum inequalia per eundem gradum
virtutis et gracie superadditum, non videtur qȝ sic equetur in gloria Videtur
qȝ eundem gradum beatitudinis seu beate visionis attingat Videtur
ergo qȝ infirmitas humane nature habundanciori virtute et gratia decat
corroborari ad hoc ut attingere valeat ad angelice visionis clari-
tatem Nam cum in mensuram caritatis et gracie infunditur lumen glorie
et qȝ actus activorum sunt in paciente et disposito Angelus aut
in suis naturalibus habilitat maior dispositione claritati qȝ homo
ergo per eundem gradum luminis glorie limpidius videt divinam essenciam
qȝ homo Et qȝ ille gradus luminis glorie magis videtur perfice
intellectum angelicum qȝ humanum eo qȝ immaterialem et deiformem
angelis dispositionis multum de tpe gessit homini ad meritum cum angeli
habuerit una brevissima morula quo ex frequentibus actibus
meritorum, homo non solum posse in gloria angelis equari si etiam
virtutibus meritorum puniunt homines superexcedere mensuram glorie
quorumcumque angelorum Et hoc maxime qȝ homines innituntur
virtuti sanctorum ac merito passionis xpi per qua recepti sunt
quibus inniti non poterat merito angelorum Sit igitur qȝ ideo
ptum ex unito motu, qȝ angeli vnico actu primum et eternale me-
ruerunt homines vero quamdiu vivunt in merito proficiunt ptum ex
gracia, qȝ angeli totam graciam suam simul acceperunt homines
augetur quotidie virtute sanctorum, ptum ex merito xpi qui est
mediator hominum non angelorum vt dicit petrus de tharantasia
super 2o sententiarum dis. ix. Moraliter aut per civitatem istam anima ista
signatur racio que est ad modum viri dȝ mensurare quanta sit longitudo fidei

latitudo caritatis et altitudo spei. Metire eam idem est quod perpendere
et mensurare eam per paruam. ad ephes. 3. In caritate radicati ut possitis
comprehendere que sit latitudo scilicet caritatis. longitudo desiderii celestis
sublimitas contemplacionis et profundum humilitatis siue timoris. Job 28
Quis posuit mensuras eius si nosti. Ubi Gregorius 28 moralium
Ezech. xl. Mensus est latitudinem edificii et similiter xli. 2 Cor. x.
nosmetipsos metientes et comparantes nobis ipsis. Supra xi. Metire
templum. ubi de hoc

Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Ipsa vero ciuitas
aurum mundum simile uitro mundo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide
precioso ornata. Fundamentum primum iaspis. 2us zaphirus. 3us calce-
donius. 4tus smaragdus. 5tus sardonix. sextus sar-
dius. septimus crisolitus. octauus berillus. nonus thopasius.
decimus crisoprassus. undecimus iacinctus. duodecimus ametistus
Positum describendo ciuitatis superne quo ad unitatem sine finem. quo
ad mensurantis dispositionem sub constitucione quo ad ciuitatis mensurationem siue
quantitatem. Subdit de materia preciositate. Unde glossa In hac ciuitate exequitur
muros et portas et fundamenta. Secundum hoc litera dividitur in 3es
partes ut superius tamquam signa narrauerat describendo ciuitatem. Primum ad
primum dicit Et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Per
murum ut supra dictum est intelligitur securitas beatitudinis. Per iaspidem
vero christus. Et hoc quia murus ciuitatis superne. dicitur ex lapide
iaspide. quia christus est securitas beatorum. a quo non possunt diuelli
nec auelli. Secundum hanymum vero lapis iaspis viridis coloris est
et sic deum nostrum ihesum christum. qui est refectio sanctorum atque animarum in
contemplacione dei. Sic sit summa refectio et eterna satietas electorum
Unde illud psalmus Dominus regit me et nichil mihi deerit etc. Secundum vero
Richardum murus christus structura muri. quo verbi et hominis
assumpti. Que recte dicitur ex lapide iaspide quia firmiter et indissolu-
biliter permanet in unitate persone. Vel secundum eundem structura muri
est edificacio ecclesie ex lapide iaspide id est ex sanctis quorum fides
numquam marcescit. sed in viriditate operationis consistit. Isaie 54 po-
nam iaspidem propugnacula tua. Quod exponens Gregorius super
Ezech. omelia 4 2e partis dicit omnipotens deus sancte ecclesie pro-
pugnacula iaspidem qui viridis est coloris posuit. quia predicatorum
illius mentes intus viriditate amoris solidauit. Ut terrestria
cuncta despiciant nil in hoc mundo quod sine clauditur appetunt
Cuncta eius gaudia velut arida contempnunt. Unde et ipse pastor
ecclesie suos auditores ad pascua viriditatis eterne vocans de deo
loquitur dicens Secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam
per resurrectionem Jhesu christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem
et incontaminatam et immarcessibilem conseruatam in celis. 1 Pet. 1.
Erat ergo structura muri eius ex lapide iaspide. quia ex fortibus
et in fide virentibus. fuit ecclesie defensores. Cantic. 3. En lectulum
Salomonis lx fortes ambiunt ex fortissimis israel. Fit autem
defensio ecclesie per predicationem fidei vel disputacionem. Cantic. 8
Si murus est edificemus super eam propugnacula argentea. Richardus
Si quis talis est ut possit eciam defendere per predicationem
vel disputacionem obtundendo maliciam impiorum. Et cum plus insti

et armat in fide Ex lapide go lapide structa murorum tunt efficat
qz in eccla prius fundamentu x constituit 1 cor 3 fundamentu
aliud nemo &c Cum primu viri fortes et perfecte fidem seruantes
et demum omnes fideles supponuntur 1 pet 2o ad que accedentes
lapidem viuum et ipsi tamqz lapides viui superedificamini domos
spiritales Nam sicut in edificacione muri pro primo ponuntur lapides mag
et quadrati qui alios sup se positos portant qui et ipsi item alios
portent sicqz omnis edificacio construitur vsqz ad vltimum lapidem
superiniectus qui cum portetur ab omnibus ipse neminem portat Ita
in fundacione ecclesie primo sunt Apostoli martires deinde confessores virgines
vidue ceteriqz sancti qui se omnes inuicem portant passiones sue
meritis libentissime tolerantes Iuxta illud Apostoli ad Galathas sexto
alter alterius onera portate Vel est expo semetipsos inuicem fo
uentes et ita agitur vsqz ad finem seculi qui vltimus electus in nouis
ssimo culmine huius edificii ponitur Qui cum portetur ab omnibus
retro se precedentibus ipse tamen non habet quem portare possit
qz in ipso omnis edificatio ecclesie consummabitur Erit vel xpus ipse
fundamentum et consummator ecclesie qui est initium et finis ut inquit
haymo Pret insertur ex dictis qz ad edificacionem murorum celestis
ciuitatis requirantur lapides pro quiete mea lapides inquam
non [illegible] qualescumqz sed viui quibus in fine fundacionis sue inmo
mirabilis olim humilitate ecclesie predicabat ciuitas Sed inmo
labilibus septuaginta auctoris nobis patent insinuat dum preclare vite
inuicta gesta qz virtutum ac meritorum preconia patrum commemorat
antiquorum Qui in libro suo Augustini super ps c xxi velut la
pides preciosi ciuitatis eterne muru [illegible] ante inmensitatem
lis inauditum ad decorem pariter et inmune splendidiqz illustrabant
Ubi vnaqz gloriosa dignitas apostoli culminis inducens namqz adamantu
de ministri zelotissimis preciosis ferrea corda gentilium instancia
sue predicacionis ad fidem mirabiliter attraxerunt In ecclesie quidem
edificio muro collocanda Ubi qz martirum rubescentes carbunculi
noctis obscure perfulgentes in tenebris sine preciosis misteriis nos
instruebant quod tenebrosa inquomodo adiuersitatis emittere splen
dorem fulgentis paciencie clara qz tormenta prosecucionum tamen inmutatis fre
Ubi etiam sanctorum confessorum sancta deuocio instar lacrimosi berilli
lapidis frigidi peccatis quamuis fletus emittentes fluenta peccata deliu
quentis facinora deplangebat Nos ad summa pietatis opera
suis fletibus inuitando Ubi demumqz virginum candide margarite
cula cunctis in puritatis interne candore preferentes earum spectacu
la tuendo Ad quorum quidem constructoris celsitudinem preferati sicut
lapides eleuabimur super terram Zach ix O felix go ecclesia qz cunctis
tam solempnium murorum olim cincta presidiis fortissimis inexpu
gnabiles qz muri tum nobilium lapidum firmitate constructi preciosi
qz lapides eximie qz fulgentes que digito dei ab omni labe
imperfecti mortifere politi Nichil olim muris non mediocris
nobilitatis preluxerunt resplendencia robori qz vigore Ad
quorum laudem et gloriam singulare preconium tantum rursum duo

alloquens per prophetam Isaye liiii dixit ponam universos terminos tuos
in lapides desiderabiles et omnes filios tuos doctos a domino. Quod
recitans Gregorius ubi supra dicit: huius ecclesie sancte universos terminos in
lapides desiderabiles positos videmus dum quosque in ea fi-
deles fortes in fide et caritate conspicimus. Que ut quis dixe-
rit lapides duntaxat admixit omnes filios tuos doctos a
domino. Hec ille. Sic utique doctos qui propter sancte claritate vite
sinceritate morumque probitatem in ipsos velut in honestissime conver-
sacionis exemplar populares desiderabant conspicere eisque filiat honorem
et reverenciae gratuitum obsequium devotius adhibere. Sed heu
prochdolor iam alea prosperitatis est mutata, iam rebus in
deteriora conversis nostre tunicule inveterat prosperitas evanuit
et inexpugnabilis iam periit fortitudo dum contemptibilia saxa
pro inestimabilibus gemmis vile lutum pro lapidibus preciosis mutuntur
videlicet pro litteratis idiote pro virtuosis que sanguinis affectione aut
precio vel precum instancia in muros ecclesie preponuntur sine iudicio
collocantur. Quod fit quia iam sancti prelati nec laudabili conversatione
filiati licet tempus congruum sine tribulacione expostulet. Nimirum de-
fensionis pro domo domini se non audet opponere, ne contra de-
linquencium transgressiones unum quidem verbulum reprehensionis exprimere
sed per dampnosissimum silencium semetipsos exhibet velud canes
mutos non valentes latrare, hii sunt potius cere mollicie
quam lapidea soliditate presentes. De quibus Iudicum XVI petre
sicut cera liquescet. Discant ergo principes et patroni. Item
Origenes super librum numerorum omelia 22 quantum ecclesie
ecclesie, tales petitos erigere, tales quoque personas ad spiritualia be-
neficia promovere que ipsam magis edificent quam destruant
et qui habent in semetipsis spiritum dei et precepta eius in conspectu
illorum sunt semper. Et que moysi valde nota sunt et fami-
liares quasi in quibus sit claritas legis et sciencie morum probitas
honestasque vite, similes exemplum ab apostolo ad Thymotheo suo
discipulo quomodo debet regimine ecclesie dei et quomodo nocuit ipsum habe-
re eum saterum literaturam. I Thy. I. Quo vero clerici intrent
ad ecclesiastica beneficia dicat Bernhardus in libro de vita clericorum
quod alio appellatur colloquium Petri et Christi XIII videte vo-
cacionem vestram ait vocatis apostolus. Consideremus et nos an
vocati venerimus et vocati a deo tamquam Aaron nimirum hec vocatio
ne quemquam nostrum vocacionem dixerim quam sane interim cum apostolum quos
predestinavit hos et vocavit. Sed quibus vocavit nos in honore
cleri et communione velim conciabus singulorum ut iam preceptum
domini loquar ad cor Iherusalem et advertere eam. Huic [...] paulo
aut forsitan necdum nato ecclesiastica beneficia quedam sane
parentum sollicitudo parabat. Huic nos ingens illi vel illi
Tedeum eos apud que hemus etc locum. Alii cum forte ser-
vivimus quorumque ut dicitur de bonis domini ut in tot li-
beros unica quandam hereditas nullum possitu a decemque ut sic
succedet plus quam in eo educavit affectu in deliciis cun-
ctorum et delectis ille dignus archidiaconatum utpote fi-
lius principis magistri aut sic episcopi consobrinus in quo minime

Isay xl

tota perennis est episcopatu, alius undique circuit sedulus explo-
rator, blanditur obsequitur simulat et dissimulat, miseria
quod sibi suffragia mediante non erubescit manibus et pedibus
se quis tandem se querat ingerere in patrimonium crucifixi, et bona
domini que sola ex omnibus hodie inveniuntur exposita. Nimirum
pegre confertus est. Sed in brevi forte vel adminus in die tre-
mende illius iudicii ut sua districte repetit reditura. Et
fuerit quis ea intencione sedibus beneficiis et ministeria
sanctuarii querit ymo querit vel queri nempe que querere ipse
debuat, ut sine curis seculi in sollicitudine mentis et corporis
illuminandus attendat ad dominum, et suam propriam et proximorum
operetur salutem, oracionis studio deditus, et verbo predicacionis.
Nam si recto querit aut recto animo eo quod intuitu, ut huius
vite habeat necessaria evangelizat ut manducet, et perverso
nimis ordine celestibus terrena mutatur. Nunc certe dignus
amplius quam gestaneus boni, ut pro carnali victu carnalia
magis opera, et negocia exerceret, ut fieret inversor rerum
aut inhonoraret ministerium spirituale. Sed modico est natura
contenta. Nec multi sola in hiis necessaria querunt. Nempe minori
facile satis obtinenda periculo. Honorari mercede volunt, pla-
cere student hominibus, delectari et superbire et huic seculo
conformari. Audi querelam domini. Quid sibi hanc tanti teme-
ritate loquitur homini patribus redditor. [illegible] cupiens po-
tius quam vindictam ipsi inquit regnaverunt et non ex me
principes extiterunt et non cognovi eos. Osee viii. Et gradus
universos simul in ordinibus ecclesiasticis ceteris quam ad salvacionem
pertinentibus honorem querentes primum aut divicias aut corporis
voluptatem. Postremo que sua sunt, non que Ihesu Christi, ma-
nifeste preferentes et indubitanter non ea que deus est caritas
sed illa que a deo et omnium malorum radix cupiditas in-
troducit. Quid istud temeritatis, ymo quid insanie est. Ubi
timor dei, ubi mortis memoria, ubi gehenne metus et
illa terribilis expectacio iudicii. Sponsa ut cubiculum ver
cellam ingredi nisi rege introducente presumunt. Tu irrue-
rentes temeritatis ut vocatus ne introducti. Illa autem trahe
me post te curremus in odore unguentorum tuorum. Hunc autem
trahit sua quemque voluptas et odorem turpis lucri sectantes
questum estimant pietatem, quorum finis dampnacio est. [illegible]
Et hec de structura murorum civitatis. Sequitur ipsa vero
civitas sed murorum structuram seu defensionem posita aurum
mundum sed propter sapiencie claritatem sive fidei luminositatem, vel
[illegible] virtutum quibus venit societas civium supernorum
similis vitro mundo a proximi. Sed vitrum quidem recipit lumen
non solum exterius sed etiam interius per quod designatur
quod societas beatorum in resurreccione fiet penetrata lumine
glorie intus et exterius per gloriam corporis et anime. Job 18
Non adequabitur ei aurum vel vitrum. Ubi Greg. 18
moralium exponit hic dicens auri metallum omnibus potiore aliis
metallis claritate fulget. Vitri vero natura est ut extrinsecus
visu pura intrinsecus perspicuitate pluceat. In alio metallo

XXI

Liquor namque intrinsecus continetur absconditur. In vitro vero quilibet liquor
clausus continetur intus, exterius demonstratur, atque ut ita di-
xerim omnis liquor in vitreo vasculo patet. Quid ergo aliud in
auro vel vitro accipimus, nisi illam supernam patriam, illam
beatorum civium societatem, quorum corda sibi invicem et claritate
fulgent et puritate translucent. Civitas igitur aurum mundum
simile vitro mundo, quia omnes sancti summa in ea claritate
fulgebunt, et ipsa eorum claritate vicissim sibi alternis
cordibus patet, et cum uniuscuiusque vultus attenditur, simul et con-
scientia penetratur. Recte autem si vitro mundo simile esse perhibetur,
ibi quippe uniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum
corpulentia non abscondit, sed patebit animus, patebit corporalibus
oculis ipsa etiam corporis harmonia, sicque unusquisque tunc
erit conspicabilis alteri, sicut nunc conspicabilis non est esse
sibi ipsi. Nunc enim corda nostra quousque sumus in hac vita, quia
a se alterutro videri non possunt, non inter vitrea, sed
inter lutea vascula concluduntur. Lutum solum luto per passionem
mentis inherere formidabat propheta dicens: Eripe me de luto ut
non infigar. Quod nimirum habitaculum corporum Paulus
domum terrestrem nominat dicens 2 Cor V: Scimus quoniam
si terrestris domus nostra huius habitacionis dissolvatur, quod edifi-
cationem ex Deo habemus, domum non manufactam eternam in
celis. In hac itaque terrestri domo quousque vivimus, ipsum
ut ita dicam corrupcionis huius parietem mentis oculo nullatenus
penetramus, et vicissim in aliis videre occulta non possumus.
Unde sancta ecclesia sponsi sui speciem videre in divinitate deside-
rans, sed nec tunc valens, quia claritatis illius formam quam
intueri concupierat, ab eius oculis assumpta humanitas
abscondebat, In canticis canticorum memorat dicens: En ipse stat post
parietem nostrum. Ac si aperte dicat: Ego hunc in divinitatis sue spe-
ciem videre desiderans, sed tardatur a visione illius per assumptam
corrupcionis parietem excludor. Quousque in hac carne corruptibili
vivimus, cogitaciones nostras in alterutrum non videmus. Unde rursum
per eundem Paulum dicitur 1 Cor 2: Quis scit hominum que sunt hominis
nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et rursus: Nolite ante tempus
iudicare donec veniat dominus qui et illuminabit abscondita
tenebrarum 1 Cor 4. Illa itaque civitas que sibi vicissim singulorum
corda manifestat ex auro dicitur simul vitro mundo, ut bene
signetur quod clara vitro vero perspicua. Hinc ibi. Et Johannes in glossa
... vera non ad presens eorum referri possunt, in quo singuli
singulorum consciencie occulte sunt, sed ad futurum, in quo singulorum
consciencie cunctis manifestabuntur. Vel per aurum potest figurari
decor anime, sed illius visio in fulgore, dilectio in valore, tenero
vel apprehensio in pondere. Per vitrum vero gloria corporum. Ferrum
enim plus resolvitur in pulverem, propterea fit vitrum lucidissimum.
Sic corpus humanum quod est ferrum, Ysaie XL°: Omnis caro
ferrum, incinerando cadit in pulverem, Gen. 3. Et propterea resur-
gendo mutatur in vitrum per spiritualitatem 1 Cor XV: Seminatur
corpus in ignobilitate, surget in gloria. Vel enim Hay per aurum

sapiam supernam significat. per vitreum virtutes fidei quam scilicet habitantes
corde manifestant etiam ore. ne quemquam aspectus intus per si-
mulacrum quod non videatur exterius per puram oris et operis
confessionem. Moralis autem civitas autem de lesse aurum mundum similiter
puritati. simile vitro perpetua claritate. Super 3o dicendo
Vbi eciam aurum... ubi de hoc et spectatibus auri &c.
Sunt ibi fundamenta muri civitatis. Ostensa preciositate
mirum... civitatis superne. Consequenter ostendit preciositatem et ornatum
fundamentorum muri civitatis. et deinde portarum ibi et xij
porte. Circa primum ad primum dicit fundamenta muri civitatis omni
lapide precioso ornata. Secundum Haymonem fundamenta muri civitatis
dicte sunt patriarche prophete apostoli ceterique predicatores super
quorum fidem doctrinam et exempla constat certe structura et tota
civitatis est fundata. de quibus dicitur in psalmo. Funda-
menta eius in montibus sanctis ubi. que fundamenta omni
lapide precioso sunt ornata. id est omni genere virtutum scilicet fide spe
et caritate hospitalitate ieiunio abstinentia paciencia ceterisque
bonorum actuum operibus. Hinc eciam lapides preciosos intellige
dum illorum imitatores qui in edificio muro civitatis positi
sunt. quia eam civitatem moribus et vita exornant Non enim
soli patriarche prophete vel apostoli fundamenta dicuntur sed eciam
illi minores qui vitam et fidem ipsorum habuerunt vel habent
qui non racione personarum sed operacionis virtutum fundamenta dicuntur
ut quod hic Johannes ostendit quibus virtutibus ipsi fulse-
runt vel adhuc in terra lucent. Ponens eas sub numero duode-
nario ut sic ondat eos omnibus virtutibus splenduisse. duo-
denarius enim numerus constat universitate ut patet per septenarium sed ternarium
et quatuor. ex quibus constat de hiis lapidibus et dicit per
prophetam ysaie 41 Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos
et fundabo te in zaphiris &c. Quod exponens Gregorius 18 moralium
dicit per lapides ... forum designantur. Sternit dominus
certe per ordinem lapides quia in ea sanctis animas virtutum
diversitate distinxit. fundavit eam in zaphiris. qui scilicet la-
pides aerei coloris in se similitudinem gerunt. quia robur certe
in animabus celestium apparentibus solidatur. Sic ibi et multum
de hoc. Et ysaie 28 Ecce ego mittam in fundamentis syon
lapidem probatum. 1 pet 2o Ad quem accedentes et ipsi tamquam
lapides vivi superedificamini. Ecci 40 Quasi vas auri preciosum
ornatum omni lapide &c. Et civitas salit fundamentum primum
iaspis. Secundum doctores nominibus variorum lapidum spes
virtutum significantur. et de hiis lapidibus in titulo de ...
lapidum iaspis enim viridis est coloris ut dicit Haymo et Ri-
chardus Et ecce non incongrue significat dominum. qui est pabulum
et refectio omnium electorum ipse est primum fundamentum certe. quia
secundum apostolum 1 cor 3. fundamentum aliud nemo ponere potest &c.
Significat etiam electos quorum fides numquam marcescit. sed semper
in operibus virorem conservat. Et quia fides inter virtutes est prima
secundum illud prudencii ... ma petit campum dubia sub sorte
duelli pugnatura fides. Et quia sine fide impossibile est placere
deo secundum apostolum ad hebr xjo. ut quod in primo fundamento ponitur
fides. Nec moneat aliquem quod lapides fundamenti dicuntur

q: sancti per virtutes sunt fundati. Unum cum dicitur lapis esse fundamentum
sedecimus est i. fundamenti ornamentum. dicat ergo fundamenti primum
i. primum fundamenti ornamentum est iaspis i. christus et fides. semper
virens et visum confortans. Sed unicuique fides dicit non certa clunt //
phanti de qua hic presertim agitur Communiter dicitur quod non quo ad
substantiam actus. quia fidei succedit visio. sed tamen prima porta veni:
entibus in celestem patriam extiterit per quam in predictam
civitatem intratur. quia qui eam non habuerit neque semel in ea
poterit intrare. Nam sicut dicit beatus Augustinus in sermone de misterio
agni Vera fides vel salus non est extra petram. Unde per
portam ecclesie est portam ingredi paradisi. Similiter tamen in sermone
de die domini. per ipsam ingreditur quisque iste agens etiam
si martirium non sustineat. Non enim datur deo sanguine confitetur
sed fidem per quam christi sanguis effunditur. ut dicit beatus
Iheronimus in epistola ad Heliodorum. Secundum zaphirus
i. secundum ornamentum fundamenti est zaphirus. Quem quamvis lapis
secundum Damianum in sua natura nequaquam preciosus est. sed in misterio
invenitur valde preclarus. quia ut aereum colorem retinet. et est
similis celo sereno et radiis solis repercussus ardentem fulgorem
emittit. Et ideo per istum lapidem spes significatur. qua sancti
celestia intrare petunt. et per hoc in amore celestium inflammantur
amore seculi contempto dicentes cum apostolo illud
ad Phil 3 Nostra conversatio in celis est. Exodi 24. Quasi opus
lapidis zaphirini. Ysaie 54 fundabo te in zaphiris Ezech 1
Quasi aspectus zaphiri. Tertius calcedonius i. tercium
fundamenti ornamentum est calcedonius. Quem sicut Damianum
multo vilior est quam zaphirus in natura. sed in misticis
sensibus invenitur valde preciosus. Est enim fortissime nature
adeo ut omni sculpture argumento resistat. Hec ille. Et est
pallenti lucerne similis. et fulget magis sub divo quam in
domo. calefactus tamen a sole vel digitorum attactu paleas
ad se trahit. Et significat caritatem que intus in corde celata
pallet quasi lux in lucerna. sed cum ad alterius utilitatem exire
cogitur. tunc qualis intus est exterius ostenditur. Et tacta a
sole christo vel spiritus sancti digito. peccatores ad se trahit
et omnino sedari nequit. quia nulla adversitate deficit
sed magis convalescit. Unde Cantici 8. fortis est ut mors
dilectio, et dura sicut infernus emulatio, lampades ignis
atque flammarum aque multe non potuerunt extinguere caritatem
Non potest ergo sculpi quia non potest adversitate frangi Nec etiam
adulatoria laude molliri. 1 Cor 13 Caritas paciens
est benigna est omnia suffert omnia sustinet. non inflatur. non
est ambiciosa etc. ad Ro 8. Quis nos separabit a caritate
christi Certus sum quod neque mors neque vita neque angeli etc.
Sic ergo iste tres fides spes et caritas sunt tria funda//
menta i. fundamenti ornamenta. Nam fides est stella matu//
tina. que noctis spiritualis hoc est ignorancie mortifere tene//
bras primo repellit. solem iusticie nobis pronunciat. quarto
quod nec metus hoc est virtutis intellective prima potest expri//
mere iuxta doctrinam apostoli 2 Cor 2 dicentis in captivitatem

redigentes omne intellectum extollente se adversus scientiam dei in ob-
sequium xpi In qua arte sic expugnata velut bellatrix for-
tissima vexillum nobilissimum regis regum vingentum dei
filium in cruce pendente morientemque et sua morte nos a per-
petua morte liberantem in signum victorie erigit Et hec est fi-
des que per dilectionem operatur ad Galatas v° totius que spiritualis
edificii fundamentum ad hebr xi Super quod erigitur
pes tamquam paries quibus caritas velud tectum et edificii
forma supponitur ut deducit allexander de hal in 3 parte summe
fides consistit non in intellectu pure speculativo sed in speculati-
vo ad praxim extenso hoc est effectui conuncto Ergo eiusque
doctorem collocatur et ideo non repugnat ei bella ducere
contra vicia Imo cunctarum mundanarum turbacionum est eli-
minativa passionum interiorum sedativa et errorum pravorum
firmissima dicente apostolo ad hebr xi Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones Nonne
super cantica Quotiensque demones immiserint tela
si invenerint mentem fide munitam si ignita sit etiam si cru-
dita fide flammis et incendiis ardebit victoriam fides plena
cuncta restringit Quam sequitur spes vina in quam
regnavit nos deus i pet i omnes virtutum fundamentum sustine-
timentum et anchora tenebras presumpcionis expellens a dextre
et desperacionis a sinistris Cuius fortitudo clarius elucescat
in duabus silabis huius fiducia scilicet et gemina securitate
fiducia enim wilhelm parisiensem in tractatu de virtutibus
est quedam immixtio in id quod speratur velut quedam co-
lumpna mentem humanam et totum edificium virtutum susten-
tans erecta super duas bases divine iusticie et iusticie Qui
enim confidit in deo non solum confidit in iusticia dei sed etiam
in iusticia et veritate quia promisit non deesse sperantibus in se
Securitas aut prima est de obtinenda beatitudine eterna
que nobis datur per pignus spiritus i cor v° Quod pignus
enim ... per patentes literas ewangelicas nobis
datum est Cuius non est aliud sigillum quam ipsemet unigenitus
dei filius qui est imago dei patris invisibilis pro co-
boracione et attestacione veritatis ewangelice in cruce appensus
Secunda securitas est contra temptacionum insultus de dei ad-
iutorio indubitata presumpcio quam habebat propheta dicens dominus
illuminacio mea et salus mea quem timebo illuminacio ut
ut eas videat atque provideat Salus vero dicit contra impu-
gnatores ut eius protectione vallatus illesus permaneat
et invictus Sic quoque tamen propheta dicat Si consistant adversum
me castra non timebit cor meum in hoc ego sperabo Demum sequitur 3 virtus
scilicet caritas virtutum forma huius se in anima velut astrum
matutinum principalissimum illuminans eius superius supra amorem
dei et inferius amore proximi a qua profluit gaudium
in orientem fervor versus occidentem pax in meridie liq-
uefitque versus aquilonem anime congelate hec est vinculum
quo solo potuit alligari deus fortis et potens in prelio
dux in columpna et cruce quem totus mundus alligare non potuisset

Etiam si in ferream kathenam redactus fuissem. Hinc dicit Hugo de
sancto Victore: Charitas dei filium captivum et ligatum sola
caritas duxit in mundum. Et Bernhardus: propter nimiam caritatem
suam qua nos dilexit deus ut servum redimeret, nec pater
filio, nec filius sibi pepercit. Huius amoris principii precipua insignia
sunt vulnera Christi. Bernhardus: foderunt manus eius et pedes,
latus quoque perforaverunt. Per has rimas licet mihi sugere mel
de petra, oleumque de saxo durissimo, id est gustare et videre
quam suavis est dominus. Quid ergo pro hac dilectione dignum dilecto
rependimus, quam ut eum et nos invicem diligamus. Circa quod queritur:
Utrum caritas et cetere virtutes theologice maneant vel
excidant in patria. Dicimus quod licet dicatur quod non maneant
fides et spes, tamen probabile est dicere primo quod fides quantum ad
fidelem habitum manet in patria, quia fundamentum non destruitur
ex eo quod edificium consummatur. Sed fides secundum apostolum est funda-
mentum totius edificii spiritualis, quod quidem edificium completur et
perficitur in patria. Igitur etc. Preterea beati in patria maxime placent
deo; sed secundum apostolum sine fide impossibile est placere deo. Igitur. Item
fides non videtur habere maiorem repugnantiam ad statum glorie
seu patrie quam ad actum mortalis culpe; sed fides manet cum actu
mortalis culpe. Igitur. Antecedens patet, quia non apparet quod lumen magis
repugnaret lumini quam tenebre. Sed fides est quoddam lumen,
unde quantum dicitur hoc cognoscitur in lumine fidei. Gloria similiter
est lumen, de quo dicitur in psalmo: In lumine tuo videbimus lumen.
Mortalis autem culpa est quedam mentalis obscuritas seu tenebre.
Ergo antecedens verum. Consequens vero patet, quia si fides non manet cum actu
culpe mortalis, tunc omnes peccatores mortales essent infideles. Secundo etiam
probabile est sustineri spem manere in beatis quantum ad per-
fectum habitum, dato quod non remaneat quantum ad exercitium operationis.
Patet, quia illud quod facit ad ornatum et decorem anime non
habens aliquam repugnantiam ad ea que sunt de ratione beate anime,
hoc non debet anime beate denegari. Sed spes quantum ad perfectum
habitum etiam sine actus exercitio est huiusmodi. Igitur etc. Antecedens patet,
quia inter omnes status anime status anime beate maxime re-
quirit ea que sunt ad decorem et ornatum. Sed virtus quantum
ad ambas partes. Minor quod habitus spei etiam dum non elicitur
actus, facit ad ornatum anime patet, quia sicut se habet habitus
vitiosus ad deformitatem anime, sic habitus virtuosus ad eius
decorem. Sed habitus vitiosus deformat animam etiam cum homo
non peccat actualiter, ut in eo [?] etc. Quod etiam non habeat repu-
gnantiam respectu eorum que sunt de ratione anime beate patet, quia omnis
repugnantia vel est formalis vel materialis. Sed in proposito non potest
attendi repugnantia formalis, quia talem repugnantiam habet spes solummodo
respectu desperationis et eorum que desperationem includunt. Sed nec
desperatio nec aliquid includens desperationem est in beatis. Ergo
nichil est in eis habens formalem repugnantiam ad habitum spei
ut est virtus theologica. Nec etiam repugnantia materialis, quia talis
est inter ea que sunt eiusdem rationis seu speciei specialissime,
verum [illegible] solo numero differentia, que non possunt esse simul in eodem,
maxime si sunt de genere absoluto. Sed habitus spei differt ab
omnibus aliis existentibus in anima beata specifica ratione, videlicet de se [illegible]

doctores q[uan]t[um] [con]t[ra]r[ium] oppositu[m] statu[m] co[mmun]i[ter]. tamen q[uia] eoru[m] motiva
procedunt de actu illo[rum] v[ir]tutu[m] et non de habitu . ideo
n[on] sunt [contra] dicta q[ue] [su]p[r]a d[ict]a su[n]t 9° p[ote]st sic [con]firmari . ubi manet
verum desideriu[m] ibi manet vera spes saltem quo ad habitum
q[uonia]m spes q[ua]si semp[er] [con]comitat[ur] desideriu[m] ordinatu[m]
s[ed] in patria manet verum desideriu[m] . dicit .n. [con]t[ra] Aug[ustinus]
in fine libri de ci[vitate] dei loqu[en]s de mo[do] n[ost]ri amoris in patria
amabimus et vacabimus vacabimus [et] laudabimus . laudabimus
et desiderabimus . ecce quid erit in fine sine fine . Confirmat[ur] h[oc] ide[m]
per illud q[uo]d ait dei sapia que e[st] solacium anime desiderantis
in vita b[ea]ta Eccl[esiastic]i 20 Qui me edu[n]t adhuc esurient et q[ui]
me bibunt adhuc sicient et ecc[lesi]a cantat in prosa de martire
mirant[ur] nec deficiunt in illum que respiciunt . fruuntur nec fasti-
diunt quo magis fruu[n]tur . sicut dicit Gregorius in omel[ia]
de mag[na] cena . hoc distat inter corporales delicias et spirituales
q[ui]a corporales dum habentur fastidiunt sed spirituales accendunt desi-
derium . S[ed] [contra] spes non est de[n]i[que] presentis boni sed futuri . s[ed] in pa-
tria om[n]e bonum est p[rese]ns ipsi b[ea]to . ergo etc. Ad h[oc] s[e]c[un]d[u]m . desideriu[m]
dicatur rei n[on] habite . spes vero futuri boni et eo s[ecundu]m rem tamen
non habetur desiderat[ur] cuius habitus seu possessio . Cum aut[em] possi-
deatur adhuc desideratur illius possessionis stabilis permansio
Sic tamen p[rese]ns e[st] q[uo]d s[perat]ur adhuc p[otes]t de eo spes h[aber]i . q[ui]a in
futurum [con]tinuetur . Beati ergo in patria de bono q[uo]d p[ri]ncipaliter
possidet s[ecun]d[u]m [a]n[i]mam spem h[abe]nt q[ui]a ip[su]m in p[er]petuum possidebunt
possunt etiam habere spem quo ad beatitudinem accidentale[m] que
requirit variari . et p[ote]st esse futura dicit Thomas de Argentina
sup[er] 3° di[stinctione] 31 . De caritate vero n[on] est ambiguitas aliqua
q[uia] maneat in patria . q[uia] in statu p[er]fectissimo . n[on] d[ebe]t deesse
virtus [per]fectissima summe p[er]fecta . Preterea dicit ap[osto]lus 1. Cor.
xiii Caritas nu[m]q[uam] excidit . Consequenter sub[iungitu]r in littera Quartu[m]
Smaragdus . q[ua]rtum fundamenti ornamentu[m] est Smaragdus
in hebreo lapis preciosus n[on] sensu[m] n[a]t[ur]a[m] s[ed] precipue in electoru[m]
figura . Qui lapis tante viriditatis est ut omnem virorem
herbarum superet et aerem etiam circumfusum viridem reddat
genitumque etiam reddit hominibus erroris . reddit eos imagi-
nes applicatu[m] si moles eius fuerit ampla . huius lapidis
gen[er]a sunt multa s[ed] preciosissimi Smaragdini lapides repe-
riuntur in Scitia regione deserta . quos tamen custodiunt grifes
animalia terribilia et ferocia . que corp[us] h[abe]nt leoninum . pe-
des aut[em] rostru[m] et alas ut aquila . ideoq[ue] per terra[m] currunt
ut leones . per aera volat ut aves . Hee bestie custo-
diunt ipsam deserti regionem . et servant ipsos lapides . ne q[ui]
ipse contingant eos in sua utilitate . s[ed] hominibus eos auferat
Cum quibus arimaspi homines unu[m] oculu[m] habentes bellum
gerunt . ipsos q[ue] lapides auferunt . Que res in hayez . pul-
crum in se [con]tinet misteriu[m] . lapis quippe Smaragdus eminentissime viriditatis est . Crux sit xp[ist]um . qui pascua eterne refectionis daturus est fidelibus . Desertum desertum illud in quo lapides huiusmodi reperiuntur . s[unt] corda sanctoru[m] . qui se longe fa-
ciunt a terrenis et huius mundi curis . ut in secreto sui cordis
quiete deo possent servire . s[ecundu]m illud ps[almi] ecce elongavi fu-
giens et mansi in solitudine . In quoru[m] cordibus inveniuntur lapides
Smaragdi . q[uia] in ipsis habitat xp[istu]s s[ed] [contra] assunt griffes . i[d est] maligni sp[iritu]s

Smaragdinus

qui Christum intuentur tollere fidelibus, non ut eum ipsi habeant sed tan-
tum invidentes hominibus eum auferunt, sed sunt arimaspi unum oculum
habentes, electi vero oculum possidebant, qui bellabant cum gryffibus,
hoc est cum malignis spiritibus, qui Christum quem sibi rapiunt. Iste est lapis
[illegible] ut ille. Significat ergo iste lapis utilitatem boni ardentis
secundum Richardum. Significat ergo specialem virginitatem, que virore car-
nis integre servat et omnibus aliis virtutibus quodammodo superat,
quia virginitatem servare magis est angelicum quam humanum secundum
Damianum. Et castitas ergo est angelus deo et hominibus, et in se portat
imaginem Christi, quia sequitur agnum quocumque ierit. Apocalypsis xiiii. Un-
de etiam lapis iste quartus dicitur, quia virginitas in quatuor evange-
liis commendatur. Quintus Sardonix ex duorum nominum societate
vocatus secundum Isidorum, habet enim candorem ut onix et ruborem ut sar-
dius, et est tricolor secundum glosam et Haymonem. Niger in imo, candi-
dus in medio, rubeus in summo, et in signando nihil de cera avellit.
Unde fit [illegible], per quam in imo id est in mundo sunt
nigri, despecti, contemptibiles et abhominabiles. Job 16. Deri-
detur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes divi-
tum. Sed tamen in medio id est intus in corde seu conscientia sunt can-
didi illuminati per gratiam Christi semper splendore fidei, carita-
tis adeo ut si necessitas ingrueret etiam per caritatis officium
proprium sanguinem non solum pro amicis sed etiam pro ipsis funde-
re non metuant inimicis, quod signatur per colorem rubeum superius. Et hi
de cera nihil avellit, quia sunt persecutoribus pleni et ex corde
remittit iniuriam, in se retinendo rancorem, iuxta illud Ecclesiastici 28:
Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur.
Que virtus quinto loco ponitur, quia perficitur in infirmitate corpore,
quod quinque sensibus regitur. Sextus Sardius sic dictus quia
primo in Sardis est repertus, et ex integro sanguinei coloris est,
qui rubet. Unde significat perfectum constantiam martirum, qui
pro Christo sanguinem suum fuderunt. Significat ergo sustinentiam passionum
seu tribulationum. Et sexto loco ponitur, quia Christus sexta etate
et sexta feria sanguine suo martirium consecravit. Septimus
crisolitus auro similis in colore, unde dicitur crisolitus quod est aureus,
et scintillas ardentes emittens, videlicet secundum glosam et Haymonem. Eius
species significant illi qui luce superne sapientie resplendent, que
omnia bona superat sicut aurum omnia metalla, scilicet qui virtutes
atque sanas doctrinas vel exhortationes velut scintillas in proximos
effundunt, quibus eos ad amorem dei et proximorum accendunt.
Unde de sanctis talibus dicitur Ezechielis 1: Scintille quasi aspectus eris
candentis. Et Sapientie 3: Fulgebunt iusti et tamquam scintille in arun-
dineto discurrent. Et septimo loco ponitur, quia habent dona spiritus septi-
formis [illegible] ascendendo. Ysaie xi. Significat ergo de [illegible]
honore vel miraculorum operatione secundum Richardum. Octavus berillus.
Hic lapis in sexangulari forma positus fuerit ut aqua solis
fulgore percussa rubicundum ac decorum colorem reddens. Qui ergo
tante caliditatis esse dicitur ut calefaciat manum tenentis. Et significat
boni exterius splendorem accedente. Significat ergo virtutem misericordie,
que sex operibus se exercet, corda frigida hominum in amorem cale-
faciens in amorem dei et proximi. Proverbiorum 25: Si esurierit inimicus
tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Sic enim facies carbones

congeres

super caput eius. Ysaie v. Sic luceat lux vestra etc. Ysaie 58 Frange
esurienti panem tuum etc. Hic vetus quinto loco ponitur quia non iste
in octaua etate mercedem expectat. Psalmus Labores manuum tuarum
quia manducabis beatus es et bene tibi erit. ergo
male illi qui labores manuum suarum non manducabunt sed ypocrite
qui receperunt mercedem suam. Mathei 6. Unde Haymo. Berillus
duos colores habet viridem et pallentem per quem eorum vitam de-
signatur qui ceterorum contemplationum bonorum inhiant. et iterum
terra fratribus admonicionibus velud ad pallorem redeunt dum ex hora
per actiuam vitam fratribus ministrare studet et qui paulo ante
fuerunt virides in dei contemplacione pallescunt iterum in temporalium
rerum per humiliter officium administracionem. Nonus Thopasius
qui secundum Haymonem omnium in se lapidum colorem habet unde et nomen
accepit quia pan grece dicitur omne latine quasi topandium
quod inter carius reges in thezauris habere sunt. Et nascitur
in insula Egipti que Thopasion dicitur. et quamuis habeat in se
colores omnium lapidum maxime tamen duos habet colores scilicet aureum
et ethereum secundum glosam super Exodi 28. cum autem splendore solis
tangitur omnium gemmarum claritates excedit Et ad aspectum
sui prouocat singulariter omnes aspicientes qui si polire volueris obscuratur
Si nature sue relinquitur clarior est. et est gemmarum ampli-
ssima Et significat celestes contemplatores sanctos virtutibus omnibus
virtutibus refertos et qui multis coloribus per multas virtutes
lucentes Significat tamen caritate qua feruet ut aurum et contemplacione
qua lucet ut ether. Ubi dum limpidus videtur. Ad cuius
amorem homines apti singulariter tenentur Et si qui tales in ho-
noribus seculi ponuntur obscurantur ita plurima occupantur
ut martha. Hec autem est gemmarum amplissima quia cor maxime
dilatat Et qui vere sunt reges. Michael carus hunc contemplacione
Unde autem nono loco ponitur quia homines contemplatiui nouem ordi-
nibus angelorum inseruntur. Decimus Crisopassus. hic lapis
secundum ysidorum est Indicus viridis aurei quasi commixtione quedam imbuitur
purpureum habens. Unde et nomen accepit quia passim habens aurum
Et nascitur sub solis ortu in India Et significat desiderium patrie
celestis quod quanto plus tribulacionibus geritur tanto amplius
accenditur. quia secundum Gregorium Quod flatus carbonem hoc facit
tribulacio caritati Et hic decimo loco ponitur quia sancti per
observanciam decalogi festinant peruenire ad desiderium superiorum
Undecimus Jacinctus qui ceruleum colorem habens cum aere mutatur
Nam cum sereno est serenus cum nubilo nubilus. Unde ex no-
mine sui floris vocatus est. hic in Ethiopia inuenitur
huius coloris ceruleum quia nec rarus est nec nimis densus
sed ex utroque temperatus lucet pura quia refulget In sereno per-
spicuus in nubilo est obscurus Et significat pietatem compassionis
vel condescensionis vel sermonum discrecionem qua se omnibus conformant
rectores dei ut omnibus benefaciant ut dicit apostolus 1 Cor ix Omnibus
omnia factus sum ut omnes facerem saluos Et Ro xii Gaudere cum
gaudentibus flere cum flentibus Per hanc ergo virtutem sciunt predi-
catores quid quibus cum quantum et qualiter est predicandum quia aliud
maioribus aliud simplicioribus 1 Cor 2 Sapientiam loquimur
inter perfectos etc. Et xi loco ponitur quia per hanc maxime omnibus

transgressio vicii. Duodecimus ametistus, qui in suo genere tribus coloribus principalibus respergitur, scilicet purpureo, violaceo et roseo. Et in Isidoro: Inter gemmas purpureas principatum ametistus Indicus tenet; purpureus est permixto colore viole et rose, quasdam flammulas de se effundens. Per hunc significatur sanctorum humilitas et mundi contemptus, etiam cum desiderio martirii. Sic fuit in confessoribus, quorum multi martirio non defuerunt, sed martirium eis defuit, ut de sancto Martino et aliis. Et isti flammas effundunt consolacionis et visitacionibus infirmorum et largicionis elemosinarum, quibus alios inflammat in amore Christi. Vel in flexu flammule sunt virtutes illi, qua pro inimicis orant, quod est virtus virtutum. Matthei v: Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. Colorum varietas est virtutum multiplicitas. In purpura paciencia, in viola humilitas cum bona fama, quia viola est herba humilis et bonum odorem reddit. In roseo vero colore caritas intelligitur, que cum in illis viget, hinc etiam pro inimicis suis orant vel ut etiam usque ad passionem martirii non solum pro amicis sed pro ipsis qui persequuntur inimicis. Unde dominus ait Iohannis xv: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et hic ultimo loco ponitur humilitas; est custos omnium bonorum operum et virtutum. Dicit enim Gregorius: Perit omne quod agitur nisi sollicite in humilitate custodiatur. Item quia ultimam se semper reputat et ultimum semper locum tenet. Unde idem Gregorius: Qui in ceteris virtutes sine humilitate congregat, quasi in vento pulverem portat. Et Paulus, qui modicus interpretatur, thronum duodecimum meruit possidere. De hiis lapidibus simul Exodi 28. De quibus et correspondentibus ibi legitur in misterio Beda et alii expositores et in glosa. Item in figura Josue 4° ut tollant xii lapides. De quibus Origenes in originali hic. Secundum vero litteram per istos duodecim lapides fundamenti muri civitatis intelliguntur xii articuli fidei. De articulis autem contentis in symbolo. Sciendum quod, ut dicit Hugo de sancto Victore, articulus est indivisibilis veritas de deo arctans nos ad credendum. Non quia sit de incomplexo, quia cum incomplexa res non est veritas, sed quia est de complexo non resolubili in plures veritates habentes speciales difficultates. Et dicitur talis veritas articulus ad similitudinem articuli in rebus corporalibus, in quibus articulus vocatur organum quod non est in plura divisibile. Quod autem est in illa divisibile non dicitur articulus, sicut manus que dividitur in digitos non dicitur articulus, sed digitus, qui ulterius non dividitur in alia organa. Similiter veritas fidei que non dividitur in plures veritates habentes speciales difficultates dicitur articulus. Dico notanter plures habentes difficultates, quia cum fides sit de hiis que sunt supra racionem humanam, que habent speciales difficultates articuli dicuntur. Et ideo si ex aliquo articulo uno sequuntur vel convincuntur aliqua que ex credito facile est credere, non faciunt novum articulum. Sic credito quod Christus fuit mortuus, facile est credere quod fuit sepultus. Et ideo de morte et sepultura Christi non sunt articuli distincti. Quod autem additur in diffinicione quod est veritas arctans nos ad credendum, non est intelligendum de arctacione coactionis, cum nullus credat nisi volens, sed de arctacione supposicionis

Ca si saluari volumus · artamur ad credendum Secundo autem articulus pt dici vel esse illud ad qd credendum nos artat fides s non sola · vt deum esse vnum creatore om̄ium et qdum talia ad glie per fidem artamur qz hijs amotis · non esset fides (Ni: chilominus hoc non tenet sola fide · s pt sciri vera dinacon · Secundo articulus · pt dici illud ad quod credendum nos artat sola fides · hic illud qd excedit racionem viatoris · vt deum esse trinum in personis · filium incarnari et huiusmodi Et stricte loquendo et proprie hijs soli dicuntur articuli fidei Et hij xii distinguntur Vno modo scdm distinccionem credibilium / alio scdm distinccionem et numerum apostolorum ipsos ordinancium Quantum ad primum Sciendum quod cum articulus sit veritas sit de deo prout dictum est · aut hec veritas est ptinens ad maiestatem deitatis · aut ad misterium assumpte humanitatis Circa maiestatem deitatis vero nobis credenda proponuntur · primum est vnitas diuinitatis et hec est pma ar[ticu]lus Credo in vnum deum Secundum est distinccio personarum et de hoc sunt tres ar[ticu]li Vnus ptinens ad patrem cum dicitur patrem omnipotentem Secundus ptinens ad filium cum dicitur Et in ihesum xpm filium eius Tercius ptinens ad personam spiritus sancti cum dicitur Et in spiritum sanctum Tercium quod nobis proponitur circa deitatem · sunt opera deitatis · ad que ptinent tres ar[ticu]li Vnus ad opus nature cum dicitur creatorem celi et terre · alius ad opus gracie cum dicitur Sanctam ecclesiam katholicam · sanctorum communionem · alius ad assumpcionem glorie cum dicitur carnis resurreccionem et vitam eternam amen Circa misterium autem humanitatis xpi proponuntur nobis similiter septem credenda Que sunt Concepcio Natiuitas · passio · descensus ad inferos Resurreccio Ascensus in celum · et adventus ad iudicium Et de hijs septem articulis · Primus est cum dicitur Qui conceptus est de spiritu sancto Secundus cum dicitur Natus ex maria virgine Tercius cum dicitur Passus sub poncio pilato crucifixus mortuus et sepultus · Quartus cum dicitur descendit ad inferna Quintus cum dicitur tercia die resurrexit a mortuis Sextus cum dicitur ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis Septimus cum dicitur Inde venturus est iudicare viuos et mortuos Et ista est distinccio articulorum fidei scdm credibilia que necessario habemus credere si saltem volumus salui fieri Secundo distinguuntur articuli fidei scdm distinccionem et numerum apostolorum ipsos ordinancium Et sic non sunt nisi xii Primo Petrus qui de principibus apostolorum posuit tres articulos scilicet de vnitate essencie de omnipotencia patris et de opere creacionis scilicet Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre Iohannes autem posuit articulum de persona filij dicens Et in ihesum xpm filium eius vnicum dominum nostrum Iacobus zebedei · dicitur quod induxit in vnum articulum de concepcione et natiuitate dicens Qui conceptus est de spiritu sancto · natus ex maria virgine Andreas posuit articulum de passione dicens passus sub ponc[io] pi[lato] crucifixus mortuus et sepultus Philippus posuit de descensu ad inferos dicens descendit ad inferna Thomas posuit de Resurreccione dicens tercia die resurrexit a mortuis Bartholomeus posuit de ascensione dicens ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis Matheus posuit de aduentu ad iudicium dicens Inde venturus est iudicare viuos et mortuos Iacobus alphei posuit articulum de persona spiritus sancti dicens Credo in spiritum sanctum

XXI

Opus gratie diviserunt sibi duo capituli. Simon namque posuit effectum
gratie in execucione boni dicens Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem
scilicet credo. Judas vero contra ad remotionem mali dicens peccatorum
remissionem. Mathias autem posuit effectum glorie dicens Carnis
resurrectionem et vitam eternam amen. Hec autem distinctio et positio
est articulorum secundum magis doctorum in symbolis sunt ordina-
tes et ideo ista est melior. Unde secundum literam quia autem sex ar-
ticulos pertinentes ad Christi divinitatem. Primus est de unitate dei qui
est principium credentibus tollendo varios errores gentilium plures
demones ponentium ideo per jaspidem designatur qui oculos
purgat visum acuit et confortat ut dicitur in libro de proprietatibus
rerum. Et ibidem ponuntur proprietates singulorum lapidum qui inferius
assignantur. Secundus articulus est de trinitate personarum cuius
fides augmentat corpus ecclesie mistici quod primus erat in una
modica parte iudeorum sed modo per fidem trinitatis paulatim
se extendit ad multitudinem gentilium conversorum ideo signatur
per zaphirum qui corpus humanum vegetat et integre membra
conservat. Tercius autem articulus est de opere creationis quod soli
deo convenit et valet fides huius contra demonum illusiones
ut non adoretur sicut creatores ideo signatur per calcedonium
qui valet contra illusiones demonum et virtutes custodiat. Quartus
articulus est de opere satisfactionis per gratiam que curat casum
peccati mortalis et dat verbum persuasivum in oratione devota ideo
signatur per smaragdum qui valet contra morbum caducum et
in causis dat verbum persuasivum. Quintus autem articulus est de
opere resurrectionis corporum cuius fides humilem facit et pudicum
cogitantibus miserandos quod corpus nunc corruptibile [illegible] finaliter
ad gloriam resuscitandum debet teneri in humili gestu et appa-
ratu carnis mortalibus pruritus et inde debere glorificari
futurum [?] quod signatur per sardonicem qui facit humilem
et pudicum. Sextus autem articulus est de opere glorificationis cuius
fides generat in anime gaudium et pellit timorem quia cogitans glo-
rificari non timet pro Christo mori sed etiam aliquid gaudet. Mathei v
Cum vos oderint homines et exprobraverint et eiecerint
nomen vestrum tamquam malum mentientes propter me gaudete et exul-
tate quia merces vestra copiosa est in celis ideo signatur per
sardium qui gaudium attendit et expellit timorem. Primus
autem articulus pertinens ad humanitatem Christi est de concep-
tione et nativitate eius ex virgine cuius fides confortat
naturam humanam in conceptione Christi verbo uniti et valet
contra timores nocturnos viatorum eo quod nato Christo in noctis
medio dixit angelus pastoribus Nolite timere Luce 2o et
ibi subditur Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus
bone voluntatis ideo signatur per crisolitum qui confortat intellectum
et reprimit naturam humanam per intellectum ab aliis actibus distin-
ctum et pellit timores nocturnos. Secundus articulus ad huma-
nitatem Christi pertinens est de passione Christi morte et sepultura cuius
fides inpletum reddit in tribulationibus iuxta illud 1 Petri 4o
Christo in carne passo et vos eadem cogitatione armamini

Ideo signatur per berillum qui cum litteris invictum reddit et iniu
riam facit de benignum. Tertius articulus ad humanitatem Christi pertinens
est de descensu anime eius ad inferos. Cuius fides valet
contra pericula a demonibus inferenda quia per huius descensum sunt
spoliati et potestates eorum diminute. Ideo significatur per topasium
qui valet contra iram et contra lunaticam passionem que frequenter
per demones iratos excitatur vel augmentatur. Quartus articulus
est de resurrectione Christi que est causa nostre resurrectionis future propter
quod fides eius valet contra corruptores corporis et anime per potentiam
quam habet corruptionem tollere in resurrectione. Quod designatur per cri
sopassum qui valet contra lepram. Quintus articulus est de ascensione
Christi ad celos in humanitate assumpta. Cuius fides dat
vigorem fidelibus ut ipsum sequantur tamquam eius membra. Col. 3.
Que sursum sunt querite ubi Christus est in dextera dei sedens
que sursum sunt sapite etc. quod significatur per iacinctum qui dat
membris vigorem et salutiferum facit saporem. Sextus articulus
est de adventu ad iudicium in quo Christus apparebit in forma
humana vel gloriosa. Cuius fides reddit hominem solicitum et
vigilem ut in illo tremendo iudicio de factis dictis et cogita
tionibus suis possit reddere rationem. Quod significatur per amethistum
qui facit vigilem et expellit malam cogitationem. Item
Salomonis xii lapides eo modo quo nominantur Exodi 28 possunt
adaptari xii consiliis evangelicis que Christus adiecit ad
precepta. Ad observantiam quidem preceptorum que necessaria sunt ad salutem
utilis est observantia consiliorum que requiritur ad perfectionem.
Nam aliquando fortitudo terre in ingressu illius consistit. Propter
quod ille passus bona custodia indiget quia obtento ingre
ssu faciliter hostes residuum obtinent. Sic est in terra anime
quia tota fortitudo eius consistit in ingressu saltem in occasionibus
peccatorum propter hoc necessaria est bona custodia circa ipsum propter custo
diam autem istius ingressus dantur consilia que continent et custodiunt
mandata ac retrahunt hominem ab incautis appetitibus et
discursibus et aliis periculis. Unum primum consilium est paupertatis seu indigen
tie que consistit in abdicatione proprietatis. Unde Mathei 19. Si vis per
fectus esse vade et vende omnia que habes et veni sequere
me. Et Luce 16. Qui non renunciaverit omnibus que possidet
non potest meus esse discipulus. Et hoc consilium paupertatis significatur per lapidem
zaphirum. Zaphirus enim est flavei coloris sicut celum serenum.
Sic pauperes colorem habent celestem pro quanto totaliter a terrenis
elongati solis celestibus intendunt. Zaphirus eciam dicitur
interiorem ardorem refrigerare et oculos purgare. Sic sancta
paupertas ardorem cupiditatis rerum temporalium qua quidem estuat
homines mundani sic in animo pauperum refrigerat ut
omnia terrena arbitretur ut stercora propter quod eciam facit eos
habere oculos mundos et limpidos ad contemplandum celestia
quia pulvere terrenorum non sunt obfuscati. Zaphirus eciam fugat
superbiam et morbum qui dicitur noli me tangere. Et utiliter
valet ad apostemata calida. Sic paupertas spiritus tumo
res et inflationes viciorum non patitur sed eos sedat et fugat

Secundum consilium est obediencie. Unde Math. xvi. Si quis vult venire
post me abneget semetipsum etc. Et 23. Super cathedram Moysi se-
derunt scribe et pharisei. Quod dicunt facite. Et significatur per lapidem
topasium, qui in colore est auro similis. Sic obediencia.
Color enim auri nobilissimus est, sine quo nulla pictura est
perfecta, sic sine obediencia nulla perfecta est virtus. Unde Augu-
stinus. Sine obediencia omnia vitia, et cum obediencia omnia plena
caritate reperiuntur. Topasius etiam bullientes aquas compescit.
Sic obediencia compescit aquas humane fluxibilitatis. Nam ex mali
fomitis viciorum incentiva in nobis ebuliunt, quibus obediencia
frenum imponit. Topasius quoque restringit iram. Sic obediencia
mitigat iram et omnem passionem animi, quia quamvis passio vel
temptacio in animo reperit(?) superveniente maiori obediencia
restringitur in homine obediente. Tercium consilium est castitatis seu
continencie. Unde illud Math. 19. Sunt eunuchi qui seipsos castraverunt
propter regnum celorum. Et v°. Audistis quia dictum est antiquis: Non mecha-
beris. Ego autem dico vobis: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam
iam mechatus est eam in corde suo. Per quod ostenditur quod non solum dampnabilis
est consensus in opere mechie, sed eciam consensus ad delectandum
in corde. Et significatur per Smaragdum, qui in tota specie est
amator castitatis et nullos sustinet coitum quin rumpatur. Unde
gestantes se ad castitatem inclinat. Est autem viridis pre cunctis
rebus virentibus. Cuius eciam fulgore vicinus aer viret. Cuius
nec eius viror sole vel lucerna vel umbra obfuscatur.
Sic castitas inter ceteras virtutes viret. Unde et virgo dicitur a virore.
Et ipsa castitas est viror omnium virtutum, ita ut eciam precedentes exarescere(?)
et virtualiter virere faciat. Nec obfuscatur sole, id est estu carnalis
temptacionis, nec lucerna mundane felicitatis, nec umbra carnalis
delectacionis. Smaragdus eciam motus lascivos compescit, visum
refocillat, [illegible] hominem in viribus reddit. Et hec bona ad literam
efficit castitas vel Smaragdus. Quoque tempestates aufert et cadu-
cum morbum curare dicitur. Sic castitas tempestates carnalis
impugnacionis reprimit et morbum eius. Unde [illegible] [illegible]
et amicos [illegible] tempestatis. Et hec bona consilia predicta sunt
subsidia omnium perfecte religiosorum et suos observatores elongant
a malo, non solum quantum ad culpam sed eciam quantum ad causam.
Omne namque malum oritur ex triplici radice, scilicet ex concupiscencia
carnis, oculorum et superbia vite. Predicta autem tria consilia
perfecte elongant ab hac triplici radice, scilicet paupertas a concupiscencia
oculorum, castitas a concupiscencia carnis et obediencia a superbia
vite. Quartum consilium est caritatis. Unde Math. v.
Diligite inimicos vestros. Istud quantum ad dilectionis affectum est
preceptum, sed quantum ad effectum est consilium, quia inimicum velle
[illegible] et gloria est licitum, sed impendere opera beneficencie
et ostendere signa benivolencie est consilii et perfectionis. Negare
autem ei signa familiaritatis, qui veniam petit, vel ad fami-
liaritatem non simulatorie se ingerit, vel quando necessitas exposcit,
est vindicta, quia tunc inter inimicos est computandus. Sed quod aliquis
ultro se ad familiaritatem ingerat, hoc est perfectionis et ita consilii.

Hoc autem consilium caritatis potest ostendi ad dilectionem inimicorum Signatur
per carbunculum qui octavo loco ponitur Exodi 28 Carbunculus
enim ad alios lapides preciosos se habet sicut aurum ad cetera me-
talla Et dicitur aliorum lapidum virtutes habere Sic caritas excellit omnes
virtutes et complectitur in se virtutes universas Est eciam Carbun-
culus colore igneus sicut carbo vivus et nocte magis lucet
quam de die et noctem quam in die mutat Sic caritas
ignis est et magis lucet in nocte adversitatis quam in die prosperitatis
Et noctem tribulacionis vertit in diem consolacionis Carbunculus
quoque fugat venenum aereum et vaporosum Sic caritas sua
benignitate vincit omnem maliciam infectivam Quintum
consilium est mansuetudinis Unde Matth. 5 Si quis te percusserit
in unam maxillam prebe ei et aliam ut paciens sis et aliam
percussionem sustineas pacienter Et istud est consilium paciencie reus lesionis
corporum Item illud secundum tercium volenti tecum iudicio contendere et tunicam
tollere relinque ei et pallium est consilium reus ablacionis rerum
Cum contencione et fraude nulli licet sua repetere Cum caritate
licet imperfectis perfectis autem non Quia non repetere infirmus
est consilium perfectis autem preceptum Illis autem qui renunciaverit
proprietati non licet repetere sua ut sua sed ut congregacionis Et
istud quintum consilium scilicet mansuetudinis signatur per ameti-
stum qui est coloris violacei Et habet virtutem ~~refrigerandi~~ et refrigerandi
remedii Unde operatur contra ebrietatem Sic mansuetudo refri-
gerat calorem iracundie et lenit appetitum vindicte Amethistus
et ebrietatem metus qua aliqui rapiuntur extra moderamen
racionis ex turbula animi sedat et hominem tranquillum reddit
Amethistus eciam reprimit malas cogitaciones et confert intellectum
intellectui Sic et mansuetudo Unde Ambrosius Man-
suetus homo cordis est medicus Et psalmista docebit man-
suetos vias suas Sextum consilium est misericordie Unde Matth. 5
Qui petit a te da ei Et volenti mutuare a te ne avertaris
Et Luce 6 Omni petenti te tribue Et Matth. 19 Si vis perfectus
esse Vende omnia que habes et da pauperibus Dare superfluum in
extrema necessitate est preceptum et debitum Sed dare quibuslibet
egentibus est consilium Istud consilium signatur per onichinum
qui in colore et magnitudine est ad similitudinem unguis
humani Per ungues autem in scriptura designantur opera
ultimate Et hoc consilium misericordie extendit se eciam usque ad ultimum
possibilitatis unde eciam perfecta misericordia non habet ultimum et nunquam impletur
Si misericors quantum potes plus tamen velle debes
Onichinus eciam appositus oculo infirmo sua sponte quasi res
sensata intrat sine lesione et circuit oculum et penetrat
interius omnes partes cunctos contrarios eius humores
extrusos excussit Sic misericordia ex se ipsa oculum cordis
subintrat et ipsum emundat ab humoribus viciosis
Unde dicitur Luce 11 Date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis Onichinus eciam valet contra scabiem et faciem dealbat
Sic misericordia scabiem peccatorum abstergit et faciem anime dealbat

XXI

quia sicut aqua extinguit ignem ita elemosina extinguit peccatum. Et iterum dicit
elemosina illustrat animam et carnem serenam pulcram efficit et decoram.
Septimum consilium est de simplicitate verborum. Unde Mathei v audistis
quia dictum est antiquis non periurabis ego autem dico vobis non
iurare omnino. Iurare quantum ad inferioritatem pertinet est preceptum
non autem iurare quantum ad perfectionem pertinet est consilium. Unde
ibidem. Sit sermo vester est est non non. Id est si affirmavi vel ne-
gavi est in ore sit etiam in corde. Et hoc consilium signatur
per iaspidem. Nam iaspis bonus est viridis translucens et ru-
beus venis. Sic sermo noster debet esse viridis ut semper aliquid
boni contineat quod est contra vaniloquos. Debet esse transparens
ut in verbis transpareat intencio cordis quod est contra
dolosos et mendaces. Debet etiam habere venas rubeas caritatis ad
proximum ad quem vel de quo est sermo. Quod est contra susurratores
detractores comminatores et calumpniatores. Iaspis etiam
fugat febrem et idropisim et stringit fluxum sanguinis. Sic
simplicitas verborum fugat febrem iracundie. Quia responsio
mollis frangit iram. Proverbiorum xv. Curat idropisim avaricie.
Nam apud mercatores et ceteros temporalibus lucris deditos ver-
borum simplicitas computatur fatuitas. Stringit etiam fluxum san-
guinis carnalis voluptatis. Que ex simulatis collo-
quiis sepius excitatur. Octavum consilium est de vitanda occa-
sione peccandi. Unde Mathei v et xviii. Si oculus tuus vel pes
scandalizat te erue abscide et proice abs te. Ubi iterum Augustinus.
Nullum membrorum ad litteram precipitur erui vel abscidi. Sed
occasiones peccandi sunt amputande et fugiende. Et istud consilium
significatur per crisolitum qui micat ad solem quasi stella aurea
et si ponitur in igne resilit ab igne. Sic cautela occasionis
peccandi micat in anima quasi stella aurea dirigens hominem in fluctibus
huius mundi ad instar stelle maris ut sine offensione peccati perveniat
ad portum. Et qui habet cautelam mox ut homo accedit se esse
in periculo resilit fugiendo a tali conmunitate sicut ab igne.
Crisolitus etiam repellit insaniam et confert sapientiam. Sic vitare
occasiones peccandi est magne sapientie. Sic contrario querere occasiones
est magne stultitie. Nonum consilium est de rectitudine intencionis
et simplicitate operis vel finis. Unde Mathei vi. attendite ne
iusticiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis.
Et v. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra
bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et istud con-
silium signatur per berillum qui est coloris pallidi et transpa-
rens et ille sit optimus qui maculas interius non habet. Sic
opera nostra bona debent esse pallida et transparentia et transpareat
ut videantur ab hominibus ex bono exemplo et dei gloria. Et hoc tamen
solum est laudabile quando intencio est pura intus in corde
ita quod non sint macule interiores sinistre. Berillus etiam si sit
rotunda et opponitur soli ignem accendit in carbone mortuo.
Sic bonum opus si sit bene rotundatum et ex omni parte debitis
circumstanciis circumdatum et non obliquum vel distortum a fine
debito. Et si dirigitur opponitur soli sic quod tota intencio dirigatur
ad lumen tunc carbones mortuos accendit id est opera per peccatum
mortificata reviviscere facit. Vel quia eius ardor accendit
proximos mortuos in peccatis qui eius exemplo ad penitenciam accenduntur.

Vexillus est valde con[tra] serpentes et glandes. Sic rectitudo intencionis
valde contra tumefactos hypocritas et vane gloriacionis. Valde
etiam vexillus contra piacula hostium et reddit hominem invi-
ctum. Sic quia demones hostes nostri intuentur opera nostra bona
viciare per inanem gloriam et superbiam spiritualem. Unde Augustinus an-
tiquum hostem bonis operibus insidiantur ut perdant. Ideo contra hoc
vexillus recte intencionis reddit hominem invictum. Vexillus
etiam amorem inter coniuges revelat. Sic opera nostra bona, recta
intencione simpliciter in deum directa, revelat animam cum
deo sponso suo. Decimum consilium est de conformitate operis
et doctrine. Unde Mathei v. Qui fecerit et docuerit, hic ma-
gnus vocabitur in regno celorum. Unde de scribis et phari-
seis dicitur quod alligant hominibus onera gravia et importabilia,
digito autem suo nolunt ea movere. Dicunt enim et non faciunt.
In predicatori eciam dicitur generaliter de hiis que pertinent ad sta-
tum salutis. Et tunc tenetur predicator facere quod dicit, si eum afficiat
ad hec omnibus teneri. Unde si vero dicit specialiter de hiis que pertinent
ad statum perfeccionis utpote religiosi, et tunc predicator talis non
tenetur nisi perfeccionem illam voverit. Generaliter autem in predicatione non
torie peccat quando predicat quod scandalisat. Generaliter dicit in
occulto peccato si predicat et non studet ex suo dicto compungi
videtur adhuc peccare quia videtur contempnere veritatem quam pre-
dicat. Et hoc consilium significatur per ligurium de quo Ezechiel 28.
Nam secundum ysidorum ligurius est lapis generatus ex urina lincis. Sic ergo lincis
urina huiusmodi alibi in lapidem durescit. Sic ergo linci
comparatur predicator propter acumen visus intellectualis. Cuius doctrina
primus in seipso debet esse digesta et per operacionem sibi incorporata
et tunc ex superhabundancia sue vite stillare in predicacionem
liquorem doctrine ad profectum aliorum. Sed ipse debet primus
id quod purius est in urina sibi incorporare. Sic per quod id
quod purius est in urina conversum est in substanciam alii tunc
quod purius est in urina egreditur. Unde sicut malum signum est in
liquore urinalis egreditur. Unde sicut malum signum est in
natura cum liquor urinalis indigestus et crudus emittitur
sic malum indicium est in moribus qui id quod docent prius opere
non implent. Iste ligurius confert constipatis et ventrem solvit.
Sic cum aliqui pleni sunt malis humoribus peccatorum et per
confessionem eos nequeunt egerere, sepe tales ex predicacione eorum
convertuntur, cuius vita plus predicat quam doctrina. Undecimum consilium
Undecimum consilium est de vitanda solicitudine. Unde Mathei vi.
Nolite soliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus.
Et item nolite soliciti esse in crastinum. Ubi Ieronimus quod quadruplex
est solicitudo. Prima est fundabilis spiritualis quo ad animam scilicet
quod quis deo placeat omnem solicitudinem proiciens in eum
et hec est laudabilis. I Petri v. Omnem solicitudinem vestram
proicientes in eum quoniam ipsi est cura de vobis. Secunda est pro-
ximi laudabilis spiritualis ex fraterna caritate quilibet esse sollicitus
et religiosus efficaciter, quia sunt in solicitudine. Et hec eciam
est laudabilis. Ad Romanos 12. Habentes donaciones secundum
graciam que data est vobis differentes. Et infra qui preest in
solicitudine scilicet preesse debet. Et item solicitudine non pig-
tra est cure temporalis quo ad corpus. De qua I ad Cor. ix. Secundum

tum uxore est solicitudo est que sunt ~~mundi~~ mundi sed Et hec est tolera
bilis. Tercia est superflue thezaurisacio quo ad avariciam Et
hec est vituperabilis. Prima tollitur isto consilio. Tercia paupertatis
tatis penitus contra pheretur. Et hoc consilium figuratur per lapidem
achatem de quo Exodi 28. Est enim nigri coloris cum albis venis
intermixtis. In nigro colore designatur humilitas et despectus
mundi qui sunt in eis qui sunt a solicitudine temporalium segregati
Nam ipsi mundum despiciunt et a mundo sunt despecti. Sed
in hac vita non potest esse omnimoda abstractio ab omni solicitudine
Unde propter necessitatem corporis parva solicitudo permittitur cum perfecte
et hoc significatur per venas albas intermixtas. Achates est ve:
nena fugat, sitim sedat, visum fovet. Sic vitatio solicitudinis
venena mundanorum contagia fugat. Nam omnia ista mundana
venenosa sunt et vix aliquis contagio animae carere possunt
Item solicitudo temporalium sitim provocat quia multum alter habet
et avarus non satiatur sicut ignis qui nunquam dicit sufficit
Proverbiorum XXX. Sed ab istis scilicet veneno et siti vitatio solicitudinis
per oppositum preservat. Hec etiam fovet visum intellectuale
Mens quanto minus disgregatur ad temporalia tanto magis fortifi
catur ad spiritualia. Duodecimum consilium est de fraterna correpcione
Unde Matthei XVIII. Si peccaverit in te frater tuus corripe eum. Or
Corripe fratrem quandoque est consilium ut corripere de venialibus et
aliquando cum quo nichil licet facere nisi quantum caritate. Quandoque est
preceptum ut corripere de mortali quia iste secundo tenetur ad omnes
et obligat semper sed non ad semper quia pro loco et tempore quia
[illegible] variat et creditur quod utilis sit correptio ad quod
preceptum maxime tenentur prelati quo ad eos quorum curam
gerunt. Et hoc consilium significatur per lapidem sardium qui est
coloris rubei sed turbulenti sicut terra rubea. Sic fraterna
correptio debet esse rubea ex caritate qua debet fieri. Sed quia
talis caritas semper est cum dolore et compassione propter deli
ctum fratris ideo rubor ille est turbulentus. Sardius etiam
restringit fluxum sanguinis. Sic correptio fraterna fratrem bonum
ex post factum gaudere facit. Acuit etiam ingenium. Et ideo
apostolus Omnia que arguuntur a lumine manifestantur. Omnia
ista consilia facilia sunt volenti et dei timorem prae oculis habenti
Unde ergo delectemur et complaceamus nobis in preceptis et
consiliis dei. Ut si non sine gravamine vel difficultate fieri
videantur tenemur tamen ob honorem legislatoris et con-
sultoris servare et adimplere quantum ipse vires dederit. Quia
et si propter ipsum pati non elegerimus nichilominus alia paciemur
Ut enim dicit Augustinus In hoc mundo non timere non dolere
non periclitari est impossibile. Sed plurimum interest quare quis quae ve
fine quis patiatur. Et Crisostomus Si non propter Christum elegimus aliquid
pati doloris necesse est eos omnino et aliter sustinere. Neque enim
si propter Christum non mortuus fueris immortalis eris. Neque si propter
Christum pietatis pecunias feres eas exibis. Hec expetit a te
que et non expetente eo dabis. Hec te vult facere tua vo:
luntate que et ex necessitate te oportet facere. Expetit autem solum
propter eum fieri quia contingit et hec tribuere a natura quae est [illegible]

Ergo nos iniuste c̄stat et audit deus tunc in omnibus seipsum
nobis p̄beat Ideo nos resistamus Ego inquit p̄r . ego et adey
et fr̄ soror et mr̄ et omne quodcumque volueris ego . solum fa
miliarit̄ te h̄eas ad me Nunc omnino uti est spati te
elige spati ꝑ me Ego in inopis ꝓt te in cruce . ꝓt te in
sepulchro . ꝓt te superius pro te intercedo ꝑ te
sustinui infernus veni a patre Omnia in tu es et frater
et coheres et amicus et maritus Quid plus vis Quid cu
qui te diligit amicus Quid huic mundo laboras Quid haurire
vase perforato . hoc est enim in p̄nti vita laborare Quid flama
incendis . quid aerem impugnas . quid manibus curris . Vanitas
vanitatum . et omnia sunt vanitas Itaque nos ipsos humi
liemus et xp̄i consilia amplectamur Vt cum digne hic vixerimus
per portas . de quarum or
natu Subdit in litera cum dicitur

Et duodecim porte . xii margarite sunt per singulas Et sin
gule porte erant ex singulis margaritis etc. Ostensa
ma̅ et ornatu murorum et fundamentorum ciuitatis . hic agitur
de ma̅ et ornamento portarum eius cum dicitur singulas portas
ex singulis constare margaritis . hec aut margarita est speciale
nomen cuiusdam lapidis preciosi parui candidi solidi in conchis
marinis nati . de rore celesti concepti etc . que aut
eam gallice vocatur perle ut legitur . tamen in eundem
in pluribus locis sacre scripture . capitur pro quolibet lapide
precioso . Quales aut sint lapides preciosi istarum portarum xii
expositio . vide in eiusdem legitur
ponitur , ꝓt quod probabile . et etiam eiusdem hominis
qui sunt eiusdem speciei cum xii predictis et etiam eius hominis
In xii aut portis ut dictum est supra . sunt apostoli ceteri quoque pre
dicatores . qui ceteros introducunt ad fidem trinitatis in quatuor
partibus mundi . et qui nobis viam fidei aperiendo . in ceteris intero
ducunt . hereticorum insultibus fortiter resistendo seipsos obiciunt .
et inter lepram et lepram subtiliter distinguendo causas populi
iudicant et discernunt Cum singuli tales apostoli viri . omnes
xii virtutes habent tamen singuli singulas singulariter possident
quo ad usum a quibus singulariter comendantur Vt abraham a fide
Iob ab hospitalitate , moyses a mansuetudine , dauid ab humilitate
Ioseph a castitate etc . Et tamen singuli omnes virtutes habebant
Sed in vnius usu singulariter vniuscuiusque eminebat . Ita et hic
Vel sic dicitur Et duodecim porte xii margarite sunt per sin
gulas . singule porte sunt xii margarite . hec est quelibet porta
habet xii margaritis . xii virtutes preciosas . per xii lapides desi
gnatas . vel etiam articulos aut consilia Sed quia vnus in
vna alius in alia pollere videtur et quasi singulariter ea posse
dere Ideo subdit Et singule porte erant ex singulis marga
ritis . singuli sancti predicatores singularibus virtutibus adornati
ꝓt quod in laudem vniuscuiusque singulariter dicitur . non est inuentus
similis illi . Eccl. 44 . qui conseruaret legem excelsi . precellebat alios
ceteros sui temporis in aliqua speciali virtute . vel sicut xii diuisiones
generales sunt ut aut sequuntur . Et diuisiones nostre actionum sunt .

idem aut deus et divisiones operationum sunt idem vero deus qui operatur
omnia in omnibus Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utili-
tatem alii quidem datur per spiritum sermo sapientie alii sermo scientie et cetera
Ex quibus Unde portis ergo id est in apostolis et prelatis qui successerunt eis
dicuntur esse xij margarite id est omnes virtutes et singulariter
vestibus margarite candor soliditas et puritas id est castitas patientia
et humilitas De primo Treni 4 Candidiores nazarei eius nive
nitidiores lacte Quod exponit Gregorius 3 moralium de sanctis
De 2o potentia Bene parietes erunt ut amicient Proverbiorum xix
Doctrina viri per patientiam noscitur Luce xxi In patientia vestra
De 3o Mathei 3o Sic nos decet adimplere omnem iustitiam id est supremum
gradum humilitatis Unde glossa Et Ecclesiastici xi Discite a me quia mitis
sum et humilis corde Vel secundum Hanonem Una porta vel mar-
garita singularis duabus tribus intelligitur qui sicut dicitur funda-
mentum fundamentorum Sic etiam potest dici porta portarum et mar-
garita margaritarum De primo potentia cum dixisset aperite in portas
iustitie statim unam portam annectit que singularis domini
significat sine quo nemo venit ad patrem Ibidem Hec porta domini
iusti intrabunt in eam De 2o Mathei 13 Simile est regnum celorum
homini negotiatori querenti bonas margaritas Inventa autem
una preciosa margarita vendidit omnibus emit eam Unde secundum
Hanonem Unum ad literam pertinet hoc dicit quod illa civitas habet 12
portas et unaquaque porta erat ex una gemma et iterum in una
unaquaque porta erant xij margarite que sunt centum quadraginta quatuor
Superius autem dictum est quod angelus mensus est muros civitatis
centum xl iiijor cubitorum Unde iam hic est expletur cum xij marga-
rite per singulas xij portas describuntur Hec duodenarius numerus
duodecies ductus centesimum et quadragesimum quartum numerum consummat
In quo omnis multitudo electorum comprehenditur et concluditur
ut ostensum est supra Unde per margaritas que sunt candide
significat ille describi Unde per portas id est apostolos viros intratur
ad civitatem habentes candorem virtutum Qui hoc dicitur xij quia
vocati sunt ad fidem trinitatis ex quatuor mundi partibus Et iste
xij margarite dicuntur esse per singulas portas ad designandum
quod universitas fidelium in simplici statu sit sicut hos ad celum vocata
Quod dicitur sit Cum enim sint xij porte et per singulas por-
tas xij margarite patet quod margarite sint duodecies xij
que faciunt centum quadraginta quatuor per que numerum universitas
fidelium in statu designatur ut dictum est supra Cum ergo dicit
hic xij margarite sint per singulas xij portas idem est ac si
diceretur et multitudo fidelium secundum eorum statum virtutibus
splendens est per huiusmodi portas ad civitatem ingressa Et
hec singule predicatores singuli virtute splendent Vel ideo ad designandum
singulares eorum virtutes dicitur Et singule porte erant ex singulis
margaritis id est quilibet predicator habuit unam singularem
virtutem continuam ad vitam et Duo vero generaliter Et quedam
margarite scilicet celi ros et aperto concha Ros sit infusam
gratiam aperto concha libertatem arbitrii ergo ex gratia et
libero arbitrio invenit eterna vita Nona est quod multiplex
est porta Vel tam paradisi de qua dicit Augustinus sermone de re-
surrectione domini porta paradisi cum sit semel aperta nunquam

unusquisque laudi credentibus et ex eo tempore quo passus est dominus usque in
presentem diem. Hec porta clausa est et reserata. Clausa est peccatoribus
et incredulis, reserata est iustis et credentibus. Per hanc por-
tam ingressus est petrus. Per hanc ingressus est paulus. Per
hanc omnes sancti martires introierunt. Per hanc quotidie de
mundo iustorum anime ingrediuntur. Que enim sunt porte pa-
radisi nisi porte ecclesie quarum tamen intimus portam paradisi ingre-
diuntur. Nam qua ita vivere debemus ne extra ciuitatem et feras
eiecti a bestiis devoremur. Addit in sermone 2° eiusdem temporis.
Per hanc portam primus latro cum domino ingressus est. Ha-
bete fiduciam fratres et vos operate similia. Non dixit hec porta
domini et soli apostoli et martires introibunt per eam, sed dixit iusti.
Quicunque ergo iuste agit et inter iustos deum esse meruit, illico
hanc portam, quia dominus non querit sanguinem [illegible] sed fidem.
Si habemus fidem que potest sanguinem effundere, imputabitur nobis
in honorem effusionis. Sunt etiam porte sacramenta ecclesie. Un-
Augustinus super psalmo ix porte filie syon sunt sacramenta et misteria
fidei que pulsantibus aperiuntur ut perveniatur ad occulta
dei, illo nec oculus vidit nec auris audivit etc. Porte denique
filie syon sunt omnia optima studia per que venitur ad vi-
sionem pacis in sancta ecclesia. Sunt quoque porte mortis scilicet prave
cupiditates quia per illas itur ad mortem. Maior autem ianua est
ipsa leticia mortis in perfruendo cum quisque adipiscitur quod
cupidit concupivit. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Et
littera est porta mortis. Iam forte porte mortis sunt cor-
porales sensus ut oculi, qui aperti sunt homini cum de ligno
vetito gustasset. Hec ille super psalmo ix. De portis autem inferni [illegible] aliqui
dicit libro annotationum in Job c. 9 [illegible] intelligende
potestates inferiores morti opposite sunt intelligende

Et platee ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.
Postilla desuper. Civitatis superne gaudium ad similitudinem qualitate quantitate
et mundicia [illegible]. Subditur enim de superna [illegible] aurum et mundicia
et munda [illegible] tamen dicitur Et platee ciuitatis etc. [illegible]
seu puritate cum dicitur et platee ciuitatis aurum mundum, simile
est quod superius dictum est quod ipsa ciuitas fuit aurum mundum simile
vitro mundo. Qualiter et quare hic dicit platee ciuitatis aurum
mundum tanquam vitrum perlucidum, eisdem rebus ciuitatis et plateas eo-
parando. Idem in [illegible] quia per muros ciuitatis robustiores et
eminentiores sancti designantur. Per plateas vero que a latitu-
dine ita vocantur, quia platon grece dicitur latum latine, secundum sancti
simpliciores inferiores ipsisque subiecti morantes in latitudine
caritatis vel congregati, qui etiam in maiori latitudine vite sunt
quam alii scilicet continentes, in quibus maxime mundicia requiritur
et in vestra comedatur. Dicitur autem platee ciuitatis ex auro mundo
esse et ciuitas fuisse narratur, quia licet ibi sit distinctio graduum et me-
ritorum, quia sicut in hac vita invenitur alius alio sanctior
sic in illa beatitudine alius invenitur alio eminentior. Unde illud
Salvatoris Iohannis xiiii° In domo patris mei mansiones multe
sunt. Tamen unusquisque quod non habebit in se possidebit in altero
per caritatis amorem, hinc dicitur Iob 3 parvus et magnus
ibi sunt. Et I Cor xv Stella a stella differt in claritate, sic et

resurrectionis mortuorum. Nam per aurum ut dictum est designatur claritas
superne retributionis. Per vitrum autem exprimitur puritas cordium
illorum que tunc singulis invicem manifestabitur. His itaque metallis
adornantur platee civitatis quibus hec civitas sive ad muros
quia licet tantam claritatem non habeant subiecti quantum prelati et doctores
ecclesie tamen ut dictum est quod in se quisque non habebit hoc possidebit
in altero per caritatis amorem, quando sicut dicit apostolus deus erit
omnia in omnibus .1. Cor. XV. Vel platee civitatis i. congregati
divitie aurum mundi i. a peccatis mundi per virtute sapientie qui bene se
regunt viventes mundo tamquam non utentes .1. Cor. VII. tamquam ~~per~~
vitrum ~~lucidum~~ perlucidum i. nullas sordes intus celantes
Sed per veram confessionem quicquid intus est immundum manifestantes
Vel eos dicit vitrum quia in ipsis tamquam in speculo vitreo
possunt alii maculas suas considerare. Sunt igitur cives aurei indu-
catione sincere puritatis et tamquam vitrum perlucidum bone superne
claritatis ut expositum est prius Thobie XIII°. Ex lapide candido
et mundo platee eius sternentur. Et in hymno: Platee et muri
eius ex auro purissimo.

Et templum non vidi in ea. Dominus enim deus omnipotens templum
illius est et agnus. Et civitas non eget sole neque luna
ut luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit illam. Et lu-
cerna eius agnus. Et ambulabunt gentes per lumen eius
Et reges terre afferent gloriam suam et honorem in illam.

Posita descriptione civitatis superne quantum ad dignitatem et preciositatem
materie sue claritatis seu resplendentie formis seu structure. Consequenter
in ista littera describitur civium nobilitas ... inhabitantium et eorum
excellentie. Et dividitur in duas partes. Primo ponitur sublimitas principalis
secundo assistentium ibi. Et ambulabunt gentes per lumen eius. Quantum ad
primum dicit ... in littera. Cultus dei tempore veteris testamenti fuit
figura respectu cultus qui observatur tempore novi testamenti. 1. Cor. X. Omnia
in figura contingebant illis. Cultus vero novi testamenti est similiter
figuralis respectu cultus celestis. Nam militans ecclesia triumphantis prefigurat
celestia premia. Patet dicitur in illa prosa: Superne matris
gaudia representat ecclesia. Et in illa prosa: psallat ecclesia mater illibata. Et
Nunc quoniam cultus fit in templo materiali per corporalia et spiritualia
obsequia. Templum siquidem in ecclesia militante est locus orationis
et oblationis in quo conveniunt fideles ad celebrandum et percipiendum
sacramenta et audiendum divina. Oratio vero fit pro duobus scilicet aliquando pro
bonis adipiscendis, aliquando pro malis amovendis. Sed in illa civitate
nullum malum aderit quod sit amovendum. Nec ullum bonum aberit
adipiscendum. Ideo non erit ibi necessaria oratio. Similiter oblatio fit pro
duobus, aliquando pro expiatione offensarum, aliquando pro sustentatione ministrorum
aliquando ad placandum deum. Sed nullum istorum erit ibi quia ministri
numquam aliquo indigebunt nec aliquid erit ibi expiandum nec deus
erit umquam alicui offensus. Unde patet quod oblatio non erit necessaria. Sic
quod per amorem templi ab illa civitate status nobis ostenditur omnium
bonorum plenitudine et omnium malorum absentia. Dicit ergo: Et
templum non vidi in ea scilicet civitate quia nec oratio nec oblatio
fiet ibi necessaria. Sed tamen ibi erit gratiarum actio et vox laudis de bonis adeptis.

et malis ciuitatis Status est superne ciuitatis seu beatitudinis non
est figuralis aliquid expectati. Vel nos habui Nam deus ibi clare
videtur et pure habetur et veneratur. unde quod dicit beatus Iohannes
Et templum non vidi in ea. quia deus illorum colitur ibi per aliqua
figuralia sed in sua specie. Apoc. subditur. dominus enim deus omnipotens
templum illius est, id est ibi est omnimoda quies et sufficientia. Tunc
enim ipse deus erit omnia in omnibus. Tunc ipso apparente omnium
omnia implebuntur bonitate. Tunc habebit vis rationalis veritatis
plenitudinem irascibilis pacis multitudinem concupiscibilis dul-
cedinis magnitudinem. secundum illud psalmi Quam magna multitudo dulce-
dinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Tunc enim
illa societas sancta possidebit deum facie ad faciem. nec erit
localis oblationibus vel orationibus ad postulandum non habita. Iohannis 16.
Venit hora quando non in proverbiis loquar vobis sed palam annun-
ciabo vobis de patre meo. Ibidem In illa die non rogabitis
me quicquam. 1 Iohannis 3o Cum apparuerit, similes ei erimus
quoniam videbimus eum sicuti est. Vnde huius igitur est beatitudo animarum
Sed quia nec sensus corporei carebunt sua refectione qua habebant
ex visione humanitatis Christi glossa Apoc. subditur Et agnus
sed simul est templum eius id est omnimoda quies et refectio sensuum
corporeorum sicut deus virium animarum. Visus in colore bea-
tificatur. olfactus in odore gustus in sapore. licet non ibi materialis
corporalis gustetur. tamen erit ibi sapor in diuina cognitione
Vnde quodammodo reficitur gustus in suauitate et auditus in iu-
bilatione. Bernardus in speculo est sicut iubilantium. De hijs bonis sancti
ungentur laudabunt deum secundum illud psalmi Beati qui habitant in do-
mo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Sed corpus beati reficietur interius
in aspectu deitatis et exterius in aspectu humanitatis Christi. Et c
vbique nam colunt et adorant. unde humanitas est diuinitati
unita [illegible] Vnde Richardus Cum diuinitate humanitas communicat vt
[illegible] gratia referatur. Hec est vita eterna ut cognoscant te
verum deum et quem misisti Ihesum Christum Iohannis 17. Vt in contemplatione diuinitatis
reficiatur intellectus interior. et in speculatione humanitatis Christi
reficiatur sensus exterior. Vt siue ingrediens siue egrediens
pascua inueniat. Vt dicitur in libro de spiritu et anima. Vnde
Ipse est desiderium collium eternorum Gen. xlix In ipsum desi-
derant angeli prospicere. 1 Pet. 1. In ipso ergo plena satietas
et quies et plena illuminatio omnium. Apoc. subditur. Et ciuitas
non eget sole neque luna id est luminibus materialibus. Vel luminibus
creaturarum ad videndum vel contemplandum speculum dei. sed non
indiget hominibus. quia tunc vniuscuiusque corpus electorum erit
clarius sole. Math. 13 Tunc fulgebunt iusti sicut sol in
regno patris eorum. Solis etiam lux augebitur in mundi re-
nouatione. Ysaie 30 Erit lux lune sicut solis et lux solis
septempliciter sicut lux septem dierum. Beda. Et quando erunt ibi corpora
maxime clarificata videntur illam claritatem habere fenestra
si non illuminaret illam ciuitatem. Idem quia illa immutatio tunc
claritatis corporum superiorum non erit ad seruitutem sed ad
mundi decorem. Quod potest per hoc quod dicitur Ysaie 60 Non erit tibi
sol ad lucendum per diem neque splendor lune illuminabit te. sed
erit tibi dominus in lucem sempiternam. Apoc. subditur hic Vna claritas

Ca xxi

dei illuminabit eam scilicet supernam civitatem id est beatorum societatem Ipse
enim deus qui nunc illuminat mentes fidelium per fidem Ipse tunc
multo magis illuminabit eam cum videre meruerit faciem ad faciem
Vel per solem et lunam intelliguntur predicatores maiores et minores
Illa igitur civitas id est electi illius civitatis non egebit sole neque luna
id est maiori vel minori doctrina ut luceat in ea docendo predicando
vel disputando. Nam claritas dei id est trinitatis que tunc facie ad faciem
videbitur illuminabit eam dando intellectum plenissimam omnium
cognitionem quia tunc in speculo trinitatis omnia cognoscet Unde
I Cor 13 Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam sicut
et cognitus sum. Videmus nunc per speculum etc. Jeremie 31
Non docebit ultra vir proximum suum et fratrem suum dicens Cognosce
dominum omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum
Johannis 6 Erunt omnes docibiles dei. Ex quo patet quod intellectus
creatus ad videndum ~~dei essentiam~~ divinam essentiam indiget lumine
quod dicitur lumen glorie. Non enim potest intellectus creatus dei
per essentiam videre nisi in quantum deus per suam essentiam se intellectui
creato coniungit ut intelligibile ab ipso. Declarat beatus Thomas in
prima parte summe q. 12 ar. 4. Quia omne quod elevatur ad aliquid
quod excedit naturam suam oportet quod disponatur aliqua dispositione que sit
supra suam naturam. Sicut si debeat aer accipere formam ignis oportet quod
disponatur aliqua dispositione ad talem formam. Cum igitur virtus naturalis
intellectus creati non sufficiat ad essentiam dei videndam ut
deducit ibidem oportet quod ex divina gratia superexcrescat virtus intelligendi
Et hoc augmentum virtutis intellective vocamus illuminationem
intellectus sicut et ipsum intelligibile vocatur lux vel lumen
Et illud est lumen de quo hic dicitur quod claritas dei illuminabit eam
scilicet societatem beatorum deum videntium. Et de quo dicitur in psalmo In lu-
mine tuo scilicet glorie confortante intellectum nostrum ad videndum
deum videbimus lumen scilicet divine essentie. Et per hoc lumen scilicet
glorie efficiemur deiformes id est deo similes I Johannis 3 Cum appa-
ruerit similes ei erimus. Nec solum claritas dei illuminabit
eam scilicet civitatem que tunc est lux mentium immo et sensus corporales
habebunt suum lumen corporale. Unde sequitur Et lucerna eius est
agnus id est lucerna lux est in testa scilicet humanitas id est continens
divinitatem sicut testa lucem Vel Christus qui cum patre et spiritu sancto
vel dei filius id est in carne glorificatus. Magis quam sol et luna erit su-
perior claritas illius superne civitatis. Si enim fulgebunt iusti sicut
sol in regno dei etiam in corporibus glorificatis multo magis
corpus gloriosum filii dei ... Non egebunt lumine
lucerne. Et sequitur Quoniam dominus deus illuminabit illos. Oculi vero
glorificati bene poterunt sustinere tantum splendorem immo de-
lectabuntur in eo Eccl 11 Dulce lumen et delectabile
est oculis videre solem. Et in psalmo In lumine vultus tui ambu-
labunt. Unde dicitur in littera Et ambulabunt gentes in lu-
mine eius Re ... quod verba ambulabunt non sunt referenda
ad futurum tempus remunerationis sed ad presentis laboris Neque enim
sancti tunc in ambulando laborabunt sed post laborem quiescent
beati mortui Apoc xiiii Amodo iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis. Nunc itaque ambulant in lumine eius in fide et spe

lundi lumine eius scilicet per christi fidem caritatis et virtutes · ut perea
proficientes ad patriam gloriesamt in ipso lumine · hoc est in ipsius
dei contemplatione · ysaie lx° · ambulabunt gentes in lumine tuo
ambulabunt magis de virtute in virtute perfecturos · iustorum enim
semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum
diem · prover. iiij° · Et illum hoc quod ait gentes loquuntur de inferioribus
et subditis · Antecrum aut pro spe illius luminis lundi maiores
erunt solliciti de aliis acquirendis · ut dicit glo. · Ideo sequitur · Et re-
ges terre · i. superiores rectores ecclesie et predicatores · afferent glo-
riam suam · i. subditos quos predicando converterunt ad fidem
et penitentiam et conversos bene instruxerunt · i thess. 2° · Que est spes nostra
aut gaudium aut corona glorie nonne vos ante dominum ihesum christum in
adventu eius · Vos enim estis gloria nostra et gaudium · Et quia non
sufficit nemini prodest aliis proficere nisi et ipsi qui proficiuntur aliis scipsos
custodiant a malis · Ideo subiungitur · Et honorem salutis afferent
in illam · i. conscientie puritate · Pro illa lundi a [illegible] glo. [illegible] glo-
riam et honorem afferent in illam deo attribuendo · Sup. 4° · Cum
daret alia gloriam et honorem et · In ps. afferte domino gloriam
et honorem · Unde hugo · Reges terre intelliguntur omnes iusti
qui bene cum subiectis se regere satagunt · De quibus dictum est
prov. xxi · Cor regis in manu dei · quocumque voluit inclinat
illud · vel Reges terre · Apostoli et predicatores · qui preter
regum aliorum quo regnant iuste reges appellantur · Sup. p°
princeps regum terre · Job 3° · cum regibus terre · Ubi Gregorius
9° moralium dicit · Et reges sunt qui scipsos regere sciunt · Et Iob
xij · Balteum regum dissolvet · In moralium x° · Et hii enim
reges · gloriam et honorem deferunt ad illam celestem ierusalem
· Quia omne suum remuneratorem et prosperitate atque omne suum
gaudium et exultationem ibi recipient · Et quo amplius in presenti
vita affliguntur et despiciuntur eo amplius ibi exaltabuntur
· Quorum reprobi qui in presenti suam gloriam et honorem possidet
et in prosperitatibus huius seculi extenduntur · ibi vacui remanebunt
unde dominus luce vj · Ve vobis divitibus qui hic habetis consolationem
vestram · Quia quod sancti in presenti vita gloriam honorem sentiunt que re-
proborum est non amant · eo suam gloriam ad eterna felici-
tatem deferunt qui ibi exaltati remunerabuntur · Cum unicuique
illorum dixit dominus · Tu esto super x civitates · alteri aut tu
esto super quinque · Sic ipse manifestat in eius luce ix · Vel di- | 2°
vo Reges · i. apostoli et predicatores afferent gloriam et honorem
in illam · i. omnes quos christo adquisierunt sua predicatione et doctrina
qui scilicet acquisiti in ea gloria et honor regum vocantur · quia
pro eis idem reges coronantur · Legendo vero istud de
sanctis in gloria · dicuntur ambulare ob suam sublimatorem
super se in visione dei et fruitione · et quod omnia faciunt ex eius
illustratione · Et dicuntur afferre gloriam et honorem deum
laudando et in ipso iubilando · Sup. vij° · Et deducet eos ad
vite fontes aquarum · In templo eius omnis dicent
gloriam · Veniet aut veniet eum exultatione · Et ipsa
Lira vero passum istum exponit de angelis de [illegible] [illegible]

et regendo Omnia vero corporalia et homines per angelos sanctos ad-
ministrantur et reguntur. propter quod hoc et in pluribus aliis sacre
scripture locis reges terre dicuntur. Quia electi vero qui per eorum
administracionem ad beatitudinem deducuntur, eorum gloriam augmentare
et cum hoc afferre gloriam suam et honorem in superna celum
hic dicitur. Tercia ergo dicit hic beatus Hainricus, primo quia indu-
strees sunt maiores in operando tunc dicit Et ambulabunt gentes
scilicet modo dicto. Secundo quia solliciti sunt maiores in committendo deren-
do et custodiendo cetum ministros celum dicit et reges terre afferent
gloriam. Tercio quod vterque portabunt coram domino. quia gloriam
scilicet conscientie securitatem et vt possint vere dicere illud apostoli
2 Cor. 1 Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre. Sunt vero
afferent gloriam et honorem gencium in illam. Verbi ad hoc dicit hic

Et porte eius non claudentur per diem et nox non erit illic
et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Nec intrabit
in eam aliquid coinquinatum et faciens abhominacionem et mendacium
nisi qui scripti sunt in libro vite et agni. Vltima pars
capituli huius vbi quarto describitur dignitas superne ciuitatis quantum
ad securitatem. Et diuiditur in tres partes. Primo ponitur securitatis certitudo
secundo diuine glorificacionis continuacio ibi Et afferent etc. tercio omnis
inmundi exclusio ibi Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum
etc. Quantum ad primum dicit Et porte eius non claudentur per diem
vt enim ait Haymo magna securitas erit in celesti curia vbi nulle
erunt insidie inimici. Isaye 32. Sedebit populus meus in pulcritudine
pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta. Vnde Beda quod
porte non claudentur plenissime securitatis est indicium et ideo
porte eius non claudentur. quia vtique erit ibi dies perpetuus, cui nox
non succedet. Ideo subditur et nox non erit illic sed eterna lumi
nositas erit. Vnde Beda qui lumine agni pro lumine sempiterno
in illa ciuitate, sublatis noctis tempore memorat futurum Ideo
erit ibi vna dies prout ait propheta Melior est vna dies in
atriis tuis super milia Non erit ergo nox ex obumbracione
luminis. vel nox temptacionis vel erroris vel ignorancie. sed
plenitudo luminis Vnde psalmus Apud te est fons vite et in lumine
tuo etc. Isaye 60. Aperientur porte tue iugiter et die et no-
cte non claudentur. Et sequitur ibidem Occupabit salus muros
tuos et portas tuas laudacio. Non erit tibi sol amplius ad lu-
cendum. quia dominus erit in lucem sempiternam. Sed quod tamen Math. 25
dicitur Et clausa est ianua. Dicendum quod ibi loquitur de clausura
ianue ipsis infidelibus et reprobis quibus denegabitur introitus
hic vero dicitur quod non claudentur porte racione perpetue securitatis
Spiritualiter autem secundum Haymonem. per portas significantur predicatores
propter rectores superius dictos. Sed quia per eorum ministerium eciam
intramus etc. Porte vero ciuitatis dum clauduntur ingredientibus aditum
non permittunt. Ita ergo quando clauduntur porte dum predicatores scilicet
dyabolum repellunt a cordibus fidelium. Ipsi quidem denegant in-
gredientibus aditum, dum fideles instruunt quomodo temptacionibus
resistant. Secundum illud 1 Petri 5 Sobrii estote et vigilate. quia

Adversarius vester dyabolus tanquam leo rugiens etc. Nunc etiam aliqui
oportet claudi portas ecclesie, quia subtrahere predicatores et doctrinam propter indigni:
tatem et maliciam hominum et ne fures intrent eam oportet. Mathei vii
Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos.
Sed ibi non claudetur, quia nullus incursus hostium vel bestiarum
timebitur, sed sublato noctis timore, perpetua dies fulgebit electis.
Non iam ibi dicetur Vigilate et orate quod ad noctem adversitatis
sed vacate et videte quod ad diem redigitur securitatis, ait Hugo(?)
Non erit igitur illic nox id est obscuritas alicuius temporalis vel spiritualis.
Zach. xiv Et erit dies una que nota est domino non dies neque nox
et in tempore vesperi erit lux. Quasi dicat Non erit successio diei et
noctis sed lux tamen erit ibi. Psalmus Ordinacione tua perseverat dies.
Vel sic similiter porte eius id est affectus et intellectus sanctorum, quorum
intratur in amorem boni et cognicionem veri, non claudentur per
diem id est in die. Quasi dicat tanta claritas erit ibi quod nichil obscurum erit
ibi nec ignotum nec dubium nec inamatum. Nox enim ignorancie non
erit illic nec peccati, quia omnia scibilia scient electi. Iuxta illud Gre-
gorii iiii° dyalogorum Quid est quod non videant qui videntem omnia vident.
Et subditur divine laudis ... et afferent scilicet reges
supradicti prelati scilicet et predicatores gloriam et honorem gentium in
illam scilicet civitatem quia scilicet congregacionem fidelium turbarum, ipsos
quos predicando adduxerunt ad fidem, scilicet ad patriam celestem
introduxerunt. Magna enim gloria magnus quoque honor gentium in illa
civitate afferetur, quia maxima ex parte ex ipsis gentibus deco-
rabitur, ex quo erit honor eorum qui ipsas gentes converterunt.
Et de hoc Gregorius omelia xvii super illud ewangelium dicit. Pensemus
quod lucrum deo fecimus qui accepto talento ab eo ad ne-
gotium impositi sumus. Ecce enim venit et de suo negocio lucrum
quaerit. Quale ei animarum lucrum de nostra negociacione monstrabimus?
quot eius conspectui animarum manipulos de predicacione nostre se-
getis illaturi sumus? Ponamus ante oculos nostros illum distri-
ctionis diem quo iudex veniet et rationem cum servis suis quibus
talenta tradidit ponet. Ecce in maiestate terribili inter angelorum
atque archangelorum choros videbitur. In illo tanto examine
electorum omnium et reproborum multitudo deducetur et unusquisque
quid sit operatus ostenditur. Ibi Petrus cum Iudea conversa
quam post se traxit apparebit. Ibi Paulus conversum ut ita dixe-
rim mundum ducens. Ibi Andreas post se Achayam, ibi Iohannes
Asiam, Thomas Indiam in conspectu iudicis conversum ducit. Ibi
omnes dominici gregis arietes cum animarum lucris appa-
rebunt, qui sanctis suis predicacionibus deo post se subditum
gregem trahent. Et hoc pertinet ad prelatos et predicatoribus ociosis
qui paucos vel nullos conversos suis predicacionibus deo reddiderunt.
Unde subdit Gregorius Cum igitur tot pastores cum gregibus
suis ante eterni pastoris oculos venerint, quid nos miseri dicturi
sumus, qui ad dominum nostrum post negotium nostrum vacui redimus,
qui pastoris nomen habuimus et oves quas ex nutrimento nostro
ostendamus non habemus. Hic pastores vocati sumus

et ibi grege non ducimus. Et subdit Sed numquid si nos negligens
campipons deserit oves suas. Nullomodo. Nam ipse eas sicut per
prophetam pollicitus est per semetipsum pascit. Et omnes quos predestinat
per vitulum flagellorum et cruciatus penaliter erudit. Magna igitur
fiet confusio prelatis et pastoribus ecclesie. cum eorum subditi
erunt in gloria et ipsi in gehenne missi. Sed non est rei quid
quod hec confusio sufficeret eis ad dampnacionem maxime. ut est in
fine. Math. xxi. Amen dico vobis quod publicani et meretrices precedent
vos in regno dei. Sufficeret autem eis si suos subditos segregaret
Sed ut hec eueniet eis si potius expellerentur. Luc. xiii. Cum videritis
Abraham Ysaac et Jacob et omnes prophetas in regno dei. Vos autem
expelli foras. Unde Gregorius ubi supra. Per nos quidem fideles
ad sanctum baptisma veniunt. nostris precibus benedicuntur. et per
impositionem manuum nostrarum a deo spiritum sanctum accipiunt
atque ipsi ad celeste regnum pertingunt. Et ecce nos per negligenciam
nostram deorsum tendimus. Ingrediuntur electi sacerdotum manibus
expiati celestem patriam. Et sacerdotes ipsi per vitam reprobam ad infima supplicia festinant. Cui ergo rei similes dixerim
sacerdotes malos. nisi aque baptismatis. que peccata baptisatorum
diluens. illos ad celeste regnum mittit. et ipsa in cloacas descendit. Et subdit Timeamus hec fratres. Conveniat actionem nostram
ministerium nostrum. de peccatorum nostrorum relaxacione cotidie cogitemus
ne nostra vita peccatis obligata remaneat. per quam omnipotens
deus alios cotidie salvat. Consideremus sine cessacione quid
sumus. pensemus negocium nostrum. pensemus pondus quod suscepimus
faciamus nobiscum racionem. quod cum nostro iudice habeamus. Et sic
debemus agere curam nostram ut non negligamus curam proximi
Ut sic afferamus gloriam et honorem gencium in illam scilicet civitatem
ad similitudinem victorum. qui spolia ablata hostibus cum gloria
deferunt in urbes suas. dicit glossa. Ysaie ix. Sicut exultant victores capta preda quando dividunt spolia. Quod fuit figuratum
Judicum viii. ubi petitus Gedeon tradit inaures omnes quas tulerat
de spoliis madian. Afferat ergo gloriam vel gentes gloriosi fructus
reportabunt domino meo. et honorem quasi multiplicatur gloriam. Item glossa
super Psalmos afferte domino gloriam et honorem quasi in multitudine convisorum
quod est honor et gloria domini. Prov. xiiii. In multitudine populi
dignitas et in paucitate plebis ignominia principis. Et sequitur
omnis incomodi exclusio et malorum extimacio. Sic continuat
glossa tamen dicit. Nec intrabit in illam scilicet civitatem aliquid coinquinatum vel aliquis viris maculatis per consensum in cogitacione. Et faciens abhominacionem scilicet in operacione et mendacium scilicet in locucione
Sic distinguit Richardus. Vel coinquinatum scilicet vicio carnis
contaminatum. Vel ypocrisi quod est mendacium in facto. Non enim
intrat in ecclesiam scilicet presentem sanctimonialem coinquinatus in mente
cum mundo faciens abhominacionem in actione cum iusto. mendax cum
veridico. Ecclesia enim hec vita media consistit inter celum et terram
ita quod continet in se cives utriusque partis. Sed non sic intrabit in illam
civitatem supernam. ubi soli boni erunt nec erit ibi permixtio malorum

est sola societas bonorum Sol. n boni regibus cum xº Cum qº
z in quo in eadem celesti regno feliciter permanebunt Ysaie lii Indu-
ere vestimentis glorie tue ierusalem civitas sancti quia non adiciet
et ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus Dan viiº
Suscipient autem regnum sancti i Cor viº Neque fornicarii neque
ibi ebriosi regnum dei possidebunt Ad Gal v Qui talia
agunt dei regnum non consequentur Eph vº Omnis fornicator
aut immundus etc non habet hereditatem in regno dei Qui ergo volunt
intrare in illam supernam civitatem studeat esse mundi in cor-
de seu affectu iusti et devoti in conversacione seu statu ve-
redici in locucione seu affectu Beati enim mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt Matth v et parant lampades cum virginibus
sapientibus ut eis dicatur illud Matth xxv Venite benedicti
patris mei possidete paratum vobis regnum Nullus inquit talis
intrabit et ideo excluditur omne aliud peccatum Subdit Nisi qui
scripti sunt in libro vite et agni i in presciencia dei ante secula prout
dicitur luce x Nolite gaudere quia spiritus subiciuntur vobis Sed gau-
dete quia nomina vestra scripta sunt in celis Sed contra ad
quid superaddit in libro vite agni quia supra iii ait alibi sine addi-
cione Non delebo nomina eorum de libro vite Dicendum quod re-
hic additur ad denotandum quod qui sunt ad vitam predestinati
Sic sunt preordinati ad vitam per christum redemptorem et sue vite
imitatorem Unde glossa scripti in presciencia dei tamquam ut imitatorum
vite agni qui proposuit se nobis in exemplum vivendi Iohannis xiii
exemplum dedi vobis i pet ii Christus passus est pro nobis vobis
relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius Iohannis x Per me
si quis introierit salvabitur Iohannis iii Nemo ascendit in ce-
lum nisi qui descendit de celo scilicet christus caput ecclesie
cum suo corpore Iohannis xiiii Ego sum via veritas et vita
Sed de Exemplo non intrabit nisi qui scriptus est ergo si non
est scriptus i predestinatus quicquid faciet non intrabit sicut
obiciunt multi Ergo nullus debet curare utrum faciat bene vel
male quia si non est scriptus quicquid faciet in fine dampnabitur
Si vero est scriptus quicquid faciet in fine salvabitur
ergo stultus est qui non comedit et letatur et non habet bona in vita
sua Dicendum secundum Bonam venturam in scripto primi di xli Et
hec est argumentum stultorum quod eos ducit in torpore et
imperfectionis excusacionem Et ideo patet eos stulte arguere a simili
sic infirmando Deus preordinavit vite tue terminum vel non
non sed quid ergo comedis et bibis etc Qui sic argueret et sic
tandem assereret argueretur demencie Similiter in proposito Chri-
tum arguendo Tu dicis quod deus predestinat Et ego dico quod deus
tamquam iustus iudex iuste remunerabit ergo nullum bonum
irremuneratum nullum malum impunitum ergo nullus laborat
sine fructu nullus torpescat sine dampno Et preterea Dicendum
Ipsa arguta argumentacio deficit procedit n ac si ideo predesti-
naret ac presciret in omnem eventum Sed non predestinavit homi-
nem ad salutem nisi per merita ut et bene ut preciat dampnatos

sine meritis. Et ideo non solum est nostra salus ex parte dei, sed etiam
ex parte nostra. Et cum ipse velit omnes homines salvos fieri
et tendentibus contra eam impetum solum ex nostra malicia vel negli
gentia venit defectus nostre salutis. Unde dicitur augustinus libro de
questionibus q. 68 c° 4°. Et habetur in glossa super malachie primo
et Ro. 9. Iacob dilexi esau autem odio habui. Cuius vult
miseretur et quem vult indurat. Dicit quod haec voluntas dei iniusta
esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis
quia ipsi peccatores cum propter originale atque generale peccatum unam
massam fecerint, non tamen nulla sed aliqua inter eos est diver-
sitas. Precedit ergo in aliis peccatoribus aliquid quo quamvis nondum sint
iustificati vel saltem digni efficiantur iustificatione
et item precedit in aliis peccatoribus quo digni sunt obtusione.
Hanc autem allegat magister in 2° di. 41. Et dicit ibi videtur
augustinus dicere quod et ipsa dei voluntas, qua alios eligit alios reprobat,
ex meritis veniat sed occultissimis, id est quod pro meritis alios
alios voluit eligere, alios reprobare, scilicet quod non videtur
ut est verum. Et quod pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis
aliis non. Unde obtunduntur et obtenebrescunt scilicet et hoc
est verum. Subdit magister, sed quid voluit intelligere scilicet augustinus
ignoratur nisi forte dicatur eum retractasse. Sed non obstante
dicto magistri, predicta autem augustinum non retractavit, sed tamen
eius intentionem deberet servari verbis in suo integro. Quia haec sententia
augustini eius est, dum primo vocat peccatorem vel interna inspiratione
vel externa predicatione vel aliquo signo. Hanc vocationem quidam
consentiunt et dolet ac gemunt pro suo peccato. Quidam autem ea contempnunt.
Qui enim ergo consentiunt et dolent, inveniuntur aliquo peccati remissione
et iustificatione. Qui autem contempnunt obtusiores. Unde secundum augustinum
ibidem hic est ordo iustificationis. Primo vocatur peccator modo dicto.
Deinde consentit et dolet. Tertio remittitur peccatum per gratiam. Nam vocationem
nemo meretur, sed tamen consensum et dolorem. Sed deinde per dolorem
et consensum meretur aliquo iustificationem. Loquitur ergo augustinus
non de omnino prima gratia que precedit voluntatem. Unde dicit quod
aliquid precedit in peccatoribus in istis qui digni efficiantur
iustificatione et peccati remissione. Sed in illis qui digni sunt obtusione
sed de gratia que sequitur voluntatem qua quodammodo debetur per gratiam
sicut merito. Haec est ergo illic sententia augustini. Sed maior pars diligentis
inspicienti voluntas non accipitur ibi pro velito. Ideo
dicitur dispositio ad veniam ut sit dolor gemitus et huiusmodi.
Contra hoc quod pelagianos de predestinatione concludendo dicit. Hinc
nemo glorietur, nemo desperet. Solus enim deus scit qui
sunt eius. Quantum autem possumus omnes homines ad bonum opus
exhortemur, nulli autem desperationem demus. Pro invicem oremus.
In conspectu dei nos humiliemus dicentes: fiat voluntas tua sicut in celo.
Ipsius erit pietatis iudicium, in nos debitum mittere dampnationis
penam, predestinatorum indebitam prorogare. Et super Iohannis sermone
26 augustinus gratiae commendatio: nemo venit nisi tractus. Quem
trahat et quem non trahat, quare illum non trahat et illum trahat,
noli velle iudicare si non vis errare. Semel accipe et intellige

nondum eḣeris · era ut ḣaris · Sz d p̄destinacō nil ponit actua^x in p̄destinato · ylo qui nō p̄destinatus facit opa iusticie et q̄d in se est si nō saluabitur iniuste agetur cum eo · Bernardus 2m dyalogoꝝ c° xx · obtineri nequaquam possunt ea q̄ p̄destinata nō sunt · sz ea que viri sancti efficiunt ita p̄destinata sunt ut oracionibus obtineantur Nam ita p̄henis regni p̄destinacio ab omnipo^ti deo disposita est · Nam dictum est Abrahe Gen xxi Multiplicabo semen tuum et tum ysaac deprecatus est p̄ vxore sua eo q̄ esset sterilis Gen xv · Ex quo pz q̄ p̄destinacio p̄cibus impletur ait Gregorius vbi s · Cum enim p̄destinacio sit p̄paracio gr̄e et glorie · sic p̄ordinauit deus q̄ singuli iusticiam et p̄seuerantes in gr̄a finaliter beatificabuntur · Et ideo omnes qui volunt saluari debent esse solliciti ut gr̄am habeant et in ea p̄seuerent · Et ad obiectionem dicitur q̄ illi qui cadunt a statu iusticie et gr̄e · nō faciunt q̄d in se est · sz delinquunt deum et gr̄am eius · sine eius gr̄e desunt · p̄pt q̄d ait apostolus ad hebr xii · Ne quis desit gr̄e dei · et ideo iuste dampnabuntur · Ut enim ait augustinus sup̄ Iohannem omelia 28 · Si nō ab eo feceris casum · nunquam a te ipse faciet occasum Nec ipse deserit nisi deseratur ait idem augustinus de ci dei li° xv etc

ad narrare in primo libro et in medio precepit signare et claudere
misteria In fine vero hic ait Ne signaveris Ad hoc facit
expositor ix moralium per primum exponens illud Job ix Qui precipit
soli et non oritur et stellas claudit quasi sub signaculo Quia
facit arcturum etc Vergente inquit mundi fine superna scientia
proficit et largius cum tempore excrescit Danielis xii Pertransibunt
plurimi et multiplex erit scientia Hinc nobis dictum est in prima
parte revelationis signa que locuta sunt septem tonitrua supra x
Hinc in fine dictum est ei ne signaveris quia quicquid in sole
celeste in mentibus latuit cotidie fine aperitur Et de hoc similiter hic
hanc multum contemptoribus signanda sunt et claudenda
divina misteria Mathei vii Nolite sanctum dare canibus fidelibus
vero sunt manifestanda Mathei xiii Vobis datum est nosse misterium
regni dei etc ergo propter infideles preceptum est signare propter
fideles vero dictum est hic ne signaveris Vel quia in principio
tempore sunt aliqui devoti audientes sermonem dominum dictum est
Scribe quod vides et mitte septem ecclesiis Una vero pressuris pre-
videt in medio tempore quosdam futuros qui pocius verbum dei
contempnant quam susciperent Ideo ait supra x Signa que locuta sunt
septem tonitrua Una vero postremo tempore contempnere videt
non modo plurimi fideles quia etiam iudei cum audiant maxima
verbum dei susceptum sunt predicantibus Enoch et Helia ceteris quam
predicatoribus Ideo dicit hic Ne signaveris verba prophetie huius propter
bonorum profectum et consolacionem et malorum correctione premonitione
et inexcusacionem quia bonum quod audierunt contempserunt Et sub-
iungitur causa sive ratio sic continuat Richardus Tempus enim prope est
scilicet quo predicta debeant impleri dicit glossa Unde beda Appropinquat
iudicio manifestari et divina precepta iudicia atque promissa
quorum obsidibus primum mites accipiet contumaces pena
incurret Super posito tempus prope est Michee 2o Filioli no-
vissima hora est Et quia tempus est ita prope Ideo quilibet solicitus
esse de sua et aliorum salute procuranda quia tempus instat quo
ab mundante tribulacione non licebit predicare ut alia verba
publice facere Ideo dicitur Ecclesiastes ix Quodcumque potest manus tua instat
operare Ad Galatas vi Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes Beatus qui
potest vere dicere Tempus meum prope est apud te facio pascha
cum discipulis meis id est cum discipulinatis affectionibus meis
Et quia posset angelo obici super hoc quod precepit non signari neque
claudi prophetiam quia mali non corrigentur ymmo peiores efficientur
Et magis bonos persequuntur Ad hoc respondet angelus quod
propter hoc non est a bono cessandum quia iustum est ut mali sordescant
in peccatis ut iustius puniantur et iusti dum vivunt excrescant

Vt iniustus contemnetur / vnde dicitur qui nocet scilicet mala bonis in-
ferendo noceat adhuc scilicet amplius malum aliis inferendo bo-
nos quoque persequendo dum tempus purgacionis existit / hoc refertur
ad maliciam cordis glossa Et qui in sordibus est scilicet
peccatorum sordescat adhuc in seipso putrescendo quod refertur ad
luxuriam carnis glossa / Vnde primum potest referri ad persecucionem
bonis per malos illatam, secundum ad propriam prauitatem / Vel secundum
haymonem qui nocet scilicet sibi ipsi id est qui non vult audire verba
dei noceat adhuc id est prauaricetur in peccatis et peccatis preteritis
coniungatur Et qui in sordibus viciorum versatur sordescat adhuc
id est in deteriora labatur Sed contra dicitur quod non loquitur talibus
ait qui nocet noceat cum potius esset mali prohibendi
ne plus noceant. Non est ergo permittendum vel optandum vt
noceant. Dicendum secundum haymonem et expositores quod permissiuus mo-
dus est non optatiuus nec imperatiuus. Nam sepe deus
omnipotens propter peccata preterita permittit hominem ruere ad grauia
mortis Vnde psalmista Non audiuit populus meus vocem meam
et israhel non intendit me Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum
ibunt in adinuencionibus suis / id est quia sunt confecti omni peccato oppressi
se culpam moderari propter quam a deo permissi sunt in volun-
tatibus suis ire. Hinc paulus quibusdam ait ad Romanos primo
Cum cum deum cognouissent non sicut deum glorificauerunt aut
gratias egerunt Et sequitur propter quod tradidit illos deus in re-
probum sensum vt faciant que non conueniunt Vt enim ait augustinus
libro primo de sermone domini in monte. Dicta in propheciis non sunt
vota imprecantis sed spiritu prenunciantis Vnde sensus est qui nocet
modo dicto noceat id est nocebit adhuc et qui in sordibus est
sordescat id est sordescet adhuc Sicque per contrarium incrementum
persistendi in peccatis, et inde labitur in ampliora peccata Job
24 Nouit opera eorum et ideo inducet noctem et conterentur
Vbi Gregorius 25 moralium. peccatum quod per penitenciam non diluitur
mox suo pondere ad aliud trahit et ibi multum dicitur, dum n-
[illegible] tempus penitencie accipit et impenitens permanet ipsum quoque in peccatum
committit. ipse remedium gracie vertit in augmentum culpe et
quia non vult deserere malum vt viuat, auget vnde [illegible]
ratur De quibus paulus ait 1 Thess 2o vt impleant peccata
sua semper Et subditur econtra de bonis cum dicitur Et qui
iustus est scilicet per fidem iustificetur adhuc scilicet per operacionem
ait haymo Et qui sanctus est id est mundus in se, sanctificetur
adhuc id est ad hoc laboret vt sanctior fiat 2 Cor vii Emun-
demus nosmetipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus per-
ficientes sanctificationem in timore dei Ex quo patet quod omnes isti profectus
iustorum Vt enim ait haymo electi semper sunt in profectu virtutum
et per momenta temporum virtutes virtutibus addunt Iuxta illud
psalmiste Ibunt de virtute in virtutem Et illum ascensiones in corde
suo disposuit psalmista Et Prouerbiorum 4 Iustorum semita quasi lux splendens
procedit et crescit vsque ad perfectum diem Vnde non progredi
in via dei est regredi vt ait Bernhardus in sermone de purificatione

"sordibus" "apte"

Hieronimus epistola 8 A. ad phil. 3. Sequor si quo comprehendam. Johannis xv. posui vos ut eatis et fructum afferatis. Vera enim virtus secundum Bernhardum in epistola ad Garinum abbatem finem nescit tempore non clauditur. unde magis iustus arbitratur se comprehendisse nunquam dicit satis est. sed semper esurit sitit et iustitiam. ita ut si semper viveret. semper quantum in se est iustior esse contenderet et sic de bono in melius proficere totis viribus conaretur. quoniam non ad annum vel ad tempus aliquod ad instar mercenarii sed in eternum divino se famulatui mancipat. ac proinde iusticia eius ut testatur propheta manet non tantum aliquo tempore sed in seculum seculi. Et inde sequitur ut sempiterna esuries sempiternam refectionem mereatur. quia et si brevi et angusto tempore consumatur tamen indicatur complesse tempora multa pro virtutis perpetuitate. Itaque indefessum proficiendi studium et iugis conatus ad perfectionem perfectio reputatur. quod si studere perfectioni esse est proficere. profecto nolle proficere est deficere. assumme quod bonum est. quam melior esse non vult et ubi incipis nolle fieri melior ibi et desinis esse bonus. Sunt verba beati Bernhardi. Et hec illo colligitur argumento. Quia vidit Jacob scalam et in scala angelos Genesis 28. Nullus subsistens apparuit sed vel ascendentes vel descendentes videbantur quo palam daretur intelligi inter profectum et defectum in hoc statu vite mortalis nil medium inveniri. sed sicut corpus nostrum continue vel crescit vel decrescit sic necesse est spiritum vel proficere vel deficere. Idem dicit. Unde nostri sancti doctores debent ne deficiat. Quia Jacob vidit dominum desuper innitentem scale ut casuris manum porrigeret et ascendentes suos provocaret affectu unde et locus ille vocabatur Bethel id est domus dei in qua quotidie ascenditur et descenditur. Etenim sancti corruunt si fuerint negligentes et peccatores pessimum exitum excipiunt si sordes fletibus laverint. Unde dicitur statim inferius Beati qui lavant stolas suas. Non enim dicit aliquem fore descendentes si provocare ascendentes. Nam Hieronimus in epistola ad Julianum Angusti enim a malis sumuntur et in seculi rebus a melior parte sunt intermitunt. Virtuti ad celum nobis per aspera per angusta loca et duros anfractus strata est via. ad celum duos fortissimos milites vocat quos comitantibus gloriis presume deducunt. Prima sed victores susceperint regnaturos. Hec ille. Ideo sequitur Ecce venio cito. Audiunt manifestio cum pedicte assignatur. Et dicunt in quo primo per adventus filii dei approximans. Ideo ab ipso mittorum rex thronis. ubi et merces mea mecum. Secundo probatio ipsius expressio Ibi Ego sum alpha et o. Tertio specificatio eorum quibus fiet retributio. ibi Beati qui lavant etc. Quintum ad primum probat quod tempus breve sit auctore et testimonio Christi Ihesu. sive inducit angelus loquentem cum Johanne vel ipse angelus loquitur in persona Christi dicens Ecce venio cito. quia ut predicta dictum est hoc tempus presens est breve. quod patet ex eo. quia Ecce venio cito scilicet ad iudicium sic retardarem super terram. Ecce venio velociter. Petrus 4. Finis omnium appropinquat. Ysaie 41. Cito veniet gradiens ad aperiendum

Et ideo cavendu est, ne quis in sordibus sordescat et pendeat
Vt qui est iustus iustificetur adhuc Vnde sequitur ibidem scilicet mer-
cedem ab ipso retribuendam cum dicit Et merces mea mecum est
reddere unicuique secundum opera sua, scilicet nocentibus alijs eterna supplicia
et iustis perseverantibus celestia premia Vnde haymo ista locutio
et electos ad meliora provocat et reprobos a malis hortatur recedere
ne peccant sine excusatione Iob 34 opus hominis reddet ei
et iuxta vias singulorum restituet eis Gregorius de hoc super eodem 2°
moralium super xviij° Reddite ei sicut reddidit vobis Ysaie lxj
Ecce merces eius cum illo Sed de iudicibus hoc cum dicatur Sapiencie
vj° Quia superexaltat iudicium quod retribuetur ultra merita
Cum quod supplicium meritum retribuit premium et infra demerita suppli-
cium Vnde theologi protestabiliter unicuique reddit secundum opera
sua Psalmista Quoniam duo hec audivi, quod potestas dei est et tibi domine
misericordia quia tu reddes unicuique iuxta opera sua scilicet secundum exigentie
misericordie quod protestabilitate non protestabilitate quod alij plus alij minus secundum quod
fecerit bonum vel malum Et quod possit retribuere prout decreuit
Ego sum alpha que est prima littera apud grecos et o que
est ultima Et exponit dicens principium scilicet qui dedi subsistere
origine et novissimus quia dabo initium retribuendo principium qui
creavi per potentiam novissimus quia destinavi per iusticiam Vnde
Richardus Vel principium ... quem nullus novissimus post quem
nullus principium a quo omnis creatura sumpsit initium et finis
quia ad eum omnis creatura redigitur ait haymo Vel alpha pertinet
ad ipsius divinitatem In principio erat verbum O pertinet
ad assumptam humanitatem quia verbum caro factum est ipse est
ergo alpha principium manens cum patre ipse est o finis natus
temporaliter ex matre secundum illud Sapiencie Christus finis est legis ad iu-
sticiam omni credenti principium quia ideo ad ipsum referendum est scilicet quia
ipse ex tempore cepit secundum quod heretici dicebant Vel ad ordinem crea-
turarum pertinet quae ex ipso sumpserunt initium ego principium
et principium omnium rerum et novissimus seu finis omnium creaturarum
Quasi dicat ante omnem rem et post omnem creaturam Et hoc dicit
ideo quod omnis creatura desinat esse sed quod habet esse terminale et
finibile Vel principium deitatis in celo et novissimus vilis
in mundo Ysaie 53 desideravimus eum virum despectum
et novissimum virorum Notandum etiam ex superhabundanti quod
dei filius appellat se alpha et o quasi dicat omnia cognosco
omnem scientiam habeo Comparat autem se litteris quia ipse est illa
sapiencia que vere litteratos facit Nam ipse est verbum dei et sapiencia
Comparat se alpha quod incipit petere ut doceat quod ab ipso
petenda est sapiencia sicut dicitur Iacobi primo Comparat se vocalibus
quia ad nos venit ut nos vocaret ad regnum Item quod ipse est
ille liber in quo mute vel liquide non sunt littere Item per duo
maxime nos vocat scilicet per consideracionem principij nostri et per me-
moriam finis nostri Ideo se illis litteris comparat que extreme
sunt et finales Item alpha littera est et non hebreis quia ad litteram

Sapientia incepit a Secundus Sirach ut doceat nos quod non solum theorica
sed etiam sapientia philosophica est a domino deo comparat eam sic huic lapidi
a quo est una quod tamen triangularis et ideo secundum fidem triplicatam
sed de tribus personis in unitate substantie vel quia iste lapis triangularis
secundum fidem sacrorum testamentorum et articulorum comparat autem se
huic lapidi quod est rotunda et circularis et sic perfectum et de hoc
supra post et XXI sed hic iteratur quare repetit Gregorius in omelia
quod ideo repetitur ut maior fides adhibeatur. Vel in hoc lapide
salutis nostre summa consistit. Vel quia in uno eodem est Christo et
perfecta deitas et vera creata humanitas aut hominis. Vel quia iteratur
lumine tres post ista vera salus supra post et XXI. et hic 3o. Vel
dici quod iter tres post ista vera cum Christus est principium
creacionis omnium et consumacionis et qui est principium reparacionis omnium et con-
servacionis in esse constituto suo in gracia et qui est principium glorificacionis
omnium et eternitatis beatificacionis Ex ipso et per ipsum et in ipso
sunt omnia ad Ro XI Actus XVII In ipso enim movemur
et sumus Et in ps apud te est fons vite. Contra ubi Beati
qui lavant stolas suas et cetera Sequitur specificacio eorum quibus
fiet retribucio et post ponitur electorum et primorum specificacio
et 2o reproborum exclusio ubi foris canes et cetera Nota Ad primum
quia dixerat supra nocens noceat adhuc et qui in sordibus est sordes-
cat adhuc ne videatur per hoc exclusisse penitenciam. Ostendit quod et
peccatores erunt beati si penituerint de suis peccatis dicens Beati qui lavant
stolas suas Vel secundum glossa sic continuatur ita dictum est nocens no-
ceat et iustus iustificetur tamen non est diversa retribucio quia beati
qui lavant stolas suas id est corpora et animas fide baptismi Vel
lacrimis penitencie post commissa peccata Gregorius omelia Lavabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis meis. Ut sit potestas eorum
in ligno vite id est possint ab illo et in illo perpetuam salutem con-
sequi cum divinitate Christi perfruentur interius et cum humanitate
exterius supra 2o Vincenti dabo edere de ligno vite et cetera Et per
portas id est per apostolos et ceteros doctores hoc est per eorum fidem
predicacionem et vite conformitatem Vel per obedienciam legis prophetarum
et ... caritatem de quibus portis supra proximo dictum est
Intrent civitatem id est celestem Ierusalem Vel per ... ministerium
... etiam per ipsorum predicacionem et solucionem ingre-
diemur ... Vel per portas perfecte iusticie Gregorius illud
psalmi aperite mihi portas iusticie Vel per portas confessionis fidei
et opera eius ... porta domini iusti intrabunt in eam Et
possunt esse thema de martiribus quia in hiis per figuram primo
voluntarie passionis et imitacionis Ihesu Christi conferre cum dicitur lavent
stolas suas in sanguine agni Et VII hii sunt qui laverunt stolas suas
in sanguine agni 2o figuram glorie plenitudo cum dicitur Beati
Ut ait Augustinus Ubi ... est ... beatus est qui fruitur vero
et summo bono Math V beati qui persecucionem paciuntur et 3o figuratur
in beatitudine summa honorificencia cum dicitur Ut sit potestas eorum in ligno
vite Quomodo non honor est eum filio dei regnare et ipso frui
ac perfrui Iohannes XII qui mihi ministrat me sequatur et ubi ego sum

ille et minister meus erit. Vin supplicibus cum premissis beneti dulci
fonte aque vive gratis. illico subiungit. Qui vicerit possidebit
hec. Per hoc figuratur fidei rectitudo et procedendi ad regnum de-
bitus ordo tamen subditur. Et per portas intrat civitatem id est per Christum
qui est ostium et per apostolos qui sunt porte per conformitatem vite
eorum ut est expositum Iohannis x. Si quis per me introierit
salvabitur etc. Et subditur exclusio reproborum cum dicitur foris
sunt canes id est heretici et increduli contra ecclesiam latrantes vel
mundi bonis detrahentes vel zelosi ad phil. 3 videte ca-
nes videte concisionem videte malos operarios vel canes ad
vomitum revertentes id est recidivantes et finaliter impenitentes proverb.
26 sicut canis qui revertitur ad vomitum 2 pet. 2 c. Et in hoc
tangitur peccatum infidelitatis et oris. Et venefici scilicet corporales vel
spirituales id est qui venenum propinat aliis vel venenum malicie in
corde retinet vel verbo et exemplo alios corrumpunt abacuk 2o
ve qui dat potum amico suo mittens fel suum et inebrians. Sup
xviij In veneficiis tuis erraverunt omnes gentes vel venefici
id est malefici sive magi secundum haymonem. Et in hoc tangitur peccatum
cordis. Et impudici id est scorpiones infectores et inverecunde peccantes
secundum haymonem et in hoc tangitur peccatum carnis. Ut enim ait augustinus
quo quasi phariseum impudicicia est mali visus. Et in regula Non
putetis vos esse pudicos si oculos habeatis impudicos quia impu-
dicus oculus impudici cordis est nuncius. Ero xiiio in
cubilibus et impudicicijs. Et homicide scilicet corporales et spirituales
qui voluntate vel verbo vel exemplo perimunt homines secundum quod
ait Richardus vel subtrahendo victum necessarium. Augustinus pasce fa-
me morientem etc. 1 Iohannis 3 omnis qui odit fratrem suum homicida
est. Et in hoc tangitur peccatum contra proximum. Et ydolis servientes. hic
est simulacra quedam pro deo colentes sive etiam terrena plus quam
deum diligentes ad Ephes 5o omnis fornicator aut immundus aut
avarus quod est idolorum servitus. Et in hoc tangitur peccatum directe
contra deum. Et omnis qui amat et facit mendacium id est studio et actu
mentitur secundum Richardum ait et facit mendacium qui in corde di-
ligit et ore dictat. Unde primum fallat est in medi-
tam sine amore ... sunt mendacium ... ... primo
et est mendacium ex affectu et deliberacione de quo dicitur in psalmo
perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et hii omnes excludentur ab eterna
civitate et mancebunt foris extra civitatem in procella ventorum et
turbinum exclusi in profundum scilicet ... timidus et incredul-
lis pars eorum in stagno ardenti igne et sulfure. Et in
hiis exprimitur pena reproborum in exclusione a regno. quia foris
canes. Et pena sensus sive ignis gehennalis de quibus crisostomus super
matheum omelia 23 dicit sic. due sunt pene scilicet gehenne et a regno
excidere. Et hec pena difficilior. Et subdit. Multi gehennam abhorrent
ego autem casum illius glorie multo amariorem gehenna penam
esse aio. Et ibi multa de hoc et bene et similiter in libro de reparacione lapsi

Ego Ihesus misi angelum meum testificari vobis hec in ecclesiis
ego sum radix et genus david stella splendida et matutina

Et spiritus et sponsa dicunt veni. Et qui audit, dicat veni. Et
qui sitit veniat. Qui vult accipiat aquam vite gratis
Hic quarto subditur commendacio doctrine huius revelacionis ab auctore ihesu
xpi sic confirmat glosa. Et primo introducuntur verba xpi dicentis se misisse
angelum ad revelandum dictorum misteriorum. Secundo describit seipsum
ubi ego sum radix et genus david. Tercio ad ipsum dicit Ego
Ihesus id est salvator. Ut enim ait angelus 21 ... dici ... 22 Ihesus
quia a miseriis huius mundi liberat, salvator interpretatur. Math. primo Ipse
enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Act. iiii. ... nec est salus
neque aliud nomen sub celo in quo oportet salvos fieri credentes
Misi angelum meum scilicet quem tamen ad meum servicium ... testi
ficari id est ad testificandum vobis scilicet per Johannem. Hec scilicet que
dicta sunt ab inicio huius libri. In ecclesiis scilicet quibus generaliter
et specialiter in septem ecclesiis Asie. In quibus verbis secundum Haymonem
ostenditur aperte cuius figuram Johannes tenuerit in hac revelacione
Hec solum ad ipsum pertinet que dicta sunt ei, sed ad omnes ecclesias
que superius numero septenario comprehendit. In quibus una
katholica id est universalis ecclesia exprimitur. Ihesus igitur angelo, angelus
Johanni, Johannes ecclesiis sacrum misterium revelavit. Magister Richardus
super primo mittere per angelum servo suo Johanni. Et ... Quod vides
scribe in libro et mitte ecclesiis. Ex quo patet quod in hoc libro revelata
sunt omnino credenda et sunt tenenda. Vel aliter sicut ... et cetera
datur huic prophecie. Subditur ihesus xpus qui hanc prophetiam revelat, auctoris
qui dicit Ego sum radix id est origo et principium. David scilicet a
quo ipse creatus est et sustentatus. Et genus david id est de quo eius
secundum carnem natus. Virgo enim dei genitrix descendit de stirpe
david atque ideo ipse filius dei est filius david. Unde ipse
interrogavit iudeos. Quid vobis videtur de xpo cuius filius sit. Math. 22
Hoc est cuius ab eis accepit david. Et ille. Quomodo ergo david in spiritu
vocat eum dominum dicens Dixit dominus domino meo et cetera. Sed in divinitate
est dominus david, in humanitate vero filius. Unde hic dicitur Ego sum
radix david in divinitate, in qua david ex me sumpsit
inicium. Et genus david in humanitate, quia ex illo sumpsi inicium
carnis in fine temporum. Math. primo Liber generacionis ihesu xpi filii david
Ro. primo Factus est ei ex semine david secundum carnem. Et Ro. xv. Erit
radix Jesse qui exurget regere gentes. Ysa. xi. Egredietur
virga de radice Jesse et flos de radice eius ascendet. Qui
flos est xpus secundum sensum litteralem. In quibus verbis excluditur error
hereticorum qui dixerunt xpm non habuisse verum corpus sed fantasticum
Et error illorum qui dixerunt xpm assumpsisse corpus de celesti
aere, et non de virginis substancia, et sic in uterum virginalem transiisse
et de ea natum fuisse. Quos manifeste convincit Ysayas
dicens. Et flos de radice eius ascendet. Similiter et apostolus ad Galatas iiii.
dicens Misit deus filium suum factum ex muliere et cetera. Et hoc est quod dicit
Ruhardus(?) libro quarto de ... In hac prophecia occurrit spiritus
sanctus quorumdam blasfemie, qui xpi carnem a nobis alienare
conati sunt asserentes novam carnem creatam in virgine, quam xpus assumpsisset

et nõ sumptum d' virgine | ideo dixit ppha egredie^r virga d' radice
yesse | et potuit eum vere dixisse et flos d' virga ascedz
sz noluit | dice d' radice. Ut vide vgīa x maria. . Unde
flore .i. xpm duxisse originē dinozaret. Vn dr apls ad Ro ix
Quorum patres et ex quibus xpus ꝯm carnē . qui est sup
omnia bndcty aiñ. Opt hr eciam angly qi loquit' ad ma-
riam dicit filius dei vbeaty flagris felle potaty z affixg
patibulo crucis ut te vam mrem ondit . vexiny se hoiez
pparēdo monrat. Et io dr hic Beda. Ipe geminaz sue psōe
nram expssit ipe factor dauid ꝯm diuitate . qui factus est
ex semie dauid ꝯm carnē . Sup v Uicit leo de tribu iuda
radix dauid. Et io stella splendida sz mudo luce pbendo
et matutina future diei et etne claritatē pcando . aut
Richarz. Stella spledida . qz lux vā illumanš omez homiez
Iohis po. Et matutina qz mane surgēs a mortuis tenebs
mudi fugauit. Opt qd tpe resurrecōs dr h diebus quā fcit dns
Un Gregi xx ix moralium exponēs id Job xxxviii . Uñquid
pducis luciferu in tpe suo dr . qz in suo tpe lucifert pducit
qz sec scptu ē sz ad Galat iiij c. Cum venit plenitudo tpis
misit deus filiu suum et Dni naty ex vgīe velud lucifer
nt' tenebras nre noctē apparuit. Qui fugata obscuritate
pcti . etnū nos mane intimauit . luciferu se innotuit . qz
diluculo ex morte surrexit . et fulgore sui lumis nre mortalite
teteram caliginē pssit. Ideo dr hic stella splendida z ma-
tutina. Viuos qppe apparendo p9 morte . matutina nos stella
factus ē . qz du in semetipso nobis exem ꝯsurrecōs pbuit
que lux sequatur indicat. Iux id apli Ro 13. Nox pcessit
dies at appropīquit . dicitur ergo xpc stella . qz nocte pntis seculi
pura sua illustrat . vita vtuosa z doctrina Iohis pcmo
vita erat lux homi et lux in tenebris lucz. Et dr splendida
qz nil obscuritatis in se habet quo ad culpā et ignorancia ad hebre
orum cu sit splendor glie. Sap vii . vapor est virtutis dei
et emanatio qdam claritatis omipotētis sincera. Candor est
enim lucis etne et speculum sine macula. Dr aut matutina
qz mane surrexit .i. summo diluculo. Ipe energeia diluculo
Vel qz futuram claritatē .i. etnā btitudinē mudo intimauit
quā ꝯsurgēdo pmonstrauit. Eccl. l. Quasi stella matutina
in medio nebule et qi luna plena in diebus suis lucet.
Sinit ibi. Et spus et sposa dicūt veni. Ponit' invitacio
ad suscepcōz hui doctrine. Vel sic cōtinuat glo. Subditur
testimoniu dei et ecce de veritate doctrine. Unde dr. Et spus
.i. scs tantus . que pro sua puritate dr spus aut glo . deg
eni spus est Iohis glo . 12 cor 3 . Et sposa .i. scta ecca
deo p fide desponsata. Ozee 2o. Desponsabo te mi in fide
dicunt sz cullibz fideli veni sz ad notitia lib'. Vel ad
celeste patrum Et hz per fide rectum z egregiā fidei opacoz
.hoc est gressibus fidei z passibus amoris. ꝯm haymoz sup
Vel veni z unde Spus .i. deg dicat hic p oculta inspiracōz

XXII

seu inviam cordibus fidelium. Sponsa vero i. ecclesia per aptum [illegible]
auditores invitat ad patriam celestem. Ut exprimitur cum dicit
quibus dicunt veni. Intelligitur quod omnibus tam presentibus quam posteris ista
dicuntur inspiracione vel predicacione. Et aut liber iste per ascensionem
Christi fuit editus, tamen dicta sua fuit antea a Christo et sanctis pre-
dicata et adhuc cotidie predicantur. Cum autem omnes invitantur ad
noticiam huius libri vel ad regnum celi, ideo illi qui audiunt
vel intelligunt debent simul alios ad idem invitare. Unde subditur
Et qui audit scilicet hanc invitacionem sive per occultam inspi-
racionem sive per doctorum predicacionem, dicat scilicet alteri cuilibet
fideli veni scilicet ad intelligendum simul. Cum enim iam a deo vo-
catus est, necesse est ut alium vocet, ne solus ad remuneracionem
pergat. Unde Gregorius omelia VI super evangeliorum [illegible]. Quantum
vos profecisse pensatis etiam aliis trahite. In via dei habere
socios desiderate. Si quis vestrum ad forum vel fortasse ad bal-
neum pergit, quem ociosum esse considerat ut secum veniat invitat.
Ipsa ergo terrena actio vestra vos [illegible] ut si ad deum tenditis
curate ne ad deum soli veniatis. Et ideo dicitur hic qui audit di-
cat veni. Ut qui iam in corde vocem superni amoris accepit, foras
etiam proximis vocem exhortacionis reddat. Et ibi plura de hoc.
Proverbiorum IX Sapiencia [illegible] misit ancillas suas ut vocarent
ad arcem, per quas ancillas figurantur apostoli et predicatores
secundum Gregorium [illegible] moralium. In quo datur exemplum communicandi sa-
pienciam receptam et hortandi alios ad sapienciam querendam et
sapienciam celestem appetendam. Johannis I Invenit hic fratrem suum et addu-
xit ad Jhesum. Ysaie II Venite ascendamus ad montem domini. Sapiencie VII
quam sine fictione didici et sine invidia communico bonis illius et
honestatem non abscondo. Unde de liberali communicacione sciencie pulchre legitur
Alanus in Anticlaudiano libro VII ubi narrans quod Fronesis
a prudencia virum virtuosum suis ditat muneribus ita dicit. Assi-
stentes Fronesis fuit omnia dona Sophie. Non illas largitur opes
que sepe potentum efferunt animos et maiestate honoris inclinant,
minuunt leges et iura confundant. Sed potius donat thezauros
mentis et opes divitias animi, quas qui semel accipit ultra non eget
immo semel ditatus semper habundat. Quarum dextra amor possessio-
nis [illegible] usus utilis uberior largicio fructus habundans. Sed
est gaza specialis celi thesaurus mundanus. Terra quam doctos ditat
que prodiga largos reddit possessores et dedignatur avaros. Clausa
perit, diffusa redit, nec publica fiat labitur et multos vires
[illegible] eunde. Non status depascit opes, rubigo nec ignis de-
vorat, nec furis minuit surrepcio, [illegible] [illegible] tollit.
[illegible] depascit hostis. In cunctis usibus dat donum inter
[illegible] thezaurum dimicat et [illegible] thezaurus dimicat [illegible]
noticiam dictorum declinat ad innuicia virorum et [illegible]
iusticiam legum et statutorum thezaurus [illegible] est sciencia
talis et quod eius amor et [illegible] appetitus possessio [illegible]
habetur usus utilis in [illegible] [illegible] largicio [illegible] indecens
fructus habundans in [illegible] recipiendo est ita de aliis. De hoc
[illegible] loquitur Augustinus in [illegible] libro de doctrina christiana capitulo [illegible]. Invitat homines
ad doctrinam liberaliter communicandam que sunt eis a deo concessa sciencie. Et si curaret

doctor plura sciret. Non est enim metuendum ne clare desinat
cetera cum ea que data sunt terminus impediant. Omnibus enim rebus que
dando non deficiunt dum habentur et non dantur, non dum habentur
quomodo habenda est. Quo autem habenda est, ut ille qui habet omnia Math.
xiii. omni habenti dabitur et habundabit. Dabuntur enim primo huius
cum benignitate verbibus eo quod acceperunt. Et adducit ibidem
beatus Augustinus duas figuras pulcerrimas de duobus festis
que fecit Christus pauperibus qui eum sequebantur ut ab eo docerentur.
Primum festum fecit quinque milibus hominum de quinque pa-
nibus et duobus piscibus. Et illis saturatis superfuerunt duodecim
cophini fragmentorum. Videlicet Math. xiiii. Secundum festum fecit quatuor
milibus hominum de septem panibus et paucis piscibus
omnibus saturatis superfuerunt ~~duo cophini~~ vii sporte plene
fragmentorum. Videlicet Math. xv. Quibus miraculosis historiis allu-
dens beatus Augustinus ibidem dicit: Illi quinque et illi vii panes fue-
runt antequam inciperent dari hominibus esurientibus. Quod ut fie-
ret, cophinos et sportas satiatis tot milibus hominum imple-
verunt. Sicut ergo illi panes dum franguntur acreverunt,
sic secundum Augustinum ipsi doctrina liberaliter impenditur. Donando quod de
dono dei recepit, multiplicatur et augetur in docente sapientia. Est
enim infinitus thesaurus hominibus, Sap. vii, et nunquam deficiens
sed semper proficiens. Nam quanto magis communicatur, tanto magis crescit
et augmentatur. Et ideo est infinitus, quia non est tantus in aliquo
quin si communicetur augeatur in eo. Vide Senece simul ista
sunt et addiscimus et docemus. Ergo liberaliter est communicanda propter
suam excrescentiam et etiam propter sequens emolumentum et suffi-
ciens bene dispensetur. Maximum enim emolumentum est, quia homo fiat
particeps amicitie dei. Hec ab facit bonis visus scientie. Sapie. vii.
Quibus videlicet thesauro sapientie qui usi sunt scilicet sciendo quo ad
seipsos et docendo quo ad alios, participes facti sunt amicitie dei.
Propter quod dicit Salvator Math. v. Qui fecerit sic et docuerit, hic
magnus vocabitur in regno celorum. Et hic innuitur in hiis ver-
bis cum dicitur: Qui audit dicat veni. Sequitur: Et qui sitit scilicet
iusticiam a deo omnipotente eam habere veniat et accedat ad illum
ut sacietatem eius accipiat. Vel qui sitit et desiderat habere no-
ticiam huius libri veniat et ad librum accedat studendo et man-
data eius observando, aliter non dantur revelationes seu intelligen-
tia visionum nisi desiderantibus. Videlicet in Daniele, cui dixit an-
gelus: Ego veni ut indicarem tibi visionem, quia vir desideriorum
es. Dan. ix. Omne quod audiat ab alio hec predicationem sive sentiat
per internam inspirationem veniat per amorem et desiderium suum
et spiritualem ascensionem de virtute in virtutem et per operum exercitium.
Ut enim ait Gregorius omel. vii super Ezechielem, extra nichil est velle
aliquid facere nisi necesse est. Et Augustinus epistola xix Quinimo in
deum non ambulando sed amando. Heb. x. Omnibus gressibus eorum
dimicat. Ubi Gregorius xx moral. in prin. Gressus vocat
vel singulas operationes vel alternationes motuum intime cogitationis
ad deum, ut quasi tot gressibus mens accedit, quot bonis
motibus proficit et ibi bene dicit libere. Et ne quis causetur de precio
pro labore. Subiungitur: Et qui vult accipe aquam vite gratis et gratiam

sine meritis accipiat scilicet a deo offerente Super primo Sicienti dabo
de fonte aque vive gratis Et ibi dicit hoc Ut Ueni ait Richardus
primo gratia gratis data et absque meritis que deinceps meritis nostris
cooperantibus nobis multiplicatur Ysaye lv omnes sicientes venite
ad aquas et qui non habetis precium properate et emite et comedi
te venite emite absque argento et absque ulla commutacione
vinum et lac Johannis vii Si quis sitit veniat ad me et bibat
Gratia enim per aquam significatur quia mundat et per aquam
vite quia vivificat et dicitur accipi gratis propter radicem meriti
quia deus sola bonitate eam donat Johannis iiii forsitan petis
ses ab eo et dedisset tibi aquam vivam Qui ultimo sitit id est
qui delicias eternas sufficienter se degustasse desiderat passibus
amoris ad eas tendit Et qui vult id est qui volens ex no
lente effectus est quia secundum apostolum ad philippenses 2o deus operatur
in nobis velle non suis meritis sed gratuita dei bonitate seu vo
luntate hauriat et accipiat aquam eterne delectacionis Sine ista aqua
arescit et sterilis efficitur anima Psalmus Anima mea sicut terra sine aqua tibi hec
secundum doctores glossas et glosas Secundum vero literam Quia
frequenter in superioribus dictum est de retribucione bonorum et
reproborum Ideo secundum eum Spiritus et sponsa dicunt scilicet Christo
Veni scilicet ad iudicium ad iustos premiandum Quod sic intelli
gitur quia secundum eum unomodo quia facit iustos hoc dicere qui premiari
desiderant a Christo iudice eo modo loquendi quo dicitur Ro viii Spiritus
postulat pro nobis id est postulare facit Aliomodo quia sicut filius
missus fuit in mundum a patre et spiritu sancto prout in eius
persona dicitur Ysaye xlviii Misit me dominus et spiritus eius sic in
secundo adventu ad iudicium mittetur a patre et spiritu sancto Sponsa vero
id est ecclesia militans dicit veni quia desiderat gaudium ecclesie triumphantis
quod fiet in iudicio finali Et qui audit a spiritu sancto per inspira
cionem et ab ecclesia per predicacionem dicat veni scilicet desiderando
secundum adventum Unde luce 21 Salvator loquens de eius
adventu ad iudicium dicit his autem fieri incipientibus respicite
et levate

Contestor ego omni audienti verba prophetie libri huius Si
quis apposuerit ad hec apponet deus super illum plagas
scriptas in libro isto Et si quis diminuerit de verbis libri
prophetie huius auferet deus partem eius de libro vite et de
civitate sancta et de hiis que scripta sunt in libro isto dicit
qui testimonium perhibet istorum Etiam venio cito amen
Veni domine Ihesu Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus
nobis Amen Ultima pars capituli In qua primo
commendacionem operis concludit anathematisando presentes hanc doctrinam
sive diminuentes aliquid de corpore huius libri Quod fecit Johannes
Racio sciebat esse quosdam in Asya qui pro suis erroribus fovendis
vel defendendis aliquid vellet addere vel subtrahere Vel ne ho
mines non intelligentes alta misteria et profunditates huius
libri putaret opus pietatis esse addere vel subtrahere de textu
libri ut lucidior appareret Sic fecerunt in multis locis scripture

Et dividitur in duo. primo ponitur ipsa anathematisacio 2° anathe:
matisacionis confirmacio ibi dicit qui testimonium perhibet istorum
Contextum ad primum dicit contestor ego Q. d. Iam glo. Ita
angelus testificatus est et xpus et spus et sponsa suo testi:
monio approbant ea que scripta sunt in hoc libro Et ego con"
testor .i. obtestor et testificor Iam Hayom sive contestacione
faco sive testibus constitutis et insinuando trado omni audienti ve
prophetie libri huius sive sapienti sive insipienti Et hoc ut b
(con)tineat ne quid addat vel minuat Et subdit anthema:
tisacionem Si quis apposuerit ad hec scilicet que scripta sunt in hoc libro
aliquem errorem aut hymno .i. textui inseruerit volens opus
depravare vel imperfectum dimittere Apponet deus super illum pla
gas scriptas in libro isto scilicet b xv in effusione phialarum
Ut scilicet hec tormenta perveniat ad mortem eternam Et si
quis diminuerit de verbis libri prophetie huius scilicet auferendo
que sunt vera et utilia auferet deus partem eius de libro vite
.i. ut non habeat partem cum illis qui scripti sunt in libro vite
et de civitate sancta scilicet ut non sit civis in ea Et de hiis
que scripta sunt in libro isto .i. ut non sit particeps bonorum
promissorum in isto libro Sic distinguit Richardus Sed d.
ex hoc videtur quod non licet exponere verba libri huius
quia exponens addit et apponit super ea que exponit Dicendum
Iam Augustinum et Bedam et alios expositores quod hoc non
dixit propter eos qui simpliciter exponunt quod senciunt sed propter he:
reticos et sacrarum scripturarum falsatores Circa tempus quo beatus
Johannes scripsit surrexerunt heretici in ecclesia scilicet Ebion et
Cherintus quos in epistola sua vocat antixpos 1. Johis 2°
Ideo hanc contestacionem eis obicerit Ne per pravitatem errore
auderent aliquid superaddere vel diminuere huic libro. Anathema
tisando ergo denunciat hic Qui apposuerit errorea vel di
screpancia super ea que scripta sunt in hoc libro vel diminuerit
veritates scripturis quod incurret plagas supradictas Sic n
faciebant tunc heretici addentes quedam discrepancia et alii di
minuentes de eius veritate dicentes xpum ex maria non fuisse
Simile habetur Deutero 4° Non addetis ad verbum quod
loquor vobis neque auferetis ex eo Et xii Quod precipio t
hoc tantum facito. nec addas quicquam neque minuas Eccl 3°. Non
possumus eis quicquam addere vel auferre que fecit deus Et xviii°
Non est minuere nec addere. nec invenire magnalia dei Job
xxix verbis meis addere non valebat ad Gal. j° Si quis vo"
bis aliud evangelisaverit .i. contrarium. anathema sit. Per hec
tamen non excluduntur quin possint alii dici licite quod fecerunt
ad declaracionem totius sacre scripture Sic fecerunt doctores
sancti. et adhuc faciunt doctores katholici. Ne quis autem
putaret contempnendam suam beati Johannis vel solum extendendam
esse in asia ubi erat metropolitanus Ideo confirmat eam
auctoritate .i. cum potestate habet ubique Et primo ponitur ipsa con"
firmacio 2° adhortatur domini hortatur ibi veni domine ihesu dicit ergo

Dicit qui testimonium perhibet istorum, id est Christus, qui dicta que in
hoc libro continentur attestatur. Et hoc addit, ut dicit Richardus, ne
ipsum Iohannis testimonium de predicta testificatione insufficiens
videatur. Ille solum Christus scilicet est testis veritatis, cuius testimonium
verum est et firmum. Unde in psalmo: Testimonia tua credibilia facta sunt
nimis. Et I Iohannis V: Tres sunt qui testimonium perhibent in celo
pater et filius et spiritus sanctus. Et hii tres unum sunt. Et ideo
singuli in suis testimoniis sunt concordes. Et ideo vera sunt testi-
monia eorum. Et ut magis timeatur anathematisatio, dicit
Iohannes Christum cito venturum ad iudicium, qui reddet unicuique
secundum opera sua. Unde inducit Christum loquentem dicens: Etiam, quod est
adverbium affirmandi eius quod sequitur, scilicet: Venio cito, scilicet ad iudicium
singulis in morte. Qualis autem unusquisque invenitur in morte
talis iudicatur in iudicio. Et qualis aut veniet [illegible] ad iudicium in
generali resurrectione. Et quod cavendum est ne aliquid addatur vel dimi-
nuatur in dicto, repetit autem hoc sepius, ut humiles [illegible] et de-
terreat superbos. Ponit et adverbium affirmandi ut sine dubitatione
audiatur loqui Christus. Et Iohannes quasi ardens et [illegible] unum
Christi dicit Amen, quod est nota asserendi et veritatis, ut dictum
est supra. Quasi diceret: verum est quod [illegible] Christus. Vel ut ait Richardus
vel verbo domini adiungit [illegible] venit venturum affirmat.
Gratia ergo Iohannes sciebat venit venturum esse adventum Christi,
unde orando et optando subiungit: Veni domine Ihesu, scilicet ad remu-
nerandum bonos et ad eradicandum malos de terra viven-
tium. Et in hoc demonstrat quod perfectus sit in caritate qui deum ro-
gat ut veniret. Veni igitur ad illuminandum et docendum, quia
veritas es; ad dirigendum et deducendum, quia via es; ad vivificandum
et beatificandum, quia vita es. Iohannis XIIII: Ego sum via veritas et
vita. Quasi diceret Augustinus de verbis domini sermone [illegible]: Qua vis ire?
ego via. Quo vis ire? ego veritas. Ubi permanere? ego vita. Adhuc
ad Hebreos X: Qui venturus est veniet et non tardabit. Adven-
tus enim domini ad remunerandum est electis multum desiderabi-
lis. Hebreos VI: Hic [illegible] apostolus in fine operis sui. Ubi Gregorius in Mo-
ralibus [illegible] ad [illegible] desiderium habens dissolvi et esse
cum Christo. Unde in psalmo: Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum etc. Et
sequitur conclusio post omnia, in qua subditur optando salutem ipsis electis, cum
dicitur: Gratia domini nostri Ihesu Christi cum omnibus vobis. Ut enim ait Haymo:
Sciebat Iohannes hominem non posse iustificari per legem sed per gratiam;
optat ut eam gratiam semper [illegible] permaneat. Et ut ait
Richardus, more scribentium aliorum, sicuti in primo libro huius quibus
scribit salutem optat, ita et in fine. Et illis orat [illegible]
[illegible] deprecatur, ut eam pateret omnibus benivolentie [illegible]
ascensus videatur. Ut ex ipsa benivolentia [illegible] ad meliora
et post hec donum quod optat inestimabilis precellentis, quia gratia
non optat donum mundanum nec humanum [illegible] sed
divinum, scilicet gratiam. Iacobi I: Omne datum optimum et omne donum perfectum
desursum est, descendens a patre luminum. Unde in psalmo: Gratiam et gloriam
dabit dominus. Sic inestimabiliter [illegible] ordinabilitas. In
hoc quod ait domini nostri Ihesu Christi, a quo est omnis gratia [illegible] enim

dedit se nob p mam ysaye xl et dabit spm bonu petetiby
se luce xi tercio pz optimitis caritatis in hor q fait cum
hiimbus nobis non tm aliquibus ad sat ultimo opemur
bonu ad omes Simile ga thess v Quarto insinuatur mos
obtinendi bonu optatu fiducialiter tunc credidit am 2 d.
ira sint omia q data sut in h'c lo ad hebr e. Adeamus
cu fiducia ad thronu gre Vt miam gsequamur et gra inve-
niamus Et q gra est donu gre data gdo n' d' gra
q gtis da' ait aug' sup Iohanne omel 3 Et hugo sup
angelica Ierarchiam Gracie est illumiatio non nature
donu non debitu bificium largientis no pmiu accipientis
Nua quis gra accipiedo in esse spuali q' catur. I cor iv
Gra dei sum id qd sum Ipsa gra homo d' malis libatur
ad ro vii Quis me liberabit de corpe mortis huius Respondz
gra Item ipa gra homo in bono stabilitur ad hebr xiii
optimu est gra stabilire cor Itm q' ipa gra ho beatificatur
ad ro vi Gra dei vita eterna et zach e Sequitur gra
gre Humilit supplicandum est dno Ihu xpo pro gra
Nam gra et veritas p'r Ihm xpm facta e Iohis I
Quatis nobis grcde dignetur Qui cum pre et spiritu
sancto gram incipere pficiente et pficere gracia
pueniente subseqnte et geominante Gram infusam
diffusam vel effusam Gram pdestinacis vocacis et
iustificacis illustracis et glorificacis Gram opantem
et cooperante Gram gtis datu et gtu facere in me
sicut bona gfertam coagitata effluere et supeffluere
Gram sacramentale et gratam adoptat Vt aufecatur in
via et sancta pfruatur in patria a deo qui dat gra et
gloriam Vt hoc n' hic liber a gra sumpsit iniciu et
in gra posuit terminu q' ver et puenente dei grata
iustificamur et subseqnte saluamur Cuius salutis
nos pticipes faciat Qui sine fine viuit et Regnat
deus per secla benedictus am.

Gloria tibi trinitas equalis vna deitas et an omia secla et
nunc et imppetuu. Que decursis tantis pelagi periculis
me tandem ad portum pduxisti. Supplicat excedens Vt
sicubi insg bn dixi dimissi benignitate indulgeas Velas
postulanti corrigas qz quicquid nouis corrigenus. 1460.
feria sexta post Gregorii hora copletory In collegio
artistaru Gracie per Io. Hec Venerabilis ac
egregius vir ~~Doctor~~ Mgr Iohannes de Glupza sacre
theologie professor Cuius dictatis sup Apokalipsim Sti Iohis
ex varys doctoru scriptorum scriptis in hanc summam accumulata
ssime nutu omipotentis cuius amore venit pfatus vir fuer-
int summo cu studio recollecta Per mg Iterum Iohannem
de Cracouia ex cuius libro ipa dext scripta sunt regno
fati Cinnatu qz anno dni 1486 in vigilia simonis
et Iude Rogo igitur obnixius lectore singlm scriptorum
seu alis scripture vbi elementa inglsu sunt gsta et vt pote
debit ortography q' scripsit gfiteor absqz anthematisacion
primus sit corrector. Sed qz puigil efficit cura, sompno surre-
ptu erit, quibus mo tuus ceri

Nota totus liber apocalipsis est de .7. visionibus ostensis beato Iohanni in insula pathmos

Prima est de correctione prelatorum unde est reprehensoria per quam intimatur dolor de peccatis et continetur in .1o. capitulo

- Primum est prohemiale in quo reddit auditores dociles benivolos et attentos per sue auctoritatis humilitatem et operis credibilitatem etc.
- Secundum est admonitio de inspectione et imparatu temporum et ecclesiarum scilicet Ephesi Smirne Pergami Thiatire
- Tertium est similiter admonitio de secundo tempore trium ecclesiarum scilicet Sardis Philadelphie et Laodicie

Secunda est de revelatione misteriorum et de apertione libri et solutione 7 sigillorum unde est consolatoria per quam innuitur gaudium de bonis et continetur in 4o capitulo

- Primum de visione sedentis in throno et assistentium. ibi post hec vidi et ecce hostium apertum
- Secundum de visione libri signati et coronam tribubus. ibi et vidi in dextera sedentis librum
- Tertium de .1. sigillis et certo apertione in plus de ecclesie primitive. Primum per sequentibus tyrannis eius bellum scilicet a fundentibus sanguinem martirum
  - a persecutione hereticorum a dolosa fictione fratrum. Secundum in 2o ecclesia Antichristorum in 3o que sunt vetita tempore antixi. Quartum in 1o innuit esse gentis. Quintum in 6o. ibi et vidi tunc apertum agnum unum
- Quartum est de persecutione spirituali que est impedimentum verbi dei. ibi post hec vidi 4or angelos

Tertia est de manifestatione cetuum misticorum per doctrinam et predicationem fidelium unde est comminatoria per quam innuitur timor de flagellis et continetur in 8o capitulo et hic est cetera

- Primum de 4or angelis cumctis tubis scilicet in primis 4or statibus ecclesie. ibi et vidi .7. angelos stantes in conspectu dei
- Secundum de 5o et 6o angelis. ibi et vidi unum angelum tuba canentem et vidi stellam
- Tertium de consolatione per Christum unde ibi et vidi alium angelum fortem descendentem de celo etc.
- Quartum de adiutorium punitionis et in dispositionibus proficientium. ibi et datus est michi calamus similis virge

Quarta est de conflictu ecclesie sub diversis persecutionibus prout mente expressa manifestatione misteriorum que est exhortatoria per quam innuitur affectio spei de premiis promissis et durat usque ad quintum decimum et hic sunt capitula

- Primum agit de conflictu ecclesie figuratis mulierem amictam sole sub figura designata persecutionis diaboli de dracone designati
- Secundum de conflictu ecclesie sub persecutione per familie draconis et antixpi per duas bestias designate de mari
- Tertium de evangelio eius esse impeso et impedendo per Christum designati per agnum et per electos per 144 designatos

Quinta est de effusione septem phialarum ire dei et refertur ad tempus antixi et incipit in 15o capitulo et durat usque ad decimum octavum et hic sunt capitula

- Primum est angelorum et ... decem phialas de septem ... angelorum ... ibi et vidi aliud signum angelorum
- Secundum est plaga ... per persecutionem fidelium ibi et audivi vocem magnam de templo
- Tertium est punitio ... Babilonis ... revelatio. ibi et venit unus de septem angelis

Sexta de dampnacione babilonis et bestie et pseudo prophete et de fertur ad tempus iudicii Et incipit 18 ca. et durat ad xxi

Primum est de dampnacione babilonis sine ecclesie malignancium Et post hec vidi alium angelum de
Secundum est specialis de dampnacione bestie et pseudo sine alterius conflictu in medio ca. 19
Tercium de dampnacione dyabolo et gehennis ipsius finali manifestando auctori iniquo locum ... et ca. 20 Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam

Septima de mundi innovatione et sanctorum plena glorificatione et refertur ad statum ecclesie post iudicium et durat usque ad medium capitulis ultimum et cetera

Primum est de elementorum seu mundi innovatione ... glorificatione et eminentis superne ... dispositione in se
Secundum de dignitate civitatis superne ... ad terram humidam ... et superna irrigatione et fontium salientium ... maiorum ... et fontium ... a deo qui est omnis boni origo

Vnde in toto libro describit totius mundi decursus et consumationem cursum totius ecclesie militantis a principio usque ad finem ordine ... consumantis dampnatorum ... calamitate et salvatorum salutarem felicitatem

Septem sigilla quibus ... liber iste ... Christo solo ... fuerunt

Agni ... excellencia sine ...
Ecclesie ... et tribulacio
Antichristi ... et decepcio
Antichristi ... et ...
... doctrina et ... exhortacio
Electorum gloria et eterna delectatio
Reproborum pena et horrenda dampnacio

De istis agit totus liber apocalipsis

Ens
Vnum
Verum
Bonum

Sic appropriantur

Ens ad personam patris
Vnum ad personam patris
Verum ad personam filii
Bonum ad personam spiritus sancti

Hic ergo per Johannem qui dei gracia dicitur in insula pathmos ... ab hostibus missus describit apocalipsis ... misteria ... ab omni ... et ab omni ... et exteriori evangelicorum ... consistente ... spiritus sancti in diversorum exemplarium fuit delegatum

Septem[1] bis[2] bine[3] tres[4] sedes[5] solve[6] sepulti
Milia[7] thurribulum[8] puteum[9] qui[10] tonitrua[11] testes
Pugna[12] duo[13] cantant[14] phialas[15] plagas[16] meretrix[17]
Referunt[18] ad cenam[19] surgunt[20] sponsi[21] venio iam[22]

Capitula totius istius libri apocalipse

1 Ad septē mitt ecclās apostol reseratur
Mira vidz dn̄i factu Iohannes ibi — Septem

2 Vis binis eph smir pergam thia sepe mandat
profectus tulpis vincere suadz eis — Tibi me

3 Consimilis forme sardis phila laodicie
dulcia vincenti dona parantur ibi — Tres

4 Dehinc patet 7 porta celo residēs semores
ternantur sanctus dant animalia mit — Sedes

5 Et q3 nemo valet mit librum soluere laudat
agnum qui soluit nam leo iuda preit — Soluere

6 Flamis equus ruffus niger et pallens 2 statur
post clamant anime sol niger esse dat — Sextum

7 Grex signatorum l numerat laudat adorat
alba fit hic agni sanguine stola tibi — Mila

8 Hinc datur incensum sunt sep mie tubantes
grando est stella cadit sol mare luā panet — Thuribulum

9 In quinte mit vote tube reiant q3 locuste
post tamt et sexta pōr dat capud homines — puteum q3

10 Iurat et angelus h' nō plus fore tps amarus
fit liber et dulcis ergo p̄pheta darus — tom trua

11 Lex dicit ad templi mesura dat q3 p̄phetas
vltimus inde tubat regēt 3 mit thus — testes

12 Magnū dat signū celi mulieris amicte
quam dracō psequit̄ fremit̄ inde draco — Pugna

13 Nonā blasfemii da bestia tunc dco vim dat
post hanc est alia bestia signa monens — dne

14 Omnis insepti mitt vocibus agne secut̄
dicens q3 deū timeat mit cecidit babilo — cantant

15 Plage ḡsumat iram septem mare states
agnus q3 mira canunt omnipotens dne — plagas

16 Rem phialas fundit vlug sangis terror esus
hos sequuntur tenebra rana q3 fulgur ibi — phialas

17 Respicit mulier metx babilon reseratur
Quid septē capita quid queq3 cornua sit — metrix

18 Proclamat cecidit babilon hic angelus inde
reges et merces deleryt perennt — Fflebunt

19 Tunc alleluia laudes iubilant et agni
cena datur si equos hic residz dnis — ad cenam

20 Vinctus abit neq3 victor satha huc 7 abissi
annis mille ligat morx q3 fada pater — surgunt

21 At noua sunt cetta dolor abstersy deter vrb
sponse tetum stat raro daput — sponsus

22 Bissenos fructus lignū reddes fluuiū q3
angelus ostendit se nec adoret ait — Nemo iam

Nos voluit bene sic apocalipsi fore tantos

Vo per .7. eccas quibus scribit Iohannes significatur universalis ecclesia
ppter septem dona sancti spus que in ea dantur Et ppter septem
virtutes que in ea hntur scz tres theologicas et quatuor
cardinales Et ppter septem opa mie que in ea exercentur Et ppter
septem sacramenta que ~~in eccia~~ conferuntur in ea etc. Et ppter
septem status ecclie que per nomina septem eccarum designantur
Per Ephesum que interpretatur voluntas mea sive consilium meum
significatur status ecclie primitive tpe apostolorum in quibus erat
voluntas dei et consilium
Per Smirnam que interpretatur canticum eorum significatur status ecclie tpe
martirum qui exultantes et letantes ibant ad supplicium Act. 5
Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii
Per Pergamum que interpretatur divisio ~~eorum~~ cornuum significatur status ecclie
tpe hereticorum quia tunc multi divisi sunt a vera fide per errores
eorum
Per Thiatiram que interpretatur illuminata significatur status ecclie tpe confessorum
et doctorum qui illuminabant ecclesiam luce verbi et exempli
Per Sardis que interpretatur princeps vel principatus pulcritudinis significatur status
ecclie tpe simplicium prelatorum qui tales divicie dei sunt
ecclesie
Per Philadelphiam que interpretatur adherens amori significatur status modernorum
qui semetipsos carnaliter diligunt
Per Laodiciam que interpretatur tribus laudata vel amabilis deo significatur
status tpe antixi in quo qui perseverabunt erunt amabiles deo
quia erunt perfectissimi et robustissimi

Quod vides scribe

Quod vides scribe in libro et mitte septem ecclesiis dictum est sancto Iohi
theologo apocalipsis primo In quo quidem auctoritate et multis aliis
vide ponitur pro intelligere Sicut enim oculo corporali corporalia
perducuntur sic oculo spirituali qui est intellectus spiritualia discernuntur
Dicitur ergo quod vides id est intelligis Scribe Quod enim dicitur
scribe quia multo tempore tuisti Quod vero scribitur diucius perdurat Scribe quia multo
longius potest attingere scriptura quam verbum Scribe ne deleri posset
per oblivionem quod ad futurorum erudicionem necesse est pertinere
In libro scilicet tui cordis ne tradas oblivioni quod tibi revelatum
est ad utilitatem aliorum In libro scilicet tui cordis Ut exemplo beate
virginis in gratia potius fiat armarium scripturarum Luce 2o Maria
conservabat omnia verba hec conferens in corde suo In libro eciam et in
cordibus auditorum Ut qui audierint recordent et ad melius re-
colendo conservat In libro quoque id est in pergameno vel papiro Et
quod intelligis referatur ad instruccionem futurorum Et ppter hoc
dictum est Ysaie c. xxx In libro diligenter exara illud et erit
in die novissimo in testimonium usque in eternum Ieremie 30 Conscri-
batur sermo et cogitatum et scripta dominus Regum in auctoritate
Et mitte septem ecclesiis id est ecclesie universali replete gratia septiformi
Attendens igitur ego Censu pauper et modicus
sermonem non solum Iohannem scripsisse verum diuinam et ea scripsit que
videbat Sed et multi in sacra pagina intellectus erudite
scripsi quod potui plura et notabilia dicta sanctorum et doctorum
de statu universalis ecclesie usque ad finem mundi in unum hunc

fasciculum comportaui Cum enim non essem tam confidi sensus
ut secretum spiritualis sacris expone. Ne spado viderer deflorans
virginem et sanctam scripturam non fecundans. apum prudentia
placuit imitari Quarum studiosa sedulitas. ad fauos conficiendos
hinc inde transit collegit mel et ceram. Psalmi sepius cum in
decessent coccus et iacinctus byssus et purpura. de pilis ca-
prarum deuotius offerre quam contra preceptum legis in conspectu domini
vacuus apparere Exodi 23 et 35 Deutronomii 16 et causa 34. de
con. di. si omnis pannus Consilium est et prout dicit ambrosius
Ne sit de omnibus vobis otioso redditum sunt homines racionem in nouissimo
Math. xii Sic de opere pleno defectu iudicii satisfacere tenetur
Quod prout de capitulis intelligendum esse puto Cum vero
scienter in hoc opusculo Nichil scrupulosum asseruerim
sed intellectui meo subtilem prout potui conpilauerim et inuersa
hic vel isti possunt in aliquo deuiare Vel illi qui lucem
appellant tenebras audeat obtrectare. ab omnibus quibus
placuerit labor meus. supplex expostulo. Ut a patre maximo
et matre eius mei miserrimo peccatori suis oracionibus veniam
postulet delictorum Nomen vero meum malui subticere. ne
scriptura forte vilesceret cognito dictatore Si vero quod absit
in hoc siue in alio quocumque labore per me facto uel fiendo
repertum fuit aliquid insipidum aut vitium non subiunctu
vel pravum auium offensiuum illud haberi volo pro non scripto
In nullo dissentire volens sancte katholice vel ipsius determinacioni

Expositores vero huius libri fuerunt

Dictus Augustinus Non tam exposuit librum continue Sed aliqua verba interpolatim
Iheronimus Qui exposuit librum quasi continue Breuiter tamen
Beda Qui imitans Iheronimum exposuit aliquantulum prolixius
Haymo Qui exposuit spiritualiter et diffusius
Helmadus Qui exposuit eleganter et diffuse
Authbertus Qui similiter exponit misterialiter
Gilbertus Qui exponit quasi conformiter
Ioachim Qui exposuit inconuenienter et diffuse
Pelegrinus Qui exponit tropologice magis sine moraliter
Richardus Qui extollit misteria Benedicti et Bernhardi

Ex dictis quorum istorum expositorum Colligitur hec compilacio
Summo Magistro Ihesu xpisto dirigente et illustrante

Nota Machometus ut dicit Nicolaus lira super apocalipsim
de paupertate ad diuicias eleuatus cogitauit fieri rex ysma
helitarum de quo populo erat qui prius dicebantur agareni ab
ysmahel qui fuit filius agar ancille Sare gen xvi Di
cebantur tamen usurpatiue Saraceni a Sara libera ad optinen
dum propositum suum fuit consilio et auxilio cuiusdam apostati
heretici nomine Sergii condidit legem falsam et carnalem
et quibusdam auctoritatibus ueteris et noui testamenti coloratam
ut sic non solum a gentibus ad carnalia promissa sed et a
simplicibus christianis et iudeis quorum aliquos hic habebat cum
ysmahelitis facilius reciperetur finxit enim legem illam
a deo sibi reuelatam tanquam prophete dei summo et de ipso
exponit illud apocalipsis 13 et uidi aliam bestiam i. ma
chometum uitam uoluptuosam ducentem que bestialis dicitur
p° ethicorum Nam fuit luxuriosus et libidinis ardore
succensus super omnes homines orientalium regionum iactans se
super xl homines ex diuino munere uirtutem genuandi et coeundi
potestatem habere ut scribitur orientalis ecclesie li° 1 c° 4° ascendentem
de terra quia de infimitate ascendit de paupertate ad di
uicias ut dictum est Et habebat cornua duo similia
cornibus agni i. christi Cum duo cornua dicuntur hic
prophetia ministerium fuit unator et lator legis noue Macho
metus autem finxit se esse prophetam et legis diuine latorem
propter quod dicitur habere cornua duo similia cornibus agni quia
non fuit talia secundum ueritatem sed secundum fictionem
Nota dicunt quidam ea que c° xi scribuntur de duobus testibus
non in littera sed in spiritu esse consumanda scilicet quod hii duo testes sint
duo ordines qui uenturi sunt in fine mundi qui dicuntur duo
oliue et duo candelabra quia oleo caritatis ardebunt et splendore
sapiencie lucebunt quorum duorum ordinum conuersacio erit stare in
conspectu illius principis qui tunc erit sicut Moyses et Aaron
steterunt coram pharaone qui erat dominus terre egypti et petrus
et paulus coram Nerone qui erat imperator totius orbis
Hii habebunt potestatem claudendi celum ne pluat diebus prophetie
eorum quia ipsi spiritualia uerba scripture abscondent indignis
et predicandi ac doctrina hereticorum cessare faciet ita quod
docere et predicare publice non audeant Et conuertent aquas ad
uictum illorum ordinum continet enim aqua in sanguinem
i. doctrinam hereticorum ondet esse mortiferam et non solum
hereticorum ymo et aliorum que plena est uanitate Et secularibus
secularibus que secundum usum plene sunt expedite Percucient quod terram
omni plaga quia terrena et carnalia corda hominum percucient
ostendendo plagas mundi quas illi qui uelamen ante oculos
habentes propter se uidere non possunt Cruciabuntur enim hii a conspectu
eorum Vel quia prohibebunt pluuiam ne descendat diebus
suis Vel quia multorum sciencia et doctrina que putatur esse utilis
ondet esse carnalem Ita quod non sit salutis sed mortis et predicatis
omnibus ueritatibus ea Et propter hanc de causa quod odio habebuntur
tamen in fine temporis magis habundabit malicia et refrigescet
caritas

tur. Insurget contra eos in disceptacionibus septuaginta [illegible] Et non pre-
valebunt. Et ignis exibit de ore eorum, id est spiritualis doctrina
caritate et sapientia eiusdem plena que destruet et confundet
inimicos eorum. Et cum finierint testimonium eorum, bestia que ascendit
de abysso, que faciet contra illos bellum et vincet eos
et occidet. Hoc significat quod [illegible] fuit mundi rex impius, assisten-
tibus pseudo prophetis qui cupiditate terrenorum ei fauebunt.
Incipiet disputare de fide Christi et quos poterit attrahet
ad perfidiam suam vel donis vel minis vel tormentis
aut deceptionibus. Item dicitur quod eorum corpora iace-
bunt inhumata tribus diebus et dimidio in plateis ciuitatis
que spiritualiter vocatur Sodoma et Egiptus. Hoc significat quod omnes
sancti a bestia vel ab impio rege [illegible] veritatis in
mundo et maxime in illis que sunt platee ciuitatis, quia lata
via vadunt que ducit ad perditionem. Moriendo omnis intellectus
spiritualis et testimonia veritatis que fuerunt per corpora sanctorum.
Sicut mortuo domino sol obscuratus est. Sed eo resurgente
multa corpora sanctorum que dormierant surrexerunt et appa-
ruerunt multis in ciuitate sancta. Hec sunt testimonia
veritatis prius occultata multis, que domino resurgente re-
velantur in terra multis. Item dicitur quod post ea spiritus
vite intrabit in eos et stabunt super pedes suos. Hoc significat
quod mox ut sancti occiduntur a carcere liberantur et quam
prius habebant animalia corpora que cadere poterant virtute dei
fiet spiritualia que cadere non possunt sicut prius. Item dicitur
quod in illa hora erat terre motus magnus et decima
pars ciuitatis cecidit et occisi sunt a terre motu nomina
septem milia et reliqui in timorem missi sunt. Hoc significat
quod in hora ultima convertentur multi de clericis et innu-
merabilis multitudo de laicis qui christiano nomine censentur
seducti cadent in fide etc.

In Natali bti Johannis ewangeliste Sermo petri damiani qui primo fuit excellentissimus heremita postea hostien. epus

Hodie nobis dilectissimi letitie gaudia geminantur. quia discipulus quem diligebat ihesus. sui dilectoris amplexibus stringitur. societate perfruitur. et quod viderat. quod audierat. quod manibus attrectaverat de verbo vite liquidius contemplatur. Hodie illa mirabilis aquila. ad viciniam angelorum et hominum eternam feliciter evolavit. Hic est quem redemptor noster ad declarandam sue divinitatis essentiam quoddam quasi organum fecit. atque ut hic suppleret quod ad tempus ipse dominus dispensatione suppresserat. vicarium reliquit. Et cum homines tunc primo lactentes. firmiora iam in via veritatis vestigia fixissent. eos ad cognoscendum divine notitie celsitudinem promoveret. Hauriat autem supereminentem divine scientie gratiam. ex illo celesti gazophilacio. in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi christus. Et non immerito ut qui carnis sibi amputaverat illecebras. celestium deliciis epularum frueretur. et illuc acie mentis attingeret. quo nec propheta. nec patriarcha non denique quisque. ab ipso mundi primordio cognoscitur in carne positus aspirasse. Nec mirum si Johanni virginem suam in hoc delegavit. quem ad custodiendam matrem quasi alterum filium loco sui supposuit. Quia ergo de deo incomparabiliter ceteris mortalibus loquitur non solum a grecis. sed etiam a latinis theologus appellatur. Theotocos maria. quia deum verum genuit. theologus Johannes. quia dei verbum profundissima subtiliter descripsit. Commisit dominus petro claves ecclesie. delegavit Johanni custodiam matris. Maria mater christi. ecclesia mater fratrum. Dixit dominus petro tibi dabo claves regni celorum. Nunquid et beata maria celum non fuit. in cuius utero tota divinitatis plenitudo permansit. Tu es christus inquit petrus filius dei vivi. et intra intimitus adhuc fidei tempestates veritatis anchoram fixit. et naviculam tutissimo tranquilli portus gremio collocavit. Destinatur Johannes in exilium. protinus heretici fidei puritate corrumpunt. confunditur mundus. turbatur ecclesia. vacillat fides. plurimi naufragantur. Redit Johannes. quicquid invenitur erroris. ad pristine fidei revocat sacramentum. Petrus petra. petra quia factus est et Johannes. super cuius fundamentum. totius ecclesie structura consurgit. Hoc beato Johanni dominus concessit in virtutibus quod et petro contulit in miraculis. ut et iste altiora proferret et ille maioribus prodigiis choruscaret. Hic artissime se in sui dilectoris amore commisit. propter quem coniugalis thori federa abdicavit. Unde divinitus concessum est illi. ut qui in primus erat in redemptoris amore. precipuus fieret in fraterna caritate. Nunc tene omnino ait ihesus. Unus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli hesitantes de quo diceret. Annuit Johanni Simon petrus et dixit ei. Quis est de quo dicit. Johannes. Mox reddit dominus. O virum incomparabilem. profert verbum in medium et totus tacet senatus apostolorum tacet lingua. que clavis facta est celorum. Silet andreas. qui ipsi frater ad fontem vite primus fuit Non presumit os aperire philippus. qui dum patrem christi poscit audire profunda misteria individue divinitatis audivit. Johannes condiscipulorum in se persona suscepta. consultor accedit. Mutuum flagitare demum eius auxilium. quem sibimet interventorem

ipsi apostoli petierunt. Quantum apud iustum iudicem pro peccatore poterit
qui et pro ipsis celestis curie senatoribus intervenit. Et qui advo:
catus est summis. quia humiliter implorandus est a minimis. Refugit
angelus ab eo obsequium suscipere. quem noverat apud generum iudicem
lotium gratie familiaritate obtinere. Hic archangelo Gabrieli ad custo:
diam matris domini socius datus est. Ut et ille intactam virginem invisibi:
liter custodiret. et iste forinsecus. fragilitati feminee. obedientie
sue misterium exhiberet. Quanto quia familiarior cum matre ubi
versatur. tanto vicinior invenitur vobis. Et qui ab ipsa virtute matre
dictus est filius. quadam speciali gratia frater est salvatoris. qui est
benedictus in secula seculorum Amen

Item Crisostomus super Johannem omelia prima

Beatus Johannes patriam habuit Galileam. ignobilem vero. sterilem que
provinciam. cui detrahebant et scribe dicentes. A Galilea propheta non surgit
Nec de aliqua fuit insigni villa vel nominata. sed de Bethsaida Pa:
trem habuit Zebedeum piscatorem adeo egentem et pauperem. ut et
filios ad eandem duceret operationem. Hic quia apostolus in piscatoribus
minore ordine erat. quia non in mari venabatur. sed in quodam parvo
stagno. Hec erat ei vita cum Jacobo fratre suo et patre. Tanta
autem erat eius egestas. ut vetera retia consuerent. quia nova emere
nequibant. Nec parva sunt hec documenta virtutis. omnem facile pau:
periem tolerare. de iustis laboribus vivere. mutua caritate connecti
et in patris inopis obsequio laborare. Hunc deinque Johannem
illiteratum et ydiotam fuisse lucas testatur. quia scilicet inops et pauper
Nec ad forum se immittebat Nec viris sapientibus loquebatur. sed piscu:
tioni affixus erat. Apostolorum quoque piscium silentium imitabatur. Hunc
ergo genus et patriam et educationem et artem docere non est su:
perfluum. Cum enim didiceris. quis et unde fuit. et ex quibus
et qualis. deinde vocem eius de verbo eterno. et philosophiam omnem
audieris. tunc vere scies. quia non fuit ipsius. sed virtutis divine
moventis animam eius. Per ipsum ad humanam naturam loquitur deus
Hic itaque de celo loquens. et tonitruo clariorem vocem emittens.
omnem orbem terrarum boatu replevit. Nec asper est iste boatus
sed omni armonia musica voluptuosior. Fortassis a piscatore
se auditurum esse quivis expectabat. de hiis que sunt in fluminibus
de piscibus in aquis gregatim natantibus. Sed illiteratus et ydiota
postquam ad Christum venit. de celestibus philosophari cepit. celsa quoque dogmata
referre. que nullus unquam homo antea didicit. Et si quis derideat
gentiles hominum istorum rusticitatem. ex quo tamen et hic et alii
piscatores fuerunt. extunc pitagorici in silentium devenerunt. hec Crisostomus

Johanni cum esset in exilio Dionisius direxit epistolam dicens. Ave vere
dilectissime. vere amabili et desiderabili. ac dilecto valde dile:
ctissime. Saluto te sacram animam. Adhuc in Asyana terra
reverteris. ubique operaberis optimi dei imitatores. et hiis qui
tecum sunt credens. Quod et factum est. Siquidem a tempore passionis
usque ad ultima Domiciani tempora. et per annos circiter lxv.
absque ullo scribendi adminiculo. predicavit verbum dei. Cum autem
post exilium rediret ephesum. compulsus ab omnibus Asye episcopis

scribere evangelium · non aliter se facturum rudit · nisi indicto ieiunio
omnes precarentur · ut digna scribere possit · Hoc itaque patrato scripsit
Item petrus damianus in sermone. Quoniam fratres · dicit inter cetera
Dignum est carissimi · ut qui a xpo pre ceteris moribus spiritualiter
est dilectus · sic a xpi fidelibus pre maxime diligatur · Presertim cum
ipse circa nos tante caritatis extiterit · ut sacramentorum celestium
thesauros quos solus acceperat · nobiscum participando largiter
erogaverit · Quid in virtutibus quo incomparabiliter non excellat ·
Apostolus siquidem est in epistolis · Evangelista in evangelio · Propheta
in apocalipsi · Martir utique fuit · ex quo ceteris apostolis
in carne prolixius mansit · eo duriora martirii tormenta susti-
nuit · Iam vero · quis felicissime consummacionis eius gloriam
non obstupescit / Quia cum mirabiliter vixit · mirabiliter obiit
Et qui · non communem cum hominibus vitam duxit · non commun[i]
hominum morte transivit · Unde nondum est affectuose Salvator
dixerit · Sic eum volo manere donec veniam · Veniam · non mittam ·
Non mittam utique aliquam supernam virtutem · non angelicam potestatem
Ipse per memet ipsum veniam · Ipse egredientem animam in glorie
mee claritate suscipiam · Quante igitur reverencie hic dubius est ho-
minibus · quem ipse auctor vite honoravit in carne viventem
Honoravit et de seculo recedentem · Cuius doctrina evangelica
altitudine distat a ceteris secundum augustinum super Iohannem ser xxxv dicens
In quatuor evangelijs vel potius quatuor libris unius evangelij
Iohannes apostolus non immerito secundum intelligenciam spiritualem aquile comparatus ·
altius · multo quam sublimius alijs tribus erexit predicacionem suam
Et ita corda nostra erigi voluit · Nam ceteri evangeliste tamquam
cum homine domino in terra ambulabant · de deitate eius pauca
dixerunt · Istum autem quasi piguerit in terra ambulare · sic
ipse in exordio sui sermonis intonuit · Erexit se · non solum super
terram · sed super omnem ambitum aeris et celi · et super omnem eciam
exercitum angelorum · Omnemque constitucionem invisibilium potestatum · et
pervenit ad eum per quem facta sunt omnia dicendo · In principio
erat verbum etc. · Et idem libro de consensu quatuor evangeli[starum]
Iohannes maxime divinitatem domini · qua patri est equalis · intendit
eam precipue suo evangelio quantum sufficere credidit · commendare
curavit · Itaque longe a tribus alijs fertur · ita ut hos vi-
deas in terra cum xpo homine conversari · Illum autem transcen-
disse nebulam qua tegitur omnis terra · et pervenisse ad li-
quidum celum · Unde acie mentis acutissima atque firmissima videret
In principio verbum · verbum deum apud deum · per quem facta sunt
omnia · et ipsum agnosceret carnem factum ut habitaret in nobis
et quod accepit carnem · non quod mutatus fuit in carnem · Et ibidem ·
Tres evangeliste temporalia facta domini et dicta · que ad infor-
mandos mores vite presentis maxime valent · copiosius persecuti
circa activam fuerunt conversati virtutem · Iohannes vero facta domini
multo paucciora narrans · dicta vero eius ea presertim que unitatem
trinitatis et vite eterne felicitatem insinuarent · diligencius et ube-
rius conscribens · in virtute contemplativa commendanda · suam intencionem
predicacionemque tenuit · Idem in prologo super evangelium Iohannis

Omnibus divine scripture paginis excellit evangelium. Quod enim lex et prophete
futurum predixerunt, hoc completum dicit evangelium. Inter ipsos autem
evangelii scriptores Iohannes eminet in divinorum misteriorum pro-
funditate. Qui per annos sexaginta quinque verbum dei absque
amminiculo scribendi usque ad ultima domiciani tempora predicavit. Sed
occiso domiciano a senatu romano, cum permittente nerva de
exilio rediret ephesum, compulsus ab episcopis Asie de coeterna
patri divinitate filii scripsit hoc evangelium adversus hereticos qui
eo absente in eius ecclesias irruperant, qui christum ante mariam
fuisse negabant. Unde merito in figura quatuor animalium que vidit
Ezechiel aquile volanti comparatur, que volat altius ceteris
avibus, et solis radios irreverberatis luminibus aspicit. Ceteri
quippe evangeliste, qui temporalem christi nativitatem et temporalia eius
facta que gessit in homine sufficienter exponunt, et de divinitate
pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia cum domino ambulant
in terra. Hic autem pauca de temporalibus edisserens, sed deitatis
potentiam sublimius contemplans, cum domino ad celum volat.
Qui supra pectus domini in terra recubuit, et celestis haustum
sapientie ceteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potavit.
Legerat siquidem trium evangelistarum evangelia et approbaverat
eorum fidem et veritatem, in quibus vidit deesse aliqua gestorum
rerum historie, et ea maxime que dominus gessit primo sue tempore
predicationis, antequam Iohannes baptista clauderetur in carcere.
Hec igitur quasi omissa ab illis scribit Iohannes, que fecit Ihesus
antequam Iohannes clauderetur. Sed maxime divinitatem christi et mi-
sterium trinitatis commendare curavit, quod heretici corruperant.
Tres siquidem alii evangeliste dicta et facta domini temporalia
que ad informandos mores vite presentis maxime valent copiosius
prosecuti, circa activam vitam versati sunt, in qua laboratur
ut cor mundetur ad videndum deum. Iohannes vero pauca facta
domini dicit, verba vero domini que trinitatis unitatem et vite eterne
felicitatem insinuant diligentius conscripsit. Et sic in contemplativa virtute
vita commendanda intentionem suam et predicationem tenuit. In qua contemplatur
ut deus videatur. Iste siquidem est Iohannes quem dominus de fluctu-
vaga nuptiarum tempestate vocavit, cui matrem virginem commendavit.
Unde eius doctrina excelsior est superior. Require eciam sermonem post
supra Iohanne. Erat Iohannes de illis motibus de quibus scriptum est:
Suscipiant montes pacem populo. De hiis motibus erat qui dixit:
In principio erat verbum etc. Susceperat pacem mons iste, et contempla-
batur divinitatem verbi. Qualis erat iste mons? Quam excelsus? Transcen-
derat omnia cacumina orbis terrarum et montium. Transcenderat omnes
campos aeris huius, et transcenderat omnem altitudinem siderum et
transcenderat omnes choros et legiones angelorum. Nisi enim transcen-
deret omnia ista que creata sunt, non perveniret ad eum per quem
omnia facta sunt. Et in eodem libro sermone xlvii°. Iohannes
evangelista celum et terram volens dicere de filio dei transcendit
et cogitavit super celi militiam et exercitum angelorum cogitavit
et transcendit universa, sicut aquila nubes, sic ipse universam

creaturam transcendit · et peruenit ad illud quod maius est omnibus
Et dixit In principio erat verbum etc Unde merito comparatur
aquile in eodem libro sermon xv Non enim est auribus carnis
vre Iohanne ewangelistam velud aquilam volare altius caligine
quoque terre transcendere et lucem veritatis firmioribus oculis intueri
Et in eodem libro sermon 39 Quia iste ewangelista · maxime
de diuinitate loqui elegit propterea aquile comparatur Nulla quippe
auis altius volare perhibetur Ydo in eodem libro sermon 34
Iohannes ewangelista multum alte volat vix est eum mente
comprehendere Libro 1° de consensu quatuor ewangelistarum capitulo
vltimo Iohannes volatu quodammodo ethereo supereminet terris
et gaudet luce solis iusticie Est autem eius doctrina de incar:
nato verbo dei Ibidem infra Aquila videtur alto decuisse miste:
rio istam ipsam Iohannis ewangelica dispensacio qua in luce
limpidissima verbi sublimius fertur Ubi trinitatis equalitas et
incommutabilitas videri potest · et qua maxime pietate distet
a ceteris eius susceptio verbum caro factum est Unde est
de humilitatis exemplo ibidem in fine In hac peregrinacione quantum
rei humanus intelligencia vel sciencia quisque profecerit tanto magis
caueat dyabolica vicia superbiam et inuidiam meminerit
hoc ipsum ewangelium Iohannis quod multo amplius erigit ad contem:
placionem veritatis · tum multo amplius precipere de dulcedine caritatis
Et quia illud preceptum ac verissimum ac saluberrimum est Quanto
maior es humilia te in omnibus qui ewangelista christum longe
ceteris altius commendat · apud eum discipulus pedes lauat · Et
ideo eius doctrina est audienda attencius ait Super Iohannem
sermon 19 Verba domini nostri Ihesu christi maxime que Iohannes
ewangelista commemorat · quoniam non sine causa super pectus discumbebat nisi
vt secreta altioris sapiencie biberet · Et quod amando biberat
ewangelisando ructaret Ita secreta sunt et profunde intelligencie
vt omnes turbet qui peruerso sunt corde · et omnes exerceant
qui recto sunt corde De eius humilitate et sanctitate super parte tercia
Iohannis omelia prima. Videte Iohannem seruate humilitatem! Certe
vir erat iustus et magnus · qui de pectore domini misteriorum
secreta bibebat ille tamen vir non dixit Aduocatum me habetis
apud patrem · sed si quis peccauerit · aduocatum habemus apud
patrem Maluit se ponere in numero peccatorum vt haberet aduocatum
christum quam ponere se pro christo aduocatum et inueniri inter
dampnatos superbos In libro 4° omelia 24 omelia 19 Videte
qualis fuit Iohannes apostolus Super pectus domini discumbebat
de alto illo fonte sapiencie secreta bibebat Unde ubi bibit
quod in ewangelio eructauit In principio erat verbum Et assidue
testificatur ewangelium quod ipsum precipue dominus diligebat Et tamen ait
Si diximus quia peccatum non habemus · ipsi nos seducimus et veritas
in nobis non est etc Surrexit glorificatus dicit in sermone
octauo de mirabilibus quod incipit Dignum et congruum · vt tercia
Quia omnia possibilia sunt deo Et quod clausis tumuli penetralibus

possit corpus educere Johannis apostoli hemus exim. que tumulus susceptum claudere potuit custodire non potuit. Nam depositum corpus perdidit non assumpsit. hinc enim clausis tumuli foribus velut resurrectionis ablatum est ut constaret sepultura. ut inveniretur sepultus denique tamen sacerdotes honoris causa corpus ingrederent. reserato aditu tumulus non potuit reddere quod suscepit. libro x de civitate dei c 29

Spiritu magno vidit ultima et consolatus est lugentes in syon usque in sempiternum ostendit futura et abscondita antequam evenirent Ecclesiastici xlviii°
Cum in sacra doctrina revelata beato Johanni in apocalipsi sint consideranda dei revelantis dignitas et dispensativa bonitas. Beati Johannis ad intelligenda divina secreta et archana celestia deifici spiritu apta ydoneitas et intelligencie sue limpiditas et archanorum revelatorum obscura et alta profunditas modi revelacionis congrui qualitas et eiusdem utilis comoditas. Competenter volentibus accedere ad scrutinium prefate doctrine occurrerunt premissa verba. In quibus predicta luculenter insinuantur. Et licet fuerit dicta de illo magno propheta scilicet ysaya spiritualiter tamen convenientissime possunt dici de beato Johanne qui divino spiritu revelante vidit abscondita et archana dei et ea que erant et que sunt ventura usque in finem mundi. Unde in premissis verbis quinque insinuantur. Quorum primum est dei revelantis summa maiestas et munifica bonitas. ibi Spiritu magno. Nam in hoc quod ait magno insinuatur dei maiestas. In hoc quod ait spiritu communicativa bonitas. Ipse namque magnus est maiestate et revelat suo spiritu communicativa sua bonitate. Magnus enim dominus et laudabilis nimis ait propheta. Magnus ob inaccessibilem et interminabilem maiestatem. laudabilis ob diffusivam et communicativam bonitatem in revelando sua secreta suis amicis. Danielis 2°. Sapientia et fortitudo eius sunt. Et sequitur Ipse revelat profunda et abscondita etc. Spiritu scilicet suo bono Sapiencie xii. O quam bonus et suavis est spiritus tuus in nobis domine. Ipse enim revelat profunda secreta. prima ad Corinthios i. Nobis revelavit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. Et sic patet primum. Secundo isto divino spiritu fuit beatus Johannes plenissime sanctificatus et purificatus. Unde et Johannes interpretatur in quo est gracia. Et fuit sublimissime elevatus ab infimis et erectus ad divina speculanda et contemplanda et clarissime illustratus ad illa archana contuenda. propter que per aquilam significatur. prout augustinus loquens de isto super Johanne omelia 20. Universam inquit creaturam omnem quam rem mutabilem excessit beatus Johannes ut contingeret

In principio erat verbum. Et ideo per aquilam merito significatur ut ait
ibidem Job 39 Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila. Super
quo Greg. moral. 31 per aquilam Johannes significatur qui
volando terram deseruit et per subtilem intelligentiam interna
misteria penetravit. Et ideo merito ait hic Spiritu magno vidit
Non solum enim audivit sed vidit. Quo verbo certissima apprehensio
designatur. Ipse enim spiritu fuit sublimatus ut esset in spiritu.
Infra primo Fui in spiritu dominica die. Et infra XXI Sustulit me
in spiritu in montem magnum et altum. Et ideo dicitur infra secundo
Veni et vide. Et infra primo Quod vides scribe. Et .5. capitulo Vidi
librum scriptum intus et foris. Merito ergo ait hic Vidit scilicet
visione certissima limpidissima rotundissima. Sibi enim competit
illud Job xiii Et vidit oculus meus et audivit auris
mea et intellexi singula. Nec mirum si sic vidit qui super
pectus domini in cena recubuit Joh. xiii et ultimo. Per
sinum enim in quo recubuit secretum divinum significatur
ut ait Aug. super Johannem omel. xxxvi et lxi. Ipse Jo-
hannes sublimis predicator et lucis interne fixis oculis
contemplator alte volat. Ita quod vix est eum mente comprehendere.
Et ibi multa de hoc. Magno ergo spiritu quo fuit impletus
vidit. De ipso enim verificatur illud Eccli. xv Implevit illum
dominus spiritu sapiencie et intellectus. Et illud 39 Si magnus dominus
voluit spiritu intelligencie replebit illum. Sublimissime ergo
volavit subtilissime vidit altissime intonuit. Et ideo me-
rito dicitur filius tonitrui Marci 3o. Super quo dicit Beda vocem
theologie quam nemo prius edere noverat emisit In principio
erat verbum etc. Quam tanto pondere quidam reliquit ut
si aliquid plus intonare voluisset nec ipse mundus capere potuisset.
Hec ille. Et de ipso sic elevato et vidente dicit Cris. super
Joh. omel. vi Uno de celo loquente et boante et tonitruo
clariore voce emittente omnem orbem beatum replevit boatu.
Et sequitur Qui enim tonitrui est filius qui dilectus Christo qui co-
lumpna ecclesiarum que per orbem sunt qui claves habet celi qui
calicem Christi bibit et qui recubuit super pectus domini qui cum pa-
lacon multa ad nos intrat scilicet Christum annuncians et ibi multa
multum de hoc. Merito ergo de ipso dictum est Vidit. Unde
Job 39 paragrapho premissum est Numquid ad preceptum tuum ele-
vabitur aquila. Subditur ibidem Contemplabitur eas id est gloriam
maiestatis contemplandam ut ait ibi Greg. 31 moral.
Ut de eo verificetur illud Ysaie 53 pro eo quod laboravit
anima eius videbit et saturabitur. Et illud Ysaie 60 Tunc
videbis et afflues. In hoc ergo quod ait Spiritu magno tangitur
causa efficiens principalis huius sacre doctrine. In hoc quod ait
vidit tangitur causa efficiens secundaria scilicet beatus Johannes qui fuit minister
et dispensator eiusdem. Et subditur que et gloria vidit esse
ultima et futura et abscondita. Et in hoc tangitur causa materialis

ipsius doctrine Revelauit .n. deus bto Johanni que erant abscondita
in thezauro sapie sue . reservata in vltimis temporibus . scilicet ecclesie persecu:
tiones . et consolaciones . et electorum predicaciones . et victorias premuniens
ecclesiam suam et admonens eam ad tolerantiam et constantiam . de quibus
absconditis dicitur deutron 32 Nonne hec abscondita sunt super apud
me . et signata in thezauris meis . Que tamen abscondita re:
velauit deus sua munifica bonitate . et mirifica pietate . ad
ecclesie instructionem et consolacionem . Eccli 81 Cognouit deus omnem
sciam . et sequitur annuncians que preterierunt . et que superventura sunt
revelans vestigia occultorum . Et Job 21 Revelat profunda
de tenebris . et producit in lucem vmbram mortis . per profunda
possunt intelligi abscondita misteria in hoc libro . per vmbram
mortis ipse antixpc qui est homo peccati filius perdicionis . qui
revelatus est in nouissimo tempore . 2 ad thess. 1 Que vero
sunt abscondita et quasi profunda . patet considranti illa et electorum
expositores . De Johanne .n. hic verificatur illud prouerbiorum xx viijo
Aqua profunda verba ex ore viri . et torrens redundans
fons sapientie . Aqua .n. profunda est cuius fundus multum
distat a superficie . Sic est in ista sancta doctrina . per aquam .n.
significatur sciam scripturarum . Job xvj Qui ligat aquas in nubibus
id est sciam in prophetis vt ait ibidem Gregorius moralium xvij Tenebro:
sa enim aqua in nubibus aeris id est abscondita sciam in prophetis .
vt ait ibidem Gregorius . Et licet ita fuerint abscondita misteria
in hoc libro . tamen Btus Johannes ostendit diuino spiritu ei reve:
lante . et elucidauit in figuris et similitudinibus . Sic patet in
processu . Et in hoc tangitur causa formalis huius doctrine . que
quidem est modus agendi . Est enim revelatorius siue propheticus
et hoc sub similitudinibus . ideo mirto ait ostendit . Vt enim ait
papias . ostendere est secretum sine aliquo lenocinio denuntiare .
Et sic est propalare . quod est occultum . Quod fecit btus Johannes
in hoc libro . vnde ait Apocalipsis ihu xpi . Et ideo de ipso ve:
rificatur illud Job xx viij . profunda fluviorum scrutatus est
et abscondita produxit in lucem . Sibi .n. deus ostendit abscondita
Jerusalem vltio . ostendit in fluvium aque vive . et ipse ostendit ecclesie
de ipso .n. potest dici quod dicitur danielis 2o deus magis ostendit
que futura sunt . Et ibidem deus de celo revelans misteria
Et sic btus Johannes ostendens nobis dicto consolatus est lu:
gentes in syon scilicet fideles in ecclesia . vt de ipso verificetur
illud Job 4o . vacillantes confirmaverunt sermones tui . et genua
trementia confortasti . Multe .n. consolaciones provenerunt fidelibus
in ecclesia . ex ista sacra doctrina . inexplicabile est . licet .n. omnia
que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt . vt per
paciam et consolacionem scripturarum spem habeamus . Ro. xvo
specialissime tamen scripta in hoc libro . in quo narrantur et
promittuntur triumphales victorie ecclesie electorum . et deiectiones
antixpi et suorum . Et in hoc patet causa finalis huius sacre doctrine

Considerando ergo causam efficientem patz quod hec doctrina est certitudine verissima. Considerando causam materialem patz quod est altitudine profundissima. Considerando causam formalem patz quod est artificiose et congruenter tradita. Considerando causam finalem patz quod est comoditate utilissima. Et de hijs causis et pertinentibus ad eas patet in prologo qui preponitur huic libro et in glosis. Ex dictis patent cause huius doctrine. Unde in prologo dicitur hic. Que tota trinitas revelavit Christo secundum humanitatem. Ipse vero Johanni per angelum Johannes ecclesie. Et ideo dicitur liber Apokalipsis idest revelacio. Et ad huius confirmandam auctem concurrit auctoritas mittentis deferentis et artificiis. Vide ibi.

1417